Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.LE
151
G
25
NAPOLI
228
BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
151
G
25
NAPOLI
11. def.
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



NAPOLI

JO. CHRISTOPHORI WOLFII,
Profeſſ. Publ. Lingvarum Orientt. & h. a.
Gymnaſii Rectoris

BIBLIOTHECA HEBRÆA,

Sive

NOTITIA TVM AVCTORVM HEBR. CVJVSCVNQVE ÆTATIS, TVM SCRIPTORVM, QVÆ VEL HEBRAICE PRIMVM EXARATA VEL AB ALIIS CONVERSA SVNT, AD NOSTRAM ÆTATEM DEDVCTA.

Accedit in calce JACOBI GAFFARELLI
Index Codicum Cabbaliſtic. MSS. quibus
Jo. Picus, Mirandulanus Comes, uſus eſt.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

HAMBURGI & LIPSIÆ,
Impenſis CHRISTIANI LIEBEZEIT,
ANNO R. S. cIↄ Iↄcc xv.

Digitized by Google

VA1 1517255

Digitized by Google

VIRIS
MAGNIFICIS, NOBILLISSIMIS, EXCELLENTISSIMISQUE

DN. PETRO LUTKENS,
DN. GERHARDO SCHROEDER,
DN. LUCÆ A BOSTEL,
JURIS CONSULTISSIMIS,

ET

DN. LUDOVICO BECCELER,
REIPUBLICÆ HAMBURGENSIS CONSULIBUS
de ſalute publica immortaliter promeritis,
PATRONIS & MÆCENATIBUS ſuis demiſſo animi cultu ſuſpiciendis

S. P. D.

JO. CHRISTOPHORUS WOLFIUS.

DUas potiſſimum, VIRI MAGNIFICI, cauſas eſſe intelligo, quæ illos, qui in literis per ſcripta amplificandis verſantur, adducere conſueve-

runt, ut ingenii induſtriæque ſuæ monimenta Viris doctrina & virtute illuſtribus inſcribant, & ſacra eſſe jubeant. Earum quidem altera deſiderio fidem ſuam in ſuſtinendis officii, quod demandatum ſibi vident, partibus teſtatam faciendi continetur; altera vero eo refertur, ut, quo beneficiorum ſenſu mens imbuta, & quaſi perfuſa ſit, aliquo grati animi ſpecimine commonſtretur: quorum prius ut honeſti ratio, ita poſterius æquitatis leges requirunt. Utrumque ego officium pro virili expleturus, cum primum de opella hac in lucem proferenda cogitarem, non diu deliberandum eſſe cenſui, quorum præſcriptione nominum & conſcientiæ facerem ſatis, & exſpectationi aliorum. Cum enim, VIRI MAGNIFICI, capita ſitis Illuſtris Ordinis, cujus conſiliis ut omnis Reipublicæ, ita inprimis Scholarum ſalus continetur; ego vero Veſtris auſpiciis ad rem Orientis literariam juventuti, in ſpem Reipubl. efflorеſcenti, in Gymnaſio Veſtro tradendam ab aliquo tempore vocatus ſim: non video, quibus & fidem meam diligentius probare, & gratæ obſtrictæque mentis teſtimonia curatius edere debeam. Sicut enim Veſtra, Patriæ PATRES, plurimum refert, explorate cognitum habere, quomodo quisque munere ſuo, quod Veſtra auctoritate gerit, fun-

fungatur; ita mea non minus intereſt, eum haberi, qui beneficii, quod novis ſubinde & magis, quam dici poteſt, illuſtribus ſingularis favoris Speciminibus amplificare ſuſtinuiſtis, memoriam non videatur depoſuiſſe. Quæ cauſa eſt, cur non tam ſperem, quam confidam, fore, ut, MÆCENATES, tenuem hanc commentatiunculam, conatuum qualiumcunque Specimen, & perpetui obſequii teſſeram ſerena propitiaque fronte accipiatis. Quod ubi fuero conſecutus, non multum intercesſero, ſi cui affectu quaſi quodam abreptus judicio peccaſſe videar, qui non intelligam ſatis, quam parum ſqualor Judaicus, in quo potiſſimum verſatus ſim, ad ſplendorem dignitatemque Veſtram accommodatus ſit. Neque enim, quæ Veſtra eſt facilitas, & prolixus in omne ſtudiorum genus favor, verendum mihi eſſe video, ut hoc nomine conſilium meum damnandum exiſtimetis, qui jam pridem hoc VOBIS cum Divino Numine, cujus geritis vices, volueritis eſſe commune, ut non tam quid rei, quam quo animo VOBIS offeratur, reſpiciatis. Hic vero præter pietatis in VOS meæ cultusque ſignificationem nihil ſpectat aliud, quam ut, quem hucdum VESTRO Patrocinio ita ornandum provehendumque cenſuiſtis, eum inpoſterum fovere ac tueri ne intermit-

tatis. Ita DEUS Vos, PATRIÆ PATRES, non minus ac ſplendidiſſimas familias VESTRAS, omni felicitatis genere cumulatos, Reipublicæ noſtræ ſervet, idemque clementer faxit, ut, quam hucdum cum immortali laude Veſtra in conſiliis ad publicum egregium inveniendis dexteritatem, in communicandis probitatem, in exſequendis denique conſtantiam probaſtis, eandem ad ſeram poſteritatem perpetuam ſervetis. Valete iterum, VIRI MAGNIFICI, & VESTRO Patrocinio inpoſterum quoque me complectendum benevole judicate. Dabam Hamburgi, IV. Kalend. Majas Anni cIↃ IↃcc xv.

AD

Digitized by

AD LECTOREM.

ANtequam oculos tuos, Benevole Lector, per hanc Bibliothecam circumferas, paucis te in limine morabor, partim eorum, qui hucdum in eodem, in quo ego nunc, negotio verſati ſunt, ſtrictim facturus mentionem, partim, quid præſtare ipſe conatus ſim, expoſiturus. Scriptorum Hebræorum recenſio plurium induſtriam jampridem exercuit ex Judæis æque ac Chriſtianis hominibus, quorum alii in operibus alii argumento edisſerendo deſtinatis, tralatitio fere labore, alii vero data opera & diligentius hoc egerunt. Inter priores ut omnes Bibliothecarum Univerſalium Scriptores numerandi ſunt, ita præ ceteris locum hic tueri poterit *Conr. Geſnerus* partim in *Catalogo* illo ſuo *Univerſali*, partim in *Pandectis* p. 40. ſeq. ubi in cumulum confert varios Hebræorum libros, hinc inde editos, ſed ſine anni & plerumque etiam ſine loci indicio, in eorum, quod ipſe monet, uſum, qui aliquando Biblioth. Hebr. ſcripturi ſint; deinde vero p. 42. ſq. exhibet catalogum librorum Venetiis venalium, addita pretii, quo conſtare ſoleant, deſignatione: in qua tamen & ipſi tituli & argumenta librorum peritum emendatorem requirunt. Poſt eum quid continuatores illius, quid *Georg. Matthias Konigius* in Bibliotheca Veteri & Nova, quid *Chriſtophorus Hendreichius* in Pandectis Brandenburgenſibus ex parte præſtiterint, nemini obſcurum eſſe poteſt.

His proxime accedunt Scriptores Hiſtorici & Chronologi, nominatim *Gilbertus Genebrardus*, in Chronographia ſua, (ut de indiculo librorum Hebr. *Iſagogæ* ejus ad *Rabbiniſmum* addito nihil dicam) *Jo. Henr. Alſtedius* in *Theſauro Chronologico*, & noviſſime V. C. *Jacobus Basnage* in *Hiſtoria Judæorum* quinque voluminibus in octavi ordinis forma *Roterodami* an. 1707. gallice edita, & paulo poſt *Pariſiis* mutile, (vide Tomum VI. illius Hiſtoriæ

an.

an. 1711. inſtar Supplementi editum) recuſa, in qua expolienda & amplificanda Auctor cum maxime occupatur.

Sic & *Bibliothecarum Sanctarum* Scriptores, quales ſunt *Sixtus Senenſis*, qui libro IV. p. 391. ſq. Elenchum Alphabeticum Interpretum Hebræorum inſeruit, *Antonius Poſſevinus* in Apparatu Sacro, *Cœleſtinus a Monte Merſanno* in *Clavi Davidis*, *Rich. Simon* in Hiſtoria Criticâ V. T. & annexo illi Catalogo librorum Hebræorum tum vero in Collatione Cerimoniarum Judaic. cum diſciplina Eccleſiaſtica, quam *Leonis Mutinenſis* libro de ritibus Judæorum recentt. addidit, cap. XIV. & XV. diligentiſſimus Oratorii Pariſ. Presbyter *Jac. le Long* in Bibliotheca Sacra de verſionibus & editionibus variis Codicis Sacri, idem inpoſterum in altera ejus parte, quæ de Commentatoribus Biblicis exponet, facturus, & Rever. *Georg. Serpilius* in Vitis Scriptorum Biblicorum germ. ſermone edi cœptis, qui hinc inde præſtantiorum Rabbinorum vitas & Scripta, additis eruditorum judiciis, recenſet. *Nicolaus Antonius* quoque, diligentiſſimus, ſi quis alius, in hoc doctrinæ genere Scriptor, in Bibliotheca Hiſpanica Nova Judæorum genere Hiſpanorum, v. c. *Abarbanelis*, *Davidis Cohen de Lara:* &c. ſcripta memorat, in Veteri vero hanc operam illis tantum, qui ad CHRISTI, DOMINI noſtri, ſacra ſe converterunt, præſtat, reliquos *Bibliothecæ Hiſpano Rabbinicæ* relinquens, quam ſperari jubet Tomo II. Bibl. Veteris p. 2. b. & p. 19. Sed eam quidem *a Cardinali de Aguirre*, qui illuſtre Antonii opus in lucem protulit, fruſtra inter auctoris Schedas quæſitam eſſe, teſtatur *Emanuel Marti* in additione, præmiſſa Tomo I. illius Bibl. Vet. p. 36. qui & ſuſpicatur, eam vel deperditam eſſe, vel cum blattis tineisque luctari.

Poteram huc revocare Bibliothecarum Theologicarum Scriptores, & inprimis *Martin. Lipenium*, tum vero Scriptores Anti-Judaicos, interque eos *Jo. Hoornbeckium*, & *Jo. Mullerum*, qui in Prolegomenis ſuis hoc argumentum primis quaſi digitis tetigerunt. Nec tamen ſua laude defraudandus eſt *Jo. Andreas Eiſenmengerus*, ob occurratum Indicem librorum Judaicorum in limine *Judaiſmi detecti*, ad quem concinnandum illis uſus eſt collocatum; quod ante ipſum fecerat quoque laudatus *Jo. Mullerus* in calce Judaiſmi detecti.

Præterea *Sebaſtianus Munſterus* Grammaticæ Hebraicæ *Eliæ Levitæ* Baſil. 1543. 8. & alias editæ adjecit ſuccinctum Rabbinic. Scriptorum indicem, quorum majorem copiam, præcipue ex Gesnero, collegit πολυμαθέστατος quondam *Michael Neander* in Catalogo librorum Erotematibus Lin-

Digitized by

qvæ Hebr. ſubjuncto. Catalogum præcipuorum Judaicæ gentis doctorum D. *Jo. Molderus*, Theologiæ & Hebr. L. Profeſſor Marpurgenſis, accedere juſſit ad *Malleum obſtinationis Judaicæ* Francof. 1600. in 8. editum. Simili conſilio *Julius Conradus Otto*, Ex Judæus, ad priſtinas ſordes reverſus, partem quandam ſui *Gali Raſia*, *Norimb.* 1605. 4. ed. recenſioni Doctorum Talmudicorum impendit, de quo in ipſa hac Bibliotheca pag. 481. monuimus; cujusmodi Indicem *Frid. Alb. Chriſtiani*, Ex Judæus, libro Rabbinico סדר מֶרַע ſive *de ludo vitando*, germ. converſo ſubjunxit, de quo itidem ſuo loco. *Theodori Eberti*, Profeſſoris Francofurt. anno 1630. defuncti, *Chronologia ſuccincta præcipuorum ſanctioris linguæ ab Orbe condito ad ſuam usque ætatem Doctorum* Francof. ad Viadrum 1620. 4. prodiit, quam per errorem a *Labbeo* & *Teiſſerio* Jacobo Eberto, noſtri Parenti, tribui recte monet V. C. *Jo. Mollerus* in Homonymoſcopia ſua p. 667. Lege de eo Celeb. *Jo. Chriſtoph. Becmanni* Notitiam Univerſitatis Francof. p. 119. Denique taceri non debet ex noſtratibus præſtantiſſimus quondam doctrina & pietate Theologus *Theophilus Spizelius*, qui cum in *Specimine Bibliothecæ Univerſalis*, tum in *Coronide Philologica veterum Hebræorum & recentiorum quorundam erga Bibliothecariam & Literariam rem amore ac ſtudio*, quod utrumque ſcriptum in ejus *Sacris Bibliothecarum illuſtrium Arcanis Retectis*, Aug. Vindelic. 1668. 8. editis legitur, non pauca huc pertinentia monuit; qvemadmodum & Venerandus *Theodorus Daſſovius*, Generalis Sacrorum per Holſatiam Antiſtes, in eleganti præfat. ad diſſert. *de Reſurrectione Mortuorum*, variorum in re Hebræorum literaria errores caſtigavit. Ex Pontificiis vero doctiſſimus *Io. Morinus*, in *Exercitationibus Biblicis*, Pariſ. 1669. in fol. editis, eruditam, quamvis liberiorem ſubinde, de antiquioribus Judæorum ſcriptis, Paraphraſibus Chaldaicis, Talmude, Medraſchim, Hiſtoricis, Cabbaliſticisque commentationibus ſententiam tulit. Nec officio ſuo hac in parte defuit Celeb. *Ioannes Franciſcus Buddeus* in Introduct. ad Hiſtoriam Philoſoph. Hebræorum, *Halis* 1702. in 8. edita, quæ cum acceſſionibus propediem recudenda dicitur.

Sedilli quidem ſigna ad bene de re Hebræorum literaria ſperandum ſuſtulerunt, quæ ſequentes alii præclarius & profeſſa opera de hoc argumento ſunt promeriti. Inter hos primi nobis laudandi occurrunt *IOANNES BUXTORFII*, Pater & Filius, alter an. 1629. alter 1664. defuncti, quorum ille eximium librum de *Abbreviaturis Hebraicis* cum *Bibliotheca Rabbinica* ſecundum librorum titulos, literarum ordine collocatos, diſpoſita edidit Baſil. 1613. 8. hic vero eundem hinc inde emendatum &

auctum altera vice in lucem protulit ibidem 1640. 8. addita in fine appendice variorum librorum, quam a *Iacobo Romano*, Judæo, (qui ipſam Buxtorfii Biblioth. Hebraice interpretaturus erat) CPoli congeſtam *Antonius Legerus* cum *Buxtorfio* communicaverat. Eodem modo lucem iterum vidit Franequeræ 1696. 8. & non ita pridem *Herbornæ* an. 1708. 8. ita quidem, ut a *Io. Henr. Schrammio* & *Io. Adamo Fabro* Abbreviaturæ, Bibliotheca vero Rabbinica, quæ appendicem ſuis locis optimo conſilio inſertam exhibet, a laudato *Schrammio* & Cl. *Georg. Chriſtiano Burcklino* hinc inde auctiores prodirent. * Auctarium hujus Bibliothecæ reliquiſſe *Io. Iacobum Buxtorfium*, Joannis Avi nepotem, an. 1704. defunctum, conſtat ex doctiſſimi *Samuelis Werenfelſii* Oratione Funebri, ejus honori dedicata p. 28. Adde, ſi placet, *Nova Literaria Helvetica* anni 1704. p. 21. ſq. Utramque libri partem ſuis curis amplificatam reliquit *Io. Iac. Cramerus*, Prof. quondam OO. LL. Tigurinus an. 1701. denatus, quod teſtatum reliquit *Mehlführerus* in Acceſſionibus ad *Almeloveenii* Biblioth. promiſſam & Latentem p. 19. ſicut idem p. 157. *Io. Wulferi* acceſſiones MSS. ad tractat. de Abbreviaturis laudat. Ipſi Buxtorfii ut in recenſendis librorum argumentis tam accurata diligentia, quod mireris, verſati ſunt, ut iis, quibus lampada tradiderunt, raram correctionis, frequentiorem vero amplificationis occaſionem relinquerent; ita in editionibus enumerandis & diſtinguendis, Scriptorumque vel vita vel γνησιότητι excutienda per inſtituti rationem minime occupati fuerunt, quem tamen defectum ex parte ſup-

* Editio illa non ad *Baſileenſem*, ſed *Franequeranam* repetita eſt, quæ ob typorum vetuſtate exeſorum, quibus exſcripta illa eſt, deformitatem mendis typographicis occaſionem dediſſe in præfatione ad novam illam dicitur. Sic obſervavi, p. 28. pro *Ramban* legi *Rambam*, quorum prius recte habet editio Baſil. vice verſa autem p. 67. *Ramban* recte legitur pro *Rambam*, quod erat in Baſil. In eadem vero pagina Herborn. circa idem nomen iterum erratur, ubi legis Ramban pro Rambam, quando הרא״בד animadverſiones ſcripſiſſe dicitur in librum *Ramban*, (is eſt Rambam ſive Maimonides) ritualem. Pag. 32. pro גורה שלוםם legitur גורת & p. 138. Raph. מגורצי pro מנורצי & p. 156. עגלורת pro עגלורת obvio ubique & difficulter evitando errore. In utraque edit. nonnunquam idem obſervatur error, ut p. 96. *Herborn.* & p. 354. *Baſil.* edit. ubi Abrah. *Zabulon* legitur pro *Zahalon*. Supplementa ex R. *Schabtao* potiſſimum ſunt petita, atque adeo ea, quæ aliunde afferri poterant, omiſſa: ſic v. c. p. 76. *Chiſſuck Emuna*, & p. 90. *Jalkuth Rubeni* ut MSS. tantum recenſentur, quæ nunc ſunt edita. *Petachia* Itinerarium ab *Hydio* quoque Latine verſum dicitur, non ſine errore, qui ex eo videtur ortus, quod Hydius *Abrah. Peritzol* Itinerarium latine converſum edidit. Sic minus bene babent, quæ ſub *Abrah. Chija* & *Mordechai ben Naphthali Hirſch* monentur, quod alibi oſtendemus.

ſupplere aggreſſus eſt *Buxtorfius* filius in Scriptis Criticis contra *Ludovicum Cappellum*, qui & ipſe interdum conſulendus venit.

JO. PLANTAVITIUS, Pauſanus, ex V. D. M. inter Reformatos *Biterrenſi* Epiſcopus Lodovenſis, an. 1651. ſi *Ludov. Morerii* Dictionario credimus, defunctus, *Florilegio* ſuo *Rabbinico Lodovæ* an. 1644. fol. excuſo ſubjunxit *Bibliothecam Hebraicam*, paginis 95. comprehenſam, in qva tum quod ad ordinem, tum quod ad librorum deſcriptionem veſtigiis Buxtorfianis * preſſe inſtitit, nonnunquam tamen ea deſerens, paſſim vero nova commemorans. Non negligenter eum in hoc labore verſatum eſſe fidem facere poterant verba ejus, quæ poſt animadverſionem in Buxtorfium, circa librum ערוגת הבשם errantem, p. 615. leguntur: *Verum*, inquit, *in eundem nos quoque forte ſcopulum incidemus, quando Rabbinorum libros non tam aliunde, quam ex tam maleſida gentis relatione cognoverimus. Hoc unum tamen audemus aſſeverare, nos nullum hic inſerere librum, vel quem de facto non viderimus & agnoverimus: vel quem apud probos auctores citatum aut Iudaorum nomenclaturis appoſitum non invenerimus.* Imo ut eo ſecurior eſſe poſſet Lector, in præfatione monet, ſe libros, quos ipſe poſſideat, addita nota *⁎* deſignaſſe, ** quod ut non temere in dubium vocandum eſt, ita & in ejusmodi libris recenſendis humani aliquid paſſum eſſe apparebit ex iis, quæ ſub R. *Bechai* de libro חובת הלבבות, itemq; ſub R. *Elijakim ben Napthali*, & R. *Iſaaco ben Abba* &c. monuimus. Speciatim nimium tribuiſſe videtur tum Catalogis librorum Judaicorum, tum ſermonibus Judæorum quibus in varios errores hinc inde præcipitatus eſt v. c. num 199. ſub חכמת שלמה, Confer, quæ ipſi ſub שלמה בן דוד de eo commentati ſumus. Hinc mirum non eſt, Bartoloccium ſubinde occaſionem nactum eſſe in Plantavitium animadvertendi, cujus rei exempla maximam partem recenſet Imbonatus in Bibl. Latino-Hebr. p. 130. frequentius tamen is ejus exemplo in devia abreptus eſt, quod exemplis hic invidioſe comprobare non ſuſtinemus. Ceterum *Plantavitius* noſter R. *Iehudam Leonem Mutinenſem*, ſuum in Rabbinicis præceptorem n. 323. laudat, ejusque maxime cura & ſtudio Bibliothecam ſuam Rabbinicam inſtruere cœpiſſe profitetur. Hanc noſtri Biblioth. Cl. *Auguſtinus Griſchovv* in Introductione ſua in Philologiam General. p. 389. cum aliis laudaverat, a qua p. 390. minus recte *Cauſani*, *Pauſa-*

* Buxtorfio ſe multa debere, ipſe in præfat. teſtatur, addens omnem illum apparatum a ſe jam ante editam Buxtorfii Biblioth. in itineribus per German. & Italiam ſusceptis congeſtum fuiſſe.

** Neque tamen huic notæ ſemper fidere poteſt Lector, quam additam v. c. num. 40. אור תורה ſentiet, quem tamen librum ſibi viſum ipſe in expoſitione negat.

(*Pauſani* ſcribere voluit) Bibl. Rabbin. diſtingvit, deque ea conſuli vult *Io. Morini* Exercitatt. Biblic. p. 348. Quæ enim ibi a *Morino* laudatur, Plantavitii noſtri eſt, qvi in præf. Bibliothecæ ſuæ teſtatus erat, ſe ipſis Morini Exercitationibus Biblicis & Samaritanis, jam antea 1639. in 4. editis multum adjutum eſſe. Plura de noſtro, ſi placet, leges in *Petri Balii* Dictionario Hiſtorico Critico Tomo III. p. 2451. *Pauli Colomeſii* Gallia Orientali p. 182. & *Imbonati* Bibl. Latino Hebr. p. 129. ſq.

In eodem ſtadio Plantavitium ſecutus eſt JO. HENR. HOTTINGERUS, Prof. Tigur. an. 1667. mortuus, cujus *Promtuarium* ſive *Bibliotheca Orientalis* capite I. toto p. 1--58. ſcripta Hebræorum ſecundum argumenta diverſa in undecim claſſes diſtributa, ſine memoratis vel annis, vel formis editionum, recenſet. Ex *Buxtorfio*, *Legero* & *Menaſſe ben Iſraël* eam ſe notitiam collegiſſe ipſe ſcribit p. 59. qvod de MSS. poſteriorum duorum collectaneis interpretari nonnullos video. Neque id negaverim de *Menaſſe ben Iſraël*, de quo paulo poſt videbimus: de Legero vero dubito, cum Hottingerus reſpexiſſe tantum videatur catalogum, quem ab eo Buxtorfium accepiſſe & cum Biblioth. ſua edidiſſe paulo ante tradidimus. Quicquid hujus erit, pauca certe ſunt, quæ præter apparatum Buxtorfianum attulit Hottingerus, qui in *Theatro* ſuo Tetraſtgeo Scriptores Hebræorum ſecundum auctorum nomina fuſius recenſiturus erat, quod ipſe p. 59. pollicetur. Hujus Smegma Orientale, cujus librum III. Bibliotheca Orient. conſtituit, *Stephani le Moyne* manu notatum fuit in Biblioth. *Gvil. Anslarii*, quod ex Catalogo Biblioth. ejus p. 88. patet, & veri mihi fit ſimile, ad Bibliothecam illam Hebr. ejus cura aliquid acceſſiſſe. Idem alioquin in *Hiſtoria Eccleſiæ N. T.* in *Compendio Theologiæ Iudaicæ*, *Theſauro Philologico*, *Archæologia Orientali* & *Exercitationibus varii argumenti* hanc provinciam maſcule ornavit.

Horum induſtriam vicit JULIUS BARTOLOCIUS *de Celleno*, Congreg. S. Bernardi Ord. Ciſterc. & S. Sebaſtiani ad Catacumbas Abbas an. 1613. d. 1. Aprilis natus, & Septuagenario major ex apoplexia XIV. Kalendas Novembreis anni 1687. defunctus, adornata *Bibliotheca Magna Rabbinica*, quæ Tomis IV. * anno 1675. 1678. 1684. & 1693. Romæ edita nova methodo non titulos librorum, quod priores fecerant, ſed auctorum nomina ſecundum literarum ſeriem diſpoſita Hebraico & Latino, atque hoc

* Pars I. literas ג, ב, א, II. ט, ח, ז, ו, ה, ד III. unicam י. IV. reliquas omnes cum auctario complectitur.

hoc quidem diffuſiori exhibet. Quarto Tomo immortuus auctor, *Carolo Joſepho Imbonato*, Mediolanenſi, ejuſdem Congregationis ſocio & diſcipulo ſuo inde a litera ש perficiendum hoc opus reliquit, cui & mantiſſa Scriptorum, in ipſa Bibliotheca omiſſorum, debetur una cum Tomo Operis V. an. 1694. ſub titulo Bibliothecæ Latino-Hebraicæ edito, quo ordine literarum Scriptores cujusque gentis & religionis recenſet, qui vel contra Judæos, vel de rebus eorum antiquitatibus & lingva, unquam quidqvam Latine exararunt. Bartoloccianum Opus molem ſuam voluminoſam debat frequentibus & amplis diſſertationibus, quas de variis vel fidei vel rituum Judaicorum capitibus non ſine demonſtrato inſigni lectionis Talmudicæ & Rabbinicæ uſu hinc inde inſeruit, ab Imbonato in Bibl. Latino-Hebr. p. 139. ſq. recenſitas. Ad hunc laborem ingrediendum excitatum ſe ipſe ſcribit Tom. III. p. 52. viſo R. *Jehuda Ione*, Ex Judæi, Catalogo Auctorum Hebræorum Chronologico, cujus aliquot folia ab eo ſecum communicata ait, ita comparata, ut præter auctoris nomen, cognomen & patriam ſolum libri ab eo ſcripti titulum, etiam ſine argumento memorato, indicarent. Huic itaque pauca debebit noſter, qui ab eo omnem Rabbinicæ doctrinæ apparatum mutuum accepiſſe præter rem, ut puto, viſus eſt *Rich. Simoni* in Bibliotheca Critica p. 376. Majus præſidium Bartoloccio noſtro ſubnatum eſt ex Bibliothecis *Vaticana*, & quæ illi junctæ ſunt, *Heidelbergenſi, Palatina, ac Urbinatenſi*, præterea *Barberina*, quarum Codices cum editos tum inprimis MSS. quos antea ignorari oportebat, diligenter, qvamvis non ubique ſatis accurate, recenſuit. Idem primus ex Bibliographis Hebræis in vita, ætate & conditione Scriptorum delineandis operam collocavit, ipſis Judæorum Chronologis adhibitis & inter ſe comparatis; unde factum eſt, ut aliorum in hoc genere labores & amplificaret multum, & paſſim emendaret. Ita igitur munitus omne Scriptorum Hebræorum, ſive gente ſive lingva talium, genus, Sacros etiam, præterea Ex Judæos, tum vero gentiles, & alios, quorum ſcripta Hebr. converſa ſunt, feminas quoque eruditas, ut & ex Chriſt. Apoſtatas, nonnullos etiam non tam ſcriptis, quam doctrinæ fama vel utili quodam invento inter ſuos celebres, in ſocietatem hanc cooptavit. Hæc auctoris diligentia a pluribus, nominatim a *Morhoſio* Parte I. Polyhiſtoris cap. VI. p. 49. *Nic. Antonio* in Biblioth. Hiſp. Vetere paſſim, & in Nova Tomo II. p. 686. (quo tempore eam is nondum viderat) B. *Io. Chriſtoph. Wagenſeilio* in Exercitationibus varii argumenti p. 161. auctoribus *Actorum Eruditorum* Lipſienſ. an. 1686. p. 588. promerita laude excepta fuit. Neque tamen vel ſic ab

ani-

animadverſionibus immunem ſe præſtitit auctor, quas exemplis confirmatas legere præ ceteris licebit in *Rich. Simonis* Bibliotheca Critica Tomo I. c. 26. & 27. qui, ſi a Rabbinica eruditione diſceſſeris, omne doctrinæ genus, inprimis vero Criticam ſacram, ab eo ignorari ſcribit; unde & procul dubio factum eſt, ut in conditionem Scriptorum eorumque γνησιότητα aut antiquitatem a Judæis nonnunqvam falſo jactatam rariſſime inquirat, in aſſertione Judæorum ſecurius acquieſcens. Idem *Simonius* id reprehendit, quod in nugis Judæorum, quarum vanitas in luce poſita ſit, confutandis longus ſit, fictionesque eorum allegoricas & alio ſenſu accipiendas tanqvam ſerio & literali ſenſu prolatas repetat, ut de iis colligendis tantum cogitaſſe videatur, quæ Judæos aliis deridendos propinare poſſent. Alii eum, contra Judæos diſputantem, apertas veritates diſſimulaſſe ajunt, ut indulgentia qvadam ac lenitate eorum animos demulceret. Vide Acta Erudit. 1685. p. 600. Alii Talmudis aut veterum Rabbinorum loca (quod & nobis hinc inde obſervaſſe licuit) minus feliciter aut ſenſui convenienter Latine converſa ab eo fuiſſe hinc inde monuerunt: quod repetitis vicibus oſtendit feliciſſimus Talmudis Interpres, Cl. *Georgius Eliezer Edzardus* in limatiſſimis notis ad caput II. *Avoda Sara* p. 213. 309. 310. 365. 366. 367. 517. & 518. item ad *Beracboth* p. 259. Addi & hoc poterat, in diſputationibus adverſus Judæos, de fidei capitibus Bartoloccium athletam ſe præſtare minus exercitatum, & frigide utplurimum rem agere, interdum vero eorum ſententias, Scripturæ adverſas, v. c. de *Purgatorio*, de cultu Angelorum Sanctorumque dicendo ornare, & ad defendenda Eccleſiæ Romanæ placita confidenter urgere. Quæ qvidem ἐγκλήματα ut ad excurſiones, hinc inde factas, maxime referuntur; ita nec deſunt, qvæ ad palmarium negotium, Scriptorum ſcilicet notitiam, ſpectant. Hanc enim ut de auctoribus chimæricis v. c. ר׳ נתן non dicam, & verboſius tradidit, quam neceſſe erat, & magis quam dixi poteſt, confuſe, inprimis vero ab ὁμωνυμίας fraude, præſentiſſimo & communi fere in his rebus verſantium, ſcopulo, adeo ſibi non cavit, ut freqventer aliis aliorum adſcriberet libros, & ex uno auctore plures, ex pluribus unum effingeret. Præterea ejusdem auctoris nunc in eadem pagina, nunc paucis interjectis, mentionem repetit, ſæpius libros affert tanquam ἀνωνύμους, qvos alibi ſub Auctorum nominibus recenſet, vel quos ſuis auctoribus haud difficulter vindicare poterat. Imo plerique eorum, quorum ſub litera פ titulo פלוני אלמוני mentio fit, antea vel ſuo loco ſub prioribus alphabeti literis vel ſub Auctoribus ipſis commemorati erant. Exemplis hæc adſtrui poterant, niſi ampla

Digitized by

ampla illorum ſeges ſe offerret oculis, qvocunqve ſe vertant. Interim vide, ſi placet, ſub יצחק ישראלי בן יוסף, ſub יצחק ישראלי בן שלמה ר' קלונימוס ר' ליפמן & שם טוב מליאן. Hæc quidem hoc loco a me afferuntur non eo animo, ut fraudi ſint inſignibus alioquin & laudandis Bartoloccii meritis, ſed ut intelligatur, quam facilis & frequens ſit in his labendi, hallucinandi, neſciendi occaſio, & quam neceſſe ſit, ut plures ſocias ſibi manus jungant, & mutuam opem præſtent.

Hæc mecum cogitantes alii jampridem conſultum putarunt, in compendium mitti Bartoloccianam Bibliothecam, reſectis diſſertationibus illis omnibus, quæ & mirum quantum Lectorem turbant, & parum juvant. Germani carere ſpeciatim illis poſſunt, poſtquam eximium *Jo. Andr. Eiſenmengeri* opus germanice ſcriptum, quod *Judaiſmum detectum* dixit, in omnium nunc manibus verſatur, qvippe quo illa argumenta pleraque, ſi ritus aliquot exceperis, ad quos raro excurrit Eiſenmengerus, & fuſius & diligentius excutiuntur. Illud conſilium fuit *Rich. Simonii* in Bibliothecæ Criticæ Tomo I. pag. 363. & 377. Idem fieri voluit Vir præſtantiſſimus *Eduardus Bernardus*, quod ex Codice quodam ejus MS. quem in Bodlejana Bibliotheca evolvere mihi licuit, intellexi: *Biblioth. Magna Bartoloccii*, inquit, *digreſſionibus nimia eſt*, *alias liber magnipretii & diligentiæ. Debet recudi Oxonii in 4. ſine literis Hebrais, præaer auctorum nomina ac titulos librorum, & ſine iſtis epiſodiis.* Perficere, quod alii ſvaſerant, cœperat Celeb. *Adrianus Relandus*, inſigniter de omni re literaria promeritus, cujus auſpiciis compendii Bartolocciani excudendi initium factum erat Amſtelodami, cura *Seb. Pezoldi*, cujus intercedentia fata etiam hujus inſtituti filum abruperunt. Confer præfationem ad Analecta Rabbinica ** 8. in quibus vitæ celebriorum Rabbinorum, *Salomonis Iſaacidæ* ſive *Raſchii*, *Aben Eſræ*, *Davidis Kimchii*, *Levi Gerſonidæ* & *Iſaaci Abarbanelis* ex opere Bartolocciano integræ recuſæ ſunt. Plura de Bartoloccio leges, ſi placet, apud *Imbonatum* l. c. *Carolum Ioſephum Morotium* in Hiſtoria Chronologica Ciſtertii Refloreſcentis Sect. III. *Iulium Maurotenum* in Via Fidei, & *Proſperum Mandoſium* in Bibliotheca Romana.

Pertinet huc ex noſtratibus GABRIEL GRODDECK, Profeſſor quondam LL. OO. & Talmudis primum extra ordinem *Lipſienſis*, deinceps in patria *Gedanenſis*, 12. Sept. an. 1709. ex peſtilentia defunctus, cujus *Spicilegium librorum Anonymorum & Pſeudonymorum, hebraice vel editorum, vel MSS.* doctiſſimis VV. CC. *Georg. Eliezeris Edzardi*, & *Laur. Normanni*, an. 1703. 21. Maji defuncti, auctum in Theatro Anonymorum & Pſeudonymorum Placciano Hamb. 1701. fol. edito p. 680. ſeq. exſtat. Vir doctiſſimus

Digitized by Google

ctiſſimus inprimis beneficio שפתי ישנים Anonymos illos detexit, præterea vero ampliorem paucorum quorundam MSS. quos Pariſiis in Bibl. Regia evolverat, notitiam ſuggerit, plura, quod paulo poſt videbimus, præſtiturus, ſi per fata potuiſſet. Interim obſervationes, quas diximus, ab operis typographicis hinc inde deturpatæ ſunt, quod paſſim in hac Biblotheca oſtendimus. & vel ex n. 62. ac 63. intelligere licet, ubi quæ n. 62. poſt voces איל משולש leguntur verba, ad finem num. 63. referri omnino debent. Conferri cum illo Spicilegio poteſt *Hexecontas Pſeudonymorum Hebraicorum*, diſputantium more in Gymnaſio Gedanenſi an. 1708. ventilata, in qua alia adduntur, alia uberius ediſſeruntur & firmantur, quæ *Spicilegium* illud aliquot annis ante cum B. Placcio communicatum ſtrictim tantum repræſentat. Vitam noſtri leges, ſi placet, in Bibliotheca Novorum Librorum Halis edita Parte II. p. 180. & in *Danielis Friderici Pönmanni* Vitis Virorum Clariſſimorum num. XV.

Nec taceri debet JO. HENR. OTTONIS, Profeſſoris quondam Tigurini, *Hiſtoria doctorum Miſchnicorum*, Oxonii primum an. 1672. 12. edita, deinde vero cum Cl. *Adriani Relandi* (qui nomen ſuum diſſimulavit) Amſtelod. 1699. in 8. cum ſuccinctis notis recuſa. De *Miſchnicis* & *Gemaricis* Doctoribus alioquin præter Judæos, in Talmud ac ſpeciatim *Pirke Avoth* commentantes, multa monent ex noſtratibus Interpretes Codicum Talmudd. nec minus illi, qui de Academiis & Scholis Hebræorum præceperunt, inter quos eminet Cl. *Georgius Urſinus*. De JACOBI GAFFARELLI *Indice Codicum Cabbaliſticorum*, quibus *Io. Picus Mirandulanus* uſus eſt, plura in calce hujus præfationis dicam.

Laudanda denique eſt Viri plurimum Reverendi doctiſſimique CHRISTIANI THEOPHILI UNGERI, apud Sileſios in Ducatu Wolavienſi Paſtoris hodie inter Lutheranos *Hernlaurſchitzenſis* & *Ritzenenſis*, cujus ſtudium in hac opera mea provehenda, per literas mihi comprobatum ſubinde celebravi, induſtria, qua Indicem librorum *Dyrenfurti* ab anno 1689. hebraice excuſorum una cum ejusdem Supplemento, Parti IX. *Muſei librorum Novorum* p. 691. & Parti XIV. p. 91. *ἀνωνύμως* inſertum elaboravit.

Tantam diligentiam Chriſtiani perqvirendis Judæorum monumentis impenderunt, quam ipſorum Judæorum, hac in parte rerum ſuarum minus ſatagentium, induſtriam vincere ex illis patebit, quæ de Judæorum in hoc argumento conatibus nunc dicemus. Inter illos itaque, ſi a *Talmude* & auctore ℣ *Seder Olam Rabba* diſceſſeris, primus *Scherira Gaon* qui Sæculo X. poſt C. N. medio vixit, de Serie Doctorum Judaicorum, ad

Digitized by G

ad poſteritatis memoriam transferenda, ſolicitus fuit, quod apparet ex ejus *reſponſione* quæ libro *Iuchaſin* p. 107—120. inſerta eſt. Ejus veſtigia ſecuti ſunt R. *Abraham ben Dior* in ספר הקבלה, quem dixit, tum *Abrah. Zacutus* in libro יוחסין, hinc R. *Gedalia Iachiades* in שלשלת הקבלה i.e. *catena* ſeu *ſucceſſione traditionis*, ac denique R. *David Gantz* in צמח דוד i.e. *Germen Davidis*, quibus addendus eſt R. *Samuel Algaſi* in תולדות אדם i.e. *Generationes Adami*. De his ſatis in ipſa Bibliotheca diximus, ex qua etiam hinc inde patebit, ipſos Judæos, χρονολογίας & hiſtoriæ tum externæ, tum patriæ quoque & domeſticæ maxime imperitos de ætate, conditione ſcriptisque doctorum ſuorum adverſis inter ſe capitibus ſubinde contendere, quibus aliunde ſuccurrendum fuit, ubi fieri potuit. Præterea vero iidem cœco & ſuperſtitionis pleno impetu, Criticæ artis penitus ignari, ſuſpicere & religioſe amplecti ſolent ſcripta, quæ ſub antiqviſſimorum vel Patriarcharum, v. c. *Adami*, vel Prophetarum, ut *Moſis* &c. vel Doctorum Talmudis ætati proximorum, v. c. *Nechonjæ fil. Hakkana* &c. nominibus circumferuntur. Nec temere qvenqvam inter eos inveneris prudenter diſſentientem, ſi excipias R. *Aſariam de Rubeis*, qvi in præſtantiſſimo libro מאור עינים ſubinde cum ratione auſus eſt nonnulla ſuorum ſcripta de jactatæ antiqvitatis throno deturbare, vel ſaltem factæ interpolationis poſtulare. Hunc interdum ſeqvitur, plerumque vero deſerit Ganzius in *Zemach David*. Recentiori memoria eruditus Judæus, MENASSE *ben* ISRAEL cujus notitia rei literariæ Judaicæ ex variis ſcriptis elucet, hanc curam ſuſcepit, quod ex apparatu ejus MS. quo *Hottingerum* uſum diximus, & aliis, ſub nomine ejus ſuo loco commemoratis, apparet.

Ante illum R. IMMANUEL ABOAB, Hiſpanus, Rabbinus qvondam Amſtelodamenſis, in *Nomologia* ſua *Amſtelod.* 1629. in 4. edita ſucceſſionem Doctorum ſuorum ex laudatis Hiſtoricis perſecutus, telam interruptam usque ad ætatem ſuam pertexit, & in multis eximium mihi uſum præſtitit. Qvod ipſum dicere qvoqve habeo de DANIELIS LEVI *de* BARRIOS *Triumpho Regiminis Popularis* ſive *Democratiæ* Hiſpanice *Amſtelod.* 1683. 8. edito, & a præſtantiſſimo mihiqve amiciſſimo Viro, *Maturino Veyſſiere la Croze* mecum communicato, cui recentiorum in Belgio ex Hiſpanis Judæorum notitiam uberiorem debere me ſubinde profiteor, plura debiturus, ſi ejusdem *Relationem de Poëtis & Scriptoribus Iudæorum Hiſpanis*, qvam a Cl. *Iacobo Basnage* in Hiſtoria Judaica Tomo V. p. 2097. laudari video, qvoqvomodo nanciſci potuiſſem. *Karæorum* ſcripta, ipſis Judæis

Digitized by Google

dæis Rabbanitis vel ex odio, vel ex invidia hucdum ignorata, magnam, credo, partem, (pauciſſima enim ſuorum ſcripta ipſi in Polonia vel Ruſſia, majori, quam alibi, freqventia commorantes, habere ſe profitentur) mihi innotuerunt ex R. *Mardochai* fil. *Niſan*, Karæi, tractatu, qvem, hucdum *ἀνέκδοτον*, cum Latina verſione notisque qvalibuscunqve Hamb. an. 1714. in lucem protuli. Qvodſi huic *Itinerarium Karaiticum* Guſtavi Peringeri jungere licuiſſet, cujus aliquot pagellas, formis exſcriptas, ad B. Wagenſeilium, teſte *Meelführero* in Acceſſionibus ad Almeloveenium p. 81. miſit, plura procul dubio nobis paterent.

Poſt horum conatus R. SCHABTAI fil. JOSEPH, *Strimenſis*, ex Polonia majore oriundus, & adhuc *Dyrenfurti* in Sileſia ſuperſtes, Chriſtianorum, & *Bartoloccii* inprimis, cujus prius volumen vidit, ceu profitetur p. 108. Biblioth. ſuæ, exemplo excitatus, negotium hoc, negligentius a ſuis tractatum, majori animi contentione adgreſſus eſt, edita *Amſtelod.* 440. C. 1680. in 4. apud *Davidem Tartas* paginis 180. Iudæorum more computatis Bibliotheca Hebraica, ſub titulo שִׂפְתֵי יְשֵׁנִים i. e. *Labia Dormientium*, titulo ex *Cantic.* VII, 10. rei ipſi convenienter petito, cum, quod ipſe in præfatione monet, *dormientes*, ſive *mortui*, hic loquantur; præterea vero auctoris nomen שבתי in priore voce, litera ב cum פ ejusdem organi ſeu pronunciationis permutata, diſerte exprimatur; denique vero tota libri ſtructura, duabus quaſi *valvis*, altera ſcriptis ad Legem Scriptam, altera commentationibus ad Legem Oralem pertinentibus inſtructa ſit, quæ valvæ cum Hebræis דלתות vocentur, דלתות, autem de labiis *Pſalmo* CXLI. 3. (דל שפתי) ſecundum expoſitionem Kimchii in libro Radicum, voce דלת uſurpetur, cauſam ſibi habere viſus eſt noſter, cur hunc ſcriptioni titulum faceret. Inſcriptionis itaque rationem non perſpexit *Rich. Simon*, qvando p. 362. T. I. Bibl. Crit. eam primo qvidem recte per labia, deinde vero perperam per *portas dormientium* convertit, procul dubio ideo, quod a *Schabbataeo* vocem שפתים i. e. labia cum דלתות i. e. *porta, ſeu Foribus*, conferri videret. In poſteriori tituli voce latine exprimenda lapſus quoque eſt, qvi in Theatro Anonymorum Placciano p. 722 b. per *labia Seniorum* interpretatur, vocem יָשֵׁן i. e. *dormiens*, cum יָשָׁן i. e. *vetus*, errore admodum obvio confundens, ſicut & *Steph. Morinus* in Exercitt. de Lingva primæva p. 377. per *Labia* vel *mortuorum* vel *Senum* verti voluit. Hic igitur *Buxtorfii*, *Plantavitii*, *Hottingeri* & ex parte

Bar-

Digitized by Google

Bartoloccii Bibliothecis, qvas laudat ipſe in calce Bibliothecæ, שער החיצן, qvasqve, Latine qvippe intelligens, adhibere potuit, uſus, variis Judæorum Bibliothecis in itineribus excuſſis, totum opus in quatuor partes digeſſit, quarum I. realis eſt, & ſectione priore decem capitibus, recenſitis librorum Biblicorum ordine, titulis, paraſchis & capitibus, libros enumerat omnes, qui ad Scripturam Sacram interpretandam * vel commentarios, in eandem ab aliis ſcriptos denuo illuſtrandos, pertinent, precatorios item, rhythmicos & varias ſcientias alias tradentes; ſicut in poſteriore poſt recenſionem operis Talmudici libri omnes, ad Miſchnam & Gemaram totumque Ius forenſe & rituale Judæorum relati, commemorantur. Pars *Secunda* ſecundum methodum Buxtorfianam titulos librorum cum argumento, auctore & editionibus variis repræſentat. Tertia (1. ſub titulo: שַׁעַר בַּת רַבִּים auctorum nomina ſecundum literarum ſeriem, addita ſubinde ſingulorum ætate, & citatis partis ſecundæ paginis, in quibus diverſi eorum libri inveniantur, proponit. 2) Doctores tum *Miſchnicos* tum *Gemaricos*, ſed utroſque ſeorſim, ordine alphabetico ex Juchaſin; deinde vero ex *Zemach David* eosdem Doctores una cum *Seburæis* & *Geonæis* ſecundum temporis ordinem collocatos, in ſcenam producit. Parte IV, denique ſub tit. שַׁעַר הַחִיצֹן *ſectio externa*, occurrunt nunc tituli librorum, nunc auctorum nomina, qui, cum Chriſtiani eſſent, Hebraicos libros vel converterunt, vel qvidqvam ad res Judæorum pertinens literis ſive Hebraicis ſive aliis tradiderunt. Præfatio præmiſſa decem utilitates ex libro illo hauriendas commonſtrat, prætereaque diſciplinas noſtro more una cum methodo docendi, Judæis Hiſpanis *Amſtelodami* recepta, enarrat. Ex hac recenſione intelligitur, auctorem mira & grata brevitate & Nominalem & Realem Bibliothecam ſuis exhibuiſſe, atque adeo merito tum ſuorum tum noſtratium exſpectationem ſuſtinuiſſe. Judæorum plauſus multiplices in limine leguntur, ex Chriſtianis vero *Rich. Simon* l. c. p. 362. & *Theatrum Anonymorum Placcianum* p. 722. cæteris Bibliothecis omnibus præfert, aliis ſtupendam diligentiam & ſtyli Hebraici elegantiam, cum Actis Eruditorum Lipſ. an. 1682. p. 204. collaudantibus, ne de elogiis a B. *Carpzovio* & *Rud. Mart. Meelführero* frequenter in eundem collatis dicam. Hinc factum eſt, ut ex Chriſtianis plures, de Latina libri verſione cogitarent, ex quibus recordor nunc Venerabilis CHRISTIANI WOR-

* Hinc Index comentariorum Rabb. qui in S. Codicem, aut partes ejus conſcripti ſunt, repetitur in Cl. *Andr. Relandi* Analectis Rabbinic.

WORMII, Epiſcopi hodie Seelandini, qui verſionem Latinam commentario inſtruendam in præf. libri II. Antiquitatum Hebr. in Tacito & Martiali corruptarum promiſit. Idem ante eum conſtitutum habuit Illuſtris GUSTAVUS PERINGERUS *a* LILIENBLADT, ex Profeſſore Upſalienſi S. R. M. Svecicæ qvondam Secretarius & librorum per Sveciam Supremus Cenſor, ante qvinqvennium circiter defunctus: vide Meelführeri Acceſſiones ad Biblioth. promiſſam & Latentem Almelovenii p. 80. *Holmiæ Literatæ* Partem I. p. 24: & *Magni Ronnovii* notas ad Codicem Talmudicum de Æſtimationibus p. 9. Hic enim *Peringerus* jam an. 1681. Lugduni Batavorum tunc ſtudiis operans, conjuncta cum R. Schabbatæo opera, intra novem menſes verſionem hanc abſolverat, cujus cum tres qvatuorve philyræ, textum Hebræum & interpretationem Latinam in oppoſitis ſibi columnis exhibentes, prelum reliqviſſent, maturatus Peringeri ex Belgio abitus reliqvas interclusit. Vide Muſeum librorum Novum Parte IX. p. 694. Hæc itaque procul dubio eſt verſio Latina, quam Schabbatæus in Belgio procurare dicitur in Actis Erudit. an. 1682. p. 204. Poſt irritos *Peringeri Wormiique* conatus doctiſſimus *Jo. Fridericus Clannerus*, Gymnaſii Brigenſis apud Sileſios Collega, eandem Bibliothecam Latine reddendam, multisque auctoribus locupletandam ſuſcepit, quod ex ſeodem Muſeo librorum Novorum Parte XIV. p. 106. intelligitur. Imo & BARATUS qvidam, Pariſiis in Collegio Mazariniano ante paucos annos defunctus, ſub finem vitæ de Latine vertenda illuſtranda & amplificanda hac Biblioth. ſerio cogitaſſe dicitur in præf. ad Novam Bibl. Selectam quæ eidem Barato maximam partem deberi in præfat. dicitur. Noviſſime omnium V. C. JO. JOACH. SCHRODERUS, linguarum Orientt. in Acad. Marpurgurgenſi Prof. digniſſimus, idem negotium aggreſſus eſt. Ex his ut præſtantiam libri exiſtimare ſatis licet, ita eadem non obſtant, quo minus animadverſionibus obnoxius cenſeatur. Sic *Rich. Simoni* l. c. p. 162. *Buxtorſium* errantem ſecurius dicitur ſecutus, quod me quoque hinc inde obſervare memini: ſicut & in Indice auctorum alphabetico, qui in calce Bibliothecæ exſtat, aliqvoties libros Scriptorum vel ex parte, vel penitus ὁμωνύμων confudit, interdum etiam ex uno duos fecit Scriptores * in univerſum vero eo per inſtituti & methodi morisque Judaici rationem defectu laborat, quod nec in ætatem, nec in ſcripti rationem

* Ita R. *Jacobum Kopel ben Schemuel* p. 98. b. col. 4. diſtingvit a *Jac. ben Schem. Kappelman* p. 96. a. col. 2. qvi certe unus eſt auctor, qvod alibi oſtendam.

nem critice inqvirat, quemadmodum de Karæis plura non attulit, qvam qvæ ex MSS. Bibliothecæ Leidenſis & uno loco libri נובלות חכמה hauriré potuit. Reliqva hinc inde ſuis locis notavimus. Cur autem Cl. *Auguſtinus Griſchovv* in Introduct. ad Philologiam p. 397. monuerit, *Schabbataum* in præfatione Bibliothecæ ſuæ teſtari, eam eſſe fratris ſui *Jacobi Strimeri* fœtum, non video, cum non in illa, ſed in titulo tantum fratris, ſine parte laboris ei vindicata, mentio fiat.

Reſtat ut eos memorem, qui in hoc doctrinæ genere aliquid de ſe exſpectari juſſerunt. Tales ſunt GILB. GAULMINUS, Conſiliarius Status apud Regem Galliæ, an. 1667. defunctus (vide *Colomeſiana* Opuſculis Evremonii inſerta p. 317.) qui p. 175. notarum ad libros de Vita & morte Moſis promittit diatriben de Apocryphis Hebræorum libris; & JAC. GAFFARELLUS an. 1681. ætatis 80. mortuus qvi paravit *Bibliographiam Jatrico-Hebraicam*, ut & Judicium de ſcriptis potioribus, qvæ Judæi & Arabes per mille annos elapſos exararunt. Vide Nova Literaria Germaniæ an. 1706. p. 160. Idem in notis ad librum R. *Elcha ben David* de fine mundi p. 21. editurum ſe ait cum ſua de Lingvis Orientalibus ad doctos ſententia Catalogum MSS. Cremonenſi incendio * ſublatorum, qvem a Samuele Medico Hebræo Venetiis acceperit.

Ex noſtratibus B. GABRIELI GRODDECKIO, paulo ante laudato, animus fuit, ordine temporis ſive ætatis obſervato, rem Hebræorum literariam perſequi, qvod apparet tum ex Theatro Anonymorum Placciano p. 684. ubi & tractatum *de Scriptis Judæorum Pſeudepigraphis* promittit, & p. 686. tum ex novis Literariis Maris Balthici an. 1700. p. 37. In collectanea Viri inqvirenti mihi apud Gedanenſes, inter ſchedas disjectas & male habitas nihil, qvod faceret ſatis, inveniri reſponſum fuit. Præter eum Rever. HENR. MUHLIUS, Primarius Profeſſor Theologus Kilonienſis, in calce Apologiæ ſuæ Talmudicæ, cum *Jo. Cocceji* Operibus editæ, pollicitus eſt *Rabbinologiam ſive tract. de ſcriptis & meritis Rabbinorum in rem literariam*, qvam qvo minus forte inpoſterum exſpectemus, amplioris muneris conditio prohibet. *Rud. Mart. Meelführerum* ſimile quid deſtinaſſe

* Incendia Hebræorum libris aliquoties inſigne detrimentum attulerunt, qvod Pragenſe æqve ac Mœno-Francofurtanum nuperum teſtatur: de utroque vide egregiam de *Memorabilibus* Judaicis commentationem doctiſſimi *Jo. Jac. Schudtii* Parti II. lib. VI. p. 81. cujus ego Viri liberalitatem, in ornanda hac Bibliotheca per literas probatam gratus agnoſco.

naſſe haud obſcure ex diſſertatione ejus *de Meritis Hebræorum in rem literariam* Witteb. 1699. habita intelligitur.

Plura vero exſpectaveris a Rev. CHRISTIANO THEOPHILO UNGERO, paulo ante a nobis laudato, qui in *Muſeo librorum novo* Parte XIV. p. 406. diſſimulato nomine, promiſit *Bibliothecam Rabbinicam e Jo. Buxtorſio, Julio Bartoloccio & R. Sabathæo in compendium contractam, cum novis acceſſionibus & obſervationibus, quibus e monimentis fide dignis Hebraicæ gentis hiſtoria Literaria non parum illuſtratur.* Hujus Viri & doctrina inſignis & incredibile hoc doctrinæ genus promovendi ſtudium & præſidia, quæ huc pertinent, alia ita mihi perſpecta ſunt, ut ad deſtinata in publicum egregium exſequenda excitare nolim, qvem ſua virtus eo non tam ducere, qvam rapere videtur.

Nuper etiam *Georg. Henr. Sappuhnius* ſpem fecit *Bibliothecæ MSS. Orientalium*, in qua fuſius & accurate recenſere inſtituit Codices Rabbin. Syriacos, partibus quatuor, qvarum I. libros ſacros ſive Liturgicos; II. Philoſophicos morales, III. Mathematic. & Medicos, IV. Grammatic. Poëtic. Hiſtoricos & miſcellaneos comprehenſura ſit. Vide *Muſeum librorum novorum* germ. editum an. 1713. Part XXVIII. p. 240. ubi Specimen in iisdem Ephemerid. exhibendum promittitur, qvod tamen hucdum non comparuit.

Utinam qvoque ſpe adhuc præcipere liceret ADAMI ANDR. CNOLLENII, Verbi Divini qvondam apud Furthenſes Miniſtri, ſuperiore anno pie defuncti, recenſiones variorum librorum Rabb. pleniores, quos ſub titulo פְּרִי עֵץ הַדַּעַת טוֹב וָרָע i. e. *fructus arboris ſcientiæ boni & mali* inſerere cœpit *Relationibus Innoxiis* de ſcriptis Theologicis vernaculo ſermone edi ſolitis, inde ab anno 1712., eandem operam, ſi per fata licuiſſet, continuaturus. Ex iis enim non ſolum adæqvata argumenti, ſingulis libris tractati, idea naſcitur Lectori, ſed alia præterea ad hodiernam rei literariæ Judæorum conditionem ſpectantia hinc inde adferuntur.

Denique ex Amicorum literis & præſtantiſſimi *Jo. Maſſoni* Hiſtoria Critica Reipubl. Literariæ mihi conſtat, Celeb. JO. MEYERUM, Profeſſorem Theologum Harderovicenſem, cujus egregia exſtant in Antiquitatem Sacram æque ac Judaicam merita, de hac quoque parte bene mereri ingreſſum eſſe. Non contemnendum etiam præſidium ad hoc argumentum acceſſurum aliqvando eſt ex Catalogo MSS. Oriental. Bibliothecæ in Batavis Lugdunenſi, in qvo adornando Cl. JO. HEYMANNUM, Lingva-

rum

Digitized by Google

rum Orientt. in Academia illa Profeſſorem meritiſſimum, diligenter cum maxime occupari accepimus. Qvod ſi idem aliqvando de MSS. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis (ceu votis præcepit *Rich. Simon* in Biblioth. Critica Tom. I. p. 378.) & de Codicibus inſtructiſſimæ Bibl. Bodlejanæ, qvod ſpectata Cl. *Jo. Gagnerii*, qvi nunc Profeſſionem Orientt. Lingvarum in Acad. Oxon. ornat, induſtria & doctrina ſperare nos jubet, fieret, haberet ſane orbis Literatus, qva hujus rei ſtudioſus eſt, de qvo ſibi gratularetur. Recenſionem pleniorem Codicum Hebr. qvos manu exaratos ſervat inſtructiſſima Bibliotheca Nobiliſſ. JCti, ZACHAR. ANDR. *ab* UFFENBACH, cujus prolixam in me voluntatem gratus veneror, parat Clariſſ. doctiſſimusque *Jo. Henr. Majus* Filius, qvi partem illius benevole mecum communicavit. Interea temporis de Viri eruditiſſimi, JACOBI *le* LONG Bibliothecæ Sanctæ Parte II. qvæ & Judaicos & ceteros Scripturæ S. Interpretes complectetur, præclariſſima qvæqve nobis pollicemur.

Ex Judæis poſt *Menaſſen ben Iſraël*, de cujus Apparatu literario MS. diximus, in hoc argumento aliqvid molitur ipſe R. *Schabbatæus*, qvi novæ Bibliothecæ ſuæ editioni multum amplificatæ ultimam limam adhibuiſſe fertur in Memoriis Trivoltinis an. 1711. p. 1661. Adde *Muſeum librorum novum* Parte IX. p. 695. ubi is, utut ſeptuagenario major, nondum ſpem omnem abjeciſſe dicitur, editionem Bibliothecæ ſuæ Hebraico-Latinam cum ſupplementis neceſſariis in publicum emittendi. Vereor autem, ut in hac ſpe perſiſtere nunc poſſimus, poſt moleſtias, quas ab illo ob recuſum librum שפתי ציון ægre ſuperatas fuiſſe in hac Bibliotheca ſuo loco monuimus. Alius *Schabbatæus*, cognomine *Ambron*, Judæus eruditus, Romæ idem nunc agit, de qvo vide Bibliothecam hanc noſtram ſuo loco. Fertur is inprimis Bartoloccium ob immane, qvo Judæos proſecutus ſit, odium notaturus; nec dubito ſane, reprehenſionis materiam inventurum eſſe, (exemplum vide p. 947. Biblioth. noſtræ, & alias) ſi ipſi Codices B. Vaticanæ manu exaratos evolvendi copia fieret, qvæ olim a Curatoribus Bibl. Leidenſis facta eſt *Schabtæo Strimenſi* modo laudato. Horum induſtriam ſuperaturus aliqvando videtur R. *David Oppenheimerus*, Archiſynagogus Pragenſis, & magnæ inter ſuos autoritatis, de cujus Bibliotheca, incredibili ſtudio & ſumtu ex omnibus terræ partibus congeſta, ſub ejus nomine diximus. Hujus Catalogum in lucem ſe editurum is & præſenti mihi, Hanoveræ, ubi adhuc commoratur, verſanti, & per literas, confirmavit.

Atque illi qvidem ſunt, qvi rem Hebræorum literariam hucdum vel

provexerunt, vel provehere conati ſunt, quorum ego hinc exemplo excitatus, hinc apparatu adjutus idem conſilium inde ab anno MDCCIV., qvo Hiſtoriam Lexicorum Hebraicorum, juvenilis conatus ſpecimen, in lucem proferebam, ſuſcepi, qvod qvidem interjecto tempore, per alias occupationes, non tam abjectum quam dilatum nunc demum exequi potui, cum præſentis muneris mei rationes & permittere illud, & qvodammodo poſtulare a me viderentur.

Opus itaque Bartoloccianum, longioribus illis excurſionibus reſectis, in compendium miſi, quod, ſi a Miſchnicis & Gemaricis Doctoribus diſceſſeris, unius & dimidii alphabeti, qvod vocant, materiam mihi fecit. Ejus obſervationes cum ceterorum Bibliographorum & ſpeciatim Schabbatæi narrationibus ſedulo comparavi, & ubi occaſio ferebat, diſſenſionem notavi, partim ut appareret, a cujus parte veritas ſtaret, partim, ut ſi res a me confici non poſſet, aliis inpoſterum occaſio naſceretur, ex diverſis illis ſententiis veriorem ſeligendi & idoneis rerum argumentis confirmandi. Qvæ quidem tractandi ratio qvamvis tractationem ſubinde longiorem & forte etiam tædioſiorem reddiderit, obſervanda tamen mihi viſa eſt, ut Lector in promtu haberet omnia, qvæ unquam in ſcriptis, maximam partem raro obviis, de hoc argumento prolata inveniuntur, ne dicam, ex comparatione illa ſæpius erroris originem, alioquin obſcuram, in luce collocari. Cum vero animus mihi eſſet, non tam aliorum inventis uti, quam de meo quidquam in commune bonum conferre, & *Bartoloccii* æque ac *Schabbatæi* labores nunc locupletare, nuc emendare, operam omnino dedi, ut, quoscunque poſſem libros, ipſe inſpicerem, præcipue cum Summe Rever. JOANNIS FRIDERICI WINCKLERI, Paſtoris in æde D. Nicolai meritiſſimi, ut & doctiſſimorum conjunctiſſimorumque Collegarum meorum, GEORG. ELIEZERIS & SEBASTIANI EDZARDORUM itemque JO. ALBERTI FABRICII, & aliorum inſtructiſſimæ Bibliothecæ inſtituti mei perficiendi copiam, qvod gratus celebro, mihi facerent. Eodem fine Hanoveram ſuperiori anno excurri, ut vaſtam & incredibili ſumtu congeſtam R. *Davidis Oppenheimeri*, Archiſynagogi Pragenſis, Bibliothecam, & ingentem Codicum manu exaratorum apparatum, quoad per temporis rationem, & difficiles ut plurimum Judæorum, rebus ſuis nimis ſolicite timentium, mores fieri potuit, excuterem. Nec parum inde me præcipue quod ad diverſas librorum editiones profeciſſe Lector experiendo diſcet, inprimis vero ex acceſſionibus, quas jam paratas habeo, intelliget, in quibus Catalogum MSS. Oppenheimeri, quem labore hoc fere ad finem perducto nactus, ſæpiſſi-

ſæpiſſime ad partes vocatum videbit. Præterea & in hac urbe privatæ Judæorum qvorundam Bibliothecæ mihi patuerunt, quarum unam, cæteris præſtantiorem, ſerius mihi excuſſam hoc magis doleo, quo ampliorem mihi vel emendationum vel acceſſionum, inpoſterum communicandarum, materiam ſuppeditavit. Cumque fieri non poſſit, ut unus aliquis omnes Judæorum libros oculis uſurpet, Virorum eruditorum Symbolas per literas conquiſivi, nec paucas obtinui, a nonnullis, quorum prolixam voluntatem ſuis locis gratus laudavi. Hinc & factum eſt, ut MSS. vel publicarum, v.c. Regiæ Berolinenſis, & Senatoriæ Lipſienſis vel privatarum, quales ſunt Celeberrimi *Dan. Erneſti Jablonskii*, (qui & Catalogum librorum ex Typographia Orientali, ipſius auſpiciis an. 1697. inſtructa, a primis initiis ad hoc tempus editorum accurate mei cauſa, quod gratus prædico, conſignatum miſit) & Nobiliſſimi ac modo a me laudati *Uffenbachii*. Subſidio quoque fuerunt variarum Bibliothecarum, Anglicanarum, puta, Leidenſis, Mediceæ, &c. tum privatarum, B. *Abrah. Hinckelmanni*, *Gabr. Groddeckii*, *Jac. Triglandii* & plurium Catalogi, quorum nullum temere prætermiſi, additis etiam iis, quæ diverſa loca mihi, in itinere quondam verſanti, ſpectanda obtulerunt.

His itaque ſubſidiis nixus, quicquid unquam vel a Judæis quacunque lingua, vel a Chriſtianis hominibus, adeoque & Ex Judæis, hebraice ſcriptum aut in Linguam Sanctam converſum prodiit, ad meæ recenſionis cancellos pertinere putavi, excluſis tamen ex hac priore parte Scriptoribus Biblicis * (niſi quod ſcripta ſingulis ſuppoſita & jampridem νοθείας convicta, tanquam profana, in hunc cumulum conjicienda eſſe cenſui,) Doctribus item Miſchnicis ac Gemaricis, enarrationi Talmudici Corporis jungendis, ac denique Anonymis, quorum omnium Series poſteriorem hujus Bibliothecæ partem, ſi DEus voluerit, occupabit. Nonnunquam, fateor, Scriptores attuli, exemplo Bartoloccii magis, quam meo judicio, inductus, eo quidem conſilio, ut illi inpoſterum ex horum numero expungi poſſent, quod nominatim de *Moſe Amyraldo*, *Nic. Lirano* & aliis admonendum eſſe duxi. Fruſtra quoque hic requiſiveris nomina eorum, (quamvis nec illos, ſi alioquin non incelebres inter ſuos fuerint, prorſus omiſerim) qui præter approbationes aut præfationes aliorum Scriptis præmiſſas nihil literis conſignarunt, quorum proinde ratio mihi habenda non videbatur.

* Ex his tamen *Davidem* & *Danielem* commemoratos videbis, eo quod tum temporis cum ea Typis exſcriberentur, conſtitutum adhuc erat, Sacros Scriptores ceteris jungere.

Scriptorum nomina formis majuſculis ſine vocalibus exprimenda curavi, addita Latinis literis communiori illa pronunciandi ratione, nec neglectis iis, quas a quibusdam hinc inde frequentari videram: ſic enim ipſe, Lector, rectius intelliges, quam punctationem literæ, ſibi relictæ, rectiſſime admittant. Eadem nomina pro Judæorum conſvetudine ſecundum prænomina digeſſi, cognominibus celebriorum Scriptorum ſuo quidem loco recenſitis & Lectore ad propriam ſedem remiſſo, quod non ſine tædio frequentius fieri debuit. Titulos librorum vocalibus inſtruxi, compendii cauſa, ne iidem Latino ſermone eſſent repetendi; cumque illi ab argumento utplurimum ſint minus ſejuncti & obſcuriores, relationes, quas Scriptores ipſi in præfatione reddere ſolicite conſueverunt, ſtrictim expoſui, citatis etiam, unde plerumque deſumi ſolent, locis Scripturæ divinioris. Si plures eſſent ejuſdem auctoris libri, interdum eos ſecundum literarum ſeriem collocavi. Argumentum librorum paucis, rarius diffuſis verbis, ubi nempe argumenti dignitas requirere videbatur, expoſui, modeſte notatis allucinationibus diſſentientium, non quidem omnium, ſed quorum in hoc doctrinæ genere auctoritas vel mihi vel aliis in erroris ſocietatem facile pertrahendis fraudi eſſe poterat. Ut etiam de librorum conditione rectius conſtaret, molem plerumque, minimum ignotiorum, nunc ex alphabetis, nunc ex paginis, quibus contineantur, notatis exiſtimandam Lectori reliqui, quod frequentius facturus eram, niſi conſilium hoc ſerius, & opere jam longius provecto, cepiſſem, cui tamen defectui in Supplementis medebor. Interea notetur, paginas Judæorum more a me computatas eſſe, ut ſcilicet pagina una utrumque comprehendat latus, atque adeo plagula majoris formæ duabus, plagula quarti ordinis quatuor, octavi vero octo paginis abſolbatur. A Scriptorum, niſi illuſtriores eſſent, vitis curioſius enarrandis vrevitatis ſtudio abſtinui, facto tamen Scriptorum ex Judæis Chronologicorum, quorum hanc in rem uſus eſſe poſſit, indicio, & diſſenſu eorum, ubi occaſio ferebat, indicato. Inprimis tamen in ætatem ſingulorum inquiſivi, quæ ſi diſertis verbis a me definita non eſt, ex annis, quibus ipſi libri editi ſunt, æſtimanda fuerit. Eorundem γνησιότητα aut νοθείαν, ſi minus explorata eſſet, collectis libratisque, quæ vel allata huc dum erant, vel adferri poſſe videbantur, argumentis diffuſius forte, quam per erat, definiendam putavi, eo quod hoc momentum a Bibliographis maxime omnium neglectum ad mei tamen officii partes præcipue ſpectare arbitrabar. Quo in negotio cum ad librum *Juchaſin* &

Schal-

Schalſcheleth hakkabbala ſæpe provocaverim, monitum lectorem velim, me prioris quidem editionem *Cracovienſem* anni 340. C. 1580. poſterioris *Venetam* 346. C. 1586. adhibuiſſe. Ganzii *Zemach David* allegans ad annorum ſeriem, quam ipſe ſecutus eſt, me recepi. R. *Schabbatai* Bibliothecam, quam שפתי ישנים *Labia dormientium*, inſcripſit, compendii cauſa per literas initiales ש״י deſignavi. Hebræa Scriptorum loca brevitatis ſtudio ductus latine plerumque, integra fide, attuli, niſi de genuina eorum interpretatione dubitandi cauſa naſceretur. A notis, procedente opere cumulandis de induſtria abſtinui, cum in majorem, quam quæ exſpectatione præcepta erat, molem tractatio excreſcere mihi videretur.

Summatim ut dicam, nihil curæ omiſi, ut ab erroribus, quos humana induſtria cavere poteſt, liberior prodiret labor, quamvis ne ſic quidem vel mihi vel aliorum exſpectationi ſatis feciſſe videar. Difficicile enim omnino negotium eſt, quod & Judæi ipſi rerum ſuarum admodum ſint non minus ignari quam incurioſi, præterea vero ſcripta Judaica inſpiciendi copia rarius fiat ob ipſam eorum tum inter Judæos tum inter noſtrates raritatem & poſſidentium invidiam; Ephemeridum inſuper Literariarum auctores, quod in Cl. eruditiſſimique *Jo. Maſſoni* Hiſtoria Reipubl. Literar. Tomo IV. p. 180. recte admonitum eſt, libros Iudaicos vel prorſus omittant, vel parce commemorent, ne dicam, proprios hic, ſi alias unquam, oculos adhibendos eſſe, niſi infinitis erroribus locupletari velis. Auget difficulaatem incredibilis tum Auctorum tum librorum *ὁμωνύμων* multitudo, quæ frequentem errandi occaſionem facit, inprimis quando Judæi ſuorum nomina diverſimode, & nunc integra, nunc mutilata efferunt. Unde nec mirum eſt ipſos Judæos, ne de noſtris dicam, quod frequenter uſu venit, in hunc lapidem offendere. Ex quo intelligitur, non unius hominis hunc eſſe laborem, ſed, ut plures ſocias ſibi manus præbeant, maximopere requiri. Hoc ipſum oculatiſſimus Buxtorfius pridem perſpiciens: *Uni*, inquit, *libros Hebræorum omnes, aut maximam eorum partem videre, vix unquam facultas dari poteſt, unde plurium opera hic requiritur. Nam alii alios vident & conſequuntur, qui ſi ſuum de iis judicium conferant, aliquid magnum effici poteſt*, &c.

Super ſunt pauca momenta, de quibus Te, Benevole Lector, moneri intereſt. Non ignoras, eam Judæis annos computandi rationem receptam eſſe, quæ a Condito Orbe ducitur, & nunc Æram majorem, quæ millenariorum quoque rationem habet, nunc minorem, millenariis omiſſis, ſecum fert. Quod ſi igitur anni Judaici ad Chriſtianorum

calculum revocandi fuerint, tenendum eſt, annum Æræ Judaicæ majoris 3760. reſpondere anno Æræ Chriſtianæ vulgaris primo, ut proinde anni 3760 demendi ſint, ſi annum Chriſtianum exploratum habere velis. Hodie Judæi Æram minorem h. e. ſine millenariis quinque computatis, adhibent, & præſentem annum per 475. deſignant, quem ſi ad Chriſtianum calculum revocare velis, addendi fuerint anni 1240. ſic enim habebis annum 1715. Caterum de hac Epocha mundi Judaica lege ex Judæis ipſis Aſariam in *Meor Enajim* lib. III. c. 35. cujus verba latine exhibet Vorſtius in notis ad *Zemach David* p. 221. ſq. Ex noſtratibus adire juverit B. Ægid. Strauchii diſſ. de Computo Talmudico-Rabbinico recuſam in Faſce Exercitationum Philologico Hiſtoric. De eadem & aliis Judæorum Epochis, cum Annis Chriſti naſcentis collatis, inſpice Bartoloccium Tomo I. p. 81. ſq. ex quo brevem earum delineationem ſtatim exhibebimus De titulis librorum Judaicorum in univerſum obſervandum eſt, eos raro a ſolo argumento v. c. פירוש i. e. *commentarius*, חדושים i. e. *novæ obſervationes* &c. peti, plerumque vero ex quodam Scripturæ loco nunc convenienter admodum, nunc minus apte deduci, interdum ad auctoris alludere nomen ut פִּתְחֵי יָהּ R. Petachjæ, (quod nomen per Gematriam interdum in titulo latet v. c. in נחלת שבעה & ספר שומרת quos titulos vide) nonnunquam etiam numerum capitum aut librorum, quibus ſcriptio abſolvitur, referre, quemadmodum *Elias Levita* Lexicon ſuum Chaldaicum תשבי a numero vocum 712. in eo explicatarum, & Maimonides compendium Talmudicum יד חזקה a libris quatuordecim, quibus continetur, appellavit. Interdum in eodem titulo pleraque horum concurrunt, ſicut R. Schabtæi Bibliotheca Hebræa per inſcriptionem שפתי ישנים primum ad *Cantic.* VII. 9. deinde ad auctoris nomen, denique non obſcure ad libri ipſius argumentum non ſine ingenio alludit. Quo ipſo factum eſt, ut plerorumque ſcriptorum Hebraicorum tituli metaphorici & improprii ſint, quod recte monuit Hottingerus in præfatione ad Bibliothecam Orientalem.

Nominum propriorum inter Judæos ea eſt ratio, ut prænomen cognomini jungatur, quorum poſterius communiter a Parente deſumitur & interdum quoque adjunctum habet nomen aliud, quod vel gentis eſt, vel urbis patriæ, vel loci, in quo commoratur, vel ſigni domibus, quas incolunt, præfixi, vel artis, quam faciunt, vel Scientiæ, quam callent, &c. Sic celebris ille Maimonides, *Moſis* prænomine dictus cognominatur a Parente filius *Maimon*, a patria *Moſes Cordubenſis*, a loco commora-

morationis ſuæ *Moſes Ægyptius*, ab arte, quam exercuit, *Moſes Medicus* ſive *Rophe*. R. *Iſaac Abarbanel* cognomen a gante fert inter ſuos ſatis illuſtri, R. *Teble Schif* a ſigno navis, Aaron Cabbaliſta (המקובל) a Cabbalæ, quam ſectatus inprimis eſt, cognitione.

Ab animalibus quoque interdum appellantur Judæi, inprimis Germani, inter quos frequentia ſunt eorum exempla, qui *Hirſch*, (Cervi) *Wolf*, (Lupi) *Beer*, (Urſi) & *Löw* (Leonis) nomine inſigniuntur. Quod quidem ideo inprimis fieri ſolet, quia Parentes, liberis frequenter orbati, effici poſſe cenſent, ut una cum nominibus vivacium & vegetorum ejusmodi animalium eorundem natura & indoles ad liberos poſtea natos transferatur. Eſt & alia ejusmodi nominum ratio: Solent enim Judæi Germani nomina Hebraica ſuorum vel jungere Germanicis, idem ſignificantibus, vel cum iisdem permutare, ita ut qui *Benjaminis* nomen habet, *Benjamin Seev* זְאֵב ſive *Wolf*, qui *Napthali*, is *Zevi*, (צְבִי) vel *Hirſch*, vel junctim *Zevi Hirſch*, qui *Iſſaſcharis*, *Eſel* (חמור) i. e. *aſinus*, qui *Jehuda*, is אַרְיֵה vel *Löw* (ליב) vel *Lewel* appellatur. Quæ quidem nominum permutatio derivanda eſt ex *Geneſ.* XLIX. in quo *Juda*, *Benjamin*, &c. cum his, quæ [illegible]mus, animalibus comparantur. In his itaque conſvetudo fert, ut Sa[illegible] illis ſeu Biblicis nominibus in Synagoga, Germanicis vero in vita communi utantur, ſicut & impoſitio vel permutatio illa nominum in gratiam Germanorum, cum quibus Judæi verſantur, facta videtur. Conf. B. Wagenſeilii Inſtitutionem de dialecto Rabbino-Germanica plagula D. 4. b. Præterea Judæi Hebraica nomina variis modis nunc per tranſpoſitionem nunc per decurtationem nunc per acceſſionem ſyllabarum more diminutivorum factam inflectere ſolent, ut interdum difficilis ſit conjectura, quod præcipue nomen indicetur. Sic qui vocatur Abraham, dici quoque ſolet עברמן, *Eberman*, עבריל *Avril*, *Avramka* &c. *Iſaacus* audit quoque *Eiſack* item *Aslin* & *Aisman*. Quod argumentum egregie excuſſum video a R. *Simcha ben Gerſon* in libro שְׁמוֹת ſive *de Nominibus Propriis*, ex quo proinde excerpta potiora exhibenda putavi, ut ad ea recurrere liceat quærenti. Denique nec id omittendum eſt, Judæos novum adſumere & priſtino jungere nomen conſveviſſe, ſi ex gravi morbo convaluerint, id quod ſolemni ritu in Synagoga fieri, & prævia benedictione promulgari ſolet, eo conſilio, ut Angelus mortis divino mandato aliquem v. c. *Jacobum* ad necem quærens non inveniat, quem petit, ſub diverſo ſcilicet

licet *Samuelis* nomine latentem. Hinc fit, ut duo interdum prænomina unus habeat, cujus rei exemplum præbet *Aaron Schemuel Koidenower*. In ejusmodi occaſione frequenter adhibetur nomen *Chajim*, quod *vitæ* habet notionem, ceu teſtatur Menaſſe ben Iſrael in libro de Termino Vitæ p. 108.

De editionibus librorum Hebraic. in univerſum ita habendum eſt, quod antiquiſſimæ illæ, ac inprimis *Theſſalonicenſes CPolitanæ* & *Piſaurenſes* ut rariores, ita pleniores ac fideliores ſint, ſicut viciſſim *Venetæ* & in aliis Italiæ locis regionibusque, Chriſtiana religione illuſtratis, curatæ, ut plurimum caſtratæ ſunt iis in locis, quæ injuria in ſalutarem doctrinam eſſe videbantur. Hoc enim fieri conſultum putarunt tum ipſi Judæi rebus ſuis timentes, tum etiam Chriſtiani, partim religioni ſibi ducentes nefandorum hominum convicia tolerare, partim, ne quid inde religio detrimenti patiatur, verentes. Propterea Romæ & in aliis locis omni tempore publica auctoritate conſtituti fuerunt, qui vel caverent, ne quid ejusmodi in Judæorum libros adhuc excudendos referretur, vel, ubi jam excuſi eſſent, loca offenſionis plena calamo inducerent, & quoquo modo delerent, cujusmodi Codices frequenter oculis uſurpavi, qui ipſa Correctorum, v. c. *Victorii Eliani* & *Camilli Jagelis*, Ex Judæorum, nomina in calce annotata exhibebant. Exempla ejusmodi caſtrationum commemorata a nobis ſunt ſub R. *David Kimchi* pag. 304. & ſub *Moſe Maimonide*. Nuper admodum *Philippus Erneſtus* *Chriſtfels*, Ex Judæus, aggreſſus eſt, ſcripta Judæorum omnia, quæ ex Wilmersdorfiana officina in lucem proferuntur, a locis ejusmodi liberare, ejusque rei initium fecit in Pentateucho ibi an. 1713. cum diverſorum commentariis in fol. edito, id quod fuſius exponitur in Relationibus Innoxiis vernacula lingva editis an. 1714. p. 87. ſq. Nec improbandum puto hoc inſtitutum, ſi ad ea referatur loca, quæ convicia, calumnias, Magica & alia hujus generis lectori ingerant; ea vero rectius & ſine periculo puto retineri, quæ falſas, maleſanas etiam & abſurdas Judæorum interpretationes, aut eorumdem de fidei ſuæ capitibus ſententias, noſtræque oppugnationem malignam complectuntur, cum hodie periculum fere nullum ſit, ne cui a veritate deflectendi occaſio hinc ſubnaſcatur. Ita olim ſtatuerunt *Eduardus Pocockius* in Annotationibus ad Portam Moſis p. 309. *Cartwrightus* in Mellificio Hebræo lib. V. cap. 9. & *Jacobus Windetus* in lib. de vita functorum ſtatu, p. 96. edit. Roterodam. Tomo IV. Opuſcul. Philologicorum. *Mallem utique*, inquit is, *Judæum, futilia*

lia ſua proferentem ſuque deque habere, quam ut noſtra caſtratione fruſtra prudens ac ſobrius eſſe videatur.

Lege, ſi placet, præterea *Jo. Wulferum* in Animadverſ. ad Salom. Zevi Theriacam Judaic. p. 345. & Vener. *Henr. Muhlium* in Apologia Talmudica p. 12. Ipſos Iudæos in libris ſequioris ævi id ſibi ſæpe ſumere, ut addant, demant, interpolent, quemadmodum ingenium ipſis ſuppeditare, res ferre, aut uſus gentis ac religio exigere videtur, recte obſervat & exemplis R. Schallum, interpolantis Juchaſin, ac utriusque Nizzachon, Hackſpaniani ſcilicet & Lipmanniani confirmat. Idem quoque antiquioribus ſcriptis partim temporis injuria, partim ſciolorum inſolentia accidiſſe, luculentis exmplis probat Aſarias in *Meor Enajim* lib. III. cap. 19. quod fere totum Latine converſum leges in limine ꝧ *Seder Olam Rabba* editi a V. C. *Jo. Mejero.* Confer & R. *Gedaliæ Schalſchelet Hakkabbala* p. 29. b.

Ultimo loco monendus es, Lector, me in calce Bibliothecæ hujus exhibuiſſe Catalogum librorum quorundam, qui ex iis, quos R. *Schabtæus* in שפתי ישנים recenſuit, vel penitus, vel quod ad certas editiones in Bibliotheca Oppenheimeriana deſiderantur. Eum R. Oppenheimer ſingulari ſcheda conſignatum edidit, ut, cum nihil ſibi deeſſe velit, quicquid unquam hebraice editum eſt, hoc modo ſuorum opera defectum ſarcire poſſet: ego vero illum hoc loco eo conſilio repetii, ut ſi qua de editione libri cujusdam, an prorſus exſtet, dubitatio ſuboriatur, ea inſpectione hujus catalogi vel tolli vel confirmari poſſet. Quæ enim hic non notatæ ſunt, eas apud Oppenheimerum inveniri certum eſt. Præterea recudi curavi Indicem Gaffarellianum trium MSS. quibus Jo. Picus Mirandulanus uſus eſt, non tam ob Indicis & argumenti præſtantiam, quam ob libri in Bibliothecis non facile inveniendi raritatem. Ad Picum hæc MSS. quæ Gaffarellus Venetiis invenerat, pertinuiſſe, conjectura is, idoneis, ut puto, argumentis innixa, adſecutus eſt felicius, quam, quod idem ſtatuit, eosdem Codices inter ſeptuaginta illos a Pico numeratos fuiſſe, quos, ab *Esdra* profectos, ſibi in promtu eſſe aliquoties teſtatus eſt. Pici ſane hanc mentem non fuiſſe ex eo evinco, quod ipſe unum ex his Codicem, nempe ſecundum, qui eſt *Elieſeris* vel potius *Eleaſaris Wormatienſis*, de ſcientia animæ rationalis, ſub *Heliaſaris Garnocenſis* nomine in libris contra Aſtrologos aliquoties alleget. Imo nec ipſum Gaffarellum id ſibi vere perſvaſiſſe, ſed ad fucum aliis faciendum vel etiam præſtantiæ opinionem his voluminibus conciliandam ſimulaſſe (quale Viri ingenium fuiſſe ſcripta ejus alia, & illi, qui propius eum in Gallia cognitum habuerunt

tur)parum abeſt quin credam, cum argumenta, quibus hanc in rem utitur, nimis ſint levia, quam ut ipſe Gaffarellus iis in hanc pertrahi ſententiam potuiſſe videatur. Quod enim eandem Cabbalæ doctrinam his libris proponi ait, quam illis Esdræ contineri aſſeveraverat Picus, id ut ex parte largimur nominatimque de Menachemi Recanatenſis commentario, utpote myſtico & Cabbaliſtico, credimus; ita hæc convenientia certe non evincit, ad *Esdræ* libros, quos Picus credidit, pertinere, cum recentior Scriptor iisdem veſtigiis inſiſtere potuerit. Et vidit ſane Gaffarellus argumentum, quo opinio hæc oppugnari valide poſſit, nempe quod ipſi Codices R. *Levi* (qui dici debebat *Menachem*) *Recanatenſis*, *Eleaſaris Katon* & R. *Schem Tov ben Joſeph*, quos recentiores eſſe Rabbinos non ignorabat, tanquam auctorum nomina præ ſe ferunt. Hujus itaque argumenti vim eluſurus Gaffarellus fingit, hos tantum eſſe *exſcriptores*, *collectores* (vide p. 11.) *explanatores*, *inſtauratores*, (vide p. 18. & 19.) Sed quam, quæſo, habet ita conjiciendi rationem? num ipſorum Codicum teſtimonium? certe nullum adfert, non taciturus, ſi adferri potuiſſet: num aliorum, forte æqualium judicium? & hoc fruſtra quæſiveris, aut exſpectaris, cum potius communi Judæorum voce & calculo libri hi illis tribuantur Scriptoribus, quorum nomina exhibent. Quod ipſum cum latere Gaffarellum, harum rerum ceteroquin ſtudioſiſſimum, nec imperitum, non potuerit, cauſæ aliquid eſſe video, cur hominis fidem ſuſpectam habeam. Confici hoc negotium poterat, ſi in promtu eſſet Catalogus librorum Pici noſtri Hebr. quem habere ſe, ſed tædii evitandi cauſa afferre nolle profitetur *Richardus Simon* in Bibliotheca Selecta Tomo I. p. 333. Totam interim Pici Bibliothecam Cardinali *Grimani* venditam olim fuiſſe teſtatur *Jo. Franc. Picus* in epiſtola ad Maximilianum Imp. quæ libro Reuchlini de Arte Cabbaliſtica præmiſſa eſt. Ceterum libellum ipſum integra fide, qualis Pariſiis prodiit primum, recudi curavi, retentis etiam Sphalmatibus illis, quæ non a Typographo, ſed ab auctore repetenda videbantur, qualia paſſim in titulorum hebraicorum ſcriptione & interpretatione Latina deprehenderis, ſicut & p. 19. pro ס' העלות omnino ſcribendum erat ס' המעלות, ne dicam, de Scriptoribus illis vel exſcriptoribus, quos putat Gaffarellus, quædam minus recte tradita eſſe, quæ in Supplementis, Deo annuente, a nobis excutientur. Ceterum copia libelli hujus facta mihi eſt ab elegantiſſimi ingenii & omnigenæ doctrinæ Viro, *Maturino Veyſſiere la Croze*, qui Bibliothecæ Regiæ Berolinenſi cum inſigni literarum acceſſione præeſt. Eundem ad me paulo poſt ex inſtructiſſima Bibliotheca ſua miſerat Nobiliſ-

ſimus

igitized by G

ſimus *Zacharias Conradus ab Uffenbach*, JCtus Francofurtanus, cujus proliхum ſtudium bonas literas provehendi optimus quisque mecum merito collaudat. Sed de his ſatis.

Inpoſterum, Benevole Lector, exſpectabis Partem Bibliothecæ hujus poſteriorem, quæ præter Scriptores Biblicos, recenſionem Talmudis & Doctorum tum Miſchnicorum tum Gemaricorum, ac denique *ἀνωνύμων* notitiam, Indicesque varios, exhibebit cum emendationes tum acceſſiones partis prioris, quæ mihi ex Catalogo MSS. Oppenheimerianorum ſerius ad me miſſo, & Bibliotheca Iudæi cujusdam privata, mille fere voluminibus conſpicua, non ita pridem ſubnatæ ſunt, ut, ſi per imminentes Nundinas fieri poſſet, Sesquicenturia ad priores Scriptores accederet. Ita vale, Amice Lector, & conatus meos benigne interpretare. Dabam Hamburgi e Muſeo IV. Kalend. Majas *A. R. S.* cIɔ Iɔ CC XV.

Tabula Epocharum illuſtrium apud Hebræos, quam Bartoloccius Tomo I. p. 81. ex Kalendario, quod Venet. & Mantuæ quotannis evulgatur, exhibet.

מאדם עד	Anni ante *C. N.*	*AB ADAMO AD*	*A. M.*
המבול	2104	Diluvium, fluxerunt anni	1656
שנולד אברהם אבינו	2812	Nativitatem Patris noſtri Abrahæ	1948
הפלגה.	1764	Diviſionem lingvarum.	1996
שנולד יצחק	1712	Nativitatem Iſaaci	2048
שנולד יעקב	1652	Nativitatem Jacobi	2108
ירידת אבותינו למצרים	1522	Ingreſſum Patrum noſtrorum in Ægyptum	2238
שנולד משה הנביא	1392	Nativitatem Moſis Prophetæ	2368
יציאת מצרים ומתן תורה	1312	Exitum de Ægypto & datam Legem.	2448
ביאת הארץ	1274	Ingreſſum in terram Canaan.	2486
צמיחת קרן דוד	1873	Unctionem David in Regem.	2887
הבנין בית ראשון	832	Ædificationem I. Templi	2928
גלות עשרת שבטים	556	Captivitatem X. Tribuum.	3204

	C. N.		*A. M.*
חרבן הבית ראשון	422	Deſolationem Primi Templi	3338
ראשית מלכות מדי ופרס	371	Initium Regni Medorum & Perſarum.	3389
הבנין בית שני	352	Ædificationem II. Templi	3408
ראשית מלכות יון	317	initium Regni Græcorum.	3443
מנין השטרות וחתימת חזון	310	Æram Contractuum & obſignationem Prophetiæ.	3450
ראשית מלכות חשמונאי	102	Initium Regni Machabæorum	3653
שנולד ישוע משיח	A.C.	Nativitatem JESU CHRISTI.	3760
חרבן בית שני	68	Deſolationem II. Templi,	3828
חתימת משנה	189	Obſignationem Miſchæ.	3949
קושטאנטין	273	Conſtantinum M.	4033
האמונה מאיני	293	Hæreſin Manichæorum	4053
חתימת גמרא ירושלמית	422	Obſignationem, Gemaræ Hieroſol.	4182
חתימת גמרא בבלית	505	Obſignationē Gemaræ Babyl.	4265
שנולד מחמד	522	Nativitatem Muhamedis,	4282
ראשית אמונת ישמעאלים	583	Initium Sectæ Iſmaelitarum.	4343
חתימת הי'ד להרמ"בם	1276	Obſignationem libri Hajad Maimonidis.	4936
גלות צרפת	1395	Exilium Gallicum,	5155
גלות ספרד	1492	Exilium Hiſpanicum.	5252
גלות פורטוגאל	1500	Exilium Portugallicum.	5260
גלות מעיר ויהנה	1669	Exilium ab urbe Vienna Auſt.	5419

Tabula exhibens annos, qui ab Epochis his modo memoratis ad A. C. 1672. effluxerunt.

A. M. 5432. *eſt* *A. C.* 1672.

A Diluvio.	3776	Ingreſſu Iſraelit. in Ægypt.	3194
		Nativit. Moſis.	3064
Nativitate Abrah.	3484	Exitu Iſraelit. ex Ægypto.	2984
Diviſione Lingvarum.	3436	Ingreſſu Iſraelit. in Canaan.	2946
Nativitate Iſaaci.	3384	Unctione David in Regem.	2545
Nativitate Jacobi.	3324	Ædificatione I. Templi.	2504
		Captivitate X. Tribuum.	2228

Æra

Digitized by Google

Æra Contract. & prophetiæ obſign.	1982
Initio Regni Maccabæorum.	1779
Nativitate JESU CHRISTI.	1672
Everſione II. Templi.	1604
Obſignatione ſive compoſitione Miſchnæ.	1483
Incenſione I. Templi.	2094
Initio Regni Medor, & Perſ.	2043
Ædificatione II. Templi.	2024
Initio Regni Græcorum.	1989
Conſtantino M.	1399
Hæreſi Manichæorum.	1379
Obſignat. Gemaræ Hieroſol.	1250
Obſignat. Gemaræ Babyl.	1167
Nativit. Muhamedis.	1150
Initio Sectæ Iſmaelit.	1089
Obſignatione libri Hajad Harambam.	496
Exilio Gallico.	277
- - Hiſpanico.	180
- - Portugall.	172
- - Urbis Venetæ Auſtr.	3

Idem Bartolocc. p. 83. monet, ſe in his Tabulis in deſignatione annorum nonnulla errata deprehendiſſe, quæ vel incuriæ Typographi vel inſcitiæ auctoris debeantur; cujus rei exempla quædam affert.

Excerpta ex R. *Simcha fil. Gerſon Sacerdotis* ספר שמות Venet. A.C. 1657. edin 4.

PAg. 1. auctor monet, nomina hoc libro comprehenſa ſic ſcripta inveniri in ſchedis *Salom. Loriæ*, *Iſaaci Chajut*, & filii ejus *Menachem Manes* (מאנש) *Chaijut*, & nepotis *Schimſchon Chaijut*, porro vero *Moſis Germani*, tum *Joſ. Tranenſis*, ac denique *Elieſeris*, auctoris libri דמשק אליעזר. Atque hi auctores deinceps in ipſa commentatione crebro allegantur, quorum obſervatis ſuas animadverſiones inſpergit auctor:

אברהם *Abraham*, & interdum אברם *Abram*, cognomen dari ſolet אברוש עברמן *Everman*, item עבריל *Abril*, אברמקא *Avramka*, *Avroſch*, אברושקא *Avroſchka*, אבריל *Aberle*, צבריל, זלטן *Salman*, אברליפא *Avrelipe*, עברלין *Averlein*, אברלי *Abberle*, עלם *Alam* & דרהם *Darham*. p. 1. & 3.

2. אביגדור *Avigador*, cum & ſine ו quod nonnulli pronunciare ſolent per Avigader. 3. a.

3. אביעזר *Avieſer*, cognomen זעליג *Seelig*, ſcribitur etiam אביעזרי *Avieſri*. 3. a. & b.

4. אבישלום *Aviſchalom*, אבשלום *Abſchalom*, ſine י. 4.

5. אדא *Ada*, cum א in fine, quia omne nomen proprium exoticum per א non per ה ſcribi debet. 4. b.

 6. ארוני

5. a. 6. אדוני *Adonai*, cum ו.
5. b. 7. אהרן *Aharon* cognomine ארען *Aron*, ארגו *Argo*, ארנן *Arnon*, item איזק *Eiſack* item העמרלן *Hemerlen*.
8. אוגיה *Ogi* vel אוגייה *Ogiia* cum 2. Jodin.
9. אורי שרגא *Vri Schraga* quidam ut unam, alii ut duas voces ſcribi volunt: cognomen eſt apud Germanos וייבש *Vaibſch*.
10. אורי *Vri* cognomine ליפמן *Lipman* vel וייבש *Vaibſch*, item ויבלמן *Veibelman*, ut et גומפלין *Gumpelin*.
6. a. 11. אושעיה *Oſchaja*, alii cum ה alii cum א.
6. b. 12 איזק *Eiſack* alii cum uno alii cum 2. Jodin, cognomen Iſaaci; habet etiam cognomen אזלין *Aslin* & איזמן *Aisman*.
6. b. 13. אייטילחן *Eitelchan* ut una vox accipi debet.
14 איכל *Ichel*, vel איחל loco nominis יחיאל *Jechiel*.
15. איסרל *Iſerl* cognomen Iſraël.
7. a. 16. אכתריאל & כתריאל *Achtariel* & *Cethariel*.
17. אלזגוטא *Alsgota*, rectius ut una continua vox ſcribitur, & eſt cognomen גמלין *Gamlin*.
18. אלחנן *Elchanan* qui vocatur חנן *Chanan*.
7. a. b. & 8. 19. אליהו & אליה *Elijahu* & *Elija* cognomine שוועטשקא *Schwetſchka*.
8. b. 20. אלימלך *Elimelech* cognomine פילטשא *Piltcha*.
8. b. 9. a. 21. אליעזר *Elieſer*, & אלעזר *Elaſar*; & לאזר *Leſer* vocatur אלעזר, ליזר *Leiſer* vero אליעזר *Elieſer*: ſic Elieſeris cognomen quoque eſt ליברמן *Liberman* & לזן *Laſan*, ut & בוקש *Bokſch*, פאבולי *Phabuli*, & וויבש *Veibſch*, item ליפמן *Lipman* vel אליקום *Elikum*, ac פפו *Papho*.
9. a. 22. אליקים *Elijakim* cognomine גוצלק *Gozlak* vel גוצלך *Gozlach* vel גוצלי *Gozli*, vel וויבער *Veibeer*, ויבלין *Veiblin*, item געץ *Getz*, זלמן *Salman*, & ליווא *Leva*, tum אנאשטאש *Anaſtas*, quæ eſt nominis explicatio ex L. Gr. (ἀναςάς.)
9. b. 23. אלכסנדרי *Alecſandri* & אלכסנדר *Alecſander* cognomine סענדרלא *Sanderla*, & סענדר *Sander*, & סנדרמן *Sanderman*.
24 אלצפן & אליצפן *Alzaphan* & *Elizpan*.
25. אלקנה *Elkana* cognomine אליקא *Alika*.
26. אנגֿל i. e. *Anſchel* cum ג raphato ſcribendum quibusdam videtur.
27. אפינדי *Aphindi*.
28. אפרים *Ephrajim* cognomine גומפיל *Gumpel* vel גומפרעכט *Gumprecht*.
29. אצל vel איצל *Ezel*, vel *Izel*.
10. a. 30. אקסילראד vel אכסילרד *Akſilrad*, vel *Achſilrad*.

31.

Digitized by

31. אשקר *Aſchkar* nomen Arab. quod denotat אדמוני *Admoni* i. e. ruber.
32. אשר *Aſcher* cognomine אנשיל *Anſchel* vel לאם *Lam* vel לעמיל *Lemel*, vel ענשבין *Anſchken*, vel מוקיל *Mokel* vel זעליקמן *Seelikman*, vel כשר *Caſchar*, item ענואל *Anuel*, לעמל *Lemel*.
33. אשתרוק *Eſtrock*, vel אשתרוג *Eſtrog*, quod videtur ex lingva deperdita repetendum. 10. b.

ב

34. באלי *Babli* nunc cum א, nunc ſine eo, nomen in Turcia receptum.
35. בבאני *Bavani* quod derivatur vel ex Chald. בבא *Bava*, i. e. porta, vel quoque ex Arabico באב ejusdem notionis: convenit cum nomine בבא גאני *Bava Gani* i. e. נפש האב *anima patris*. 11. a.
36. בונמי *Bonmi* pro nomine *Benjamin*, cognomen ſecum fere ſolet בינא *Bina*, בונש *Boneſch*, בונם *Bonem*.
37. בוקש *Bokſch* cognomen *Elieſer*.
38. בינדיט *Bendit*, quod alii, minus recte, ſcribunt בענדיט *Bendit*, בענדט *Bendat*, aut בענדיד. Bendit דמתקרי (i. e. vocari etiam ſolet) יום טוב *Jom Tov*, & ברוך *Baruch*; cognomen vero habet (hebr.: מכונה) בונדיך *Bondich*, בונפט *Bonfet* & בישוף *Biſchof*. 11. b.
39. בישקא *Biſchka*, cognomine ביבאנט *Bevant*.
40. בנימין *Benjamin*, ubi fuſe de eo, quo modo hoc nomen cum ceteris filiorum Jacobi, & quo ordine in *Ephod* ſcriptum ſit: cognominatur וואלף *Wolf*, aut וואביל *Vavel*. 12. b-15. b.
41. בן ציון *ben Zion*. 16. a.
42. בערא *Beera* cognomen eſt *Iſaaci*.
43. בצלאל *Bezalel* cognomine פטשולקא *Patſcholca* aut בטשולקא *Batſcholca* aut בצולקא *Bazolca*.
44. ברידר *Bruder* quo nomine vocantur illi filii, qui poſt Parentis obitum naſcuntur.
45. ברוך *Baruch* cognomine בינדיר *Bendit* i. e. *Benedictus*.
46 ברכה *Beracha* quo vocantur filii boni ominis cauſa, ſicut etiam vocantur יום טוב *Iom Tov*.
47. ברכיה *Berachja* qui & vocatur ברוך *Baruch*.

ג

48. גד *Gad* cognomine גדיל *Gedil* aut גערל *Gedel* aut געדיל *Gedil*. 16. b.
49. גדליה *Gedalja* aut גדליהו *Gedaljahu*, cognomine גדלי *Gadli* aut גדיל *Gedil*, aut גבורשמן *Gevurſchman*, vel גדוש *Gaduſch*.

50. גוטליף

Digitized by Google

17. a. 50. גוטליף *Gotlieb* vel גאטליב *Gotlieb*, quod interpretantur איהב־טוב, *amans bonum* & tamen cognomen eſſe ajunt ℨ ידידיה *Jedidjai*, *i. e. dilectus Deo.*

51. גוטקינד *Gutkind* ubi τὸ גוט interpretantur per *bonum.*

17. b. 52. גומפרעכט *Gumprecht* vel גימפריכט.

53. גימפל *Gimpel* & גומפיל *Gumpel* cognomen *Mordechai.*

54. גומפלין *Gumpelin* cognomen Uri & Mordechai.

55. גוצליק *Gozlick* vel געטשליק *Getzſchlick*, vel גיצליק *Gezlick* cognomen אליקים *Elijakim.*

56. גיליבי *Gelivi.*

18. a. 57. גמלין *Gamlin* cognomine אלזגוטא *Alsgota.*

58. גניבא *Geniva.*

59. געץ *Getz* cognomen eſt ℨ *Elijakim.*

18. b-20. b. 60. גרשון *Gerſchon* vel גרשום *Gerſchom*, quæ alii qvidem ita diſtingvunt, ut prius nomen filii Levi, poſterius nomen filii Moſis ſtatuatur, alii vero pro eodem habent. Cognomen fert קירשמן *Kirſchman*, vel מאניש *Manes*, vel זעליקמן *Seelickman* (vid. p. 20. b.

21. a. 61. דוד *David* vel דויד cognomine דוידקא *Davidke*, vel דנקא *Danke*, vel שעפטיל *Schapthel*, vel בודן *Bodahn*, vel ברעפיר *Vrepher.*

62. דורנט *Durant* cognomen ℨ *Meſchullam*, & *Iſaaci.*

62. דן *Dan* cognomine דעניל *Danel.*

63. דניאל *Daniel.*

ה

21. a-22. a. 64. האי, vel האיי vel היי *Hai.*

21. a. 65. הבל vel זבל *Hebel* vel *Sebel.*

66. הומלטריט vel הימלטרוט *Humeltrit* vel *Hemeltrot.*

67. הונא *Huna.*

22. b. 68. הוצא *Huza* cognomen Judæ in Ruſſia, vel הוצקא *Huzka*, vel הוצקא

69. הושע *Hoſchea* qui in Ruſſia vocatur הושקא *Huſchka*, ſicut ibidem הושקא vocatur is, cui nomen eſt יהושע *Joſua*, qui etiam cognominari ſolet הושיל *Hoſchel* aut הושקא *Hoſchka* aut יושקא *Iuſchka*, aut העשל *Heſchel*, aut הושל *Hoſchal.*

70. הירש *Hirſch*, aut הירץ *Hirz*, aut הירצקא *Hirzke*, & הירש *Hirſch* ſolet quoque eſſe inprimis cognomen ℨ צבי *Zevi*, ſicut הירץ *Hirtz*, eſt cognomen ℨ נפתלי *Naphtali.*

23. a-24. a. 71. הלל *Hillel*, aut הילל

24. a. 72. הנכן *Henchen*, cognomen Samuelis.

Digitized by Google

73. העכוך *Henoch* cognomen ꝯ חנוך
74. הגדיל *Higdil* cognomen ꝯ *Manoach.*
75. ואלך *Valck* cognomen ꝯ יהושע *Joſua*, ſcribitur etiam ולק & ועלקיל *Valckel* per diminutivum, & in amoris argumentum.
76. וואלף *Wolf* cognomen ꝯ זאב *Zeev*, quamvis alii ita ſcribere ſoleant זאב דמתקרי וואלף i. e. *Zeev*, qui vocatur *Wolf*, qua occaſione obſervat noſter, quod, ſi duo nomina conjungenda, ex L. Sta ſint depromta, præmitti ſoleat poſteriori vox דמתקרי i. e. qui vocatur, ſi vero poſterior ſit ex lingva alia, ſcribatur מכונה i. e. *cognominatus*. Eſt etiam cognomen ꝯ *Benjamin.* Alii ſcribunt per unum ו minus recte. *Benjamin* ſolet etiam habere cognomen ואלבלין *Valbelin* vel וולבלין vel ואלבלין 24. b.
77. ויבש *Veibſch* apud Germanos, cognomen ꝯ משולם *Meſchullam.* Autor putat eſſe duas voces nempe וי & ביש ut idem ſit quod hebraice dixeris כר יקום דין & hoc nomen ait primum inditum illi, cujus pater poſt factam conceptionem, mater autem poſt partum, obierit, unde & per duas voces ſoleat alio modo vocari אור שרגא *Ur Schraga*, ut & נחמיה *Nechemja* & משלם *Meſchullam.* Solet etiam eſſe cognomen ꝯ אליעזר i. e. *Elieſer.*
78. ויבלין *Vaiblin*, ווייבער *Vaibehr*, ווידל *Vaidel*, & וויבלמן *Vaibelman*, quorum ultimum eſt cognomen ꝯ אורי *Uri*, ſicut primum eſt cognomen ꝯ אליקים *Elijakim.* 25. a.
79. וידאל *Vidahl.*
80. וישל *Viſchel* cognomen *Moſis*, vel *Ephraim*, & poſterius quidem ſpeciatim cognomine ויש *Viſch* & וישלין *Viſchlin* ornari ſolet.
81. ורידל *Varidl* cognomen ꝯ *Ruben*, vel etiam ויידל *Veidl.*
82. ורידמן *Fridman* vel ווריידמן *Freudman*: prius pacis, poſterius ꝯ שמחה *Simcha* cognomen eſt, ex germanicis ſcilicet vocibus *friede* & *freude* petitum.

ז

83. זבל *Sevel* ſolet uſurpari pro הבל *Hevel*, neque eſt decurtatum ex זבולון *Zebulon.* 25. a.
84 זבולון *Sebulon* vel זבולן ſine ו poſteriori. 25, b. 27. b.
85. זוועדיל זונלין *Soedel Sunlin.*
86. זונדל *Sundal* cognomen *Joſephi.*
87. זוסמן *Susman* cognomen ꝯ *Joel* & *Elieſer*, & *Meſchullam* & *Immanuel* Alias dicitur זסלין & זילן *Süslin* & *Silan.*

Digitized by Google

88. זימל *Simel.*
89. זיסקינד, vel זוסקינד, vel זישקינד i.e. *Süskind.*
28.a. 90. זכאי, vel זכי *Saccai.*
91. זכריה, vel זכריהו *Secharja* vel *Secharjahu.*
92. זלמן *Salman* cognomen ℥ *Schelomo*, vel etiam ℥ *Meſchullam*, vel ℥ שניאור *Schenior*, vel ℥ *Iekuthiel*: Permutatur etiam cum זעמל *Semel.*
28.b. 93. זלקינד *Salkind.*
94. זנוול *Sanvel* cognomen *Samuelis*, alii ſcribunt זנוויל, vel זנויל
29.a. 95. זעליק *Selik* & זעליקמן *Seelikman* cognomen ℥ *Iacob*, *Ruben*, *Avieſer*, *Aaron*, *Iakar*, *Pinchas*, *Iſaaci*, *Aſariel*, *Iehudæ*, *Ioſuæ.*
96. זעלקא *Selka.*
97. זעמל, vel זעמיל *Semel* cognomen ℥ *Meſchullam.*
98 זעקיל *Sekel*, vel זעקלין *Seklin* cognomen *Iſaaci.*

ח

29.b. 99. חבל *Chebel* cognomen ℥ רחביה *Rechabja.*
29b–30.b. 100 חזקיה *Cheskija*, vel חזקיהו *Cheskijahu* cognomen habere ſolet חית *Chet* vel חעס *Ches* vel זעליקמן *Selikman:*
101. חיאל *Chiel* quod nonnulli pro nomine ſingulari habent, alii autem pro cognomine יחיאל *Iechiel.*
102. חייא, vel חיא *Chaija*, vel *Chija.*
30.b 31.b. 103. חיים *Chajim* cognomen קחחריים *Kechabarajim* vel ביבאנט *Bivant*, vel לץ item לעבלאנג *Levlang*, vel וייבש *Veibſch*, vel חייקו, *Chaiko* vel מיינסטרל *Meinſtral.*
102. חיץ *Chaiiz* cognomen ℥ *Nechemja.*
103. חלבו *Chalbo.*
104. חלפון *Chelpon* forte ex חלפתא *Chelpeta*, dicitur etiam כליפא *Celipha*, cognomen habet עוץ.
32.a. 105. חנוך *Chanoch* vide ſupra n. 73.
106. חנינא *Chanina* per א in fine.
106. חננאל *Chananel* vel חנניה *Chananja.*
107 חקינייט *Chakkineit*, cognomen ℥ *Iſaac.*

ט

108. טוביה *Tobia* & טוביהו *Tobiahu* cognomen גוטקינד *Gutkind.*
109. טודרוס *Todros.*
32.b. 110 טרושטל *Truſtal*, cognomen ℥ *Menachem*, vel טרוסטל *Truſtal*, vel טריסטליין *Triſtelein* quod cognomen eſſe ſolet ℥ *Nechemja.*

111.

Digitized by Google

111. טרייפל *Traipel* cognomen & אושעיה *Oſchaja.*
112. טרנו *Tarno.*

י

113. יאר *Iaer*, vel יאיר *Iair.*
114. ישמעיהו, יגדליהו, יברכיהו *Iiſchmajahu*, *Tigdaljahu*, *Iebarechjahu.*
115. ידידיה *Iedidja* ubi fuſe diſputatur, utrum una an duabus vocibus ſcribi debeat. 32.b–40.b.
116. יום טוב ושם טוב *Iom Tov* & *Schem Tov*, ubi *Iom Tov* cognomen habere ſolet ליפמן *Lipman*, ut & בינדיט *Bendit.* Ceterum multum ibi diſputatur, ſitne inſtar unius an duarum vocum ſcribendum. 40.b-42.b.
117. יהודה *Iehuda*, vel יהודא, cognomine ליאון *Leon*, לעבל *Level*, ליברמן *Liberman*, זעלקמן *Seelckeman*, ליב *Löv*, item הוצקא *Huzka*, ליווא *Leva*, פוליכרונו *Polychrono.* 42.b.
118. יהושע *Jehoſchua*, vel יושיע *Ioſchia*, cognomine הושל *Hoſchel*, vel בלומא *Bluma*, יושקא *Juſchka*, vel יושקא vel העשיל *Heſchel*, vel זוסלין *Suslin.*
119. יואב *Joab*, יואל *Joel* & יואש *Joaſch*, omnia cum ו.

ך

120. יוחנן *Jochanan* cognomen habet יבנא *Jabne*, & vocari alias ſolet חנן *Chanan.*
121. יונה *Jona.*
122. יונתן vel יהונתן *Jonathan* vel *Jehonathan*, ubi diſputatur, cur ה illud addatur. Cognomen habere ſolet ואלק vel ולק *Falck.* 42.b-43.b.
123. יוסף *Joſeph* vel alias dicitur יוסל *Joſel*, יוסלין *Ioslin*, יוסכין *Ioſchin*, יוטיל *Iotel*, יוטלין *Iotlin*, יאטיל *Iothel*, יאטלין *Iothlin*, יוזפא *Iuſpa*, יוזף *Iuſeph*, יוזל *Ioſel*, יוזלין *Iuſelin*, יוזיפא *Ioſipha*, יוסל *Ioſel*, מוץ *Mutz*, מנסא *Minſa*, יוזביל *Ioſvil*; זונדל vel יופל *Sundal* vel *Iophal.* 43.b.-44.a.
124. יועץ *Ioetz* cognomine שולמן *Schulman*, יולין *Iulin.*
125. יחזקאל *Iecheskeel* cognomine קהיסל *Kabiſel.* 44.a.
126. יחזקיהו vel חזקיהו *Iecheskijahu* vel *Chiskijahu.*
127. יחיאל *Iechiel* qui *cognominatur*, vel ſecundum alios, *vocatur etiam* חיאל *Chiel*; cognominatur etiam מיכל *Michel* vel מעקל *Mekel*, vel מיקל: *Chiel* cognominatur בונין *Bonin* aut בוניאון *Bonion.*
128. יעקב *Iacob* cognomine גולק *Golak*, קופלמן *Kopelman*, קופא *Kopa*, 44.b.

יעקל

Digitized by Google

יעקל *Iekel*, קאפיל *Kopel*, קאמא *Kopa*, יקוש *Iakoſch*, יוזמן *Iusman*, שעפטל *Schaphtel*, בישוף *Biſchof*, קובין *Kovin*, & יוקיב קופין *Iocob Kophin.*

129. יצחק *Iſaac* cognomine חקין *Chakin*, איזק *Eiſack*, זעקל *Sekel*, איצחק *Izchak*, איזלין *Eislin*, קרוילי *Kroili*; אייזמן *Eisman*, זקלין *Saklin*, זוסלין *Suslin*, דורנט *Durant*, לעבלנג *Leblang*, בערא *Bebra*, חקינייט & קיטון *Kithon.*

130. יקותיאל *Iekuthiel* cognomine קוסקי *Koſki* in Ruſſia, vel קוסקא *Koſka*, vel קויפמן *Kaufman*, זוסמן *Susman*, זלמן *Salman*, זוינוויל, זיסקינד *Siskind.*

45.a. 131. יקר *Iakar* vel יקיר *Iakkir*, cognomine ויידל *Vidal.*

132. ירוחם *Ieruchams*, vel etiam ſine ו, cognomine וישלי *Viſchli.*

133. ירחמיאל *Ierachmiel*, vel ſine י, cognomine זיסקינד *Süskind* vel גוצלק *Gozlack.*

45.b. 134. ירמיה vel ירמיהו *Iirmeja* vel *Iirmejahu.*

135. ישועה cognomine פארגון *Pargon.*

46.a. 136. ישמעאל *Iſmael* cognomina מליקו *Melika.*

137. ישעיה vel ישעיהו *Ieſchaja.*

138 ישראל *Iſrael* cognomine זוסקינד *Suskind*, vel פופיר *Popher*, אסרל *Iſarl.*

46.b. 139. יששכר *Iſſachar* alii ישכר cognomine בערמען *Behrman*, vel פערמן, vel בערלין *Behrlin.*

כ

140. כדרלעומר *Cedarlaomor.*

141. כהנא *Cebana.*

142. כלב *Caleb.*

143. כלוחי *Celuchi.*

144. כרמי *Carmi* qui vocatur (ומתקרי) *Moſes*, quod ſacrum eſt, ſicut alterum profanum.

145 כרעפר *Craphar*, vel cum י, כרעפיר

146. כשר *Caſchar.*

47.a. 147. כתריאל *Cethariel*, vel אכתריאל *Achtariel*, vel כשריאל, vel קסריאל *Casriel.*

148. כנויים *Kenujam.*

47.b 49.a. 149. כהן *Cohen.*

ל

49.a. 150. ליזר *Leſer*, ליזר *Leiſer*, לזן *Laſan*, לאזן & לזו *Laſo* vide ſupra n. 21.

151. ליב *Löw*, ליווא *Leve*, לווא, ליבא, ליבלן *Löwlen*, לעבא לעבלין.

152.

152. לוץ *Luz* cognomen חיים *Chajim* qod vide. 49.b.
153. ליבר טרויט *Liber traut* cognomen & *Meir.*
154. ליבקינד *Liebkind* ut una vox ſcribenda.
155. ליברמן *Lieberman* cognomen *Iehuda*, *Elieſer* &c. ad exemplum & ליפמן *Lipman.* Invenitur etiam ליבקמן *Libkman.*
156. לעבל *Level* vide יהודה.
157. לעבלנג *Leblang* cognomen *Iſaaci.*
158. לעמל *Lemel* cognomen אשר *Aſcher*, cui addi quoqus ſolet לאם; לעמיל *Lemel.*

מ

159. מאיר *Meir* cognomine מהרם vel ליברטרויט *Lievertraut*, vel ויבלמן *Veibelman.* 50.a.
160. מואל *Moel* per aphæreſin pro שמואל *Schemuel*, ſic etiam מואב *Moab* & מולי *Moli.*
161. מוני aut מני *Moni* aut *Meni.*
162. מוקיל *Mokel* cognomen & אשר *Aſcher.*
163. מיכאל *Michael* cujus cognomen quidam eſſe volunt מיכל *Michal* quanquam alii referunt ad יחיאל *Iechiel.*
164. מינסטול *Meinſtol* cognomen & חיים *Chajim*, alias ſcribitur מייסטריל *Meiſtrel.*
165. מיכל *Michel* cognomen יחיאל *Iechiel.*
166. מימון *Maimon.*
167. ממל *Mamal.* 50.b.
168. מליקו *Meliko* cognomen & ישמעאל *Iiſchmael.*
169. מנוח *Manoach*, quod habet cognomen הענדל *Hendel.*
170. מנחם *Menachem* cognomen מענדל *Mendel*, vel מן *Man*, vel מענליא מנדל *Mendel*, מאנץ *Manz*, מולין *Molin* מנשיר, מערין *Menlin*, מענכין *Menchen*, מנכן מרקל *Merkel*, מניס *Mennes*, איקל *Ikal*, מיינלין *Menlein*, מנלי *Menle*, מענשין & שונמן *Schönman.*
171. מרדכי *Mordechai* cognomine גומפרכט *Gumprecht*, מערקל *Merkel*, מירקא *Mercke*, quod nomen in Ruſſia receptum eſt, מרקל, מערהל, מורן, גימפל, גומפלין, מויזל, מיזל, מארדוש, מורדוש, מעקל, מוקיל, רעביל. 51.a.
172. משה *Moſche* cognomine שלמכליי *Schlomchle*, קרימפלינג *Krimpling*, מוישל טרינד, שטור, שטור, קושט *Coſcht*, קוש *Coſch*, הובא *Hoba*, *Mauſchel*, מאשל, מושל, מושמן, וישל, מוש, מונא, מולין, 51.b.
173. משלם *Meſchullam*, cognomine וייבש *Veibs*, זלמן *Salman*, זעמל, מבייט, זוסמן, דורנט. 52.a.
174. מתניהו *Matnijahu.*

52.b.54. 175. מתתיהו *Matatjahu* vel מתתיה de qua ſcriptione diſputatur l. c.

נ

54.b. 176. נח *Noach* qui alias vocari dicitur *Chajim.*
167 נחום *Nachum.*
178. נחמן *Nachman*, נחמני, cognomine נחמנקא *Nachmanka* ſolet etiam occurrere נח נחמן, נח נחמני, & נח נחום. Cognominatur quoque נעביל *Nebel* & נעסיל *Neſel.*
179. נחמיה *Nechemja* cognomine פרומן *Frommam*, טורסטלין *Turſtlein.*
180. נטרונאי *Nitronai* cognomine שומן *Schuman.*
181. נפתלי *Naphthali* cognomine הירש *Hirſch* ſecundum autorem דמשק אליעזר vel rectius הירץ *Hirz*: hoc enim cognominis loco datur τῷ נפתלי ſicut הירש *Hirſch* cognomen eſt τοῦ צבי *Zevi.* Scribunt etiam הערץ *Hertz* aut הירצא *Herzke.*
55.a. 182. נצר *Nezer* nomen Arabicum, quod reſpondet τῷ *Eſra.*
183. נריה *Nerja.*
184. נתן *Nathan*, cognomine זנוויל *Sanvel* vel קרפיל *Carpel*: Vocari etiam (מתקרי) ſolet נוטייא *Notija*, & נטע *Natha.*
55.b. 185. סימן טוב *Siman Tov*, nomen eſt ut שם טוב *Schem Tov* & יום טוב *Iom Tov* quo loco noſter de eo egit.
186. סלום *Salom* nomen Arabicum reſpondens τῷ שלום *Schalom.*
187. סעדיה *Seadja*, qui vocatur etiam שעיה *Schiaja* vel ישעיה *Ieſchaja.*
188. סעיד *Said* qui vocatur סעדה *Seada.*
189. סענדר *Sandar* aut סעדרלין in Germania, vel סעדרלא *Sederla*, vel סענדלא *Sendla.*
190. ספק *Sephak.*

ע

191. עבדיה vel cum vel ſine ו *Obadja.*
56.a. 192. עבריל *Abril* עברמן *Eberman* cognomine *Abrahami.*
193. ערני *Adni.*
194. עזר *Oſer* pro עזרא *Eſra*, ſolet etiam eſſe cognomen τοῦ *Aſarja.*
56.b. 195. עזיאל *Uſſiel* non עוזיאל.
196. עזרא *Eſra.*
197. עזריאל Aſariel cognomine לעמלין *Lamlein* & זוסמן *Süsman.*
198. עזריה vel עזריהו *Aſarjahu.*
199. עמיהוד, עמיאל, עמינדב *Ammihud, Ammiel, Aminadab.*
200. עמנואל *Immanuel*: diſputatur, utrũ ut una vox an ut duæ ſcribi debeat.

201.

Digitized by Google

201. ענשבין *Anſchben* cognomen τοῦ אשר *Aſcher*. 102. עקיבה *Akiba* cum 57. b.
ה vel cum א. 203. עמרון *Amron*. 59. b.

פ

204. פדהצור *Padhazur* ubi auctor ſtatuit, eſſe voces binas. 205. פינחס *Pin-* 59.b--60.b.
chas alii ſine י ſcribunt פנחס: cognominari ſolet זליקמן *Selikman*. 206.
פאבולי *Phabuli* cognomen *Elieſeris* & *Samuelis*. 207. פייבש פישל פרידמן
Fridman, *Piſchel*, *Vaibs*. 208. פלטיאל *Pelathiel* quod quidam
cum פלטי *Palthi* idem eſſe ſtatuunt, minus recte; cum diſtincta ſint
nomina. Cognomen habere ſolet פילטא *Pilta*, quod alibi inſtar
cognominis additur τῷ *Elimelech*.

209. פרץ vel פרצין *Perez* vel *Parzijon*. 210. פתחיה *Petachia* cogno- 61. a.
mine צהריים *Zschorajim*. 211. פויער aut פויאר. 212. פואה
Fua. 213. פעלטיאל פרייכל *Palthiel Prichel*. 214. פפו *Papho*
cognomen τοῦ *Elieſer*. 215. פוליזוטא *Poliſutha* cognomen *Joſephi*.
216. פפולה *Paphula* cognomen *Moſis*. 217. פוליכרונו *Polychrono*
cognomen *Jehudæ*. 218. פארגון *Pargon* v. ſupra n. 135.

צ

219. צביה *Zebija*. 220. צדוק *Zadock*, צדיק *Zaddick*. 22. צדקה *Zedaka*. 61. b.
223. צורי *Zuri*. 224. צורי שדי *Zuri Schaddai*. 225. צחריים *Zecho-*
rajim. v. n. 210. 226. צמויל *Zamvel*, צימל *Zimel*. 227. צישה
Ziſcha. 228. ציון *Zijon* qui cognominatur ווינטורה *Vintora*.

ק

229. קוסקא *Coska* vide יקותיאל. 230. קושבא *Coſcha* vel קוסא *Coſa*
vel קיסא *Keſa*. 231. קופמן *Kofman* vel קויפמאן *Kaufman*, vel 62. a.
קויפמן, cognomen משולם *Meſchullam*, קויפליין *Kauflin*, קופלמן
Kopelman, קופא, & קולפין quæ ſunt cognomina *Iacobi*. 232. קרעפלן 62. a.
Kreplan, vel קרסיל *Kraſil*, קרומלינג *Kromling*, vel קרימפלינג *Krimp-*
ling cognomina *Moſis*. 233. קרפיל *Karpel*, vide *Nathan*. 234. קחהריים
Kecharajim cognomen τοῦ Chajim. 235. קושמן *Cosman* vide *Moſes*.
236. קירק *Kirck* vel קירק *Korck*. 237. קיטון *Kithon* v. n. 129. *Iſaac*.
238. קירשמן *Kirſchman* cognomen *Gerſon*. 239. קסריאל *Casriel* vel
כתריאל. 240. קלונימוס *Kalonymus* cognomine קלמן *Calman*, & 62. b.
קעמכין *Kemchen*. Kalonymus monet dici quaſi נימוס טוב a Germa-
nis etiam ſcribi ſine ו poſt ק. 241. קליין *Kelain*, quaſi *Iacobi* cogno- 63. a.
men. 242. קורטי קרישקאש *Corti Creſchkas*. 243. קשתו *Caſchto*.
244. קונפראדו *Konprado*. 245. קושט *Coſcht*, קרימפלינג *Krimpling*,
קוש *Coſch*, cognomina Moſis. ר 246.

Digitized by Google

ר

246. ראובן *Reuben.* 247. רחביה *Rechabja.* 248. רעביל *Rebel.*

ש

63.b. 249. שאול *Schaul*, qui alias vocatur שיליל *Schailel.* 250. שאלתיאל *Schealthiel* cognomine איזיק *Eiſick.* 251. שבנא *Schebna.* 252. שבתי *Schabtai*, alii שבתאי de qua ſcriptione fuſe diſputat; cognominatur הנדל
63.b-65.a. *Hendel* & שיבי *Schivi.* 253. שבתולו *Schabtulo*, quo nomine filii Sabbato nati vocantur. 254. שעפטיל *Schephtel*, vel שעפסל *Schaphſel* cognomina ꝫ *Schabtai*, ut & *Davidis*, *Iacobi.* 255. שונמן *Schonman* cognomen מנחם *Menachem.* 256. שועל *Schual* cognomine בוכש *Bochſch*,
65.b. vel בוקש *Bocks*, vel פוקש. 257. שוועטשקא *Swetſchka* cognomen *Elia.* 258. שטרולן *Strolin*: vide *Moſe.* 259. שכנא *Schechna* aut שבנא *Schebna* per ב. 260. שלום *Schalom* cognomen ורידמן *Fridman*, quod etiam ſolet eſſe cognomen ꝫ שמחה ubi tamen ſcribi potius debet per duplex (י) ווריידמן *Freudman* ſicut nomen שחור cognomen habet שוורצמן *Schwarzman.* Nomen שלמה habet cognomen זלמן *Salman*, שלמן, שלומיצל, שלומציאל, שלקלין, ועלקלין. Alii etiam ſcribunt שלום.
66.a. 261. שלמה cognomine זלמן *Salman.* 262. שמאי *Schammai* & שמי ſine א. 263. שמואל *Schemuel*, qui etiam vocatur מואל, מואהה, מולי, cognomen habet זנויל, וישלי, וישלין, פאבולי, בישוף, גרונם, בונם, חנכין, שטור, פאשטור. 264. שמחה *Simcha* cognomine ורידמן *Fridman*, vel potius ווריודמן *Freudman* cognominatur quoque בונם *Bonem.*
67.a. 263. שם טוב de quo dixit ſub יום טוב. 264. שמען *Schimon* cognomine שענקא *Schanka* & וילבלין & זימלין *Simlin.* 265. שמעיה
67.b. & שמעיהו *Schemaja.* 264. שמריה *Schemarja* & שמריהו de qua utraque ſcriptione diſputat: cognominatur שמעריל *Schmarel* & סלמן *Salman*,
67.b-68.b. 265. שמשון *Schimſchon* cognomine פאכול *Pachol.* 26. שניאור *Schenior*, cujus nominis ratio hæc redditur ex זכרון משה: לר׳ ציון היה לו בן שכם ר׳ אביו מאיר ושם חמיו ר׳ אורי והיו מחולקים בקריאת הבן וקראו אותו שניאור פי׳ ר׳ מאיר הוא אור ואורי גמ׳ הוא אור i. e. *R. Zion habebat filium, cujus pater nomen habebat R. Meir, ſocer autem R. Vri, atque illi diſſentiebant de filio vocando; proinde indixerunt illum SCHENIOR*, i. e. *duplex lumen, quia MEIR ratione nominis & VRI quoque lucem ſignificat.* Cognomen habere ſolet זוסקינד *Süskind.* 267. שעיה *Scheaja* vide ſupra סעדיה *Saadja.* 268. שעפטיל *Schaphtel*, שטפנגלין *Stephangelin*, שטענגלין *Stenglin.* τὸ שעפטיל *Schaphtel* cognomen eſſe ſolet Davidis. 269. ששון *Saſon.*
98.b.

ת

270. תחליפא *Tachalipha.* 271. תקוה *Tikva.* 272. תמר *Tamar.* 271. תנחום *Tanchum.*

א

Digitized by

א

א״א i. e. אברהם אבינו ABRAHAM *Pater noſter*, quod nomen vide. Scribunt etiam אא״עה i. e. אברהם אבינו עליו השלום *Abraham pater noſter, ſuper quo pax.*

א״א״ע i. e. אברהם אבן עזרא ABRAHAM *Aben Eſra*: v. infra Abraham b. Meir Aben Eſra.

1. **אבא** ABBA, בֵּיאור ſive explicatio vocum difficiliorum & peregrinarum, quæ exſtant in Talmude: *Cracov.* 303. C. 1543. fol. Hujus libri ſolus meminit Bartoloccius: unde vereor, ne ex ſequenti אבא i. e. *Abraham ben Aſcher*, cujus exſtat illuſtratio partis τῶν *Rabboth*, ſit confictus, præcipue cum B. ſcribat, ignorari, num poſterior ille a priori ſit diſtinctus.

אבא ABBA cujus פֵּירוּש ſive commentarium in Rabboth ſuper *Geneſin* & *Exodum* MS. Romæ in Collegio Neophytorum in 4. exſtare teſtatur Bartoloccius, qui eundem a R. *Abrahami ben Aſcher* in eundem librum commentario diſtinguit, præter rationem, quod ex dicendis ſub R. *Abrah. ben Aſcher* apparebit.

2. **אבא מורי בר משה** R. ABBA a) MORI BAR MOSCHE clar. Sæc. XIV. ineunte & ſcripſit.

מִנְחַת קְנָאוֹת h. e. *munus Zelotypiarum* ex Num. V. 15. quo libro continentur epiſtolæ familiares ad R. *Salomonem ben Addereth* & alios Rabbinos ſcriptæ, quibus auctor improbat & confutat legem,

qua

a) Prænomen hoc honoris cauſa noſtro inditum fuiſſe ſuſpicor, quia אבא non ſolum Patrem notat, ſed & apud Talmudicos Viris ſapientia & ſenio inſignibus tribuitur, quod poſt *Buxtorfium* in Lexico Talmud. p. 10. *Jo. Druſium* in Vocibus Hebr. p. 3. ſq. oſtenderunt B. *Aug. Pfeiferus* in Quinquagena Locorum Hebr. & Exotic. N. T. p. 481. Opp. Philolog. & *Georg. Urſinus* c. VIII. de Antiquitatibus Academ. Hebr. qui ibidem in *Jo. Henr. Ottonis* Lexicon Rabbin. p. 2. animadvertit.

Digitized by Google

qua Synagogæ Barcinonenſes A. M. 5064 (C. 1304.) ſuffragantibus הרשב"א Barcinonenſi (i. e. *R. Salomone ben Addereth*) & הרא"ש (i. e. *R. Aſcher*) Toletano caverant, ne quis ante 30. ætatis annum (ita ש"י, Schalſchelet vero habet 25. cui major habenda fides, Bartoloccius denique numerat 20.) b) Philoſophiæ Gentilium operam daret. MS. exſtat Romæ in Colleg. Neophytorum. *Buxtorfius* in Bibl. & ex eo *Spizelius* in Specimine Biblioth. Univerſal. ſub ABBA MARI teſtatur, R. *Jacobum Romanum CPoli* MS. habuiſſe. De ipſa hac controverſia lege *Schalſchelet Hakkabbala* p. 60. R. Schabbatai in ש"י p. 76. titulo שירה בעימה teſtatur, R. *Iſaaci f. Geath* carmen in feſtum Purim cum comm. *Abba Mori* exſtare in Bibliotheca Oxonienſi, quod vere dictum eſſe apparet ex Catalogo hujus Biblioth. p. 431. Neque tamen id ſeorſim ſed in alio libro *Venet.* prodiit. Confer infra R. *Iſaac ben Geath.*

3. ר' אבא בן ר' שלמה בומסלא R. ABA BEN R. SCHELOMO BUMSLA סוד הַנְּשָׁמָה *de arcanis animæ*, ubi de anima, percuſſione ſepulchrali c) & reſurrectione mortuorum ex variis libris lingua Germanico-Rabbinica diſputatur ſeptem partibus *Amſtelod.* 412. C. 1652. 4.

אבד ABAD הַדְרַת הַקּוֹדֶשׁ *decor ſanctitatis* ex Pſ. XXIX. 2. Bartoloccius videri jubet Plantavitium n. 148. Uterque falſus eſt: tu vide quæ dicentur ſub ר' שמעון בן שמואל.

4. אבדלה ABDALLA MUHAMED ABUBECHER BEN MUHAMED TAURISI Philoſophus Arabs comment. in loca quædam obſcuriora Philoſophica libri Maimonidæ *More Nevochim*, quem ex Arabico Hebr. fecit R. *Iſaac ben R. Nathan* Cordubenſis. Exſtat is MS. in Biblioth. Vindobon. v. Neſſelii Catal. MSS. Or. p. 151. n. 59.

אבו

b) Antiquiori memoria Judæi Philoſophiæ Gentilis ſtudium in univerſum abominati ſunt, quam in rem vide Cod. *Sota* c. 9. §. 14. ibique כף נחת: *Bava Kama* c. 7. & Conſt. Lempereur in notis p. 176. Adde ex recentioribus Judæis benignius ſentientem R. Aſariam de Rubeis in *Imre Bina* c. II. & *Georg. Urſinum* in Antiquitatt. Academ. Hebr. p. 314. ſq. ut & *Guil. Henr. Vorſtii* notas ad Zemach David p. 255. Nonnulla huc pertinentia leguntur in epiſtolis Hebraic. a Buxtorfio editis.

c) De illa, quam חִבּוּט הַקֶּבֶר appellant, ex Judæis lege *Eliam Levitam* in Tisbi hac voce, ex Chriſtianis *Chriſt. Gerſon* Talmud. Judaici Part. I. c. 36. p. 311. *Jo. Buxtorf.* in Synag. Jud. c. 49. Lexic. Talmud. p. 698. ac inprimis B. *Zach. Gradium* in diſſert. ſingulari *de percuſſione ſepulchrali* ex Judæorum & Muhamedanorum ſententia Roſtoch. 1699.

Digitized by Google

אבו אחמד בן אברהם ABU ACHMED BEN 5.
ABRAHAM Medicus Arabs, ſcr. על הרפואה ſive *de Medicina* Arabice, quē librum Anonymus Hebraicū reddidit, & MS. in Vatic. memorat Bartolocc.

אבו אחמד אלגזלי ABU ACHMED ALGAZALI, 6.
Philoſophus Arabs qui plenius a Pocockio in præfat. ad *Ibn Thophail* ſive *Philoſophum* αὐτοδίδακτον vocatur *Abu Hamed Mohamed fil. Mohamed, fil. Mohamed Ibn Achmed Algazali Tuſenſis*, natus anno Hegiræ 450. (C. 1072.) ob. 505. C. 1127. Is contra Averroem ſcripſit

1) הרס הפילוסופים ſive הפלת הפילוסופים h. e. *deſtructio Philoſophorum*, cui deinceps Averroes oppoſuit הפלת ההפלה h. e. *deſtructio deſtructionis*, MS. confer quæ dicentur ſub אבן רשד.

2) המיחד ſive ut ש"י vocat יחוד האלהות *de unitate Dei* adverſus Chriſtianos, in tres partes diſtinctus, qui hebr. a R. *Moſche ben Joſuæ Iſai fil. David Narbonenſ.* converſus MS. exſtat in Bibl. Vatic. Hic forte liber effecit, ut *demonſtratio Iſlamiſmi* vocaretur, ut teſtatur Pocockius l. c. Hujus lib. meminit *Chriſtianus Ravius* in Panegyr. II. p. 16. aitque, illum oppoſitum eſſe omnibus in ſecta Muhamedana non viventibus.

3) כונות הפילוסופים h. e. *de opinionibus Philoſophorum*, in rebus potiſſimum naturalibus, quem ab *Iſaaco Albalag* A. C. 1307. hebraice converſum, notiſque illuſtratum exſtare in Bibl. Vatic. teſtatur Bartoloccius. R. Schabtai, commentarium R. *Moſis Narbonenſis* in eundem librum memorat, forte ex Catalogo Biblioth. Leidenſis p. 287. n. 47. ubi inter Codd. Warnerianos liber hic cum iſto comm. MS. recenſetur. Idem cum comm. R. *Meir Vidal* MS. affertur in Catal. MS. Biblioth. Bodlej. n. 3714. De alio R. *Moſis Almoſnino* in eundem comm. vide ſuo loco.

4) הגיון ſive *Logica* ejus cum comm. ejusdem *Moſis Narbonenſis* MS. Hebr. in Bibl. Bodlej. v. Catalogum illius n. 3720. quam puto eandem eſſe cum תועלת ההגיון *de utilitate Logices*, quem cum ejusdem libro de providentia Dei ex verſione *Moſis Narbonenſis* in Bibl. Vatic. exſtare monet B. & ejus exemplo ש"י tit. יחוד אלהות.

5) ספר המדות liber *de Moribus* a R. *Abrahamo ben Chaſdai* Levita hebr. converſus ſed ab Interprete interpolatus in Biblioth. Vindob. exſtat: vide Neſſelium p. 149. R. Schabtai illum librum appellat מאזני צדק ex

Lev. XIX. 36. *bilances juſtitiæ*, eumque commentario R. *Zaid ben Zaid* illuſtratum ſed MS. ait. Idem Bartoloccius p. 131. n. 192. hujus libri occaſione novum fingit Algazelem, quem vocat אלוואסאת אלגזל eumque ait ſcripſiſſe Arab. lib. moralem מאוני צדק, non memor, ſe ſuperius de *Algazele* egiſſe, & eundem librum ſub tit. ס׳ מדות laudaſſe. Idem obvius eſt in Biblioth. Ampliſſ. Senatus Lipſienſis, quod conſtat ex Cl. Goetzii programmate, qua illa aperienda indicitur, p. 21. confer R. *Abrah. bar Chasdai*.

6) *Logica* ejus, *Metaphyſica* & *Phyſica* cum comment. ex Arab. hebr. factæ inter MSS. Warneriana in Catal. Bibl. Leidenſis p. 283. memorantur, ſicut *varia* ejus *Philoſophica* itidem hebr. 4. in Bibliotheca Medicea deprehendi teſtatur MSS. illius Bibliothecæ Catalogus, a Celeb. conjunctis ſimoq; Collega meo Jo. Alberto Fabricio Prodromo Hiſtoriæ Literariæ Lambecii auctior ſubjunctus. Ex libro ejus, quem Arabice dixit *Almonkid min Addalel*, locum bene longum affert *Raymundus Martini* in Pugione Fidei Parte I. c. V. p. 208. ſqq. in quo ipſe auctor aliquoties ad librum ſuum *de ruina Philoſophorum*, cujus ante fecimus mentionem, provocat. De ceteris ejus ſcriptis, quæ Latine exſtant, legi poteſt poſt *Leonem Africanum* p. 261. Bibliothecarii Hottingeri, *Pocockium* ad portam Moſis p. 118. & *Geſnerum*, Chriſtoph. Hendreichius in Pandectis Brandenburg. p. 114. qui tamen ex uno hoc noſtro tres effinxit, primum *Algazalium* vel *Gazalium*, alterum *Algazalium Abuamet*, tertium *Algazelem*, auctorem Arabem appellans.

7. אבן אחמיד ABU ACHMED BEN ABDALLA BEN ABDI ALCHAZED cujus liber de Arithmetica Hebr. converſus a *Barucho bar Salomonis* A. 1451. MS. in B. Vatic. exſtat.

8. אבן אלמעשר ABU ALMAASAR ut vocatur *Io. Seldeno* præf. ad Eutychii Origg. Alexandr. quem alii *Abu Almaſchaar*, alii *Abu Maſiar*, alii *Albumaſar*, alii *Alboaſar*, alii *Abalachi*, alii *Japhar* vocant, Philoſophus Arabs floruit Sæc. IX. cum *Ibn Chalican* in lib. de Viris Illuſtribus teſtetur, eum anno Hegiræ 272. i. e. A. C. 886. obiiſſe. Hujus inſignis inter ſuos Aſtrologi, libri VIII. de magnis conjunctionibus & annorum revolutionibus, Lat. editi *Auguſt. Vindelic.* 1489. ab Anonymo hebraice verſi MSS. exſtant teſte Bartol. In illo opere tantum Aſtrologiæ temere tribuit, ut religionum d) quoque fata

d) Ita *Judaicam* ex conjunctione Jovis & Martis, *Aegyptiacam*, ex conjunctione Jovis cum Sole, *Turcicam* ex conjunctione Jovis cum Venere, *Chriſtianam* ex conjunctione Jovis cum Mercurio natam ſtatuit. Ex Judæis adventum Meſſiæ a ſiderum influxu repetierunt nonnulli, quos reprehendit R. *Aſarias* in Meor Enajim lib. 3. p. 140. Talis etiam fuit ille *Salomon* Aſtrologus, cujus meminit *Petachias* in Itinerario ſuo a *Wagenſeilio* in

Digitized by Google

fata tanquam ex ſideribus pendentia ſignificare auſus ſit. Illius Iſagoge in ſcientiam aſtrorum ex interpretatione Joannis Hiſpalenſis Latina MS. reperitur in Collegio Corporis Chriſti n. 248.

2) Ejusdem מִבְחָרִים h. e. *ſelecta* ex Arab. verſa MSS. in Bibl. Lugdun. B. v. Catalog. p. 277. n. 13. ubi etiam Aben Eſræ de mundo liber contra Abumaſarem ſcriptus recenſetur. Plura de noſtro vide in *Hottingeri* Hiſtor. Orient. I. 8. *Theoph. Spizelii* Specim. B. Univerſ. & *Hendreichii* Pandectis, qui tamen *Abumaſarem Balchacum*, ſive *Balachium*, quo nomine Ibn Chalican noſtrum vocat, perperam ab *Abu Maiſar* diſtinguit.

אבו אלפרג ABU ALPHARAG, Judæus, quem poſt Hottingerum Hiſt. Eccl. Sec. XII. p. 244. Spizelius & Hendreichius *Abulphargum* vocant, novus Karæorũ vindex & propugnator, qui, in Terra Sancta commoratus, commentarium in Pentateuchum exaravit, & eadem opera Rabbanitarum aſſertiones, traditione innixas, evertere conatus eſt. Hunc deinceps Hiſpanus quidam, qvi vocatur בן אלתראס i. e. *filius Taraſii*, Abulphargi, quem inviſerat, doctrinas amplexus, ex terra ſancta in Hiſpaniam attulit, multorumque animos ſibi conciliavit. Teſtatum hoc non ſine animi acerbitate reliquit R. *Abrah. ben Dior* ſtrenuus traditionis patronus, in *libro Cabbala* p. 20. & 21. ed. Mantuanæ, ubi (p. 21.) quædam illius commentarii loca refert, additque, ſe peculiari ſcripto vanitatem & ſtultitiam hominis hujus prodidiſſe. Ait enim: ואני כתבתי תשובת והראיתי לתלמידים סכלותו. Idem R. *Abraham ben Dior* ſuum *Cabbala* librum, quo ſeriem doctrinæ Rabbaniticæ a primis originibus ad ſuam ætatem ordine non interrupto deducere voluit, occaſione Sectæ Karaiticæ, in Hiſpania tunc efflореſcentis, ſcripſit, quod in præfatione ad *Mardochai*, Karæi, tractatum Hebr. de ſecta hac nuper a me editum, monui. Confer quæ in notis ad hunc tractatum p. 97. de Abulpharago noſtro ſcripſi. Hic illud adhuc addendum duco, R. Abrahamum l. c. p. 20. ubi ſcriptum Abulpharagi memorat, non diſerte monere, quod illud ipſum commentarius ejus in Pentateuchum ſit, cujus p. 21. facit mentionem: nihil tamen video cauſæ, cur alterum ab altero diſtinguamus. 9.

A 3 אבובכר

Exercitatt. varii argumenti edito p. 173. Talis *Abarbanel* qui in calce comment. in Danielem adventum Chriſti ſub conjunctionem Saturni & Jovis in piſcibus exſpectari jubet: ſicut in eadem Judaismi exitium ponit. Confer *Vorſtium* ad Abarbanelem de Capit. Fidei p. 67. Plura de Chriſtianis temere idem ſentientibus leges apud *Per. Ealium* in Dictionario Hiſtorico-Critico Tom. I. p. 123. 806. & 1048. T. II. p. 1659 B. *Jo. Frid. Mayerum* in diſſ. utrum fata religionum pendeant ab Aſtris *Hamb.* 1700. habita & Venerab. Abbatem *Jo. Andr. Schmidium* in diſſ. de Themate Chriſti natalitio *Helmſt.* 1683.

10. אבובכר ABUBECHER Arabs, libros de Philoſophia Arab. ſcripſit, quos a R. *Moſe ben Joſue* Iſai fil. David Narbonenſ. hebraice A.C. 1158. converſos in B. Vatic. 4. exſtare ſcribit Bartoloccius.

אבובכר בן טפיל ABUBECHER BEN TAPIL vide inferius אבי יעפר אבן תופיל.

11. אבובכר ABUBECHER MUHAMED BEN SECHARIA ELRASI: celebris inter Arabas Medicus Sæc. XI. clarus: hujus & aliorum quorundam veterum Medicorum opuſcula Hebr. MSS. in B. Vindobon. leguntur: v. Neſſelii Catal. MSS. Orient. n. 77.

2) ס׳ הַחִלּוּק וְהַחִלּוּף h. e. *librum diviſionis & permutationis* ſive *alterationis* hebr. MS. habuit Hottingerus, ut patet ex Bibl. ejus Orient. p. 39. Plura de ejus ſcriptis, quorum plurima latine exſtant, vide apud *Hottingerum* in Analectis diſſ. VI. p. 295. ſq. & in Bibliothecario Quadripartito p. 253. 255. ex *Leone Africano*: *Nic. Antonium* in Biblioth. Vet. Hiſpan. Tomo I. p. 369. & Tom. II. p. 235. & *Theoph. Spizelium* Specimine Biblioth. Univerſ. ſub ABUBETHER nec non *Barthol. Herbelotum* in Biblioth. Orient. p. 18.

12. אבובכר בן סיג ABUBECHER BEN SAIG ſcr. Arab. אִגֶּרֶת הַפְּטִירָה *epiſtolam de diſceſſu ſive abductione animæ a rebus mundanis ad Deum*, quæ a R. *Chajim ben Iuda Aben Vivaſch* hebr. reddita MS. exſtat in 4. in Biblioth. Vatic. in qua ejusdem de Philoſophia liber reperitur. Vide præter Bartolocc. *Nic. Antonium* in Biblioth. Hiſpan. Vet. T. II. p. 235.

13. אבו גופר אחמיט ABU GOPHAR ACHMED BEN JOSEPH BEN ABRAHAM Arab. comment. ſcripſit in Ptolemæi Centiloquium quod dicitur Καρπός, qui MS. hebr. exſtat in B. Vatic. 4. & inter MSS. Scaligerana in Bibl. Leidenſi, cujus Catalogus p. 277. n. 13. teſtatur, ibi librum הַפְּרִי i. e. *fructus* exſtare Hebr. cum comm. *Abigiafer Ahmed f. Iuſuph f. Ibrahim.*

14. אבוגנדה ABUGANDA, Judæus, ex Monte Albano accerſitus, ut cum Hier. a S. Fide diſputaret: vide *Schevetb Juda* p. 227. ed. Lat.

אבודרהם v. infra *Dav. Avudraham.*

15. אבולברכד ABULBIRCAD, aliis ABULBARACAT, Syria-

Digitized by Google

Syrianus Baſſorenſis, ex Judæo Muhammedanus, *) Medicus, auctorem ſe venditavit verſionis Arabicæ Pentateuchi, quæ in Biblioth. Reg. Pariſ. Cod. 370. in fol. exſtat, quod apparet ex præſtantiſſimi *Jac. Le Long* Bibliotheca Sacra Parte I. p. 229. ex qua etiam intelligitur, eam revera eſſe *Abuſaidi*. Fragmenta Comm. ejus in Eccleſiaſten Arabici a Pocockio in notis ad Portam Moſis p. 189. 190. laudantur.

אבוהב vide infra *Jitſchack Abuhab*, ubi duo ὁμώνυμοι: vide etiam עמנואל *Abuhab*.

אבו וליד ABU WALID IBN JANNAI: vide infra ſub ר׳ יונה אבן גנח.

16. אבו חמד ABU CHAMED ſcr. Arab. in Ariſtotelem, quod hebr. a R. *Moſe ben Tibbon* verſum MS. exſtat Romæ in Bibl. Medicea teſte Plantavitio num. 2. Credo eundem hunc eſſe, quem *Sam. Bochartus* in Hierozoico lib. VI. c. 14. V. c. 17. & VI. 15. allegat p. 854. 778. 858. confer. Nic. Antonii B. Hiſp. Vet. Tom. II. p. 237.

17. אבולקסם ABULCASEMUS Arabs: vide infra R. *Nathan Menthaeus* qui ejus ὀφθαλμοθεραπείαν ex Arab. Hebræam fecit.

18. אבונסטרוק ABUNESTROCK aliis אִיסטרוק ſcripſit epiſtolam de diſputatione inter Judæos & *Hieron. a S. Fide* præſente Papa Benedicto XIII. habita, quæ exſtat in Salomonis ben Virga *Schevet Jehuda*, p. 225. ſq. ed. Lat. quam *Georgio Gentio* debemus.

19. אבונצר אלפרבי ABUNASAR ALPHARABI, teſte Ibn *Chalican* & *Abulfeda* in hiſtoria Philoſophorum pro maximo inter Arabas Philoſopho habitus, & Maimonidæ inprimis probatus, anno Hegiræ 339. C. 961. ſecundum *Eduard. Pocockium* in præf. ad Philoſophum Autodidactum *Ibn Thophail* p. 1. ſq. vel anno 388. C. 1010. ſi fides *Leoni Africano* apud Hottingerum p. 255. Bibliothecarii Quadrip. defunctus.

Hujus 1) *de Elenchis Sophiſticis* liber partibus tribus conſtans, quarum prima introductionem, altera fallacias in dictione & tertia fallacias extra dictionem tradit MS. hebr. exſtat in Vatic. 4.

2) *De*

*) Non multa, credo, exempla exſtant Judæorum, ad Turcas dilapſorum, inter quos tamen ſuperiori memoria numeratus eſt R. *Schabtai Zevi*, de quo ſuo loco dicemus.

Digitized by Google

2) *De principiis naturalibus* librum a R. *Sam. bar Iuda Aben Tybbon* hebr. converſum poſſedit MS. Bartoloc.

3) ס' מהות הַנֶּפֶש h. e. *de eſſentia animæ* hebr. verſus cum libris de *Syllogismo Demonſtrat.* & *Elenchis*, qui duo a *Jac. Antoli* verſi ſunt, & in Bibl. Vindob. ſecundum *Neſſelii* Catal. n. 70. exſtant, in Vatic. 4. reperiuntur, quæ etiam *Logicam* ejus MS. 4. exhibet. Schabbathæus p. 107. b. libri ש"י ubi libri ex Arab. hebraice vel ex hebr. Lat. verſi recenſentur, monet librum *de eſſentia animæ* hebr. ab *Antolio* verſum prodiiſſe, neque tamen vel locum vel annum editionis commemorat, qua in re vereor ne fallatur, ſicut idem p. 108. b. librum ejus התחלות הגיון i. e. *de principiis Logicis* a *Sam. ben Tibbon* hebr. verſum in Vatic. exſtare teſtatur, quem tamen Bartoloccius, quem Schabtai non ſemper ſatis aſſecutus eſt, *de principiis naturalibus* agentem apud ſe in privatis ſcriniis fuiſſe refert. Plura de noſtro vide apud *Pocockium* l. c. & in ipſa epiſtola *Ibn Thophail* p. 16. ubi plerique ejus libri de Logica exponere dicuntur, ut & in *Leone Africano* apud Hottingerum in Bibliothecario Quadripart. p. 25. qui eundem ſtrictim memorat in Analectis p. 308. ne de *Jo. Pico Mirandulano* p. 294. adverſus Aſtrologos & Hendreichii Pandectis dicam. Cæterum Bartolocc. T. I. p. 362. a. qui jam antea p. 5. fuſe de eo egerat, memorat ſub nomine אלפרבי librum ejus Opticum, Arabice quidem, ſed literis Rabbinicis exaratum. Nec dubitandum eſt *Alpharabium* noſtrum eſſe, quem idem Tom. III. ſub nomine *Abu Iſmaël Pharabi* inſolenti metamorphoſi recenſet, aitque ſexaginta tractatus Philoſophicos ex mente Ariſtotelicæ Philoſophiæ ſcripſiſſe, qui ex Arabico hebr. translati a R. *Theodoro f. Meſchullam* ſub tit. עֵין מִשְׁפָּט *oculus Iudicii* MSS. in Vatic. 4. legantur.

20. אבו עלי אבן אלחסין ABU ALI IBN ALCHASIN ALBEITAM cujus tract. Aſtronomicus ex Arab. Hebr. MS. exſtat in Vatic. 4. & in Biblioth. Vindobon. vide Lambec. Tom. I. p. 177. ubi Interpres vocatur R. *Salomo Medicus*, moneturque, auctorem hunc ab Averroe in epitome Almageſti citari.

21. אבו עלי אלחסין אבן סינה ABU ALI ALCHASIN IBN ABDALLA IBN SINA vulgo minus recte AVICENNA *Bocharenſis*, (de cujus nomine præter Hottingerum loco infra citando videri poteſt Nic. Antonius Tom. II. B. Hiſp. Vet. p. 6. b. ubi etiam *Bocharam*

ram

Digitized by Google

ram patriam ei vindicat. *Sorberius* in Sorberianis ſub *Avicenna*,) inter Arabas Medicorum Princeps dictus anno Hegiræ 442. A. C. 1064. ſecundum *Leonem Africanum* de Viris Arabiæ illuſtribus vel A. C. 1050. ſecundum ſententiam *Gabrielis Sionitæ* c. 3. de Urbibus Oriental. vel potius A. C. 1036. ſecundum Erpenii & Gutſchonii computum, quem exquiſitum vocat *Nic. Antonius* l. c. p. 6. a. obiit. Præcipuus librorum ejus

הַקָּאנוּן ſive *Canonis* nomine appellatur, quo omnia, quæ ad medicinam & Anatomiam pertinent, complexus eſt. Hic ex Arabico Lat. a variis converſus & aliquoties editus exſtat, & ex Hebraica quoque translatione libris V. (totidem enim Canones numerantur) prodiit *Neapoli* 252. fol. C. 1492. Illorum librorum argumenta ex relatione ש״י ita comparata ſunt, ut lib. I. Aphoriſmos Medicos & Anatomicos capitibus 264. complectatur, lib. II. exponat de pharmacis eorumque virtutibus tractatu duplici, quorum prior ſex, poſterior 757. capitibus abſolvitur; III. de morbis, ſingulis humani corporis membris propriis, ſectionibus XXII. capitibus 830. IV. de morbis, qui non in unum aliquod corporis membrum cadunt, ſed plura afficiunt. V. de pharmaceutica & alexipharmacis, variisque aliis medendi generibus, undecim ſectionibus. Accedit in calce Index medicaminum, ſingulis membris accommodatorum, cum explicatione terminorum Medicorum. Annum editionis ש״י teſtatur ſe hauſiſſe ex calce Canonis ſive libri II. quem plerique omittunt v. c. Plantavitius, qui n. 8. opus hoc 3. voll. comprehenſum recenſet; totidem quoque ſine editionis anno memorantur inter Codd. Huntingtonianos in Catal MSS. Bibl. Bodlej. n. 6351. ſq. A nullo illorum Interpres commemoratur, qui forte idem eſt cum R. *Nathan Bag ad Hamathi fil. Eliezeris*, ex cujus interpretatione Hebr. Canon hic Medicinæ usque ad finem libri III. MS. in fol. exſtat in Bibl. Bodlejana n. 170. Codd. Laudanorum : Canon primus in Bibl. Vindobon. cum commentario in quædam ejus capita invenitur. Vide Neſſelii Catal. MSS. Orient. n. 136.

Ceterum ejusdem Canonis liber I. & II. Arab. MS. inter Scaligeranos Codd. memoratur in Catal. Bibl. Leidenſis n. 31. & quidem variis lectionibus Gerardi ac emendatt. Scaligeri inſtructus. Pars III. libri I. MS. hebr. in B. Vindob. vide Neſſelium n. 72. Lib. II. Avicennæ hebr. ex verſ. *Zerachiæ ben Iſaac* Hiſpani cum Lexico ſimplicium MS. in Bibl. Reg. Pariſ. v. Labbeum p. 286. B. Novæ MSS. Ibid. p. 277. lib. IV. ejusdem, & dictionarium vocum ſimplicium commemoratur. Excerpta ex lib. II. Canonis exſtant in Vatic. & Plantavitius compendium operum ejus, i. e. Canonis,

Digitized by Google

ut interpretor, cum ſelectioribus Hippocratis aphoriſmis & ſecreta herbarum ſtirpiumque hiſtoria MS. in 8. habuiſſe ſe teſtatur. Librum IV. MS. Hebr. habuit Hottingerus, qvod ipſe teſtatur p. 39. Bibl. Orient. Idem lib. IV. Arabice, ſed Hebraicis characteribus deſcriptus cum quatuor capitibus de Igne, Aqua, Aere & Terra aliunde depromptis in Catal. MSS. B. Bodlej. n. 3744. recenſetur cum excerptis quibusdam ex Avicenna: ſicut & compendium Canonis totius ab *Abu'l Haſan Al Koreſchi* factum ibidem 3746. occurrit. Integrum Canonis opus MS. hebr. in Biblioth. Collegii Romani S. J. quatuor tomis in fol. exſtat teſte Bartoloccio, qui ipſe

2) librum *de Medicamentis ſimplicibus*, ſecundum literarum ſeriem diſpoſitum hebr. MS. fol. habuit: Idem in B. Bodlej. n. 3744. exſtat.

3) *Anatomia* ejus hebr. in Vatic. B. 4.

4) Liber *de Sphæra* a R. *Iac. ben Mechir* hebr. verſus in B. Vindob. quæ etiam

5) *Cantica* ejus *Medica* cum comment. Averrois hebr. exhibet: vide Neſſelium n. 88. 99. Eadem exſtant aliquoties in B. Bodlej. n. 6216. 6218. & 6219.

6) Liber *de cælo & mundo* invenitur in Vindobon. n. 96. Neſſel. Eundem a R. *Salom. ben Moſis de Algerio* hebr. converſum MS. exſtare in Vatic. teſtatur Bartoloc. Tom. IV. ſub מוצא בן צינא quo nomine Avicennam noſtrum appellat.

7) *Disquiſitiones* ejus in B. Bodlej. inter Codd. Huntington. n. 588.

8) Pars II. *Logices* ejus l. c. exſtat, Pars I. vero n. 593.

9) Liber de *mille, duabus & viginti ſtellis* f) tum temporis cognitis a R. *Juda ben R. Moſche* Toletano ex Arab. Lat. verſus A. C. 1256. a Bartoloccio & ש״י memoratur: confer Schalſcheleth hakkabbala p. 59. b.

10) Tr. *de Anima* a quodam Avendana Philoſopho Latine redditus in Vatic. MS. ſervatur, teſte Bartoloccio: ש״י eundem librum memorans quinque eum partibus & 31. capitibus abſolvi, ac Hebr. converſum Romæ inveniri ait, quod procul dubio Bartoloccio debet.

Avicennæ Opera a Maimonide, ut titulus fert, hebr. converſa *Bononiæ* oſtendi teſtis eſt V. C. *Bernhardus de Montfaucon* in Diario Italico c. 27. p. 402.

Ceterum *Jo. Quinquarboreus* nonnulla Avicennæ ſcripta ex Hebr. transla-

f) Tot olim ſtellas numeraſſe veteres conſtat: lege *Athanaſium Kircherum* Tom. III. Oedipi Ægypt. p. 301.

Digitized by Google

tranſlatione Latina fecit, quæ laudantur a *Paſchali Gallo* in Bibliotheca Medica. Novam Opp. ejus verſionem promiſit Pet. Vatterius, Gaſtonis Ducis Aurelianenſis Medicus, quod patet ex verſione Gallica Hiſtoriæ Elmacini (confer *Pauli Colomeſii* Galliam Orientalem p. 229.) quod tamen inſtitutum cum ſimili Plempiano, de qvo poſt Hottingerum Spizelius in Specim. Bibl. Univerſ. ſub Aben Sina exponit, utriusque Viri fatis interruptum eſt. De aliis Avicennæ ſcriptis, que vel Arabice, vel Latine exſtant, hic dicendi non eſt locus, de quibus videre juvabit *Eduardum Pocockium* in præf. ad Ibn Thophail epiſtolam, quam Philoſophi Autodidacti nomine tituloque edidit, *Leonem Africanum* apud Hottingerum in Biblioth. Quadripart. p. 257. ipſum *Hottingerum* in Biblioth. Orient. & Hiſt. Eccleſ. Sec. XI. p. 461. & in Analectis p. 295. *Pet. Dan. Huetium*, p. 228. ſq. de Claris Intt. *Chriſtian. Ravium* in Obteſtatione ad Europam pro Oriente p. 10. 20. & 21. *Spizelium* in Specim. Bibl. Univerſ. *Hendreich.* in Pandectis, &, ne de Medicarum Bibliothecarum Scriptoribus dicam, Pet. Caſtellanum in Vitis Medicorum Tom. X. Antiquitt. Græc. Cl. Gronovii recuſis, p. 900. Hic tamen non omittendum eſt, quod *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſpan. Vet. Tom. II. p. 6. b. monet, opera ejus Arabica MSS. exſtare in Bibliothecis Eccleſiæ Toletanæ octo voluminibus, qui in ſequentibus de eodem diligentiſſime commentatur. In univerſum *Abrah. Hinckelmannus ὁ μακαρίτης* in erudita ad Alcoranum præfatione plag. L. b. recte obſervat, majorem adhuc Scriptorum ejus partem exſtare, quam quæ Arabice typorum beneficio prodierit. Quam librorum copiam non mireris, ſi memineris, eum tantum non omnia aliis, ipſo prioribus, debere, qvod poſt alios monet *Huetius* de Claris Interpretibus p. 160. & *Patinus* in Patinianis p. 67. imo nihil, niſi Doctori ſuo per fraudem ſurreptum, in lucem protuliſſe, ſi fides habenda *Gabrieli Sionitæ* cap. III. Arabiæ id diſerte affirmanti: adeo ut nonnulli, nominatim *Patinus* l. c. in dubium vocent, eum unquam fuiſſe Medicum, alii Arabiſmi ignorationem ipſi exprobraverint. Vide Iſaaci Caſauboni ep. 420. edit. Brunsvicenſis.

אבוקרט vide אפוקראט.

אבות ſive פרקי אבות vide ſuo loco, in recenſione Talmudis.

22. אבטליון ABTALION Mutinenſis incola, membrum Academiæ, ab Hiſpanis quondam Ferraræ erectæ, laudatur in *Meor Enajim* lib. III. c. 19.

23. אבטליון די קונזילי ABTALION, de CONSILI de quo vide infra ſub *Moſe ben Cohen de Porto*.

24. אביגדור AVIGADOR *Sacerdos juſtitiæ* ſcripſit
שַׁעֲרֵי מוּסָר *portæ inſtructionis* ſive *diſciplinæ*, MS. in B. Vatic. 4.

25. ר׳ אביגדור בר ר׳ אליעזר R. AVIGADOR *fil. R. Eliezer Lipman Hildensheim* typis exſcribi curavit librum מראה מוסר, de quo ſuo loco dicemus.

26. אביגדור בן משה cognomine איצמונש AVIGADOR BEN MOSCHE alias vocatus *Izmunſch*, *Machſor* Polonorum in Germ. linguam translatum edidit *Cracov.* 331. fol. C. 1571. Ab hoc non eſt diſtinguendus

אביגדור סופר *Avigador* g) *Scriba* Eiſenſtadenſis, qui preces Judaicas ex ritu Polonorum & Germanorum, germanice translatas, & commentario illuſtratas edidit. Prodierunt illæ *Cracov.* 354. C. 1549. *Prag.* 423. f. *Wilmersdorf.* 430. f. *Francof.* 434. C. 1674. 8. & *Dyrenfurti* 1709. 8.

אביגדור בן נתן AVIGADOR BEN NATHAN Germanus: vide R. *Abraham ben Nathan*.

27. אביגדור קרא AVIGADOR KARA *Pragenſis* claruit ſub finem Sæculi XIV. huic librum

הַפְּלִיאָה qui plerumque, ut ſuo loco dicemus, tribuitur *Kanæ*, adſcribi in libro עשרה מאמרות teſtatur ש״י. Verius, credo, *R. Dav. Ganz* in Zemach David ad an. 5149. ei tribuit lamentationem, qua ex volun-

g) Scriba hic ejusmodi eſt, qui hodie a Judæis ad ſcribenda inſtrumenta publica adhibetur, & noſtro ſtylo *Notarius publicus* ſeu *Secretarius* diceretur. Ab hoc diſtinguunt סופרי מצ״ת i. e. Scriptores מזוזות, ציצית & תפלים. De aliis vocis סופרים ſignificatibus, qui ex parte huc pertinent, diligenter expoſuit *Daniel Feſſèlius* in Adverſariis Sacris lib. I. cap. I. ubi vide, quæ & ipſe in notis ſtrictim monui.

Digitized by Google

voluntate Synagogæ Pragenſis proſecutus eſt ſtragem, Judæis eo anno, qui Aeræ Chriſtianæ 1389. reſpondet, illatam.

אביהודה ABIVDA *Hebræus*, ſcr.

עַל אוֹתִיּוֹת הַשָּׁמַיִם h. e. *de characteribus cæleſtibus*, h) teſte *Athanaſio Kirchero* in Oedipo Tom. II. p. 109. qui l. c. alphabetum cœleſte ex ejus mente exhibet, qvod ante ipſum fecerat Jac. Gaffarellus in Curioſitatt. Inauditis, in quibus *Abiudam* ſive *Abiudanem*, quem ipſe vocat, allegat p. 4. 28. 31. 277. & 283. ed. Lat. & ſpeciatim p. 28. monet, illius librum ex Oriente MStum allatum eſſe. 28.

אבי חלד AVI CHALED Arabs, cujus liber Medicus ex Arab. hebraice redditus MS. exſtat in Bibl. Bodlej. n. 57. inter Codd. Pocockianos. 29.

אבי יוסף בר יצחק AVI JOSEPH BAR JITZIACK *Alexandrinus*, cujus epiſtolæ duæ, altera de conjunctionibus luminarium & Eclipſibus; altera de Intelligentiis moventibus cœlos in Vatic. Urbinatenſi MSS. 4. exſtant, quæ etiam exhibent quæſtiones ejus Aſtrologicas de judiciis aſtrorum & Eclipſi Solis ac Lunæ in fol. 30.

אבי יעפר אבן תופיל AVI JAAFAR IBN THOPHAIL gente Arabs, patria Hiſpanus, ſcripſit epiſtolam ſive libellum Arabicum de *Hai Ebn Jokdhan*, (qui in Nic. Anton. B. Hiſp. T. II. p. 252. typographi vitio aliquoties vocatur *Iordhan*) quem *Eduardus Pocockius* primum Arab & Lat. *Oxon.* 1671. 4. edidit, recuſum ibidem 1699. 4. ſub titulo: *Philoſophus Autodidactus* ſive *epiſtola, in qua oſtenditur, quomodo ex inferiorum contem-* 31.

h) Videtur itaque hic, ut ceteros taceam, præluſiſſe *Jac. Gaffarello*, quem illam de alphabeto Cœleſti ſive fatis ex ſtellis ceu totidem literis cognoſcendis ſententiã in Curioſitatibus ſuis inauditis ornaſſe conſtat. Confer præter *Greg. Michaelis* notas & *Thom. Bangii* Cœlum Orientis Celeb. *Jo. Franc. Buddeum* Introd. ad Philoſ. Hebr. p. 334. ſq. & Obſervationes Selectas Halenſes Tom. IV. Obſ. XII. §. 8. ſqq. Pertinent huc γράμματα τοῦ οὐρανοῦ ſive *literæ cœli*, quarum meminit *Plotinus*: minus vero recte huc referuntur πλάκες τοῦ οὐρανοῦ *tabulæ cœli*, quarum mentio eſt in Teſtamento XII. Patriarcharum, ceu ſingulari diſſertatione oſtendit quondam *Henr. Dodwellus*, in Spicilegio Grabiano primum, deinde in Codice Pſeudepigrapho V. T. Celeb. Jo. Alb. Fabricii p. 551. recuſa. Adde *Rich.* Simonis *Bibl Critic.* Tom. II. c. 15. Judæi, qui ita ſentiant, nonnulli allegantur a Gaffarello libro citato p. 263. ſq. ed. Lat.

templatione ad ſuperiorum notitiam mens humana adſcendere poſſit. Fingit enim Scriptor, *Ebn Jokdan* adhuc infantem, a matre expoſitum, & in peregrinam terram per mare ejectum, a capra vero deinde nutritum, tandemque, procedente ætate, meditationis beneficio eo provectum eſſe, ut non ſolum naturæ arcana, & ſe ipſum, ſed Deum quoque, & profundiorem ſcientiam, quæ a Theologia Myſtica impuriore i) parum abeſt, perſpexerit. R. Schabbatæus librum hunc non ſatis cognitum habuit, quando p. 13. ſub בן יקטן ait, eum vocari יחיאל בן אוריאל librumque in duas diſtinctum eſſe partes, qvarum prior de vita ſolitaria agat, & hiſtoriam hominis, ſine uxore & liberis viventis, exponat, poſterior vero 8. capitibus exponat, quomodo quis aſſequi conjunctionem cum Deo poſſit, cum comm. *Abu Becr* (ita & alii Judæi pro *Abu Jaafar* vocunt) *ben Thophail.* Addit, inveniri MS. in Bibl. Lugdun. Ubi non dubito eum reſpexiſſe ad Codicem Warnerianum, qui, teſte Catalogo B. Leidenſ. p. 283. inter cetera ex Arab. hebraice verſa complectitur *hiſtoriam Animalium filii Joctan, vocati Jechiel F. Uriel, cum comm. Abi Bicr F. Tophail Hiſpani.* Hiſtoriam Animalium ideo putem appellatam, quia in fabuloſa hac narratione refertur, *Ibn Jokdhan*, ſibi relictum, ab animali diſſecto primum philoſophandi initium feciſſe. Bartoloccius auctorem appellat אבובכר בן טפיל legitque *Abubecher ben Tapil*, & monet, ſcripſiſſe eum de vita Eremitæ, qui liber cum comm. Anonymi Hebr. exſtet in Biblioth. Vindobon. Et ſane *Neſſelius* in Catalogo MSS. Orientt. n. 133. eundem librum recenſens appellat tractatum Philoſophicum reconditæ eruditionis, in quo multi peregrini auctores citentur, codicemque rarum eſſe addit, & inventu difficilem, ac antiquo charactere Hebr. ſcriptum. In B. Bodlejana quoque verſio hujus libri Hebraica exſtat num. 257. inter Codd. *Roei* n. 11. qui ita recenſetur; *Liber. de Hai filio Joctan, auctore Abu Becro Ibn Tophail, cum comm. R. Moſis Narbonenſis ex Arabico.* Eodem Codice dicitur contineri *expoſitio intentionis Abubecri filii Alſaigh in libro ſuo de regimine ſolitarii: nec non de poſſibilitate conjunctionis ſeu communicationis cum Deo, auctore* Abuwalid Abenruſhd ſive

i) Vel ex hoc libro apparet, φράσεις & ſententias Myſticas impuriores inter Arabas quoque Philoſophos ſuos patronos inveniſſe, quod egregie oſtendit Abrah. Hinckelmannus ὁ μακαρίτης in Detectione Fundamenti Bohmiani. Adde B. Iac. Thomaſii Schediasma Hiſtorioum de Philoſophia Gentili, & Scriptorem ἀνώνυμον, quem ferunt eſſe *Pet. Juriaeum*, in *Tractatu Hiſtorico, quo exhibetur judicium Proteſtantis de Theologia Myſtica* 1699. 8. gallice edito, ubi inter cetera oſtenditur, in omni religionum genere omni memoria fuiſſe, qui Myſticam, quam vocant, doctrinam ſectarentur.

Digitized by Google

ſive *Averroes*, *cum expoſitione Magiſtri Vidal & R. Moſis Narbonenſis.* Auctorem verſionis Hebr. ignorare ſe profitetur *Pocockius* in præfat. ad ſuam editionem. Judæis lectum fuiſſe librum ex eo manifeſtum evadit, quod *Mardochæus ben Eliezer Comtino* in ſuis notis ad *Jeſod Mora*, & *Iſaacus Arama* in libro *Akedath Jitzjack* c. 19. eum allegant, ſicut & a *Moſe Narbonenſi* commentario illuſtratum eſſe modo diximus, cui ſimilem alterius Judæi comment. vidiſſe ſe teſtatur Pocockius l. c.

Exſtat ejusdem libri verſio *Belgica*, ad Latinam Pocockii facta, *Amſtelod.* 1672. 4. & *Anglicana* Lond. 1686. 8. curata. Non diſplicuit ille omnino intelligenti harum rerum judici *Pet. Dan. Huetio* de origine fabularum Romanenſium p. 21. quamvis id in eo deſideret, quod auctor fictiones ſuas ultra veri ſpeciem produxerit. Qua in re, ut non temere diſſentientem inveniet, ita, dum Avicennam libelli auctorem tradit, neminem habebit ὁμόψηφον, cum præter inſcriptionem Codicum ipſam aliud evincat allegatio ſcriptorum *Avicennæ* in contextu libri facta. In illo enim, inprimis laudatur liber *Avicennæ*, quem dixit *Al Shepha*, qvo omnes fere Philoſophiæ partes complexus eſt, & ejusdem *Philoſophia Orientalis.* Adde Pocockii præfat. ad librum ipſum. Præterea vero noſter hic Ibn Thophail ab Avicenna temporis qvoque intervallo ita ſejunctus eſt, ut ille quidem Sæculo X. hic Sæc. XII. poſt C. N. Averrois fere æqualis, (quod Pocockius in præfat. ad Ibn Thophail librum evicit) vixerit, quod ex Scriptoribus ab eo allegatis, & aliis, quæ apud Pocockium legi poſſunt, argumentis patet. Laudat hunc librum B. *Abrah. Hinckelmannus* p. 105. Detectionis fundamenti Böhmiani. Confer de noſtro *Leonem Africanum* in Bibliothecario *Hottingeri* p. 270. & *Nic. Antonii* Bibl. Hiſp. Vet. Tom. II. p. 252. ſq. Compendium hujus libri habes in B. Vniverſali Clerici Tom. III. p. 77. ſq.

אביל הקין AVIL HAKIN Hebræus, Tunemenſis, ſcripſit Arabice *de tuenda valetudine*, MS. in Bibl. Laurentina Scorialenſi. 32.

ר׳ אביל מני אבן אבי נגיד AVIL MENNI IBN AVI NEGID Hebræus Arabs & Medicus, ſcr. 33.

מכל אַבְקַת רוכל (*Cant.* III. 6.) h. e. *de variis rebus ſeplaſtariorum*, ubi diſſerit etiam de eo, quid agere debeant apothecarii. MS. in Bibl. Scorialenſi, quam ש״ץ corrupte appellat בושקראל.

34. אבן אלפנגא ABEN ALPHANGE, Judæus Maurus, ex Valentiæ regno, ſed ad CHRISTI ſacra converſus, circa an. MXCIV. Scripſit is hiſtoriam *Roderici Didaci de Bivar* cognomine *Cidi*, magni ea ætate ducis, qua in vulgarem linguam converſa uſus eſt *Pet. Ant. Beuterus* ut ipſe refert in prologo hiſtoriæ ſuæ *de rebus Hiſpaniæ.* Conf. *Nic. Antonii* Biblioth. Hiſpan. Vet. Tom. II. p. 3.

35. אבן וירגא AVEN VIRGA cujus *tabulas Aſtronomicas* laudat *Abrab. Zacutus* in præfat. ad Calendarium ſuum.

36. אבנדנה AVENDANA Philoſophus, neſcio quis, qui Avicennæ librum *de anima* latine interpretatus eſt: vide ſupra *Abu Ali Alchaſin Ibn Sina.*

אבנדאנה AVENDANA: v. infra R. *Jacob Avend.* & R. *Jitzchack Avendana.*

אבן חסדי ABEN CHASDAI: v. R. חסדי קריסקס.

אבן יחייא AVEN JACHIJA: Plantavitius hoc nomen pro libri titulo habuit, quando ſcribit, ignorare ſe, qualis ſit liber, quidve tractet, cum Buxtorfius tantum moneat, eum citari in *Zemach David* f. 35. Bartoloccius ſub hoc nomine remittit ad R. *Gedalja Aben Jachija.* Rectius vero ש״ר p. 1. obſervat, intelligendum hic eſſe R. *Don Joſeph fil. Don David Aben Jachija*, cujus exſtant in quinque Megilloth & Hagiographa commentarii, de quo ſuo loco dicemus. Exſtant plures hujus nominis Scriptores, quorum prænomina vide infra ſub יחייא.

אבן מוסא AVEN MUSA vide quæ ſcribentur ſub ר׳ משה ערבי.

אבן סופיף AVEN SOPHEPH fictitium nomen, quod Plantavitius primum n. 550. & ejus exemplo Bartoloccius ex genuino אבן שועיב efformavit, de quo vide quæ ſcripturus ſum ſub ר׳ יהושיע אבן שועיב.

אבן סינה v. *Abu Ali Alchaſin.*

אבן עזרה ABEN ESRA v. *Abraham ben Meir Aben Eſra.*

Digitized by Google

אבן באס AVEN PAS ſive *Aven pace*, ſcriptor Arabs ſcri- 37.
pſit commentarios in Ariſtotelem: eidem tribuitur teſte Gesnero liber Hebr. de *cauſis*, quem *Ariſtotelem*, vel *Alpharabium*, vel *Proclum* ſcripſiſſe ajunt alii. Ejusdem eſt

אִגֶּרֶת הַחֲלִיצָה *epiſtola ſolutionis*, qua de ratione ſolvendi argumenta exponit. Illam Latinam fecit R. *Abrah. Balmeſius*, teſte Bartoloccio. Hic eſt, qui rectius *Ebn Baja* & plenius *Abu Becr Mohammed Ebn Yahya Ebno'l Sajeg* vocatur, & juvenis adhuc anno Hegiræ 533. vel 535. obiit. Vide omnino *Ebn Thophail* præf. ad epiſt. ſuam de *Ebn Iokdhan* p. 15. & Pocockii præf. ad eund. libellum, itemque *Nic. Antonii*, B. Hiſpan. Vet. T. II. p. 232.

אבן צוהר ABEN ZOHAR Sevilienſis, Medicus Sæc. XII. 38.
eximius ſcr. librum *Theizir dahamodana vahaliadabir* i. e. *Rectificatio medicationis & regiminis*. In limine dicitur hic liber *ab auctore ſcriptus Arab. & translatus de Hebraico in Latinum Venetiis a Magiſtro Paravicio Phyſico, ipſo ſibi vulgarizante Magiſtro Iacobo Hebræo* A. C. 1280. Prod. Lat. Venet. 1496. fol. & 1514. itemque 1531. & alias. V. *Antonii* B. Hiſp. Vet. T. II. p. 232. ſq. *Leonem African.* de Viris inter Arabas illuſtr. ap. Hotting. in Bibliothecario & *Pet. Caſtellanum* de Vitis illuſtrium Medicorum.

אבן רגל vide עלי אבן רגל.

אבן רואה AVERROES hoc nomen Bartoloccius tanquam diſtinctum a ſequenti אבן רשד collocat, ejusqve tractatus quosdam ex Arab. hebraice a R. *Moſe ben Ioſua Iſai ben David* Narbonenſi redditos monet: Hunc autem Averroem eundem eſſe cum *Ibn Rushd* ex mox dicendis apparebit.

אבן רשד AVEN RUSHD vel *Aben Roshd*, *Ibn Ruſchad*, *Ibn* 39.
Rusjd, *Aben Ruſt*, *Aven Ruis*, communiſſime vero & mendoſiſſime AVERROES, plenius: *Abu'l Walid Mohammed, Ebn Achmed Ebn Mohammed, Ibn Rushd*, Cordubenſis, Philoſophus & Medicus celebris, & Ariſtotelis ſtudioſiſſimus, auctore poſt Caferrium Bartoloccio ab An. 1131. ad an. 1216. k) flo-

k) Hottingerus in Biblioth. Theol. ex Leone Africano obitum noſtri in annum Hegiræ 603. refert, cui ait reſpondere A. C. 1225. minus quidem, quod Pet. Bælius Tomo I. Dictionarii p. 414. not. A. monuit, accurate, cum partim annum Aeræ Chriſtianæ 1206. partim 1207. referat.

Digitized by Google

floruit. Hujus commentarii in Ariſtotelis libros Arabice exarati in Hebr. Linguam converſi ſunt a variis & in Bibliothecis hinc inde inveniuntur.

Memorantur itaque ſcripta LOGICA

1) ס׳ הַמָּבוֹא עַל הַגִּיוֹן Introductio in Logicam Ariſtotelis MS. in B. Vatic. 4. *Epitome Logica* ex opuſculis Logicis Aben Rushd collecta, & ex Arab. L. in Hebr. tranſlata a R. *Jacobo* MS. in Bodlejan. 2904. Hunc *Jacobum* non dubito eſſe *Jac.* fil. *Antoli* ex cujus interpretatione

Ejusdem compendium commentarii in *Organon Ariſtotelis*, *Iſagogen Porphyrii*, *Categorias*, *de interpretatione*, *in priora & poſteriora Analytic.* exſtant in Vindobonenſi n. 62. Neſſeliani Catalogi. Ibidem n. 65. n. 70. & 173. iidem comment. ex ejusdem verſ. Hebr. memorantur, addito, quo ſcripti ſint, A. C. 1231. Prod. *Rivæ Trid.* 1560. 8. ed. ſub titulo מלאכת הגיון לארסטוטלוס מקצורי אבן רשד i. e. *univerſa res Logica Ariſtotelis ex compendiis Averrois.*

2) Ejusdem in ס׳ הַמּוֹפֵת וְהַהֶקֵּשׁ i. e. *de demonſtratione & Syllogiſmo* in B. Urbinat. apud Vatican. 4.

3) In librum הַנִּצּוּחַ ſive *Topicorum* ex Arab. in Hebr. per *Theodorum Thodroſſi* v. Labbei Biblioth. Nov. MSS. p. 306. n. 2270. ubi etiam p. 298. comm. ejus in *Prædicamenta*, *libb. de Interpret.* & *Priora Analyt.* recenſentur. Ibidem p. 202. ex Bibl. *Caroli de Montchal* recenſetur Logica Ariſtotelis per *Abuchamad* Hebraico ſermone usque ad tract. de Locis Topicis deſcripta, ut & animadverſiones R. *Moſis filii Joſ. fil Mar David*, usque ad tract. de demonſtratione. Quod ad *Abuchamad* Arabem attinet, is quidem Arabice ſua in Ariſtotelem ſcripſit, quæ deinde a R. *Moſe ben Tibbon* verſa hebr. ſunt. Vide ſupra אבו חמד.

4) Quæſtiones in lib. Prior. Ariſtot. lat. interprete *Elia Hebræo* fol. in Vatic. R. *Levi ben Gerſon* elucidatio in hos Averrois commentar. ad Logica Ariſtotelis ſcripta pertinentes exſtat MS. in Biblioth. Leidenſi.

Scripta PHYSICA

1) עַל הַשֶּׁמַע הַטִּבְעִי i. e. in libros VIII. Φυσικῆς Ἀκροάσεως ſive *Auſcultationis Phyſicæ*, l) quod Bartoloccius minus recte *de Phyſico auditu* vertit,

l) Titulo hoc procul dubio inſertur, his libris Ariſtotelem accuratius & ἀκροαματικῶς de rebus naturalibus præcepiſſe: conſtat enim, ejus commentationes diſtinctas eſſe in ἐξωτερικὰς & ἀκροατικὰς, de quarum diſcrimine conſulendus inprimis eſt Claudius Salmaſius ad comment. Simplicii in Epictetum p. 228. ſqq.

Digitized by Google

tit, a R. *Sam. Aben Tibbon* hebr. verſi, quos *Rivæ Tridenti* 320. C. 1560. 8. editos recte ſcribit idem. Erravit, dum hunc librum recenſet, R. Schabbatæus ex negligentiori Bartoloccii, quem hic etiam quod ad ordinem ſequitur, inſpectione. Cum enim is num. 3. comm. in libros illos Phyſicos recenſuiſſet, iisdemque *ἀμέσως* ſubjunxiſſet libb. de cœlo, Mundo, generat. & corrupt. &c. R. Schabbatæus ita eos accepit, ac ſi argumenta librorum octo Phyſicorum conſtituerent, quod ſecus habet. Ceterum in eosdem libb. 8. Phyſic. comm. exſtat etiam MS. in Vindobon. n. 69. Neſſelian. & in Bodlejana n. 5247. Non alium puto eſſe, qui in Catal. Bibl. Guil. Anſlarii p. 37. recenſetur MS. ſub tit. comm. in Phyſic. Averrois. MS. quoque poſſidet Celeb. *Jo. Alb. Fabricius*, in quo Codice Interpretis nomen non eſt commemoratum. Ex Calonymi verſ. in Vatic. exſtare MSS. teſtis eſt Bartoloccius.

2) Comm. in libros *de Cœlo, & Mundo: de generatione & corruptione: Meteorologicorum: de anima: de ſenſu & ſenſibili: Somno & Vigilia* MS. in Urbinat. f. ſcript. 5372. C. 1512. & ultimus quidem a R. *Salom. ben Moſis* אלגוארי *Alguari* hebr. verſus dicitur a Bartoloccio. In libb. *de generatione & corrupt.* ut & in *Parva Naturalia* a R. *Moſe Tibbon* ben R. *Samuel* ben *R. Juda* verſ. in Vindob. 4. n. 119. Neſſelian.

3) Comm. in ultimos libros IX. *de Hiſtoria Animalium*, qui in XIX. Tractatus dividuntur, a R. *Moſe Aben Tibbon* in Bibl. Urbin. 4. Scilicet Arabes communiter recenſent XIX. libros Ariſtotelis de Animalibus, quod ita interpretatur eruditiſſimus *Fabricius*, Collega meus Æſtumatiſſimus p. 133. lib. III. Biblioth. Gr. ut per eos libri X. hiſtoriæ, libri IV. de partibus & libb. V. de Generatione Animalium intelligantur. Ex quo conſequitur, ſcripta poſteriora hic reſpici.

4) Ejusd. הַדְּרוּשִׁים ſive inquiſitiones naturales cum animadverſionibus *R. Moſis bar Iosua Iſai ben David Narbonenſ.* A. C. 1422. ſcript. in Vatic. fol. interprete R. *Kalonymo*.

5) Comm. in *Meteorologica*, Interprete *Elia* Hebræo, ut & *de Cometis* Lat. f. in Vatic. itemque de ſubſtantia orbis. ib. *Compendium Meteorologic.* Ariſtotelis ex Arab. Hebr. inter MSS. Scalig. in B. Leidenſi p. 277.

6) Comm. in libb. *de Anima* in B. Vindobon. n. 72. Neſſelian.

Scripta METAPHYSICA.

Commentarii in *Metaphyſ.* ordine alphab. diſpoſiti & A. C. 1192.

 abſo-

abſoluti, atque a R. *Kalonymo ben Kalonymi* hebr. verſi A. C. 1311. in B. Urbin. 4. & in Bibl. Leid. p. 284. n. 14. & 286. n. 38. cum ipſis Ariſtotelis Metaphyſicis, qui ſeorſim exſtant hebr. in Bibl. Reg. Pariſ. teſte Labbeo p. 279. In Librum I. Metaphyſ. lat. interprete *Elia Hebræo* in Vatic. f.

Scripta ETHICA:

Epitome *Ethicorum* Ariſtotelis ex Arab. hebr. translata a R. *Ioſ. ben Caſpi* in B. Vindobon. n. 31. fol. Catal. Neſſel. p. 149. ubi præterea notatur Averroem abſolviſſe hanc commentationem anno Hegiræ 572. C. 1194. Interpretem vero Hebr. convertiſſe A. M. 5090. C. 1330.

Scripta POLITICA:

Eodem, quem dicimus B. Vindob. Codice comm. in *Politica* a R. *Sam. ben Iehuda* (f. *Tibbon.*) An. M. 5082. C. 1322. translatus continetur.

Scripta ASTRONOMICA:

Epitome Almageſti Ptolemæi ex Arab. hebr. verſa a *Iacobo ben R. Aba Mori, ben R. Simon ben R. Antoli* An. M. 4991. C. 1231. in B. Vindob. n. 124. Catal. Neſſel. Eadem verſio MS. hebr. recenſetur a Labbeo p. 299. B. N. MSS. ubi interpres ſimpliciter vocatur *Iacobus* fil. *Samſonis*.

Scripta RHETORICA & MUSICA:

Comm. in Rhetorica & Muſica Ariſtotelis ex verſ. hebr. R. *Theodori Thodrusſi* in B. Reg. Pariſ. v. Labbeum p. 306. n. 2270. Eadem verſio comm. in *Rhetorica & Poëtica* memoratur etiam MS. in Catal. Neſſel. num. 94. ubi Averroes quidem eum an. Hegiræ 570. C. 1192. Interpres vero A. C. 1337. abſolviſſe dicitur.

Præter has in Ariſtotelem commentationes, quas deinde in Latinum ſermonem non quidem ex Arabica ſed Hebraica L. translatas eſſe exiſtimat *Richardus Simon*, in ſupplemento ad Leonem Mutinenſem de ritibus Judæorum recentt. p. 104. exſtant etiam alia ejus ſcripta hebraice explicata. Sic in Catal. Bibl. Leidenſ. p. 276. n. 2. magnum recenſetur Volumen Hebr. tractatus Medicos XXI. complexum, qui ex Medicis Arabibus & Græcis nominatimque *Ibn Rashd* ſive *Averroe* excerpti dicuntur.

Præter has commentationes ipſe de ſuo exaravit 1) אִגֶּרֶת הַדְּבֵקוּת h. e. *epiſtolam de conjunctione cum Deo*, quam recenſet ש״ש cum commentario *Moſis Narbonenſis* MS. exſtantem in Bibl. Leidenſi, in qua oſtendatur, quomodo hominis intellectus, cum intellectu ſuperiori (*mente Divina*) conjungere ſe poſſit; præterea vero hiſtoria *Hai Ibn Ioctan* expona-

ponatur. Non dubito reſpicere ש״י ad Catal. Leidenſ. p. 283 n. 5. quem tamen iterum non ſatis aſſecutus videtur. Ibi enim inter cetera recenſetur Averrois tract. *de intellectu materiali* cum interpretamento R. Moſis f. Joſuæ, f. Davidis Narbonenſis, ſtatimque ſubnectitur tractatus de filio Joctan; quæ duo diverſa ſcripta ipſe in unum conflavit. Ceterum *Averrois* de hoc argumento ſcriptum Hebr. converſum exſtat in B. Bodlej. n. 257. quod paulo ante ſub *Abi Iaafar ben Thophail* monuimus, ubi plura in hanc rem lege. Ceterum ex hac ipſa ſcriptione Averrois conjecturam facio, eum, *Abi Iaafar* æqualem, occaſione illius fictionis de *Ibn Ioktan*, de eodem argumento eſſe commentatum.

2) הַפָּלַת הַהַפָּלָה (qui titulus non tam Arabicus eſt, ut tradit Nic. Antonius in Bibl. Hiſpan. Vet. T. II. p. 248. b. quam Hebræus) i. e. *dejectio dejectionis* ſive confutatio libri ab *Abu Achmed Algazalio* ſcripti ſub lit. הפלת הפילוסופים de quo lege quæ paulo ante ſcripſimus. Hic liber Hebr. converſus quinquies recenſetur inter. MSS. Warneriana in Catal. Leidenſi p. 283. n. 5. & 6. & p. 285. n. 24. & 25. & p. 286. n. 38. Ultimo hoc loco nominatur interpres *Kalonymus ben David ben Todros*, quod inde repetit ש״י p. 20. n. 36. ubi addit, Latine qvoque exſtare in capita diſtinctum, in quibus etiam de mundo diſputetur, utrum is ab æterno fuerit, & perpetuo ſit perſtiturus. Pleniorem capitum omnium deſignationem habes apud Bartoloccium p. 131. ſub אלגזל אלווטת Arabe, a quo ait diſtinctum eſſe R. *Algazel Kalonymum* Hebræum, qui הרס הפילוסופים ſcripſerit. Scilicet conflavit is auctoris *Algazelis* & Interpretis *Kalonymi* nomina diverſa in unum, quem errorem adhuc alio auget p. 132. ubi ait, eundem librum a *Callo* ſeu *Calo* Hebræo A. C. 1328. latine verſum eſſe. Hic enim *Callus* ſ. *Calus* non alius eſt, quam *Calonymos*. Ceterum Lat. hoc ſcriptum exſtare idem ait MS. in Vatic. fol. Editum legitur Tomo IX. Operum Averrois, ab *Auguſtino Nipho* curatorum. De libro ipſo lege epiſtolas Reineſii p. 5. & 15. & *Rapini* Obſervatt. in Philoſoph. n. 30. Eum non puto diſtinctum a tractatu *de æternitate mundi* contra Algazalem, qui liber MS. fuit in Biblioth. Cardinalis Beſſarionis, teſte Thomaſſino. Ceterum de Averroe noſtro, vitaque & aliis ejus ſcriptis ex multis inprimis leges Nic. Anton. in Bibl. Hiſpan. Vet. Tom. II. p. 240. ſq. ubi omnes Operum ejus Tomi recenſentur *Pet. Balium* Tomo I. Dictionar. p. 414-421. *Chriſtoph. Hendreichium* in Pandectis Brandenburg ſuo loco, *Barthol. Herbelotum* in Biblioth. Orientali paſſim

Io. Henr. Hottingerum in Bibliotheca Theolog. p. 272. & *Pet. Dan. Huetium* de Claris Interprett. p. 229.

אבן שועי ABEN SCHOI vel ut alii rectius אבן שועיב vide ר׳ יהושע אבן שועיב & *Ioel Aven Schoeb.*

אברהם אבא ABRAHAM ABBAS, præter rationem huc refertur a Bartoloccio, qui illi ex Spizelii Arcanis Biblioth. retectis p. 224. tribuit collectionem *de mortificatione*. Neque enim is Judæus, m) ſed Eccleſiæ Chriſtianæ medio ævo Doctor fuit, quod ex Aſceticis aliis tum alias tum a Spizelio libro cit. p. 121. & 273. commemoratis apparet.

40. ר׳ אברהם ABRAHAM, neſcio quis ſcr. ס׳ צפוני lib. reconditorum, ſive comm. in Canticum Cant. MS. in B. Vatic. fol. Prodiit ille Prag. 371. 8. teſte ש״י & *Sabionet.* 318. C. 1558. quæ editio eſt in B. Oppenheimeri.

41. אברהם ABRAHAM cujus ס׳ הַתִּשְׁבֹּרֶת ſive *de Algebra* MS. in B. Vatic. extat. Credo, hunc eſſe librum *Abrah. ben Meir Aben Eſra*, de quo infra ſuo loco inter Mathematica ejus ſcripta n. 3.

42. ר׳ אברהם R. ABRAHAM diſcipulus הארי i. e. R. *Iſaaci Luria* ſcr. teſte ש״י lib.

גָּלֵי רָזַיָּא ex Dan. II. 29. i. e. *revelator arcanorum* qui manu exaratus de rebus ſtupendis methodo Cabbaliſtica per n) *Tſiruphin & Gematriot*, nec non

m) In hunc errorem procul dubio incidit Bartoloccius, quod utrumque nomen & *Abrahami* & *Aba* putaret eſſe Hebraicum, adeoque Judæo proprium: Sicut ex ſimili fere cauſa infra *Moſen Amyraldum*, prænomine inductus inter Hebræos numeravit.

n) צירוף ea eſt Cabbalæ Artificialis ſpecies, quæ facta combinatione literarum, variis modis transpoſitarum, novas voces atque adeo notiones producit. Tziruphicam hujusmodi tabulam Bartoloccius exhibet *Tomo I.* p. 247. & ante eum *Vigenerius* ac *Kircherus* Oedip. Ægypt Claſſ. V. p. 249. quam Bartoloc. repetit p. 248. גמטריא ex numerorum qui per literas producitur, conditione aliquid colligit. Quod de metempſychoſi hic agi dixi, efficit vox גילגולים quam adhibuit Schabbatæus: ſed illa ſignificat quoque inprimis nude poſita (metempſychoſin enim plerumque per גלגול נשמות exprimere ſolent) revolutionem cadaverum per cavernas, quam vocant גלגול המתים ſive גלגול המחלות, per quam illi, qui extra terram Canaan moriuntur, ſub reſurrectionis tempus per terræ cavernas devoluti in terra Sancta reſurrecturi dicuntur. Vide Eliam in תשבי f. 16. Buxtorfium in Lexico Talmud. p. 438. & Eiſenmengerum in Judaiſmo Detecto p. 919. ſqq.

Digitized by Google

non de metempſychoſi exponere dicitur. Idem conferri jubet lib. נובלות חכמה p. 195. ac præterea compendium ejus exſtare monet. Conf. infra R. *Abrah. Levi Haſſaken.* Exſtat MS. in B. Oppenheimeri. Facile apparet, librum hunc ab altero illo, multorum vocibus ac Galatini inprimis allegationibus celebrato diverſum eſſe, de qvo ſuo loco dicemus ſub גלי רזיא.

אברהם אבינו ABRAHAMUS *Patriarcha*, per com- 43
pendium א"א i.e. אברהם אבינו *Abraham pater noſter*, item אאעה i.e. אברהם אבינו עליו השלום *Abrah. pater noſter, ſuper quem pax*: huic tribuere plerumque poſt *Adamum* (de quo ſuo loco) temere conſveverunt Judæi librum יְצִירָה ſive *de Creatione*, ſicut conſtat ex libro Coſri, quem in hanc rem adducit ש"ר Tract. IV. p. 301. ed. Buxtorfii: *ex his*, inquit, *eſt liber Iezira, Abrahami Patris noſtri, qui eſt profundus, & longam requirit explicationem* &c. Eadem fuit R. Saadiæ, Scriptoris Sec. X. ſententia, cujus auctoritate nititur R. *Moſe Botril* in limine comment. ſui. Alii tamen iique cordatiores tribuunt R. *Akibæ*, ut R. *Iſaacus de Lates*, cujus teſtimonio itidem utitur ש"ר in præf. ad Zohar Mantuæ in 4. editum, ubi quærit: *quis permiſit R. Akiba ſcribere librum Iezira?* Idem alios ex Judæis ſtatuiſſe teſtis eſt R. *Muſcatus* in comm. ad Coſri I. c. cum quibus plerique ex Chriſtianis, v. c. *Genebrardus, Reuchlinus, Kircherus* in Oedipo Tom. II. Part. I. p. 248. *Placcius*, & nuperrime *Sgambatus* conſentiunt. Alii, inter quos eſt R. Gedalia in *Schalſcheleth bakkabbala* p. 28. b. binos hos libros, ſub eodem titulo ſcriptos, a ſe invicem diſtinguendos cenſent. Ita enim *Schalſcheleth* l. c. habet, והוא חבר ספר מכלתין וספר היצירה ע"ד הקבלה· ויש ספר יצירה שחבר אברהם אבינו· אשר הרמב"ן חבר פירוש גדול ונפלא עליו: h. e. *hic (R. Akiba) compoſuit librum Mechiltin & lib. Iezira Cabbaliſticum: eſt vero etiam liber Iezira, quem ſcripſit Abraham Patriarcha, & in quem R. Moſe ben Nachman amplum & eximium commentarium exaravit.* Hæc tamen ſententia ſe non probat R. *Schabtai* in ש"ר, ex noſtratibus vero approbatorem invenit *Io. Chriſtoph. Wagenſeilium* in notis ad lib. Sota p. 985. qui tamen ibidem de hoc Akibæ libro nihil ſe noſſe profitetur, præterea, quæ auctor *Schalſcheleth* l. c. commemorat. Obiter hic notandum, Jo. Morinum in Exercitatt. Biblicis p. 373. allatum Gedaliæ locum non recte interpretatum eſſe, qvando exiſtimat, Gedaliam librum Jezira utrumque pro eodem habere. Contrarium certe & ipſa Gedaliæ verba & R. Schabbatai, qui nobiſcum facit, auctoritas inferunt. Rectiſſime illi ſuas rationes inſtituunt, qui nec *Abra-*

hame

Digitized by Google

hamo nec *Akiba* tribuentes ante perfectum corpus Talmudicum exaratum eſſe exiſtimant, quippe cujus in Sanhedrin c. VII. §. 9. ed. Cocceji mentio injiciatur his verbis: *R. Chanina & R. Hoſchaja pridie Sabbati ſolebant in libro Iezira legere.* Cl. Morinus quidem p. 373. negat, hoc in loco eundem, quem nunc habeamus, ſub hoc titulo librum intelligi, cum nec auctor, nec argumentum libri innuatur. Sed illa tamen non videtur idonea ſatis dubitandi cauſa, cum in Judæorum ſcriptis, ſi ab Akiba diſceſſeris, non alius unquam hujus inſcriptionis liber memoretur, præterea vero vel ex ipſa hac narratione conſtet, magnæ illum apud Judæos exiſtimationis fuiſſe, cum lectionem ejus l. c. vitulo trimo, o) quem in Sabbato epularentur duo iſti, compenſatam ſcribant. Interim Morini judicio p. 374. eodem tempore cum primis Maſorethis, qvi textus ſacri dictiones & literas tantum conſiderarint, vixit auctor de cujus ſcriptione ceteroquin ita ſentit, *quod verborum commiſſura & contextus ab homine mentis emota videatur compoſitus, qui nihil penſi habet, quid dicat, ſed temere, quæ primum in buccam veniunt, effutiat.* Hæc de auctore libri ſufficiant.

Argumentum ejus Cabbaliſticum & obſcuriſſimum eſt, & judice *Lambecio* p. 52. Prodromi Hiſt. Liter. majore ex parte Pythagoricam philoſophandi rationem ex literis & numeris complectitur. Diſtinguitur libellus in capita ſex, quorum ſingula ſuas habent ſectiones, ſive Miſchnas, ac prima vice cum quinque diverſis commentariis prodiit *Mantuæ* an. 322. C. 1562. 4. apud *Iac.* מנאזולו ſub tit. ס' יצירה המיוחס לאברהם אבינו ע"ה עם ה' ביאורים· h. e. *liber Iezira, qui adſcribitur Abrahamo Patriarchæ p. m. cum quinque commentariis.* Ex quo patet, Buxtorfium in priore edit. Bibl. R. minus recte *quatuor*, & *Scipionem Sgambatum* de Archivis V. T. p. 193. *tres* tantum commentatores numeraſſe. Editionis ratio hæc eſt, ut contextui, quadratis majuſculisque literis expreſſo & mediam paginam occupanti ab uno latere accedat comm. *Abrah. ben David* ſive *Dior* ab altero comm. R. *Moſe Botril.* Utrique huic commentario diffuſiori R. *Moſis Nachmanidæ* animadverſiones breviores literis minuſculis ſubſternuntur: tandem

o) Hinc conſtat, morem illum Judaicum Sabbato genio indulgendi admodum antiquum eſſe qvod alii etiam oſtenderunt: v. Wagenſeilium ad Sota p. 1125. Leonem Mutinenſem p. 28. de ritibus Judæorum recentiorum, Buxtorfii Synag. Judaic. c. XIII. & XVI. ut & *Jo. Jac. Schudt* in Compendio Hiſt: Judaicæ cap. XII. p. 133. Eadem eſt Karæorum conſuetudo: v. Cl. Schuparti Exercitt. de Karæis c. 4. p. 119. ſq. Neque tamen inde conſequetur, cultum Sabbaticum hoc ipſo abſolutum fuiſſe, quod Jo. Spencerum præter rem lib. I. c. 4. p. 75. de legibus Hebr. ritualibus affirmaſſe oſtendit V. C. *Jo. Meyerus* Diatriba de Feſtis. c. X. §. 24. ſq.

Digitized by Google

tandem vero toto libello ſic ad finem perducto occurrunt commentarii R. *Saadiæ Gaon* & R. *Elieſeris Garmiſeni*, qui duo ſibi invicem ex adverſo opponuntur. Ipſi operi præmittitur diffuſa R. *Abrab. ben Dior* præfatio de XXXII. Semitis Sapientiæ usque ad p. 15. quam deinceps excipit brevior R. *Moſe Botril.* Hæc conditio eſt libelli hujus quinque illis commentariis muniti. His ad finem perductis p. 102. ſequitur libellus Jezira ſeorſim ſine commentariis, tribus omnino foliis in quarti ordinis forma abſolutus, & a priori exemplari nunc magis nunc minus diverſus. Hæc diverſitas tum duplicis illius editionis tum Codd. MSS. aliorum in animadverſione ſingulari, quæ ad calcem voluminis relata eſt, his verbis ſignificatur: מי חכם ויבין הקושי העצום אשר השיגנו בהדפסת הספר הנכבד הזה לחלוף הנוסחאות הנמצאות ממנו כי רב הוא אם בכמות ואם באיכות׃ ומזה נמשך חלוף אינו מועט בין מפרשי דבריו אם בסידור הכבות ממנו בקדימה ובאיחור׃ ואם בלשון איש ואיש׃ אשר לזה קשה היה לזווגם׃ Horum verborum hæc eſt ſententia: *intelligi vix poteſt, quam difficile fuerit, librum iſtum formis exſcribendum dare, ob diverſitatem variorum, quæ inveniuntur exemplarium, quæ cum in quantitate tum in qualitate ſe exſerit, & effecit quoque non parvam inter ipſos Interpretes varietatem, ſive quod ad collocationem ipſarum Sectionum, ſive quod ad dictionem ſingulorum: ob quam ſane rem difficulter conjungi ſecum invicem potuerunt.* Addunt deinde, ſe interdum partem tantum ex commentariis illis attuliſſe, allegatis tamen libris unde hauſerint, &, ut de varietate exemplarium eo rectius conſtare poſſit, vice repetita eundem librum exhibuiſſe. Propterea & ego operæ pretium facturum me puto, ſi exemplis quibusdam, utriusque hujus exemplaris, quod Mantuana editio exhibet, varietatem Lectorum oculis exhibeam, præcipue, cum illa editio rarior ſit, & minus obvia.

Cap. I. lib. Jezira ed. Mant. ſine comm.	Cap. I. lib. Jezira ed. Mantuan. ejusdem cum comm.
Sect. I.	**Sect. I.**
בשלשים ושתים נתיבות פלאות חכמה חקק יה ידוד צבאות אלהי ישראל אלהים חיים אל שדי.	בשלושים ושתים נתיבות פליאות חכמה חקק יה ידוד צבאות אלהי ישראל אלהים חיים ומלך עולם

עולם אל רחום וחנון רם ונשא שוכן עד מרום וקדוש שמו בשלושה ספרים בספר וספר וסיפור׃

Sect. II.

עשר ספירות בלימה עשרים ושתים אותיות יסוד שלש אמות ושבע כפולות ושתים עשרה פשוטות׃

Sect. III.

עשר ספירות בלימה מספר עשר אצבעות חמש כנגד חמש וברית יחיד מכוונת באמצע כמלת לשון וכמלת המעור׃

Sect. IV.

עשר ספירות בלימה׃ עשר ולא תשע עשר ולא אחת עשרה הבן בחכמה וחכם בבינה בחון בהם וחקור מהם והעמד דבר על בוריו וחשב יוצר על מכונו׃

רם ותשא שוכן עד מרום וקדוש שמו ברא עולמו בג׳ ספרים בספר בספר וסיפור׃

Sect. II.

עשר ספירות בלי מה עשרים ושתים אותיות יסוד׃

Sect. III.

עשר ספירות במספר עשר אצבעות חמשה כנגד חמשה וברית יחוד מכוונת באמצע במלת לשון ובפה ובמילת המעור׃

Sect. IV.

עשר ספירות בלימה עשר ולא תשע׃ עשר ולא אח׳ עשרה הבן בחכמה וחקור בבינה בחון בהם וחקור מהם׃ דע וחשוב וצור והעמד דבר על בוריו והשב יוצר על מכונו כי הוא יוצר ובורא לבדו ואין זולתו ומדתו ואין להם סוף׃

In ſequentibus capitibus major adhuc obſervatur varietas, cum quod ad ordinem tum quod ad ſermonis ſtructuram: inprimis vero in capite VI. quod in ed. commentariis inſtructa quatuor ſectionibus abſolvitur, in ed. vero ſine commentariis plures habet. Speciatim ſectio ultima capitis VI. poſterior editio a priore ita differt, ut non tam textum ſimpliciter, quam eundem cum comment. exhibere videatur. Et ſane non temere quisquam ſibi perſvaſerit, omnem illam varietatem potiſſimum ex eo ortam eſſe, quod, cum plures in explicando libello obſcuriſſimo verſarentur, procedente tempore diverſorum Interpretum gloſſemata & notulæ in contextum ipſum irrepſerint. Interim lectionem prioris editionis ſequitur.

Digitized by Google

quitur ſi pauciſſima exceperis liber *Coſri*, ubi hæc ſectio p. 317. exhibetur, nec minus *Rittangelius*, itemque auctor verſionis, quæ exſtat in Scriptoribus Artis Cabbaliſt. Tom. I. Ex his intelligitur, recte monuiſſe *Rich. Simonium* in Indice auctorum Hiſtoriæ Crit. V. T. ſubjuncto, quod, licet libellus ſit, pacuis tantum conſtans foliis, pauci tamen ſint libri, quorum Codices MSS. adeo a ſe invicem, ac iſtius quidem, diſſentiant. *Mantuana* hæc editio prima eſt, quæ quidem Hebraice exſtet, quod in calce ipſius editionis diſerte monetur: ante eam tamen Latina libri verſio *Guil. Poſtelli* cura cum ejusdem notis lucem vidit *Pariſ.* 1552. 8. quod poſt Simlerum in Biblioth. Gesneri p. 263. recte monuit *Theoph. Spizelius* in Specimine Biblioth. Univerſ. ex qua editione una duplicem effinxit R. Schabtai in calce ש״י ubi primo quidem monet, hanc verſionem *Poſtelli* Amſtelod. 1650. 4. Deinde vero præter edit. Lat. Baſil. 1587. aliam *Pariſ.* 1552. ac denique *Rittangelii* Amſtelodamenſem memorat. Prima illa Amſtelodam. *Poſtelli* procul dubio ficta eſt, ſecunda Baſil. exſtat in *Jo. Piſtorii* Scriptoribus Artis Cabbaliſt. Tom. I. p. 869. quam verſ. alii cum Jo. Morino p. 364. Exerc. Bibl. & *Gabr. Groddeckio* in Theatro Placciano p. 698. *Jo. Reuchlini*, alii vero laudati *Jo. Poſtelli* alii *Pauli Riccii* eſſe opinantur. Editio *Jo. Steph. Rittangelii* Ex Judæi & Prof. quondam Regiomontani prodiit Amſtelod. 1642. 4. (ש״י habet an. 1641.) ſub hac inſcriptione: *Liber Jezira, qui Abrahamo Patriarchæ adſcribitur, una cum comm. R. Abrab. F. Dior, ſuper 32. Semitis Sapientiæ, a quibus liber Jezira incipit, translatus & notis illuſtratus.* In hac editione Rittangelius exacte ſecutus eſt Mantuanam, prout commentariis inſtructa eſt, non alteram illam, quæ nude, ut ante diximus, prodiit. Præmiſit vero ex *Abrab. ben Dior* præfat. ad lib. Iezira, illius commentationem de XXXII. Semitis Sapientiæ, quarum in limine libri Jezira mentio fit, quod, puto, effecit, ut B. *Gabriel Groddeckius* p. 698. Theatri Placciani ſibi perſvaderet, integrum librum XXXII. ſcriptis comprehendi, quæ XXII. Alphabeti literis & X. Sephiroth abſolvantur. Rectius ſane R. Abr. ben Dior tres hujus libri partes conſtituit, quarum I. de mundo, II. de motu & tempore, III. de Anima exponat. Poſt hanc commentationem R. *Abraham* B. D. quam diffuſis notis ſuis & amplis excurſionibus Rittangelius diſtinxit p. 146. demum ipſe liber Jezira ſine commentariis Rabbinorum usque ad p. 208. cum verſione & notis Rittangelii, ſed brevioribus, in quibus tamen interdum ex libro Zohar loca afferuntur, exhibetur. Libellum itaque ipſum totum convertit, commentarios vero omiſit, quos aliquando latine translatos exhibiturum ſe eſſe in præf. pollicetur, ſicut &

Jo. Crojus in Specimine Conjecturarum ad quædam Origenis & Epiphanii loca p. 130. ed. prioris & p. 29. edit. Grabianæ in calce Irenæi eandem ſpem fecit. Ceterum una hæc Rittangelii exſtat editio, nec recuſa quod quidem ſciam unquam eſt *Amſtelod.* 1660. 4. ceu in Theatro Placciano p. 698. traditur; ubi præterea minus recte obſervatur, *eam a Mantuana nonnibil differre, ut notaverit Wagenſeil. ad librum Sota* p. 985. Primo enim nec quod ad literam differt a Mantuana, ſi illud ejus exemplum intelligas, quod cum commentariis Rabbinorum excuſum eſt: deinde vero nec id voluit dicere Wagenſeilius, qui non loquitur de Mantuana & Rittangeliana libri Jezira editione, ſed de libro Jezira, quem *Abrahamus*, ac deinde R. *Akiba* exaraverit, atque hunc poſteriorem a *Rittangeliano* diverſum eſſe affirmat. *Uſus fuerat*, inquit l. c. *Akiba præceptore inprimis R. Gamaliele, & compoſuiſſe dicitur librum* מכלתין *itemque alium, quem* ס׳ יצירה *vocavit. Poſterior eſt Cabbaliſticus, longe tamen diverſus ab eo, quem J. S. Rittangelius cum verſ. & not. edidit. Qualis prior ſit nequeo dicere; atque apud ſolum BaalSchalſcheleth Hakkabbala* p. 28. a (*lege* b.) *horum librorum reperi memoriam.*

Præter *Mantuanam* illam edit. quam ſecutus eſt Rittangelius, video memorari Hebraicam aliam, eamque *Venetam*, commentario inſtructam, quam Buxtorfius primum in Bibl. R. tum Spizelius in Specim. B. Univ. ac nuperrime *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 193. ſed omnes ſine anno deſignato recenſent. Ultimus *Sabionetenſem* quoque memorat, & præter eas alias, quas non nominat, exſtare ait. Addi illis debet *Pragenſis*, quam ad fidem ed. Mantuanæ 4. cum indice locorum Scripturæ in opere ipſo allegatorum prodiiſſe teſtatur ש״י. Præterea vulgatus quoq; eſt cum libro שערי ציון *Dyrenfurti* 1705. 12. & recuſus in edit. Amſtel. ejusdem libri anni 466. in 16. prodierat C. 1706. Denique cum ספרא צניעותא lucem vidit *Amſtelod.* 1713. 12. Libellus idem totus hinc inde diſperſus Hebr. & Lat. exſtat etiam in Kircheri Oedipo Ægypt. Tom. II. Parte I. ubi de Cabbala Hebr. Præter illos quinque, qvos nominavimus, commentatores exſtant & alii, ſuo loco deinde commemorandi, ex quibus hic meminiſſe ſuffecerit *Joſephi ben Uziel* additiones ad librum Jezira, quas MSS. commemorat ש״י tit. ס׳ יצירה. Sic & *Andr. Maſius* in Indice Scriptorum Judaic. elegantiſſimo in lib. Joſuæ comment. ſubjuncto MS. ſe habere ait librum: משנת אברהם אבינו ויוסף בן עוזיאל & teſtatur commentarii inſtar eſſe in librum Jezira. Prodiit ille *Amſtel.* 1712. De comm. *Abrahami Abulaphiæ* vide paulo poſt. Quis ſit ille Joſeph ערין, cujus comm. in hunc librum MS. habere ſe teſtatur Plantavitius n. 548. aſſequi huc dum non potui. *Arabicus* exſtat

hic:

hic liber cum notis *Saadiæ ben Joſeph* MS. inter Codd. Pocockianos n. 105. 4. in B. Bodlej. Hic Saadias ille eſt, qui communiter appellatur *Gaon*, & cujus animadverſiones in lib. Jezira hebr. antea laudavimus. Comm. quidam in lib. Jezira, neſcio quis, hebr. inter Codd. Huntingtonianos ibidem n. 224. recenſetur, ſicut & Labbeus in B. Nov. MSS. p. 295. in B. Reg. Pariſ. expoſitionem ejus hebr. exſtare teſtatur. Commentarium ſuum in eundem librum allegat Archangelus de Burgo novo p. 53. Apologiæ doctrinæ Cabbaliſt. ubi libros a ſe ſcriptos recenſet, quem tamen non puto prodiiſſe. Ad eundem provocat in comm. ſuper Cabbaliſtarum dogmata p. 773. Artis Cabbaliſt. Piſtorii. Omiſeram fere, quod in Rittangelii tract. de Veritate Relig. Chriſt. p. 79. legere me memini, & quod ad cognoſcendam exemplarium hujus libri varietatem pertinet. Cum enim ibi monuiſſet, Morinum in Exercitt. Eccleſiaſticis in utrumque Samaritanorum Pentateuchum Exerc. II. c. 7. p. 173. locum ex lib. Jezira afferre, ita pergit: cujus verba cum in meo exemplari non exſtent, vel erroris typographi, vel alius cujusdam defectus arguenda eſſe videntur, aut nova & diverſa protinus editio erit, quæ nondum ad manus meas pervenit, eo quod quatuor verſus adjecit, qui in meo exemplari non inveniuntur. Denique nec illud prætereundum eſt, quod R. Salomon Zevi in *Theriaca Judaica* p. 23. exiſtimat, fragmenta tantum quædam libri Jezira hodie ſupereſſe. Judæi tantum huic libro tribuunt, ut R. Jehuda in libro כמוזרי teſtetur, Jeremiam Prophetam, eum ſedulo legentem, aliquando a בת קול admonitum eſſe, ut tres annos integros illi impenderet. Vide Kircheri Oedipum T. II. p. 244.

Multi ſunt, qui de hoc libro ſententiam ſuam expoſuerunt, quos cum eruditiſſimus Fabricius, more ſuo diligentiſſime annotarit in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 381. ſqq. eum inprimis conſulendum exiſtimabis. Addere, ſi placet, poteris *Heideggeri* Exercitatt. de Patriarchis Parte II. p. 143. & *Pet. Balii* Dictionarium Hiſtor. Critic. Tom. I. ſub. *Abrahamo* & *Akiba*. Præterea vero conſulendus eſt *Jo. Morinus* in *Exercitt. Biblicis* p. 372. ſqq. qui ſolide evincit, Abrahamum non eſſe illius ſcripti auctorem, quamvis de eo merito dubitetur, quod, ceu ipſe ſtatuit, in Sæculum demum primum Maſoretharum ætas ejus referenda ſit.

Præter hunc librum alia quoque ſcripta Abrahamo ſupponuntur cum a Judæis tum ab aliis, v. c. Pſ. LXXXIX. in *Bava Batra* cap. I. & Pſ. LXXXVIII. ex ſententia R. Arama Judæi. Orientales vero, Arabes ac Perſæ plura memorant, qualia ſunt *Zend*, *Pazend*, *Voſtha* & *Sepher*, de quibus

bus præter *Herbelotum* in Bibl. Or. p. 11. & 16. videatur *Thomas Hyde* de religione vett. Perſarum p. 28. *Aſtrologicum* quoddam ejus ſcriptum a Julio Firmico l. 4. Matheſ. laudatur, quam in rem lege Cl. Jo. Clericum in Biblioth. Select. T. II. p. 254. Liber ejus de Idololatria allegatur in Gemara Codicis *Avoda Sara* p. 108. ed. Cl. & conjunctiſſimi Collegæ mei Georg Eliez. Edzardi. *Apocalypſin* quandam eidem tributam olim a Sethianis fuiſſe ex Epiphanio hæreſi XXXIX. c. 5. & aliis Patrum locis patet, quos videbis apud Cl. Fabricium l. c. p. 401. ſq. qui & de ceteris illis fuſius commentatur.

44. אברהם ABRAHAM, neſcio quis, cujus commentarius luculentiſſimus in Pentateuchum MS. fol. in Catalogo Bibl. Trigland. Codd. Or. p. 23. recenſetur, ejusque potior pars ex Cabbalæ dogmatibus decerptus dicitur, præter quam qvicquid fere ſententiarum ad Pentateuchi declarationem ſit, ibi congeritur & explicatur; cum notis brevioribus ad Megilloth. Locum quendam ejus affert Triglandius in diſſ. de Karæis p. 188.

45. ר׳ אברהם אבולעפיא ABRAHAM ABVLAPHIA Hiſpanus, quem ש״י vocat p. 5. n. 114. Abraham בולעפיא mendoſe.

1) אור הַשֵּׂכֶל *lux intellectus*, ubi nomen Tetragrammaton Cabbaliſtice explicatur; MS. in Vatic. hebr. 8.

2) סִתְרֵי תוֹרָה *arcana legis*, qui etiam dicitur מַעְיַן מַיִם חַיִּים i. e. *fons aquarum viventium* (in ש״י pro חיים legitur גנים mendoſe) MS. lat. inter MSS. Hebr. fol. ibidem. Agit de myſteriis Legis Moſaicæ, ac Prophetia, ejusque modis & gradibus variis, & Cabbaliſticis quoque argumentis. Utrumque ex Bartoloccio, ut puto, memorat etiam R. Schabbatai, qui præter eos recenſet alium ejusdem.

3) מוֹרֶה הַמּוֹרֶה i. e. *Doctor Doctoris*, quo contineri ait commentarium in *More Nevochim* Cabbaliſticum. Addes his

4) Comment. in librum *Jezira*, ex quo *Jo. Steph. Rittangelius* p. 19. ad lib. Jezira locum bene longum, ſicut & alibi plures affert. Editum illum eſſe ex eo forte conjeceris, quod Rittangelius paginam 25. & 26. illius libri alleget. Idem nomen ei *Abrahami Alaphiæ* tribuit.

46. אברהם בן אביגדור ABRAHAM BEN AVIGADOR hujus *Cosmographia* Hebr. MS. in B. Bodlej. n. 6260. inter Codd. R. Hun-

Digitized by Google

Huntingthoni n. 514. ubi tamen in Catalogo mendoſe vocatur *Abrah. Abigedon.*

ר׳ אברהם בן אביגדור R. ABRAHAM BEN AVIGADOR Præſes Senatus Pragenſis, vixit, teſte ש״י A. M. 5303. (C. 1543.) qui eundem ביאור ſive explicationem in *Raſchi* ſcripſiſſe teſtatur. Ejusdem animadverſiones in *Arba Turim* cum ipſo opere exſtant in ed. Pragenſi anni 300. fol. C. 1540. Forte hic a priore non eſt diſtinguendus. 47.

אברהם אבלי R. ABRAHAM ABBALI fil. *Chajim, Levita*, unde & ſimpliciter Abraham סג״ל *Segel* vocari ſolet, Kaliſienſis, claruit Sæculo XVII. poſt cujus obitum prodiit 48.

1) זֵית רַעֲנָן *olea virens*, ex Jer. XI. 16. qui liber ſecundum titulum inſtar commentarii eſt in *Ialkuth Schimoni*, ita quidem, ut ex Talmude *Medraſchim* & aliis libris, interdum etiam ipſius auctoris ingenio ea afferantur, quæ Simeonis & commentatoris ejus Abrah. f. Gedaljæ induſtriam effugerunt. Supplementi igitur potius quam commentarii nomen tuetur. Prod. *Deſſaviæ* 444. C. 1704. fol.

2) מָגֵן אַבְרָהָם *clypeus Abrahæ* ex *Gen.* XV. 1. qui liber ad illuſtrandum *Orach chajim* qui eſt primus Ordo τῶν טורים, refertur. Prod. *Dyrenf.* 1692. & 1702. fol. Vide, quæ dicentur ſub *Iac. ben Aſcher.*

אברהם אוזקי ABRAHAM USQUE, Judæus Luſitanus, cujus nomen in calce Bibliorum Hiſpanic. Ferrar. 1553. editorum exſtat, quia ejus curæ editio iſta debetur. Vide *Rich. Simon* Catalogum Judæorum in calce Hiſt. Crit. V. T. p. 146. & Cl. *Jac. Le Long* in Biblioth. Sac. Part. II. p. 151. qui in Indice obſervat, eum vulgo vocari *Oſchi.* Bartoloccius Tom. I. p. 49. a eum vocat Abraham עֻשְׁקִי. Notandum hic eſt, *Abrahamum Usque* non feciſſe illam verſ. Hiſpanicam, quod ſibi perſvaſit Bartoloccius Tom. III. p. 785. ſed tantum excudi curaſſe ab aliis, qui non nominantur, Judæis elaboratam. Hoc patet ex verbis, quæ in calce ed. *Ferrar.* 313. quæ uſui Chriſtianorum deſtinata eſt, leguntur & Latine ita habent: *In gloriam & laudem Domini noſtri finiuntur Biblia præſentia, ex Fonte Hebræo, hiſpanice per eruditiſſimos Viros translata; opera & ſtudio Abrah. Usque, excuſa Ferrar. ſumtibus Iom Tov Athias fil. Levi Athias*, 5313. In editione vero eodem anno & loco, ſed in uſum Judæorum, facta legas hæc ſub calcem: *opera & ſtudio Duarte Pinel Luſitani, excuſa Ferrar. ſumtibus Hier. de Vargas Hiſpani,* 49.

ſpani, *Mart.* 1553. Taceo, in hac verſione translationem Pentateuchi Hiſpanicam *CPoli* 1546. editam fere ad verbum repetitam eſſe, id quod ex comparatione, quam Cl. Le Long in B. Sacra Parte II. p. 152. ſq. inſtituit, manifeſte apparet. Proinde hujus laboris gloria Abrahamo noſtro vindicari nequit. Noſtri hujus *Ordo ſ. ritus Feſti Novi Anni & Expiationis* prodiit Hiſpan. *Ferrar.* 1553. 4.

אברהם אזולאי vide R. *Abraham ben Mardochai Aſullai.*

אברהם אירירה vid. infra *Abrah. Cohen Irira.*

50. ר׳ אברהם אהרון R. ABRAHAM AHARON fil. MENACHEM *Min Bachrach*, (forte *Bacharacenſis*) qui alias vocatur R. *Aharon Chaſan* ſcr.

אורים ותומים (*Exod.* 28. 30.) qui eſt liber aſceticus & moralis, precesque nonnullas in calce exhibet. *Amſtelod.* 413. 4. C. 1653.

51. ר׳ אברהם אליאגארי R. ABRAHAM ALIAGARI.

לב שמח *cor latum* ex *Prov.* XV. 13. comm. in Maimonidem de numero præceptorum. *CPoli* 411. C. 1651. 4.

52. ר׳ אברהם אליהו כהן R. ABRAHAM ELIAS *Sacerdos*, ſcripſit comm. in tredecim מדות ſive modos interpretandi R. *Iſmael*, quem librum MS. exſtare teſtatur Bartoloc. in Vatic. fol.

53. ר׳ אברהם האיון R. ABRAHAM HAIJUN.

אמרות טהורות *eloquia pura* (ex Pſ. XII. 7.) quem *Bartoloccius* ex Plantavitio num. 61. qui illud ex Catalogo Pragenſi hauſiſſe ſe ſcribit, conciones in Pentateuchum exhibere teſtatur, rectius vero ſecundum ש״י de pœnitentia & pietate exponere judicatur, ed. *Theſſalonic.* 356. 4. C. 1596. una cum libro *Harambam* i. e. Maimonidis, qui dicitur נמצא.

ר׳ אברהם דאיטליה v. R. *Abraham Piſanus.*

ר׳ אברהם בן אל נביב v. R. *Schelomo* פראנקו.

ר׳ אברהם

Digitized by Google

ר׳ אברהם בן אלימלך R. ABRAHAM BEN ELI MELECH Sæc. XVI. 54.

לקוטי שכחה ופאה i. e. *collectiones manipuli oblivione relicti* (phraſis Talmudica) exhibent comment. Cabbaliſticum in lectiones quasdam Talmudicas, cui junctus eſt *R. Joſeph ben Chajim* comm. in decem Sephiroth. *Ferrar.* 316. 4. C. 1556. Plantavitius num. 288. Biblioth. Rabbin. ex titulo hoc, proprie accepto, de argumento judicans minus recte tradit, agere eum de portione frugum in agris ſponte pauperibus relictarum, auctore incerto, citarique in libro *Caphthor*, & in Indice Expurgatorio libb. Hebr. Recenſetur idem liber in Catal. Bibl. Leidenſ. p. 268. n. 32. ubi auctoris nomen vocatur R. *Abraham f. Ladinchar Juda Almalich*. Nos ſecuti ſumus ש״י.

ר״ אברהם בן אצור ABRAHAM BEN AZUR

מִנְחַת אַבְרָהָם *ſacrificium Abrahami* h. e. comment in librum *Siphri* (ita lego pro *Siphne*) ſcripſiſſe dicitur *Chriſtoph. Hendreichio* in Pandectis Brandenb. p. 18. Vide infra ſub R. *Abraham ben Dior* השני ex cujus nomine noſtrum hunc confictum eſſe videbis.

ר״ אברהם אריה vide R. *Abrah. ben David Miſchaar Arje.*

ר׳ אברהם בן אשר R. ABRAHAM BEN ASCHER 55.

per compendium dictus ר׳ אבא Saphetenſis ex ſuperiore Galilæa, hujus אור הַשֵּׂכֶל i. e. *lumen intellectus*, qvo inſignivit comm. in *Midraſch Rabba*, qui tamen in *Geneſin* tantum exſtat diciturque ſpeciatim מַעֲדַנֵּי מֶלֶךְ (ex *Gen.* 49. 20.) i. e. *deliciæ Regis*. Prodiit *Venet.* 321. C. 1561. fol. (ita ש״י ſed ſecundum Bartolocc. 327.) cum ipſo textu, ad cujus latus alterum *Raſchii* ad alterum R. *Aſcher* comm. legitur. Ejusd. comm. in *Schemoth Rabba* MS. eſt Rom. in Colleg. Neophytorum. Conf. quæ ſcripſimus ſupra ſub אבא. Hujus libri auctor in Catal. Bodlejano p. 157. vocatur R. *Chasdai bar Abraham*, & continere liber dicitur explicationes aliquot in Legem, vel in Midraſch Rabboth: poſterius verum eſt; prius ex dictis emendandum. In Theatro Placciano p. 683. a. notatur Buxtorfius, qvod librum hunc dixerit eſſe Cabbaliſticum exiguæ utilitatis, qui ſæpe citetur in libro נוה שלום. Enimvero recte hæc dixit Buxtorfius, cui nempe non de libro hoc noſtro,

ſed de alio ejusdem tituli, quem ſcripſit R. *Abraham Abulaphija*, de qvo ſupra, ſermo erat.

56. ר׳ אברהם בן אריה ליב R. ABRAHAM ben ARIE LEV KALMANKAS ſcr.

מַעְיַן הַחָכְמָה *fons ſapientiæ*, Clavis & Introductio in doctrinam Cabbaliſt. ex ſcriptis R. *Iſaaci Luriæ* collecta, ubi ſimul de opere creationis & ejus arcanis breviter diſſeritur. *Amſtelod.* 412. C. 1652. 4.

57. אברהם בדרשי R. ABRAHAM BADRESCHI vel BEDRESENSIS ſcr.

חוֹתָם תָּבְנִית i. e. *ſignans ſummam* ſive *menſuram* ex *Ezech.* XXVIII. 12. liber Grammaticus, qui exponit Synonyma Linguæ ſanctæ ſecundum ſeriem literarum. MS. in Biblioth. Leidenſi p. 284. n. 10. ubi vertitur *Sigillum ſyntaxeos*, quæ verſio nec argumento libri ſatis, nec vocibus, reſpondet. *Hendreichius* in Pandectis Brand. p. 18. a. ex uno hoc duos Scriptores fecit quorum alterum *Abrah. Badreſchi*, alterum *Abrah. Bederſenſem* vocat. *Bartoloccius* auctorem ignoravit: vide infra ידעיה הפניני. Confer R. *Abraham* יהודי.

58. ר׳ אברהם די בוטון R. ABRAHAM de BOTON vel ſecundum ש״י די בוטין de BOTEN ſcripſit

1) לֶחֶם רָב *panis multus*, h. e. quæſtiones & reſponſiones de rationibus loquendi Talmudicis *Smyrn.* 420. C. 1660. ſecundum ש״י in 4. ſec. Bartoloc. in fol.

2) לֶחֶם מִשְׁנֶה *panis duplex* m) ex *Exod.* XVI. 22. comm. eſt in Maimonidæ *Miſchne Tora* ſive *Jad chaſaka*, & in omnes, qui in eundem librum exſtant, commentarios, in partes duas diſtinctus, quarum prior usqve ad Hilchot *Schevuoth*, poſterior ad finem pertingit. *Venet.* 1606. fol. cum præf. R. *Joſeph ben R. Judæ ben R. Sam. ben R. Joſ. de Nubis*. *Buxtorfius* ait eſſe commentarium in כסף משנה qvod verum quidem eſt, ſed ſcriptionis argumentum non exhaurit: *Plantavitius* n. 283. Bibl. cum in Maimonidæ in Miſchnam commentarios commentari ſcribens a vero deflectit.

3) Ejus

m) Alludit igitur hoc titulo tum ad locum Biblicum, tum ad titulum libri Maimonidei, tum forte etiam ad duplex inſtitutum, illuſtrandi ſcilicet & Maimonidæ librum, & alios ejus Interpretes.

Digitized by Google

3) Ejus Novellæ in Codd. qvosdam Talmud. exſtant in libro מהררי נמרים *Venet.* 1599. 4. ed.

ר׳ אברהם בן בונט R. ABRAHAM BEN BONET comm. in Midraſch *Tanchuma* & in *Rabboth* MSS. in Vatic. 4. 59.

ר׳ אברהם ביבאגו R. ABRAHAM BIBAGO, qui etiam teſte ש״י vocatur ביבץ fil. R. *Schem Tov*, qua de re Bartoloccio audit ביבאש *Bivaſch* ſive *Vivax*, Venerando Theodoro Daſſovio autem in ep. tractatui de Reſurrectione præmiſſa *Bilbag* vocatur, Philoſophus Arragonenſis qui A. M. 5249. C. 1489. teſte ש״י & R. Dav. Ganz ad hunc an. floruit, & ſcripſit 60.

1) דֶּרֶךְ אֱמוּנָה הַגָּדוֹל i. e. *via fidei magna*, qui de fide ex diviniore, ut ש״י ait, Philoſophia exponit, ed. *CPoli* 282. C. 1522. fol. Bartoloccius ſimpliciter vocat דרך אמונה quod & *Plantavitius* facit n. 131. ubi eum tribuit ex fide libri *Caphtbor*, in qvo citetur, R. Abrahamo: deinde vero n. 132. eundem tanquam a priore diſtinctum recenſet דרך אמונה הגדול & tribuit R. *Schem Tov*, cujus erroris cauſa inde repetenda eſt, quod auctor fuerit filius Schem Tov. *Jo. Morinus* p. 245. Exerc. Bibl. auctorem libri vocat *Abraham* fil. *Laduni* forte qvod eum citari videret *Abrab. ben* לאדוני i. e. Domini mei *Schem Tov.*

2) זֶה יְנַחֲמֵנוּ *iste conſolabitur nos* ex *Gen.* V. 29. comprehendit conciones Φιλοσοφικωτέρας CPoli ed.

3) Idem ſcripſit ס׳ מוֹפֵת ſ. *de demonſtratione*, ubi commentatus eſt in Ariſtotelis Analytica Priora cum notulis ex commentt. Averrois MS. in Vatic. 4. teſte Bartolocc. T. I. p. 29. ubi auctoris nomen vocat R. *Abrah. ben Iom Tob Bivaſc* (ביבאש) & a noſtro hoc, de quo antea egerat, perperam diſtinguit.

4) עֵץ חַיִּים arbor vitæ ex Gen. II. liber Philoſophicus MS. ש״י ex Buxtorf. p. 462.

Floruit is, teſte auctore Schalſcheleth hakkabbala A. M. 252. C. 1492. Vide librum p. 62. b. ubi vocatur ביבץ. ש״י p. 21. n. 7. vocat etiam ביבאגי

אברהם די בלמס ABRAH. de BALMES: v. infra *Abrab. ben Meir de Balmes.*

ר׳ אברהם ברצלוני vide R. *Abraham bar Iudæ.*

61. ר׳ אברהם גלנטי R. ABRAHAM GALANTE *Italus*, Sæc. XVI Scriptor diſcipulus R. *Moſis Corduero.*

1) פירוש *comm.* in lib. Zohar non editum, cujus tamen compendium eſſe ait Bartolocc. librum זהרי חמה i. e. *ſplendores Solis*, quem ed. R. *Abraham Azulai Venet.* 410. C. 1650. At ש״י hunc librum ipſi R. *Azulai* tribuit, & p. 30. n. 79. alium recenſet noſtri librum ſub tit.

2) ירח יקר i. e. *luna pretioſa* ex *Iobi* XXXI. 26. quem ait eſſe amplam explicationem libri Zohar. Citatur p. 6. libri עמק המלך cujus auctor R. Naphthali Hirtz eam ſe vidiſſe in præfat. ſcribit.

3) קול בוכים *vox flentium* ex *Jobi* XXX. 31. qui etiam dicitur קינות סתרים *lamentationes abſconditorum*, comm. Cabbaliſt. in lib. *Threnorum* collectus ex Zohar, *Tikkunim* & lib. אור יקרות *Prag.* 381. 4. C. 1621. & cum acceſſionibus R. *Ioel ben Schoeb* Venet. 349. C. 1589. 4.

Confer quæ dicentur ſub R. *Moſe Galante.*

ר׳ אברהם גדליה v. R. *Abraham ben Samuel Gedalja.*

ר׳ אברהם בן גזיז nomen minus emendate ſcriptum: v. infra *Abraham* ben עוז.

62. ר׳ אברהם גיון R. ABRAHAM GEON ſcripſiſſe a Plantavitio n. 472. dicitur in סדר תפלות in librum precum. Sed vereor, ne auctor commentitius ſit, qvippe cujus alibi non video fieri mentionem. Forte is eſt R. *Abrab. ben* יורא de quo infra dicemus.

ר׳ אברהם בן דאגור nomen a Bartoloccio præter rationem ex *Abraham ben Dior* effictum, cujus nomen vide.

63. ר׳ אברהם בן דוד אריה R. ABRAHAM BEN DAVID ARIE h. e. *Leonis Mutinenſis*, quem משער אריה ש״י appellat, *Medicus*, unde & in Hydii Catalog. Bodlejan. p. 4. ſimpliciter vocatur *Abraham Rophe* i. e. Medicus qvo nomine etiam appellatur a *Menaſſe ben Iſraël*, ſub finem Sec. XVI. clarus, ſcripſit

שלטי

Digitized by Google

שִׁלְטֵי הַגִּבּוֹרִים i, e. *clypei fortium* (ex *Cantic.* IV. 4.) ubi agitur IX capitibus de ſtructura conclavium templi, ratione veſtium, gemmis earumque proprietate, de officiis Levitarum, cantu & Muſica Hebræorum, inſtrumentis Muſicis, eorumque forma & conditione interiore, ſpeciatimque de 36. illis, quibus uſus eſt David: de ratione oblationum, ac natura animalium & avium, de linguis peregrinis, de re militari & inſtrumentis bellicis. In præfatione allegantur 98. libri, ex quibus hæc omnia ſunt collecta. Accedunt *Scuta tria* (מגינים שלושה) quorum I. exponit de matutina oblatione quotidiana, de adolendo ſuffitu, & ſtationibus (מעמדות) Sacerdotum, ad cultum divinum recte peragendum quotidie inſtitutis: ubi immiſcentur preces variæ & ſupplicationes. Agit qvoque de feſtis ſolemnibus, & de feſtivitate, n) quam (בְּבֵית הַשּׁוֹאֵבָה) in certo atrii mulierum loco feminæ in Tabernaculorum feſto olim celebrabant. *Scutum* II. præcipit de oblatione jugis holocauſti inter duas veſperas facienda, lectione Sacri Codicis, & tribus verſibus Legis ad preces in oblatione faciendas adhibitis, de jejuniis omnibus & decem diebus pœnitentialibus &c. *Scutum* III. de ordine & ratione tractandi legem ſingulis noctibus per totum annum, quomodo ſcilicet Hebraicus textus Legis bis, Targum vero ſemel, ut & Prophetæ ac Pſalmi, Miſchna, Gemara, Medraſch, Sohar, legi debeant, ut ſic integra hebdomas totusque annus abſolvatur. Hæc habet ש״ש. Prod. liber *Mantuæ* A. M. 372. C. 1612. fol. Ex his apparet, Plantavitium n. 690. Biblioth. minus adæquatam libri notionem Lectori feciſſe, quando eum moralem & concionatorium eſſe pronunciat. Spectat enim potius ad antiquitates Hebræorum exponendas & magni eſt inter Judæos pretii, unde & Menaſſæ ben Iſrael in Conciliatore *ingenioſum opus* audit. In Catal. Pſeudon. Placciano p. 6. b. hic ſcriptor perperam pro ψευδωνύμῳ habetur, cujus verum nomen ſit R. *Iſaac Alphes.* Noſtri hujus ſunt dialogi tres de auro, qui ſub nomine *Abrahami de Porta Leonis* citantur, quod nomen vide infra ſuo loco.

n) Hæc ſolemnitas aquam hauriendi inſtituebatur ſub veſperam diei primi Tabernacul. tanto cum gaudio ut in *Succa* cap. V. ſub initium profiteantur, eum, qui non viderit lætitiam effuſionis aquæ, non vidiſſe unquam ullam lætitiam. Vide plura in Maimonide & ceteris Judæorum Interpretibus ad Succa c. V. & VIII. *Buxtorfii* Lexico Talmud. p. 2298. & *Jo. Henr. Otthonis* Lexico Rabbinico Philolog. p. 199. ſq. Ex hoc ritu lucem accipiunt Servatoris noſtri verba *Joan.* VII. 37. & 38 ceu poſt alios fuſe oſtenderunt Vener. *Salom. Deylingius* Tomo II. Obſervationum Sacrarum num. XXXI. & de antiquitatibus Hebr. meritiſſimus *Guil. Surenhuſius* in lib. καταλλαγῆς p. 353. ſq.

64. ר׳ אברהם בן דוד מאוסטרא R. ABRAHAM BEN DAVID *Oſtrenſis* o) (ex Volhyniæ opido) initio Sæc. XVII. floruit

1) כור לזהב *catinus auro* (ſc. probando) ex *Prov.* XVII. 3. i. e. comment. in Paraphraſes Chaldaicas Pentateuchi ed. *Hanov.* & *Ffurt. ad Od.* 441. fol. C. 1681.

2) De tredecim modis interpretandi legem apud Judæos receptis. *Cantabrig.* 1597. Hunc librum Hendreichius in Pandectis Brandenb. p. 18. b. perperam tribuit R. *Abrahamo ben Dior* Secundo, de qvo mox.

65. ר׳ אברהם בן דוד R. ABRAHAM BEN DAVID, Germanus, unus ex novem illis, qui librum מרדכי compoſuerunt. Vide ſuo loco מרדכי.

66. ר׳ אברהם בן דוד R. ABRAHAM f. DAVID פרווינצאל (*Provincialis,*) Mantuanus, qui libro ראשית חכמה Venet. 353. 8. edito præfationem præmiſit. Ita enim interpretor nomen per compendium ſcriptionis ita exaratum הראבד.

67. ר׳ אברהם בן דוד R. ABRAHAM BEN DAVID, cujus

שער צדק h. e. *porta juſtitiæ* ex Pſal. 118. 19. MS. recenſetur in Catal. B. Bodlejanæ n. 5971. ſine mentione argumenti.

ר׳ אברהם בן דוד R. ABRAHAM f. *David ex Kirjath Jearim*, cui Bartolocc. tribuit librum

בעלי הנפש quem ad *Abraham ben Dior* השני ſive ſecundum pertinere paulo poſt oſtendemus.

68. ר׳ אברהם בן דוד R. ABRAHAM BEN DAVID de quo legitur in Salom. ben Virga *Schevet Iuda* 409. ed Lat. *Georg. Gentii*, quod ſcilicet anno 5151. C. 1391. Regis Hiſpaniarum juſſu ſuſpenſus obierit, cujus cadaver honoris cauſa Sacerdotes terræ mandarint. Ibidem voca-

o) Vidi hunc Abrahamum ad Auſtriam referri, perperam omnino: Oſtra enim Volhyniæ opidum eſt, qvod ampliſſima Synagoga inter Judæos celebratur.

Digitized by Google

vocatur *lumen magnum*. Non dubito, hunc eſſe eundem cum *Abrah. ben Dior*, qui proxime memorabitur: hunc enim religionis cauſa interfectum dicunt Judæi.

ר׳ אברהם בן דיאור R. ABRAHAM BEN DIOR 69.

Levita הראשון *Prior*; ſive ut in Schalſcheleth plenius, R. *Abraham ben Dior, ben R. Iitzchack ben Rabbenu Baruch*, quem alii *Abraham ben David* appellare malunt ut ש״י (qui tamen in Indice Scriptorum Alphabet. p. 736. eum vocat בן דיאור) & *Bartoloccius*, qvod nomen Mantuana quoque editio præ ſe fert: & in plerisque libris legi, ſed mendoſe, teſtatur *Zemach David* ad an. 4921. Viciſſim *ben Dior* (vel ut Juchaſin p. 331. b. habet בן דאירי) vocant *Zemach David*, *Schalſcheleth hakkabbala*, *Abarbanel*, *Buxtorſius* & alii, quos propterea ſequimur, quod auctor *Schalſcheleth* p. 42. a. diſerte teſtatur, ſe in libro *Ieſod Olam* inveniſſe, quod ille Abraham ben דאיר (*Dior*) de nomine familiæ appelletur. Ait enim: וכן ראיתי בספר יסוד עולם כי זה הגאון היה נקרא הרא״בד על שם משפחתו שהיתה נקרא בן דאור" Per compendium literarum Judæi ut plurimum vocant הרא״בד. Fuit *Toletanus* teſte Kimchio in comm. ad Zach. XI. p. 640. Bibl. Buxtorf. & R. *Aſaria* in *Meor Enajim* p. 94. & floruit tempore Alphonſi VII. Regis quem ipſe p. 20. Alphonſum fil. Raimundi & מלך מלכים ſive *Regem Regum* vocat, atque adeo ſæculo XII. medio inprimis claruit. Scripſit enim, quod ipſe teſtatur p. 10. libri Kabbalæ A. M. 4921. qvi reſpondet A. C. 1161. in quem libri ætatem propterea refert *Zemach David*. Quod ipſum ex iis etiam apparet, quos in calce libri Chronolog. tanquam ſibi æquales memorat, inter quos eminet R. *Abraham Aben Eſra*. Toleti illum denique religionis cauſa interfectum eſſe teſtatur *Juchaſin* p. 130. b. נהרג בטליטולה על קדושת השם, quæ etiam cauſa eſt, cur eodem in loco, & alias a Judæis חָסִיד i. e. *pius* appelletur. Conf. p. 131. b. ubi dicitur, שקדש עצמו על יחוד השם בטליטולא adde p. 162. b. Quo vero id anno contigerit, expiſcari mihi huc dum non licuit. Bartoloccius quidem p. 21. a. id factum ait 4640. (lege 4940.) C. 1180. & provocat ad Juchaſ. f. 131. b. & 162. b. ſed utroque in loco tantum dicitur Toleti peremtus: in priori vero anno dicto librum quendam exaraſſe refertur: R. Dav. Ganz tamen hunc annum ei fatalem qvoqve fuiſſe ſcribit.

1) סֵפֶר הַקַּבָּלָה librum *Kabbalæ* ſive *traditionis*, p) qua ſeriem doctrinæ

p) *Juchaſin* p. 130. b. librum hunc vocat ס׳ סֵדֶר עוֹלָם quo titulo, itemque alio דור

ctrinæ per varias ætates non interrupto ordine, ut putant, propagatæ inde ab Adamo uſque ad ſuam ætatem deduxit, ac deſinit in R. *Ioſeph fil. Meir Levi f. Megas*, quem obiiſſe ait A. M. 4901. C. 1141. confer *Zemach David* ad hunc annum & *Iuchaſin* p. 131. & 162. b. Atque hæc *prima* illius libri pars eſt, quam excipit *ſecunda* duobus circiter foliis comprehenſa, ſub tit. זכרון דברי רומי מיום הבנותה עד התחלת מלכות ישמעאל ubi de rebus Romanorum a primis initiis uſque ad initium regni Iſmaelitici. Ultimum Romanorum Regem facit *Sebaſtiavum* (שבשטיאן) quem *Marciano* ait ſucceſſiſſe. q) Illius Sebaſtiani tempore ortum ait *Muhammedem* (מחמר) cujus æqualis fuerit *Gregorius M.* Pontifex Romanus & magnus Philoſophus. Tertia pars, mole utramque priorem ſuperans, & 19. foliis comprehenſa ſub tit. דברי מלכי ישראל בבית שני h. e. *res geſtæ Regum Iſraëlis ſub Templo II.* ſequitur, quam ex Joſepho Pſeudo Gorionide potiſſimum decerptam eſſe partim comparatio utriusque oſtendit, partim auctor in limine profitetur his verbis כפי מה שמצאנו בספר יוסף הכהן בן גוריון ובספרים אחרים כנים h. e. *ſecundum quod invenimus in libro Ioſephi Sacerdotis, fil. Gorionis & in aliis libris rectis* &c. Atque hæc epitome illa eſt, quam *Seb. Munſterus* primum non commemorato auctore hebr. & Lat. edidit *Wormat.* 1529. 8. ſub tit. קצר חובר הזכרונות היוסף *compendium hiſtoriarum Ioſephi* qvo comprehenduntur ut ipſe titulus præ ſe fert, *Acta LXX. Int. geſta Maccabæorum, facta Herodum, Excidium Hieroſolymitanum & X. captivitates.* Idem recuſum eſt opera *Seb. Lepuſculi*, additis aliquot collectaneis ſuis, *Baſil.* 1559. 8. * Eandem

עולם eum inſigniri teſtatur ש״י p. 66. b. Uterque ipſi tanquam libro hiſtorico probe accommodatus eſt, modo caveatur, ne cum ὁμωνύμῳ *Seder Olam Rabba & Suta* confundatur. V. C. *Jac. Basnage* Tom. V. Hiſtor. Judaicæ p. 1442. in notis vocat *Schalſcheleth Hakkabbala*, qui eſt titulus libri Hiſtorici R. *Gedaliæ*.

q) Pleraque hæc partim falſo, partim confuſe & non ſine inſigni ἀναχρονισμῷ, dicuntur quod in Judæis non mireris, quos in profanis hiſtoriis leberide cœciores eſſe recte affirmat *Hottingerus* p. 145. Theſauri Philolog. De imperitia eorum in Chronologia confer *Hug. Grotium* ad Matth. XXIV. 24: *Conſtantin. Lempereur* ad Juchiadem in Danielem p. 156. & *Joſ. Scaligerum* de Emendatione Temporum paſſim, inprimis vero *Jo. Morinum*, nonnihil tamen iniquiorem, in Exercitt. Biblicis lib. II. c. V.

* Inter utramque hanc edit. ea eſt differentia, quod in Munſteriana verſio Latina ſeorſim ſubjicitur a textu Hebræo ſejuncta, in Lepuſculi vero ex adverſo latere opponitur. Addidit præterea Lepuſculus decem præcepta cum expoſit. Aben Eſræ hebr. & Lat. p. 289. cum Targum Onkeloſi in præcepta. Ibidem legas Decadas Judaicas octo, Heptadas duas, Teſſaras ſeptem & Triadas quatuor, quæ maximam partem ex capite ultimo Pirke Avoth deſumtæ ſunt, & ejusmodi res exhibent, quæ idem prædicatum patiuntur, v. c. quando dicitur: *decem res creatæ ſunt in veſpera Sabbati* &c. Sequuntur cauſæ variæ, cur Judæi ad Chriſti ſacra non convertantur.

dem libri partem latine vertere cœperat *Io. Druſii* filius, in flore ætatis exſtinctus, quod Pater profitetur in præf. ad Præterita N. T. *Conradi Pellicani* verſionem Lat. in Biblioth. Tigurina exſtare teſtatur Buxtorf. p. 296. Tr. Bibl. Vide etiam *Neandri* Catal. libb. Erotematibus Hebr. L. ſubjunctum p. 573. *Munſterus* illud ſæpe ad partes vocat in annotationibus ſuis; *Druſius* & *Scaliger* auctorem non definiunt, *Io. Morinus* lib. II. Exerc. I. c. 3. p. 233. *Exercitt. Biblic.* a Judæo quodam elaboratum ait, admiſtis aliis traditionibus, ac ſpeciatim iis, quæ de LXX. Intt. in limine præcipiuntur, deniquo *Gilb. Genebrardus* p. 376. Chronographiæ ad A. C. 93. & ejus exemplo *Poſſevinus* in Apparatu S. Flavii Ioſephi æqualem faciunt. *Munſterus* ipſe in præf. ita ait: *Hunc librum Joſippus Iudæus ex variis Scriptoribus & potiſſimum ex Joſepho Hiſtoriographo concinnavit, multa plerumque brevibus tradens verbis. Magnificum illud præconium, qvod Ioſephus Chriſto, Salvatori noſtro, tribuit, perfidus hic Iudæus muta præterit lingua. Cetera fideliter ſcribit. Nam contuli hebr. hunc librum cum Ioſephi Lat. exemplari, nec inveni ullam in ſententiis diſcrepantiam.* Primus, quod ſciam, verum illius compendii auctorem detexit Cl. *Io. Gagnerius* in erudita præfat. ad Joſephum Pſeudo-Gorionidem p. 7. Et res ipſa omnino pro ſe loquitur: Compendium enim a Munſtero editum eadem prorſus ratione & incipit, & deſinit, qua tertia illa Cabbalæ Abrahami noſtri pars, nempe in verbis ואשר הביא אותם מן הגוים אשר נפוצו שם h. e. *qui eduxit eos e gentibus, in quas diſperſi erant.* Addit Cl. *Gagnerius*, Abrahamum Levitam & compendium illud Munſterianum *ne minima quidem vocula a ſe invicem diſcrepare:* quod tamen ſecus habere deprehendi. Quam enim alias ſibi libertatem datam credidit Munſterus, eam hic qvoqve ſumſit ſibi, & interdum, quamvis rariſſime, & qvod ad pauca verba, omiſit nonnulla aut leviter mutavit, (niſi in MS. ſuo Codice ita inveniſſe potius cenſendus eſt) qvæ inprimis ad ornandam Judæorum cauſam pertinent. Sic v. c. in limine libelli apud *Abrahamum Levitam* legas hæc verba: ואלו הם נועם וחובלים וכלי רועי אוילי שרמז זכריהו הנביא ע״ה כמו שנפרש אחר כן:. Ea vero in Munſteriana editione fruſtra quæſiveris. Ne quis vero exiſtimet, compendium illud forte ab alio annexum eſſe libro *Cabbalæ*, nec ipſi illius Scriptori deberi, ipſa Abrahami verba prohibebunt, qui, ubi compendium illud ad finem perduxit, toti operi brevi ſermone colophonem imponit his verbis: אמר אברהם הלוי בר׳ דוד ז״ל כבר זכרתי למעלה בתחלת ספר סדר הקבלה הזה שהיתה כוונתו בחבורו להודיע לתלמידים איך נמשכה קבלת תורתנו הקדושה ממשה

רבינו ע״ה h. e. *Ait Abraham Levita ben David* p. m. *Iam ſupra monui in limine libri hujus Succeſſionis Cabbalæ, inſtitutum ſcriptionis hujus illud eſſe, ut conſtet diſcipulis, qvomodo traditio legis noſtræ Sanctæ inde a Moſe D. N. propagata ſit.* Deinde explicat prophetiam Zachariæ, qvod ſe facturum in initio libri verbis modo commemoratis promiſerat, quæ a Munſtero omiſſa eſſe diximus, ſicut idem integram hanc clauſulam, neſcio qvo conſilio, prætermiſit. Suſpicari itaque ex eo aliquis poterat, Munſterum alio exemplari uſum eſſe, adeoqve forte clauſulam, quam diximus, cum verbis ſub initium libri exaratis ab alius Judæi manu profectam eſſe. Tollit vero hanc ſuſpicionem diſerta explicationis hujus loci Zachariani allegatio, facta a Kimchio ad Zach. XI. p. 690. Bibl. Buxtorf. ita quidem, ut huic Abrahamo noſtro tribuatur, cujus Kimchium æqualem fere fuiſſe temporum ratio oſtendit. Fuſius hæc deducenda putavi, ut de re, alibi nondum examinata, eo expeditius eſſet judicium.

Jam redimus ad partem libri primam, quæ inprimis Judæis in pretio eſt. Illius condendæ occaſionem fecit inprimis Karæorum ſecta, r) qvæ cum auctoritatem & fidem traditionum Talmudicarum in dubium vocaret, contrariæ ſententiæ veritatem, oſtenſa continua propagationis ſerie adſtrui poſſe putavit. *Scripſimus*, inquit p. 1. *ut diſcipulis ſignificaremus, verba Magiſtrorum noſtrorum, p. m. Sapientum Miſchnæ & Talmudis omnia accepiſſe Sapientem magnum & juſtum a Sapiente magno & juſto.* &c. Deinde paulo poſt ad exceptionem Karæi quandam reſpondet, iterumque in fine partis I. libri ſui p. 19. *Ananis & Saulis*, filii ejus, quos duces Karæorum ſua ætate fuiſſe conſtat, tanquam hæreticorum meminit, ac denique p. 20. *Abualpharagi*, Karæi, ſcriptum reprehendit, qvod contra Rabbanitas exaratum, ex terra Sancta in Hiſpaniam allatum ſit. Huic, credo, ſpeciatim occurrere voluit Abrahamus noſter, conqviſitis omnibus undiqvaq; præſidiis, quæ ceteri Judæorum Hiſtorici, qvi ſunt *Abraham. Zacutus* in libro *Iuchaſin*, R. *Gedalias* in *Schalſcheleth hakkabbala*, & R. *David Ganz* in *Zemach David*, adhibuerunt, qvod ipſi diſerte profitentur, primus quidem p. 130. b. & p. 131. b. fine, alter p. 42. b. tertius vero ad annum 4921.

Hujus libri editiones his verbis recenſet Bartoloccius p. 20. Tomi I. *Hunc primo*, inquit, *Gilb. Genebrardus latinum fecit, & impreſſus fuit Pariſ.* A. D. 1533. & *ibid. an.* 1572. *cujus exemplar inter Codd. Latinos Bibl. Vatic. habetur, una cum Conſtantino Manaſſe in* 8. *Prodiit etiam Baſil. ex officina Frobeniana A. D.* 1580.

cum

r) Confer Jo. Morinum in Exercitationibus Biblicis p. 244.

cum Lat. interpret. e regione textus Hebraici quadrato charactere, & in 8. * *At quia Genebrardus in ſua translatione, exemplari quodam Hebr, eſt uſus, in quo ultra Hai Gaon non progreditur; ideo in ea translatione, quæ additur in fine ſuæ Chronologiæ Pariſ. excuſæ in fol. A. D. 1600. nonnulla deſiderantur, ea ſcilicet, quæ poſt Hai Gaon in ceteris exemplaribus habentur, usque ad R. Abrah. Aben Eſræ tempora, quæ ab aliquo alio juniore auctore addita fuerunt, & in exemplaribus Hebraicis, tum Venetis apud Marcum Anton. Juſtinianum an. 305. C. 1545. 4. tum Baſileenſibus, apud Ambroſ. Frobenium an. 340. C. 1580. 8. & iterum, apud eundem, A. D. 1590. eadem forma* (hanc nunquam ego vidi) *reperiuntur.* Vides hic commemorari duas inprimis editt. Hebr. alteram cum verſione, alteram ſine ea curatas, *Venetam* ſcilicet & *Baſileenſem*: utramque laudat etiam ש"י ubi tamen, quod mireris, cum Bartoloccio omittit *Mantuanam* utraque priorem, quæ an. 273. C. 1514. 4. prodiit ita, ut præter Seder Olam Rabba & Suta, Megillat *Taanith* ſive de Jejuniis recenſitum a nobis librum Cabbalæ ultimo loco plene exhibeat usque ad explicationem Prophetiæ Zacharianæ cap. XI. cujus paulo ante fecimus mentionem. Eam nos adhibuimus, quod & fecerat *Jo. Morinus* in Exercitt. Bibl. II. cc. His adhuc addenda eſt Pariſienſis Hebræa, qua imperfecte neſcio quo anno edita uſum ſe ait eſſe Genebrardus p. 74. Chronologiæ Hebr. quæ Chronographiæ ejus addita eſt. Noviſſime prodiit *Amſtelod.* 471. C. 1711. Novam illius una cum *Seder Olam Rabba* & *Sutba* editionem ſperari a ſe juſſit V. C. *Jo. Gagnier* in dedicat. Joſephi Pſeudo-Gorionidæ. MS. exſtat hic *liber Cabbala* in Bibl. Medic. Pluteo I. n. 7. Vide Catalogum, quem Cl. Fabricius Lambecii Prodromo Hiſt. Liter. ſubjunxit. MStum etiam habuit Plantavitius quod profitetur n. 608. Bibl. Rabb. ubi ſimul monet, nomen ejus non בן דוד ſed בן דיוד appellandum eſſe, ac præterea fide Catalogi Veneti confirmat, editionem ejus *Mantuanam* exſtare.

* Vidi ego hanc edit. eo modo curatam, ut Mantuanæ, quam recenſuimus prorſus reſpondeat: ſed ſine verſione Latina. In eo, quem habeo, Codice, addita erat verſio Lat. & Seder Olam Genebrardi Pariſ. 1578. edita, ſed præterea nihil. Unde vereor, ne Bartoloccius hic *librum Seder Olam* cum *libro Cabbala* confundat: poſteriorem enim hunc Genebrardus nunquam integrum, ſed prout ipſe B. monuit, a fine mutilum vertit quæ verſio in poſtremis Chronographiæ ejus editt. una cum Seder Olam R. & *Suta* acceſſit; ubi in fine p. 74. integram verſionem ſperari a ſe jubet.

In Catalogo B. Bodlej. p. 4. ſub *Abrab. ben David* recenſetur ס׳ הקבלה editus *Venet.* 1545. & ib. 1546. 4. deinde vero proxime idem liber tribuitur R. *Abrab. ben Dior*, tanquam auctori a priori diſtincto: confunditur præterea noſter hic *Abraham ben Dior* Prior cum Poſteriore, de qvo mox.

2) Præter hunc librum ſcripſit idem reſponſionem ad commentarium *Abu Alpharag* in Geneſin, de qvo videantur, quæ ſupra ſub Abu Alpharago commemoravimus. Hanc ſuam confutationem his verbis commemorat ipſe Abrahamus noſter in calce libri Kabbalæ p. 21. ואני כתבתי תשובת ספרו והראיתי לתלמידים סכלותו: h. e. *ego vero reſpondi libro ejus & diſcipulis ſtultitiam ejus feci manifeſtam.* Forte hæc reſponſio non diſtinguenda eſt ab ejusdem libro

3) אֱמוּנָה רָמָה h. e. *fides excelſa*, qui Arabica lingua dicitur עקידה אל רפיעה teſte Juchaſin p. 131. b. verſu ultimo, cujus teſtimonio uſus idem tradit *Schalſcheleth hakkabbala* p. 42. uci tamen per librarii, ut puto, errorem vocatur אֱמוּנָה רַבָּה. Ex allato Juchaſin loco non manifeſte intelligitur, Arabice librum hunc ab auctore fuiſſe exaratum, cum ibi de titulo tantum moneatur, eum Arabice ratione modo commemorata efferri. Veri tamen eſt ſimile, Arabice ſcriptum fuiſſe, inprimis, ſi contra Karæos directus fuit, qvorum plerosqve s) ea ætate Arabice ſcripſiſſe ipſi teſtantur ſingulari commentatione ad Triglandium ſcripta, quam nuper edidimus, p. 56. ſicut & Abulpharagum Karæum hac lingua uſum eſſe ex ſuperioribus patuit. Quicquid hujus erit, liber ipſe Hebraice adhuc exſtat in B. Vatic. MS. fol. ſub eodem & titulo & ſcriptoris nomine, ac teſte Bartoloccio p. 20. in tres tractatus diviſus de coactione & libertate voluntatis humanæ præcipit, ita, ut tract. I. de principiis naturalibus, & quomodo hinc ad fidem adſcendere debeamus: II. de principiis fidei & legis; III. de medicina animæ, ſive, qvomodo animus a deliciis mundi avocandus ſit, qvod variis ex Philoſophia effatis, ex S. Scriptura confirmatis, oſtenditur. Procul dubio idem hic liber eſt, quem ejusdem prorſus tituli eundemque MS. Bartoloc. p. 18. tribuit R. Abrahamo בן דאגור הלוי quemque MS. in Vatic. 4. exſtare teſtatur. Facile enim fieri potuit, ut, cum in ceteris nomen idem ſit, vox דאור mutaretur in דאגור. Et argumentum

s) Rabbanitæ quoque Arabica lingua frequenter uſi ſunt eo tempore, quod inprimis manifeſtum fecit Guſtavus Peringerus in Hiſtoria eruditionis & linguæ Arabum Upſal. 1694. ſit ut pervulgatum eſt, Judæos primum Arabum exemplo Grammaticas & Lexica ſcribere cœpiſſe, qua de re dixi ipſe in Hiſtoria Lexicorum Hebraicorum.

mentum utriusque idem eſt, cum in hoc id agatur, ut lex Moſaica cum Philoſophicis placitis concilietur. Præter rationem itaque ab altero illo diſtinguitur. Obiter qvoqve notamus *Guil. Henr. Vorſtii* errorem, qui verba Dav. Ganzii ad an. 4940. ubi dicit, qvod *Abrah. ben Dior* ſcripſerit ספר חשוב בעקרי האמונה (quæ ſunt verba Juchaſin p. 162. b) minus recte vertit: *compoſuit præterea librum Chaſchub de articulis fidei*; cum vertere debuiſſet: *librum æſtumatiſſimum* &c. *Hendreichius* in Pandect. Brandenb. p. 19. Vorſtium ſecurius ſecutus eſt, idemque librum *Emuna Rama* comm. *in lib. Jezira* eſſe affirmat nec argumentum ſcriptionis, nec Scriptores ſatis diſtinguens, cum prior ad noſtrum, poſterior vero nempe comm. ad ſequentem Abrah. ben Dior pertineat.

4) עַל הַתְּכוּנָה ſive Aſtronomicum ſcriptum eidem tribuit, an. 940. C. 1180. ab eo exaratum, liber Juchaſin p. 132. a lin. 1. Hic liber eſt, quem B. Spizelius in Specim. Bibl. Univerſ. tribuit *Abrahamo Abendahud* ſub tit. תכונת זכות ubi ſcribendum erat *Aben Davd* vel *Aben David* (ſic enim nonnulli noſtrum appellant) & in tit. poſterior vox omittenda, cum hic titulus ſit alius libri Aſtronomici ab *Abrahamo Zacuto* exarati. Rectius hos diſtinguit Buxtorf. p. 470. B. Rabb. Tres illos libros, nempe librum *Kabbalæ, de fide* & de *Aſtronomia* iterum commemorat Juchaſin p. 162. b. med. additqve, plures alios libros eum exaraſſe. Nec deſunt ſane qui illi tribuantur v. c. *liber animadverſionum in Maimonidem*, quem tamen alii vindicant alteri *Abrahamo ben Dior* de quo mox. Scilicet notari hic intereſt, non raro cum a Judæis tum a Chriſtianis utriusque hujus Scriptoris commentationes confundi, cujus rei cauſa partim ex compendio ſcriptionis, הראב״ד quod utrique commune eſt, repeti debet, partim in eo poſita eſt, qvod ex nonnullorum, & veriore quidem, ſententia prior ille non minus quam poſterior *ben Dior* appellari debet. Alterutra cauſa impoſuit ipſi qvoqve Schabbatai in ש״י qui in Indice Scriptorum Alphabetico p. 73. duos הרא״בר commemorat, qvorum alterum vocat priorem nempe R. *Abrab. ben Dior* noſtrum, quem vixiſſe ait 4960. eidemque tribuit librum *Emuna Rama, ſcriptum Aſtronom. comm. in lib. Jezira*, & איסור משהו quem in Schalſcheleth laudari monet. Alterum appellat poſteriorem R. *Abrab. ben David* Piſqueranum (מפסקירה) cujus ætatem refert ad annum 4958. eique vindicat præter *librum Kabbalæ* plures alios, de qvibus mox dicemus. Ex quibus manifeſtum eſt, per errorem omnino & contra fidem libri Juchaſin ceterorumque Chronologorum, librum *Emuna* & *Aſtronomicum* tribui

bui alteri illi *Abrah. ben Dior*, qui commentatus eſt in *Maimonidem* & *librum Jezira*, viciſſim vero poſterioris ætatem, quæ refertur ad A. M. 4960. ut paulo poſt videbimus, tribui priori, qui quadraginta circiter annis ante floruit, cum librum Kabbalæ ſcripſerit A. M. 4921. Denique *Abrahamum B. Dior* poſteriorem, quem Kabbalæ ſtatuit Scriptorem, *Piſqueranum* facit, quem tamen Toletanum vocat *R. David Kimchi* loco ſupra laudato, quod magis veri ſit ſimile, cum idem *Toleti* violenta morte obiiſſe referatur. Sic & *Jo. Buxtorfio* fraudi hæc fuerunt, qui in *Abbreviaturis Hebr.* p. 178. dum utrumque Scriptorem diſtinguere conatur, Cabbalæ Scriptorem A. C. 1199. obiiſſe tradit, teſtimonio uſus libri Juchaſin p. 132. a. Si vero locum evolveris, palam fiet, ibi non de *Haravad* (הרא"בד) Cabbalæ Scriptore, ſed altero *Piſquerano* iſto, ſermonem eſſe. Paulo ante enim ſcripſerat, Cabbalæ Scriptorem Toleti interemtum eſſe, p. 131. b. lin. penult. a fine, hinc p. 132. a. l. 2. refert quod Raf Magnus הרא"בד obierit *Piſqueræ* (בפושקריש) an. 4959. qui proinde a priore diſtinguendus eſt, quemadmodum etiam mox ſcripta ipſi propria ei tribuuntur.

70. ## ר׳ אברהם בן דיאור R. ABRAHAM BEN DIOR

Levita השני *Poſterior*, quem alii, æqve ac priorem, ben *David* vocant, (alii vero, ut *Alſtedius* in Chronologia p. 419. *Davidem* ad diſtinctionem a priore, quem *ben Dior* dicunt, appellant) priore ætate inferior, & Maimonidi æqualis, ac teſte Juchaſin p. 132. a. in urbe *Piſquera* mortuus, quam patriam ejus vocat R. *Dav. Ganz*, ad an. 4958. quem eidem facit emortualem, quamvis *Juchaſin* referat ad an. 4959. (C. 1199.) Vocari is ad differentiam *Prioris* illius ſolet הַשֵּׁנִי h. e. *Poſterior*. Scripſit

1) הַשָּׂגוֹת h. e. animadverſiones in Maimonidæ *Jad Chaſaka*, quæ hodienum cum opere hoc edi ſolent. Illas noſtro huic tribuit cum Juchaſin p. 132. a. *Zemach David* ad an. 4958. p. 39. b. ed. noviſſ. *Schalſcheleth hakkabbala* vero p. 43. a. priori illi vindicandas ſuſpicatur. Hic ſcilicet refert, Maimonidem, ubi audiiſſet, Abrahamum in hoc opere verſari, dixiſſe: *nunciate Magiſtro, qui eſt in Piſquera, quod, ſi inceperit*, (ſc. ſcribere contra me) *opus non ſit perfecturus*, additque, eum annum non ſupervixiſſe. Monet præterea, quod R. *Salomo ben Zemach* in *Reſponſionibus* ſuis n. 6. obſervarit, audiviſſe ſe, Maimonidem, viſis Abrahami animadverſionibus dixiſſe: *nunquam me quiſquam vicit, præter unius operis auctorem.* Subjungit vero, nullibi hoc a ſe lectum, (refert tamen etiam Juchaſin p. 132. a.) ſicut & ipſe

& ipſe *Salomo ben Zemach* fando tantum ea ſe ſaccepiſſe profitetur. Neque multum huic narrationi tribuendum putat R. Gedalias l. c. quia ſi vidiſſet eas Maimonides, procul dubio paraſſet reſponſionem. Sic fatetur idem, ſe nec alterum illud usquam legiſſe, quod idem *Simeon ben Zemach* referat, *Abrahamum ben Dior* dixiſſe, *illum* (Maimonidem) *eſſe juvenem, ſe vero ſenem*. Atque ex his quidem verbis, ſi vera ſit narratio, efficit *R. Gedalias* l. c. fieri poſſe, ut prior ille Abrahamus, ſcriptor Kabbalæ animadverſiones has concinnarit, præcipue cum ex Hilchoth מעיר cap. 8. & ex aliis locis appareat, illum Scriptorem animadverſionum ſubſannaſſe etiam Aben Megas, qui erat Maimonidæ præceptor. His argumentis adduci etiam Bartoloccius ſe paſſus eſt, ut animadverſiones illas non juniori huic, qvippe qui æqualis fuit Maimonidi, qvo tamen ſe ſeniorem ſit profeſſus, ſed alteri antiquiori tribuendas cenſeat. Enimvero non video, cur illis argumentis quicquam tribuamus, cum contrarium idque diſertum adſit teſtimonium *Juchaſin*, deinde vero ipſa Maimonidæ vox: *dicite Magiſtro in Pisquera* &c. hunc Abrahamum Pisqueranum ſatis diſtinguat ab altero illo, quem *Toletanum* fuiſſe oſtendimus: denique narratio illa incerti ſit auctoris, & fieri etiam poſſit, ut hic Abrahamus poſterior annis non parum ſuperaverit Maimonidem. Quamvis enim anni utriusque fatales ſex tantum annorum intervallo a ſe invicem ſejuncti ſint, & Maimonides anno æt. 70. obierit, nihil tamen obſtat, quo minus ſuſpicemur, Abrahamum noſtrum ad grandiorem ætatem perveniſſe, atque adeo eo tempore qvo Maimonides *Jad chaſaka* exarabat, (h. e. A. M. 4933. æt. 42. non 4937. ut Bartoloccius ſcribit) ſenem ſe jam appellare reſpectu Maimonidæ potuiſſe. Confici hoc negotium poterat, ſi annum Abrahami noſtri natalem cognitum haberemus: neque tamen res ipſa tanti eſt momenti.

2) חדושים לגמרות h. e. *novellæ explicationes* in tractatus aliquot Talmudicos ac ſpeciatim in Cod. עריות adhuc leguntur in Pandectis Talmudis Babylon. de quibus ſuo loco.

3) השגות על ר׳ זרחיה הלוי *animadverſiones in R. Zerathiam Levitam* quas commemorat Juchaſin l. c. ubi eidem tribuuntur. Forte his animadverſionibus defendit librum ſuum בעלי הנפש contra quem Zerachias ſcripſerat: vide paulo poſt plura.

4) השגות על הרב אלפסי animadverſiones in Rav Alphes opera. Exſtant illæ in libro תמת ישרים parte III: ſub tit. תמים רעים Venet. 382. fol.

5)

5) פֵּירוּשׁ עַל סֵפֶר יְצִירָה *comment. in librum Jezira*, de quo ſupra ſub Abrahamo diximus. Hic addimus, Bartoloccium T. I. p. 23. a, minus accurate tradere, bonam illius commentarii partem a Rittangelio latine verſam eſſe: neque enim is quicquam de commentario, ſed tantum eam præfationis ejus partem interpretatus eſt, quæ de 32. ſemitis exponit, Hunc ejus commentarium nec *Juchaſin* nec *Zemach David* commemorat.

6) בַּעֲלֵי הַנֶּפֶשׁ *Viri animati*, t) qvo libro de ritibus variis ad feminas ſpeciatimque menſtruatas pertinentibus agitur. Refert inter ſcripta ejus *Zemach David* l. c. *Bartoloccius* poſt *Plantavit*, n. 99. & *Buxtorf.* (qui formam quarti ordinis meminit) ait prodiiſſe *Venet.* 365. C. 1605. 8. at ש״ר rectius teſtatur, una cum libro עבודת הקודש editum 362. 4. Ejusdem tituli librum paulo poſt Bartoloccius p. 23. ſub nomine אַבְרָהָם בַּר דָּוִד מִקִּרְיַת יְעָרִים laudat tanquam diſtinctum a noſtro & diverſi quoque argumenti, qui nunquam editus ſit, & MS. in Vatic. 4. exſtet. Cum vero ibidem teſtetur, agere illum *de matrimonio & ejus uſu, ut & de purificatione menſtruatæ*, de quibus capitibus noſtrum hunc, qui editus eſt, exponere ex ש״ר monuimus, per ſe apparet, duplicem librum hic non eſſe fingendum. Nec omittendum hic eſt, qvod Bartoloc. in app. ad T. I. p. 737. a. monet, quod in eod. Cod. MS. Vatic. p. 73. legantur R. Zerachiæ Levitæ in dictum librum animadverſiones, quibus ſententias ejus vett. Doctoribus adverſari ex Talmude oſtendatur.

7) פֵּירוּשׁ עַל סִפְרָא *comm. in librum Siphra*; hunc noſtro tribuit ש״ר p. 56. aitqve cum libro ipſo prodiiſſe CPoli fol. Non dubito, ex hoc noſtro ſubnatum eſſe Hendreichio commentarium Abrahami ben עצור in librum Siphra, de quo ſupra, pro quo ſcribi debet ben ריאור.

8) קַבָּלַת הראבב h. e. *Cabbala* ſeu *traditio* R. Abrah. ben Dior מפישקירה (*Piſquerani*) tanquam MS. & editioni paratus laudatur in *Nofelos chochma* p. 195. b.

Multum huic Judæos tribuiſſe ex eo apparet, qvod ben *Schoeb* teſte Juchaſin p. 132. a. referat, *Eliam cum ipſo collocutum eſſe:* ipſum vero de ſe teſtari, Spiritum S. Muſeo ſuo illuxiſſe.

Ex duobus, qvos huc dum commemoravimus, Scriptoribus, quinque

t) Ita vertit Bartoloccius poſt Buxtorfium: forte rectius interpreteris: *Viri animoſi*; hanc enim eſſe hujus φρέσεως notionem apud Talmudicos Buxtorfius oſtendit in Lexico Talmudico p. 334. Utrinque tamen titulus cum argumento libri vix conciliari poteſt.

Digitized by

que diverſos effinxit *Chriſtoph. Hendreichius* in Pandectis Brandenburgenſ. nempe *Abrah. Aben Dabud*, *Abrah. ben David ex Phiskiara*; *Abrah. ben David*, Scriptorem libri Cabbalæ, *Abrahamum David* qui de intercalatione ſcripſerit, & *Abrah. ben Dior* ſ. *Diari*. Longius idem a vero aberravit in adſignandis cuiqve ſcriptis, qvod faſtidioſe hic non oſtendemus, cum, facta comparatione, res per ſe patere poſſit. In Catalogo B. Bodlej. p. 4. huic minus recte tribuuntur Tredecim figuræ ſeu modi interpretandi Legem Latine *Cantabrig*. 1597. 8. Rectius enim in eodem Catalogo p. 247. hic liber tribuitur *Abrah. Katanni*. Conf. infra *Philippus Ferdinandus*. In Theatro Pſeudon. Placciano p. 6. traditur, R. *Moſen Maimonidem* verum eſſe illorum, quæ huic Abrah. noſtro tribuuntur, ſcriptorum auctorem, cum in Catal. Bodlejano p. 4. ubi ea ſcripta recenſentur, ablegetur Lector ad Maimonidem. Enimvero ea *Hydii*, qui catalogum fecit, mens non eſt, ſed hæc potius, qvod ſub Maimonide aliqvid referatur, qvod ad noſtrum pertineat, nempe השגות ſive *animadverſiones* in Maimonidem.

ר' אברהם די בלמס vide *R. Abraham ben Meir de Balmes*.

ר' אברהם הורוויץ הלוי R. ABRAHAM HORWITZ *Levita* filius *Schabtai Schaphtel* dictus alias אברם שעפטילש *Abraham Schaphthilas*: huic debetur volumen, cujus pars altera dicitur יז

בְּרִית אַבְרָהָם *fœdus Abrahæ*, ex *Gen*. XIV. 13. ubi de ratione pœnitentiæ pro omni peccatorum genere agendæ, confeſſione item & precibus faciendis; altera vocatur חֶסֶד לְאַבְרָהָם *pietas Abrahami*, *Gen*. XXIV. 12. quæ ſiſtit commentarium pleniſſimum in octo capita Maimonidæ. *Cracov*. 362. C. 1602. fol. & *Lublin*. 376. fol. Hunc voluerunt Plantavitius & Bartolocc. II. 850. quando uterqve hujus libri titulum tanquam lib. concionum, eundemque Lublini editum memorant.

2) יֵשׁ נוֹחֲלִין *ſunt heredes* (ab his vocibus incipit cap. VIII. Cod. Bava Bathra in *Neſikim*) eſt teſtamentum, qvo filiis ſuis oſtendit, qvomodo vitam agere decenter & pie debeant, additis moralibus doctrinis. Accedunt animadverſiones filii auctoris *Jeſchaja Horwitz*. *Prag*. 375. C. 1615. 4. & *Amſtelod*. 461. C. 1701. pp. 42. in 4. cui editioni additum eſt ſimile teſtamentum, a nepote noſtri hujus, qui dicitur *Schaphthel fil. Jeſchaja* ſcriptum pp. 4. Huic tribuit etiam ש"י

3) עֵסֶק

3) עֵמֶק בְּרָכָה *vallis benedictionis*, ex 2. *Chronic.* XX. 26. qvo libro continentur novæ obſervationes in ritus benedicendi rebus, quarum ad vitam ſuſtentandam uſus eſt; additis notis filii ejus *Jeſebaja Horwitz Cracov.* 317. C. 1597. 4.

72. a. ר׳ אברהם דיל ויקיו R. ABRAHAM DEL VECCHIO ſcr.

זֶרַע אַבְרָהָם *ſemen Abrahami* (ex *Gen.* XXI. 12.) & ſiſtit hoc ipſo Indicem libri עין יעקב. Exſtat MS. in Muſeo *Zachar. de Porto* Florentiæ in 4. teſte B.

72. b. ר׳ אברהם זאב R. ABRAHAM SEEV f. *Benjamin*, Briskienſis in Lithuania, concionator in variis Synagogis Sæculo ſuperiori celebris, ſcr.

1) זֶרַע אַבְרָהָם *ſemen Abrahæ*, ex *Gen.* XXI. 12. i. e. comm. literalem in Pentateuchum.

2) פֵּירוּשׁ עַל עֶשֶׂר עֲטָרוֹת *comm. in decem coronas*, quæ commemorantur partim in Talmude, partim in comment. Bechaji in Pentateuchum, quales ſunt corona *exitus ex Ægypto*, *Sacerdotii Aaronis*, *oblationis*, *ignis cœlitus delapſi* &c. de qvibus ſingulis noſter fuſius commentatur. Prodiit libellus ſine loco & anno editionis in 4. pp. 12.

73. אברהם זוטרא ABRAHAM SOTRA cujus in lib. ספרא comment. laudatur in lib. קרבן אהרן teſte ש״ר p. 87. n. 103.

ר׳ אברהם זכות v. infra R. *Abrah. ben Schemuel* זכות.

אברהם הזקן הלוי v. infra *Abrah. Levi Haſſaken.*

74. ר׳ אברהם חזקוני R. ABRAHAM CHASSEKUNI *ben R. Chiskija* ſcr.

1) יָד רָמָה *manus elata* (ex *Exod.* XIV. 8.) comm. diffuſus in Sohar quem ש״ר ſub prelo eſſe ait.

2) זֹאת חֻקַּת הַתּוֹרָה *hoc eſt ſtatutum legis* (ex *Num.* XIX. 2.) i. e. compendium libri כוונות R. *Iſaaci Luria Venet.* 419. C. 1659. 8.

3) זֶרַע

Digitized by Google

3) זֶרַע אַבְרָהָם *ſemen Abrahæ* (ex Gen. XXI. 12.) cujus pars I. conciones in Legem ex Raſchi & Toſephoth: pars II. novellas explicationes Codd. *Beza* & *Moed katon* complectitur. R. Schabtai in ש״י teſtatur, ultimum iſtum librum allegari in libro ejus: *Soth chükkat hattora.*

ר׳ אברהם בן ר׳ חייא R. ABRAHAM ben R. 75.

CHIJA vel CHAJA Hiſpanus, diſcipulus R. Moſis Haddarſchan, & inſignis Aſtronomus A. C. 1105. defunctus teſte Gedalia in Schalſcheleth p. 42. lin. 1. & *Zemach David* ad eundem annum, u) qui tamen perperam R. *Abrah. ben Chija* noſtrum a R. Abraham הַנָּשִׂיא i. e. *principe* diſtinguit, & utrumque inſignes Aſtronomos ac æquales ſibi invicem fuiſſe affirmat, provocans ad R. *Aſaria Meor Enajim* c. 23. Sed hic ipſe poterat ipſi oſtendiſſe, eundem eſſe Scriptorem, cum is librum מְגִלַּת הַמְּגִלָּה, quem p. 139. b. tribuerat R. *Abraham Hannaſi*, paulo poſt in eadem pagina extrema adſcribat R. *Abrahamo ben Chija.* Sicut etiam p. 142. a. plene appellat R. *Abrah. bar Chija Hannaſi.* Recte itaque ש״י, eundem librum commemorans p. 38. b. auctorem plene vocat R. *Abrah. bar Chija* הנאוי ubi tamen ſcribi debebat הנשיא. Scripſit is

1) מְגִלַּת הַמְּגִלָּה *volumen voluminum*, de quo modo diximus, qvod ש״י monet allegari in libro עשרה מאמרות p. 139. & in comment. Abarbanelis ad Daniel. cap. II. Citatur etiam in *Schalſcheleth* p. 47. a. ubi adventum Meſſiæ x) anno 5118. C. 1358. futurum ſtatuiſſe dicitur. De argumento libri idem nihil affert, quod intellexi ex Catal. Bibl. Bodlej. ubi n. 3727. MS. recenſetur, diciturque exponere de tempore, reſurrectione mortuorum, (forte legendum eſt de tempore reſurrectionis mortuorum) ultimis diebus &c. Hinc etiam ſuſpicor, סֵפֶר קִצִּים h. e. *librum de temporibus* qvem noſtro tribuit R. Aſarias p. 142. a. *Meor Enajim*, & de anno ac tempore liberationis exponere teſtatur, vel noſtrum hunc eſſe librum, vel ſaltem ejus partem: niſi potius is ſit, quem *Jo. Picus Mirandulanus* lib. V.

G 2 c. 10.

u) Bartoloccius idem ait patere ex ſectione VIII. libri ejus העבור MS.

x) Quamvis in *Sanhedrin* fol. 97. b. ſacro fulmine percutiantur, qui annum adventus Meſſiæ computare ſuſtineant, quod Maimonides quoque in *Iggereth Hatteman* repetit, multi tamen in eo ex Aſtrologia inprimis explorando occupati fuerunt, quorum pleroſque recenſet *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 36. ſq. R. *Aſarias* in *Meor Enajim* p. 138. ſqq. & R. *Jac. f. Kirzingen* in קץ הפלאות qui libellus legitur in calce ejusdem חג המסח Confer ex noſtratibus *Jo. Andr. Eiſenmengeri* Judaismum Detectum Tom. II. p. 680. ſqq.

c. 10. contra Aſtrolog. p. 384. Opp. citat ſub tit. *redemptio Iſraëlis* & inſcribit *Abrahamo Hiſpano* quem noſtrum *Hannaſi* eſſe patet ex p. 386. ubi hæc leges: *Abraham Princeps, cujus auditor fuit Abraham Avenazre librum compoſuit, quem prætitulavit* de redemtione Iſraël *quoniam illud operis propoſitum, ut Aſtrologica via tempus venturi Meſſiæ inveſtigaret.* Ibidem hæc ejus ſententia confutatur, & p. 452. iterum vocatur Hiſpanus Abraham præceptor *Aveneſra.* Sic idem Mirandulanus l. c. p. 372. lib. V. c. 1. de noſtro ait: *Abraham Judæus* A. C. 1464. *Meſſiam eorum venturum dixit, ex Aſtrologica obſervatione, quod tunc ſcilicet ea primum reditura erat ſiderum diſpoſitio, ſub qua olim Moſes ex Ægypto populum reduxerat, & eductis dederat Legem.* Conjunctio hæc eſt Jovis & Saturni in ſidere piſcium. Hujus ſomnii vanitatem manifeſtam fecit Jo. Friſchmuthus diſſert. ſingulari de Judæorum amentia ex conjunctione Saturni & Jovis in ſidere piſcium adventum Meſſiæ judicari præſumentium, Jenæ 1677. 4. Eundem *Abrahamum* & alia religionis Judaicæ capita v. c. Legem Moſaicam, exitum Judæorum ex Ægypto, & quæcunque populo ſub lege contigere, ad ſiderum habitum referre conatum eſſe teſtatur idem p. 296. ubi confutat eadem opera Petrum Alliacenſem, qui ὁμωνυμίᾳ deceptus hæc Abrahamo Aben Eſræ perperam exprobravit. Ceterum librum noſtri de Adventu Meſſiæ allegat & ex eo locum affert *Marcus Marinus Brixienſis* in præf. ad Arcam Noæ, monetqve in eo locum Jobi VII. 1. ita exaratum eſſe, ut pro שכיר legatur קציר Conf. Cl. Cappellanus in Mari Rabbin. Infido P. I. c. 5.

2) צוּרַת הָאָרֶץ de *forma terræ* ubi de mundo & elementis ſecundum Bartoloccium exponitur, & quidem tractatibus 84. MS. in B. *Vatic.* 4. & in *Vindobon.* num. 96. ubi dicitur deſcriptus A. C. 1472. Hic hebr. & Lat. editus eſt cum Lat. verſ. in qua ſententiam tantum eminus reſpexit judice *Huetio* de claris Intt. p. 234, *Oswaldi Schreckenfuchſii* & notis *Seb. Munſteri*, una cum libris de Arithmetica & Sphæra *Baſil.* 306. C. 1546. 4. Bartoloccius Tomo IV. p. 328. librum hujus tit. in Biblioth. Ducis Parmenſis MS. extare memorat, quem Theatrum Placcianum p. 714. b. non putat ab hoc diſtinguendum. Forte vero adhuc de eo dubitandum eſt, cum alia ejusdem tituli ſcripta exſtent. ש״י hunc librum recenſens Scriptorem vocat *Abraham bar Chija Levi, Hiſpanum.* De R. Mardochæi Japhe comm. in hunc librum vide infra *Mordechai Japhe.*

3) Prægrande opus de rebus Aſtronomicis MS. in B. Vatic. & in Colleg. Neophytorum Romæ in fol. Confer, quæ dicentur ſub R. *Abrab. ben*

Digitized by

ben Eſra. Forte hoc idem eſt cum tract. Aſtronom, qui ſub noſtri nomine in Catal. B. Medic, Plut, I. n. 17. MS. recenſetur.

4) ס׳ עַל חֶשְׁבּוֹן הָעִבּוּר *de computo Aſtrologico* y) ſive Calendarii ratione partibus tribus, qvarum prima, introductionis loco, *de Arithmetica*, II. de *menſibus, annis Lunaribus, & aliis huc ſpectantibus*: III. de *anno Solari*, Solſtitiis, Aquinoctiis ſeptimo anno quietis, Jubilæo, & Kalendario ceterarum gentium exponit cum alio tract. *de Arithmetica*. Exſtat hic liber MS. in Vatic. 4. & in Urbin. fol. qui poſterior Codex 18. annis ab Auctoris obitu h. e. A. C. 1123. ſcriptus eſt, teſte Bartoloccio, ubi addit, ſimile exemplar aſſervari in Colleg. Neophytorum Romæ 4. in quo tractatu de anno & ejus partibus Chriſtus natus dicatur A. M. 3761. die Iovis, nona טבת i. e. *Decembris*, ſecundum Chriſtianorum vero ſententiam A. M. 3760. die Sabbathi.* Hunc librum Buxtorf. tribuit Abrah. Hannaſi, quem ab Abrah. bar Chija diſtinguit. Utrumque ſecurius ſecutus Schabtai in ש״י eundem errorem committit: confer ejus Indicem Scriptorum alphabet. qui ibi, quod mireris, tres diſtinctos ex uno hoc ſcriptores effinxit, nempe *Abrah. Hannaſi, Abrah. bar Chija Hannaſi & Abrah. bar R. Chija Hallevi Hiſpanum*, qvod etiam facit Bartoloc.

5) Tractatus peculiaris de Planetis & Sphæris, de Kalendario Græcorum, Romanorum & Iſmaëlitarum. MS. in Vatic. fol. in qua etiam reperiuntur

6) Tract. de Geometria, Propoſitiones de Triangulis Sphæricis, converſione angulorum, & circulis, cum tract. de Muſica.

7) הִגָּיוֹן הַנֶּפֶשׁ הָעֲצוּבָה בְּדַפְקָה דַלְתֵי הַתְּשׁוּבָה *meditatio animæ dolentis in pulſatione forium pœnitentiæ*, ſcriptum morale, cujus pars I. de origine & natura hominis, & mirabili humani corporis ſtructura, II. de iis, quibus exerceri in hoc mundo homo debet. III. de reverſione ad Deum poſt lapſum per pœnitentiam. IV. de arte bene moriendi & ſæculi fine diſſerit.

y) Hic liber a priore videri poterat vix diſtinguendus, niſi Bartoloccius, qui utrumque MS. legere potuit, diſerte diſtingueret: ſed vel ſic dubium de eo relinquitur, cum aliis mihi exemplis conſtet, diverſa exemplaria MSS libri ejusdem a Bartoloccio pro diverſis libris eſſe venditata. Optandum ceteroquin erat, ut hæc noſtri commentatio in publico exſtaret, quæ argumentum hoc exhauſiſſe videtur. Non deſunt tamen, qvorum ope hanc inopiam reſarciamus, de quibus vide Celeberr. *Jo. Albertum Fabricium* in Menologio p. 15. ſqq.

* Diverſas Judæorum & Chriſtianorum de anno Chriſti natali ſententias poſt *Mich. Neandrum* in calce Erotematum L. Hebr. p. 213. ſq. & *Imbonatum* in fine Bibl. Latino Hebr. p. 30. ſq. diligentiſſime collegit laudatiſſimus *Fabricius* in Bibliographia Antiquaria p. 187. ſq.

ſerit. MS. in Vatic. 4. confer infra ſub *Abrah. ben Chasdai.* Hendreichius in Pandectis Brandenb. p. 18. b. noſtrum appellat *Abrah. Cai f. F. Chaj*, *Chaija*, *Chajim*, *Hajia*, qui eum vitioſe paulo poſt diſtinguit a R. *Abrah. bar Chija Hannaſi*, & *Abrah. bar Chija* Scriptore libri *Zurat baarez*.

76. ר׳ אברהם בן חיים R. ABRAHAM ben CHAJIM;

1) צִיץ הַזָּהָב *lamina aurea* (ex *Lev.* VIII. 9.) comment. in *Canticum* & lib. *Ruth* MS. in ש״י.

2) Comm. in Pſalmos MS. in B. Bodlejana inter Codd. Huntingtonian. n. 329. Forte hic idem eſt cum *Abrah. ben Schelomo Chajim*, qui librum סור מרע edidit, de qvo diximus ſub R. *Jehuda Arie de Modena:* ita certe ſtatuit B. *Pfeiferus* notis ad librum dictum, K. 2.

77. ר׳ אברהם בן חיים הירש שור R. *Abrah. ben Chajim Hirſch Schor* ſcr.

תּוֹרַת חַיִּים *lex vitæ* (ex *Prov.* XIII. 14.) qvo comprehenduntur comm. & novellæ explicationes in *Gemaram*, ſpeciatimque in tract. *Bava, Kama*, *Metzia* & *Bathra Lublin.* 384. C. 1624. fol. & aliæ in *Eruvin*, *Sanhedrin*, *Schevuoth*, *Avoda Sara*, *Cholin* & *Peſachim* ib. 396. fol. & *Prag.* 452. C. 1692. fol.

78. ר׳ אברהם בן חנניה יגל R. ABRAHAM BEN CHANANIA JAGEL ex Monte Silicis, e gente גָאלִיקִי tandem ſub initium Sæculi XVII. Paulo V. Pontifice ad Chriſti ſacra converſus, & *Camilli*, quod gentile Pontificis nomen erat, *Jaghelis* nomine dictus, ac officio Reviſoris librorum Hebræorum an. 1619. & 1620. in Marchia Anconitana perfunctus. Cum Iudæus adhuc eſſet, ſcripſit

לֶקַח טוֹב i. e. *doctrina bona* (ex *Prov.* IV. 2.) quo more dialogi inter Præceptorem & diſcipulum Catechismum z) doctrinæ Judaicæ cum quod ad

z) Pauciſſimos habent Judæi hujus generis libros, præ ceteris tamen iſto utuntur. Fuerunt ex noſtratibus, qui in Judæorum gratiam Catechismum Chriſtianismi principiis reſpondentem elaborarent, inter qvos numerandi ſunt præter eos, qui rationem Judæos ad ſacra noſtra perducendi edocuerunt (vide inprimis B. Esdræ Edzardi luculentam manuductionem in B. Jo. Frid. Mayeri Muſeo Miniſtri Eccleſiæ Parte III. p. 46. ſqq.) *Joſua Placaus*, (cujus Catecheſin Judaicam Wagenſeilius notis ſuis ad Tela Ignea Satanæ ἀνωνύμως

Digitized by Google

ad dogmata tum quod ad mores comprehendit, ſæpius excuſum & Judæis hodienum familiariſſimum. Prodiit is primum *Vener.* ap. *Jo. de Gara* an. 302. C. 1542. 8. ſi credimus ש״י, vel potius ut teſtatur *Bartoloccius* (neque enim ætas Scriptoris, qui an. 1619. adhuc ſuperſtes fuit, videtur permittere, ut is jam anno 1542. hunc librum ſcripſiſſe exiſtimetur) A. C. 1595. Ego vidi ed. Venetam ſine mentione anni in B. Oppenheimeriana. Recuſus eſt A*mſtel.* 418. C. 1658. Deinde Hebr. & Latine, interprete *Ludovico Compiegne de Veil* lucem vidit *Lond.* 1679. 8. iterumque ex eadem interpretatione *Franeqv.* 1690. *Jo. Bened. Carpzovius* ſuæ in Theologiam Judaic. Introductioni, Pugioni Fidei Raym. Martini præmiſſæ, cum nova ſua verſione p. 45. ſq. inſeruit. Lipſ. 1687. fol. Eandem operam denuo libello huic præſtitit *Laur. Odhelius*, qui totum in *Synagoga* ſua *Bifronte* Francof. 1691. 4. poſt auctoris fata edita p. 73. ſq. cum notis amplioribus exhibet. Diſcedit illa paſſim a verſione Carpzovii, qvam ſe, labore jam exantlato, vidiſſe demum profitetur.

Denique Cl. *Herm. van der Hardt* eundem libellum ad fidem ed. *Amſtelod.* quam etiam expreſſerat Carpzovius, cum nova ſua verſione, a prioribus diverſa, *Helmſtad.* 1704. 8. Hebr. & Lat. protulit, utroque contextu ſeorſim excuſo, cum in ceteris ſibi ex adverſo oppoſiti eſſent.

Hebr. etiam exſtat cum verſ. *Germanica Rabbinicis* characteribus expreſſa A*mſtelod.* 435. 4. C. 1675. horrida omnino & Judaizante, qua comtior eſt Germanica alia, conſvetis characteribus excuſa, opera *Frid. Wilh. Bockii* Ex Judæi Lipſ. 1694. 8. Auctor libri a communibus Judæorum ſententiis, quales etiam Servator Sanctiſſimus in Phariſæis ſua ætate caſtigavit, receſſit ſæpe, quod in animadverſionibus ſuis diligenter oſtendit Odhelius: imo novi inſtrumenti & præceptiones & φράσεις interdum adhibere mihi viſus eſt, quas forte animo eo tempore, ut videtur, non alienus a Chriſtianorum ſacris, ex illius lectione hauſit. Cl. Hardtius quoque obſervat, præcipuum hoc illius libri inſtitutum eſſe, ut Judæis tenerrimum in Chriſtianos amorem commendet, ac præterea oſtendat, Judæos in vitæ genere a majoribus abire, atqve hoc ipſo tantas ſibi attrahere

p. 278. ſqq. inſeruit, auctorem vero hunc eſſe docuit *Jac. Guſſetius* præf. ad Ternionem Controv. Judaic.) Vener. *Caſp. Calvor* in Catechiſmo Judaico hebraicis literis ſed lingua germ. expreſſo Lipſ. 1710. 12. ac deinceps in calce *Gloria Chriſti* in 4. recuſo & *Seb. Curtius* in Catechiſmo Judæorum parvo Caſſel 1658. 8. Vide etiam Relationes Innoxias anni 1710. p. 94.

here calamitates. a) Propterea etiam illuſtris qvondam Vir *Guſtavus Peringerus* in notis ad cap. I. בכורים Maimonidæ p. 90. ita ait: *hunc librum utpote cum doctrina vere Christiana mirifice congruentem ab auctore conſcriptum fuiſſe vero conſentaneum eſt, non ex mente Synagogæ, uti multis perſuaſum eſt, ſed potius Eccleſiæ Chriſtianæ præceptis, poſtquam illis probe imbutus & perſuaſus fuiſſet Camillus; uti ipſum hoc clarum fiet, conferenti annum, qvo conſcriptus liber prodiit apud Jo. de Gara, cum anno, quo Reviſoris librorum apud Chriſtianos munere ipſe functus noſtrum exemplar MS. libri More Nevochim (factum hoc eſt* A. C. 1613. *ut ipſe Iagel ſua manu notavit) repurgavit.* Suſpicatus igitur eſt *Peringerus*, Iagelium, jam ad Chriſtianos converſum, ſcriptum hoc edidiſſe, quam in rem argumento minus idoneo utitur. Poterat enim Reviſoris ſive Cenſoris munere jam fungi 1613. & nihilominus tamen adhuc Judæus eſſe an. 1595. qvo illum librum *Venetiis* prodiiſſe (in ipſa enim edit. Veneta annus non memoratur) teſtatur Bartoloccius. Neque ſane Jagelius, ſi eo tempore, qvo Chriſtianus erat, librum ſcripſiſſet, eum dedicaturus erat, ut fecit, Rabbino *Ioſepho de Fano*, neq; ipſi Judæi tanti facturi fuiſſe videntur, ſi ab eo ut Chriſtiano eſſet profectus, ut taceam, Paulum V. ab anno demum 1605. faſces imperii ſacri geſſiſſe, a qvo cum ille nomen ferat, & liber ipſo jam 1595. prodierit, conſeqvitur omnino, eum ſaltem decem demum poſt annis Chriſti ſacris nomen dediſſe.

2) Ejusdem eſt אֵשֶׁת חַיִל *mulier fortis* (ex *Proverb.* XXXI. 10.) *Venet.* 366. C. 1606. & 375. 8. ſecundum ש״י, ſecundum Bartoloccium vero 371. (1611.) editum ap. *Dan. Zanetum*, quæ editio (1611.) etiam memoratur a *Buxtorfio*, *Plantavitio* n. 70. & in Veielii præf. ad edit. Londinenſem libri לקח טוב, qvo, eodem Veielio teſte, *ex ſacris literis commode diſputatur de mulieris ſtrenuæ laudibus, & officiis erga Virum, de pace conjugum inter ſe tuenda, & de re familiari diligenter amplificanda.*

3) מוֹשִׁיעַ חוֹסִים *Salvans confidentes* ex 2. *Regg.* XVII. ubi traditur ratio curandi peſtilentiam per timorem Dei & preces: *Venet.* 347. C. 1587. & 364. C. 1604. 4.

ר׳ אברהם

a) Altius & quidem a Servatoris noſtri Sanctiſſimi cæde repetendas eſſe duras Judæorum calamitates data opera oſtendit B. *Jo. Jac. Schudt* in *Judæo Chriſticida graviſſime peccante & vapulante* Francof. ad Mœn. 1703. 8. Vide etiam B. *Martin. Difenbachium* in Judæo Convertendo & Converſo paſſim, & V. C. *Jac. Basnagii* Hiſtor. Judaic. Tom. IV. c. 1. p. 915. ſqq. Ipſi Judæi varias alias exſilii ſui rationes comminiſcuntur, quas, ſi placet, videbis in Lipmanni Nizzachon apud *Wagenſeilium* p. 253. Telorum Igneorum Satanæ, & *Biſenmengerum* in Judaiſmo Detecto Tom. I. p. 142. ſqq.

Digitized by Google

ר׳ אברהם בר חסדי הלוי R. ABRAHAM 79.
BAR CHASDAI fil. *Samuel Levita* Archi Rabbinus Barcinonenſis, R. *Dav. Kimchii æqualis*, adeoqve ſæculo XII. inclinante clarus.

1) Ejus eſt *Epiſtola* ad R. *Iudam* fil. Alphacar Toletum miſſa, ut conſilium Rabbinos Monpeſſulanos contra librum Maimonidæ (*More Nevochim*) defendendi abjiceret. Exſtat illa inter epp. *Maimonidæ*, Venet. 304. 8. edit. & recuſa eſt in Buxtorfii Inſtit. Epiſtolari p. 434. ſqq.

Adde, quæ ſcribentur ſub R. *Dav. Kimchi*, & *Maimonide.*

2) ס׳ תַּפּוּחַ *liber de pomo* (Ariſtotelis) qvem ex Arab. L. in Hebr. transtulit. Inſcriptionis hæc eſt ratio: fingitur Ariſtoteles moribundus in lecto pomum manu tenuiſſe, cujus odore refocillatus cum adſtantibus Philoſophis diſſerere, dum animam efflaret, potuerit. Philoſophi enim omnes ad Ariſtotelem ægrotantem confluxiſſe ibi feruntur, qui deinceps ad eos de facultatibus animæ, tum de futura vita, tanquam ſolatio adverſus mortem, variisque aliis Philoſophiæ capitibus dialogi more diſputavit. In calce p. 18. edit. Loſianæ, dicitur, finito ſermone, pomum e manu excidiſſe, Ariſtotelem vero exſpiraſſe. Bartoloccio credendum non eſt, qui hunc librum ab ipſo Abrahamo noſtro, & quidem *Arabice* ſcriptum teſtatur. In calce enim præfat. qui Abrahami noſtri nomine inſcribitur, diſerte dicitur ex Arab. hebraice converſus. Ariſtoteli quidem falſo tribui fatetur R. *Gedalias* in *Schalſcheleth* p. 34. אמנם ס׳ התפוח וס׳ בית הזהב שיחסום לאריסטו ואינם לו Ipſe Interpres qvoqve in præfat. ſcribit, ſe hunc libellum, qvem Philoſophi Græcorum fecerint, ideo edidiſſe, ut Judæi intelligerent, quid Ehnici de immortalitate animæ ſtatuerint. Prodiit libellus hebr. *Venet.* 279. C. 1519. 4. & *Rivæ Tridenti* cum R. *Salom. f. Gavirol* תקון מדות הנפש & מוסרי הפילוסופים an. 322. C. 1562. 4. porro *Francof. ad Viadr.* 453 C. 1693. 8. cum משל הקדמוני & ex hac *Gieſſæ Haſſorum* cum Lat. verſione Cl. *Io. Iuſti Loſii* Hildeſienſis ejusdemque animadverſionibus in Biga diſſertationum quarum prior libellum iſtum exhibet, an. 1706. 4. *Latina Manfredi* b) qui eum vere ab Ariſtotele in exitu vitæ ſcriptum credidit, verſio legitur in vetuſtioribus editt. Operum Ariſtotelis Latinis. Conf. eruditiſſimi Io. Alberti Fabricii B. Græcam lib. III. p. 166.

 unde

b) De Manfredo hoc, & carminis & militiæ laude inter Italos quondam celebri, & an. 1266. 26 Febr in prælio interfecto, vide inprimis V. C. *Jo. Marium Creſcimbenium* Comment. ad Hiſtoriam Poeſeos Italicæ Vol. II. lib. I. p. 38. ſq. & Vinc. de Auria in Sicilia Inventr. §. 5. p. 31. una cum Mongitorii in eam obſervationibus p. 150.

Digitized by Google

unde etiam intelliges, ex judicio Eraſmi in præf. ad Ariſtotelem ſcriptum hoc Chriſtiano deberi cum Abrahami & Noæ, tanquam hominum ſapientiſſimorum ibi fiat mentio. Buxtorf. MS. habuit, talis quoque exſtat in Vatic.

3) ס' הַנֶּפֶשׁ *lib. de anima*, moralis idem & lectu jucundus in quo *Galenus* cum *Moria* (מוריא) ſermones miſcens de anima corpore & intellectu commentatur. Hunc *Abrahamus* noſter Arabice dicitur interpretatus, quem deinde R. *Jebuda fil. Schelomo Chariſi* hebr. converterit, qua lingua prod. *Venet.* 279. C. 1519. 4. una cum comm. R. *Iſarles.* Exſtat etiam in B. Vatic. lat. converſus ab Anonymo, ſub tit. *Verba Galieni ad ſuum diſcipulum Mauriam, per viam quæſiti de virtutibus & bono regimine cum reſponſionibus.* In calce vero hæc leguntur: *expliciunt verba Galieni de anima & corpore & de intellectu; & fuit translatus hic liber ab Arabico in Hebr. a Juda fil. Salom.* חריזי *Hiſpano.* Ex his apparet ש"ו minus recte librum hunc ad rem medicam referendum putaſſe. Interim & hic liber Abrahamo noſtro non tanquam auctori, quod ſtatuere videtur Bartoloccius, ſed ut interpreti tribuendus eſt.

4) מאֹזְנֵי צֶדֶק *lances juſtitiæ* ex *Lev.* XIX.30. librum *Abu Achmed Algazali* a noſtro hebr. converſum eſſe ſupra monuimus. Verſio hæc MS. memoratur in catal. B. Mediceæ Pluteo II. n. 22. ubi interpres vocatur R. *Abraham fil. Samuel Levita fil. Chasdai.* In eodem Catalogo p. 136. ed. Cl. Fabricii ejusdem liber peculiaris, neſcio quis, MS. memoratur. Bartoloccius hujus libri verſionem Tomo II. perperam tribuit R. *Chasdai Kreskas.*

5) בֶּן הַמֶּלֶךְ וְהַנָּזִיר *Filius Regis & Naſaræus*, quo libro morali comprehenduntur ſermones & diſputationes inter Regem & Nazaræum de moribus & timore Dei, rhythmice eleganti dictione exaratæ, ac parabolis refertæ. Is liber *græce* primum ſcriptus, hinc *Arabice*, ac denique ab Abrahamo noſtro *hebr.* translatus prodiit teſte ש"ו *Ferrariæ* hinc Mantuæ 317. C. 1557. 8. poſterior editio inter impreſſos Scaligeri Codd. in Catal. B. Lugdunenſ. Bat. p. 257. hoc titulo recenſetur: *Filius Regis* (Indiæ) *& religioſus colloquentes liber Ethicus & Theolog. ex Gr. translatus in Arab. & ex Arab. in hebr.* conf. ibidem p. 274. inter Codd. Warnerianos, ut & Catal. B. Medic. Pluteo I. n. 28. ubi editio in forma quarti ordinis ſine mentione loci recenſetur, titulus vero plenius ita effertur: דברי הימים בן המלך והנזיר h. e. *res geſtæ filii Regis & Naſiræi* ſive *religioſi*: In B. Oppenheimeri exſtat editio CPo-

CPolitana 278. C. 1518. 4. MS. in Biblioth. Reg. Pariſ. n. 175. fol. vidiſſe ſe teſtatur Groddeckius in Theatro Placciano p. 686. Ex his emendabit Lector non unum Bartoloccii errorem, qui hunc librum tribuit R. *Abrah. bar Chaſariel* (חסריאל) Levitæ tanquam a noſtro bar *Chasdai* diſtincto, nec ut Interpreti ſolum, ſed ut auctori, deinde in titulo pro הנזיר ſcribit הנזרי, denique ex Græca in Hebræam, hinc vero in Arab. L. translatum affirmat, ſecurius ſcilicet ex parte ſecutus Plantavitium qui n. 96. itidem Interpretem vocat בר חסריאל.

6) Huic denique ש״י librum moralem ס׳ הַמּוּסָר tribuit, quem etiam הֶגְיוֹן הַנֶּפֶשׁ *meditationem animæ* vocari & MS. exſtare affirmat. Hunc nos ſupra tribuimus R. *Abrah. Chija*; præeunte *Bartoloccio*, qui librum in Vatic. MS. exſtare affirmat. Cumque ש״י eadem ratione argumentum & partes libri recenſeat, qua Bartolocc. uſus eſt, non dubitaverim, iſtum huic libri notitiam unice debere, adeoque in nominando auctore lapſum fuiſſe.

ר׳ אברהם יגל R. ABRAHAM JAGEL v. ſupra R. *Abrah. ben Chananja Jagel.*

ר׳ אברהם בן ר׳ יהודה R. ABRAHAM ben R. 80.
JEHUDA, ſcr.

עַל הַשֶּׁתֶן *de urina*: MS. in B. Vindob. n. 136. Catal. Neſſel.

ר׳ אברהם בן ר׳ יהודה R. ABRAHAM ben R. 81.
JEHUDA Barcinonenſis Sæc. XIII. ſcripſit

אַרְבַּע טורים h. e. *quatuor Ordines*, qui liber in quatuor partes diſtinctus 1) de Dei exiſtentia 2) divina providentia, 3) Cauſa finali Legis Moſaicæ & 4) de fine præceptorum ejusdem Legis diſſerit, & MS. exſtat in Vatic. 4. Scriptus ille fuit Barcinone Cataloniæ ab Abrah. ben Leonis Cretenſi A. M. 5013. C. 1253.

ר׳ אברהם בן ר׳ יהודה R. ABRAHAM ben R. 82.
JEHUDA *CPolitanus*, idemque *Karæus* & Medicus circa an. 1520. aut 1530. clarus, qui filios reliquit itidem ſcriptis celebres, qvorum natu maximus

Digitized by Google

Elias commentatus eſt in *Aharonis* Prioris ס' המבחר. quod apparet ex *Noſlos Chochma* p. 56. b. Noſtri hujus

יְסוֹד הַמִּקְרָא i. e. *fundamentum ſcripturæ* ſ. comm. in S. Scripturam MS. memoratur inter ceteros Karæorum libros in Catal. B. Leidenſ. p. 283. n. 4. Hinc & ש״י ſuo loco laudat, dicitque eſſe comm. amplum & elegantem eundemque Grammaticum in totum Codicem Sacrum. Cum itaque hic Medicus fuerit, veri ſit ſimile, eum a ſcriptore de urina, quem modo memoravi, non eſſe diſtinctum.

83. ר' אברהם בן ר' יהודה R. ABRAHAM ben R. JEHUDA חזן *Chaſan* c) ſcripſit

חִבּוּרֵי לֶקֶט *compoſitiones collectaneas* h. e. comment. in Prophetas, quinque Megilloth, & Hagiographa ex prioribus Interpretibus, ſpeciatim *Raſchio*, *Aben Eſra*, *Kimchio*, *Ralbag* & aliis compilatum, in qvo voces Hebr. difficiliores germ. vocibus (parentheſi incluſis) explicantur. Prod. *Lublini* 372. C. 1612. fol.

ר' אברהם יהודי R. ABRAHAM JUDÆUS, quem Bartoloc. ait ſcripſiſſe דֶּרֶךְ אֱמוּנָה non erat diſtinguendus a R. Abrahamo ביבאגו ſub quo ſupra & Bartoloccius & nos librum hujus tituli recenſuimus. Erroris origo inde nata eſt, quod R. *David Ganz*, ad quem provocat Bartoloc., ad an. 5249. eum ſimpliciter appellet R. *Abraham*, quem Bartoloc. ab aliis vocari viderat Abrah. Bibago. Interim ש״י recte de uno hæc nomina accepit.

84. ר' אברהם יהודי R. ABRAHAM JUDÆUS cujus tractatum מִלּוֹת הַמְּשׁוּתָּפוֹת ſ. de *vocabulis homonymis* & alium הַנִּרְדָּפוֹת ſive de *vocibus Synonymis* MS. 4. ſe habere Plantavit. profitetur, quorum is voces, diverſis rebus imponi ſolitas, hic diverſas ejusdem rei appella-

c) Minus accurate ſcribit Bartoloccius חסאן, ex quo videri poterat pro nomine proprio habuiſſe, quod officii eſt: חזן enim denotat in univerſum Miniſtrum Synagogæ, quem alias שליח appellant, quique *Præcentoris* potiſſimum officio defungi ſolet. Vide præter Buxtorfium in Lexico Talmudico Rabb. *Jo. Morinum* in Exercitatt. Biblicis lib. II. Exerc. III. p. 260. & quæ de Synagogis earumque Miniſtris erudite commentati ſunt *Campeg. Vitringa* & *Jac. Rhenferdius*, Profeſſores Franequerani, quorum poſterior ſuperiori anno defunctus eſt. Inprimis vide poſteriorem *de decem Otioſis* p. 83. ſq. ubi oſtendit, hac voce ex Arabica L. derivanda generatim notari *cuſtodem*.

Digitized by Google

pellationes comprehendit. Vereor autem, ne idem ſit liber cum illo, quem ſupra *Abrabamo Bederſenſi* tribuimus.

ר׳ אברהם יהודי R. ABRAHAM JUDÆUS, cujus nominis duos, tanquam diverſos, recenſet Bartoloccius n. 74. & 75. alteri quidem tribuens ס׳ החשבורת lib. de Geometria & Algebra MS. Vatic. 4. alteri adſcribens libellum *de nativitatibus*, ut & ראשית חכמה, ſed hos omnes uni & eidem R. *Abrab. ben Eſra* tribuendos eſſe infra ſub hujus nomine evincemus. Superſunt & alii qui *Abrabami Judæi* nomine appellantur, de quibus nihil certi conſtat, cum cognomen nimis ſit vagum. Talem laudat Bartoloccius n. 76. qui una cum *Simone Genuenſi* ex Arab. Latine verterit *Jo. Serapionis* comment. *de facultatibus ſimplicium medicamentorum* Venet. 1550. fol. qua in re impure, intricate, perplexe & obſcure verſatus eſt judice Huetio de Claris Interpretibus p. 221. Alius hujus nominis, isque Chemicus a *Flamello* citatur, quem MS. ſe vidiſſe profitetur *Borellus*. Vide *Morboſium* de *transmut. Metallorum* p. 136. Alii *Bartoloccius* in Append. ad T. I. p. 737. tribuit epiſtolam *de ſignorum diſpoſitione & aſtrorum judiciis*, quam obtulerit filio Regis Saracenorum *Albamra Almanſoro* Aſtrologo, a Platone Tiburtino lat. verſam, & MS. in Vatic. fol. Equidem exiſtimaverim ſcripta hæc pleraque vel *Abrabamo ben Eſra* vel *Abrabamo bar Chija Hannaſi*, de quo ſupra, adſcribenda eſſe. 85.

ר׳ אברהם בן יודא R. ABRAHAM BEN JUDA Præſes Curiæ *Guesnenſis* cujus comment. in סליחות cum ipſo precum libro editum *Prag.* 368. C. 1608. memorat ש״ש. 86.

ר׳ אברהם בר יואל לוי ABRAHAM BAR JOEL *Levita*, qvem unum ex novem Scriptoribus מררכי conſtituit Bartolocc. 87.

ר׳ אברהם בן יום טוב ביבאש vide ſupra R. Abrah. ביבאגו ubi videbis, hunc ab eo, ceu Bartoloccius fecit, perperam diſtingui.

ר׳ אברהם בר יום טוב R. ABRAHAM f. JOM TOV *Tudelenſis*, cujus comm. in Toſaphoth, quæ vocantur תוספי הר״אש MSS. exſtant in B. Oppenheimeri fol. 88.

אברהם בן יוסף v. R. *Abrab. Levi f. Joſeph.*

89. ר׳ אברהם בר יהיאל R. ABRAHAM fil. JECHIEL ſacerdos *Portuenſis* (כהן פורטא) ſcr.

1) חַוּוֹת יָאִיר *villæ Jair* (ex Joſ. XIII. 30.) quo comprehenduntur Cabbaliſticæ vocum variarum interpretationes, ſpeciatim per ſpecies tres, *Notarikon*, *Gematria* & *Raſche Tevoth*, ordine literarum diſpoſitæ. *Venet.* 388. C. 1628. 4. ſecundum Bartoloccium, Buxtorf. & Catal. B. Bodlej. p. 4. vel 329. ſecundum ש״ר quem errorem inde natum puto, qvod pro שפ״ט typographus excuderit שכט. Jungitur eidem libro

2) אִגֶּרֶת ſive epiſtola ejusdem ad R. *Sam. Chajim*, præceptorem ſuum.

90. אברהם יעקב ABRAHAM JACOB *Cordubenſis*, qui Pentateuchum Hebr. *Amſtel.* 461. C. 1701. 12. edidit.

91. a. אברהם בן יצחק ABRAHAM fil. ISAAC אלוף מסראן d) ſcr.

הַגָּלוּת וְהַפְּדוּת i. e. *captivitas & liberatio*, ubi recenſentur bella omnia & exſilia, quæ Synagogæ Judæorum Mantuanæ obtigerunt. *Venet.* 394. 8. C. 1634.

91. b. ר׳ אברהם בן יצחק חיות R. ABRAHAM fil. ISAAC CHIJUT vel CHAJUT

הוֹלֵךְ תָּמִים *ambulans perfecte* (ex *Pſ.* XV. 2.) ubi redduntur rationes præceptorum ex libris Cabbaliſt. collectæ, literales, allegoricæ, myſticæ & arcaniores, ſecundum פרד״ס e) *Cracov.* 394. 4. C. 1634. Ita ש״ר rectius, quam Hottingerus, qui comment. in Leviticum eſſe affirmat.

92. ר׳ אברהם בן ר׳ יצחק לניאדו R. ABRAHAM f. ISAAC LANIADO *Italus*, ſcr. 1) מָגֵן

d) Non ſatis intelligo hoc agnomen, qvod noſtro tribuitur in ש״ר: videtur ille præſidis dignitatem in aliqua regione vel urbe, a Judæis habitata, obtinuiſſe:

e) Per פר״דס ſignificant Judæi diverſos, qvi ex Scriptura deduci poſſint, ſenſus, nempe פְּשַׁט, רֶמֶז, דְּרַשׁ & סוד quorum primus *literali* reliqui, *allegorico*, *anagogico* & *myſtico* reſpondent. Lege de his inprimis *Wilh. Schickardum* in elegantiſſimo libro *Bechinath Happeruſchim* & Hottingerum in Theſauro Philolog. p. 233. ſqq. de allegorico ſenſu ſpeciatim Judæorum judicia expoſuit *Vorſtius* in præf. ad Pirke Elieſer.

Digitized by Google

1) מָגֵן אַבְרָהָם *clypeus Abrahæ* (ex *Gen.* XV. 1.) qvi liber, Hebræis æſtimatiſſimus, de variis myſteriis legis Moſaicæ, de circumciſione, nuptiis, eleemoſyna, confeſſione peccatorum, pœnitentia & luctu funebri commentatur ſeptendecim omnino concionibus. *Venet.* 363. 4. C. 1603. Plantavit. n. 321. minus recte ait, eſſe proprie ſuper commentationem nonnullorum Talmudici operis tractatuum, quia paſſim adducantur contextus Talmudis cum ſubſtrata commentatione. Idem fere in Catal. Bodlej. p. 375. dicitur, eo qvod exemplar libri illius imperfectum fuit.

2) נְקֻדּוֹת כָּסֶף *puncta argentea*, (ex *Cantic.* I. 11.) comment. in *Canticum* Salomonis ed. Venet.

ר׳ אברהם בן יצחק R. ABRAHAM ben ISAAC 93.

מונפליירו ex *Montepeſſulano.*

ס׳ האשכול *liber botri*, exponit de *inſtitutis & ritibus Judaicis*, teſte ש״י. Fuit ille Socer R. *Abrah. ben Dior*, & Præſes Senatus, adeoque Sæc. XII. vixit. Vide Schalſcheleth p. 50. ubi liber, quem diximus, tanquam in lib. שערי ציון allegatus ei tribuitur, ſine mentione argumenti. Additur autem, R. *Schem Tov* in lib. אמונות ſcribere ex traditione aliorum, Abrahamum hunc magnum fuiſſe Cabbaliſtam & Eliam f) in Muſeo ejus apparuiſſe. Bartoloccius putat librum fuiſſe Cabbaliſt. provocans ad *Schalſcheleth*, ubi tamen nihil diſerte traditur.

אברהם בן ר׳ יצחק הנרבוני vide infra R. MOSES *Narbonenſis.*

ר׳ אברהם בן יצחק צהלון R. ABRAHAM f. 94.

ISAAC *Zahalon Hiſpanus*, per compendium ראב״יץ, Sæculo XVI. inclinate clarus, JCtus inter Iudæos, Aſtronomus & Poëta egregius ſcr.

1) מַרְפֵּא לַנֶּפֶשׁ *ſanans animam* (ex *Prov.* XVI. 24.) ubi traditur medicina animæ per converſionem & pœnitentiam. *Venet.* 355. 4. C. 1595. Explicationem & acceſſiones Canonum Pœnitentialium R. *Iſaaci Luriæ* exhibet: hinc factum puto, ut in Catal. Bodlej. p. 212. auctor diceretur הרי״לא i. e. ut interpretor R. *Iſaac Luria.*

2) יַד

f) *Hoc eſt felicitatis genus, qvod ut plurimum tribuere Judæi ſolent illis, qvos præ ceteris ſapientes cenſent, cujus rei paulo ante exemplum habuimus, aliud vero infra ſub* עבן *perſpiciemus.*

Digitized by Google

2) יַד חָרוּצִים *manus ſedulorum* (ex *Prov.* X. 4.) ubi de ratione conficiendi Calendarii Hebræorum Chriſtianorum & Iſmaelitarum agitur. Venet. eodem anno 4. Definitur ibi ingreſſus Solis in 4. puncta cardinalia ab A. C. 1594. ad 1621.

3) יֶשַׁע אֱלֹהִים *Salus Dei* (ex Pſ. L. 23.) comm. in lib. *Eſther* Grammaticus, literalis & moralis, ex aliis Interprett. collectus Venet. eod. anno 4. ſecundum ש״י. Plantavitius minus recte n. 249. ait an. 352. prodiiſſe. Buxtorf. & Hotting. noſtrum hunc *Zabulonem* vocant.

95. ר׳ אברהם בר׳ יצחק צמח R. ABRAHAM f. ISAAC ZEMACH *Levita*, Medicus, cujus comm. in Canticum Cantic. in B. Urbinat. MS. & in Bibl. R. C. Cod. CLI.

96. ר׳ אברהם ב״ר יצחק מרמון R. ABRAHAM f. ISAAC *Granatenſis* g) Hiſpanus, ſcr.

ס׳ הַבְּרִית *librum fœderis*, Cabbaliſticum, cujus mentio fit in Catalogo libb. Cabbaliſt. qui prodiit in calce libri *Jezira* ed. Mantuanæ 322. 4. Non dubito, quin hic ſit idem, quem ſub tit. בְּרִית הַמְּנוּחָה *fœdus quietis*, ejusdem nominis Scriptori tribuit ש״י editumque ait *Amſtelod.* 1648. 4.

97. ר׳ אברהם בן ר׳ יצחק R. ABRAHAM BEN R. ISAAC f. R. ISAAC f. R. Sam. SCHALOM Catalanus, mortuus an. 5252. C. 1593. teſte *Schalſcheleth* p. 62. b. & R. *David Ganz* ad an. 5249. ſcr.

1) נְוֵה שָׁלוֹם *habitaculum pacis*, (ex *Jeſ.* XXXII. 28.) quo auctor pollicetur cœleſtia ſe terreſtribus & divina humanis juncturum. Pervagatur itaque non ſine eruditionis variæ apparatu ſcientias divinas & Philoſophicas nullo ordine ſervato per tractatus XIII. ubi de neganda mundi æternitate, de Lege Divina, de divina rerum ſingularium ſcientia, de libera hominis voluntate, de providentia divina, de Intelligentiis, de doctrina

g) *Granatam* Judæi vocant רמון quæ vox apud Hebræos alias malogranatum exprimit. Sic Perizol p. 20. *Iggereth Orchoth Olam* edit. *Oxon.* 4. vocat רמון ספרד היא במלכות גראנאטא i. e. *Rimmon Hiſpania eſt regnum Granata.*

Digitized by Google

na Kabbaliſt. & ejus fundamento, de Prophetis & Prophetiæ excellentia, de beatitate hominis, de Lege Moſaica, ſacrificiis & oblationibus, de anima rationali, illius ſtatu extra corpus & cum eo poſt reſurrectionem conjunctione, de precatione, & formatione fœtus in utero *Venet*, 335. C. 1575. 4. Vidi ego in Bibl. Vener. Jo. Frid. Winckleri & R. Dav. Oppenheimeri ed. CPolit. 5298. 4. C. 1538. apud *Elieſerem fil. Gerſon Soncinatem* cum præf. *Moſis Almoſnino*, cui Index libri ſubjicitur. Allegantur in eo libro Gentiles æque ac Chriſtiani Scriptores. *Andr. Maſius* in Indice Scriptorum Judaicorum, ſubjuncto ejus comment. in Joſuam, vocat opus grande & multifariæ eruditionis, quodque de rebus prope omnibus agat, de quibus Judæi diſputare ſoleant.

2) Non dubito, eundem hunc eſſe, cujus שְׁאֵלָה ſive quæſtionem ad R. *Niſſim ben Ruben Gerundenſem*, qvi eadem ætate vixit, miſſam & de ritu excommunicationis agentem, in B. Urbin. MS. exſtare memorat Bartol. in app. ad T. I. p. 738. ſub nomine Abraham שלום.

ר׳ אברהם בן יצחק תמך v. infra R. *Abraham* תמך.

ר׳ אברהם בן ישמעאל R. ABRAHAM f. ISMAEL diſcipulus הרשב״א i. e. R. *Salomo ben Adrath*, vel ſecundum alios diſcipulus הרא״ש f. *Rabbenu Aſcher* quem Bartoloccius auctorem facit libri אֲגֻדָּה quem titulum ſuo loco vide. Ab hoc non videtur diſtinctus R. *Abraham* בֶּן אִסְמָעֵל quem ad an. 5094. refert & diſcipulum *Rabbenu Aſcher* facit liber *Juchaſin* p. 133. b. 98.

ר׳ אברהם כברית R. ABRAHAM CABRITH cujus explanationem Aphoriſmorum Hippocratis MS. ſe poſſidere ſcribit Plantavitius n. 80. 99.

ר׳ אברהם כהן R. ABRAHAM COHEN (*Sacerdos*) *Hiſpanus*, Synagogarcha Barcinonenſis, circa A. M. 300. C. 1540. claruit cum R. *Gedalia* in Schalſcheleth p. 65. b. eum inter eos numeret, qui R. *Joſepho Karo* (quem A. 300. obiiſſe idem tradit) æquales fuerunt. Obiit ſecundum eundem an. 310. i. e. C. 1550. Ibidem edidiſſe dicitur 100.

ס׳ הַחֲסִידִים *librum piorum* h) de qvo ſuo loco ſub R. *Schemuel* ejus aucto-

h) חֲסִידִים vocantur Hebræis homines eximia & ſingulari pietate, ad quam hic liber manuducit, conſpicuos: vide inprimis *Paulum Fagium* ad Chald. Paraphraſin ſuper *Levit.* XX. 17. *Thom. Gatakerum* in Cinno lib. II. c. 9. *Nic. Fullerum* lib. I. c. 8. Miſcell. Sacr.

auctore dicemus. Bartoloccius ab Abrahamo noſtro ſcriptum eſſe falſo refert & quidem ex fide *Schalſcheleth*, cujus auctor non dicit חִבֵּר ſed הִדְפִּיס h. e. *typis commiſit*. Ipſe vero ſecundum Schalſcheleth exaravit

פֵּירוּשׁ לִשְׁאֵלְתּוֹת דר׳ אָחָה h. e. *comment. in quaſtiones R. Acha.* Utrumqve hoc ſcriptum Bartoloccius iterum perperam tribuit *Abrahamo Piſano*, de qvo infra dicemus.

101. ר אברהם כהן אירירה R. ABRAHAM COHEN IRIRA i) *Hiſpanus*, ſcr. Hiſpanice

1) בֵּית אֱלֹהִים *domus Dei*, (ex *Geneſ.* XXVIII. 17.) qui in partes ſeptem & totidem capita diſtinctus doctrinam Cabbaliſticam perſequitur, Hebraice converſus a R. *Iſaaco Abubab*, Præſide Senatus Judæorum Hiſpanorum Amſtelodamenſis; prod. *Amſtel.* 415. C. 1655. 4. Ex illo quædam Lat. reddita exſtant in Tomo II. Cabbalæ denudatæ.

2) שַׁעַר הַשָּׁמַיִם i. e. *porta cœli*, itidem ab auctore hiſp. ſcriptus, deinceps per eundem Interpretem hebr. converſus & ibidem eodem anno editus, ac deinceps Latine inſertus, ſed contractus, Cabbalæ Denudatæ Tom. I. Part. III. Solisbaci 1678. Introductionem in Cabbalam præſtat, ejusdemque dogmata cum Philoſophia Platonica k) confert.

3) *Logica* Hiſpanice ſcripta ſub tit. *Abrah. Chen de Herrera epitome y compendio de la Logica o Dialectica, en que ſe eſpone y declare breve y facilmente ſu eſſencia, partes y propriedades, preceptos, reglas y uſo.* Scripta illa eſt methodo Ariſtotelica l) & in ſeptem libros diſtincta, quorum I. de terminis, II. de

D. ev. Clericum Quæſt. Sacr. n. XXXVI. p. 283. ſq. ex noſtratibus *Jo. Friſchmuthum* diſp. de Meſſia in ſepulchro non relinquendo cap. I. §. 21. & ex Judæis Interpretes ad Pirke Avoth c. I. §. 10. 13. & 14.

i) *Irira* hic communiter vocatur, qui forte rectius diceretur *Erera*; ſic enim propius accederet ad nomen Hiſpanicum *Herera*, ex quo אירירה formatum eſſe hoc minus dubito, qvod & ipſe auctor in Logica ſua Hiſpanica, de qva n. 3. dicemus, *Herera* nomine ſe appellavit.

k) Summam hujus comparationis legere licet in *Jo. Mich. Langii* diſſertat. de Charactere primævo Bibliorum Hebr. c. III. §. 6. ſqq. qui ipſe Philoſophiam profanam Cabbalæ Judaicæ originem eſſe exiſtimat, quod & alii oſtenderunt, nominatimque *Andrea* in Examine Generali Cabbalæ Philoſoph. & *Jo. Georg. Wachterus*, quamvis nunc aliter ſentiens, in Spinoſiſmo in Judaiſmo p. 69. ſq. & 221. ſqq. ne de auctore *Platoniſmi Detecti* & aliis dicam.

l) Cabbaliſtarum principia Logica expoſuit Vener. D. *Jo. Conr. Schrammius* in Introduct. ad Dialecticam Cabbalæorum; vide etiam Cl. *Struvii Rudimenta Logica Hebræorum.*

Digitized by Google

II. de Enunciatt. III. de Deſinit. Diviſione & methodo IV. de Syllogiſmo. V. de Syllogiſmo demonſtrat. VI. de Syllog. Dialectico. VII. de Syllog. Sophiſtico diſſerit. Sequitur catalogus deſinitionum, deſcriptionum terminorumque variorum, qvorum in Theologia Scholaſtica, Metaphyſica item, & Naturali ac Morali Philoſophia uſus eſt. Uterqve libellus ſine anni locique mentione excuſus eſt in 8.

ר׳ אברהם כונת R. ABRAHAM CONATH duas Joſippi Hebræi editiones curaſſe dicitur a R. *Aſaria* in Meor Enajim lib. 3. c. 18. p. 87. l. 7. qva de re dicemus ſub יוסיפון. 102.

ר׳ אברהם כזלארי R. ABRAHAM CASLARI ſcr. librum Medicum, 103.

מְכַלְכֵּל מַחֲלָה *ſuſtentans infirmitatem* ex *Prov.* XVIII. 14. a Bartoloccio, & illius forte exemplo a R. Schabtai commemoratum & MS. Ejusdem de febribus tract. MS. inter Codd. Warnerian. in Catal. Bibl. Leidenſ. p. 288. n. 59.

ר׳ אברהם כליץ R. ABRAHAM CALETZ vel potius CLATZ vide infra ר׳ יהודה כליץ.

ר׳ אברהם הלוי הזקן R. ABRAHAM *Levita Senex*, diſcipulus R. *Moſ. Corduero*, adeoque Sæc. XVI. clarus Hieroſolymis, teſte Schalſchel. p. 65. a. ſcripſit 104.

1) מְשָׁרֵא קִטְרִין *ſolvens nodos* (ex *Dan.* V. 12.) ubi commentatur de 70. hebdomadibus Danielis *CPoli* ed. annum nec ש״י nec Bartoloc. memorat. Laudatur hic liber a R. *Aſaria* in Meor Enajim p. 139. b. ubi etiam vocatur גיסו i. e. affinis R. *Abrahami Zacuti*, confer *Schalſcheleth* p. 47. b.

2) תִּקּוּנֵי שַׁבָּת *ordinationes Sabbati* ſive de ratione Sabbatum celebrandi, qui liber exſtat in calce libri ראשית חכמה in compendium redacti, & editi *Baſil.* 363. C. 1603. & *Cracov.* 427. 8. C. 1667.

3) נְבוּאַת נַחְמָן קְטוּפָה בַּר פִּנְחָס h. e. *prophetia Nachmanis Ketupha* m) *filii Pinchas*, qui vix natus vatem egit, ſtatimque iterum obiit, explicata, ex qua locum affert Schalſcheleth Hakkabbala p. 46. a ſq.

m) Vide de hac prophetia Schalſcheleth Hakkabbala p. 46. a. b. ubi & Abrahami noſtri expoſitionem memorat.

Digitized by Google

4) גַּלֵּי רָזַיָּא *revelator arcanorum*, ex *Dan.* II. noſtro huic tribuit *Schabtæus* in ש"י p. 16. *Abrahamo*, quem vocat diſcipulum R. *Iſaaci Loriæ*, unde & nos ſupra n. 42. ſub hoc nomine hunc librum fuſius recenſuimus. Idem vero in Indice alphab. adſcribit noſtro *Abrahamo Levitæ Seni*, unde apparet, utrumqve eſſe eundem; quod inde etiam confirmatur, quia *Naphthali Hirtz* in præfat. ad *Emeck Hammelech* p. 10. col. 2. auctor eſt, Abrahamum hunc primo *Cordueri* deinde Loriæ diſcipulum & famulum fuiſſe, qui & ibidem quandam noſtri de Loria narrationem refert.

In *Noſlos Chochma* p. 195. præter גלי רזיא noſtro huic ſub nomine R. *Abrahami*, *diſcipuli Corduero* tribuuntur MSS. תקוני שבת עם פרפראות ששמע מהא"רי i. e. *Tikkune* (*conſtitutiones*) *Schabbat* cum ſubtilibus obſervationibus, quas a R. Iſaaco Luria audiverit: it. comm. in *Idra*, & varias ſectiones ſ *Zobar*, præterea expoſitionem 32. Semitarum. Huic qvoq; tribuerim, quæ ibidem ſub *Abrah. Levitæ* nomina recenſentur, nempe מְסִירַת הַחָכְמָה *traditio ſapientiæ* & סֵפֶר מְגִלַּת אַמְרָפֶל & ס' אֹהֶל מוֹעֵד qvo comprehendantur centum verſus ad decem *Sephiroth* ita relati, ut Sephira quæque habeat verſus decem.

Hos libros uni Scriptori cenſui tribuendos, ſuffragante temporum ratione, & præeunte etiam R. Schabtai in ש"י. Bartoloccius vero primum tribuit R. *Abrahamo Levi*, ſecundum R. *Abrah. Levitæ Seni*, tanquam diverſo: tertium prorſus omittit.

105. אברהם לוי בן זלמן ABRAHAM LEVI fil. *Salman* Amſtelodamenſis adhuc ſuperſtes, denuo edi curavit ס' טעמי מצוות R. Menachem f. Moſis Babylonii Hamb. 1707. 4.

106. ר' אברהם הלוי בן יוסף R. ABRAHAM *Levita* f. JOSEPH f. Abrah. Perez *Cracovienſis*, ex patria ob perſecutionem publicam, expulſus an. 416. C. 1656. Hamburgum & hinc Amſtelodamum venit, ibique calamitate iſta adductus illuſtravit

מְגִלַּת תַּעֲנִית *Volumen afflictionis* ſive *Jejunii* qvod prodiit, cum comm. duplici, qvorum alter ex Talmude utroque, Raſchi & Toſephoth, proprioq; Scriptoris ingenio ſub tit. פֵּירוּשׁ מה"ראה i. e. comm. *Abrab. Levi-*

ta

Digitized by Google

ta alter vero ex variis libris aliis collectus eſt, qui dicitur חדושי מה״ראה h.e. novellæ explicationes R. *Abrah. Levi.* Amſtelod. 419. 4. C. 1656. *Megillath Taanith*, de quo hic ſermo eſt, non eſt Tract. Talmudicus qui ſub tit. תענית exſtat, ſed liber alius, de qvo inter Anonymos lit. מ dicemus.

ר׳ אברהם לוי אבן מיגעש R. ABRAHAM *Levita* Aben MESAS Hiſpanus vide infra *Abraham Aben Megas*.

ר׳ אברהם בן ליב סרוואל R. *ABRAHAM fil.* 107.
LEW SARVAL: hujus comment. in lib. המעמדות, de qvo ſuo loco videbis, cum ipſo libro prodiit *Venet.* 377. C. 1617. & Amſtel. 410. C. 1652. 8.

ר׳ אברהם לניאדו vide ſupra R. *Abrah. ben Iſaac Laniado.*

ר׳ אברהם בן ר׳ מאיר דבלמס R. ABRA- 108.
HAM f. R. MEIR de BALMES, *ben R. Abrah. ben R. Moſis ben R. Chizkia de Balmes* Italus, Aletio (*Lecci*) in regno Neapolitano oriundus Sæc. XVI. ineunte Venetiis claruit, Medicinæ Doctor, idemque literarum ornandarum ſtudioſiſſimus &, ſi *Rich. Simoni* in calce Hiſt. Crit. V. T. p. 536. credimus, in Schola Patavina Doctor. In Catalogo Grammaticorum infra ſub voce דקדוק exhibendo noſter perperam refertur ad an. 150. C. 1390. Scripſit is

1) מִקְנֵה אַבְרָם n) *peculium Abrahæ* (ex Gen. XIII. 7.) exhibet Grammaticam Hebr. quæ hebr. & Lat. cum præfatione *Dan. Bombergii* Lat. prodiit *Venet.* 283. C. 1523. 4. Latinam verſionem Bartoloceius & ejus exemplo alii *Dan. Bombergio* tribuunt, qui tamen ipſe in præfat. profitetur, ſe aliorum hanc in rem opera uſum eſſe, & primo quidem ipſius *Balmeſii*, qui ſub initium verbis verba, deinceps vero magis eorum ſententiam expreſſit; poſt obitum vero illius *Calonymus*, qvæ ſupererant, abſolvit, ex qvo

I 3 ſimul

n) Vocavit librum מקנה אברם non אברהם quia, dum in libro hoc ſcribendo verſaretur duobus liberis privatum ſe ſenſit; ut ſcilicet per defectum literæ ה fatum ſuum innueret contrarium illi, quod auctus ſobole expertus eſt Abraham Patriarcha, cui in illius rei, tum adhuc futuræ, argumentum nomen אברם divino nutu per ה locupletabatur. Abraham enim idem eſt, quod אב רב המון הם vel הם i. e. *pater magnus multitudinis*: vide Cl. *Matth. Hilleri* Onomaſticon Sacrum p 414. *Th. Hyde* de Religione veterum Perſarum c. 2. p. 79. & *Menaſſe ben Iſraël* p. 109. de Termino vitæ.

Digitized by Google

ſimul intelligitur, *Balmeſium* noſtrum jam an. 1523. fato functum fuiſſe. Lege de verſione hac *Rich. Simonem* in Catalogo Scriptorum Hiſtoriæ Crit. V. T. ſubjuncto p. 536. ubi *ad verbum* (qvod tamen ex parte tantum verum eſt,) factam & *valde barbaram* dicit, qua de cauſa *eam minus quam textum Hebræum intelligi poſſe* affirmat Plantavitius n. 405. Adde *Pet. Dan. Huetium* de Claris Interpretibus p. 231. ed. Stadenſis, qvi verſionem illam ab Anonymo factam ait. Grammatica ipſa Simonio qvidem l. c. p. 278. erudita ſatis, ſed ſine methodo ſcripta exiſtimatur, Munſtero vero in præf. ad Eliæ Grammat. Balmeſius *nihil aliud agere videtur, quam veterum doctrinam perpetuo convellere & impugnare, magis in inſectando occupatus quam in docendo. Quin ſæpe,* ita pergit, *ubi Grammaticæ regulæ tradendæ erant, ipſe prorſus* ἀπροσδιονύσως *& velut oblitus argumenti, Phyſicas rationes & metaphyſica theoremata affert.*

Præter edit. *Venetam* video a Vener. *Val. Ern. Loeſchero* in Comment. de Cauſis L. Hebr. p. 152. afferri *Antwerpienſem* 1564. 4. ab Hendreichio vero & Lipenio in Bibl. Philoſoph. & recte qvidem *Hanovienſem* hebr. & Lat. 1594. 4.

In Theatro Placciano p. 707. titulus Grammaticæ mendoſe ſcribitur מִקְנֵה אֵבְרִים (lege עברים) vertiturq; *poſſeſſio Ebræorum*. Auctor enim altero, quē nos expreſſimus, titulo, pro Judæorum more & ad locum Scripturæ & ad nomen ſuum alluſit. Konigius in Bibl. Vet. & Nova auctorem corrupte vocat *Abrah. Demalbiſch*, quem alibi rectius *de Balmes* appellat. In *Kircheri* Oedipo Ægypt. Tomo II. p. 48. citatur *Balmeſius* noſter in מכלל per memoriæ ut puto, vitium pro מקנה. Vertit idem alia ex Hebræo Latine, v. c.

1) *Averrois* epitomen Logicæ Ariſtotelis & in eam quæſita varia.

2) Ejusdem epiſtolam & Arabum qvorundam quæſita ac epiſtolas, ut & paraphraſin Averrois in lib. IIItium Rhetoricorum Ariſtotelis, quæ Venet. cum Averrois opp. 1542. prodierunt.

3) Comm. Averrois in octo libros Topicorum Ariſtotelis & in duos libros Elenchorum, nec non paraphraſin ejusdem in libros Phyſicos, quæ MSS. in B. Vatic. exſtant.

4) *Aven Pace* epiſtolam הַחֲלִיצָה h. e. *expeditionis*, Philoſophicam & diffuſam lat. vertit, quæ MS. in Vatic. legitur.

5) *Alacenis* (אלאכין) librum *de mundo* latine interpretatus eſt, legiturqve MS. in Vatic. n. 4566.

Ipſe ſcripſit *de ſubſtantia orbis*, ut & *de demonſtratione*, quem poſteriorem librum Venet. editum teſtatur Bartoloccius.

Kir-

Digitized by Google

Kircherus in Oedipo Tomo I. p. 19. & 31. Balmeſii Lexicon Hebraicum allegat quale editum certe non exſtat, & videri poterat *Pomiſium* nominari voluiſſe, niſi eum p. 26. diſerte allegaret.

Vide plura de noſtro apud *Geſnerum* in Biblioth. & *Pet. Balium* in Dictionario Hiſtorico-Critico Tomo I. p. 462.

ר׳ אברהם מאיר R. ABRAHAM MEIR f. R. *Jehuda Meir* qui alias vocatur הֶחָכָם הַמְּאִירִי *Sapiens illuſtrans*, ſcr. comm. diffuſum in Pſalmos, quem MS. laudat ש״י. Forte hic non diverſus eſt ab eo מאירי de quo infra ſub מ dicemus. 109.

ר׳ אברהם בן מאיר אבן עזרא R. ABRA- 110.

HAM f. MEIR ABEN ESRA o) i. e. ex appellatione Arabica nepos *Eſræ*, filius *Meir*, qui alias κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur הֶחָכָם i. e. *Sapiens*, p) & per compendium הרא״בע vel א״אע (conf. *Steph. Morini* Exercitt. de Lingua primæva p. 9.) *Toletanus*, cujus annum natalem non memorant Judæorum Hiſtorici, de fatali vero ejuſdem maxime diſſentiunt. Scriptor enim *Juchaſin* p. 131. a. ſcribit eum ex nonnullorum ſententia *Kalaboræ*, qvam *Rhodum* alii vocant, obiiſſe an. 4908. C. 1148. ſecundum alios vero an. 4928. C. 1168. vel potius 4954. C. 1194. die II. menſis Adar incuntis, annorum 75. undecim annis ante R. *Moſe Maimonidæ* obitum, quam quidem ſententiam ipſe ut veriſimillimam amplectitur. Mentem tamen, ſibi quippe non conſtans, mutaſſe viſus præter rationem eſt Bartoloccio ad p. 163. a. libri Juchaſin provocanti, ubi mors ejus in annum 4925. C. 1165. referatur. Hic enim emortualis Aben Eſræ annus eo in loco non ex Scriptoris *Juchaſin* ſententia, ſed ex mente auctoris *Jeſod Olam*, ex quo caput integrum libro

o) Alludit ipſe eleganter ad nomen ſuum in præfatione rhythmica in Pentateuchum aliqvot verſibus, qni cum obvii ſint, Latine hic tantum repetendi videntur. *Quæſo*, inquit, *o Deus Patris mei Abraham*, (Patriarchæ) *fac miſericordiam cum famulo tuo* Abraham & *aperta ſit porta verbi tui* illuminantis *ſervo tuo*, *filio ſervi tui* Meir *ut a ſalute faciei tuæ veniat auxilium filio ancillæ tuæ*, *qui vocatur* ben Eſra. Nomine *Eſra* reſpexiſſe videtur ad nomen proprium lapidis, de quo, *Sam.* VII. 12. qui dictus eſt אבן העזר lapis auxilii, quod ſuſpicantur Buxtorfius de Abbreviaturis p. 34. & *Schickardus* in *Bechinat Happeruſchim* p. 173.

p) Judæi itaque idem, & vel inprimis, faciunt, quod aliis omni memoria ſolemne fuit, ut doctrina eximios certo cognomine in eruditionis & virtutis argumentum afficerent: cujus generis exempla copioſe & diligenter collegit V. C. *Jo. Mollerus* in Homonymoſcopia p. 864. ſqq.

Digitized by Google

bro *Juchaſin* acceſſit, refertur, unde etiam apparet in *Schalſcheleth hakkabbala* ubi p. 41. a. verſu penultimo annus mortis 4825. ex libro Jeſod Olam refertur, legendum eſſe 4925. nec præter rem ſuſpicor, in libro Juchaſin p. 131. a. pro anno תתקכח i. e. 4928. legi debere תתק"כה i. e. 4925. R. *David Ganz* in Zemach David ad an. 4934. C. 1174. obitum ejus referri mavult, repudiata diſerte *Juchaſin* ſententia. Annorum 75. fuiſſe inde evincit *Schalſchebeleth* l. c. quod, morte ipſi imminente, Abrahami verba ex (*Gen.* XII. 4.) nonnihil mutata ſua fecerit: ואברהם בן חמש שנים ושבעים שנה בצאתו מחרון אף העולם h. e. *& Abraham natus 75. annos erat, cum ex furore iræ ſæculi hujus exiret.* Si hæc ita haberent, & de anno mortis Aben Eſræ certius conſtaret, annus ejusdem natalis facile poterat definiri. Cum vero de priore ipſis Judæorum Chronologis iner ſe non conveniat, a Chriſtianis opera omnis fruſtra hic collocabitur. Id exploratum eſt eum Sæculo XII. poſt C. N. medio vixiſſe, cum ipſe, qvod R. Dav. Ganz obſervavit, in calce comment. in *Exodum* ſcribat, abſolviſſe ſe illum an. 913. C. 1153. in *Danielem* vero teſtetur curas ſuas *Rhodi* perfectas eſſe 916. C. 1157. Ceterum A. C. 1169. adhuc vixiſſe debuerit, ſi vera eſſent, quæ *de epiſtola Sabbati* tradunt Judæi, quam ad eum hoc anno miſſam fingunt. Vide inferius dicenda. *Rich. Simon* in Indice Scriptorum Hiſtoriæ Criticæ V. T. ſubjuncto tradit, Aben Eſram *Romæ* an. 1146. (ita enim in libro צחות ab ipſo tradi teſtis eſt Schalſcheleth p. 41. a. verſu 2.) Rhodi vero 1156. vixiſſe, ibidemqve an. 1165. obiiſſe, tantum abeſt ut A. C. 1240. adhuc vixiſſe potuerit, quod affirmat Genebrardus p. 656. Chronolog. Quantum Judæi ei tribuant, vel ex eo intelligi poteſt, qvod ipſum quaſi κατ᾽ ἐξοχὴν חכם i. e. Sapientem appellent, qvod vel ſic ſufficere non arbitratus R. David Ganz ad an. 4934. eum vocat החכם הגדול המפלג h. e. *Sapientem magnum & mirabilem*: Schalſcheleth vero p. 41. a. verſu primo eundem appellat חכם גדול h. e. eruditiſſimum in Lege, Grammatica, Poëſi, & Aſtronomia, additque ibidem v. 10. in collectione epiſtolarum Maimonidæ eximia ejus elogia legi, quibus is (*Maimonides*) filium ſuum ad ſcripta ejus diligenter evolvenda excitarit. Omitto alia, qvæ a R. *Dav. Kimchi* ad Pſ. 19. 1. a R. *Aſaria de Rubeis* in Meor Enajim, R. *Benjamine Tudelenſi* in Itinerario, aliisqve in laudem ejus dicta ſunt. Ex Chriſtianis Rich. Simon in Hiſt. Crit. V. T. lib. III. c. 5. p. 18. negat, inter Judæos quanquam eſſe, qui tam literaliter, tam ſapienter, Scripturas interpretatus ſit. Ceteroquin brevi & conciſo dicendi genere ab obſcuritate ſibi non ſatis cavit, literalem vero ſenſum accurato vocum ſcrutinio non infeliciter eruit, qua in re præeuntes

tes ſibi elegiſſe videtur Karæos, præcipue cum R. *Japheth Hallevi*, Karæum præceptorem habuerit: quæ etiam cauſa eſt, cur Karæorum commentarios ſæpius, quamvis confutandi cauſa, alleget. Vide, quæ hanc in rem dixi in præfat. ad tractatum Mardochæi Karæi, & in notis ad eundem p. 110. Ex ſcriptis ejus apparet, eum non minus varias orbis terrarum quam doctrinæ & ſcientiæ partes pervagatum eſſe, unde & Bartoloccio merito vocatur *excellens Philoſophus, Aſtronomus, Medicus, Poeta, Grammaticus, Kabbaliſta, & S. Scripturæ famoſus Interpres*. Confer Conr. Pellicani præfat. in V. T. p. 7. Arabicæ linguæ peritiſſimus fuit, qvod inprimis ex commentario in Jobi librum, cujus loca varia ex Arabismo illuſtrat, apparet, qvemadmodum ibidem Saadiæ paraphraſin Arabicam aliqvoties notat & caſtigat. Idem ad Exodi II. allegat librum Ægyptiace primum ſcriptum deinde vero Arabice converſum, qui de Agricultura exponat. Conf. *Pet. Danielis Huetii* Demonſtrationem Evangelicam Prop. IV. cap. IV. §. 2. Alia Chriſtianorum judicia ad laudem noſtri compoſita leges, ſi placet, in Vener. *Georg. Serpilii* Vita Esdræ, quæ Partem IV. Vitarum Scriptorum Biblicorum, vernacula lingua exaratarum, conſtituit, p. 269. ſqq. & in *Thomæ Pope Blount* Cenſura celebrium Scriptorum p. 270. Afferam ego tantum unum *Wilh. Schickardi* judicium, qui in *Bechinath Happeruſchim* p. 172. noſtro palmam præ *Raſchio* defert, qvod non tantum magis perſpicuus ſit, & in ſtylo multum elegantior, Scripturæque idiotiſmorum tenax, ſed etiam prudentior, cautior, & nugarum parcior: cum viciſſim ille (*Raſchi*) a fabulis abſtineat minus, obſcurior ſit, & in Orthographiam alicubi impingat, ut cum Kimchæo interdum non agat mitius, quam noſtrates pueri cum Priſciano. Scripta ejus

EXEGETICA.

פירושים *Commentarii* in totam Scripturam S. exſtant, qvi in Bibliis Bombergianis & Buxtorfianis, qvæ cum commentariis Rabbinorum edita ſunt, leguntur. Ubi tamen notandum eſt, in Bombergiana prima anni 1518. nihil ex commentariis Aben Eſræ legi, in II. vero anni 1526. exſtare commentarios ejus in *Pentat, Jeſaiam*, XII. *Prophetas minores, Pſalmos, Prov. Job.* & 5. *Megilloth*: in III. 1549. comm. in *Pentat. Pſalmos, Prov. Job. Danielem*, omiſſis commentariis in *Jeſaiam* & 12. Prophet. minores in IV. an. 1549. eodem modo: in V. 1617. ſimiliter: in VI. vero Buxtorfii eadem ratione, niſi qvod commentt. in *Jeſaiam* 12. Proph. minores & Eſram acceſſerint. Eos ipſe, ut ex præfat. apparet, vocaverat סֵדֶר עוֹלָם *Ordinem univerſi*, quos

Conr. Pellicanus omnes Latine verſos & hucdum ineditos reliquit, teſte *Geſnero* in Biblioth. adde *Rud. Mart. Meelfuhreri* Biblioth. promiſſ. & latentem p. 79. MSS. hebr. leguntur omnes & ſinguli Romæ in Collegio Neophyt. *Vatic.* in Cod. membranaceo, elegantiſſimo charactere ſcripti ab *Abrab. Almoſnino* A. M. 234. C. 1474.

1) Seorſim prodiit comm. in Legem, in qvo diffuſior eſt auctor & Φιλοσοφικώτερος, *Neapoli* 1527. fol. quæ eſt in B. Edzardiana & *Venet.* 327. C. 1567. fol. Huic comm. præmiſſum eſt carmen quoddam ejus rhythmicum cum præfat. de qvinqve modis interpretandi legem, de quibus ex illa commentatur *Rich. Simon* Hiſt. Crit. V. T. III. 5. & Wilh. Schickardus in Bechinath Happeruſchim p. 140. ſqq. Eadem præfatio exſtat etiam in Bibliorum Rabbinicorum limine, ut & in Pentateucho illo, qui Berolini an. 1705. curatus prodiit & in *Joſ. Voiſinii* Diſp. R. Iſraëlis de Anima p. 151. ſq. *Pariſ.* 1635. 8.

Comm. *in Geneſin* latine ſe interpretaturum recepit Vener. *Theod. Daſſovius* in deſignatione librorum, qvos ab aliqvo tempore molitus eſt, quæ legitur in *Novis Literar. Maris Balth.* 1705. p. 86.

Comm. *in Exodum* abſolviſſe ſe ipſe in calce teſtatur An. 4913. C. 1153. Comm. in *Pentateuchum* totũ MS. exſtat in Bibl. Pariſ. & in Medicea Plut. I. n. 4. ut & Biblioth. Oratorii Pariſ. teſte *Rich. Simone* in Indice Scriptorum Hiſtoriæ Crit. V. T. addito: itemqve in B. Bodlej. ſpeciatimqve in Muſeo Bibliothecarii, qui Codex antiqua quidem manu ſcriptus, ſed mutilus eſt, cum pars in Geneſin totam & Exodi cap. I. ac II. dimidium deſideretur. Duplicem Cod. MS. habet conjunctiſſimus Collega meus *Georg. Eliez. Edzardus*, alterum in fol. anni 1402. qui ſcriptus eſt ab *Abrab. ben Moſche*, & adjunctum habet ejusdem comm. in *Ruth* & *Eſther*, alterum membranaceum in 4. antiquiorem. In priore יהוה per tria Jodhin ſcriptum eſt. Conf. Ipſius Cl. *Edzardi* eruditiſſ. notas ad cap. II. Avoda Sara p. 260.

Eundem dignum cenſuerunt alii, in quem animadverſiones ſcriberent, quos recenſet ש״ י in Indice Scriptorum Materiali ſub tit. *commentarii in Aben Eſram*. Illis adde R. *Schem Tov* explicationem MS. in B. Bodlej. n. 5446. & R. *Salom. ben Jaiſch* ibid. n. 5915. utrumque inter Codd. Huntingtonianos. ש״י memorat etiam inter commentationes illas in Aben Eſram אות נפש *ſignum animæ*, quem titulum ubi in ipſa ejus Biblioth. Rabb. p. 6. evolveris, deprehendes, vocari clavem & comm. in Aben Eſram, qui ſit MS. Amſtelodami. Antea vero p. 5. commemoraverat idem אור נפש i. e. *lux animæ*, tanquam comment. MS. in *Aben Eſram* & *Nachmanidem*,

Digitized by Google

nidem, utrinque ſine auctore. Eqvidem exiſtimaverim, ex uno libro hic duos effictos eſſe, & priorem titulum eſſe genuinam illius comm. inſcriptionem. In Catalogo enim B. Bodlej. n. 5363. video citari MS. א״ת נפש tanquam comm. R. *Levi ben Gerſon* in Aben Eſram ſuper Legem in 4. Nonnunquam loca qvædam comment. in Pentateuchum ab ipſo Aben Eſra hac *Φράσει* ſignantur: יש לו סוד *latet ibi myſterium*, quæ ab Anonymo quodam explicata & a R. *Joſua bar Juda Medico* C. 1436. deſcripta in Vaticana MSS. exſtant.

Cenſuras in comment. *Aben Eſra* in Pentat. a Rob. Bellarmino recognitas in Collegio Neophytorum MSS. exſtare teſtatur *Car. Joſ. Imbonatus* in Biblioth. Lat. Hebr. p. 217. qui etiam p. 35. refert, *Didaci Lopez de Meſſa Hiſpani* errores & cenſuras in eundem comm. an. 1578. ſcriptas ibidem inveniri.

2) ס׳ סודות הַתּוֹרָה *de arcanis legis*, ſive, ut ש״י vocat סוד התּוֹרָה quo libro interpretationes arcaniores, quas סודות Hebræi vocant, in Pentateuchum afferuntur. Allegat illum Reuchlinus lib. I. de Cabbala, qvod obſervavit Plantavitius n. 474. MS. exſtat in Vatic. 4. teſte Bartoloccio, qui obſervat, ibi p. 142. dici A. M. 4926. C. 1167. Romæ ab Aben Eſra ſcriptum eſſe.

3) יְסוֹד תּוֹרָה *fundamentum legis*, a priori ſecundum Bartolocc. diſtinctus itidemqve MS. in Vatic. fol. quamvis ejusdem argumenti, cum in Legem itidem Cabbaliſtice commentetur. Exſtat etiam MS. in Biblioth. Medic. Plut. I. n. 42. 4. Non enim dubito, hunc noſtri librum eſſe, qui, non memorato Scriptore, ſub tit. *de fundamentis legis* recenſetur in Catalogo illius Biblioth. p. 137. edit. a Cl. Fabricio curatæ. Interim vereor ego, ne duo hi libri, quamvis a *Bartoloccio* & R. *Schabbatai* tanquam diſtincti afferantur, pro uno ſint habendi.

4) פי׳ עַל עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים *comm. in Decalogum*, qui cum Lat. interpretatione ac difficiliorū vocabulorum & abbreviaturarum declaratione, opera *Seb. Munſteri Baſil.* an. 1527. & ib. cura *Seb. Lepusculi* 1559. 8. prodiit. Hebr. & Lat. edidit eundem *Jo. Mercerus* Pariſ. 1568. 4. Hebraice tantum prodiit *Pariſ.* 1566. 4. ש״י appellat עשרת הדברות & ait *Cremonæ* prodiiſſe in 4. *Joannis Valliſoletani* Chriſtiani ex Judæis converſi declarationem in hanc Decalogi explicationem memorat *Fortalitium Fidei* lib. 2. conſid. 4. arg. 5. p. 118.

Comm. in *Jeſaiam* & duodecim Prophetas minores ab ipſo auctore emendatos & auctos MSS. habuit *Andr. Maſius*, quod apparet ex Indice

Digitized by Google

Scriptorum Hebr. commentario ejus in Ioſuam ſubjuncto. Sic & *Guiliel-mus Anslarius* commentt. eosdem a *Ioſeph* fil. *Iacob* in inſula Rhodo an. 1156. ex Aben Eſræ dictantis ore deſcriptos in 4. habuit, ut patet ex Catalogo Bibliothecæ ejus p. 36. ubi ſimul monetur, librarium iſtum in calce comment. in Prophetas Minores dicere, Aben Eſram ſibi addenda quædam dictaſſe. Eodem Codice comm. in Jobum, Pſalmos & quinque Megilloth itidem partim ex autographo partim dictantis ore exſcriptus continetur. Videri poterat idem Codex cum Maſiano illo, niſi iſte hoc eſſet plenior. Pro antiquiſſimo ceteroquin habendum eſſe, niſi fallat librarii admonitio, ex temporis ratione apparet. Eodem enim anno, qvo librarius eum ſe ſcripſiſſe teſtatur, ipſe Aben Eſra commentarium ſuum in Danielem abſolviſſe ſe memorat in calce illius ſui commentarii.

6) Comm. ejus in *Hoſeam*, *Joelem*, *Amoſum*, *Obadiam* & *Ionam* cum Targum & comm. *Raſchii* ac *Kimchii* ex officina Rob. Stephani *Pariſ.* 1556. 4. In *Hoſeam* hebr. & Chald. cum duplicii verſ. Lat. & trium dictorum Rabbinorum commentariis, ac ſubjunctis *Guil. Coddæi* animadverſionibus *Lugd. Bat.* 1621. 4. Verſio Lat. Rabbinicorum commentt. eſt *Io. Merceri*, & ſingulorum illorum vitæ ex deſcriptione *Arn. Pontaci* præmiſſæ ſunt. In notis Coddæi interdum loca qvædam Rabbinorum emendantur & verſio, ſed raro, corrigitur. Eam edit. manu Viri docti notatam habuit *Guil. Anslarius*, ceu ex Catalogo Bibliothecæ ejus patet. Denique V. C. *Herm. von der Hardt* eundem Prophetam cum illa Rabbinorum triga & Ionathanis verſ. ſecundum edit. Pariſienſem, comparatis tamen editionibus Bibliorum Rabbinic. recudi, ſed ſine verſione, emendate curavit *Helmſtad.* 1702. 4. Idem in præf. verſionem Latinam ſperare de ſe juſſit, qvæ tamen hucdum lucem non vidit. Quod ad Latinam, quam diximus, *Merceri* verſionem ſpectat, lucem ea vidit, curante poſt mortem ejus *Petro Cevallerio*, qui præfationem præmiſit, *Genev.* in fol. eo ſcilicet volumine, quod Merceri commentarios in quinque priores minores Prophetas h. e. *Hoſeam*, *Ioëlem*, *Amoſum*, *Obad. & Ionam* complectitur, in quibus integræ Rabbinorum illorum trium notæ Latine converſæ conſpiciuntur. Ceterum verſio illa adeo ſe non probavit eruditis, ut a quodam potius ejus diſcipulo quam ab Ipſo profectam putarint, quemadmodum *Herm. von der Hardt* in præf. ad editionem ſuam modo laudatam ait, eam nec eruditionem & peritiam Rabbinicam Merceri, q) nec ſtylum referre, inſcitam præterea & a mente Rabbinorum alienam eſſe.

Ioël

q) Merceri alioquin in interpretando peritiam laudavit idoneus exiſtimator, *Pet. Dan. Huetius*

Digitized by Google

Ioël cum annott. & verſ. Lat. eorundem Rabbinorum atque adeo & Aben Eſræ cura *Gilb. Genebrardi* Pariſ. 1563. 4. iterumque una cum *Obadia* per *Io. Leusdenum* Ultrajecti 1657. 8. lucem vidit.

Amos commentario ejus illuſtratus ſeorſim prodiit cum ep. *Elia Levitæ* ad Munſterum Baſil. 1531. 8. item in *Ioëlem* & *Malachiam* ib. 1530. 8. Vide Neandri Erotemata L. Hebr. p. 432.

Obadias, *Ionas* & *Sophonias* cum Chald. Paraphraſi & iisdem Rabbin. commentt. hebr. & Lat. per *Arnoldum Pontacum*, quem *Imbonatus* p. 8. Biblioth. Lat. Hebr. & in Indice p. 501. mendoſe vocat *Pontanum Pariſ.* 1566. 4. Idem hic in epiſtola ad G. Genebrardum, quæ exſtat in ejus Chronographia: *Adjiciam*, inquit, *meos ex Hebræo commentarios Rabbinicos e Sal. Iarchii, Aben Eſræ & Dav. Kimchii in novem minores Prophetas converſiones.* De *Obadia* Leusdenii dictum eſt paulo ante.

Obadias Hebr. & Chald. cum Maſora magna & parva, ac tribus Rabbinis laudatis Jen. 1678. 8. ſine verſione Latina, non commemorato Editore. Idem Propheta Hebr. Chald. Syriace & Arab. cum comm. iisdem addita verſ. Lat. & notis in fine annexis, ſub titulo *Speciminis Philologici* a *Ludov. Mich. Crocio* Brem. 1673. 4.

Ionas illuſtratus per paraphraſin Chald. Maſoram & tres illos Rabbinos, qvorum contextus vocalibus inſtructus eſt, una cum Michlal Jophi non punctato cura *Io. Leusdeni Ultraj.* 1656. & 1692. 8. quæ poſterior editio non habet præfationem longam in priori exſtantem.

Nahum Latine cura *Georg. Stenhagens* Upſal. 1705. 8.

Habacuc Latine per *Dan. Lundium* ibidem 1708. 8.

Zephanias ejusdem opera Latine ibid. 1706. 8.

Haggæus Lat. ſtudio V. C. *Io. Georgii Abichtii* in Selectis Rabbinico-Philologicis Lipſ. 1705. 4. cum notis quibusdam. Et ex alia laudati *Lundii* verſione Lat. notis illuſtrata, quæ ſingulari diſputat. *Upſal.* 1706. 8. prodiit.

Comment. in *decem primos Pſalmos* Hebr. & Latine per *Paulum Fagium* curatum eſſe *Iſnæ* 1544. fol. didici ex *Mich. Neandri* Catalogo librorum Erotematibus L. Hebr. p. 432. ſubjuncto, ubi itidem, neſcio quam recte, ejusdem cura illius comm. in Pſalterium 1543. fol. editus dicitur.

Comm. ejus in *Pſalmum* XIX. cum comm. *Kimchii* & *Raſchii* Hebr. & Lat. ex verſ. *Simeonis de Muis* Pariſ. 1620. 8. qui etiam in commentariis ſuis

 in

de Claris Interprett. p. 234. ubi ſpeciatim ejus ſolicitudinem remetiendorum pari numero cum ſententiæ integritate verborum laudari ait.

Digitized by Google

in Pſalmos cum hujus tum aliorum Rabbinorum ſententias ſtudioſe recenſet, quod itidem fecit *Io. Viccarſius* in Decaplis ſuis.

In *Proverbia* & noſtri hujus & *Raſchii* ac *Gerſonidæ* commentarii per *Anton. Giggæum Mediolani* 1620. 4. ubi tamen ex commentario Gerſonidæ quædam omiſſa ſunt.

In *Canticum Canticorum* cum commentt. duorum aliorum Hebr. Lat. per *Gilb. Genebrardum* Pariſ. 1570. 4. & 1585. 8.

Comm. in *quinque Megilloth* CPoli editum ſeorſim refert Bartoloccius, ſine anno notato.

Comm. in *Canticum* MS. exſtat inter Codd. Warnerianos in B. Lugd. Bat. vide Catalogum p. 285. n. 23. ex illo locum affert V. C. *Io. Meyerus* in notis ad *Seder Olam* p. 329.

Comm. in *Eſther* MS. in B. Bodlejana n. 1540. & Lat. verſus a *Franc. Tayloro* MS. ibidem n. 803.

Comm. in *Threnos* Lat. una cum commentario *Iarchii* in eundem librum a *Franc. Taylero*. Lond. 1615.

THEOLOGICA.

1) אִגֶּרֶת הַשַּׁבָּת *epiſtola Sabbati* rhythmica, quam Sabbatum noſtro ſomni anti miſiſſe fingitur, eumque docuiſſe, veſperam Sabbati non ſubſequentem ſed antecedentem Sabbatum celebrandam eſſe. Hanc Londini ab eo exaratam eſſe teſtatur *Salomo ben Virga* in Scheveth Jehuda p. 140. verſ. Lat. qui tamen perperam id factum ſcribit A. M. 5020. i. e. C. 260. (in ipſius epiſtolæ limine rectius conſtituitur an. 4919.) quo Aben Eſram ex dictis jam obiiſſe perſpicitur. Prodiit illa primum cum *Schulchan Aruch* ex R. *Iſaaci Loria* ſcriptis excerpto, & Francof. ad Viadrum 1691. 8. edito. Deinde vero *Amſtelod.* 469. C. 1709. 16. recuſo.

2) חַי בֶּן מְקִיץ *vivat filius expergefactus*; per rhythmos diſſerit de anima, præmio item & pœna MS. in Vatic. 4. cui Bartoloc. jungi ait alium librum עַל מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם *de regno cælorum*, ubi capp. 8. de vita æterna agatur. Non tamen puto poſteriorem hunc eſſe Aben Eſræ.

3) יְסוֹד מוֹרָא *fundamentum timoris*, liber argumenti Theologici in duodecim capita diſtributus, quibus de præceptis Judæorum, variiſque ſcientiarum generibus, ſuo ordine tractandis, agitur, ſtudiumque Sacri Codicis ſcripti Gemaræ præmittendum ſuadetur, teſte R. Schabtai in ש״ש.

Unde

Unde forte liberalius pronunciaſſe videri poteſt *Rich. Simon*, quando in Hiſtoria Critica V. T. lib. I. c. 24. p. 123. ſcopum hujus libri eum eſſe affirmat, *ut legem oralem ſive traditionem commendet. Unde*, ita pergit, *ab initio de ceteris ſcientiis contentim loquitur, unam laudans Theologiam, unam omnibus præferens, traditione, ut putabat, fundatam.* In Maſoræ quoque contemtum eum quædam ſcripſiſſe in eodem libro *Io. Morinus* in Exercitt. Biblic. affirmat, qvod tamen non ſimpliciter, ſed habito ad ſtudium Talmudicum reſpectu factum eſſe Simonius l. c. profitetur. Ex hoc apparet, falli omnino *Bartoloccium*, &, qui eum ſecutus eſt, V. C. *Iac. Basnage* Tom. V. Hiſtor. Jud. p. 2009, quando T. I. p. 30. hunc librum Grammaticum eſſe ait, quem Jo. Buxtorf. fil. hebr. & Lat. ediderit. Neque enim eſt ullo modo Grammaticus, neque latine unquam prodiit, quamvis etiam R. Schabtai in appendice ad ש״י tit. יסוד מורא idem, procul dubio Bartoloccii exemplo, affirmet. Deinde Bartoloccius ſuo loco ſub litera י eundem librum iterum recenſet, tanquam ab hoc diſtinctum & ab Anonymo profectum, qui exponat de capitibus fidei & de præceptis rebusque Philoſophicis &c. qui error ex eo natus eſt, quod, cum *Buxtorfius* filius in appendice ad B. Rabb. p. 447. recte ex Legeri indicio monuiſſet, librum hunc, qvem Pater antea Grammaticum dixerat, pro Theologico habendum eſſe, Bartoloccius ex uno hoc duos diſtincti argumenti exſculpſit. Prodiit *CPoli* an. *290.* C. 1530. & *Venet.* 326. 8. C. 1566. vel potius 12. MS. qvoqve eſt in Vatic. & in Bibl. Oratorii Pariſ. quo Codice & *Io. Morinus* & *Rich. Simonius* uſos ſe eſſe teſtantur, ille qvidem l. c. hic in Catalogo Scriptorum Hiſtoriæ Crit. V. T. annexo, ubi parvum eundemque rarum eſſe librum monet. Commentarium R. *Mardochai* fil. R. *Eliezeris Comtino* MStum in hunc Aben Eſræ librum in Bibl. Regis Chriſtianiſſ. in 4. n. 208. exſtare & a ſe evolutum eſſe ſcribit B. *Gabr. Groddeckius* in Theatro Placciano p. *697.* Eundem in Vatic. n. 104. 4. deprehendi teſtis eſt Bartolocc. ſub nomine *Mardochai ben Elieſeris Bomtino* (ita enim ſcriptorem mendoſe appellat) Ceterum Spizelius in ſpecim. B. Univerſ. poſt Hottinger. B. Or. p. 43. monet, librum hunc citari in lib. *Coſri* Orat. III. ſect. 32. (lege 31.) At ſi locum inſpexeris, deprehendes, non hunc, ſed alterum, ſcilicet librum מאונים non in libro Coſri ipſo, ſed in verſ. Buxtorfii, allegari. Ibidem dicitur citari ab ipſo *Aben Eſra* ad *Deut.* XX. 19. Ibi vero ſimpliciter appellatur liber יסוד, ut proinde fortaſſe is de alio ejus libro יסוד תורה accipi debeat. Adducitur inde obſervatio Grammatica.

4) ס׳ הַשֵּׁם liber *de nomine Tetragrammato* eidem tribuitur in ש״י in quem

quem commentarium ſcripſit *Schabbatai ben Malchiel* in lib. ארון הברית de qvo infra ſub hoc nomine dicemus.

GRAMMATICA.

1) סוד הַתְּמוּנַת הָאוֹתִיּוֹת h. e. *myſterium formæ literarum*, ubi de literis Hebr. Cabbaliſtice commentatur. MS. in Vatic. fol.

2) חִידָה עַל אוֹתִיּוֹת אה״וי *ænigma de literis quieſcentibus*, quod hebr. exſtat in limine Bibliorum Hebr. Rabbinicorum Bomberg & Buxtorf. ſeorſim vero cum verſione Lat. & explicatione prodiit cura R. *Davidis Coben de Lara* Lugd. Bat. 1658. 4. & hebr. ſolum ibidem eodem anno in 8.

3) מֹאזְנֵי הַלָּשׁוֹן *ſtatera* ſeu *bilances linguæ* ſive מֹאזְנֵי לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ ſive סֵפֶר מֹאזְנַיִם non *de ponderibus & menſuris* agit, ut *Plantavitius*, titulo deceptus n. 299. ſcribit, ſed Grammaticam Hebr. exhibet una cum R. *Moſ. Kimchii* libris Grammaticis editam *Veneriis* an. 306. C. 1546. 8. & ſecundum ש״י *Auguſtæ Vindel.* (אינשבורג) 281. C. 1521. Hunc, credo, librum innuit ipſe *Aben Eſra*, quando ad Geneſ. XI. 1. ait ſe in libro Grammatices cauſam dediſſe, cur deficiat ד in אחת. Eum intercidiſſe Schickardus cenſuit p. 175. Bechinath Happeruſchim.

4) שָׂפָה בְרוּרָה *labium purum* (ex *Zephaniæ* III. 9.) liber Grammaticus de literis ſervilibus præcipiens, *CPoli* 290. 8. teſte ש״י ed.

5) שְׂפַת יֶתֶר *labium excellentiæ* (ex *Prov.* XVII. 7.) Grammaticus liber, ab Ephodæo in calce Grammaticæ ſuæ laudatus.

6) פַּרְדֵּס חָכְמָה *paradiſus ſapientiæ* itidem ad hoc argumentum pertinet, & exſtat MS. in Vatic. 4.

7) צַחוּת הַלָּשׁוֹן *elegantia linguæ*, vel ſimpliciter ס׳ צַחוּת quo nomine appellat ש״י, *Venet.* 306. C. 1546. in ea Grammaticarum collectione legitur, qvæ cum aliis ejusdem מאזני הלשון exhibet. Exponit de rebus Grammaticis & ſtylo recte formando. Hunc librum ſub tit. צח שפתים innuiſſe videtur R. *Elias Levita*, ſub cujus nomine vide, quæ ſcribam.

8) עָרְמַת הַמְּזִמָּה *calliditas* ſeu *prudentia cogitationis*, agit inprimis de pronunciatione literarum, parvusque eſt, ſed elegans libellus, idemque MS. in Vatic. 4. Ab hoc non diſtinguendus videtur Bartoloccio alius liber, qui Aben Eſræ tribuitur ab *Hottingero* in Bibl. Orient. p. 52. ſub tit. עֲרוּגַת הַמְּזִמָּה h. e. *area cogitationis*, qui agat de anima, ſitque liber obſcuriſſimus.

Digitized by Google

mus, breviſſimus & eloquentiſſimus. Facile enim fieri potuiſſe cenſet, ut pro ערמת legerent ערוגת. Illius exemplo R. *Schabbatai* qvoqve ſub ערוגת in parentheſi alteram vocem ערמת exprimit, adeoqve non diſtinguendum hunc titulum cenſet. Forte huc pertinet *Pet. Paduani* translatio tract. Aben Eſræ *de cogitatione hominis* &c. quæ MS. recenſetur in Catal. MSS. B. Bodlej. n. 1762.

Quænam ſint illæ duæ Grammaticæ Hebr. Aben Eſræ, quæ in B. Bodlejana n. 5941. MSS. exſtare dicuntur, non exploratum habeo. Fortaſſe illi hic intelligendi ſunt libri, quos ſub tit. מאזנים & שפה ברורה commemoravimus.

PHILOSOPHICA.

1) בֵּית מִדּוֹת *domus morum*, liber moralis, qvi in libro ראשית חכמה p. 103. allegatur, & in ש"ר Aben Eſræ, ab aliis vero Anonymo tribuitur. Vide ſuo loco inter Anonymos hunc titulum.

2) ס' חִגָּיוֹן *Liber Logices* MS. in B. Vatic. 4.

3) שִׁיר עַל הַנְּשָׁמָה *Canticum de anima*, una cum ejus expoſitione, ubi de animabus hominum agitur, quæ quietis tempore, relicto corpore, adſcendant ad Deum, eidemqve de actionibus hominum referant, ac deinceps in corpus revertantur. MS. in B. Vatic. 4.

ASTROLOGICA & MATHEMATICA.

1) ס' מַאֲצְטַגְנִית Commentarius Aſtrologicus in libros VIII. diſtinctus, quorum I. inſcribitur רֵאשִׁית חָכְמָה *initium ſapientiæ* (ex *Prov.* IV. 7.) conſtans capitibus X. & apparatum ad ipſum opus complectens.

II. ס' הַטְּעָמִים *liber occaſionum* ſeu *rationum*, capp. X.

III. ס' מֵהַמּוֹלָדוֹת liber *de libertatibus*, ubi de eo an aſtra vim inferant libero hominis arbitrio: capp. XII.

IV. ס' מֵהַחוֹרִים שֵׁנִיִּים *liber ſecundarum libertatum*, capp. XII. de eodem fere argumento diſſerit.

V. ס' מִשְׁפְּטֵי הַכּוֹכָבִים *de judiciis* ſive *rationibus ſtellarum*.

VI. *De aſpectibus Lunæ*. VII. *De conjunctionibus luminarium & diebus Criticis*. VIII. De interrogationibus: altera parte Aſtrologiæ Judiciariæ. Hoc opus, quod non niſi ex verſione Lat. ſupereſſe putabat Illuſtris Huetius

 de

de Claris Interpret. p. 223. MS. in Vatic. 4. & in Vindob. n. 96. Neſſel. hebraice exſtat. Idem alia ratione repræſentatur in præfat. libri מנות הלבבות & ex ea in ש״י ita recenſetur, quod liber ראשית חכמה an 908. ſcriptus (forte *Arabice*) & ab *Aben Eſra* translatus ſit, qui illum præterea 5. libris explicarit, quorum I. dicatur מִשְׁפְּטֵי הַמַּזָּלוֹת qui eſt idem cum V. Bartolocciano: II. ס׳ הַמּוֹלָדוֹת de nativitatibus ſive genituris, qui forte reſpondet IV. Bartoloc. III. סֵפֶר הַטְּעָמִים *de rationibus*; is eſt II Bartoloc. IV. ש״ת *quæſtiones & reſponſiones*, comparandus cum VIII Bartoloc. V. ס׳ הַמִּבְחָרִים *de libertatibus*, qui eſt III Bartolocc. Addit ש״י ſe in alio libro legiſſe, opus illud abſolvi partibus octo & in Lat. ſermonem eſſe converſum. Ex poſteriori itaque hac recenſione intelligitur, librum *Reſchith chochma* non ipſius *Aben Eſræ* eſſe, ut auctoris, ſed ut Interpretis & commentatoris, quod ipſe quoqve Bartoloccius paulo poſt p. 40. monet, non memor, ſe paulo ante eum Aben Eſræ tanqvam auctori tribuiſſe. Præterea in eo qvoqve fallitur Bartoloc. quod p. 28. librum hunc *Abrahamo Judæo*, tanquam ab Aben Eſra diſtincto, tribuit. Schabbatæus recte dixit, qvod de Latina interpretatione r) memorat, modo id ex parte intelligas. Quæ enim ſub *Aben Are*, *Avenaræ*, (ſub qvo nomine Kircherus in Oedipo Tom. II. Parte II. p. 201. ſqq. & 359. ſq. Ægyptiorum Aſtrologiam ex Aven Eſra exponit) *Avenarii*, *Aven Eſra*, & *Abrahami Judæi* nominibus partim citantur ſubinde ab Aſtrologis, ac nominatim *Gaſſarello*, *Reuchlino* &c. partim edita circumferuntur, ea ex hoc opere

r) Reſpicit procul dubio verſionem quæ exſtat Latinam *Petri Aponenſis*, qui etiam *Conciliatoris* nomine appellatur ob librum, qvo veterum & recentium Medicorum placita inter ſe conciliavit. Huic interpretationi cum fontibus non ſemper convenire, & tractatus quosdam verſioni inſertos, quos fontes non agnoſcant, teſtatur *Jac. Gaſſarellus* in Curioſitatibus Inauditis p. 218. ed. Lat. Genuinos eſſe ait. 1) *Initium Sapientiæ*, qui liber *Introductorium* vocatur ab Interprete. 2) *Librum Rationum*: ſequi deinde *librum interrogationum*, *luminarium*, & *cognitionem diei Critici*, tum *de mundo* vel *ſeculo*, qui ab Interprete vocetur liber cognitionum planetarum & revolutionum annorum mundi, in quibus multa repetantur, quæ alibi ſint tractata. Qui ſequantur tractatus, nempe *lib. nativitatum* & revolutionum earum, item *librum Electionum* apud Rabbinum non inveniri, uti nec multa alia, quæ congeſſerit in librum inſcriptum: *Tractatus inſuper particulares ejusdem Abrahæ, in quibus tractatur de ſignificationibus planetarum in duodecim domibus*. Ex his apparet, Gaſſarellum Codicem Hebr. minus plenum habuiſſe, cum illi, quos in eo deſiderari ait, tractatus revera in recenſione, a ש״י facta, occurrant. Cum recenſione ש״י prorſus conſpirat R. Zadok ben Aſcher in præf. ad חובת הלבבות edit. Sulsbacenſ. ubi etiam monet, ſe opus illud amplo comment. expoſuiſſe.

Digitized by

opere tanquam fonte deducta ſunt. Ita liber *de Nativitatibus* ſive *genituris* ſub nomine *Abrahami Judæi* Lat. exſtat in B. Bodlej. n. 2492. & inter Digbæanos Codd. Hebr. Lat. n. 48. *hebraice* vero in Vindobon. vide Neſſelii Catalogum n. 67. & in Lugdunenſi Batavorum, inter Codd. Hebr. Scaligeri: vide Catalogum p. 277. Citaturque paſſim, v. c. a *Jo. Pico Mirandulano* p. 457. Opp. lib. IX. c. 11. contra Aſtrologos, ut & a *Menaſſe ben Iſraël* p. 13. de termino vitæ. *Lud. de Angulo* Hiſp. ex Catalonico in Lat. ſermonem convertit hunc librum, qvi MS. exſtat in Cod. Reg. 1805. teſte Labbeo in Bibl. Nov. MSS. *Lucæ Gaurici* in eundem annotationes & caſtigatt. *Rom.* 1545. prodierunt. Ipſe liber *de nativitatibus* prodiit lat. *Venet.* 1485. 4. & *Colon.* 1537. Nec dubitare debebat Bartoloc. eum ad noſtrum eſſe referendum, adeoque non tribuendum Abrahamo cuidam Judæo, qvod fecit p. 29.

2) Ejusdem ס׳ הַמְּאוֹרוֹת ſive *de luminaribus & diebus Criticis* Hebr. in Bibl. Leidenſi inter Scaligeri Codd. loco modo citato. Latine *Lugduni* 1496. 4. (v. *Beughemii* Incunabula Typographiæ p. 2.) recuſus ibid. 1508. 8. & *Romæ* 1544. 4. Tum recognitus a *Mich. Angelo Blondo* in libro ejus de diebus Criticis *Lugduni* 1550. nec non Francofurti 1614. 12. utrobique cum *Jo. Ganiveti Amico Medicorum*, de quo præter Imbonatum p. 104. Biblioth. Lat. Hebr. vide *Ant. van der Linden* p. 349. Biblioth. Medic. Tract. de planetarum conjunctionibus & annorum revolutionibus, MS. lat. exſtat in Bodlej. n. 1715. & 1813.

3) סֵפֶר הַתִּשְׁבּוֹרֶת *liber de Geometria & Algebra*, quem Bartoloccius tanquam MS. in B. Vatic. 4. bis memorat, ſemel eum *Abrahamo Judæo* cuidam, p. 28. deinde vero noſtro tribuens ſuo loco, ad quem tutiſſime referri exiſtimaverim.

4) סֵפֶר הָאֶחָד *liber unius*, h. e. de virtute numerorum ab uno ad decem, MS. teſte Bartoloccio, qui ab eo diſtinguit

5) סֵפֶר הַמִּסְפָּר *Arithmeticam* ejusdem, itidem MS. quamvis ש״י forte rectius utrumque librum pro eodem habeat. Id certum puto, quod liber יְסוֹד מִסְפָּר i. e. *fundamentum numerorum* ſ. Arithmetica, qui MS. hebr. inter Pocockianos recenſetur in Catalogo Bibl. Bodlej. num. 5395. ab eo, qvem modo recenſuimus, non ſit diſtinguendus.

6) Aſtronomiam Aben Eſræ MS. editurus ex Codice Digbæano Latino, & alio Seldeniano ſed *χολύβρω* erat *Eduardus Bernardus* Tomo VIII. Synopſeos

Digitized by Google

Synopſeos veterum Mathematicorum, quam is parabat. Vide recenſionem illius Synopſeos in Vita Bernardi a *Thoma Smitho* ſcripta p. 20. Ibi ſcriptum hoc *eximii operis* titulo inſignitur. Equidem non dubito, binos illos Codices, quibus uſurus erat Bernardus, eos eſſe, qui in Catalogo MSS. B. Bodlej. n. 1641. ſub nomine *Abrahami Judæi*, qui floruerit A. C. 1100. & n. 508. recenſentur. Ex deſignatione temporis, in Codice Digbæano modo laudato facta, non præter rem colligas, Aſtronomiam hanc non noſtro, ſed potius *Abrahamo ben Chija*, cui itidem, qvod ſupra ſub ejus nomine eſt admonitum, Opus Aſtronomicum tribuitur, acceptum eſſe ferendum, cum Aben Eſra A. C. 1100. vixerit quidem, ſed floruiſſe aut ſcripſiſſe quicquam dici vix poſſit. Sed hæc vix confici poſſe puto, niſi liber ipſe inſpiciatur, vereorqve vehementer, ne Aben Eſra cum illo *Abrahamo ben Chija* aliquoties confundatur, cum æquales fere fuerint, & in ſtudiis Aſtrologicis non tralatitie verſati. Si noſtri ſit illa Aſtronomia, non putem alia ibi deprehendi, quam quæ in vaſto illo opere, *Reſchith chochma*, de qvo modo diximus, comprehenduntur.

7) Liber *de mundo* contra *Abumaſjarem*, ſcriptorem Arabem MS. in Bibl. Lugdunenſi inter Codd. Scaligeri: vide Catalogum p. 277. n. 13. Videri hic poterat idem, qvem R. *Schabtai* in ש״י vocat סֵפֶר שָׁמַיִם וְהָעוֹלָם i. e. *de cælo & mundo*, eumqve Aben Eſræ tribuit & MS. in Biblioth. Vindobonenſi latere teſtatur. Dum autem video in Catalogo B. Bodlejanæ n. 5396. laudari hujus tituli librum hebr. MS. ſub nomine *Salomonis ben Moſe*, ſicut & Bartoloccius Tomo IV. ſub hujus *Salomonis* nomine teſtatur, eum hunc librum ex Arabico *Mutza Aben Tſena* i. e. Avicennæ Hebraice convertiſſe; deprehendo librum iſtum a noſtro diſtinguendum eſſe, præcipue cum in Catalogo B. Vindob. Neſſeliano n. 96. diſerte liber *de cælo & Mundo* MS. ſub Avicennæ nomine memoratur: unde patet, ש״י hic librum illum præter rationem Aben Eſræ tribuiſſe, qui eſt Avicennæ. Aben Eſra tamen ſcripſit librum cui ſimilis fere eſt titulus: nam in Catalogo Bibl. Medic. Pluteo II. n. 42. ejus שַׁעַר הַשָּׁמַיִם h. e. *porta cæli*, tanquam tractatus Aſtronomicus, MS. cum duplici explicatione Hebr. laudatur.

8) liber Aſtronomicus *de annis embolimais* hebr. MS. in B. Bodlej. n. 3728.

9) סֵפֶר גּוֹרָלוֹת *liber de ſortibus* h. e. de Aſtrologia Iudiciaria MS. noſtro tribuitur in ש״י.

Ceterum *Jo. Picus Mirandulanus* ſcripta Aben Eſræ Aſtrologica paſſim citat in libris contra Aſtrologos. Sic p. 294. Opp. teſtatur, *Petrum Allia-*

Digitized by Google

Alliacenſem ex eo & *Rogerii Baconis* ac *Henrici Maclivienſis Albumaſariique* ſcriptis Elucidarium ſuum deſcripſiſſe. Idem. p. 296. de diſſenſione ejus ab Albumaſure monet, ac libro III. c. 7. contra eum diſputat, quamvis *in Aſtrologica profeſſione magnum* eſſe non diffiteatur. Porro lib. 10. c. 5. p. 466. allegat ejus lib. I. & II. Rationum & p. 468. lib. tertium. Adde p. 443. 439 & 408. Ejusdem librum ſextum *de revolutionibus* laudat is lib. IX. c. 9. p. 455. & alium *ſuper opere tabularum* p. 454. *Aben Eſræ* methodum Aſtrologiæ rationalem, præ reliquis celebrem, acceptam ferri tanquam inventori vel Interpreti teſtatur B. Ægidius Strauchius p. 11. Aphoriſmorum Aſtrologicorum. In *Nic. Antonii* Bibl. Hiſp. Vet. Tom. II. p. 234. b. refertur, in Bibl. *Caſparis de Guzman* fuiſſe *Abrahami Aben Zoharo* librum de judicio ex aſtris, qui ibi perperam tribuitur Scriptori Arabi *Aben Zohar*, cum procul dubio *Aben Eſra*, cujus nomen varie effertur, adſcribendus veniat.

VARIA.

חֲרוּזִים עַל שְׂחוֹק שָׂה מָת h. e. *rhythmicum carmen ſuper ludum Scacchicum* ſub Aben Eſræ nomine edidit *Th. Hyde* hebr. cum vocalibus & Lat. verſ. quod primum *Oxon.* 1694. 8. cum hiſtoria Scacchiludii, deinde vero ſeorſim cum aliis quibusdam ſcriptis hebraicis huc pertinentibus prodiit ibidem an. 1702. 8. Eidem in libro כור מרע G. 2. ed. *Witteberg.* 1665. tribuitur carmen quoddam contra luſum, quamvis id præter rem fieri alter colloquentium affirmet, qui monet etiam ad *Kimchium*, ſed falſo, referri.

Gilb. Genebrardus p. 219. Chronologiæ ſuæ illi tribuit *Kalendarium Hebraicum*.

Quædam precum formulæ eidem tribuuntur in *Machſor* Hiſpanico, v. c. ea, quæ tempore matutino a Judæis recitatur & legitur p. 3. ed. Venetæ 1656. 8.

Eidem librum תַּרְשִׁישׁ, qui tot numero verſus complectatur, quot iſtius vocis literæ conficiunt, tribuit B. *Theophilus Spizelius* in Specimine Biblioth. Univerſalis, minus quidem recte: hunc enim librum ad *Moſen Aben Eſram* pertinere teſtis eſt R. *Schabtai* in ש״ש.

Notum eſt quoddam Aben Eſræ Strategema, quo aliquando in navi, procelloſo turbine agitata ita uſus eſt, ut, cum pars vectorum in mare

L 3 ejicien-

s) Simile exemplum ex commentario quodam Arabico in carmen *Tograi* affert *Jo. Walliſius* Tomo I. Opp. p. 160. ſqq. quod ipſum reperit *Thom. Hyde* prolegomenis ad Hiſtoriam Scacchiludii fol. d. atque hinc *Tenzelius* in Biblioth. Curioſa anni 1704. p. 552. ubi & aliud ex *Vulpii* Chronico Martisburg. c. XXII. p. 217. ſq. recenſetur.

Digitized by Google

ejicienda eſſet per ſortem, ſortitio hæc ita inſtitueretur, ut leves & improbi homines omnes projicerentur, relictis probis. Refertur res in Eliæ Levitæ libro הרכבה ſub finem, R. *Moſis* fil. *Chaviv* מרפא לשון, *Schwenteri* Deliciis Mathemat. p.79. & in calce libri סור מרע *Witteb.* an. 1665. ed. ubi in relatione ipſa provocatur ad זכרון מעשים אשר עשה הרא״בע i. e. *hiſtoria rerum geſtarum Aben Eſra.*

Plura de Aben Eſra legi poſſunt in *Juchaſin* p. 130. b. & 163. in *Schalſcheleth* p. 41. ſqq. ubi ſingularia quædam vitæ ejus referuntur. Adde ex recentioribus Scriptoribus *Wilh. Schickardum* p. 173. ſq. Bechinat Happeruſchim, *Richardum Simonium* in Hiſtor. Critica V. T. *Io. Leusdenium* in Philologo Hebræo mixto p. 124. ſq. *Io. Henr. Hottingerum* in Hiſtor. Eccleſ. Tom. III. c. 12. p. 261. *Chriſtoph. Hendreichium* in Pandectis & *Iac. Basnagium* in Hiſtoria Judaica Tom. V. p. 1609. ſq. In *Nic. Antonii* Bibliotheca Hiſpanica, quam de eo conferri jubet *Hendreichius* in Pandectis, fruſtra de noſtro quæras, non, quod eum pro Hiſpano non habuerit, ſed qvod Judæorum Scriptorum commemorationem Bibliothecæ Hiſpano Rabbinicæ, ſeorſim inſtruendæ, reſervarit, ceu ipſe profitetur Tomo II. Biblioth. Hiſp. Vet. p. 2. b. & p. 19. Nullos enim Judæos in hoc opere recenſet, præter eos, qui CHRISTI ſacris nomen dederunt. Vitæ ejus & ſcriptorum hiſtoria ex Bartoloccio repetita eſt ab eruditiſſimo *Adriano Relando* in Analectis Rabbinicis p. 59. ſqq.

III. ר׳ אברהם מהזהר R. ABRAHAM MEHAHAR ſcripſit comment. in Gemaram, teſte *Schalſcheleth* p. 59. a. l. 5. vixit Sæculo XIV. poſt C. N. ש״י vocat מהזהר ubi pro ד ſcribendum eſt ר. Idem eſt cum R. *Abrahamo* עַקְרָא de qvo ſuo loco.

III. ר׳ אברהם מורון R. ABRAHAM MORON, Smyrnenſis incola, concionator eximius, ſcripſit

מְנוֹרַת הַמָּאוֹר *candelabrum lucis* (ex *Exod.* XXXV. 14.) in lucernas ſeptem diſtinctum, quibus, tanquam totidem tractatibus varia Scripturæ loca illuſtrat. MS. teſte ש״י qui libri notitiam debere videtur Bartoloccio in Append. ad Tom. I. p. 829. qui id ex *Raphaele Dies* Doctore Medico Iudæo audiviſſe ſcait.

ר׳ אברהם מוסאפייא R. ABRAHAM MUSAPHIA ſcr.

Digitized by Google

ערוך h. e. *ordinatum*, i. e. annotationes & indices locorum Talmudicorum, quæ in *Schulchan Aruch*, libro *Beth Ioſeph* paſſim adducuntur. Ita Bartolocc. l. c. qui addit, eundem ex ligno perpolito & auro tecto effinxiſſe ſtructuram templi Hieroſolymitani, quæ in ædibus ejus Amſtelodami inſpici poſſit. Vide tu infra *Benjamin Muſaphia*, ubi apparebit, hunc eſſe ſcripti commemorati auctorem.

ר׳ אברהם אבן מיגש R. ABRAHAM ABEN 113.

MEGAS Hiſpanus, quem ש״י vocat מגעש & *Io. Morinus* in Exercitt. Biblicis p. 245. mendoſe *Abrab. ben Bigas*, ex poſteris *Ioſephi ben Meir Levi ben Megas*, quem Maimonides habuit præceptorem.

1) כְּבוֹד אֱלֹהִים *gloria Dei Ezech.* IX. 3. h. e. conciones in Pentat. *CPoli* ed.

2) עֵמֶק הַשִּׂדִּים *vallis Siddim* (ex *Gen.* XIV. 3.) MS. a Buxtorfio & & hinc a Bartoloc, & ש״י ſine ampliori notitia memoratum.

ר׳ אברהם בר מימון R. ABRAHAM fil. R. *Moſis* 114.

Maimonidæ, floruit tempore *Nachmanidæ* an. 4970. C. 1210. teſte R. *Dav. Ganz* ad hunc annum, qui eum vocat חכם וחסיד גדול h. e. *Sapientem, & maxime pium*, monetque ſcripſiſſe.

1) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת quæſtiones & reſponſiones. Epiſtola ejus una reſponſ. ad qvv. a *R. Ioſ. fil. R. Gerſon* propoſitas legitur inter epp. ad Maimonidem ſcriptas, & in Buxtorf. Inſtit. Epiſtolari.

2) מַעֲשֶׂה שֶׁל יְרוּשַׁלְמִי *hiſtoria Viri Hieroſolymitani*, ex Arab. L. hebr. translata, qua docetur, ſedulo ſervandam eſſe jurisjurandi religionem, more apologi de Viro quodam, qui ob violatam, quam jurejurando confirmaverat Parenti, fidem, variis calamitatibus vexatus, tandemque a Dæmone exſtinctus eſſe fertur. Prodiit ſcriptum *CPoli & Venet.* cum דִּבְרֵי הַיָּמִים שֶׁל מֹשֶׁה de quo ſuo loco dicemus. ש״י, ubi mendoſe vocatur בן מימן, editum recte monet una cum hiſtoria R. *Boſthenai*, *Veronæ* 407. C. 1647. & *Amſtelod.* 8. Præterea idem ſcriptum hebr. cum verſione Lat. *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* in *Exercitationibus varii argumenti*, *Altorf.* 1687. 4. num. VI. exhibuit cum præfat. ex qua intelliges, libellum MS. ad eum perveniſſe Septæ ab Africanis Judæis. Cumqve is non meminerit editionis

Digitized by Google

nis illius, veri videtur ſimile, pro inedito habitum ab ipſo fuiſſe. Ceterum terſam facilemque dictionem Scriptoris nemo non cum Wagenſeilio laudarit.

3) Commentarium Arabicum in Legem Moſis, qui MS. in B. Bodlej. n. 6371. inter Codd. Huntingtonian. ſub ejus nomine recenſetur, ad noſtrum hunc referendum eſſe non dubito: ſicut idem ſtatuo de alio itidem Arabico.

4) *De virtutibus & vitiis*, qui ibidem n. 6051. memoratur.

115. ר׳ אברהם מנחם פורטו R. ABRAHAM MENACHEM PORTO Sacerdos, Germanus, fil. R. *Iac. Cohen Medici de Porto*

מִנְחָה בְּלוּלָה *munus miſtum* (ex *Levit*. I. 26. & IX. 4.) i. e. comment. in Pentateuchum, ed. *Veron*. 354. C. 1574. 4. Plantavit. n. 370. vocat R. *Menachem ben Iacob Porto*.

116. אברהם בן מרדכי אזולאי ABRAHAM fil. MORDECHAI ASULAI patriam habuit פאס Colchidos ſive Mengreliæ urbem, quæ Latinis *Phaſis*, Italis *Fazzo* dicitur, qua vaſtata *Kirjath Arbam* ſive Hebronem hinc an. 379. C. 1619. *Hieroſolymam*, iterumqve in viciniam Hebronis conceſſit. Scr.

1) זָהֳרֵי חַמָּה *ſplendores Solis* i. e. comment. in librum Zohar usq; ad Paraſcham *Schemoth*, quousque eum deductum & *Venet*. 410. 4. C. 1650. editum teſtatur ש״ר qvi addit, eſſe partem libri אור הַחַמָּה *lux Solis*. Bartoloccius ait eſſe epitomen commentariorum, qvos *Abraham Galante* in librum *Sohar* ſcripſerit. Conf. ſupra *Abrah. Galante*. Ceterum ex hoc noſtri libro tres tractatus initiales libri *Zohar*, qui in Tomo II. *Cabbala Denudatæ* exſtant Parte II. paſſim illuſtrati ibidem leguntur.

2) חֶסֶד לְאַבְרָהָם *benignitas Abrahami* (ex *Mich*. VII. 20.) qui omnia fidei Judaicæ capita Cabbaliſtice inprimis exemplo Sohar exponit, libro toto in ſeptem fontes, eosqve ſingulos ſuis titulis inſcriptos, diſtincto, cujus I. vocatur עין כל *fons omnium* (ex *Exod*. X. 15.) agitque de Dei providentia & præſentia gratioſa II. עין הקורא *fons invocantis* (ex *Iud*. XV. 19.) de ſtructura cœli & terræ, divinæ legis ratione & præſtantia, ſtudio ejus nocturno, & futura renovatione &c. Illum tanquam MS. recenſet ש״ר. Nunc vero opera Viri Jll. Chriſtiani de Roſenroth, cujus is in præf. ad To-

Digitized by Google

Tomum II. Cabbalæ denudatæ p. 16. meminerat, prodiit *Sulsbaci* 445. C. 1685. recuſ. *Amſtelod.* eodem anno 4. apud *Imman. Athiam.* In præfatione auctor de vita ſua fuſe commentatur, quæ inde repetita vide in Actis Eruditorum Lipſienſ. 1687. p. 88. ſqq. unde etiam hujus ſcripti rationem plenius cognoſces. Pleraqve illius libri momenta ex R. *Iſaaco Luria*, vel *Moſe Corduero*, vel MSS. libris Cabbaliſt. hauſta ſunt, quos ipſe in calce ſingulorum capitum recenſere ſolet. ש״י ejus ut MS. meminit, librumque præſtantiſſimum vocat.

3) כְּנַף רְנָנִים *ala pavonum*, ex *Jobi* XXXIX. 13. eſt compendium libri כוונות R. *Iſaac Luria*, qvod allegatur in præf. ad זאת חקת התורה.

4) קִרְיַת אַרְבַּע ex Gen. XXIII. 2. tanquam explicatio libri Sohar laudatur in ש״י. Libro procul dubio hunc titulum fecit, quod ipſe urbem Hebron, quæ alias *Kirjath Arba* dicitur, habitavit. Ipſe hujus libri a ſe conſcripti meminit in præfat. ad librum חסד לאברהם.

ר׳ אברהם בן מרדכי פריצול R. ABRAHAM fil. *Mardochai* PERIZOL 117.

(vel rectius פְּרִיצוֹל aut פְּרִיסוֹל quomodo & Bartoloccius vocat,) ab umbella manuaria ardorem ſolis amoliente, voce Italica, ut monuit *Hydius* præf. ad librum Perizolii, ſicut & R. Aſarias in Meor Enajim p. 91. b. vocat פריצולה, vocatus, *Avenionenſis*, non *Ferrariæ* natus, C. 1525. ut ex cap. XIV. libri *Orchoth Olam* præter rem colligit *Bartoloccius*. t) Scripſit

1) אִגֶּרֶת אָרְחוֹת עוֹלָם h. e. *epiſtolam*, quæ inſcribitur *Itinera* ſ. *Semitæ mundi* ex Jobi XXII. 15. in qua de tribus mundi partibus, inſulis remotis, Sabbatione aliisque, qvos Judæi habitant locis, itemqve horto Eden 30. capitibus diſſerit. Prod. ſecundum ש״י *Ferrar.* u) 285. C. 1525. (pro qva in Theatro Placciano p. 680. male legitur *Veronenſis*) & *Venet.* 347. 8. C. 1587. *Veneta* tamen editio tam raro obvia eſt, ut V. C. *Thomas Hyde*, cum librum

t) In capite, qvod citat Bartoloccius, ne mentionem quidem urbis *Ferraræ* fieri video, tantum abeſt, ut pro patria noſtri vindicetur, quæ certe non fuit, cum ipſe *Perizol* p. 1. præfationis ſe appellet אברהם פריצול בן מרדכי מאבינין גר פירארא h. e. *Abraham Perizol f. Mardochai*, *Avenionenſem commorantem Ferraræ*.

u) Editio illa *Ferrarienſis* fruſtra quæritur, & inde conficta eſt, quia Perizol p. 195. ed. Oxon. teſtatur, ſe an. 285. menſe *Chesvan* librum ſuum *Ferraræ* ſcribere cœpiſſe, abſolviſſe autem menſe Caslev in Novilunio. Hinc vero non ſequitur, ibidem quoque lucem vidiſſe.

librum cum verſione Latina & eruditis ſuis animadverſionibus *Oxon.* 1691. 4. recudendum daret, eam nanciſci non potuerit, ex 2. MSS. altero Bodlej. altero Veneto, edere coactus. Eandem minus accuratam eſſe ex variis locis patet, quæ a Bartoloccio in B. ſua citata emendat *Hydius*, qui & aliqvoties v. c. p. 147. verſionem Bartolocc. emendat. Confuderunt hunc libellum Buxtorfius, Hottingerus & alii, commentarium in *Jobi* librum eſſe pronunciantes, cum alio ejusdem, qui revera ad *Jobum* illuſtrandum pertinet. Ipſe qvoqve R. Schabtai in Indice Reali libb. Hebr. tit. ארחת עולם recenſet inter commentt. in Jobi librum, non memor alibi ſe meliora tradidiſſe. Rectiora monuit B. *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* in Exercitationibus ſuis ſex varii argumenti & ſpeciatim in præf. ad Exercit. IV. ubi *compendium Geographiæ* recte appellat, aitqve, *eum per Chriſtianorum veſtigia incedere, multaque habere minime inepta, etſi ex genio gentis veris falſa miſceat.* Hydius methodice ſcriptum ait in præf. & verum Coſmographiæ ſcopum & methodum proſeqvendo, pleraque ſatis bene tractantem, ac Benjamini Itinerarium multis poſt ſe paraſangis relinquentem. Bartoloccius quidem p. 42. ſq. cum cura confutat ejus, ut vocat, fabulam, quam c. XIV. refert, quod Judæus ex Arabia An. C. 1524. ad Clementem VII. a Luſitaniæ Rege de armis bellicis ſuppetiisque a Pontifice impetrandis miſſus, benigne ſuſceptus ſit. &c. Totam hanc Bartolocc. diſſertat. Vener. *Georg. Serpilius* recudi curavit in Tomo VII. Vitarum Scriptorum Biblic. Part. II. p. 10. ſqq. Ceterum non dubito, hunc eſſe librum, qui, non memorato auctoris nomine MS. recenſetur in Bibl. Medicea Pluteo II. n. 47. in 4. diciturque agere de paradiſo (de quo diſſerit noſter c. 30. p. 186.) & variis aliis argumentis. Exſtat etiam MS. 4. in Bodlej. n. 1545. & 6412.

2) פֵּירוּשׁ עַל אִיּוֹב *comm. in librum Jobi* qui in Bibliis Rabbinicis Venetis an. 278. C. 1518. fol. prodiit, in ceteris vero fruſtra quæritur: unde nec viſus eſt præſtantiſſimo *Hydio*, qui in præf. ad Itinerarium ejus ſimpliciter monet, eum dici ſcripſiſſe comm. in Jobum. Meminit illius *Sam. Schullam* in notis ad librum *Juchaſin* p. 155. Verterat eum Latine *Conr. Pellicanus* usque ad cap. XX. v. R. M. *Meelfuhreri* Acceſſiones ad Biblioth. promiſſam & latentem p. 79. Copioſa ex eodem excerpta videbis in B. *Sebaſtiani Schmidii* comment. in Jobum.

3) מָגֵן אַבְרָהָם *clypeus Abraha* (ex *Gen.* XV. 1.) liber in duas partes teſte ש״י diſtinctus, qvarum prior ſiſtit diſputationem inter Chriſtianos & Judæos, poſterior agit de Judæis propter fluvios Æthiopiæ, ac ſpeciatim Sabba-

Digitized by Google

Sabbationem habitantibus, nonnullisque Turcarum inſtitutis & ritibus. MS. Amſtelod. Legitur etiam MS. in Bodlejana n. 3717. ſub tit. *disquiſitio religionis inter aliquem & Judæum*, cujus ipſe auctor meminit in Itinerario ſuo p. 151. ed. Oxon. & *Hydius* in notis p. 151. & in præfat. ad librum ipſum. Uſus eo eſt *Jo. Andr. Eiſenmengerus*, qvod profitetur in Indice Scriptorum, Judaiſmo detecto præmiſſo; ſicut & in ipſo illo opere paſſim loca bene longa, v. c. p. 250. ſq. cum verſione inveneris.

4) Allegat ipſe *Perizol* ציור המפא מונדו *Delineationem ſuam mappæ mundi*, quam non exſtare in notis monet Hydius p. 39.

אברהם בן ר׳ משה ABRAHAM fil. R. MOSE *Heilbronnenſis*, (הילפרון) 118.

אַהֲבַת צִיּוֹן *amor Sionis* ex *Ier*. 31. 3. qui teſte ש״י eſt comment. in Pentateuchum & 5. Megilloth, qui interdum etiã Raſchii in eosdem libros comment. illuſtrat, ed. Lublini 399. C. 1639. fol. Bartoloccius hujus tituli librum inter Anonymos refert, & de ratione concionandi præcipere ait.

אברהם בן משה ABRAHAM fil. MOSHE ARIE LEW KALMANKAS ſcr. 119.

מַעְיַן הַחָכְמָה *fons ſapientiæ* i. e. clavis doctrinæ Cabbaliſt. ex R. *Iſaaci Lorienſis* ſcriptis confecta una cum commentatione de opere creationis. *Amſtel.* 412. C. 1652. 4. Forte hic liber eſt, quem MS. & editioni paratum, ſed ſine auctoris nomine laudat Schemuel in *Noſtos Chochma* p. 195. b.

אברהם בן משה ברוך ABRAHAM fil MOSE BARUR ſcr. 120.

לוח *tabulam*, qua ſumma capita doctrinæ Cabbaliſticæ ex ſcriptis R. Iſaaci Lorienſis ita complexus eſt, ut nihil, quod huc pertineat, omittatur. MS. Pragæ teſte ש״י.

ר׳ אברהם ABRAHAM diſcipulus R. MOSIS *Corduero*: v. ſupra R. *Abrah. Levi Haſſaken.*

אברהם בן מתתיה ABRAHAM fil. MATATIA ſcr. 121.

קוּא בוּך *Kuh Buch* i. e. *liber vaccarum*, moralium doctrinarum plenus, qvæ fabulis de beſtiis & avibus conſarcinatis ad modum Æſopicarum

rum continentur, quibus ſingulis moralia poriſmata verſibus rhythmicis concepta ſubjiciuntur. Liber totus dialecto Germanico Rabbin. ſcriptus eſt, & prodiit בערין an. 315. C. 1555. in 4.

122. ר׳ אברהם בן משה מפאנו R. ABRAHAM fil. MOSE *de Fano* cujus comm. in *Canticum Cantic.* MS. eſt in B. Vatic. 4.

123. אברהם נוניס ברנל ABRAHAM NONNES BERNAL Judæi Hiſpani religionis cauſa combuſti x) Elogia hiſpanice prodierunt an. 5415. C. 1655. 4.

124. ר׳ אברהם נחמיאש R. ABRAHAM NEHEMIAS *Luſitanus* Sæc. XVI. exeunte clarus, ſcr.

1) סִפְרֵי רְפוּאָה *libros Medicos*, ex quibus Latine libri duo de methodo medendi univerſali per ſanguinis miſſionem & purgationem, cum libro de tempore aquæ frigidæ in febribus ardentibus ad ſatietatem exhibendæ Venet. 1591. 4. (Bartolocc. mendoſe 1691.) & 1604. 4.

2) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת h. e. *quæſtiones & reſponſiones* MSS. allegantur in libro כנסת הגדולה. Confer de eo *Jo. Anton. van der Linden* in Bibliotheca Medica & *Nic. Antonium* in Biblioth. Hiſpan. Nova Tomo II. p. 313. in Append.

ר׳ אברהם מנפלארו vide ſupra R. *Abraham ben Iſaac* מנפלארו.

125. ר׳ אברהם נפתלי הירש לוי R. ABRAHAM NAPHTHALI HIRSCH *Levita*, ben *Moſe Spitz*, præſes Curiæ & Doctor Synagogæ Virmiſanæ forte adhuc ſuperſtes, ſcr.

מְלֹא רָצוֹן *plenus acquieſcentia* Commentatio in tractatus Talmudic. in qua nodi difficiliores ſolvuntur. *Francof. ad Mæn.* 470. C. 1710. fol. In præfat. profitetur, ſe ſcripſiſſe 1) שבע

x) Ex his elogiis apparet, quantum Martyribus ſuis, quos falſo vocant, tribuunt Judæi. Hos appellant illi קדושים *Sanctos*, κατ᾽ ἐξοχὴν, &, qui religionis cauſa mortem obierit, de eo ajunt שהקדיש שם יהוה *quod ſanctificarit nomen Dei.* Exempla ejusmodi recenſet *Menaſſe ben Iſraël* in *Spe Iſraelis* p. 87. ſqq. & *Jo. Henr. Hottingerus* Hiſtor. Eccleſ. N. T. Sæc. XIII. p. 535. ſq. Judæi tamen diſtinguunt inter Martyres αὐτοκλήτους qui nemine incitante, proprio impetu, idolis maledicunt, & κλητοὺς, qui Judicis aut magiſtratus nutu martyrium ſubeunt: priores אַנְשֵׁי מַעֲשֶׂה *patratores facinoris*, poſteriores הַמְקַדְּשִׁים אֶת הַשֵּׁם vocantur.

1) שבע רצון *ſatur acquieſcentia* in legem ex *Deut.* 33. 23.

2) בִּרְכַּת נַפְתָּלִי *benedictio Naphthali*, ubi novellæ obſſ. ſuper ritus.

3) ירושת נפתלי *hereditas Naphthali*, ubi animadverſiones in רצוף אהבה.

4) יְרוּשַּׁת דָּרוֹם *hereditas meridionalis* ubi בלמוד כבשים על לבושך.

5) יְרוּשַּׁת יָם *hereditas maris*, ubi ſolvuntur difficultates in Gemara, Toſephoth & Raſchi obviæ.

6) שְׂדֵה נַפְתָּלִי *ager Naphthali*, quo varii tract. Talmudici explicantur.

ר׳ אברהם הנשיא vide ſupra R. ABRAHAM f. CHIJA.

126. ר׳ אברהם בן נתן R. ABRAHAM fil. NATHAN JARCHI qui in Catal. B. Bodlej. p. 3. vocatur R. *Aben Jarchi* per compendium vero הראבן avus *Mardochai* Sæc. XII. inclinante vixit, &

ס׳ הַמַּנְהִיג *librum ductorem* ſive, ut alias appellatur מִנְהַג עוֹלָם i. e. *de ritibus ſaeculi*, ubi de ritibus ac ratione precum inter Judæos Hiſpanos, Gallos & Germanos receptis *CPoli* 279. C. 1519. 8. Ita R. Schabtai in ש״י, ubi tamen ſimul monet, auctorem *Schalſcheleth bakkabbala* (vid. p. 52. b.) librum hunc tribuere R. *Elijakim*, genero *Abrahami* noſtri, quem etiam ſequitur Buxtorfius. Vide, quæ infra dicentur ſub R. *Jehoſchua Levi*. In hoc libro multa eſſe librarii menda monetur in אור תורה p. 23. a.

127. ר׳ אברהם סבע R. ABRAHAM SEBA quem Bartolocc. vocat *Sabaa*, *Luſitanus Ulyſſiponenſis*, clarus Sæc. XVI. ineunte, obiit 1509. ſi credimus Bartoloccio, ad *Zemach David* provocanti, qui tamen ad hunc annum tantum affirmat, eum hoc tempore vixiſſe. Vide etiam Schalſcheleth p. 63. b.

1) צְרוֹר הַמּוֹר *faſciculus myrrhæ* (ex *Cantic.* I. 13.) eſt comment. in *Pentateuchum* ut plurimum literalis, interdum ex *Sohar* Cabbaliſticus, & Hebræis magni æſtimatus. Prod. *Venet.* 283. C. 1523. fol. apud *Bomberg*. hinc ib. apud *Juſtinianum* 306. C. 1546. f. ac denique apud *Georg. de Caballis* 327. C. 1567. fol. In eo ad Levit. XXVI. commemorat exilium Judæorum ex Luſitania A. C. 1499. a) Latine converterat *Conr. Pellicanus*. ש״י commemorat

a) Receperant ſcilicet ſe Judæi ex Hiſpania, ex qua abire juſſi erant an. 1492. in Luſitaniam, tanto quidem numero, ut Abarbanel, qui ipſe inter eos erat, centies vicies mille familias

Digitized by Google

morat ed. Venetam 263. C. 1503. Buxtorfius vero eandem an. 1513. Præterea exſtat *Cracovienſis* 355. C. 1599. Vidi etiam laudari *CPolitanam* 274. C. 1514. *Jo. Andr. Eiſenmengerus*, qui paſſim eo utitur in *Judaismo detecto*, in Indice ſcriptorum huic libro præmiſſo monet, in editione Veneta anni 326. multa, quæ in Chriſtianos injuria ſint, omiſſa eſſe. *Didaci Humada* in eum librum cenſuras MSS. in Colleg. Neophytorum Romæ obvias memorat *Imbonatus* p. 34. Biblioth. Lat. Hebr.

2) צְרוֹר הַכֶּסֶף *faſciculus argenteus*, (ex *Gen.* XLII. 35.) quem commentarium eſſe in *Canticum Cantic.* a ſimilis tituli libro R. *Chajim bar Samuelis* diſtinctum monet Bartolocc. tacente tamen R. Schabtai, & Scriptore *Schalſcheleth hakkabbala.* Forte B. allegatum invenit in libro priore, in qvo ſubinde provocat ad commentarios ſuos in *Ruth*, *Threnos*, *Koheleth* & *Pirke Avoth*, unde *Jo. Bened. Carpzovius* non immerito ſuſpicatur, eum etiam in quinque Megilloth ſcripſiſſe.

Confer de noſtro Nic. Antonii *Biblioth. Hiſpan. Novam* T. II. p. 313. nec illud omitte, qvod obſervat *Bartoloccius*, fuiſſe, qui nomen סב״ע per רָאשֵׁי תֵיבוֹת interpretantes legerint אברהם ספרדי אבן עזרא i. e. *Abraham Hiſpanus Aben Eſra*, adeoque huic illius ſcripta perperam tribuerint.

ר׳ אברהם סג״ל vide ſupra *Abraham* אבל״י.

128. ר׳ אברהם בן סהל R. ABRAHAM f. SAHAL Medicus Arabs, Sevilienſis ortu, Cordubenſis incola, Philoſophus idem, Medicus & Aſtrologus, varia carmina erotica ſcripſit, iisque odium Iudæorum ſibi contraxit, inexſpectata tandem morte, &, ut videtur, veneno a cognatis dato, peremtus An. Hegiræ 643. C. 1265. vide Hottingeri Bibliothecarium Quadripart. p. 288. ſq. ex *Leone Africano.*

ר׳ אברהם סופר R. ABRAHAM SOPHER : v. Abrah. *Pragenſis.*

129. ר׳ אברהם בן סעדיה גריאני R. ABRAHAM fil. SAADIÆ GRIANI ſcr.

שַׁעֲרֵי דִמְעָה *porta lacrymarum*, ubi de ordine obſervationis ſeu miniſterii

& ſexcenties mille capita numeret. Exſilium hoc deſcribit V. C. *Jac. Basnage* in Hiſtoria Judaica Tomo V. p. 1896. ſq. Quomodo vero iidem ex Luſitania iterum ſint ejecti, docet idem p. 1903. ſq.

Digitized by

niſterii pro initio menſis, c) quem librum ex ſolo Catal. B. Bodlejanæ p. 4. cognitum habeo, ubi *Venet.* 8. editus dicitur.

ר׳ אברהם בן עוזז R. ABRAHAM f. USAS vel OSAS ABEN BURGAL, 130.

לֶחֶם אַבִּירִים *panis fortium* (ex Pſ. LXXVIII. 25.) h. e. novellæ explicationes in Codd. quoſdam Talmudic. v. c. *Bava Kama*, *Bava Metzia*, *Cethuvoth*, *Kidduſchin & Jevamoth Venet.* 366. C. 1606. fol. & 1615. utraqve editio memoratur in Catal. B. Bodlej. p. 2. Illum poſt *Plantavitium* n. 279. Bartoloccius Tomo I. p. 17. b. mendoſe vocat *Abraham* בן גזז quem errorem ipſe Tomo III. p. 807. emendavit, ubi tamen auctorem appellat בֶן עָוזז qvo nomine etiam vocatur in Catal. B. Bodlej. p. 2. & *Aben Borgil.* In Theatro Placciano itidem corrupte vocatur *Aben Oraz*, liber autem ipſe dicitur recuſus *Lond.* 1633. 4. ex Catalogo *Roberti Martini* Bibliopolæ.

אברהם עושקי vide ſupra R. *Abraham* אחקוי.

ר׳ אברהם עקרא R. ABRAHAM AKRA fil. SALOMO Sæc. XIV. poſt C. N. ſcr. 131.

1) כְּלָלֵי מִדְרַשׁ רַבָּה *regulæ expoſitionis magnæ*, h. e. illius commentarii in Pentat. qvi vocatur *Medraſch Rabba*, ubi rationes loquendi in illo comment. receptæ explicantur. Exſtat una cum aliis opuſculis in lib. ארזי לבנן qui prod. *Venet.* 371. C. 1601. & *Cracov.* 408. C. 1648.

2) מֵהַרְרֵי נְמֵרִים *de montibus pardorum* ex *Cantic.* IV. 8. ubi ex variis Scriptoribus explicantur rationes loquendi, in Gemara receptæ, una cum novellis expoſitionibus Codd. quorundam Talmudic. puta *Chagiga*, *Bava Kama*, *Bava Metzia*, *Schevuoth & Cetuvoth.* Venet. 359. C. 1599. 4. Meminit ille R. *Niſſim Schuſchan.* Titulus libri hujus videtur effeciſſe, ut Judæis communiter appellaretur *Abraham* מְהָהַר: neque enim hic a noſtro diſtinguendus eſt, quamvis ש״י in Indice Scriptorum alphabetico pro diverſis eos habue-

c) Solent ſcilicet Judæi veſpera Novilunii ſolenni fere pœnitentia defungi, unde & יום כפור קטן *diem expiationis parvum*, ad differentiam diei expiationis ſolennioris appellant, &, quæ huc pertinent preces, eas ſeorſim ediderunt v. c in סדר משמרת החדש de qvo ſub מ inter Anonymos ſuo loco, & תקון ערב ראש חדש ויום כפור קטן *conſtitutio ſeu ritus* veſperæ ante initium menſis & *dies expiationis minor*.

Digitized by Google

habuerit. Vide ſupra *Abrab.* מהדר. Hinc intelligitur, erraſſe Plantavitium, qvando n. 165. affirmat, librum הררי נמרים eſſe librum concionum, a R. *Namar ben Salomonis.* Non confundendus hic eſt cum altero ejuſdem tituli, qui eſt R. *David* ben זמרא quod factum videbis in Theatro Placciano p. 704.

ר' אברהם פורטו v. R. *Abraham Menachem Porto.*

132. ר' אברהם די פונסיקא R. ABRAHAM De FONSECA Sæc. XVII. Hamburgi Pater domus judicii Synagogæ Hiſpanicæ utriusque vixit, ac obiit deniqve an. 435. 23. *Tammuz* die Iovis i. e. A. C. 1671. 27. Iulii, quod ex monumento ejus ſepulchrali apud Altonavienſes apparet. Scripſit

עיני אברהם *oculi Abrahæ*, ubi ſtruxit omnium locorum Scripturæ, quæ in *Rabboth* explicantur, Indicem, per tres columnas diſpoſitum, ita ut prima verſus Biblicos, altera paginas מתנות כהונה, qui liber eſt expoſitio *Rabboth*, tertia paginas librorum *Rabboth* exhibeat. Librum illum ש"י teſtatur prodiiſſe Amſtel. 327. 4. C. 1567. qvod mendoſe dici vel ex eo patet, quod Judæi eo tempore non floruerint Amſtelod. multo vero minus Typographiam ibi habuerint. Inſpexi igitur librum & deprehendi editum שפ"ז i. e. 387. C. 1627. ap. *Dan. de Fonseca* pp. 153. Ceterum in Catalogo Biblioth. *Jo. van der Waeyen* video laudari ed. an. 1632. 4. d)

133. אברהם מפורטה ליאון ABRAHAM e PORTA LEONIS *Mantuanus*, Medicus Hebræus, cujus *dialogi tres de auro Venet.* 1584. 4. prodierunt, quibus de auri facultate Medica, & ſpecifica ejus ac ceterarum rerum forma, duplicique poteſtate, qua in mixtis operatur omnibus, diſputatur. Laudatur hic liber a *Morboſio* Polyhiſt. Tom. II. lib. 2. p. 449. Non dubitandum puto, eſſe hunc Abrahamum f. David משער אריה i. e. *de porta Leonis*, cujus שלטי הגבורים ſupra ſuo loco recenſuimus.

ר' אברהם

d) Ratio hujus diverſitatis ea eſt, quam ſemel hic attuliſſe ſufficiet, quod literis illis anni indicibus, quæ hic ſunt שפ"ז præfigi plerumque ſoleat ה quod a pleriſque in computum revocari non ſolet, & recte qvidem; ab aliis vero in numeri rationem aſſumitur: quod ſi & hoc loco fiat, prodibit ſumma 39[illegible].

Digitized by Google

ר׳ אברהם פיגול R. ABRAHAM PIGOL v. R. *Abraham Picks*, qui ſtatim ſeqvitur.

ר׳ אברהם פימנטיל R. ABRAHAM PIMENTEL 134.
claruit Sæculo XVII. medio, & ſcripſit

מִנְחַת כֹּהֵן *oblatio Sacerdotis*, *Lev.* VI. 16. quod opus tribus abſolvitur libris

1) מְבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ *occaſus Solis* ex *Deut.* XI. 30. ubi de ritibus & ſtatutis, quæ inde ab oriente aurora usq; ad occaſum ſolis obſervari a Judæis debent.

2) ס׳ הַתַּעֲרוּבוֹת *liber Sponſionum* (forte alluditur ad 2. Regg. XIV. 14.) ubi de rebus licitis & illicitis.

3) מִשְׁמֶרֶת הַשַּׁבָּת *obſervatio Sabbati*, ubi de ritibus Sabbaticis. *Amſtelod.* 428. C. 1668. 4.

ר׳ אברהם פיקס R. ABRAHAM PICKS ſcr. 135.

ס׳ הַתָּגִין h. e. *de coronis*, quibus literæ quædam e) in Pentateucho ornari ſolent. Eum in lib. מעשה אפוד, qui eſt Grammatica Hebr. *Ephodi*, allegari monet R. Schabtai in ש״י. Et res omnino ita habet: totum enim locum adduxit *Jo. Buxtorfius* in Lexico Talmudico-Rabbin. p. 2562. b. & *Jo. Morinus* in Opuſculis Hebræo Samariticis p. 257. *Scriptum exſtat*, inquit, *in lib.* תאגין *ſive Coronamentorum*: hic eſt liber coronamentorum, qvem Eli Sacerdos attulit ex duodecim lapidibus, quos Jehoſua erexit in Galgal: is tradidit eum Samueli, Samuel Palthi filio Laiſch &c. usqve ad Eſram & ab eo usque ad R. Nahum Scribam, qui tradidit eum Rabbenu Hakkadoſch. Idem liber allegatur in *Jalkut Rubeni haggadol* p. 2. a. & alibi. *Athanaſ.* quoque *Kircherus* in Oedipo Tomo II. p. 115. allegat פ״י עַל הַתָּגִין i. e. *expoſitionem horum apicum*, & librum illum tribuit R. Abrahamo פִּיקוֹל cujus exemplo idem fecit Bartoloccius, ad eum provocans, non ſine inſigni nominis immutatione. Kircheri verba hæc ſunt: *Sed de hujus mo-*

e) Literæ illæ ſunt שעטנ״ז ג״ץ quæ certo caſu apicibus illis addi ſolent, ut præcipitur in *Menachoth* f. 29. b. lin. 8. & l. 24. ſq. Illæ alias vocantur זיונין (quam in rem vide Buxtorf. Lexicon p. 663.) hodie vero in MSS. tantum occurrunt. Ad has reſpici a Servatore per *κεραιαν*, de qua Matth. V. 18. nonnulli exiſtimarunt, de quibus vide Bartoloccium Tomo I. p. 162. præter rationem, quod recte judicat Celeb. *Jo. Andr. Danzius* in Literatore Hebr. p. 65. ſqq.

Digitized by Google

di apicibus nominis Dei, (יהוה) *ejusque origine & myſteriis conſule R. Abrab. Picol libro de expoſitione* תגים h. e. *apicum, linea, quæ ſequentibus verbis incipit* : הנה אני h. e. ecce doceo te, qvid ſecreti contineatur in ſigno magno literarum, *ubi præclara quævis de eo tradit, & Sacram Triadem eo ſignari docte demonſtrat.*

136. ר׳ אברהם מפיסא R. ABRAHAM PISANUS Italus, cujus nomen plenius effert *Schalſchéleth hakkabbala* p. 65. b. R. *Abraham* f. R. *Iſaac* fil. R. *Iechiel*, eumque *Bononiæ* an. 314. C. 1554. obiiſſe tradit. Huic Bartoloccius bina illa ſcripta tribuit, qvæ ſupra vindicaverat R. *Abraham Cohen*, neſcio quo argumento inductus, præcipue, cum ipſe moneat, ſcriptorem *Schalſcheleth Abrahamum Piſanum* ab *Abrahamo Sacerdote* diſtinguere: quod vel ex eo patet, quia hunc an. 310. illum 314. obiiſſe affirmat. Idem Bartoloccius obſervat, *Piſanum* noſtrum ſcripſiſſe contra R. *Nachmanide* animadverſiones in Moſis Maimonidæ *Iad chaſaka*, & oſtendiſſe, cum Maimonidem non fuiſſe aſſecutum. MS. in Vatic. 4.

137. ר׳ אברהם פירר R. ABRAHAM FERAR *Medicus Luſitanus*, claruit Sæc. XVII. ineunte & ſcripſit lingua patria explicationem 613. præceptorum, cujus meminit Menaſſe ben Iſrael in Catalogo librorum a Judæis hiſpanice &c. ſcriptorum, qui exſtat in limine libri ejus de Reſurrectione mortuorum. Eandem laudat in lib. de fragilitate humana p. 89. & Guſtavus Peringerus in cap. I. tract. בכורים Latine verſi p. 26. ubi eum *Davidem* vocat. Prodiit an. 5387. C. 1627. 4. ſub titulo: *declaraçaon das 613. encomendanças de noſſa Sancta Ley.*

ר׳ אברהם פריצול vide ſupra R. *Abrab. b. Mardochai Perizol.*

138. ר׳ אברהם פישקרול R. ABRAHAM PESCHCAROL ſcripſit carmen in laudem libri R. *Abraham Menachem Porto*, qui inſcribitur מנחה בלולה de quo paulo ante.

139. ר׳ אברהם מפראג R. ABRAHAM PRAGENSIS, Rector Scholæ & Synagogæ Pragenſis, quem anno 303. C. 1543. obiiſſe teſtatur R. *Dav. Ganz*, qui eum appellat אדם גדול ומופלג בתורה h. e. *virum magnum & præſtantiſſimum in doctrina Legis*, quique multos formarit diſcipulos. Scripſit is

Google

1) בִּיאוּר עַל רש״י h, e. expoſitionem comment. R. Salom. Iſacidæ.

2) הַגָּהוֹת animadverſiones in Ordinem Orach chajim, quæ eſt pars I. libri *Arba Turim.*

3) בְּרִית אַבְרָהָם *fœdus Abrahæ*; quem libellum exiguum de quatuor Speciebus Arithmetices exponere ait Buxtorſius, *Cracov.* 8. editum. At Schabbatai *Pragæ* editum eſſe rectius docet, qui auctorem ejus Abrahamum סופר i. e. Scribam ſive Doctorem Pragenſem vocat, qvem a noſtro hoc non puto diſtinguendum. Bartolocc. poſtremum hunc lib. ut *ἀνώνυμον* recenſet.

140. ר׳ אברהם די פרוונציאה R. ABRAHAM PROVINCIALIS Gallus ſcr.

מַעֲשֵׂה הַשֵּׁם i. e. *opus Nominis*, ſive de Nomine Tetragrammato, quem Venet. editum fide Catalogi Veneti, quem tamen de argumento libri nihil dicere fatetur, obſervat Plantavitius n. 396. & poſt eum Bartolocc. tacente R. Schabbatæo.

141. ר׳ אברהם פריירה R. ABRAHAM PEREIRA Hiſpanus ſcr. lingua patria *Speculum vanitatis mundi.* Amſtel. 5431. C. 1671. 4.

142. אברהם צבי ABRAHAM f. ZEVI edidit Pſalterium Hebr. *Veron.* 404. C. 1644. in 32.

ר׳ אברהם צהלון vide ſupra R. *Abraham f. Iſaac Zabalon.*

ר׳ אברהם צרפתי vide paulo poſt R. *Abraham ben Schelomo Trecenſis.*

143. ר׳ אברהם קבסי R. ABRAHAM KABSI æqualis R. *Sadia Gaon* Sæc. XI. poſt. C. N. ineunte, quem artis divinatricis adeo peritum fuiſſe tradunt Judæi, ut ex ſolo foliorum in Arboribus motu, f) vento non ſpirante, & arboribus præterea ſindone tectis cognoverit futura. Vide Schalſcheleth p. 38. a. lin. 2.

144. ר׳ אברהם די קולוניא R. ABRAHAM COLONIENSIS qui

N 2 כֶּתֶר

f) Hoc divinationis ſuperſtitioſæ genus veteres Græci vocarunt *φυλλομαντείαν*, de qua vide *Euſtathium* ad Iliados I. p. 36.

כֶּתֶר שֵׁם טוב *coronam bonæ famæ* g) hebr. ſcriptum latine convertit, quam verſionem in Vatic. MS. exſtare teſtatur Bartolocc. Liber ipſe agit Cabbaliſtice de nomine Tetragrammato: ש"י idem tradit ex Bartolocc. qui T. IV. p. 312. eundem librum iterum commemorat ſicut idem in app. ad T. I. p. 739. a. eundem MS. in Bibl. Farneſiana ſe vidiſſe teſtatur. B. Groddeckius in Theatro Placciano p. 700. a. teſtatur, ſe illius tituli librum MS. vidiſſe in Biblioth. R. C. n. 125. An. 120. C. 1360. exaratum, qui conſtet foliis 9. & iterum in 4. n. 194. ſex foliis abſolutum. Nullus horum auctorem commemorat, quem crediderim eſſe R. *Jacob ben Aſcher*. Labbeus enim in Biblioth. Nova MSS. p. 290. hujus libri titulum illi tribuit, argumento tamen non commemorato. Cum vero plures alii ejusdem inſcriptionis libri aliorum auctorum nomina præ ſe ferant, præter hunc unum, ἀνώνυμον cujus interpres tantum eſt *Abrahamus* noſter, idoneam conjecturæ meæ cauſam habere me puto, præcipue cum ætas MS. Regii an. 1360. ut modo dixi, exarati, in tempus, qvo R. *Jacob Aſcher* vixit, incidat.

145. ר' אברהם קונטי R. ABRAHAM CONTI cujus

חֹשֶׁן הַמִּשְׁפָּט *pectorale judicii*, *Exod.* XXVIII. 15. tanquam librum Grammaticum memorat ש"י.

146. ר' אברהם קונקי R. ABRAHAM KONKI *Hebronenſis*, Sæculo ſuperiori claruit, ſcripſitque

אֲבַק סוֹפְרִים *pulvis Scribarum* (titulo petito ex Codice Schabbath cap. XII. Miſchnæ, qui ſimul in voce priore initiales nominis literas exhibet) qui liber in duas partes diſtinctus priore quidem, quæ dicitur אֵם הַיֶּלֶד *mater pueri* (*Exod.* II. 8.) complectitur conciones in Paraſchas Pentateuchi; quem titulo librum fecit, eo quod juvenis illas conciones elaboravit; poſteriore vero ſub titulo אֵם לַבִּינָה *mater intelligentiæ*, quæ ab adultiore elaborata conciones viginti in loca quædam Talmudica continet. Utrique interjecit עֻגַת רְצָפִים *placenta carbonum* ex 1. *Regg.* 19. 6. ubi leguntur expoſitiones variorum locorum Scripturæ. Prod. *Amſtelod.* 462. C. 1702. fol. Auctor

g) Hic titulus deſumtus eſt ex *Pirke Avoth* cap. IV. ſect. 13 ubi tres numerantur coronæ, *corona Legis*, *Sacerdotii* & *regni*, quibus additur ibidem tanquam præſtantiſſima כתר שם טוב. De triplici iſta corona vide Schickardum de Jure Regio Hebr. p. 2. & ibidem notas Carpzovii.

Digitized by Google

ctor ſuperiori Sæculo in Belgio & Germania verſatus eſt, quo ex Oriente ad colligendos in gratiam Iudæorum Oriental. eleemoſynas venerat.

אברהם קוסבעלד ABRAHAM KOSBALD fil. *Iſaac* 147.
Auerbach, cujus

סליחות ופזמונים h. e. *precationes & cantiones* de ſuperatis divino beneficio calamitatibus cum eleganti commentario, qui ex parte Cabbaliſticus eſt, Amſtelod. an. 437. 4. C. 1677. prodierunt.

אברהם בר קטני ABRAHAM fil. KETANNI, cujus 148.

קול יהוה *vox Dei* * (ex Pſ. XXIX. 3.) librum lat. verſum, quo 613. præcepta Legis cum obſervationibus quibusdam exhibentur, edidit *Philippus Ferdinandus*, Ex Judæus, Cantabrig. 1597. confer *Jo. a Lent* Theologiam Judaic. p. 447.

ר׳ אברהם קלויזנר R. ABRAHAM CLAUSNER 149.
claruit Sæc. XVI. medio, & ſcr.

מנהגים de *ritibus* per totum annum receptis, cum animadverſionibus, quæ ex variorum JCtorum ſcriptis hauſtæ ſunt. Rivæ Trid. 319. 8. C. 1559.

אברהם קלמנקש vide ſupra *Abraham Arje Lev Kalmankas*.

ר׳ אברהם בן ראובן R. ABRAHAM fil. RUBEN 150.
F. *Nachman* Maroccinus ex Africa, cujus opera prodierunt משניות cum commentt. Bartenoræ & Maimonidæ. Venet. 366. C. 1606. fol.

ר׳ אברהם רואה R. ABRAHAM VIDENS ſcr. 151.

ספר חיי עולם הבא h. e. *librum vitæ ſeculi futuri*, quem ש״י teſtatur exſtare MS. & exponere de nomine Tetragrammato. Ejusdem tituli & argumenti librum MS. ſe vidiſſe teſtatur B. *Groddeckius* in Biblioth. Regis Chriſtianiſſ. n. 75. v. Theatrum Placcianum p. 692. b. Ille noſtri liber MS. laudatur in *Noſtos chochma* p. 195. a. ubi eidem alia ſcripta Cabbaliſt. de literis Nominum divinorum & unitate Dei tribuuntur.

N 3 ר׳ אברהם

* Hunc librum ab aliis video tribui R. Abrah. ben David Oſtrenſi, unde & ſupra n. 64. recenſuimus.

Digitiz

152. ר׳ אברהם רוויגו R. ABRAHAM ROVIGO h. e. *Rhodiginas*, fil. *Raphaëlis Rovigo* ſcr.

אֵשֶׁל אַבְרָהָם *querecetum Abraha*, (ex *Gen.* 21.33.) coment. in lib. Zohar *Pferdæ* ſive *Furthi* 1701. fol. Idem Hieroſolymis attulit מִפְתַּח הַזֹּהַר *clavem libri Zohar*, Amſtelod. 1710. 8. ed. de qvo libro vide Anonymos ſuo loco ſub lit. מ.

153. אברהם רופא ABRAHAM *Medicus*, ex cujus verſione Latina *Galeni* liber de plantis inter ſpuria ejus ſcripta exſtat in ed. Junt. p. 120.

אברהם רופא ABRAHAM *Medicus*: v. ſupra *Abrah. ben David.*

154. ר׳ אברהם רופא ABRAHAM *Medicus* Karæus, ut puto: memoratur enim inter ceteros Karæos Scriptores in *Noſlos rhochma* p. 56. ibique dicitur una cum R. *Iehuda* ſcripſiſſe in *Aaronis Poſterioris* commentationes de ratione mactandi animalia, ac præterea, de Logica commentatum eſſe.

155. אברהם בן שבתי צלח ABRAHAM *ben Schabbatai Zelach* ſcr. epiſtolam in commendationem libri מִשְׁפְּטֵי שְׁמוּאֵל R. Samuelis de domo Kalai, quæ cum libro ipſo prodiit *Venet.* 1599. fol.

אברהם בן שבתי שעפטל ABRAHAM fil. *Schabbatai Schaphtel* v. ſupra *Abrah. Horwitz Hallevi.*

156. ר׳ אברהם שטערין R. ABRAHAM STEREN frater R. Meir שטערין de qvo infra, Archi-Synagogus Moravienſis & unus ex Judicibus Francofurt. obiit 442. C. 1682. v. *Zemach David* continuatum p. 48. b.

ר׳ אברהם שלום R. ABRAHAM SCHALOM f. *Iſaac*, vide ſupra R. *Abraham ben R. Iſaac Schalom.*

157. ר׳ אברהם בן שלמה R. ABRAHAM ben SCHELOMO CHEN (forte legendum *Cohen* i. e. Sacerdos) cujus *de febribus malignis* liber MS. memoratur in Catal. Bibl. Leidenſis inter Codd. Warnerianos p. 288. n. 59. Eundem tract. aliis junctum innuit ש״ו quando p. 71. n. 51.

Digitized by Google

n. 51. ſub tit. ס׳ רפואה memorat hunc auctorem, & ejus lib. MS. de febribus morbo colico & aliis morbis ex Galeno & aliis Medicis collectum laudat.

158. ר׳ אברהם בן שלמה חיים R. ABRAHAM f. SCHELOMO CHAJIM qui præfuit editioni commentariorum R. *Abraham ben Samuelis Gedalia* in Jalkut, Liburni an. 410. C. 1650. 2. tom. fol. ed. cum ipſo Jalkut edit.

Ejusdem puto eſſe בִּרְכַּת הַנֶּהֱנִין h. e. *benedictionem* rerum, quibus ad vitam ſuſtentandam utimur, v. c. ciborum, fructuum &c. quas Venet. 398. C. 1638. prodiiſſe teſtatur ש״י.

159. ר׳ אברהם בן שלמה טרויש R. ABRAHAM f. SCHELOMO *Trecenſis*, quem Bartoloc. vocat R. Abraham צָרְפָתִי i. e. *Gallum*, ſcr.

בִּרְכַּת אַבְרָהָם i. e. *benedictio Abrahæ*, ex *Gen.* XXVIII. 4. in qvo ſpeciatim quidem de ritu manus lavandi fuſe & accurate agitur, præterea vero generatim trecenta & amplius rituum genera, qvorum Index accedit, commemorantur. *Venet.* 312. 4. C. 1552. Neqve forte hic diſtinctus eſt a

160. ר׳ אברהם בן שלמה R. ABRAHAM f. SCHELOMO JARCHI Gallo, qvem Bartoloccius commemorat, cujus fragmentum commentarii in Euclidis libb. de Arithmetic. MS. exſtet in Vatic.

אברהם בן שלמה עקרא vide ſupra Abraham ben עקרא.

161. ר׳ אברהם בן שמואל גדליה R. ABRAHAM f. SCHEMUEL GEDALIA *Hieroſolymitanus*, claruit A. C. 1650.

בְּרִית אַבְרָהָם h. e. *fœdus Abrahæ* ex Geneſ. XIV. 13. ſcripſit in יַלְקוּט הַשִּׁמְעוֹנִי commentarium & animadverſiones, quæ cum ipſo Jalkut, *Michaële Dias Mocato*, Hiſpano, ſumtus ſuppeditante Liburni 2. voll. in fol. lucem viderunt, quorum alterum in Pentateuchum 410. C. 450. alterum

in

in reliquos libros Biblicos 420. C. 1660. prodiit. Collegit ſua ex nonaginta & amplius Scriptoribus, quorum nomina ſuis ſingula locis adduntur, & junctim poſt præf. commemorantur. Inter illos non memini me legere ullum, qui non editus ſit, niſi forte huc retuleris R. *Chajim* חבריא quem aliunde non habeo cognitum.

162. ר׳ אברהם שמואל R. ABRAHAM SCHEMUEL ex urbe *Sophia*, v. infra מיכאל כהן.

ר׳ אברהם בן ר׳ שמואל הלוי v. R. ABRAHAM f. CHASDAI.

163. ר׳ אברהם בן ר׳ שמואל זכות R. ABRAHAM f. R. SCHEMUEL ZACUT vel זכותא, vel, ut *Schalſcheleth* ſcribit, זקוט aut ut in tit. ed. Cracov. libri Juchaſin legitur זכות המכונה זאקוטו i. e. *Zacut, qui cognominatur Zacuto*, (unde forte factum eſt, ut *Io. Conr. Otto* lib. 1. c. 11. *Gale Razia* eum vocaret *Abrab. Sacudenſem*, hoc nomine reprehenſus a Wagenſeilio ad Sota p. 132.) *Salmantinus*, ſi credimus *Alphonſo Hiſpalenſi de Corduba* in ſuo *Almanach*, quod *Zacuto* oppoſuit: vixit exeunte Sæculo XV. Anno enim 1492. cum ceteris Judæis ex Hiſpania, ubi Profeſſorem Aſtronomiæ Cæſarauguſtæ teſte *Schalſcheleth* p. 63. b. egerat, ejectus in Luſitaniam conceſſit, ibidem Emanuelis Regis Aſtronomus & Chronographus conſtitutus. Eo itaque in loco ſcripſit

1) ס׳ יוחסין i. e. liber *proſapiarum* ſive *familiarum* ſeu *Stemmatologia*, ceu in Catal. Bibl. Leidenſis p. 256. non inepte vertitur, quem, ut in titulo traditur, eo conſilio ſcripſit, ut ſucceſſionem & ſeriem doctrinæ inde a Moſe ad ſuam ætatem i. e. an. 1500. deductæ oſtenderet, abque adeo tum de Iſraëlitarum tum de gentium Regibus, Academiis Judæorum, Sorana & Pumbedithana, diverſis populi Judaici fatis, Trihæreſio ſub Templo II. exorto, aliisque huc pertinentibus præciperet. Inſerta eſt operi p. 107. R. *Scheriræ*, Doctoris Geonæi, reſponſio de propagatione doctrinæ, antiquiſſimum, quod Judæi habent, monimentum hiſtoricum, de qvo ſuo loco dicemus. Prodiit liber primum cura R. *Samuelis* שילם (*Schullam*) quem Morinus p. 311. Exercitt. Biblic. minus recte *Schalom*, vocat qui animadverſiones ſuas hinc inde addidit; *CPoli* 326. C. 1566. (Hunc enim annum editionis CPolit. eſſe apparet ex inſcriptione edit. *Cracovienſis*, quæ teſtatur, priorem illam ante annos 14. lucem vidiſſe.) Hanc ſecuta eſt editio *Cracovien-*

Digitized by Google

covienſis 340. C.1580.eaq; auctior. Præter enim ſeriem doctrinæ a prima rerum origine usq; ad Moſen deductam in calce p.156.b. R. *Moſes Iſarles* caput 18. Tractatus IV. libri *Jeſod Olam*, a R. *Iſaaco* הישראלי (*Iſraelita*) ſcripti, cum animadverſionibus ſuis exhibet, ubi præter Catalogum Rabbinorum habetur recenſio Pontificum, Imperatorum, Regumque cum aliorum tum Turcarum &c. deniqve vero ſeqvitur *Seder Olam Sutha*. Neque id negligendum eſt, qvod in *Cracoviana* editione ea non exſtent, qvæ in priori in Servatorem & Chriſtianos injuria inveniuntur, cujus rei illuſtre exemplum *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblicis p.289. exhibet. Rich. Simon in Catalogo Scriptorum Hiſtoriæ Crit. V. T. annexo, utramque edit. mendoſiſſimam dicit, inprimis circa Nomina propria, quæ Hebræi nunquam bene pronuncient. Scriptus hic liber ab auctore eſt an. 5262. C.1502. qvod inde colligit *Zemach David* ad hunc annum, quod Juchaſin p.138.b. teſtetur, a compoſitione Almageſti Ptolemæi ad ſuam ſcriptionem effluxiſſe annos 1370. Cum itaque Almageſtum ſecundum computum *Ganzii*, (quem Bartoloccius p.55.a. ex libro Cabbalæ R. *Abrah. ben Dior* p.60. ed. Baſil. & Abarbanelis præf. ad *Nachalath Avoth* confirmat,) exaratus ſit an. 3892. conſeqvitur, ſi addantur anni 1370. ſummam annorum 5262. emergere. Titulum libri auctor mutuum ſumſiſſe videtur ab alio antiqviore, de cujus jactura conqueruntur Talmudiſtæ Codice פסחים cap. V. f.62. אמר רמי בר ר׳ יודא אמר רב מיום שנגנז ספר יוחסין תשש כחן של חכמים וכהה מאור עיניהם h. e. Dixit Rami f. R. Joda; dixit Rav: *ex quo occultatus eſt liber Juchaſin, debilitata eſt virtus eorum, & caligavit lumen oculorum ipſorum.* Qui qvidem liber genealogiam Judæorum, h) ex quibus ſinguli tribubus orti ſint, complexus fuiſſe videtur. Quod ad noſtrum attinet, is veſtigiis *Abrahami ben Dior* in libro Kabbalæ usque ad tempus, in quo acquieſcit, inſtitit, quod ipſe profitetur auctor p.130.b. l.12. quemadmodum viciſſim auctor *Schalſcheleth hakkabbala* & *Zemach David* libro *Juchaſin* uſus eſt, quod ille quidem p.63.b. hic vero ad annum 4921. profitetur.

h) Hujus libri jactura forte effecit, ut Judæi ipſi ignorent, ex qua quisque tribu ortus ſit, qvod neſcire ſe fatentur in *Schalſcheleth hakkabbala* f.36. ſicut & Kimchius in Ezechielis XXVII. 23. ſperat, Eliam demum tribus reſtituturum eſſe. Confer חזוק אמונה apud Wagenſeilium p.105. ſq. Telorum Igneorum Satanæ. Quod ſi fides habenda eſt R. *Petachia* p.178. Itinerarii, quod a B. *Wagenſeilio* inter Exercitationes varii argumenti num. IV. excuſum eſt, ne nunc quidem tales libri Judæis deſunt, cum in urbe Polos Sacerdotem quendam venerabilem vidiſſe ſe teſtetur, qui fide libri Genealogici genus ſuum ad Aaronem retulerit. Aliud exemplum non minus, ut puto, fictum vide p.194.

Digitized by Google

Eodem uſi quoque ſunt paſſim Chriſtiani, ſpeciatimqve *Joſ. Scaliger*, cum alias tum in libro de Emendatione Temporum, quem ne titulum quidem, multo minus librum ipſum intellexiſſe criminatur *Jo. Morinus* Exercitt. Bibl. p. 311. Quam in rem in *Conringianis* epiſtolarum excerptis p. 20. legas, Scaligerum *nonnulla excerpta Latina dediſſe* illius libri, *ſed diſſimulato auctoris nomine & perperam lectis pleriſque auctoris vocabulis*. *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblic. l. c. appellat *Theſaurum hiſtoriæ Judaicæ*. In Nominibus Propriis ſcribendis paſſim errare Scriptorem jam multi monuerunt. Bonam quidem illius Chronici partem ab *Aarone Margalitha*, Ex Judæo, de qvo paulo poſt dicemus, non infeliciter, quamvis minus eleganter, latine converſam & animadverſionibus illuſtratam legi, quam tamen lucem aliquando, cui deſtinatur, viſuram vix ſpero. Varia quoque ejus loca Bartoloccius in Bibl. Rabb. & Jo. Buxtorf. filius in variis ſcriptis hinc inde vertit. Verſionem libri hujus Lat. *Guſtavi Peringeri*, Viri de his literis meritiſſimi, allegat *Magnus Ronnow* in notis ad Tract. ערכין p. 9. Non facillimum hunc eſſe laborem, vel ex eo patet, quod *Jul. Conr. Otto* in *Galè Razia* lib. 1. c. 11. unum ejus locum infeliciſſime convertit, ceu oſtendit Wagenſeil. ad *Sota* p. 132. ſq. MS. exſtat in B. *Bodlejana* inter Codd. Huntingtonianos n. 299. Arabicam verſionem locorum, quæ in *Juchaſin* hebraice exſtant de Imperii Muhammedici rebus, MS. in fol. habuit *Jac. Golius*, qvod ex Catalogo librorum ejus, auctionis more divenditorum, p. 19. patet.

2) תְּכוּנַת זַכּוּת *Aſtronomia Zacuti*, MS. quem librum *B. Spizelius* Abraham Aben Dahud minus recte tribuit, quod ſupra monuimus ſub *Abrab. ben Dior Hariſchon*. ש״ש recte noſtro adſcripſit, ubi tamen mendoſe excuſum eſt תבונה.

3) אלמנאך *Almanach perpetuum omnium Planetarum motuum*, lat. ſubtit. *Almanach perpetuum Solis feliciter incipit A. D.* 1473 *incluſive factum à R. Abrah. Zacut Salmanticenſi*: *Venet.* 1502. 4. cum additionibus *Alphonſi Hiſpalenſis de Corduba*. Qui liber non diſtinguendus eſt ab ejusdem *Tabulis Motuum cœleſtium* 1496. 4. itidem, ut videtur, Venetiis cum ejusdem *Alphonſi* additionibus edit.

4) בֶּן־אַרְבָּעִים לְבִינָה *filius quadraginta annorum ad prudentiam* i) liber Aſtrologicus, cujus poſt Hottingerum Bartoloccius, & ex hoc ש״ש meminerunt.

5) מָתוֹק

i) Titulus hic deſumptus eſt ex *Pirke Avoth* c. V. ſect. 21. ubi quinque annorum puer ad Biblia, decem ad Miſchnam, tredecim ad præcepta &c. perducendus dicitur.

Digitized by Google

5) מָתוֹק לַנֶּפֶשׁ *dulcis animæ* (ex *Prov.* XVI. 24.) liber Theologicus & moralis, in tria capita diviſus, quorum I. varia dogmata arcaniora de animæ ſtatu diverſo, de horto Eden & Gehenna. II. de Sæculo præſenti & futuro: III. deniqve de reſurrectione, & qvod corpora eadem numero reſurgent, exponit. *Venet.* 367. 8. C. 1607.

Plura de *Zacuto* noſtro legantur in *Nic. Antonii* Biblioth. Hiſpan. Tomo II. p. 313. ſq. & *Hieron. Romanum de la Higuera* in Hiſtoria Toletana, ubi eum patria Toletanum fuiſſe cenſet, quamvis *Pet. Siruelus* in procemio ad Curſum quatuor Mathematicorum artium Salmantinum appellet.

ר' אברהם בן ר' שם טוב בן ביבג v. R. Abraham ביבאגו.

אברהם שמסולי ABRAHAM SCHAMSULAI *Hiſpanus* Sæc. XVI. ineunte floruit & ſcr. 164.

וְהָאָדָם יָדַע (ex *Gen.* IV. 1.) *& homo cognovit.* Diſſeritur ibi de creatione Adami & Evæ, ut & de propagatione ac multiplicatione. MS. in Bibl. Lugdun. B. 4. v. Catal. p. 288. In præfat. exponit exilium Judæorum ex Luſitania an. 257. C. 1497. ejectorum, monetque ſe compoſuiſſe.

2) מַגִּיד מֵישָׁרִים *annuncians recta* ex *Jeſ.* XLV. 19. qui liber explicationes literales & allegoricas complectatur, in tres partes diſtinctus, quæ ſingulæ ſuas habeant ſectiones & capita.

3) הַצְנֵעַ לֶכֶת *modeſtia inceſſus* ex *Mich.* VI. 8. partibus tribus, quarum I. de comparando ſummo virtutis gradu II. de officio Sacerdotis M. in die expiationis. III. de eo quid ante expiationis diem & in ipſo ſanctificandum ſit, diſſerit. MS. in Bibl. Leidenſi: vide Catal. p. 288.

4) יִזַּל מַיִם *fluet aqua* (ex *Num.* XXIV. 7.) ubi exponitur de peccato juxta aquas *Meribæ* commiſſo, unde item hæc aqva producta ſit, ac qvomodo fluxerit. MS. ibidem, ubi tamen titulus mendoſe exprimitur per נזל מים *fluxus aquæ.* Manifeſtum enim eſt, alludi ab auctore ad locum Numerorum.

5) יַעֲלַת חֵן *capra gratiæ* ex *Prov.* V. 19. ubi de decimis varii generis, oblationibus, collyra, primitiis, ut & de animalibus offerendis MS. ibidem.

6) מִלֵּל לְאַבְרָהָם *locutus eſt Abrahamo* (ex *Geneſ.* XXI. 7.) ubi de exi-

Digitized by Google

ſtentia Dei. MSS. hæc omnia uno Volumine juncta inter Codd. Warnerianos l. c. exſtant.

165. ר׳ אברהם שמריא R. ABRAHAM SAMARIA. תורת אמת *lex veritatis*, comment. libri Zohar in Geneſin *Theſſalon.* 5364. C. 1604.

אברהם שעפטל v. R. *Abraham Horwits Hallevi.*

166. ר׳ אברהם ששון R. ABRAHAM SASON clar. initio Sæc. XVII. & duos ſcripſit tractatus, qvorum alterum dicit קול מבשר *vocem prædicantis* (præconis), alterum קול ששון *vocem gaudii* (ex *Ier.* XXV. 10.) In priore ſecundum Bartoloccium exponit de pœnitentia & animæ afflictione, ob criminum commiſſorum pœnitudinem, & dolorem, ex quo in anima oritur gaudium & lætitia: poſterior eſt vox Sponſi & Sponſæ. *Venet.* 385. C. 1625. 8. ap. Jo. de Gara. In Catal. Bodlej. p. 138. notatur annus ed. 1605. At ש״י titulum hunc unius libri facit, quem vocat קול מבשר קול ששון *vocem prædicantis vocem gaudii*, aitqve commentari *de pœnitentia & pœnis animæque afflictione & fine*, h. e. morte. Scilicet res ita habet: קול מבשר cohortatur ad pœnitentiam, & קול ששון quæ in calce ſubjungitur, exponit de gaudio, quod inde conſequitur.

2) אפריון שלמה i. e. *thronus Salomonis* ex *Cantic.* III. 9. pars altera libri קול ששון hujus Abrahami noſtri, quæ prodiit *Venet.* 369. C. 1609. 8.

167. ר׳ אברהם תמך R. ABRAHAM TAMACH fil. *Iſaac* cum cujus comment. prodiit Canticum Cantic. *Sabionet* 319. C. 1559. 12. quam ed. vidi in B. Edzardiana. Commentario illi ſubjunctæ ſunt explicationes quædam אבן שועיב. Miror nullam hujus mentionem factam eſſe in ש״י. Memoratur a Bartolocc. hic comm. ut MS. in B. Urbinat. 4. ſub nomine R. *Abrah. Levi f. Iſaac Tamach.*

ר׳ אברהם תם R. ABRAHAM TAM v. R. *Iacob Tam.*

168. אבשלום מזרחי R. ABSCHALOM *Orientalis*, ſcripſit אמרי שפר *verba jucunda* ex *Gen.* XLIX. 21. quem librum ut comment. in Legem *Lublini* editum eſſe & in Abrah. Balmeſii *Mikne Abraham* citari mo-

monet Buxtorfius. In Theatro vero Placciano p. 684. recte obſervatur, ex allegatione l. c. facta potius colligi poſſe, librum eſſe Grammaticum. Vide librum ipſum F. 2. ſive p. 70. In eodem Theatro Placciano dicitur hic liber a Rob. Martini in Catalogo librorum ſuorum tribui R. *Naphthali bar Aſcher*: at enimvero hic ab illo maxime diſtinctus eſt, quod ſuo loco dicemus.

אגתובולוס AGATHOBULUS, Iudæus Alexandrinus, 169.
quem in Pentateuchum græce commentatum eſſe ex *Anatolii* Canonibus Paſchalibus apud *Euſebium* probat *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 501. ubi & p. 502. ſuſpicatur eum Ariſtobuli in græce interpretandis libris Biblicis Collegam exſtitiſſe.

אגריפס AGRIPPAS *Ariſtobuli* filius, Judæorum Rex, qui σκωληκόβρωτος obiit: huic Bartoloccius tribuit 170.

אגרות ſive *epiſtolas*, qvibus de fide Hiſtoriæ Joſephi Hebræi teſtimonium ferat. Præterquam vero, qvod nec auctorem appellat, cujus fide fretus hoc tradat, nec, ubi epiſtolæ hæ exſtent, commemorat, vel ex ipſius indicio patet, fictum eſſe, quicqvid de illis traditur. Ipſe enim monet, Agrippam annis tribus & dimidio ante exciſum Templum II. interemtum eſſe, ex quo apparet, hiſtoriam Joſephi ei nec viſam nec lectam fuiſſe, quippe qui Antiquitates ſuas Judaicas, quod ipſe in calce earum profitetur, an XIII. Domitiani, qvi reſpondet A. C. XCIII. abſolvit, quemadmodum hiſtoriam de Bello Judaico ante Antiquitates imperante adhuc Veſpaſiano, ſcripſit. Quæ ibidem de vita & rebus geſtis Agrippæ hujus afferuntur, petita ſunt ex *Abrahami ben Dior* Chronico Regum Templi II. p. 115. ſqq. ſed non uno errore vitiata, quæ examinare nunc non licet. Ceterum ejusdem & ſororis *Berenices* orationem ad Judæos rebus novis ſtudentes *græce* MS. exſtare in Biblioth. Regia Pariſ. idem ex Geſnero refert.

רב אדא בר אהבא Rab ADA BAR AHABA 171.
Babylonius, Aſtronomus inter ſuos celebris, cujus exemplum in Tekuphis aſſignandis ſive computo Aſtronomico præ altero *Samuelis*, Aſtronomi itidem celebris, ſeqvuntur & celebrant inter ceteros R. *Moſes Maimonides*, R. *Moſes Kotſenſis*, R. *David Abudraham* & alii. Lege præter *Juchaſin* p. 76. & 94. *Tzemach David* ad An. 4003. Summatim ut dicamus, R. *Ada* a R. *Samuele* in eo diſceſſit, quod ipſe quidem annum diebus 365. & horis

ſex,

ſex, hic vero itidem 365. diebus ſed horis 5. & partibus horæ unius 997. moment. 48. abſolvi ſtatueret, teſte Maimonide tr. *Kiddüſch hachodeſch* c. IX. Computum hunc Adæ poſt alios noviſſime defendit R. *David Nieto* in מטה דן diſſ. V. p. 94. ſqq. Natus noſter dicitur in Bereſchith Rabba Paraſcha 48. Seder חיי שרה eo præciſe anno, quo obiit *Rabbenu Hakkadoſch*, h. e. A. M. 3943. C. 183. & in vivis adhuc dicitur fuiſſe tempore Rav *Nachman*, qui an. 4113. Rector Academiæ Soranæ conſtitutus fuit, quo tempore annos 170. habuiſſe *Adam* noſtrum neceſſe eſt; quæ vitæ longitudo cum auctori *Juchaſin* perſvaderi non potuerit, maluit ille duos hujus nominis ſtatuere, quod l. c. videre, qui volet, poterit. Scriptum ejus hodie nullum ſupereſt, nec forte unquam ad poſteros computus ejus niſi per traditionem pervenit, quamvis *Jo. Picus Mirandulanus* lib. IX. c. 9. contra Aſtrologos p. 455. Opp. profiteatur, ſe *ſcrupularem*, quam diximus, *ſupputationem legiſſe apud vetuſtiſſimum Hebræorum Scriptorem Rabbi Adabaraba Adam Abraba filium*, qui noſter hic eſt, de quo egimus.

172. אדונים בן לברט ADONIM fil. LABRAT, Arabs Feſſanus, compoſuit multos libros, ceu teſtatur Catalogus Grammaticorum infra ſub voce דקדוק repræſentandus.

173. אדונים בן תמים ADONIM ben TAMIM *Babylonius*, collegit librum commixtum ex Lingua Hebr. & Arab. ס׳ מערב מלשון עברי וערבי. Hic tertius a Saadia memoratur in Catalogo Grammaticorum Hebr. voce דקדוק exhibendo.

174. אדם ADAMUS hominum primus, ſi Iudæis & aliis Orientis gentibus credimus, varia ſcripta exaravit, quorum notitiam pleniſſimam debemus eruditiſſimo *Io. Alberto Fabricio* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1. ſqq. Videbis ibi, Adamo tribui

1) Literarum inventionem ſive Alphabetum Hebraicum.
2) Comment. de Nominibus Animantium.
3) Librum de terræ cultura.
4) ס׳ תולדות ſive *librum Generationum*. Sic *Ialkut* Simeoneum

ad Geneſ. cap. V. זה ספר תולדות quæ verba toti huic fictioni occaſionem dediſſe manifeſtum eſt, monet, Deum compoſuiſſe librum de intercalatione anni, eumque Adamo tradidiſſe, Adamum vero Enocho, Enochum

Digitized by Google

chum Noacho, Noam denique Semo. Conf. librum Zohar p. 37. col. 2. Vocari ille alias ſolet ספר חנוך quia Enocho traditus fingitur.

5) *Apocalypſin*: v. Epiphan in hæreſi Gnoſticorum XXXI. 8.

6) Pſalmum XCII. quam in rem vide Bartoloc. Tomo I. p. 80. & T. II. p. 215.

7) Pſalmos duos alios *Evæ* & *Adami* nominibus inſcriptos, quos ex *Io. Euſeb. Nierembergii* libro II. de Origine S. Scripturæ c. XIII. exhibet Celeb. Fabricius l. c. p. 21.

8) ס' רזיאל *liber Raſiel*, quem Adamo ab Angelo *Raſiel* traditum nugantur. Hic manu exaratus huc dum in publicis privatisque bibliothecis delituit, donec tandem Amſtelod. 1701. 4. prodiit ſub titulo: זה ספרא דאדם קדמאה שנתן לו רזיאל המלאך h. e. *hic eſt liber Adami primi, quem ei dedit Raſiel Angelus*, paginis 90. Diſtinguunt ceteroquin librum illum Raſiel in גדול ſive *magnum* & קטן *parvum*. Quod quidem ita interpretor, ut per *magnum* intelligatur illa libri pars, quæ in edito Codice usque ad p. 34. vocatur ספר רזיאל הגדול, qui *Adamo* traditus fingitur; quam deinceps ſequitur usque ad finem i. e. p. 45. ספר רזיאל, qui *Noacho* ab Angelo dicitur datus. Ideam ejus ita ex Buxtorfii Bibl. Rabb. repræſentat Hottingerus in Bibl. Orientali p. 33. *Liber duplex eſt, uterque Cabbaliſticus, & Magicus continens nomina Angelorum & Spirituum variorum, ac docens, quomodo tam boni, quam mali ſint conciliandi, quomodo cum Sole & Luna loquendum, quomodo morbi procreandi, iidemque iterum curandi, civitates evertendæ, terræ motus excitandi: monſtrat etiam vires herbarum, gemmarum, piſcium, avium, quadrupedum, lignorum, florum: continet artem vaticinandi, & ex aſtris prædicendi; videndum exhibet baculum Moſis, characteribus inſignitum, quorum virtute ſigna & miracula ediderit, item Characterum concurſum, quem magi Almandel Salomonis vocant, de quibus inter alia hæc expreſſe habet: ſi ſcripſeris Almandel Salomonis &c. mira poteris experiri, de mira incarnatione Meſſiæ, de qua ſi ſæpius interrogationem inſtitueris, gratus & acceptus eris ſuperis & inferis.* Bartoloccius Tomo III. teſtatur, ſe librum hunc vidiſſe MS. & alium ejusdem tituli commemorat itidem MS. qui Cabbaliſtica ſine Magicis tractet, quem ego de Raſiel minori interpretor. Plantavitius n. 642. refert, ſe *Raſiel* majorem MS. poſſidere, cujus compendium in Catal. Synagogæ Pragenſ. memoretur. *Io. Andr. Eiſenmengerus* in Indice Sccriptorum, Judaismo detecto præmiſſo, mutuum ſe illum, ſed MS. a R. *Veit Gelbauſero*, Wezlariæ tunc commorante, accepiſſe ait, cui additus ſit tractatus ſub tit. *Segulloth* *emeoth mim-*

Digitized by Google

malac Raſiel. Loca nonnulla Judæorum de eo vide apud eundem Parte II. *Judaiſmi Detecti* p. 675. ſqq. Quibus addi poteſt *Menachemi Rekanatenſis* teſtimonium, f. 25. ſcribentis, librum qvendam cœleſtis ſapientiæ plenum a Domino Adamo primo traditum fuiſſe, quem ſecum e paradiſo aſportare volens ereptum ſibi & in cœlum ſubductum ſenſerit, precibus vero ſuis recuperarit, ea quidem conditione, ut ad poſteros transferret. Vide etiam *Iſraelis ben R. Moſe* diſp. Cabbaliſt. de anima p. 5. & *Ioſ. Voiſinii* notas p. 217. Uſus hoc libro interdum eſt *Iac. Gaffarellus* in Curioſitatibus Inauditis. Ceterum iſtum librum *Raziel* non diſtinguendum eſſe ab altero illo, qui *liber Generationum* vocatur, (vid. n. 4.) non ſolum ex Rabbinorum locis apparet, ſed vel ex rhythmis præfationi Editoris Judæi ad librum Raziel præmiſſis, conſtat, ubi inter cetera hæc legas verba: זה ספר תולדות אדם בו חקר ובן וקורא הדורות *hic eſt liber Generationum Adami, in quo ſcrutatus eſt, intellexitque & legit varias ætates.* Imo idem diſertius intelligitur ex limine libri ipſius, ubi oratio Adami pœnitentis recitatur, in qua deprecatur Deum, ut revelet ſibi fata, ſibi poſterisqve ſuis ſingulis menſibus ac diebus eventura.

Editor libri hujus, qui eſt *Iſaacus ben Abraham*, in præfatione profitetur, ſe ad ejus editionem ſuſcipiendam ex eo adductum fuiſſe, quod bonam ejus partem jam in libro Gallico, qui *de forma literarum mundi* exponat (non dubito eum reſpicere Gaffarelli Curioſitates Inauditas) excuſam eſſe, alios vero multis impenſis eum deſcribendum ſibi curare, viderit.* Operam itaque dediſſe, ut ex ſuo, cum duobus aliis exemplaribus collato, accurate prodiret. Deinde recenſet ipſe partes libri, quem dividit 1) in ספר רזיאל usque ad p. 7. cui præmiſſa eſt ſub tit. ספר מלבוש ipſius libri hiſtoria 2) in ספר רזיאל גדול usque ad p. 34. 3) in סֵפֶר נֹחַ *librum Noæ*, qui dicitur ipſi a Raſiele Angelo datus ante, quam arcam ingrederetur, ex qvo, lapidibus ſapphirinis inſculpto, cum alia didicerit naturæ vires ſuperantia, tum ſpeciatim edoctus ſit, qvomodo & arca conſtruenda ſit, & diluvium ipſum effugiendum. Ab eo fingunt per varias generationes eundem librum ad Regem Salomonem delatum eſſe, qui omnem ſapientiam ſuam illi acceptam ferre debeat. Ceterum illuſtris quidam locus de divinitate Angeli *Metatron* affertur ex p. 40. libri illius a Cl. *Edzardo* ad cap. I. *Berachoth* p. 234.

Neſcio, quid libri fuerit, quod a *Mich. Neandro* in Catalogo librorum,

* Judæi illi[illegible]itionem adeo non probarunt, ut de eo comburendo & prohibendo quosdam cogitaſſe audiverim.

rum, qui exſtat in calce Erotematum L. Hebr. *Poſtello* tribuitur p. 524. ſub hoc titulo: *Chavæ ſeu Evæ Matris omnium viventium admirabiles & ſuper omnes doctrinas mundi ſecundum Evangelicam veteris & novi Teſtamenti veritatem amplectendæ prophetiæ conſcriptæ a Raſiele, Adami primi Parentis Angelo &c.*

9) Kircherus in Oedipo Ægypt. Tomo II. Part. I. p. 390. ex *Abrah. Aben Schadad*, Arabe, memorat librum, *in quo exponantur literæ Arabicæ & Indicæ, & utilitas earum; ſuntque* (ita pergitur) *principium omnis rei & mater omnium ſcientiarum: deducta fuit hæc notitia cœlitus ſupra Adam pax ſuper eum, per viam illuſtrationis intellectualis, & eſt ſcientia magna & mirabilis. Scias etiam, quod omnes literæ ex hiſce literis proprietates & utilitates habeant alias & alias, & dicit Hakim, quod Ægyptii primum has acceperunt a filiis Adam.*

10) Non dubitarim fere, librum illum *Raſiel* occaſionem dediſſe fictioni Sabæorum k) Mandaitarum, qui & Chriſtiani S. Johannis appellitantur. Hi enim de libro quodam Adami gloriati ſunt, qvam in rem vide epiſtolas *Huntingtonianas* a *Thoma Smitho* editas p. 84.

11) ס׳ יְצִירָה quem tamen Iudæi tantum non omnes Abrahamo tribuunt.

12) Libros decem divinitus Adamo datos fingunt Muhamedani, qvod patet ex Compendio Theologiæ Muhamed. a Cl. *Hadriano Relando* edito p. 73.

13) *De Chryſopœia.*

Ceterum varias Judæorum de Adamo fabulas, in Talmude inprimis obvias, in ſummam retulerunt Bartoloccius Tomo I. p. 64. 78. *Jo. Andr. Eiſenmengerus* in Judaismi Detecti Parte I. paſſim, ſpeciatim vero p. 363. ſqq. ut & *Pet. Balius* in Dictionario Hiſtorico-Critico Tomo I. p. 74. ſq.

אדריס IDRIS vide חנוך.

אהרן אביאוב AHARON ABIOB clar. Sæc. XVI. inclinante, & ſcr. 175.

שֶׁמֶן הַמּוֹר *oleum myrrhinum* (ex *Eſther*. II. 12.) comment. in lib. *Eſther* literalis ex Rabbinorum commentationibus collectus. *Theſſalonicæ* 361. 4. C. 1601.

k) *Sabæi* iſti ſive *Sabaitæ* non ſunt confundendi cum *Sabiis* ſeu *Zabiis* antiquis in Oriente idololatris, & *Maimonidæ* primum deinde *Spenceri* calamo celebratis: qvos omnino probe diſtinguendos eſſe monuit *Guſtavus Peringerus* in diſſertat. de *Zabiis* p. 26. & *Rich. Simon* Bibl. Criticæ Tomo I. p. 171. Sabæos hos eſſe reliquias veterum Gnoſticorum ex libris eorum apparere idem Peringerus l. c. obſervavit. De iiſdem multus eſt *Rob. Huntigtonus* in epiſtolis a Thoma Smitho editis.

Digitized by Google

176. **אהרון אברהם** AARON ABRAHAM ſcr.

אִגֶּרֶת הַטְּעָמִים *epiſtolam de Senſibus* (ſc. Scripturæ) in qua de argumentis Cabbaliſticis, potiſſimum vero de decem *Sephiroth* & *Populo Iſraëlitico*, (quæ ſumma libri capita eſſe affirmat R. *Schabtai Schaphtel* p. 37. col. 3. ſui in eam commentarii) diſſerit, atque hac occaſione varia Scripturæ loca illuſtrat Cabbaliſtice, ſpeciatimq; per Gematriam edit. *C Poli* 345. C. 1585. 8. R. Schabtai in ש״י monet, in calce libelli hujus nomen, qvod hic memoravimus, notatum fuiſſe, probabili, ut puto argumento, eundem ejus eſſe Scriptorem, quamvis *Schabtai Schaphtel* auctorem nusquam nominet. Idem cum expoſitione R. *Schabtai Schaphtel*, recuſus eſt Hanoviæ 372. fol. in lib. שפע טל de quo ſuo loco dicemus. Hic obiter notamus, R. Schabtai verba in *Theatro Placciano* p. 681. ſenſu partim nullo, partim incommodo ita converſa eſſe: *explicans per modum Cabbalæ accentus, qui in Gematria & tabellis memorialibus occurrere ſolent.* Neqve enim vox טעמים hic per *accentus*, quorum ibi nulla prorſus fit mentio, vertenda erat, neque vox פרפראות per *tabellas memoriales*. Nam ſicut פרפריא tabulas ejusmodi notat; ita פרפרת ſignificat ſubtiliorem quandam & jucundam inveſtigandi aliquid & eruendi rationem. Exſtat hujus tituli liber MS. in B. Oppenheimeri, qui utrum noſtri ſit, an potius R. *Jac. Sphorno*, non dixerim.

אהרון בן אברהם אבן חיים v. paulo poſt *Aharon ben Chajim*.

177. **ר׳ אהרון אבו אלדעדי** R. AARON ABU ALDARI fil. *Gerſon* (ita ש״י p. 63. n. 105. appellat, qui in Indice Scriptorum alphabetico vocat אלרעי) Hujus commentarium in Legem una cum tribus aliis commentariis R. *Samuel Almoſnino*, R. *Jac. Kniſal*, & R. *Moſis Albelda* CPoli fol. prodiiſſe teſtatur ש״י.

178. **ר׳ אהרון בן אליהו** R. AARON fil. ELIÆ, *Karæus*, qui *Aaron Poſterior* הָאַחֲרוֹן ad differentiam *Aaronis fil Ioſeph* הראשון ſive *Prioris* appellatur, patria *Nicomedienſis* (ניקומידיאו non ניקומיראו quod legitur in ש״י titulo כתר כהונה) ſeu, ut in R. *Mardochai* Tractatu de Karæis legitur, in Synagoga Ægypti novæ natus, claruit anno 5106. C. 1346. Tria huic tribuuntur ſcripta præcipua, quæ in Karæorum æque ac Chriſtianorum manibus adhuc verſantur. Sunt illa

1) גן

1) גַּן עֵדֶן *hortus Eden*, ex *Gen.* II. qui alias ut in libro נובלות חכמה p. 56. a. vocatur סֵפֶר מִצְוֹת *liber præceptorum*, qvoniam in eo omnia Karæorum inſtituta per quinque & viginti tractatus ita exponuntur, ut ſubinde R. *Salomo Iſaacides* (*Raſchi*) & *Aben Eſra* confutentur. Indicem tractatuum illorum videbis in Cl. *Jo. Gothofr. Schuparti* diſſertatt. de Secta Karæorum p. 63. ſq. ex Codice MS. 287. foliorum in 4. qui nunc eſt apud Celeb. *Jo. Andr. Danzium*, Profeſſorem Jenenſem. Eundem laudat *Mardochæus* in tract. de Karæis, p. 145. unde etiam intelliges, ejus judicio librum מוֹרֵה אַהֲרֹן *doctor Aaronis*, quem ſe ex Golii Bibliotheca l) redemiſſe teſtatur Triglandius p. 186. diſſert. de Karæis ex hoc ipſo *Gan Eden* depromtum eſſe. m) Ex hoc ſcripto *Mardochæus* laudatus, tum vero *Triglandius* & *Schupartus* ac nuper admodum Vir Clariſſ. M. *Chriſtophorus Langhanſen* in luculenta ſua *de Menſe veterum Hebræorum Lunari* diſſ. Jen. 1713. 4. loca varia attulerunt.

2) כֶּתֶר תּוֹרָה *corona Legis*, n) comm. in Legem ſubtilis & diffuſus, in quo ſæpius in *Aaronem Priorem* animadvertit, cujus eſt liber מובחר de quo præter *Mardochæum* meum p. 144. measque in illum locum notas videbis inprimis Cl. Schupartum l. c. p. 70. ubi accuratius eum ex Cod. MS. Danziano recenſet, & loca quædam ex eo affert, qualia etiam videbis in V. C. *Io. Meyeri* Prolegomenis ad Seder Olam p. 189. ſq. Exſtat idem Codex MS. in B. Leidenſi: vide Catalogum p. 286. Hujus ut & prioris libri Latinam verſionem ſperari a ſe juſſit Danzius modo laudatus.

3) עֵץ חַיִּים *arbor vitæ*, ex *Gen.* II. commentatio Philoſophica & Theologica ad exemplum *Maimonidæ* in *More Nevochim*, quem ſubinde confutat, ſuſcepta, quæ a *Mardochæo* meo l. c. p. 146. duobus prioribus præfertur. Hunc librum ipſe *Aaron* noſter in præfatione ס׳ המצות indice Cl. Schuparto p. 74. de Karæis, ita ſummatim deſcripſit, ut diceret, ſe in eo fundamenta religionis Judaicæ tradidiſſe, & veritatem Legis Moſaicæ adſtruxiſſe, præter quam alia e cœlis non ſit exſpectanda. Scriptum hoc

l) In Catalogo librorum Golianorum MSS., qui auctionis more ſunt divenditi, p. 20. in fol. recenſetur *liber Hebraicus ſive commentarii Aaronis Karai de quæſtionibus Sadducæorum*, quem quidem Triglandianum illum eſſe non dubito.

m) De eo tamen dubitari non immerito poteſt, cum nihil obſtet, quo minus de eodem argumento diverſis libris adeoqve ſub diverſis titulis commentari potuerit. Sed hæc res definiri ab illis poteſt, qui, quæ Triglandius inde adduxit, cum גן עדן comparare poſſunt.

n) Titulus hic petitus eſt ex *Pirke Avoth* c. IV. ſect. 13. vide, quæ diximus ſuperius lit. g.

Bartoloccius & *Schabtæus* per errorem tribuunt, qvod in notis ad Mardochæum p. 145. oſtendi. Tria, quæ hucdum memoravimus, ſcripta ſub *Aaronis* noſtri nomine laudat R. *Schemuel* in animadverſione ad librum ניבלות חכמת p. 56. a. ubi ea סְפָרִים נִכְבָּדִים *libros æſtimandos* appellat, additque *Aaronem* utrumque diſciplinarum Philoſophic. ſeu externarum peritiſſimum fuiſſe. Præter hæc vero noſtro adſcribi video

4) נוֹצֵר אֱמוּנִים *ſervans fidem*, ex Pſ. XXXI. 24. qui MS. in Catal. B. Leidenſ. p. 287. n. 49. ſub noſtri nomine laudatur, & de fundamentis legis præcipere dicitur, quod ipſum teſtatur qvoqve Schabtai p. 53. n. 11. monetque præterea, librum CXI. capitibus abſolvi.

5) דִּינֵי הַשְּׁחִיטָה *de ritu mactationis*, noſtro vindicatur in eodem Catalogo p. 285. n. 29. Ibidem

6) פֵּירוּשׁ עַל יְשַׁעְיָה *comm. in Jeſaiam* noſtri nomen refert, quem tamen *Aaroni filio Ioſephi* adſcribendum ſuſpicor, cum in eodem Catalogo quod ſub *Aarone b. Ioſeph* videbimus, illi commentarius in Ieſaiam bis tribuatur. Fieri tamen potuit, ut & hic in *Ieſaiam* ad Prioris exemplum, ſicut in *Pentateuchum*, ſcriberet.

Hujus Aaronis tanta eſt inter Karæos auctoritas, ut teſte *Mardochæo* p. 145. ejus pronunciata adhuc ſeqvantur, qvod idem nuper mihi eruditiſſimus *Mich. Enemannus*, deſignatus linguarum Oriental. in Academia Upſalienſi Profeſſor, confirmavit, qui *C Poli* & *Cairi* hujus ſcripta in Karæorum manibus inprimis verſari præſens vidit. Ex his, qvæ de noſtro Aarone Poſteriore allata ſunt, & quæ paulo poſt de *Priore* filio Joſeph afferentur, patebit, quam parum feliciter *Hendreichius* in Pandectis Brandenb. ex duobus his ſeptem diverſos effinxerit.

179. ר׳ אהרן בן אליעזר R. AARON fil. ELIEZER Præſes Senatus in Synagoga Zemphelburgenſi Poloniæ majoris, ſcr.

קָרְבַּן אַהֲרֹן *oblatio Aaronis*, i. e. compendium omnium rituum, qui traduntur in libro חטאת אהרן, nec non de rebus licitis & illicitis. *Amſtelod.* 407. C. 1647. 8.

180. ר׳ אהרן ברכיה R. AARON BERACHIA fil. R. *Moſche* f. R. *Nehemiæ Mutinenſis*, ſcr.

1) מַעֲבַר

1) מַעֲבַר יַבֹּק *vadum Jaboc* (ex Gen. XXXII. 22.) liber Moralis & aſceticus, inſtruens hominem, quomodo puram & ſanctam agere vitam ad mortem usque debeat. Abſolvitur liber tractatibus quinque, quorum

I. inſcriptus שִׂפְתֵי צֶדֶק *labia Iuſtitiæ* ex *Prov.* XVI. 13. in capita 40. diſtinctus eſt, ubi præcipitur de ratione & officio viſitandi ægrotos, de precibus apud eos recitandis ritibusque omnibus in eo rerum ſtatu receptis, & inſtitutis variis, quæ caput VI. hujus tractatus ſub initium libri collocatum, in ſumma exhibet, monetqve, doceri, quomodo viſitandi & juvandi ſint ægroti, afferrique preces ac formulas peccata confitendi, & cerimonias tum in momento mortis, tum in ſepultura, tum poſt eam, tum denique ſuper ſepulcris demortuorum uſurpandas cum precibus huic negotio accommodatis.

Tractatus II. hujus libri dicitur שְׂפַת אֱמֶת *labium veritatis*, ex *Prov* XII. 19. capitibus 37. conſtans, quæ de anima commentantur, quidque ſub diſceſſum ejus a corpore agendum ſit, qvomodo item cadaver tractandum & veſtibus induendum ſit, docet, totamque luctus rationem exponit.

Tract. III. שִׂפְתֵי רְנָנוֹת *Labia hymnorum* (ex Pſ. LXIII. 6.) capitibus 46. idem fere argumentum perſeqvitur, ac præterea oſtendit, quid poſt diſceſſum animæ agendum ſit illis, qui morientibus præſentes ſunt, quid ſentiendum de percuſſione ſepulchri, additis ſingularum cerimoniarum rationibus.

Tract. IV. עֲתַר עֲנַן הַקְּטֹרֶת *vapor nebulæ ſuffimenti* ex *Ezech.* VIII. 11. in tres partes diviſus, quarum

1) agit de precatione quam vocant פִּטּוּם הַקְּטֹרֶת ex Num. XVII. quam quotidie ſpeciatim vero in luctu funebri recitant, capp. 8.

2) קָרְבַּן תַּעֲנִית *oblatio afflictionis* capp. 7. ubi de Miſchna legenda, de precibus veſpertinis, lotione manuum, homicidio & interfecto agitur.

3) מִנְחַת אַהֲרֹן *oblatio Aaronis* cap. 18. ubi de precibus, & ſupplicationibus, & ratione legendi Sacrum Codicem per omnes dies hebdomadæ, de pœna infernali, operibus miſericordiæ, prophetia &c.

Tract. V. אִמְרֵי נֹעַם *eloquia jucunda* (*Prov.* XV. 26.) capp. 42. ubi agitur de argumentis Cabbaliſticis, & rationes redduntur inſtitutorum nonnullorum, rituum & cerimoniarum, variaqve ad animam ſpectantia traduntur. Prodiit liber Mantuæ 386. 4. C. 1626. Ejusdem eſt

2) מְעִירֵי הַשַּׁחַר *excitantes auroram*, ubi de precibus & officio vigilum matutinorum Mantuæ ed. teſte ש״ו.

181. ר׳ אהרן זעליג בן משה משאלקאווה

R. AARON SELIG f. *Moſche, Salcovenſis*, ſcr.

עַמּוּדֵי שֶׁבַע *columnæ ſeptem* qui eſt liber in quinque partes diſtinctus, quarum I. animadverſiones in Zohar antiquum & novum, ejusque voces difficiliores. II. Tractatus, qvi in Zohar majori deſiderantur. III. Indicem locorum Zohar utriusqve, quæ in libris aliis ſunt explicata. IV. Indicem locorum Tikkunim, ubi & illa explicentur. V. Varietates lectionum Zohar complectitur, *Cracov.* fol.

ר׳ אהרן זלהה R. AARON ZALAHA: v. paulo poſt R. *Aaron f. Levi Barcinonenſis*.

ר׳ אהרן חזן v. ſupra R. *Abraham Aaron bar Menachem*.

182. ר׳ אהרן בן חיים R. AARON f. CHAJIM f. *Abraham*, Archiſynagogus Feſſæ & Marocci, ſcr.

1) לֵב אַהֲרֹן *Cor Aaronis* h. e. duo commentarii eximii in libb. Joſuæ & Judicum, qvorum alter pertinet ad interpretationem contextus literalem, alter magis allegoricus eſt. Venet. 369. C. 1609. fol. Liber eſt rariſſimus, qvem nec Plantavit. nec Buxtorfius nec Bartoloccius viderunt, quorum poſtremus ait eſſe comm. in Prophetas priores. Fuit is in inſtructiſſima Biblioth. *Abrah. Hinckelmanni*, ut patet ex Catalogo ejus p. 45.

2) קָרְבַּן אַהֲרֹן *oblatio Aaronis*: commentarius diffuſus & magnus, idemqve Judæis in pretio, in librum *Siphra*, qui eſt comment. in Leviticum & vocatur alias תורת כהנים Venet. 369. fol. C. 1609. Commentarius hic incipit a verbis: בשלוש עשרה מדות התורה נדרשת h. e. *tredecim modis Lex explicatur*, quæ cauſa eſt, cur primum illius operis tractatum vocarit

3) מִדּוֹת אַהֲרֹן i. e. *Modos Aaronis*, ubi fuſe commentatur de tredecim R. *Iſmaël* modis interpretandi Scripturam. Prod. ut diximus, cum *Korban Aaron* Venet. 369. f. Confer de hoc tractatu Jo. Morini Exercitt. Biblicas.

In Catal. B. Bodlej. p. 2. ita hi libri recenſentur, ut *Corban Aharon* ad lib.

Digitized by

lib. *Siphra*, *Lev Aharon* (cujus titulus Midraſch & Biur in Prophetas priores promittere dicitur, cum in Ioſuam tantum exſtet) ad lib. Joſuæ pertinere dicatur, a quibus ibidem ſeorſim recenſetur comm. ille in Joſ. & Judices. Singuli dicuntur prodiiſſe *Ven.* 1614. quæ editio non alia eſt a priore.

אהרן בן יוסף הלוי v. *Aharon Levi f. Ioſeph.*

ר' אהרן בן יוסף הקראי R. AARON fil. JO- 183.

SEPH *Karæus* (qui ad differentiam a *Poſteriore*, filio *Eliæ*, de qvo paulo ante, dicitur הראשון *Prior*,) arte Medicus, qvem *Sapientem admirandum*, *Theologum & Sanctum Dei* o) appellat *Mardochæus* meus p. 141. de Karæis, claruit Sæculo XIII. inclinante: qvidam enim ejus liber, is eſt מבחר teſte eodem, elaboratus eſt anno 5054. C. 1294. Vixit is *CPoli*, p) quod teſtatur *Mardochæus* p. 142. & ſcr.

1) כְּלִיל יוֹפִי *perfectus pulchritudine* ex *Ezech.* XXVIII. 12. quem titulum liber ipſe CPoli editus præ ſe fert, ut proinde minus recte, quamvis eodem ſenſu, a Schabtæo & R. *Schemuele* ad נובלות חכמה p. 195. b. vocetur כלילת יופי ex *Thren.* II. 15. ſicut *Bartoloccius* & *Hottingerus* mendoſius כלילי יופי appellant. Liber eſt Grammaticus *CPoli* 341. C. 1581. 8. editus, qvem laudat *Mardochæus* de Karæis p. 142. & *Rich. Simon* in Catalogo Scriptorum Hiſtoriæ Criticæ V. T. ſubjecto qvi eundem fuſius recenſet in Bibliotheca Critica Tomo II. p. 201. ſqq. Conſtat is foliis 28. literis quadratis majuſculis expreſſus & plenus obſervationibus Maſorethicis, quales Rabbanitæ afferunt. Laudatur in נובלות חכמה p. 195. q) a. diciturque: אין ערך ליפיו ולתעלתיו h. e. *pulchritudo ejus & præſtantia non ſatis æſtimari poteſt.* MS. eſt duplex in B. Leidenſi, cujus vide Catal. p. 287. n. 45. & 54. Habuit qvoqve MS. *Triglandius*, ut apparet ex ejus Catalogo p. 24.

2) מִבְחָר

o) Hinc forte colligi poterat, Aaronem hunc religionis cauſa aliquid perpeſſum: martyres enim ſuos קְדוֹשִׁים i. e. *Sanctos* κατ᾽ ἐξοχὴν appellare ſolent Judæi; vide. quæ diximus ſupra not. x.

p) Neſcio igitur, qvo vel argumento vel teſtimonio adductus V. C. *Jac. Basnage* in Tomo V. Hiſtor. Judaicæ p. 1865. noſtrum in Germania vixiſſe & ſcripſiſſe teſtetur. Adde Indicem.

q) Non additur ibi auctoris nomen: neque tamen dubito ad noſtrum hunc eſſe referendum cum alter ejusdem tituli liber כליל. יופי qui alias dicitur הגיון ſive *Logica Simeonis*, hic intelligi non poſſe videatur.

Digitized by Google

2) מִבְחָר *electio*, vel מובחר ut aliis vocatur, i. e. *ſelectus* in Pentateuchum commentarius, ſtylo conciſo exaratus, cui dignum ſatis pretium ſtatui poſſe negat *Mardochæus* meus de Karæis p. 141. Adde quæ ipſe ego ad paginam illam & ad p. 96. notavi. Exſtat is MS. in B. Leidenſi, cujus vide Catalogum p. 283. & 285. itemque in B. Regia Pariſienſi & Patrum Oratorii, qvorum ille, qvidem mutilus eſt, & ex poſteriore ſupplendus (vide *Rich. Simonis Bibl. Selectam* Tom. II. p. 259. & epiſtolas Selectas Tomo I. p. 70. ubi etiam monet, eum r) unum ex Karæorum libris ibi inveniri, & in Catalogo perperam inter Anonymos relatum eſſe) qvo, luculenter in forma qvarti ordinis an. 5054. C. 1294. deſcripto, uſi ſunt *Rich. Simon* in Hiſt. Crit. V. T. & in Supplem. ad Leonem Mutinenſem de ritibus Judæorum recentiorum p. 138. ſq. & *Io. Morinus* in Antiquitatibus Eccleſiæ Orientalis p. 353. 520. & 574. itemqve in Exercitt. Biblicis lib. II. exerc. XIII. c. 7. Ex eodem, cum Codice Regio collato, Excerpta quædam edidit V. C. *Io. Ludov. Frey*, Profeſſor hodie Baſilienſis, cum verſione ſua Latina & notis, quæ excerpta ſpectant ad *Gen.* XVIII. 1. *Exod.* XIII. 16. & *Deuter.* VI. 5. de *Tephillin*, ad *Num.* XV. 38. de *Zizit* tum ad *Gen.* I. 26. & *Exod.* III. 15. Ex illis manifeſtum fit, interpretationes ejus plerumque literales & Grammaticas eſſe, rariſſime allegoricas, interdum etiam ex traditionibus Rabbanitarum s) deſumtas, cujus inſtituti quas habuerit cauſas, Cl. *Frey* ex ipſo exponit p. 8. ſq. Comm. Arab. in *Geneſin* qui in Catal. MSS. B. Bodlej. n. 5884. inter Codd. Huntington. recenſetur, ſub nomine *Aaronis Karai*, videtur mihi pro parte commentarii in Pentateuchum habendus. Ceterum nonnulli Karæi in librum מובחר conciſius atqve adeo obſcurius ſcriptum, commentati ſunt, nominatim tres filii R. *Abrahami* fil. *Iudæ*, Karæi, qui ſunt R. *Elias*, R. *Ioſeph* & R. *Iſaac*, qvorum ſcripta huc pertinentia apud R. *Ioſephum del Medico* ſe vidiſſe ſcribit R. *Schemuel* in animadverſione ad *Noſlos chochma* p. 56. b. Vide de ſingulis ſuo loco. Sic & *Mardochæus* meus p. 143. de Karæis teſtatur, ſe, cum in recognoſcendo hujus Aaronis comment. verſaretur, apud eruditum qvendam Virum Synagogæ Trocenſis inve-

r) Hinc emenda, quæ ipſe in præfat. ad Mardochæum de Karæis p. 12. dixi, quod Bibliotheca Regia Pariſienſis plures Karæorum libros complectatur, ſicut & p. 14. minus feliciter ſuſpicatus ſum, in Bibliotheca Oppenheimiana Karaiticorum Scriptorum copiam deprehendi: ipſe enim Oppenheimius mihi coram affirmavit, ſe religionis cauſa prohibitum, quo minus ullum ſibi Karæorum ſcriptum compararet.

s) Hinc confirmantur, quæ ad Tract. de Karæis p. 69. & 97. dixi, quod Karæi non omnes veterum traditiones averſentur.

Digitized by Google

inveniſſe commentarium neſcio cujus in lib. מבחר qui inde a *Geneſi* ad *Numer.* c. XXVII. proferretur. Hunc credo ab *Elia* fil. *Abrahæ* profectum eſſe.

3) Eodem comm. quem ad Pentateuchum pertinere diximus, expoſitionem *Pſalmorum* comprehendi, ſcribit R. *Schabtai*, non ſine errore, quem inde puto ortum, qvod is revera ſed ſingulari opere, in *Pſalmos* commentatus eſt, quod MS. recenſetur in Catal. B. Leidenſ. p. 285. n. 27. quem etiam laudat *Mardochæus* p. 142

4) Qui commentarium ejus in *Jobum* ab ipſo in מובחר citari teſtis eſt.

5) Comm. in *Prophetas priores* t) MS. in manibus ſuorum verſari idem ſcribit p. 143. quemadmodum idem partim in membrana, partim in charta deſcriptus recenſetur in Catal. B. Leidenſis p. 289. n. 64. 285. n. 26. & 284. n. 12. ubi præterea

6) Comment. ejusdem in *Jeſaiam* afferri videbis.

7) סִדְרֵי תְּפִלּוֹת *Ordinem precum* eum integritati ſuæ reſtituiſſe ac canticis rhythmicis eleganter exornaſſe teſtis eſt idem Mardochæus p. 144. quem *Venetiis* ante ducentos circiter annos (adeoque C. 1500. ſcripſit enim noſter an. 1699.) lucem vidiſſe affirmat. Vidit hanc collectionem duobus in 4. voluminibus mediocribus conſtantem V. C. Mich. Enemannus, paulo ante mihi laudatus, qvi præterea retulit mihi, de eodem Venetiis recudendo laboraſſe Karæos eo tempore, (an. 1713.) qvo ipſos videbat. Vide etiam *Guſtav. Peringerum* in B. Tenzelii Dial. Menſtr. an. 1691. p. 574. & *Noſtos chochma* p. 56. b. ubi ב׳ כרכים מתפלות ובקשות h. e. *duo tomi precum* Karæis receptarum prodiiſſe Venetiis dicuntur. Forte hic non diſtinguendus fuerit a מִנְהֲגֵי קְרָאִים *libro rituum Karæorum*, quem Buxtorfius p. 456. lucem Venetiis vidiſſe teſtatur.

Repetendum hic fuerit, quod ſub *Aarone f. Elia* monuimus, huic perperam a nonnullis adſcribi librum עץ חיים qui eſt *Aaronis b. Eliæ*, ſicut & R. *Schabtai* p. 40. מורה אהרן noſtro adſcribit, qui eſt illius, qvem modo dixi.

ר׳ אהרן בן יוסף ששון R. AARON F. JOSEPH SASON, 184.

Q

t) Præter rem itaque Bartoloccius Tom. I. p. 92. librum מבחר recenſens, cum aliis affirmavit, Karæos præter Pentateuchum nullum Scripturæ librum amplecti. Conf. quæ dixi ad Tract. de Karæis p. 166.

Digitized by Google

SASON, Princeps Synagogæ Theſſalonicenſis, qvi alias etiam vocatur הר"אש i. e. R. *Aaron Saſon.*

1) תורת אמת *lex veritatis* (ex *Pſ.* CXIX. 142.) qvo 232. reſponſiones Legales continentur ad quæſtiones de venditione & emtione rerum, commodato item & conducto, 2. partibus cum Indice, *Venet.* 386. C. 1626. fol. quam ſecundam editionem eſſe ait Bartoloccius. Hunc Hottingerus Claſſ. VIII. perperam inter Cabbaliſt. & Theolog. libb. numerat.

2) שפת אמת *labium veritatis* (ex *Prov.* XII. 19.) quo libro ש"ש explicari teſtatur *Toſephoth* Gemaræ, editionis loco aut anno non notato. Recuſus eſt liber *Amſtelod.* 1706. 8.

185. ר' אהרון הכהן R. AARON COHEN i. e. *Sacerdos, Raguſanus*, ante annum 1656. mortuus, & R. *Salom. Obef* ex filia nepos, unde in ש"ש vocatur *Aaron Cohen Obef:* hujus eſt

זקן אהרן *barba Aaronis* (ex *Pſ.* CXXXIII. 2.) qui liber cum *Salomonis Obef* שמן הטוב prodiit *Venet.* 417. C. 1657. fol. apud *Commiſſariam Vendraminam.* Uterque exhibet comm. literalem & allegoricum in Pentateuchum, ex parte vero Prophetæ qvoqve & Hagiographa, & Tractatus quidam Talmudici explicantur. Hunc librum Bartoloccius in Addendis ad Tom. I. p. 739. b. per errorem tribuit R. *Aaroni ben Joſ. Saſon.*

186. ר' אהרון הכהן R. AARON COHEN ſive *Sacerdos*, quem *Lunelenſem* facit ש"ש eiqve poſt Scriptorem *Iuchaſin*, qui, patria non commemorata, eum A. M. 4094. C. 1334. vixiſſe tradit, tribuit

1) ס' ארחות חיים הארוך h. e. *ſemitas vitæ longas*, quo Bartoloccius poſt Plantavitium varia vitæ monita & ſententias morales comprehendi monet; &

2) ס' יורה דעת הארוך h. e. *demonſtrans ſcientiam diffuſe*, lib. moralis. De utriusque argumento tacet ש"ש.

Huic Bartoloccius tribuit etiam ס' תולדות אהרן quem tamen ad *Aharonem Piſaurenſem* ſpectare jamjam monebimus.

187. ר' אהרון מבית לוי R. AARON *de domo Levi*, *Barcinonenſis*

nonenſis claruit Sæc. XIII. exeunte, obiit enim teſte *Juchaſin* an. 5053. C. 1292.

ס׳ הַחִנּוּךְ u) h. e. *Catechismus* ſive *liber inſtitutionis* (Bartoloccius minus commode vertit per *initiatum*, ſeu *encaniatum* aut *dedicatum*) quo exponuntur 613. præcepta, omnesqve ritus eo pertinentes ex Jureconſultis & ritualibus Judæorum libris, ſpeciatim vero R. *Iſaaco Alpheſi*, *Maimonide* & *Nachmanide* explicantur. *Venet.* 283. f. C. 1523. 4. ap. Dan. Bomberg. & ibidem 360. C. 1600. Exſtat etiam MS. in B. Vatic. fol. An. C. 1313. exaratum Scriptor libri modeſtiæ cauſa ſe ſimpliciter appellavit *Levitam Barcinonenſem*, cui *Aaronis* nomen fuiſſe teſtatur ש״י. Bartoloccius fide Codicis MS. Vatic. Aaronem זלהה, quod legi vult ZALAHA, vocavit, non recordatus, זל״הה per ראשי תיבות interpretandum eſſe, & ſolenni Judæis formula votum hoc complecti זִכְרוֹנוֹ לְחַיֵּי הָעוֹלָם הַבָּא h. e. *memoria ejus ſit ad vitam futuri ſæculi*. R. *Schabtai* in ש״י minus recte ſcribit, Auctorem Schalſcheleth adſcribere librum illum R. *Abrahamo* fil. *Iſaaci Narbonenſi*, qvod ipſum, ejus forte indicio, repetitur in Theatro Placciano p. 694. præter rei veritatem. Evolvi enim locum p. 56. b. (non p. 54. qvam in *Theatro* citari videas) & hæc omnino verba inveni: ואני אומר שבאולי זהו שחבר ספר החינוך h. e. *ego dico*, *fortaſſe hunc* (nempe R. *Aaronem Levitam*, de qvo proxime locutus erat) *eſſe Scriptorem libri Chinnuch*. Huic ſtatim ſubjungit illum R. *Abrah. ben R. Iſaac*, atque hinc iſtam confuſionem natam putem. Alium errorem in ejusdem loci interpretatione commiſit Bartoloccius, quem notabimus infra ſub חִנּוּךְ. Ceterum *Schalſcheleth* l. c. hunc noſtrum *Aaronem*, ex Principibus natum, & Barcinone Toletum an. 5045. C. 1285. veniſſe, fide libri *Ieſod Olam* teſtatur, ſicut *Juchaſin* mortem ejus in A. M. 5053. C. 1293. refert. *Jo. Henr. Hottingerus* libro hoc cum maxime uſus eſt in comment. de Jure Hebræorum, qui ſub hoc titulo Tiguri 1656. editus exſtat: *Iuris Hebræorum Leges 261. juxta νομοθεσίας Moſaicæ ordinem depromtæ & ad Judæorum mentem, ductu R. Levi Barzelonitæ*. Sub hoc nomine (*Levi Barcel.*) Bartoloccius eundem librum altera vice laudat, ſub qvo communiter alias, v. c. in Catal. B. Leid. p. 272. laudatur.

ר׳ אהרון הלוי בר יוסף R. AARON LEVITA f. R. 188.

u) Hic eſt ille liber *Habanoch*, quem R. *Aheronem* ſcripſiſſe tradit *Gesnerus* p. 15. Biblioth. de quo quidem nihil ſibi conſtare profitetur Bartoloc. T. I. p. 95. a. non recordatus, qvod paulo ante, p. 90. hunc auctorem ſub nomine אהרן זלהה laudarit.

f. R. *Joſeph*, f. R. *Benbeniſte*, f. *Joſeph*, f. *Iſaaci*, f. *Zerachiæ*, f. *Schem Tov Levit.* ſcr.

בֶּדֶק הַבַּיִת i. e. *fiſſura domus*, ex 2. *Regg.* XII. 17. h. e. commentarius in R. *Salom. ben Addereth* librum תּוֹרַת הַבַּיִת ubi variæ leguntur in eum animadverſiones & acceſſiones quædam. Prodiit cum libro ipſo *Venet.* 368. C, 1608. fol. ap. Jo. de Gara, cujus libri ora interior noſtri *Aaronis* animadverſiones, exterior vero oppoſitam reſponſionem, ſub tit. מִשְׁמֶרֶת הַבַּיִת quam alii diſcipulo cuidam *Salomonis*, alii ipſi *Salomoni*, tribuunt, exhibet.

189. אהרון מרגליתא AARON MARGALITHA *Solcovienſis*, Doctor quondam inter Judæos Polonos, hinc *Lugduni Bat.* ad Reformatos converſus, inde in Marchiam translatus & Doctor Antiquitatum Judaicarum in Academia *Viadrina* conſtitutus, poſtea vero Berolini tum in Aula Hanoverana & Academia Hallenſi verſatus, ac tandem Hamburgi 1712. IX. Octobris ſacra Lutheranorum amplexus, ſcr.

1) מנחת אהרן i. e. *oblatio Aaronis* ſive Tractatum de paſſionibus CHRISTI ad ductum Jeſ. LIII. latino ſermone, *Francof. ad Viadr.* 1706. 4.

Recudi vero curavit פֵּירוּשׁ הַמָּסוֹרָה de quo ſuo loco dicemus Hal. 471. 4. C. 1711. & ס׳ הַבָּהִיר *Berolini* 466. C. 1706. 4. una cum מעין חכמה.

Elaboravit præterea formis, ſi fieri poſſit, exſcribenda 1) verſionem Latinam libri *Juchaſin*, notis interdum longioribus illuſtratam, cujus bonam partem perfecit:

2) הִלְכוֹת מוֹסֵר h. e. diſſertationem de Jure Proditoris ex *Tur Choſche Miſchpath* cum notis. pagg. 316. in fol.

3) Tract. Talmudic. *Chagiga* cum comm. Jarchii lat. vertit, notisque explicavit, ut &

4) הִלְכוֹת סֵפֶר תּוֹרָה h. e. inſtitutiones de libro Legis ex Tur *Jore Dea.*

5) שִׁבְעַת קְנֵי הַמְּנוֹרָה *ſeptem calami candelabri* (*Ex.* 25.) h. e. ſeptem quæſtiones de regno & officio CHRISTI ad ſolvendum propoſitæ & ſolutæ.

6) Nucleum Doctrinæ Chriſtianæ, Lingua Germanica.

7) Annotationes Cabbaliſt. in Orationem Dominicam.

8) An-

Digitized by Google

8) Annotationes in varia Scripturæ loca, ex ſcriptis Talmud. & Rabbin.

9) Angeli Fœderis Divinam perſonalitatem & incarnationem demonſtratam. Ex his commentationibus, in quibus varium doctrinæ Rabbin. apparatum reconditum ſenſi, inprimis verſio Latina libri *Juchaſin*, quam fruſtra huc dum exſpectarunt eruditi, digna erat, quæ ad finem perducta formis exſcriberetur, in qua re ut elaboraret noſter, eruditiſſimi qvique Viri eum monuerunt.

אהרון הלוי AHARON LEVITA, edidit *Pentat. Hebr. Amſtel.* 430. C. 1670. 12. 190.

אהרון הלוי AARON LEVITA, alias *Antonius Montezinius, Luſitanus*, Villefleurii natus, atque in Indiis Sæculo ſuperiori medio peregrinatus eſt, unde poſtea reverſus Amſtelodamum *Menaſſen ben Iſraël* & Judæos alios adiit, de decem tribubus adhuc ſuperſtitibus multa narrans, x) occaſionemque ſuppeditans ſcribendo libro, quem ſub tit. *Spes Iſraëlis* edidit *Menaſſe*, de quo ſuo loco: Vide præfationem iſti libello præmiſſam, in qua ipſa *Aaronis* noſtri relatio legitur. 191.

ר׳ אהרון בן משה R. AARON f. MOSE Pater domus judicii in Synagoga Vermiſana, vixit adhuc A. C. 1680. & ſcr. 192.

1) חֹשֶׁן אַהֲרֹן *pectorale Aaronis*, quo libro in compendio proponit ritus & inſtituta in Arba Turim tradita.

2) בִּגְדֵי אַהֲרֹן *Veſtes Aaronis*, h. e. conciones allegoricæ & ſubtiles in Pentateuchum.

3) מַטֵּה אַהֲרֹן *baculus Aaronis* (*Exod.* VII. 12.) comm. in Haggada ſive

Q 3

x) Relationem hanc exploſit Theoph. Spizelius ſingulari libro, quem inſcripſit *Elevationem Relationis Montezinianæ* Baſil. 1661. 8. ut de aliis non dicam, quos diligenter more ſuo attulit eruditiſſimus *Jo. Albertus Fabricius* in Bibliographia Antiquaria p. 18. Confirmare hanc fabulam conatur R. Aſarias, auctor alioquin non ineptus, in *Meor Enajim* p. 186. Cordatiorem ſe in hoc negotio judicem præſtitit R. *Simon Luzzatus*, qui in diſſert. *de Statu Judæorum* p. 98. b. candide profitetur, de decem tribubus, quæ ante excidium Templi II. a Salmanaſſere in captivitatem ductæ ſint, nihil certi cognitum eſſe, quamvis totus terrarum orbis hodie frequentetur. Confer B. Wagenſeilii Peram Loculam II. p. 123.

Digitized by Google

ve rituale Paſchatis. Tria hæc tanquam MSS. laudantur a R. Schabtai in ש״י qvorum ultimum tantum prodiit *Francof. ad Mæn.* 438. C. 1678. & 470. C. 1710. Excerpta ex eo quædam leguntur in חלוקא דרבנן qui liber prod. Amſtelod. 455. C. 1695. 4. de quo ſuo loco dicemus. Auctor ibi vocatur *Aaron Teummim.*

193. ר׳ אהרון בר משה משבט אשר R. AARON f. MOSE *de tribu* ASCHER qui conjungi apud Hebræos ſolet cum ר׳ משה בן דוד משבט נפתלי R. MOSE fil. DAVID *de tribu Naphthali*, eo quod uterque in Lectione Codicis Sacri circa vocales & puncta inter ſe diſſenſerunt, cujus diſſenſionis capita in calce Bibliorum Rabbinicorum ed. Venetæ & Baſilienſis leguntur ſub. tit. חלוף בין בני אשר ובין בני נפתלי *diſſenſio inter filios Aſcher & filios Naphthali.* Hoc enim nomine brevius utplurimum appellantur duo Doctores, nempe *ben Aſcher & ben Naphthali*, v. c. apud *Ganzium* ad A. M. 4797. qui plenius in *Schalſcheleth bakkabbala* eo nomine, qvod primo loco collocavimus, vocantur, diſſentiente uno Elia Levita, qui *Naphthalidem, Jacob ben Naphthali* vocat *præfat.* III. ad lib. *Maſoreth Hammaſoreth.* Fuerunt illi rectores Academiarum, qvod idem Elias l. c. teſtatur, & *Ben Aſcher* quidem, ſi librum de Accentibus, qui in prima Bibl. Venetorum editione ſub nomine *Aſcher* exſtat, audias, *Tiberienſis*, atque adeo *Palæſtinenſis* Doctor, unde non inepte colligas, poſteriorem Babyloniæ præfuiſſe, præcipue cum Judæi Hieroſolymitani ſeu Occidentales prioris, Babylonii vero ſeu Orientales poſterioris lectionem ſeqvantur. z) Vixerunt illi circa A. M. 4794. i. e. C. 1034. ex mente Scriptoris *Schalſcheleth* p. 37. a. vel 4797. C. 1037. quod ſcribit *Zemach David* ad hunc annum: unde manifeſtus eſt *Gilb. Genebrardi* error, quando in Chronographia ſua p. 181. & 451. ſcribit, utrumque horum principes fuiſſe, qui A. C. 476. in punctis inveniendis Tiberiade elaborarint. Judæi certe hic magis audiendi ſunt, quos adduximus, præcipue cum Elias, ad quem hic provocat *Genebrardus*, nihil hujusmodi tradat inſuper vero *Mai-*

z) Unde non video, cur Bartoloccius Tom. I. p. 93. caſtiget Cappellum & Leusdenium quorum is in Arcano Punctationis Revelato, *ben Aſcher* Tiberienſem facit doctorem, hic in Philologo Hebræo p. 117. cum in Palæſtina docuiſſe adfirmat, cum potius ejus judicio uterque in Babylonia floruerint Provocat is fruſtra ad *Schalſcheleth* p. 38. ubi nihil legas niſi de tempore, qvo floruerint. Addit etiam, creditum eſſe Tiberienſem, quia lectiones ejus a Tiberienſibus receptæ fuerint: neque video ego, quæ alia illius conſenſionis ratio magis idonea reddi poſſit.

Digitized by Google

Maimonides in *Jad chaſaka* tr. *de libro Legis* c. VIII. cum iſtis conſentiat, tacente prorſus, qui rem conficere optime peterat, *Abrahamo ben Dior* illorum temporum æquali, in *libro Cabbale*. Neque tamen inter hos *Schalſchelеth* annum, quo vixerint uterque, accurate definit l. c. ſed ſummatim tradit, eo claruiſſe Sæculo, quod inter annum 4700. & 4794. decurrit: unde factum eſt, ut *Jo. Morinus* in Opuſculis ſuis Hebræo-Samariticis p. 240. eos vel circa vel paulo poſt A. C. 940. vixiſſe affirmet. Quod ut tantiſper concedi poteſt, ita certe illi audiendi non ſunt, qui ex ipſo hoc varietatum Indice binis his Doctoribus vel totum vocalium & accentuum inventum, cum *Raim. Martini* in Pugione Fidei P. 3. Diſt. 3. c. 19. vel ſaltem illius amplificationem & incrementum adſcribunt, cum *Lud. Cappello* in Arcano Punctationis Revelato, & *Io. Morino* Exercitt. Biblic. p. 410. Quam rem cum diligenter examinarit *Io. Buxtorfius* de Punctorum Antiquitate & origine p. 265. ſq. brevitatis ſtudioſi ſuperſedere hoc labore poſſumus. Notandus tamen hic eſt Bartoloccius, qui Tomo I. p. 93. has varietates Ben *Aſcher* & ben *Naphthali* confundit, & easdem facit cum *varietatibus*, quæ vocantur חלופי שבין מערבאי ומדנחאי h. e. *inter Occidentales & Orientales*. Hæ enim multis modis a ſe invicem ſunt diſtinctæ, cum hæ quidem illis qvod ad inventionem priores ſint; hæ circa conſonantes tantum, illæ circa vocales & accentus verſentur, ut de ceteris diverſitatibus non dicam. Unde & diverſus exſtat varietatum utriusque generis catalogus in calce Bibl. Rabbin. Erroris, puto, cauſa ex eo nata eſt, qvod, cum Bartoloccius videret, Orientales ſequi *Naphthalidem*, Occidentales vero *Aſcheridem*, hanc conjecturam fecerit, lectiones Orientalium & Occidentalium, *κατ᾽ ἐξοχὴν* ſic dictas, a lectionibus ben Aſcher & ben Naphthali non eſſe diſtinguendas.

2) Præterea *Ben Aſcher* tribuitur שַׁעַר הַנְּגִינוֹת ſive *brevis Inſtitutio* de Accentibus, quæ exſtat in calce Bibliorum Rabbinic.

3) דִּקְדּוּק *Grammatica* eidem adſcribitur in *Raym. Martini* Pugione Fidei Parte II. p. 277. his verbis: *& in fine libri ben Aſcher, qui dicitur* דקדוק *& in aliis locis innumeris, ubi iſtud, & illa, quæ mox ſequuntur, Rabbinis Iudæorum occurrunt exponenda, dicitur* &c. Cum autem de illis *Tikkun Sopherim*, de qvibus ibi exponit *Raymundus*, ſimilia legantur in *Aben Eſra* libro צחות, qui eſt Grammaticus, ſub finem, non præter rem ſuſpicatus eſt *Io. Buxtorfius*, p. 264. de Punctorum antiquitate, pro *ben Aſcher* legendum eſſe *ben Eſra*.

Ceterum de illa Lectionum varietate Naphthalidarum & Aſcheræo-

Digitized by Google

ræorum lege præter laudatos *Lud. Cappellum* libro III. Criticæ Sacræ & in contrariam ſententiam *Buxtorf.* Anti-Cricic. p. 513. *Hottingerum* in Theſauro Philolog. & *Io. Leusdenium* in Philologo Hebræo p. 117.

194. אהרן בן משולם AARON f. MESCHULLAM, quem an. 5170. C. 1410. mortuum tradit Sal. ben Virga in *Scheveth Iuda* p. 411. verſ. Lat.

195. ר׳ אהרן נשיא בבל. R. AARON *Princeps Babyloniæ* (h. e. Archi Academicus) qvo nomine vocatur in ש״י ſive ut Bartoloccius vocat הַמְּקוּבָל הַגָּדוֹל *Cabbaliſta magnus* ſcripſit libros Cabbaliſticos binos, alterum ס׳ הַנִּקּוּד librum *de punctatione*, alterum ס׳ הַפַּרְדֵּס ſ. de *paradiſo*: qvi allegantur in Indice librorum Cabbaliſt. libro Jezira ed. Mantuanæ 1562. ſubjuncto, ubi ſcriptor vocatur: המקובל הגדול ראש ישיבת בבל. Poſteriorem illum librum paſſim memini allegari in *Ialkut Rubeni Haggadol*, v. c. p. 2. b. col. 2. & a *Io. Steph. Rittangelio* p. 12. tractatus de veritate religionis Chriſt. qui & p. 40. locum ex libro ejusdem priore affert. Utrumque procul dubio hauſit ex commentariis, qui in librum Jezira editi exſtant.

196. ר׳ אהרן הסבעוני R. AARON HASSIVONI cujus exſtant animadverſiones quædam in librum Precum Judaicarum, inſertæ libro היכל הקודש de qvo vide infra ſub R. *Moſes ben Maimon Albas*.

197. ר׳ אהרן סגי נהור R. AARON COECUS a) cujus exſtat ס׳ הַמִּצְנֶפֶת *liber cidaris*, quo continentur carmina & rhythmi. Mant. 326. 8. C. 1566.

198. אהרן מפיסארו AHARON PISAURENSIS, תולדות

a) Cœcum Judæi vocant סַגִּי נְהוֹר i. e. *multum luce*, adeoque κατ᾽ ἀντίφρασιν per εὐφημισμὸν quendam: vide *Aben Eſram* ad *Numer* XII. 1. & Buxtorfium Lexic. Talmudic. p. 1432. Impoſuit tamen alicubi hæc notio *Guil. Henr. Vorſtio* in verſione Lat. *Zemach David*.

Digitized by Google

תּוֹלְדוֹת אַהֲרֹן *Generationes Aaronis*, ex *Num.* III. 1. i. e. Index locorum Scripturæ, quæ in Talmude Babylonico citantur & explicantur, notatis Codicibus, eorumqve capitibus, foliis & columnis in qvibus ſingula exſtent. Prod. *Baſil.* apud *Ambroſ. Frobenium* 341. C. 1581. fol. cum Concordantiis Hebr. R. *Iſaaci Nathan*, & in Vatic. ſine nomine auctoris MS. legitur 4. Recuſus eſt *Venet.* 351. C. 1591. 4. apud Bragadinos, in qua tamen editione loca tantum Pentateuchi & 5. Megilloth indicantur, additis locis trium librorum, *Zohar*, *Akedath* & *Ikkarim*, ſi in iis eadem Scripturæ loca explicata fuerint. R. *Schabtai* in ש״י præter *Friburgenſem* & *Venetam* 351. memorat *Venetam* 343. & *Baſileenſem* 347. fol. Præterea lucem vidit una cum ס׳ תּוֹלְדוֹת יַעֲקֹב h. e. *libro generationum Jacobi* R. *Jacobi* שְׁשְׁפּוֹרְטַס (in ש״י mendoſe legitur ששפורט) qui exhibet Indicem locorum Scripturæ in Talmude Hieroſolymit. expoſitorum, *Amſtelod.* 412. C. 1652. 4. Inſertus deniqve eſt auctior libro בית אהרן de quo ſuo loco dicemus ſub *Aaron fil. Schemuel.* In Pentat. Hebræo, qui cum Raſchii comm. & R. *Schabbatai* שפתי חכמים Amſtelod. 1680. & Dyrenfurti 1693. prod. in margine exhibetur index locorum Talmudicorum ex hoc *Tholdot Aharon* petitus, quod idem fit in edit. Pentateuchi Berolinenſi an. 1705. 8. Rabbinorum commentationibus munita. Plantavitium ſecurius ſecutus eſt Bartoloccius, quando T. I. p. 92. hunc librum R. *Aaron Cohen* tribuit, librumque moralem & concionatorium ac Theſſalonicæ excuſum eſſe affirmat. Rectius idem in Addendis p. 739. & Aaroni noſtro librum vindicat, & accuratius deſcribit.

אהרון פרנקו פנהירו AARON FRANCO PINHERO Hiſpanus ſcr. lingua patria *Lunario perpetuo calculado*, Amſtel. 417. C. 1657. 4. 199.

ר׳ אהרון בן שמואל AARON f. SCHEMUEL Wilnenſis pater domus Judicii Synag. Francofurt. ac Cracov. cognomine קאיידנאבר b) anno 439. C. 1679. mortuus. 200.

b) Meminit hujus *Zemach David Continuatum* p. 47. ad annum 439. in quem mortem ejus refert. Ibi vero vocatur noſter *Schemuel* קוידנבר cum tamen in titulo librorum editorum tale præferat nomen, quale hic ſcripſimus. Cognomen קוידנבר in Actis Erudit. an. 1692. p. 217. legitur ut nomen Germanicum *Quirrenbeer*, cujuſmodi cognomina quamvis frequentia ſint Judæis, nihilominus tamen & ſcriptio, quam hic

1) אֱמוּנַת שְׁמוּאֵל *fides Samuelis* ex 1 *Sam.* III, 20. qvv, & reſponſ. in Ordinem *Even Eſer Francof. ad Mœn.* 459. 4.

2) בִּרְכַּת הַזֶּבַח *benedictio ſacrificii*, ex. 1. *Sam.* IX. 13. i. e. animadverſiones in *Gemaram*, commentariumque Raſchi in eandem & *Toſephot* Codicis *Kodaſchim Amſtel.* 429. 4. C. 1669.

3) בִּרְכַּת שְׁמוּאֵל *benedictio Samuelis*, ex 1. *Sam.* IX. 13. i. e. conciones in Legem, a filio auctoris *Zevi Hirſch* cum præfat. editæ *Francof. ad Mœnum* 442. C. 1682. fol. in qua etiam promittit

4) תִּפְאֶרֶת שְׁמוּאֵל *ornatus Samuelis*, qvo ait comprehendi comm. in Gemaram, Raſchium & Toſephot, ut & novas obſervationes rituales in Arba Turim: quem librum ante qvinqve fere annos *Francof. ad Mœn.* in 4. audio prodiiſſe ita tamen, ut ea tantum complectatur, quæ ad *Choſchen Miſchpath* explicandum pertinent.

201. ר׳ אהרון שמואל R. AARON SCHEMUEL f. R. MOSIS SCHALOM

1) נִשְׁמַת אָדָם *ſpiraculum Adami*, *Gen.* II, 7. ubi de anima agitur inde a primo ejus in mundum introitu, ejusdem perfectione, & vita recte agenda; de ſæculo item futuro, prœmio & pœna, *Hanov.* 377. C. 1617. 4. Illum librum fere totum Latine convertit *Hilarius Prache*, qvod ipſe refert in notis ad R. *Jedaja Happenini* בקשה ſive meditationem p. 15.

2) בְּאֵר שֶׁבַע *Beer ſcheba*, ex *Joſ.* XV. 28. neſcio cujus argumenti liber, ab eodem ſcriptus, laudatur in calce libri prioris.

202. ר׳ אהרון בן שמואל R. AARON ben SCHEMUEL Sæc. XVII. inclinante clarus ſcr.

בֵּית אַהֲרֹן *Domus Aaronis*; eſt index locorum Biblicorum ſecundum ordinem librorum & capitum Codicis Sacri ita diſpoſitus, ut appareat, in quibus libris, qvorum ſex & triginta per literas initiales, * antea explicatas, hic citantur, ſinguli illi loci explicati ſint. Inter eos inprimis allegatur Talmud utrumque, prout jam in libro *Toldos Aharon* excerptum fuit, niſi qvod hic

* exemplo tituli ipſius auctoris libris præfixi, ut & הסכמות retinui, & pronunciatio Judæorum legere jubet *Keidenover*.

hic accedit index in novem tractatus, in Toldos Aaron omiſſos, qvi ſunt *Pirke Avoth*, *Derech Eretz Rabba & Sutha*, *Maſſecheth Calla*, &c. Reliqui libri omnes in præfat. enumerantur. Collectioni huic, concionatoribus & Interpretibus Scripturæ perquam utili, decem ſe annos impendiſſe teſtatur auctor, qui in ea tanquam domo ſua conquieſcere ſe ſcribit, unde & tituli ratio eſt repetenda. Prod. Francof. ad Viadr. ex offic. Jo. Chriſtoph. Becmanni, an. 450. C. 1690. fol. foliis 178. Idem *Aharon* in הסכמה quadam, huic libro præfixa, dicitur commentatus eſſe in Maſoram magnam, qvod ſcriptum non prodiit.

אוריאל אקוסטא URIEL c) ACOSTA, Luſitanus 203.

in urbe, quæ vulgo *Porto*, Lat. *Portus Cale* dicitur, Parentibus Pontificiis quamvis ex Judæis majoribus, natus, gente nobilis & ad tractandam Juris diſciplinam admotus, ad Judæorum cœtum anno ætatis 25. ſe contulit, & ex Luſitania Amſtelodamum cum matre & fratribus profectus eſt. Hic cum liberius & patriis Judæorum inſtitutis minus convenienter viveret, cœtu Judæorum ſolemni formula exturbatus, cauſam ſuam contra religionis ſocios tueri aggreſſus, ſpeciatimqve immortalitatem animæ ſe negare profeſſus eſt, quam deinde ſingulari libro oppugnavit. Variis igitur ſuorum odiis injuriisque exagitatus ad eadem Judæorum ſacra rediit, ſed iterum ejectus, ac tertia tandem vice, pœnitudinis ſignis editis, plagis 39. publice affectus recipitur. Qua qvidem indignitate rei permotus acerbiſſimum, qvem putabat, inimicum ſuum, fores prætereuntem globulo emiſſo trajicere conſtituit, ſed ſpe fruſtratus, ſeqve detectum videns, eodem ſclopeto ſibi vitam ademit, anno 1640. menſe Aprili, ut teſtatur B. *Io. Mullerus* in prolegomenis ad Judaismum detectum p. 71. vel potius anno 1647. (v. Cl. Jo. Clerici Biblioth. Univerſ. Tomo VII. p. 327.)

1) Scripſit is librum *contra immortalitatem animæ*, quem, antea elaboratum, typis demum, ut ipſe in Exemplari Vitæ humanæ p. 347. teſtatur, tum demum edidit, cum Medicus qvidam, ſuaſu Iudæorum, ſententiam hanc ſuam, ore ab ipſo promulgatam, publico ſcripto confutaſſet. *Acoſtæ* liber hiſpan. fuit ſcriptus & ed. Amſtelod. apud Paulum Raveſtein ſub titulo.

Examen Traditionum Phariſaicarum collatarum cum lege ſcripta contra anti-

c) Cum Chriſtianus adhuc eſſet, Gabrielis habuit nomen, qvod ipſe in calce *Exemplaris Vitæ humanæ* ſcribit.

Digitized by Google

ma immortalitatem, ut teſtatur B. Mullerus l. c. p. 71. qui tamen annum omittit, quem anno 1623. poſteriorem eſſe ex eo colligas, qvod oppoſitus Medici, qvi eſt *Samuel de Sylva*, liber, qvem priorem editum diximus A. C. 1623. teſte *Philippo Limborchio* in præf. ad Exemplar Vitæ Humanæ prodierit.

2) *Exemplar Humanæ Vitæ* Latine ſcriptum & in ædibus αὐτόχειρος repertum, editumqve ex *Simonis Epiſcopii* ſchedis eſt a *Philippo Limborchio* in calce *Amicæ Collationis cum erudito Judæo Goudæ* 1687. 4. qui ſtricturas & refutationem brevem addidit. In illo enim Scriptor infelix non ſolum vitam ſuam ſtrictim delineat, & in Judæorum licentiam d) ac furores invehitur, ſed & varia argumenta in divinæ revelationis adeoqve religionis omnis veritatem injuria immiſcet. Idem ſcriptum habuit B. *Io. Mullerus*, qvod apparet ex fragmento inde allegato, qvod in ipſo *Exemplari* p. 353. quamvis paululum diverſum legitur. Obiter hic monendum, B. Mullerum Scriptorem vocare *Urielem Iuriſtam*, (qvo nomine etiam appellat V. C. *Io. Mollerus* in Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ Parte II. p. 96.) qvod per fortuitam nominis germani *Acoſtæ* immutationem factum videri poterat, niſi veri fieret ſimile, ipſum Acoſtam in libro ſuo contra immortalitatem animæ exarato, de induſtria, ad ſtudiorum, quod ſectatus eſt, genus alludens, ita nomen expreſſiſſe, cum B. Mullerus in Indice Scriptorum, qui Iudaiſmo detecto ſubjicitur, titulum illius libri, quo ipſe uſus eſt, referens, iterum *Urielem Iuriſtam* nominet. Vide plura de noſtro apud *Petrum Balium* Tomo I. Dictionarii Hiſtorico Critici p. 69. ſqq. *Io. Mollerum* in Homonymoſcopia p. 784. & B. *Martin. Diefenbach* in Judæo Convertendo p. 132. Acoſtam illum Hamburgi etiam aliquando verſatum & Judæorum odiis vehementer excercitum fuiſſe teſtatur Mullerus in laudatis prolegomenis p. 71.

אנקלוס vide אונקלוס.

103. אוקליד EUCLIDES, Geometra celebris, tempore Ptolemæi Lagi, qui an. 277. ante C. N. obiit, floruit: Hujus ϛοιχείων ſive *Elementorum libri* a R. *Moſe Aben Tybbon* hebraice verſi exſtant in B. Vatic. qvam verſionem Buxtorfius Monspeſſuli A. C. 1210. factam eſſe teſtatur. Plantavitius Romæ ſe in Bibliotheca Medicea præclariſſimum

d) Damnat ille ſpeciatim facultatem, quam habent, pœnas ſibi invicem ſtatuendi, quam illis omnino adimendam eſſe prudenter monuit B. *Difenbachius* in Judæo Converſo p. 191.

Digitized by Google

ſimum Euclidis exemplar vidiſſe ſe ait, magnis in folio membranis, iisqve terſiſſimis, nobiliqve charactere, & auctario duorum librorum, qvi non exſtent in Græcis & Latinis exemplaribus. Interpretatio Elementorum Hebr. exſtat quoque Amſtelodami teſte ש״ו & in Bibl. Leidenſi inter Codd. Warnerianos p. 287. n. 51. ubi ex lingua Arab. per *Iſaacum* fil. *Honain* & *Moſen f. Schemuel f. Iehuda f. Tibbon*, accurante *Ibn Korra* facta & figuris inſtructa fertur. Libri VII. Elementorum a R. *Iac. ben Mechir* hebraice converſi MSS. exſtant in B. Vindobonenſi; v. Catalogum Neſſelii n. 124.

Iidem integri cum Sphæricis *Menelai & Theodoſii* in B. Bodlej. n. 6303. inter Codd. Huntington. n. 557. Confer etiam n. 502. 505. 506. 507. ubi nunc integre, nunc ex parte, converſi recenſentur. *Manoach Hendel* in præf. libri מנות לבבות, refert exſtare commentarium in loca Talmudis ad Geometriam ſpectantia, ex Euclidis ſcriptis compoſitum. Quædam Euclidis apophthegmata leguntur in libro מוסרי הפילוסופים Sect. II. c. 18.

אזריאל מגרונדי v. R. *Azariel f. Salomo Gerundenſis.*

אורי בן דוד R. URI F. DAVID Pater domus judicii in Synagoga Polnenſi Lithuaniæ (פאלני) Sæc. XVII. medio clarus ſcr. 205.

אור תורה *lumen legis* h. e. comm. literalis & allegoricus in Pentateuchum, cui immiſtæ ſunt paſſim expoſitiones literales R. *Sam. Idlas. Lublini* 402. C. 1642. 4.

אורי בן שמעון R. URI F. SCHIMON *Beelenſis*, Sæc. XVI. medio clarus, ſcr. 206.

יִחוּס הָאָבוֹת וְהַנְּבִיאִים וְהַצַּדִּיקִים h. e. *Genealogiam Patriarcharum, Prophetarum & Iuſtorum* h. e. recenſionem Sanctorum Dei Virorum & majorum ſuorum, qvorum ſepulchra in Terra Sancta & extra eam inveniuntur, religioſo cultu a Judæis adiri e) ſolita. Scriptum hoc auctor ipſe ex epiſtola quadam an. 297. C. 1537. exarata concinnaſſe ſe ſcribit p. 74. ed. *Hottingeri*, an. 324. C. 1564 teſtimonium ſimul ferens de fide Scriptoris epiſtolæ, quam ſe probatam deprehendiſſe ſcribit, cum ipſe in iis locis iter faceret. Unde hic liber ex eo deſumtus mihi videtur, qui prodiit alias ſub

e) Proinde nec Judæis improbantur peregrinationes illæ religioſæ, de quibus legi plura poſſunt apud Vener. D. *Michaelem Fertſchium* in diſſ. de peregrinationibus Judaico-Ethnico-Pontificiis Ien. 1705. & Celeb. Jo. Franc. Buddæum in Parergis Theolog. p. 73. Judæos etiam olim mortuos pro ſua ſalute deprecatos eſſe ex libris de Vita & morte *Moſis* probare conatur Gaulminus in notis ad libr. cit. p. 290. ſq.

Digitized by Google

tit. אגרת מספרת יחוסתא הצדיקי דארעה דישראל h. e. *epiſtola Genealogica Iuſtorum terræ Iſraëlis*, quæ prodiit in folio expanſo unico *Mantuæ* 321. C. 1561. 8. tum vero *Venet.* 386. 8. & *Veronæ* 406. 8. C. 1646. in B. Oppenheimer. exſtat ed. *Veneta* 359. C. 1599. & 400. C. 1640. item *Mantuan.* 436. C. 1676. R. Schabtai in ש״י ſimpliciter appellat יחוס הצדיקים idemque auctorem vocat R. *Gerſon* ben *Aſcher* ut forte *Uri* noſter, qvod ipſe profitetur, ejus ſcriptum recognoverit tantum, qui tamen nomen *Gerſonis* tacet. *Bartoloccius* utrumque titulum, tanquam librorum diſtinctorum, recenſet, alterum Tomo I. p. 58. ulteram Tomo III. n. 832. Titulus ille, quem primo loco poſui, nempe יחוס האבות legitur in limine editionis, quam Hebr. cum Latina ſua verſione & notis excudi curavit *Io. Henr. Hottingerus* ſub titulo Latino *Cippi Hebraici*, quibus acceſſit diſſertatio de numis Orientalium, Hebræorum maxime & Arabum. *Heidelb.* 1659. 12. & 1662. 8. In Theatro Placciano p. 697. a. liber ille Hottingerianus ab altero illo יחוס הצדיקים diſtinguitur, qvod factum eſſe credo ad exemplum Bartoloccii l. c. utrumqve tanquam a ſe invicem diverſos & *ἀνωνύμους*, commemorantis.

2) לוח ſive Calendarium Judaicum in patenti forma editum *Venet.* 1575. cujus conditionem & pretium, qvod illi ſtatuunt Judæi, cognoſcere licet ex præfatione, quam cum verſione Lat. Hottingerus *Cippis* illis *Hebraicis* p. 76. ſubjunxit, non monens *Iac. Chriſtmannum* idem Calendarium cum ſcholiis ſuis an. 1594. Latine edidiſſe.

אושעיא רבה. v. הושעיא.

אזולאי vide ſupra *Abraham f. Mardochai Aſulai.*

207. אזובי ÆSOPUS, *Phryx*, celebris fabularum conditor, clarus teſte *Laertio* lib. I. §. 72. circa Olymp. LII. i. e. anno ante Chriſtum 572. Hujus fabulæ Græce primum ſcriptæ, atque hinc, niſi potius ex translatione *Arabica*, f) ceu Bartol. ſtatuit, ex parte ab Anonymo *Hebraice* converſæ prodierunt in Collectione variorum opuſculorum, inter quæ primo loco occurrunt דברי הימים של משה *CPoli* 1517. 4. & *Venet.* 1544. 8. unde * *A. Alſop*

f) Malim Bartoloccii ſententiam ſequi, eo quod interpretationes ſcriptorum vel Græcorum, vel aliis linguis exaratorum, ex lingua Arabum ideo ſuſceptæ videntur, qvod Judæi inter eos verſarentur, ipſi vero Arabes in Græcorum ſcriptis, ſua lingua convertendis, inprimis operam collocabant.

* Non memorat Cl. Alſop editionem, ex qua has fabulas deſumſerit, ſed eas *ex impreſſo Codice Bodlej. deſcriptas* ſimpliciter adfirmat: cum igitur alia, qvod ſciam, editio, quam

Digitized by Google

Alſop in delectu Fabularum Æſopiarum editione *Oxon.* 1698. 8. curata eas & quidem decem numero, p. 9098. recudi curavit. Sic & cum ſententiis *benSira* Amſtelod. anno 457. C. 1697. editis p. 26. ſqq. fabulæ quædam Æſopiæ leguntur. Verſionem harum fabularum, neſcio an omnium, Hebr. ineditam vidiſſe ſe teſtatur *Plantavitius* p. 571. B. Rabb. *Arabica* verſio cum epilogis Moralibus exſtat MS. in Hyperoo Bodlejano n. 3713. Hebraice primum ſcriptæ videri poterant, ſi audiendi eſſent, qui *Aſaphum*, Muſicum & Poetam diviniorem, ſub *Æſopi* perſona latere ſibi perſvadent; ſed illis non magis tribuendum eſt, ceu variis argumentis oſtendit Cl. Schudt in Compendio Hiſt. Jud. p. 88. quam iſtis, qvi *Locmannum* Arabem ab Æſopo diſtinguendum negant, de quo ſuo loco dicemus. Sunt & alii inter Hebræos fabularum Scriptores, de qvibus ſuo loco dicemus.

אחא ניקיטא ACHA NICOETA cujus ſcriptum 208. hebraicum de Accentibus Hebræorum laudat *Henr. Mauroy* in Apologia pro Judæis p. 213. teſte Bartoloc.

ר׳ אחא בר רבא R. ACHA bar RABBA, Rector 209. Scholæ Pumbedithanæ in Babylonia, ætate VI. Amorraitarum, A. M. 4173. C. 413. defunctus, cujus ſcripta ætatem non tulerunt. Vide *Abrah. ben Dior* librum Kabbalæ p. 62.

ר׳ אחאי גאון R. ACHAI GAON, quem ſcriptor Schal- 210. ſcheleth p. 36. b. (non 63. quod typographi vitium eſt apud Bartolocc.) ר׳ אחא, *Ganzius* vero אחא משבחא vocant, floruit an. 4510. C. 750. ob merita ſua dignus, qui Geonatus inſignibus ornaretur, qua tamen dignitate privatus fuit, ex odio Æchmalotarchi *R. Samuel f. Mori*, qui famulum ejus *Nithronæum* ipſi prætulit. Hac itaqve injuria perculſus ex Babylonia in

quæ in Collectione opuſculorum laudata obſervatur, non exſtet, aliam hic ſtatuendam non puto. Idem Alſopus in præf. monet, *eum, qui fabulas has tranſtulerit, vocari ibi Jeſopito, & neſcire ſe, fictumne an verum fuerit nomen.* Mihi quidem dubium non eſt, nomen *Jeſopito*, non pro Interpretis, ſed ipſius *Æſopi*, quod in *Jeſopito* tranſiit, nomine habendum eſſe. Cæterum fabulæ quæ ibi habentur, exponunt, de margarita in ſterquilinio: de cane parturiente: de Leone ſenio confecto: de Aſino irridente Aprum: de aquila cornice & teſtudine: de Ranis ad Solem: de vulpe & aquila: de ove cane & lupo: de lupo & vulpe: de vacca, capella, ove & leone. Singulæ illæ Hebr. cum ſubjecta verſ. Lat. metrica exhibentur.

in Terram Sanctam profectus eſt, ibique circa annum 521. C. 761. obiit. Lege *Zemach David* ad an. 4510. Exſtant ejus

שְׁאֵלְתּוֹת *quæſtiones* 470. ubi de ritibus & inſtitutis cerimonialibus omnibus in Lege obviis ſecundum ſeriem Paraſcharum Pentateuchi exponitur. *Venet.* 306. C. 1546. fol. apud *Dan. Bombergium*, ex antiquo Cod. MS. apud *Eliam* חלפי invento. Conf. huc Trigland. de Karæis p. 105. In hunc librum commentatus eſt R. *Abraham Cohen*, ſub qvo vide, quæ ſcripſi. Inſpice etiam, ſi placet, de noſtro R. *Abrah. ben Dior* in libro Kabbalæ, ex qvo ceteri ſua mutuo ſumſerunt. Monet vero *ben Dior* præterea, illum quæſtionum librum a ſeqventium ſæculorum hominibus diligenter examinatum & ab omni errore immunem deprehenſum eſſe.

211. אחיתופל הגלוני ACHITOPHEL GALONITA

ס׳ גּוֹרָלוֹת *liber ſortium*, in qvo ratione fabulari varia animalia aviumque nomina ordine collocantur, ſingulisque hiſtoriola quædam annectitur. MS. teſte ש״י.

212. אחשורוש המלך AHASVERUS *Rex* Perſarum, quo imperante ea geſta ſunt, qvæ in libro *Eſther* commemorantur: hic in libro Eſther Apocrypho c. 12. dicitur id, qvod geſtum erat, retuliſſe in commentarios, qvod tamen ejus auſpiciis per alium factum eſſe veri ſit ſimile. Ejusdem epiſtolæ binæ memorantur, altera c. XIII. altera c. XVI. Sic & *Mirabilia Urbium* nomini ejus inſcripta, & Hebraice exarata in Bavarica Bibliotheca exſtare dicuntur. Quæ utut minus ex vero dici videantur, tamen vel hoc nomine eum recenſendum putavimus. Confer *Stip. Sgambatum* in Archivis V. T. p. 393. ſq. ubi de variis Hebræorum circa Ahasverum commentis.

אי AI GAON vide האיי.

213. אידל IDLE filia *Moſis* R. מענרלש edidit compendium *Ioſephi Hebraici* Cracov. 430. 4. vide, quæ ſcribentur ſub יוסיפון.

איזופיטו ÆSOPUS: vide paulo ante אוזפי.

214. ר׳ איזק טירנה R. ISAAC TIRNA vixit 5230. C. 1470.

מִנְהָגִים מִכָּל הַשָּׁנָה de ritibus per totum annum a Judæis Polonis, Ruſſis,

Digitized by Google

Ruſſis, Lithuanis, Bohemis, Moravis & Germanicis receptis, quæ commentatio in calce librorum Precum totius anni exſtare ſolet, ac ſpeciatim in edit. Dyrenfurtenſi 1690. 4. invenitur. Plantavitius laudat editionem *Cracov.* 357. Germanice converſa & edita eſt hæc tractatio *Pragæ Amſtelod.* 1662. 4. ut & *Francof. ad Mæn.* 434. 8. Bartoloc. Tomo III. ſub *Iſaaco Tirna* editionem Hebræo-German. *Venet.* 1601. 4. curatam tradit. Noviſſime prodiit, ut ceteras edit. taceamus cum novis figuris Amſtelod. 467. C. 1707. 4. germanice. Ex hoc Bartoloc. p. 188. T. I. effinxit R. *Elieſerem Tirna.*

איזק שטיין ISAACUS STEIN vide infra יצחק *Eiſack Stein.*

אנפירופיה דוראן ENPEROPHIJA DURAN Hiſpanus, cujus אִגֶּרֶת אֶל בּוֹנֵיטוֹר h. e. *epiſtolam ad Bonetum*, ex Hebræo Neophytum, MS. in Vatic. 4. exſtare affirmat Bartoloc. in qua ſub ænigmate horum verborum לא תהי כאבותיך *non eris ſicut Patres tui* eum ad Judaismum revocare conetur, adeoqve de præcipuis fidei Chriſtianæ capitibus exponat, qvæ ſub ſpecie defenſionis evertere conatur. Idem hic eſt cum פריפוט דוראן ſub qvo nomine vide, quæ ſcribentur.

איסתרוק ESTROCK: v. ſupra אבוניסתרוק.

איסרליין v. R. *Iſraël* f. *Petachia.*

איסרליס ISARLES: v. infra R. *Moſes Iſarles.*

איפוקראט HIPPOCRATES Cous, Medicorum Princeps, 215.
qvem Vitæ ejus Scriptor Olymp. LXXX. anno 1. natum teſtatur. Hujus ſcripta nonnulla hebr. converſa alia quidem in lucem prodierunt, alia MSS. exſtant. Sic *Aphoriſmi* ejus *Marci Anton. Cajotii* cura cum verſ. Græca & Latina Rom. 1647. 8. hebr. prodierunt ex Codice Plantavitii MS. mutilo, & alio, qvem in Italia nactus erat, perfecto. Plantavit. enim n. 585. B. Rabb. teſtatur, duplex ſe horum Aphoriſmorum exemplar MS. hebr. in charta veteri in 4. poſſidere, Scholiis Galeni illuſtratum. Idem n. 80. laudat *Abrab.* כַּבְּרִית explanationem Hebr. MS. על פרקי אפוקראט qvod de iisdem Aphorismis interpretor. Iidem cum comm. *Moſis fil. Eved Haelohim* g) Iſraëlitæ ad mentem Galeni paucis exceptis, MSS. recenſentur inter Codd. Warnerianos p. 285. n. 29. Catalogi B. Leidenſis. Leguntur & in

g) Idem eſt, qvem alii vocant *Moſen* עבד אלה de quo infra dicemus.

Digitized by Google

B. Vindobon. n. 42. Catalogi Neſſeliani cum comm. Hebr. Interpretis neſcio cujus. Aliam eorum verſionem Hebr. R. *Joſephi fil. Salomonis del Medico* non editam ſub illius nomine memorabimus ſuo loco. *Andr. Mullerus Greifenbagius* itidem MSS. habuit cum comm. Hebr. & verſione Latina: vide Indicem MSS. ejus in B. *Tenzelii* Dialogis menſtruis an. 1697. p. 188. In Bibl. Vatic. qvoqve legi MS. teſtis eſt Bartoloccius Tom. I. p. 423. ubi de noſtro diſſerit ſub nomine אפוקראט, non recordatus, qvod jam ſub אבוקראט ejusdem meminerit. Eo enim loco monet,

2) Libros Hippocratis *de victus ratione in morbis acutis* & Prognoſticorum aliqvot capita cum Galeni comm. Hebr. MSS. legi in Vatic.

3) סְגֻלַּת אִפּוֹקְרָאט i. e. *peculium* h) *Hippocratis* hebr. ſe MS. habere ſcribit *Hottingerus* p. 40. Bibl. Orient.

4) Varia noſtri apophthegmata hebraice leguntur in מוסרי הפילוסופים Sect. II. c. 8.

Ceterum verſiones illæ Hebr. non tam ex contextu Græco, qvam Arabica verſione *Honain fil. Iſaaci*, qui in Galeno & Hippocrate vertendo feliciter verſatus eſt, factæ ſunt, quod felici conjectura aſſecutus eſt V. C. & egregium harum literarum decus *Theophraſtus Renaudotus* in epiſt. de exiguis commodis, quæ ex verſionibus Syriacis Arabic. exſpectari poſſunt ad emendandum Hippocratem &c. quæ gallice primum ad Cl. *Dacerium* ſcripta Latine converſa legitur in eruditiſſimi *Fabricii* Bibl. Gr. lib. II. p. 812. ſqq.

אִיצמונש vide ſupra *Avigador ben Moſche*.

216. איצק ISAAC, Archiſynagogus Poſnenſis, qvi ut Cabbaliſta eximius laudatur, ac an. 442. C. 1682. obiiſſe dicitur in *Zemach David* continuato p. 48. b.

217. אירנסט פרידריך היס ERNESTUS FRIDERICUS HESS, Ex Judæus & Medicinæ Doctor, ſcripſit

Flagellum Judæorum recens paratum & ex Scriptura Sacra ac Rabbinorum ſcriptis effabricatum, qui liber Germanice primum *Friſlariæ* 1589. hinc *Argentor.*

h) Ita legit & vertit *Hottingerus*: malim ego legere סְגֻלּוֹת & vertere *medicamina* Hippocratis, qvia eo ſcripto comprehenſa fuiſſe videntur Hippocratis conſilia de medicaminibus morborum. Hebræi enim ea hoc nomine appellare ſolent.

Digitized by Google

tor. 1601. tum *Erford.* 1605. 4. prodiit, noviſſime autem cum animadverſionibus Anonymi, qvi ſub literis M. P. M. A. V. M. N. latere voluit, *Francof. & Lipſ.* 1703. 8. recuſus eſt. In hac enim poſtrema editione contextui Heſſiano ſubjiciuntur variæ quæſtiones, ad Auctoris ſententiam vel illuſtrandam vel confirmandam pertinentes, quæ ex recentioribus præcipue Scriptoribus erudite ſolvuntur.

ר׳ איתיאל הערירי ITHIEL HAARIRI quem Bar- 218.
toloccius קרירי Hottingerus vero *Chariri*, appellant, noſtram ſcriptionem approbante R. *Schabbatai* in ש״י, Arabs, ſcripſit lingua Arabica,

ס׳ תחכמוני *Sapientem reddens*, ex 2 Sam. XXIII. 8. qui liber alias vocatur מחברות איתיאל h. e. *compoſitiones* ſ. commentationes *Ithielis*, qvibus per dialogum inter חבר הקיני (v. *Judicum* IV. 11.) & איתן האזרחי (1. *Regg.* IV. 31.) de mundi deliciis, rebusqve hinc inde geſtis, quæ ſingulæ eleganti carmine comprehenduntur, per ſectiones L. inſtitutum, & elegantiſſimo ſtilo exaratum, variæ doctrinæ morales traduntur. Exſtat illius verſio Hebraica a R. *Jehuda Alcharifi* facta & edita *CPoli* 300. & 343. 4. Non igitur audiendus eſt *Immanuel fil. Schelomo*, quando in præfat. ad librum ſuum qui dicitur מחברת עמנואל adfirmat, Jehudam noſtrum ipſum eſſe horum carminum auctorem qvod & Plantavitio n. 748. viſum eſt, quem *Bartoloccius* Tomo III. ſecurius ſecutus eſt, non memor, alibi, nempe Tomo I. p. 99. rectius ſe de eadem re ſcripſiſſe. Porro nec in eo ſibi ſatis ab errore cavit Plantavitius, quando n. 681. librum שבת תחכמוני, quem in Catalogo Pragenſi commemoratum ſe legiſſe teſtatur, tanquam a priore diſtinctum, qvamvis itidem Moralem, recenſet, cum tamen & tituli ex 2 *Sam.* XXIII. 8. petiti, & argumenti cum priori convenientia eundem hunc eſſe librum credere jubeat. Similiter Bartoloccius Tomo III. ubi de *Jehuda Charifi* fil. *Juda* agit, diſtinguit librum מחברות איתיאל qvem ab eo ex Arabico converſum dicit, a libro carminum, quem eidem tanquam auctori tribuit, & qvidem duplicem, alterum ſub nomine חבר הקיני alterum ſub nomine איתן האזרחי exaratum. Aliter enim de his ſtatuendum eſſe ex dictis patet. Nec idem audiendus eſt, qvando paulo poſt ſub R. *Jebuda Charifi* f. *Salomonis*, quem a R. *Juda Charif.* f. *Juda* præter rem diſtinguit, librum תחכמוני commemorat, tanquam a מחברות diverſum. De libro ipſo & ejus interpretatione ita ſtatuit *Jo. Henr. Hottingerus* in Biblioth.

bliotb. Orient. p. 50. quod in utraqve lingua ſit eloquentiſſimus, cum auctor qvidem in Arabico contextu eloqventiam Alcorani æmulatus ſit: Interpres vero illius facundiam Hebraicis carminibus ſuperaſſe videatur, cum ipſe Emanuel cap. IX. libri מחברות homo ceteroqvin glorioſiſſimus, *Chariſium* illum tanquam ſummum & incomparabilem Poëtam commendet.

219. אכסילראד ACSILRAD cognomine בֶעֶנְרִיש ben *Ioſeph Levita* ſcr.

1) בֶן דַּעַת *filius ſcientiæ* i. e. conciones 150. in Pſalmos literaliter expoſitos, quæ una cum קב ונקי & ipſo Pſalmorum contextu prodierunt *Hanov.* 376. C. 1616. 4. Bartoloc. poſt Hottingerum ſuo loco tanquam ſcriptum *ἀνώνυμον* recenſet, nec ſe unqvam vidiſſe fatetur.

2) עֲבוֹדַת הַלֵּוִי *miniſterium Leviticum*, *Exod.* 38. 21. ſive conciones in Legem, quas tamen in Pentateuchum ſolum *Lublini* fol. editas vidiſſe ſe teſtatur ש״ך.

220. אלאל בן שחר ELEL ben SCHACHAR

תַּגְמוּלֵי הַנֶּפֶשׁ *retributiones animæ*, (ex *Prov.* XI. 17.) agit de articulis fidei fundamentalibus, MS. laudat ex Hotting. & Bartoloc. R. Schabtai, qui tamen forte minus emendate ſcripſit אלעל.

אלבו ALBO: v. R. *Ioſeph Albo*, v. R. *Iſaac Albo*, v. R. *Iac. Albo*.

אלבומסר v. *Avu Almaſar*.

אלבילדה ALBELDA; v. infra R. *Moſche Albelda*.

אלביתם v. ſupra *Avu Ali Ibn Alchaſin Albeitam*.

אלבלג vide צחק אלבלג.

אלגאזי ALGASI: v. infra *Schelomo b. Abraham Algaſi*.

אלגאזלי. ALGAZEL: v. ſupra *Avu Achmed Algazel*.

221. אלדד הדני ELDAD DANITA ſive de tribu Dan, cujus epiſtola de decem tribubus juxta & ultra fluvium *Sabbationem* i) habitantibus,

i) De hoc fluvio Bartoloccius occaſione *Eldad Danitæ* fuſius exponit, qvod & alii fecerunt.

Digitized by Goo

bus, imperii forma, ritibus & inſtitutis, potentia & bellum cum vicinis gentibus gerendi ratione agens circumfertur. In calce illa ab Eldado miſſa legitur in Hiſpaniam An. 5043. C. 1283. *Schalſcheleth* viciſſim p. 37. b. ex Mar Zemach teſtatur, Eldadum illum circa annum 4640. C. 880. conſpectum fuiſſe, qvod temporis intervallum cum a priori illo longiſſime ſejunctum ſit, non vanum hinc fictæ illius epiſtolæ argumentum ducit Bartoloccius Tom. I. p. 129. qui & partem ejusdem epiſtolæ hebr. & Lat. p. 101. ſqq. exhibet, ac totam narrationem ſtrictim confutat, ſicut antea alia Hebræorum loca de fluvio illo adduxerat. Prodiit illa epiſtola primum *CPoli* 278. C. 1518. 4. & *Venetiis* 304. C. 1544. & 1605. 8. utrinque cum opusculis aliis inter quæ primo occurrunt דִּבְרֵי הַיָּמִים שֶׁל מֹשֶׁה Summam refert Scriptor *Schalſcheleth hakkabbala* p. 37. & inde Hottingerus in Hiſtor. Eccleſ. N. T. Sæc. X. p. 142. ſq. Vide etiam Jo. Andr. Eiſenmengeri Judaismum Detectum Part. II. p. 527. ſqq. Eandem epiſtolam ex Latina ſua interpretatione, cujus tamen errores quosdam emendavit Bartoloccius, exhibuit Genebrardus in calce Chronographiæ Hebræorum ed. Pariſ. 1584. fol. p. 75. quæ antea prodierat *Pariſ.* 1563. 8. ſub tit. *Eldad Danius de Judæis clauſis, eorumque in Æthiopia imperio.* Novam editionem pollicitus eſt Pet. Lambecius in Prodromo Hiſtor. Literar. p. 203. Plantavitius n. 55. B. Rabb. refert, hoc libello deſcribi peregrinationes ab Eldad Danita ſuſceptos; qvod ex parte quidem verum eſt, cum narretur, qvomodo Eldad, relictis illius fluvii terminis in alias regiones profectus fuerit ad nuncium Judæis de incolumitate & rationibus ſociorum ſuorum ferendum; ſed potiſſima pars ipſo illo nuncio abſolvitur. Menaſſe ben Iſraël in

quos laudavi in notis ad R. Mardochæi Karæi tractatum p. 94. Illis adde eruditiſſimum *Thom. Hyde*, quem ab aliis in hanc rem laudari non memini, in notis ad *Perizolii* Itinerarium c. XXIV. p. 149. ubi inter cetera monet, veriſimile ſibi videri, quod detur alicubi talis fluvius, qvem Judæi hoc nomine appellarint, quamvis ſpuriam, nempe a quiete fluvii Sabbatica, cauſam adferant. Ipſe hanc nominis facit originem: cum Judæi a Sennacheribo ducerentur captivi, primo inter deportandum non potuerunt celebrare Sabbata ſua; poſtea vero, facta quietis copia, prima, qua licuit, occaſione Sabbatum ad ripam fluvii *Gozan* Sabbatum celebraſſe videntur, qui propterea *fluvii Sabbatici* nomen tulit. Interjecto tempore alii, veram nominis cauſam ignorantes, fluvium finxerunt ideo ſic appellari, qvod Sabbato quieſceret, reliquis diebus fluens, vel, qvod alii comminiſcuntur, qvod Sabbato ſolum flueret, reliquis diebus curſum ſiſtens. *Menaſſe ben Iſraël* p. 65. de Spe Iſraëlis teſtatur, Polonos duos, ex longo itinere reverſos, Lublini an. 5394. C. 1634. librum germanicum de origine fluvii Sabbatici edidiſſe, qvem Senatus, a Jeſuitis adductus, Wratislaviæ in nundinis comburi juſſerit.

in *Spe Iſraëlis* p. 55. de hoc libello ita : *Iſtis ex terris venit ante* 500. *annos Iſraëlita* Eldad Danita , *ex tribu Danis , cujus hodie adhuc videtur litera , quam vocamus* ס׳ אלדד הדני *quia Rabbinis examinatus homo probæ fidei videretur.* Meminit illius libri *Abrab. ben Eſra* in comment. ad cap. II. Exodi p. 58. b. init. Bibl. Buxtorf. & fabuloſa in illo tradi confitetur.

אלוואמאת אלגזל ALVAMATH ALGAZEL auctor ex negligentiori lectione a Bartoloccio fictus , cui tribuit מאזני צדק. Neqve enim diſtinguendus hic erat ab *Abu Achmed Algazali* , ſub cujus nomine vide quæ ſcripſi : adde אבן רשד in fine.

222. אלחסידי ALCHASIDACIUS Hebræus, cujus librum הַגּוֹרָלוֹת ſortium, qvi ſubtili ſententiarum diſpoſitione de omni negotio , de morborum longitudine & brevitate , de numero annorum vitæ , ipſoque die obitus certos facere homines polliceatur, memorat Bartoloc. k) ex Gesnero , quo eodem teſte *Aben Eſra* ignea eum fornace dignum cenſuerit. R. Schabbatæus in ש״י qvatuor hujus libri titulos affert , qvorum nullus hujus nominis Scriptori , unus vero eorum *Aben Eſra* inſcribitur. Vix dubitarim ego , *Alchaſidacium* hunc eundem eſſe cum Arabe *Abu Achmed ben Abdalla , ben Abdi Alchaſed* , cujus librum de Arithmetica hebr. converſum ſupra n. 7. recenſuimus.

223. אלחה בן דוד ELCHA ben DAVID cujus librum

יוֹם יְהֹוָה i. e. *dies Domini* (ex *Jeſ.* XIII. 5. & 9.) quo de fine mundi agitur ex Hebr. Latinum edidit *Jac. Gaffarellus* cum notis Pariſ. 1629. 8. tribus plagulis & dimidia. Idem in epiſtola ad Gaſſendum notis ſubjuncta p. 20. ita de noſtro commentatur : *Inter Judæos qui ſuis ſuæque gentis opinionibus parcius adhærent , ſincerius verum tueatur , & acriore vi ingenii de rebus judicet , vix alium reperiri certum eſt : quo tamen vixerit tempore , incertum. Compertum quidem , in Rhodo deſcriptum an.* 304. *a. C. N.* 1544. *idcirco eodem tempore floruiſſe Rabbinum , perſuaſum etiam habueram. Sed cum Venetiis Samuelem Medicum Iudaicæ gentis , qui per decem ac duodecim annos Orientem luſtraverat , conſuluiſſem , teſtatus eſt , lectis ejusdem Rabbini MStis didiciſſe , vixiſſe illum noſtræ ſupputationis , ſcilicet a C. N. Sæculo XI. Ibidem Gaffarellus* exiſtimat , non alium hujus Rabbini librum ad nos perveniſſe , *Samuelem* vero illum teſtatum ſibi eſſe, qvod

k) Bartoloc. negligentius verba Gesneri repetiit , qvando pro *ſententiarum diſpoſitione* ſcripſit *materiarum diſpoſitione* , & pro *morborum* poſuit *membrorum*.

Digitized by Google

quod cum Bibliothecis, quæ Cremonæ flammis perierunt, inter cetera Hebræorum volumina MStus ejusdem auctoris liber *de lectura per ſtellas* ſublatus ſit. Suſpicatur qvoqve, eum non male de Chriſtiana religione ſenſiſſe, quæ forte cauſa ſit, cur Judæi illius opera ſilentio demerſerint, vel flammis deleverint. Nulla certe eſt illius mentio in ש״י. Lege de hoc libro plura in *Pet. Gaſſendi* epiſtola ad Gaffarellum Tomo VI. Opp. p. 12. ſq. ubi varia notat, in editione vero ipſa p. 14. id deſiderat, quod contextus Hebraicus ſit omiſſus. Vide etiam B. *Iac. Thomaſium* de exuſtione mundi Stoica th. 2. in not.

אלחנן R. ELCHANON PAULUS Pragenſis, Ex Judæus, 224. Chellini in Polonia ſacro lavacro tinctus an. 1568. ſingulari ſcripto germ. edito ex ſcriptis Prophet. & Cabbala Judæorum probare aggreſſus eſt, JESUM Nazarenum verum eſſe Meſſiam inprimis ex eo, qvod CHRISTI & *Mariæ* nomen in præcipuis vaticiniis de Meſſia obſcurius ſignificatum lateat. Prodiit illud ſub tit. *Myſterium novum.* Helmſtad. 1580. 4.

ר׳ אלחנן בן אברהם R. ELCHANAN f. *Abraham* 225. vixit Sæc. XVII. in eunte, & ſcripſit carmen Hebræo Germanicum de calamitatibus, quas paſſi ſunt Judæi Francof. ad Mœnum an. 1614. in turbis, a *Vincentio Fettmilch* excitatis. Carmen illud prodiit *Amſtelod.* 1648. deinde vero a *Io. Chriſtoph Wagenſeilio* characttere Rabbinico & literis Germanicis e regione poſitis recuſum eſt in commentatione germanica, qua rationem dialecti Rabbinico Germanicæ exponit, p. 119. ſqq. In inſcriptione carminis Judæus monet, vocandum illud eſſe מְגִלַּת וִינץ quarum vocum literæ, ad numeros revocatæ, eam ſummam producant, quæ ex מגלת אנטיוכוס conſequitur. Procul dubio is per nomen וינץ alludit ad *Vincentii* nomen. Hebraice exſtat idem carmen in *Zemach David* continuato edit. *Francof.* 1692. p. 80. b. usque ad p. 84.

אלחנן בן בצלאל ELCHANAN BEN BEZALEL 226. URI LIPMAN ſcr.

קִרְיַת חָנָה (ex Jeſ. XXIX. 1.) i. e. commentar in Pirke Avoth *Pragæ* 372. 4. C. 1612. Bartoloccius eum minus recte vocat R. *Elkana ben Bezael.*

אלחסד ALCHASED; vide ſupra *Avu Achmed ben Abdalla* &c.

אלי

227. אלי אבא ALI ABBA, Hebræus Arabs in Hiſpania; cujus librum Medicum in Biblioth. Scorialenſi MStum ex Caſtelli Catalogo memorat Bartoloc.

228. אלי ALI *Muhamedanus*, qvem אִגֶּרֶת הַמּוּסָר *epiſtolam moralem* ex Ariſtotelis Græco Arabice convertiſſe, a R. *Iuda fil. Salom. Charifi* hebr. redditam & in B. Vatic. MS. teſtatur Bartoloc. T. I. p. 132. Sunt qvi *Salom. Charifi* Arabice, filium vero ejus hebr. interpretatum ajunt hanc epiſtolam: vide infra אריסטוטל & R. *Iehuda fil. Salom.*

229. אלי אלי אבן אלביתם ALI ALI IBN ALBITAM, Arabs, cujus opuſculum de Sphæra ſive Introd. in Aſtronomiam ex Arab. hebraice a R. *Salomon Medico* verſa MS. exſtat in B. Vindob. v. Neſſelii Catal. p. 124.

230. אלי אבן רגל ALI IBN RAGEL cujus libros VIII. Aſtrologiæ a R. *Salomone* hebr. converſos in Vindob. exſtare ex Lambecio teſtatur B. Spizelius in Arcanis Bibliothec. Sacris retectis p. 76. Idem liber MS. eſt inter Codd. Huntington. in Bibl. Bodlej. n. 93. Aſtronomici ejus libri Hiſpan. a R. *Iehuda* f. *Ioſeph* vel ut alii rectius f. *Moſis* converſi exſtant in B. Urbinat. MSS. v. infra ſub *Iehuda* f. *Ioſeph.* Confer de noſtro hoc Nic. Antonium in Biblioth. Hiſp. Vetere Tomo II. p. 239.

231. אליהו ELIAS l) cujus cum *Anane* (ענן) mentio fit in Gemara & comm. R. *Salomo Iarchi* f. Iſaacidæ ad cap. 13. Cetuvoth, qvod incipit שני דייני גזירות ex Judæorum mente eſt *Elias* Propheta, a qvo R. *Anan* didiciſſe ea fingitur, quæ deinceps ſub titulo תְּנָא דְּבֵי אֵלִיָּהוּ *traditio domus Eliæ*, prodierunt. Liber ille in duas partes diſtinctus eſt, qvarum prior אֵלִיָּהוּ רַבָּא *Elias major* 31. capitibus conſtans ea comprehendit, quæ R. Anan extra arcam m) didicerit ab *Elia*, poſte-

l) *Eliam* hunc ab *Elia Tisbite* Propheta diſtinxi, qvamvis Judæi aliter ſentiant, quippe qui Sæpius Eliam Prophetam doctoribus ſuis apparuiſſe & doctrinam inſtillaſſe fingunt. Quod ipſum hic qvoqve uſu veniſſe puto, niſi dicere malis, Eliam qvendam recentiorem hic intelligendum eſſe, qvo *Anan* præceptore uſus ſit: hæc videtur eſſe ſententia ש״י p. 90. n. 140.

m) Quid illa arca ſibi velit, ex locis Talmudicis paulo poſt afferendis intelliges.

poſterior vero אליהו זוטא *Elias parvus* capitibus 25. complectatur, quæ idem in arca didicerit. Eodem opere continentur commentationes ſubtiles & allegoricæ, elegantibus ſententiis perſperſæ. *Venet.* 358. 4. Confer quæ dicentur infra ſub R. *Menachem de Lonzano.* Recuſum eundem memini cum duplici illoqve diffuſo commentario, qui dicitur זקוקין דנורא ובעורין דאשא; i. e. *ſcintillæ lucis & faces ardentes* auctore R. Samuel הירא. de qvo ſuo loco dicemus. Citatur paſſim in *Ialkut Rubeni Gadol* v. c. p. 88. b. col. 1. & p. 90. a. col. 2. Non dubito hunc eſſe librum, qvem Bartoloccius p. 133. & 182. Tomi I. ſub titulo אליהו רבא & אליהו זוטא recenſet tanquam MS. in Vatic. fol. A. M. 4833. C. 1073. exaratum, in qvo de aliqvot viſionibus & apparitionibus ab Elia Propheta, ex ſententia Judæorum, factis agatur. Idem utriusqve iterum meminit Tom. IV. n. 287. & 309. Neqve diſtinguendus hic liber eſt ab eo, quem Plantavitius n. 753. affert ſub titulo תנא לר׳ אליהו הלוי, cujus itidem duas ſub iisdem titulis partes memorat, easdemque, multiplicis doctrinæ plenas, plerasque Scripturæ hiſtorias & præclariora Patrum aliorumque Virorum & feminarum illuſtria facinora complecti ait, quibus multa Philoſophica Ethica & Phyſica adjungantur lectu jucundiſſima: ed. *Venet.* 355. C. 1595. 4. n) Sicut itaqve Plantavitius manifeſte in eo hallucinatus fuit, qvod librum hunc *Eliæ Levitæ*, h. e. ut ſuſpicor, illi, qui alias *Germanus* vocatur, tribuit; ita Bartoloccius Tomo I. p. 178. minus recte cenſuit adſcribendum R. *Eliæ ben Moſis de Vidis*, in cujus libro ראשית חכמה occurrere ait inter cetera סדר אליהו רבה & חופת אליהו רבה. Neqve enim putem his *Eliæ ben Moſis* tractatibus cum noſtro hoc libro quicqvam præter titulum commune eſſe, niſi forte pro excerptis & compendio quaſi prioris illius ſcriptum *Eliæ ben Moſis* habendum videatur. Noſtrum enim, de qvo hic agimus, antiquius eſſe iſto *Elia ben Moſis* ex MS. B. Vatic. apparet, qvod A. C. 1073. exaratum eſſe teſtatum vidimus Bartoloccium. Interim & *Sgambatus* in Archivis V. T. p. 320. videtur in eadem ſententia fuiſſe, qvando præter Ordinem Eliæ majorem & minorem Eliæ cuidam juniori tribuit חופת אליהו h. e. ut ipſe vertit, *ſpeluncam Eliæ.* Hujus enim libelli titulus occurrit tantum in libro citato ראשית חכמה & rectius vocatur חופת אליהו h. e. *thalamus Eliæ*, ut ſuo loco videbimus. Ut autem eo rectius de opere hoc ex Judæorum mente judicium ferri poſſit, afferemus ipſum locum Gemaræ ex c. 13. Cetuvoth a Sgambato, ubi mendoſe c. 2. Cetuvoth allegatur

n) Editio hæc 355. non alia eſt a 358. quam affert ש״ו. Facilis enim hic eſt lapſus, ut pro שנ״ח i. e. 358. legatur שנ״ה & viciſſim.

tur latine converſum: R. *Anan*, inquiunt, *veniebat ad Eliam Prophetam, & ille docebat eum Seder Eliæ. Cum vero, neſcio quid, perperam admiſiſſet, diſceſſit, egit pœnitentiam, & diu abfuit. Poſtquam rediit, verebatur Elia ſe oſtendere. Igitur inſtar arcæ cujusdam parari curavit, in qua incluſus Eliam docentem audiret. Quousque totum Seder audivit ex eo. Et ea eſt cauſa, cur dictum ſit Seder Eliæ Rabba & Suta.* Addit ibi commentarius Aben Chavir: *Partem, quam prius didicerat extra arcam, vocarunt Seder Eliæ Rabba, ſive majorem, partem vero quam didicit intra arcam, vocarunt Seder Eliæ Suta, quia minor fuit.* Vides *Eliam*, a quo Anan didiciſſe ſua fingitur, vocari *Prophetam*, ex qvo non præter rem colligas, Gemariſtas hæc ipſi Eliæ Prophetæ adſcribere auſos fuiſſe. Confer infra ר׳ ענן.

232. אליהו ELIAS itidem recentior, ut pleriqve recte exiſtimant, auctor eſt traditionis de mundo per ſex annorum millia duraturo, quam appellant תנא דבי אליהו i. e. *traditio domus* h. e. *Schola Eliæ*. Recenſetur illa in cap. I. *Avoda Sara* p. 65. ed. a Cl. *Georg. Elieſ. Edzardo* diligentiſſime curatæ & in Gemara Sanhedrin cap. XI. §. 29. ed. Cocceji in qua exponenda præ ceteris multus eſt R. *Schelomo Iſaacides* in comm. ad utrumqve locum. Recentiori cuidam Eliæ eam acceptam eſſe ferendam diſerte affirmat auctor *Schalſcheleth hakkabbala* p. 24. b. qui cum *Jehuda ben Tabbai* ac *Nittai Arbelita* feciſſet mentionem, qvos A. M. 3560. adeoqve duobus ante CHRISTUM, quem 3760. natum credunt Iudæi, ſæculis vixiſſe affirmat, addit: *Vidi in ſcheda vetuſta, hac ætate vixiſſe Eliam, cujus mentio fit in Miſchnajoth & Gemara his verbis:* תנא דבי אליהו *traditio Scholæ Eliæ. Non autem eſt Elias Propheta ullo modo.* Hunc ſeqvitur Rabbi Luſitanus in Colloqvio Middelburgenſi a B. Jo. Mullero, in Judaiſmo Detecto, allegatus p. 498. *Menaſſe ben Iſraël* de Reſurr. p. 268. Ex Chriſtianis nonnulli ipſi *Eliæ Prophetæ* tribuunt v. c. *Franc. Georgius, Hier. Vielmius, Jo. Picus Mirandulanus, Lud. Vives, Sixtus Senenſis, Stratonicus, Jo. Carion*, qvos in hanc ſententiam laudat Bartoloccius Tom. I. p. 177. His, quod mireris, addendus qvoqve eſt *Iſaacus Voſſius*, qui cap. VIII. de Sibyllinis Oraculis e libro Prophetiarum Eliæ, olim V. T. ſcriptis, deinde vero Apocryphis ut putat, annumerato, Oraculum hoc petitum eſſe confidenter affirmat, confutatus a R. Simonio in Reſp. pro Hiſt. Crit. o) Alii viciſſim rectius recentiori cuidam, ſed magnæ inter Judæos auctoritatis Doctori, vindicant, ex quibus idem Bartoloccius p. 178. *Dominicum Sotum, G. Genebrardum, Guil. Fornerium, Leonb.*

o) Confer de hac diſputatione *Acta Erudit*, anni 1687. p. 219. & 221.

Digitized by Google

Leonh. Coquaeum, *Hier. Magium*, *Io. Bodinum*, *Martin. Delrionem*, *Matthaeum Beroaldum*, *Pererium*, *Suarezium*, *Viegam & Reineccium* nominat, pluribus aſſeclis facile augendos. Singularis eſt *Adriani Fini* lib. V. Flagelli & *Pet. Coſti* in Typo Meſſiæ ſententia, qui aſſertionem hanc filio Sareptanæ viduæ, tanquam Eliæ diſcipulo, adſcribunt. Scipio Sgambatus in Archivis V. T. p. 519. librum, qvo hoc vaticinium deprehendatur, ab Elia qvidem recentiore dictatum, a diſcipulis vero ejus memoria exceptum, tandem vero ab horum diſcipulis poſt tempora R. *Judæ Hakkadoſch* literis conſignatum ſtatuit. Enimvero hac conjectura opus non eſt, cum non integer liber, ſed pronunciatum unum, traditione recentiori propagatum, fuerit, unde & apparet, eundem Sgambatum magis adhuc labi, qvando p. 520. librum *Seder Eliæ* Venet. 358. 4. editum huc ſpectare putat, qui longe alius eſt: vide infra R. *Elias ben Moſche de Vidas*. Sed hæc pro inſtituti noſtri ratione ſufficiant: interim videri ex multis aliis de hoc oraculo poſſunt ex Judæis R. *Menaſſe ben Iſraël* de reſurrectione mortuorum lib. & cap. III. in *Conciliatore* cap. XXXVI. & Probl. XXX. p. 135. de Creatione: ex *Chriſtianis* poſt Hier. *a S. Fide* lib. I. c. 2. contra Judæos (conf. R. Sal. Virgæ *Schebeth Jehuda* p. 233. ed. Lat.) *Raim. Martini* in Pugione Fidei Part. II. c. 10. cum notis Joſ. Voiſinii p. 322. *Pet. Galatinum* lib. IV. c. 20. ex recentioribus Pontificiis *Julium Bartoloccium* Tom. I. p. 167. ſqq. *Dionyſ. Petavium* in Dogmatt. Theologicis de Incarnatione XVI. 10. & *Abrah. Ecchellenſem* in Hiſtor. Arabum c. VIII. p. 182. ſq. ex noſtratibus *Chriſtoph. Helvicum* in Elenchis Judaicis p. 275. ſqq. B. *Ægid. Strauchii* Pſeud-Eliam ſive diatribem de Chronico domus Eliæ, Vitteb. 1662. 4. *Georg. Michaëlis* in not. ad Gaffarelli Curioſitates Inauditas p. 175. B. *Io. Mullerum* in Judaiſmo Detecto p. 498. ſq. M. *Chriſtianum Reineccium* in binis Exercitationibus de ſex durationis mundi millenariis Lipſ. 1702. & eruditiſſimos, conjunctiſſimosqve Collegas meos *Georg. Eliezerem Edzardum* in prolegom. ad cap. 1. Avoda Sara p. 14. ſq. itemque in notis ad librum ipſum p. 244. ſq. & *Io. Alb. Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1079. ſqq. ex Reformatis denique *Steph. le Moyne* Tom. II. Var. Sacrorum p. 850. ſqq. & *Io. a Lent* de Pſeudo Meſſiis cap. I. §. 10. &c.

אליה ELIAS Geonæus qvidam, cujus *qvv. & Reſpp.* cum ſimilibus qvv. R. *Hirtz* itidem Geonæi exſtant in B. Oppenheimeri MSS. 4. 233.

234. אליהו אבוהב ELIAS AVVHAB, vel ABOAB qui Pſalterium Hebr. edidit *Amſtelod.* 1644. 32.

235. ר׳ אליהו בן אברהם R. ELIAS fil. ABRAHAM Karæus CPolit. clar. medio Sæculo XVI. circiter, & ſcripſit expoſitionem ס׳ המבחר *Aaronis Prioris*, ceu teſtatur *Noſelos Chochma* p. 56. b.

236. ר׳ אליהו בן אברהם הלוי R. ELIAS f. ABRAHAM *Levita*, Oetingenſis, Sæc. XVII. medio claruit, & ſcr. בְּרִית הַלֵּוִי i. e. *fœdus Levi*, ubi 345. modis, (ſecundum numerum quem producunt literæ vocis משה) explicat precationem Moſis, quæ exſtat Deut. III. 23-26. oſtenditqve, ea oratione Moſen innuere voluiſſe, ſe omnia Dei præcepta, quæ ſunt 613., obſervaſſe, dignumque adeo habendum, qui terram Canaan ingrederetur; Deum vero Moſi contradixiſſe per phraſin רַב לָךְ, & qvidem merito, quod itidem demonſtrat. *Lublin.* 405. C. 1645. 4. Confer infra ברית הלוי inter Anonymos.

ר׳ אליהו אלפאנו vide infra R. *Elias Happaſchli.*

ר׳ אליהו בן אשר הלוי v. R. *ELIAS* Hallevi.

237. ר׳ אליהו בישיצי ELIAS BESCHITZI (*Byzantinus*) *Karæus*, fil. *Moſis*, p) qvem *Bartolocc.* Tom. I. p. 132. b. mendoſe *Eliam* בְּשְׁקִיאַקִי poſt *Hottingerum* p. 24. B. Orient. vocat, ac per novum errorem ab *Elia ben Moſche* Karæo p. 181. diſtinguit. Hunc ש״י plenius appellat R. *Eliam Beſchitzi ben Moſche ben Menachem.* Vixit is CPoli, unde & *Byzantini* nomen accepit, Sæculo XV. inclinante, qvod ex tempore libri ejus *Adderetb Elijahu* a diſcipulo Eliæ noſtri R. *Caleb*, ann. 5257. C. 1497. perfecte elaborati

p) Appellat ſe hic Elias filium *Moſis Candienſis* i. e. *Cretenſis*, unde facilis eſt conjectura, & ipſum Eliam noſtrum patria fuiſſe Cretenſem, ſicut incolatu fuit Byzantinus, qvod conjungere Judæi ſæpe, & ab alterutro vel patriæ vel incolatus loco ſuos appellare ſolent. Non confundendus tamen hic eſt cum *Elia Cretenſi* ſive מקנדריא fil. *Moſche*, de quo infra dicemus, quippe qvi Rabbanitarum placitis addictus fuit, quamvis ceteroqvin noſtro huic æqualis. Unde nec forte fallar, ſi dixero, utrumque ex eadem eſſe familia, qvod inde etiam colligo, quia ex lib. נובלות חכמה qui auctorem habet R. *Joſephum del Medico* Cretenſem, *Eliæ Cretenſis* filium, p. 56. in nota marginali *Samuelis Germani* patrem, hunc *Joſephum* magnam librorum Karaiticorum copiam habuiſſe.

Digitized by Google

borati (ceu *Mardochæus* in tract. de Karæis p. 63. & 148. tradit) manifeſtum eſt. Ipſe enim *Elias* noſter ſcribere cœperat, ſed fatis præventus abſolvere non poterat librum inter Karæos celebratiſſimum, qvem vocavit

אַדֶּרֶת אֵלִיָּהוּ *pallium Eliæ* ex 2 *Regg.* II. 12. Is ritualis eſt, & in varios סדרים q) ſive *Ordines* diſtinctus, in qvorum I. מוֹעֲדִים de temporibus, die, nocte, ſeptimara, menſe & anno in II. de Sabbato in II. de paſchate in IV. de feſtivitate Paſchali in V. de ſeptimanis in VI. de inceſtu agitur. Hac rationi Codicem delineat *Seldenus* de Anno Civili vett. Hebr. p. 8. qui ipſe ſæpius hunc librum in uxore Hebræa & *de Synedriis Hebr.* ad partes vocavit MStum. Prodiit vero CPoli, ut inſcriptio fert, anno XI. *Solymanni* r) Imp. in fol. apud *Gerſonem ben Moſe Soncinatem* editum. Exſtat editio hæc alias non repetita, in Bibl. Leidenſi. Meminit hujus libri ש״י & in univerſum tradit, agi in illo de præceptis Aff. & Negat. incipere autem ab inſtitutis de Novilunio & Emboliſmis, tum agere de Sabbatis & Feſtis totius anni usq; ad conſtitutiones *de hereditate*, quibus immortuus reliqva perficienda reliquerit R. *Calebo Aphundopolo*. Vocatur hic liber alias ס׳ הַמִּצְוֹת *liber præceptorum*, & apud Judæos Occidentales in tanto eſt pretio, ut ex illius præſcriptis pendeant, ceu teſtatur *Mardochæus* l. c. p. 147. Eodem MS. uſus eſt *Radulphus Cudworthus* in diſſ. *de vera notione Sacræ Cœnæ* Anglice primum in 8. edita, & deinde *Syſtemati* ejus *verũ* hujus Univerſi in fol. ſubjuncta. Vide p. 15. 20. & 23. Ab eo acceperat *Seldenus*, ceu ipſe profitetur p. 11. de Anno Civili, qvi Codex cum ab initio & fine mutilus eſſet, factum eſt, ut Cudwortho (vide eum l. c. p. 15.) ipſe qvoque auctor ignotus eſſet, Seldenus vero de titulo laboraret, qui minus feliciter p. 21. de Uxore Hebræa & ejus exemplo *Hottingerus* p. 25. Primitiarum Heidelberg. ſuſpicatur, titulum fuiſſe זקנים i. e. *Presbyteri*, eo qvod Presbyterorum, h. e. eorum, qui ordinatione ſolenni ſive manuum impoſitione in presbyteratum evecti ſunt, ſcientiam & diſciplinam contineat. Provocat is ad R. *Jehuda ben Elieſer* Karæi librum ſub tit. שער יהודה editum, ubi liber hic citetur: quod ſi factum ſit, videri poterat *Elias* alium hujus tituli librum ſcripſiſſe, cum de rituali illo ſive *Addereth Elijahu* accipi non poſſe videatur. Malim tamen ſtatuere, qvod in *Addereth* forte Sectio quædam de זקנים præcipiens,

q) *Seldenus* loco citato ſex Ordinibus librum hunc abſolvi credidit, qvorum plures eſſe eosdemque in varia capita diſtinctos, ex edito, qvod in Bibl. Leidenſi Publica exſtat, Codice monet Cl. *Jo. Meyerus* p. 186. prolegom. ad *Seder Olam*.

r) Hic Soliman II. eſt, cujus imperii auſpicia incidunt in annum 1520. cui ſi addideris undecim, prodibit annus 1531. qvo ipſo hic liber lucem adſpexiſſe cenſendus eſt.

Digitized by Google

piens, exſtet, qvam tanqvam libellum allegarit R. *Iehuda.* Allegant præter laudatos *Addereth* noſtrum V. C. *Io. Meyerus* tum in Prolegom. ad Seder Olam p. 186. tum in diatriba de Feſtis & in Uxore Chriſtiana diſſ. II. c. 5. Rev. *Io. Gothofr. Schupartus* in Exercitt. de Karæis p. 83. & *Guſtavus Peringerus* in ep. ad *Tenzelium*, hujus Dialogis menſtr. 1691. p. 574. inſerta. Imo Rabbanita quidam R. *Samuel Germanus* in nota marginali ad *Nofelos chochma* p. 56. librum hunc, qvem apud R. *Ioſephum* del Medico ſe vidiſſe ait, יפה ונחמד *pulchrum & deſiderabilem* appellat. Plura de eo, ſi placet, leges in notis meis ad *Mardochæum* p. 63. 93. & 146. ſq. ut & in præfat. ad eundem tract. p. 12. ubi oſtendi, Cod. MS. ritualem, quem Catal. B. Trigland. p. 22. MS. memorat non eſſe *Addereth Elijahu*, ceu catalogus credere jubet, ſed potius *Aaronis filii Eliæ* librum ſimilis argumenti.

2) *Eliæ* cujusdam Logica recenſetur in Catal. B. Leidenſ. p. 287. n. 54. quem a Karæo, & forte Byzantino noſtro profectam eſſe inde ſuſpicor, qvod totus ille Codex non niſi Karaitica ſcripta comprehendat.

Ibidem inter editos Legati Warneriani Codd. p. 206. n. 20. laudatur סֵפֶר הַיָּשָׁר R. *Eliæ f. Moſis fil. Sap. Eliæ*, qui ritualis ſit & *CPoli* regnante *Sultano Solimano* fol. editus ſit, qvem ad noſtrum hunc referendum crediderim, niſi potius ipſe *Addereth Elijahu* ſit, cum & locus editionis, & folii forma, & argumentum & tempus exacte reſpondeant illis, quæ de *Addereth Elijahu* modo retulimus. Fieri enim poteſt, ut duplex ſit ejusdem libri inſcriptio, ſicut jam monuimus, *Addereth* alio nomine librum *Mizvoth* vocari.

Tabulas Aſtronomicas ad latitudinem CPolit. juxta doctrinam Albatenii & Emanuelis Geographi tanqvam a libro *Addereth* diſtinctas noſtro tribuit Bartoloccius in Append. ad Tom. I. p. 742. ex *Seldeno* de Anno Civili Hebr. p. 65. Quod qvidem minus recte dicitur, cum Seldenus l. c. & p. 8. tabulas has tanqvam in ipſo illo opere exſtantes alleget, & hinc locum habitationis ejus colligat.

Idem ſtatuendum eſt de ספר כריתות ſive *libro de Excisionibus*, quem idem Bartolocc. T. I. p. 181. ex *Heideggeri* Hiſtoria Sacra Patriarch. Exerc. II. p. 62. tanquam librum noſtri ſingularem affert. De hoc enim argumento non ſigillatim qvidqvam perſcripſit noſter, ſed in majori illo Volumine *Addereth* cum aliis argumentis commentatus eſt: nec intelligi Heideggeri verba aliter vel poſſunt, vel volunt.

ר׳ אליהו

Digitized by Google

ר׳ אליהו בעל שם R. ELIAS *Vir nominis* (i. e. ut interpretor *celebris*) Præſes Curiæ Wormatienſis, vixit Sæculo XVII. ineunte diſcipulus R. Jacobi Genzburgenſis, & ſcr. 238.

אַדֶּרֶת אֵלִיָּהוּ *pallium Eliæ* ex 2 *Regg.* 2, 13. comm. in Zohar, qui MS. in ש״י eſſe dicitur apud *Eliam Gernesheim*, ac ipſius auctoris manu exaratus exſtat in B. Oppenheimeri fol. Hujus מִכְלוֹל יֹפִי *perfectio pulchritudinis*, liber neſcio cujus argumenti, *Amſtel.* 4. Prod.

אליהו דוכס ELIAS DUX neſcio quis, cujus liber qvidam ſæpe allegatur ab auctore ſcripti Medici, qvod edidit *Wagenſeilius* in Exercitatt. varii argumenti, exercit. II. p. 97. 239.

אליהו זעוה ELIAS ZAAVA ſcripſit comment in סמ״ג & סמ״ק h. e. librum præceptorum magnum & parvum. Bartoloccius mendoſe appellat זעזה, rectius ש״י, זעוה. 240.

ר׳ אליהו הזקן ELIAS SENIOR cujus inſtitutio de lectionibus, ex Pentateucho, Prophetis & Hagiographis, ut & Talmudico corpore faciendis MS. exſtare dicitur in Vatic. 16. R. Schabbatai p. 41. n. 130. illi tribuit carmen de 613. præceptis, qvod pronunciare ſolent Judæi במוסף של שבועו׳ s) h. e. in *auctario feſti Pentecoſtes* & legitur in Machſorim. 241.

ר׳ אליהו בן חיים R. ELIAS ben CHAJIM per compendium הרא״נח Sæc. XVII. ineunte clarus, ſcr. 242.

1) אִמְרֵי שֶׁפֶר *verba elegantia* ex *Gen.* XLIX, 21. h. e. conciones in Legem, Prophetas & Hagiographa, ex qvibus tamen R. Schabtai eas ſe tantum vidiſſe teſtatur, quæ ad Pentateuchum pertinent, editas *Venet.* 390. C. 1630. fol. Eas alias etiam דרשות הראנח h. e. *conciones* R. *Eliæ ben Chajim* vocari per literarum compendium, idem teſtatur p. 19. n. 58. Hoc libro uſus inter ceteros eſt *Abrah. b. Schemuel Gedalja* in notis ſuper *Ialkut Schimoni*.

1) מַיִם

s) Hoc nomine appellant Judæi eam temporis partem, quam quaſi ex opere ſupererogationis addere inſtar auctarii & acceſſionis cujusdam ſolent feſtis ſuis: eam autem impendunt certis precibus & lectionibus ſacris huc accommodatis. Receptus eſt hic mos in memoriam ſacrificiorum quæ olim ſacrificio jugi matutino addi & per totum diem offerri ſolebant. Vide de his *Berachoth* IV, 1.

Digitized by Google

2) מַיִם עֲמֻקִּים *aqua profunda*, ex *Prov.* 18. 4. i. e. 102. reſponſiones ad quæſita Legalia, quæ cum *Eliæ Orientalis* quæſt. & reſponſ. inſtar partis II. prodierunt *Venet.* 407. fol. C. 1647.

ס׳ הַזִּכְרוֹנוֹת *liber memorialis* tribuitur in Catal. B. Leidenſis p. 273. n. 104. *Eliæ ben Chajim*, qui eſt R. *Iſaac ben Chajim Ieſchurun.*

243. ר׳ אליהו בן חיים מרקיאנו R. ELIAS f. CHAJIM *Marcianus*,

אִגֶּרֶת חֲמוּדוֹת epiſtola de *rebus deſiderabilibus* ſive *inſignibus*, in qva egit de moribus animæ (ita enim puto vertenda verba R. Schabbatai על מידות הנפש non autem *de facultatibus animæ*, ut fit in Theatro Placciano p. 680.) Bartoloc. eum ter commemorat, nempe p. 58. b. tanqvam librum Cabbaliſticum *ἀνώνυμον*, ex Buxtorfio, qvi monet, eum laudari in præf. ad lib. *Coſri*, deinde p. 133. ſub hoc auctore, ibiqve ex fama moralem eſſe pronunciat, deniqve ſub ר׳ חיים פלוני. Nos ſecuti ſumus ש״ך, qvi allegat *Schalſcheleth* p. 41. a. (lege 43.) Locum ex præf. ad hanc epiſtolam in laudem Maimonidæ comparatum affert B. Wagenſeilius in præf. ad lib. Sota p. 3. qvem repetiit ex *Schalſcheleth* l. c. ubi idem affertur: neque enim credo epiſtolam illam unquam editam eſſe.

244. ר׳ אליהו בן יהודה R. ELIAS fil JUDA *Tiburtinus*, Marino oriundus, arte Medicus, qvi floruit A. C. 1478. & ſcr.

ס׳ תוֹלְדוֹת *librum generationum*, ubi agitur de morbis matricis eisque medendi modo, forma dialogi inter Dinam & Parentem inſtituti. MS. in Vatic. 4. Huic ש״ך in Ind. alphabetico tribuit שלשה מאמרים tres tractatus, qvos infra rectius tribuimus R. *Eliæ* מקנדיא.

245. ר׳ אליהו בן יהודה ליב. R. ELIAS f. JEHUDA LEV cum cujus commentario prodiit סדר זרעים & Codex שקלים Talmudis Hieroſolymit. Amſt. 1710. fol.

246. ר׳ אליהו יהודי R. ELIAS JUDÆUS, commentarios *Averrois in Meteora* Ariſtotelis, ut & tract. de *Cometis* & in I. *Metaphyſic.* præterea vero ejusdem qvæſtiones *in Analytica Priora*, & ipſius *Averrois* librum

Digitized by Google

librum de Subſtantia Orbis Latinos fecit, qui ſinguli in B. Vatic. MSS. exſtant.

ר' אליהו בן יוסף R. ELIAS ben JOSEPH ſcr. 247.

1) קול תרועה h. e. *vox exſultationis* (ex *Exod.* III. 13.) conciones variæ, ed. *Theſſalon.* 322. C. 1562. 8.

2) Commentarii ejus in Pſalmos, Proverbia, Jobum, Danielem, Eſram & Chronica, tanquam in Polonia editi, laudantur in Catalogo Biblioth. Trigland. p. 4.

ר' אליהו בן יצחק קרקשוני R. ELIAS fil. JITZCHACK KARKESONI, 248.

ס' האסיפות *liber collectionum*, ubi de ceremoniis & inſtitutis legalibus agitur teſte ש"י.

ר' אלידו בן לאמא vide infra R. *Elias ben Moſche.*

ר' אליהו הלוי R. ELIAS LEVITA, Germanus, natus in pago Eyſch prope *Norimbergam* t) dictus בחור u) anno æt. 40. C. 1409. 249.

U *Pata-*

t) Hanc noſtri eſſe patriam teſtatur *Jo. Henr. Alſtedius*, p. 425. Theſauri Chronolog. & ex eo *Jo. Andr. Quenſtedius* de Patriis Illuſtrium Virorum p. 179. unde factum eſt, ut inter ipſos Judæos אשכנזי *Germanus* ſive Italica lingua *Tedeſco* diceretur, ſicut & *Geſnerus* in Biblioth. *Germanum* appellat, & *Seb. Munſterus* in præfat. ad Grammat. Chald. Eliam noſtrum in Germania & natum & educatum ſcribit, atque hinc ejus imperitiam in Latina L. derivat. Unde intelligitur, Bartoloccium Tomo I. p. 135. præter rationem nomen *Aſchcenazi* pro familiæ nomine habere, ſicut idem non verius noſtrum in Italia natum ſcribit, quemadmodum V. C. *Jac. Basnage* in Hiſtor. Judaica Tom. V. p. 2025. *Patavii* natum ſcribit, quod inde puto factum, quia Bartoloc. l. c. p. 135. teſtatur, Eliam an. 1509. anno æt 40. *Patavio* abiiſſe.

u) i. e *juvenis*, qvo nomine Judæi appellare ſolent eos inprimis, qui ſtudiis operantur, cœlibes, inter qvos cum & famam ſibi compararit noſter, forte hinc cognominis ratio repetenda eſt: niſi malis inde profectum, quod Elias Gramaticam ſuam titulo בחור inſigniverit, qvemadmodum *Gregor.* II. Papa Rom. *Dialogi* & *Joannes Abbas*, *Climaci*, alii aliis nominibus, titulis, qvos libris ſuis præſcripſerant, appellati ſunt: quam in rem vide V. C. *Jo. Molleri* Homonymoſcopiam p. 875. ſq. Præter rationem itaqve *Rich. Simon* Biblioth. Selectæ Tomo I. p. 146. V. C. *Jacobo Le Long* adverſatus, negat, *Eliam* dictum eſſe *Bachur* (nihil enim freqventius in Judæorum ſcriptis, in quibus noſter citatur, obſerves) & Grammaticæ ejus titulum tantum eſſe contendit. Idem p. 148. ſuſpicatur, Eliam ideo a nonnullis, (inter qvos tamen immerito numeratur Bartoloc. qvippe qui in Italia tantum natum, gentem

Digitized by Google

Patavio, qua expugnata omnium bonorum jacturam fecerat, Romam abiit, ceu ipſe in præf. ad librum בחור narrat, ibiqve Purpuratorum qvorundam, quos Hebræas literas docebat, favorem expertus libros varios elaboravit, donec an. 1527. cum, Roma expugnata, facultatibus ſuis iterum privatus eſſet, Venetias abiret, & elaboratis ibi libris tandem an. 1540. a *Paulo Fagio* invitatus Iſnam contenderet, unde iterum, frigoris ſcilicet impatiens, digreſſus *Venetias* an. 1542. (teſte Bartoloc. alii, nominatim *Alſtedius* p. 426. Chronol. ponunt an. 1547. x)) octogenario major obiit. Hæc maximam partem ipſe exponit partim in præfat. ad librum בחור partim in præfat. ſecunda rhythmica, præmiſſa libro *Maſoreth hammaſoreth*, ubi etiam ſedulo morem ſuum Chriſtianos literis Hebræis inſtruendi excuſat apud ſuos, qvos ægre illud ferre conqueritur. Scripſit ille

1) בֵּיאוּר עַל מַהֲלַךְ שְׁבִילֵי הַדַּעַת h. e. expoſitio Grammaticæ Hebr. R. *Moſis Kimchii*, quæ dicitur *iter ſemitarum ſcientiæ*, quam in fine libri ipſius ſcripſiſſe ſe teſtatur Patavii 264. C. 1504. tempore peſtilentiæ ibi graſſantis. Prodiit cum Kimchii textu ſub R. *Benjamin ben Judæ* nomine Piſauri 268. C. 1508. 4. unde ipſe Elias in fine ſcholiorum de furto ſibi facto conqueritur. Tradiderat enim Elias commentarium illum Benjamini, amanuenſi ſuo, deſcribendum, quem is ſecum Piſaurum detulit, ibique ſub ſuo nomine & cum ſua præfat. edidit. Recuſa eſt cum Seb. Munſteri verſione Lat. *Baſil.* 1531. 8. (ש״ habet 1535.) *Hebraice* deniqve cum vocalibus & literis quadratis lucem vidit *Venet.* 384. C. 1624. 8. apud R. *Iſaac ben Eliezer.*

2) ס׳ הַבָּחוּר *liber electus*, Grammatica Hebr. in qvatuor tractatus diſtincta, qvorum ſinguli 13. conſtant ſectionibus. Primus agit de conjugationibus. II. de verbis Regularibus & anomalis III. de Nominibus perfectis IV. de imperfectis exponit. Prod. *Cracoviæ* an. 277. C. 1517. (ſi credimus

autem ejus Romæ adhuc inveniri affirmat) Romanum putatum eſſe, quia nepos quidam ejus ex matre ibi floruerit. Enimvero diuturnior Eliæ commoratio in urbe Roma huic ſuſpicioni, ſi qva fuit, occaſionem mihi potius præbuiſſe videtur.

x) Alſtedii relatio magis ſe forte probabit: Elias enim anno 1500. annum ætatis egit 40. qvod ipſum vidimus adſerentem: ergo neceſſe eſt, ut, ſi octogenario non dicam major, ſed proximus obierit, vixerit ſaltem usqve ad an. 1547. niſi ulterius. Interim tamen & Gesnerus in Biblioth, ubi de Elia agit, cum ait obiiſſe Venetiis anno ſuperiore (ſcilicet cum iſta ſcriberet) Cum autem Gesneri Bibl primum anno 1545. lucem viderit, neceſſe eſt, ut ante hunc annum defunctus ſit Elias.

Digitized by Google

dimus Bartoloccio, & qvem is ſecutus eſt, *Plantavitio*, qui eum ſe poſſediſſe ait, qvamvis ceteroquin y) *Romæ* eo anno ſcriptum eſſe ipſe Elias & Zemach David ad an. 5277. profiteatur) recuſus *Baſil.* cum Seb. Munſteri verſ. Latina & ſcholiis an. 1537. 8. R. Schabtai commemorat etiam recte ed. *Iſnenſem* 302. C. 1542. *Mantuanam* 316. & *Lublinenſem* 367. C. 1607. 8. cum compendio Grammatico. Obvia præ ceteris eſt editio *Baſileenſis* hebr. & Lat. ex verſ. Munſteri an. 1525. 8. ſub titulo הַקְּדוּק ubi primo loco occurrit ס׳ המוצא האותיות עבריות h. e. *de pronunciatione literarum Hebraicarum*, ſive de literis & vocalibus Hebr. deinde vero ſeqvitur lib. הבחור. Eliam plura hic vidiſſe, qvam Grammaticos priores, nemo negaverit, qvod & ipſe non diſſimulavit & Chriſtiani profeſſi ſunt: vide Venerandi *Valent. Erneſti Læſcheri* eximium comment. de Cauſis Linguæ Hebr. p. 154. qvi tamen p. 155. & 174. nonnullas ejus hallucinationes animadvertit. Multum qvoq; Rich. Simonius in Collatione cerimoniarum Judaicarum cum diſciplina Eccleſiaſt. c. XV. p. 82. ſcriptis ejus Grammaticis tribuit. Adde ejusd. Bibl. Select. Part. I. p. 145. ſq. ubi librum הבחור recenſet.

3) ס׳ הַבָּבָא *liber Baba*, qvi vocatur בָּבָא בוּךְ quem noſtro tribuit ש״י quanquam in libro ipſo Scriptoris nomen non commemoratur. Eſt is germanica lingua exaratus, & recenſet hiſtoriam ſeu fabulam, ſi mavis, de Duce *Baba*, qvi expulſus aliqvoties a Patre & captivus ductus, ſemper miris modis liberatus fuit. Prodiit aliqvoties, ac ſpeciatim cum Joſepho Gorionide germanico *Amſtel.* 421. C. 1661. 8.

4) ס׳ הַהַרְכָּבָה *liber compoſitionis*, itidem Grammaticus, ubi de extraneis heteroclitis vocibus agit, qvæ ex diverſis conjugationibus componuntur, & a conſveta conjugandi ac declinandi ratione abeunt. Prod. *Romæ* 279. C. 1519. apud *Jo. Jacob. Faciottum de Montechio* ceu ex Codice Vatic. monet Bartol. & *Venet.* 306. C. 1546. 8. apud *Dan. Bombergium*, ubi inſcriptio monet *Romæ* 277. ab auctore Romæ compoſitum eſſe. In B. Oppenheimeri exſtat editio *Theſſalonicenſis*. Cum verſ. Lat. *Seb. Munſteri* ſub tit. *Compoſita verborum & nominum Hebr.* prodiit *Baſil.* an. 1525. 8. eademqve verba alphabetico ordine digeſta ejusdem opera ibidem 1536. excuſa ſunt. Plantavitius n.

U 2 162.

y) Hinc accidit, ut ש״י librum hunc an. 277. *Romæ* editum ſcriberet, qvod factum non eſt: eodem eum modo ſupra vidimus affirmantem, Perizolii librum *Ferrariæ* prodiiſſe, ubi itidem tantum elaboratus erat. Neqve tamen diffiteor, dubitare me, num *Cracoviana* illa editio exſtet. Eam certe non habet Oppenheimius, qui ceterarum, qvas memoravimus, nullam deſiderat.

162. per errorem *Aben Eſræ* tribuit, a Catalogo Pragenſi & Veneto inductus. Venetam, qvam memoravimus, editionem Latina verſione etiam inſtructam eſſe ſcribit R. Schabtai, minus recte.

5) ס׳ זִכְרוֹנוֹת *liber recordationum*, ſive *mnemonicus* qvem ipſe in præf. tertia p. 65. ed. Lat. *Seb. Munſteri* compoſuiſſe, & in illo varias regulas & obſervationes Maſorethicas, in antiquiorum ſcriptis non obvias collegiſſe ſe teſtatur. Non dubito hunc eſſe illum librum, qvem ſub hoc titulo MS. 2. voll. memorat Labbeus in B. Nov. MSS. p. 274. ubi ait eſſe librum Concordantiarum, punctis, ſi pauca loca exceperis, inſtructum, cui præmiſſa ſit *Eliæ Levitæ* auctoris præfatio, qvæ utilitates totius operis ediſſerat. Judæis librum hunc laudari non memini: nam qui in ש״י hoc titulo exſtat, alius & auctoris & argumenti eſt. Ipſum qvoqve *Jo. Morinum*, harum rerum ceteroqvin ſtudioſiſſimum, latuit, qvod apparet ex ejus Exercitt. Biblicis p. 384. ubi ait: *ſed nec illum vidi, nec ab aliqvo citatum me legiſſe memini.* Ceterum Elias l. c. profitetur, ſe in eo elaborando viginti annos collocaſſe, & Pariſios typis exſcribendum miſiſſe; hinc procul dubio factum eſt, ut in ea urbe MS. relinqueretur.

6) סֵפֶר טוּב טַעַם *liber boni guſtus* ex Pſ. CXIX. 66. quo per octo capita de Hebræorum accentibus commentatur, *Venet.* 4. & *Baſil.* 1539. ubi addita eſt *Seb. Munſteri* verſio Lat. non qvidem integri libri, ſed tantum qvod ad ſummaria. Promiſerat illum in præf. III. ad Maſoreth Hammaſoreth p. 39. ed. Lat.

7) כֹּל דַּי *omnis ſufficientia*, qvem librum de אסמכתות i. e. *probationibus veriſimilibus* & aliis argumentis agentem & *Venet.* 1622. editum tribui noſtro video in Catal. Bodlej. p. 225.

8) מָסוֹרֶת הַמָּסוֹרֶת *traditio traditionis* ſive *doctrinæ*, qvo libro hiſtoria doctrinæ Criticæ circa textum Hebræum, ejusque genuinam legendi rationem traditur, atqve adeo de auctoribus Maſoræ ejusque Symbolis agitur. Præmiſſa eſt triplex præfatio, binæ qvidem priores rhythmicæ, quas ex parte Latine convertit Seb. Munſterus, tertia vero proſaica, qvam integram idem Latinam dedit. In tertia hac cum in univerſum Maſoræ ratio exponitur, tum ſententia de novitate vocalium & accentuum ſpeciatim ornatur. Hujus veſtigiis deinceps copioſe in hac ſententia inſtiterunt Chriſtiani nonnulli, ac nominatim *Joſephus Juſtus Scaliger* & *Jo. Morinus*, qui eum in Exercitt. ſuis Biblicis ſæpe ad partes vocat una cum *Rich. Simone*,

Digitized by

mone, cui in Catalogo Scriptorum, Hiſtoriæ Criticæ V. T. ſubjuncto, audit excellentiſſimus tractatus. Pleriſqve enim hic Elias primus inter Judæos hujus ſententiæ de novitate punctorum auctor cum Bartoloccio videtur. Scriptus eſt hic liber, teſte Ganzio an. 5298. C. 1538. Prodiit vero *Venet.* 306. 4. C. 1546. ſecundum ש״י qva priorem Bartolocc. memorat anni 1539. ap. Bomberg. 4. Sicut Cl. *Jac. le Long* 1538. editum ſcribit, annum elaborationis cum editionis anno conjungens, quem & in B. Oppenheimerianæ Catal. notatum obſervavi. Recuſus eſt hebr. & Lat. *Baſil.* 1539. 8. cum Lat. verſione Seb. Munſteri, non integri quidem libri, ſed tantum locorum quorundam, ſicut nec præfationes, ſi tertiam exceperis, integras convertit. In calce præfationis III. ed. Baſil. monetur, edit. Venetam corruptiſſimam eſſe, &, quamvis ducentos errores & amplius in ea notaverit Elias, vel ſic tamen ne dimidiam quidem eorum partem exhauſtam fuiſſe. Enim vero id præter veritatem, & tantum in commendationem edit. Baſileenſis dictum eſſe, ac Baſileenſem Veneta illa multis nominibus inferiorem judicandam recte ſtatuit *Rich. Simon* in Biblioth. Critica Tomo II. cap. XI. p. 209. qui inde a. p. 205. de hoc libro commentatur. Baſileenſis enim non habet citationes Bibliorum marginales: deinde tota vocalibus inſtructa eſt, quas in Venetâ Biblica tantum loca, diſcriminis cauſa, ſecum ferebant; deniqve vero omiſſi ſunt verſus R. *Saadiæ Gaon*, quibus oſtenditur, qvoties literæ ſingulæ Hebr. in Codice Sacro occurrant. In editione *Veneta* verſus illi *Tabulis fractis*, (ſive ultimo tractatui libri Maſoreth) de quibus paulo poſt dicemus, ſubjuncti ſunt. Propterea non præter rationem optat Simonius p. 212. cum *Schickardo* p. 58. *Bechinath Happeruſchim*, ut hic Eliæ liber, cujus utraqve editio rarior eſt, recudatur cum integra Latina verſione. Præfationem III. de qva diximus, latine a *Jo. Morino* verſam eſſe ex *Joſ. Anton Gonzalez* de Salas de duplici terra p. 163. monet Imbonatus p. 122. Bibl. Lat. Hebr. quam tamen non puto editam, niſi qvod paſſim in Exercitt. Biblicis allegetur. Ceterum ſententia Eliæ de vocalibus recens inventis non inter Chriſtianos ſolum, ſed & fidei ſocios non unum experta merito eſt adverſarium, & ex Judæis ſpeciatim R. *Aſarias de Rubeis* in ſuo *Meor Enajim* c. LIX. toto p. 179. b. ſq. eam inde inprimis confutari poſſe cenſuit, qvod in libro *Babir*, *Zobar*, *Tikkunim* & *Maarecheth Haelabuth* vocalium pariter & accentuum fiat mentio, quæ tamen ſcripta Miſchnæ ætatem ſuperent. Conf. qvæ de hoc libro Maſoreth dicemus n. 11.

9) מְתוּרְגְּמָן Lexicon Chaldaicum, Targumicum, Talmudic. &

Rabbinic. *Iſnæ* cum vocalibus editum A. 301. C. 1541. & *Venet.* 320. C. 1560. fol. recuſum. Illis R. Schabbatai *Bartoloc.* & alii addunt *Colonienſem Agripp.* 321. fol. C. 1561. ſed illa non eſt nova, ſed *Iſnenſis* novo titulo & præfatione Latina Jo. Iſaaci inſtructa. Titulus iſte novus ita habet: *Lexicon Talmudicum, quo themata & ſignificationes omnium vocabulorum Chaldaicorum, quæ in paraphraſibus Biblicis reperiuntur, ſumma diligentia & ſtudio annotata, & vocibus Hebraic. interpretata ſunt, omnibus Studioſis Hebr. & Chald. L. ſumme neceſſarium & utile.* Col. Agrip. 1560. f. Latinum hunc titulum ſeqvitur in proxima pagina Hebræus, in qvo dicitur excuſus Iſnæ a P. Fagio. Iſaacus in præf. profitetur, ſe, cum Birckmannorum Bibliothecam perluſtraret, inter ceteros Hebræorum libros etiam hunc inveniſſe, & cum ignorarent pleriqve, qualis liber eſſet, Latinam hanc præfationem præmiſiſſe. Hæc editio *Colonienſ.* ut vocatur ob allatam rationem, cum notis MSS. *Jac. Chriſtmanni* in Biblioth. Guil. Anslarii fuit, cujus Catalogum vide p. 35. In hoc Lexico ſub rad. משח collecta ſunt loca omnia, in qvibus Targumiſtæ voce משיח uſi ſunt, quem catalogum Genebrardus ſeorſim edidit Pariſ. 1572. 8. recuſum deinde in calce Chronographiæ Hebr. Pariſ. 1600. p. 59. editæ. In eo ut & Thisbite ejus quædam emendat paſſim *Jo. Druſius* in lib. de particulis Chald. Syriac. &c.

10) פִּרְקֵי אֵלִיָּהוּ *Capitula Eliæ*, ſive, ut alias titulus effertur פִּרְקֵי שִׁירָה *capitula Cantici*, qvatuor numero, qvorum I. פֶּרֶק שִׁירָה dictum in tredecim Cantica rhythmica diſtinctum, de literis earumqve pronunciatione, de vocalibus decem, literis אוי & יהוא, Dagheſch utroqve, Scheva utroqve & ejus lectione, de literis item gutturalibus, & Schevajim compoſitis ſigillatim exponit. Cap. II. vocatur פֶּרֶק הַמִּינִים ubi de tredecim Nominum Generibus, v. c. *Subſtantivo*, *verbali*, &c. commentatur. Cap. III. ſub tit. פֶּרֶק הַתְּמוּרוֹת ſeu *Modorum*, ubi de tredecim modis, qvibus enumerata modo nomina qvoad numerum perſonam, genus &c. variari poſſint, diſpicitur. Cap. IV. פֶּרֶק הַשִּׁמּוּשׁ *caput miniſterii*, ubi de literis ſervilibus, earumque officio & uſu. Singula hæc capita tredecim diſtinctis momentis abſolvuntur. Prodiit integrum opuſculum *Piſauri* 287. C. 1527. 8. apud Soncinates, *Venet.* 306. C. 1546. 8. apud Bomberg. *Prag.* 360. & *Lublini* 381. Hebr. vero & Lat. ex verſione Seb. Munſteri Baſil. 1527. 8.

11. פֵּירוּשׁ עַל פֶּתַח דְּבָרַי *comment.* ſive *Scholia* in librum Grammaticum qvi dicitur *apertio* ſive *initium verborum meorum* in Hiſpania ab auctore in-

Digitized by Google

incerto, ut plerique putant, vel ſecundum ש״ר R. *Moſe Kimchio* ſcriptum. Prod. *Ferraræ* 267. C.1507. 8. ſecundum ש״ר, vel *Piſauri* potius ſecundum Bartoloc. apud *Moſen Aben Chaviv*, & Venet. 306. C.1546. 8. apud Bomberg.

12) שִׁבְרֵי לוּחוֹת *confractiones tabularum*, eſt tractatus ultimus libri Maſoreth, ubi exponitur, qvomodo compendia ſcriptionum ſive voces per ראשי תיבות exaratæ legi debeant. Scilicet priores duos tractatus dixerat, alterum quidem לוחות הראשונים *tabulas priores*, alterum לוחות הָאַחֲרוֹנִים h. e. *tabulas poſteriores*, utramq; autem in decem præcepta diſtinxerat, itaque tertium in memoriam fractarum a Moſe tabularum hoc titulo inſignivit. Quæ propterea monenda erant, ne quis cum *Plantavitio* n. 680. ex hoc titulo librum Eliæ ſingularem effingeret.

13) שְׁמוֹת דְּבָרִים *nomina rerum* i. e. Nomenclator vocum hebr. additis a Paulo Fagio Latinis Iſn. 1542. 8. qui deinde *Io. Druſii* filii cura in ordinem alphab. redactus, & Græcis vocibus auctus cum expoſit. Jo. Druſii Patris prodiit Franeqv. 1653. 8. & ibid. 1681.

14) ס׳ תִּשְׁבִּי liber *Tisbi*, qvo titulo appellavit Dictionarium varias voces Hebræas Chald. Arab. Græc. & Latinas, ab aliis Lexicographis utplurimum omiſſas, Rabbinis autem familiares comprehendens, & quidem numero 712. qvi ex literis תשבי producitur, ut proinde hoc titulo partim ad Eliæ nomen ex 2. Reg. I. 3. partim ad numerum vocum alluſerit. Harum vero vocum & ſignificatio & uſus oſtenditur. Hunc Baſil. 287. C. 1527. iterumqve 361. C. 1601. 4. ut & Iſnæ 301. C. 1541. 4. cum Lat. *Pauli Fagii* verſione prodiiſſe recte monet ש״ר. Plura dixi in Hiſtor. Lexicorum Hebraic. p. 60. ſq.

15) Idem varia carmina Hebraica in laudem librorum, a fidei ſuæ ſociis ſcriptorum, fecit. Præterea epiſtola ejus ad Münſterum Hebr. *Baſil.* 1531. 8. prodiit.

16) Ipſe qvoque in præfat ad *Methurgeman* teſtatur, ſe tentaſſe ſcribere Grammaticam Chaldæam ex analogia paucorum capitum Chaldaicorum in Eſra & Daniele exſtantium, ſed omnia in fatalis Romæ direptione ablata ſibi & lacerata fuiſſe. Hinc & *Seb. Munſterus* in præf. ad Grammat. Chaldaic. *Baſil.* 1527. 4. editam, jure merito gloriatur, primum ſe eſſe qvi hanc linguam ad rationes Grammaticas revocarit.

17) In ש״ר p. 86. n. 61. tribui illi video Pentateuchum cum qvinqve Megilloth & Haphtharoth germanice ab eo ad literam converſum & Con-

Conſtantiæ Helvetiorum 304. C. 1544. 4. editum, ac deinceps cum comm. Raſchii ab uno & aliis Interpretibus ab altero latere recuſum *Prag.* 370. C. 1610. fol. Cl. *Iac. le Long* in B. Sacra Parte II. p. 271. verſionem hanc Germanicam, de cujus tamen auctore nihil habet, ait prodiiſſe *Cremon.* 1542. f. *Baſil.* 1603. *Auguſtæ* cujus annum non invenerit, & Conſtantiæ Helvet. 1544.

Seb. Munſteri Opus Grammat. Hebræum abſolutum ex variis Elianis libris *Baſil.* an. 1542. 4. apud Frobenium una cum libro Tobiæ in calce.

Sunt libri, qvi noſtro Eliæ præter rationem a quibusdam tribuuntur, v. c. צַח שְׂפָתַיִם h. e. *nitor* ſive *puritas labiorum*, quem illi tanqvam auctori tribuit *Marius Calaſius* in Canonibus General. Linguæ S. p. 10. Scilicet allegat librum illum, in præf. tertia ad librum Maſoreth tanquam alterius Scriptoris, qvod non obſervavit Calaſius. Poſtqvam enim monuiſſet, ſuo judicio Aben Eſram accentuum originem non deducere ex monte *Sinai*, addit: וכן מצאתי בספר אחד הנקרא צח שפתים h. e. *& ſic inveni in libro quodam, qui dicitur Zach Sephatajim:* unde forte conjecturam etiam feceris, ipſum illum librum eſſe *Aben Eſræ*, nec diſtinguendum ab altero ejus, qvi exſtat ſub titulo צחות לשון. Facile enim fieri potuit, ut Elias titulum nonnihil immutaret.

Non magis ex vero Plantavitius n. 753. *Eliæ Levitæ* tribuit librum, qvem vocat תנא לר׳ אליהו הלוי i. e. ut vertit, *liber qvi ſæpius legi debeat Eliæ Levitæ.* Alium enim eſſe hunc librum ſupra monuimus ſub אליהו num. 231.

Ceterum præclare de noſtro ſenſerunt & judicarunt partim Judæi, qvi ceteroqvin cum ob liberiores & novas qvasdam opiniones tum ob crebrum cum Chriſtianis commercium alienos ſe ab eo utplurimum profeſſi ſunt, (v. *Cappelli* Opp. poſthuma p. 802. & Rich. Simonem lib. I. H. C. V. T. p. 162.) partim Chriſtiani Scriptores. Ex illis R. *Aſarias in* Meor *Enajim* c. 59. p. 179. b. in fine eum vocat המדקדק הגדול שבדורותינו h. e. *Grammaticum ætate noſtra maximum.* *Joſ. Scaliger* in epiſt. 62. eum unicum hujus ævi Criticum & Ariſtarchum vocat. *Rich. Simon* in Catalogo Scriptorum Hiſtoriæ Crit. addito p. 147. fere primum ac ſolum ait inter Judæos Maſoræ ſive Criticæ Scripturæ ſtuduiſſe, in paucis etiam hunc legendum & ferme præ reliquis minus ſuperſtitioſum eſſe. Vide alia ejus apud eundem elogia lib. I. c. 31. p. 162. & in Biblioth. Critica Tom. II. p. 206. ſq.

Seb.

Digitized by Google

Seb. Munſterus, qui una cum P. Fagio multum ſe ipſi debere palam profeſſus eſt in præf. ad *Moſis Kimchii* Grammat. *Unicus eſt*, inquit, *Elias Levita Germanus, qui ſuo ſtudio facile ſuperavit omnes noſtræ ætatis Judæos, beneque de omnibus meruit linguarum Studioſis, etiam parvi ducens ſuæ gentis injuſtam indignationem, & frivolas oblocutiones, qui eum propterea perditum mallent, quod tam fideliter & candide Linguam S. docet.* A Chriſtianiſmo non admodum alienum fuiſſe tradit *Paulus Fagius* in præf. ad *Tisbi*: *Religione quidem*, inqvit, *adbuc Judæus eſt, ſed qvi vere non iniquus eſt in fidem noſtram, nec maligne ſentiens de CHRISTO, unico Redemtore noſtro, ut plerique alii Judæi.* Unde apparet, nihil tribuendum eſſe *Alſtedii* z) narrationi, qvi p. 425. Chronologiæ tradit, eum paulo ante mortem, adductis ſecum triginta Judæis, ad Chriſti ſacra acceſſiſſe. Confer de noſtro *Quenſtedium* de Patriis illuſtr. Virorum p. 179. *Thom. Pope Blount* in Cenſura celebrium Auctorum p. 432. & *Rich. Simonii* Bibl. Select. Tom. I. p. 145. ſqq. qvi p. 149. de eo vere dici poſſe affirmat, qvod ſolus inter Judæos nugari deſierit. Scripta ejus Grammatica valde laudantur a R. *Jebuda Lev* in præf. ad Grammaticam ſuam Hebr. quam dixit שורש יהודה.

De alio qvodam, noſtri ex matre nepote, & ad Chriſti ſacra converſo vide infra ſub, *Jochanan Baptiſta Romanus Elianus*.

ר׳ אליהו דיל מדיגו R. ELIAS del MEDICO fil. *Moſe ex Candia*, ſive *Cretenſis*: vide infra R. Elias מקנדיאה *ex Candia* i. e. *Cretenſis*.

ר׳ אליהו מזרחי ELIAS *Orientalis*, qvem per compendium vocant הר״אם i. e. החכם רבי אליה מזרחי *Sapiens R. Elias Orient.* 250.
Rector Synagogæ CPolitanæ clarus A. M. 250. C. 1490. teſte R. Dav. Ganz ad hunc annum. Scripſit ille

1) חִדּוּשִׁים עַל הס״מג novas obſervationes in *librum præceptorum magnum*, de qvibus vide ſuo loco ſub *Moſe f. Jac.* מקוצי.

2) מְלֶאכֶת הַמִּסְפָּר *ars numerandi*, i. e. Arithmetica, in qua docentur omnes Arithmeticæ ſpecies, numerandiqve ratio Geometrica &c. *CPoli* 294. 4. C., 534. Compendium ejus cum Lat. verſione *Oswaldi Schreckenfuchſii* a) & notis *Seb. Munſteri* prodiit Baſil. 1546. 4. Non dubitem fere,

X

z) Videtur quidem *Alſtedius* de hac re ſic ſatis fuiſſe certus: addit enim, vere hæc dici etiamſi Judæi hanc Eliæ converſionem ſtrenue negent.

a) De hac & ceteris Schreckenfuchſii interpretationibus doctiſſimus Huetius p. 234. de Claris Interpretibus ita ſentit, qvod in iis dictionum annumerandarum fides & Scriptorum character parum curæ ipſi fuerint, cum ſententias tantum eminus reſpexerit.

Digitized by Google

re, qvin b) ס׳ הַמִּסְפָּר *liber Arithmetices*, quem Bartoloc. noſtro tribuit Tom. IV. p. 25. idem ſit, qui hic a nobis commemoratus eſt. Viciſſim non puto diſtinguendum a noſtro, ut Bartoloc. ex Gesnero facit, מְלָאכֶת גִּימַטְרִיאָה ſ. *tractatum de Geometria*, qvem poſterior tanqvam ineditum laudavit. Cum enim ש״י teſtetur in *Melecheth hammiſpar* Geometriæ qvoqve rationes attingi, fieri facile potuit, ut ex uno duo effingerentur libri.

3) פֵּירוּשׁ ſive comment. in R. *Salom. Iſaacidæ* comm. in Pentat. ubi loca Gemaræ obſcuriora, nec ſatis a Jarchio explicata, fuſius & feliciter expoſuit. Prodiit *Venet.* 287. C. 1527. fol. apud *Aloyſ. Bragadinum*, recuſum ib. 305. & 334. tum *Cracov.* 355. C. 1595. fol. quæ edd. omnes exſtant in B. Oppenheimeriana. Hujus commentarii compendium prodiit ſub tit. דִּקְדּוּקֵי ר״שי h. e. obſervationes in notas *Raſchii* Grammaticas in loca Pentateuchi, Venet. 320. 4. C. 1560. Cumqve in illo ſuo commentario paſſim a Raſchio diſcederet Elias noſter, fuit, qui illum tueretur R. *Moſche ben Sebulon Eliezer*, in libro ſingulari זכרון משה de qvo ſuo loco dicemus. Sic & R. *Salomo Luria* cum in Raſchium tum in Eliæ noſtri librum animadverſiones ſcripſit ſub tit. יְרִיעוֹת שְׁלֹמֹה. Novum illius compendium debetur R. *Iſaaco Cohen* ſub tit. מתנת עני de quibus ſingulis ſuo loco.

Hunc credo eſſe commentarium in Biblia, qvem ſub *Eliæ Levantini* nomine tanqvam MS. in Bibl. Medicea memorat Spizelius in Sacris Bibliothecarum Arcanis retectis p. 81.

4) צוּרַת הָאָרֶץ *de figura terræ*, liber Sphæricus CPoli 300. C. 1540. 4. & lat. ex Schreckenfuchſii verſ. cum notis Munſteri, Baſil. 1546. 4. apud Henr. Petri.

5) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa legalia* lingua Græca vulgari ab eo exarata ſcribit Bartoloccius, neſcio qvam recte. Certe Schabbatai id non memorat, ſed monet tantum, reſponſa ejus 38. prodiiſſe cum 102. reſponſis ſimilibus *Eliæ ben Chajim* ſub titulo מַיִם עֲמוּקִים *Venet.* 407. fol. C. 1647. Idem p. 72. n. 7. commemorat alia reſponſa ejusdem, qvæ cum reſponſis Rabbinorum Hiſpanorum & Germanorum lucem viderint *CPoli* 316. C. 1546. fol.

ר׳ אליהו

b) Nihilominus tamen *Gilb. Genebrardus* in Iſagoge Rabbinica librum ס׳ המספר a מלאכת המספר p. 204. diſtinguit.

ר׳ אליהו מנטובה R. ELIAS MANTUANUS ſcr. 251.
אור עינים *lux oculorum*, ex *Prov.* XV. 30. i. e. comm. literalem in Pentateuchum *Mantuæ* 8. ut ait ש״י, vel *Cremonæ*, ut habet Bartolocc. cum Plantavitio n. 37.

ר׳ אליהו מונטאלטו R. ELIAS MONTALTO, Judæus, Regis Galliæ Ludov. XIII. Archiater, quem alias vocant *Philotheum Elianum Montalto*, Medica ſcripta varia Latine edidit: v. c. Archipathologiam de capitis affectionibus an. 1614. ut & Conſultationes Medicas, itemqve de ſenſu & ſenſato ſuper Ariſtotelem. v. Nic. Antonii Biblioth. Hiſpan. Novam Tomo II. p. 204. qui tamen de Judaismo ejus nihil habet, ſed Luſitanum appellat ſimpliciter, unde rationem adhuc deſidero, cur Bartoloccius huc retulerit: ne dicam, minus recte *Eliam* vocari, qui *Philippus* vocatur *Antonio*.

ר׳ אליהו בן משה גאלינה R. ELIAS *ben Moſche* GALINA ſcr. 253.

תולדות אדם ex Gen. V. 1. *generationes* ſive *fata hominis*, ubi de Phyſiognomia & Chiromantia agitur. *Venet.* & *Amſtel.* 418. C. 1658.

ר׳ אליהו בן משה די וידאש R. ELIAS *ben* 254.
Moſche de VIDAS, quem Plantavitius *Viras*, alii *de Vidis* c) minus recte vocant, cum titulus libri noſtram ſcriptionem præ ſe ferat, Cabbaliſta inſignis, & diſcipulus R. *Moſis Corduero*, adeoqve Sæculo XVI. exeunte clarus, incola *Zaphethi*, ſuperioris Galilææ urbis, ubi, ceu in fine præfationis monetur, anno 335. C. 1575. ſcripſit.

ראשית חכמה *initium ſapientiæ* (ex *Pſ.* CXI. 10.) librum moralem, magni apud Judæos pretii, de timore Dei, pœnitentia, & omnis generis virtutibus præcipientem, ex libris Medraſchicis, Gemara, Sohar, Interpretibus Scripturæ aliisqve libris, ut auctor in præf. profitetur, atqve hoc ipſo ſcriptum ſuum ab aliis ſimilis argumenti diſtingui vult, collectum, & in quinque portas ſive ſectiones diſtinctum, quarum I. שער היראה *de timore Dei* capp. 15. II. שער האהבה *de amore in Deum & proximum* capp. 12.

X 2

c) *Gilb. Gaulminus* in Indice Auctorum, notis ad librum de Vita & morte Moſis addito, auctorem vocat R. *Eliam Dendam*, & *Laur. Odhelius* p. 73. Synagogæ Bifrontis R. *Elieſerem Virenſem*, uterque minus accurate.

Digitized by Google

12. III. שַׁעַר הַתְּשׁוּבָה *de pœnitentia* capp. 7. IV. שַׁעַר הַקְּדוּשָּׁה de ſanctitate vitæ capp. 17. V. שַׁעַר הָעֲנָוָה de humilitate. Acceſſerunt capita quinque ex libro *R. Iſraëlis*, qui dicitur מְנוֹרַת הַמָּאוֹר qvem tum temporis MS. tantum exſtitiſſe auctor in præf. profitetur, nempe

1) פֶּרֶק הַמִּצְוֹת de debita præceptorum obſervatione, ſectionibus decem.

2) פֶּרֶק גִּדּוּל בָּנִים de educatione liberorum.

3) פֶּרֶק מַשָּׂא וּמַתָּן de officiis circa creditum & debitum.

4) פֶּרֶק דֶּרֶךְ אֶרֶץ de morum elegantia ſive decora vivendi ratione, ſect. IV. Hæc ſeqvitur præterea חוּפַּת אֵלִיָּהוּ רַבָּה *thalamus* ſive *velum Eliæ magnum* ſect. 15. ubi varia monita moralia leguntur. Sectione I. tria momenta, ſect. II. qvatuor, ſect III. qvinqve & ſic deinceps usqve ad quindecim recenſentur, qvæ vel cavenda vel conſectanda ſint. Hunc tractatum excipit סֵדֶר אֵלִיָּהוּ רַבָּה *Ordo Eliæ magnus* capp. XX. ubi de eleemoſynis, precibus, pœnitentia, Legis ſtudio, præceptis, operibus miſericordiæ, honore Sabbati & ceterarum feſtivitatum, cultu Parentum, de conjugio, Judicio, tranquillitate animi, excandeſcentia & ira, hypocriſi, irriſione, amore proximi, maledicentia, taciturnitate & urbanitate præcipitur.

Agmen claudit tract. אוֹר עוֹלָם *lux mundi*, ubi de præſtantia & prærogativa momentorum omnium, tractatu proxime antecedente commendatorum, agitur totidem capitibus. Hinc igitur apparet, tractatus binos, qui dicuntur, *Chuppat Eliæ* & *Seder Eliæ* cum illis, qvos ſupra ſub אליהו commemoravimus, nihil præter titulum commune habere. Prodiit liber *Venet.* 339. C. 1579. 4. apud *Jo. de Gara* & ibid. 353. C. 1593. 8. itidemq; *Cracov.* 353. C. 1593. 4. Eiſenmengerus in Ind. Scriptorum, Judaismo Detecto præmiſſo, laudat edit. *Pragenſem* anni 1694. 4. Plantavitius n. 635. *Venetam* ed. 356. 8. & compendium 357. ed. memorat, non ſine errore, ut puto. In B. Oppenheimer. vidi edit. *Berolin.* 463. C. 1703. & *Amſtelod.* 468. C. 1708. Moneri hic par eſt, teſtari ש"י, qvod in poſteriore demum editione acceſſerint capita illa qvinqve libri מנורת המאור, de qvo tamen aliter habendum eſſe, vel ex eo apparet, qvod Bartoloccius primam illam edit. Venetam recenſens, qvam mihi videre non licuit, omnia illa commemoret, qvæ in poſteriore, qua ego uſus ſum, leguntur.

Prout igitur librum huc dum recenſuimus, vocari ſolet רֵאשִׁית

חָכְמָה

חָכְמָה הָאָרוֹךְ רֵאשִׁית h. e. *principium ſapientiæ majus*, a qvo diſtinguitur חָכְמָה הַקָּצֵר *principium ſapientiæ minus*, qui eſt compendium prioris elaboratum a מהרר״י i. e. R. *Jacobo*, Poëta (פוייטי) ut ש״י interpretatur in Indice Scriptorum alphabetico & Bartoloccius Tomo III. (confer infra R. *Iacob Mardochai*) & editum ſecundum ש״י *Baſileæ* an. 363. C. 1603. & *Cracov.* 427. C. 1667. vel ſecundum Bartoloc. *Venet.* 360. C. 1600. 8. apud *Dan. Zanetum* quæ una cum *Francof. ad Viadr.* 462. C. 1702. & *Hamburg.* 409. C. 1649. exſtat in B. Oppenheimeri Huic compendio acceſſit *ratio pœnitendi* ex conſtitutione R. Iſaaci Luriæ & *conſtitutio Sabbati* Abrahami Levitæ, diſcipuli R. *Moſ. Cordueri.*

Exſtat & aliud hujus libri compendium ſub tit. תפוחי זהב R. *Iechiel Mile*, de qvo ſub hoc nomine dicemus.

Præterea ipſe auctor commentationem ſuam in ſummam redegit, & edidit ſub titulo תּוֹצְאוֹת חַיִּים i. e. *exitus vitæ* ex *Prov.* IV. 23. *Pragæ* & *Cracov.* editum 8. nuper vero *Dyrenfurti* 1693. 24. recuſum.

Tractatum illum, qui *de timore Dei* exponit, hiſpanice converſum edidit R. *David fil. Iſaaci Cohen de Lara*, 393. 4. C. 1633.

ר׳ אליהו בן משה v. ſupra R. ELIAS בישיצי.

ר׳ אליהו בן משה לאבוה R. ELIAS fil. MOSE 255.

LAMA quem ש״י vocat לואנץ qui rectius לאמא appellatur a Buxtorfio in B. Rabb. p. 409. qvi eum ſua ætate adeoqve Sæculo XVII. ineunte caput Synagogæ *Hanovianæ* fuiſſe tradit, patria *Mœno Francofurt.*

1) רִנַּת דּוֹדִים *cantio amicorum* h. e. comm. in Canticum *Baſil.* 366. C. 1606. 4.

2) Comm. in loca difficiliora R. *Becbaji*, qvam ſe prelo ſubjecturum ipſe Buxtorfio præſens retulit, qvi tamen, qvod ſciam, nec dum exſtat. Ceterum cum Buxtorf. & Plantavitius, qvorum hic cum noſtro an. 1611. collocutum ſe ſcribit n. 644. B. Rabb. in eo conſentiant, ut eum לאמא appellent, crediderim R. *Schabbatæum* minus accurate vocaſſe לואנץ qvamvis & in libro ipſo & in Indice Scriptorum alphabet. eodem modo nomen hoc efferat. Wormatiæ tandem vixiſſe noſtrum apparet ex *Philippi Iac. Fabricii* epiſtola ad Buxtorfium F. quæ exſtat in Cl. Jo. Buxtorfii Catalectis p. 438.

3) אַדֶּרֶת אֱלִיָּהוּ *pallium Eliæ*, ex 2 *Regg*. II. 13. comm. in *Zohar* MS. in B. Oppenheimeri, quem noſtro tribuerim.

אליהו בן משה ELIAS fil. MOSCHE, *Karæus*, idem cum *Elia f. Moſis Byzantino*, de qvo ſupra diximus, a qvo hunc perperam diſtinguit Bartoloccius p. 181. tanqvam Scriptorem libri כריתות de qvo l. c. diximus.

256. ר׳ אליהו המקובל R. ELIAS *Cabbaliſta* magnus cujus liber

זֶה הַשַּׁעַר לַיהוָה *hæc eſt porta Domini* laudatur in Catalogo librorum Cabbaliſt. libro *Iezira* ed. Mantuan. ſubjecto.

257. אליהו הנקדן ELIAS *Punctator*, cujus manu exaratus eſt Codex Pentateuchi hebr. & 5. *Megilloth* una cum libro Jobi & capitibus aliqvot ex Prophetis, qvi in forma octavi ordinis minima, quadrata tamen, exſtat in Bibl. Berolin. in margine obſervationes Maſorethicas exhibens. In calce Voluminis Hebraica qvædam ab Elia noſtro addita leguntur, qvæ a Cl. *Io. Andr. Danzio* latine converſa mecum communicavit Vir eruditiſſimus & ſupra laudes meas Maturinus Veyſſerius La Croze, digniſſimus Bibliothecæ Regiæ Præfectus. Ea ita habent:

Lex Domini integra eſt, & convertens animam, teſtimonium Domini firmum eſt, prudenter inſtruens os cujuslibet; mandata Domini recta ſunt, exhilarantia animum. Præceptum Domini purum eſt, illuminans oculos. Timor Domini purus ſubſiſtit in æternum, fons vitæ eſt ſuſcipientibus eum, eique innixis feliciter. Scriptum enim eſt: certe per me multiplicabunt dies, & ſuperaddent tibi annos vitarum. Etiam Dominus dabit ipſi vitam cum pace. Fortis fuit, & virum ſe præſtitit. Scriba hic nunquam damnum ſentiat. Ego vero Scriba fui, & punctator, Elias filius . . . . . filii Berachiæ punctatoris, qui Scripturæ pariter & Miſchnæ deditus fuit quam accuratiſſime. Sapiens magnus & conſiliarius, qui aurem advertit & ſcrutatus eſt. Compoſuit theſes Miſchnicas multas, & locutus eſt de arboribus & lapidibus, lapidibus, inqvam, cæſis. Vir integer ac rectus, timens dominum ac recedens a malo. Ego vero, qui in ſenectute ejus natus ſum, conſcripſi & punctis ornavi, ac Maſora inſtruxi hunc librum labore volarum mearum, & rectitudine oculorum meorum. Abſolvi autem cum feria IV. die XXI. menſis Marcheſvan anno 94. millenarii IV. a mundo con-

Digitized by Google

condito: in regione Auſtrali conſcripſi eundem. Benedictus itaque ſit, qui dat defeſſo robur, & deficienti viribus facultatem auget. Amen, Amen, Sela. Ex his verbis *Andr. Mullerus Greiffenbagius*, Præpoſitus qvondam Berolinenſis in limine libri germ. lingua inter alia notavit, Codicem hunc ab *Elia* noſtro in Inſula Rhodo ſcriptum eſſe, A. C. 334. adeoqve ætatem ejus eſſe annorum 1339. Rem vero ipſam curatius æſtimans Cl. & amiciſſimus *La Croze* ſententiam magis idoneam de Codice iſto his verbis ad me perſcripſit: *Fucum hic feciſſe videtur, ut ſæpe alias, Andreas Mullerus. Certe ſcriptio Hebraica in fine libri manifeſta habet veſtigia deletarum litterarum, aliarumque poſtea inductarum. At ſive id Mulleri, ſive cujuscunque alterius dolo factum ſit, nihilominus nullum ita veterem in toto orbe terrarum librum exſtare conſtat, ut ad IV. a C. N. Seculum referri poſſit. At quid verbis opus eſt? ipſe color atramenti & membranæ forma ſatis produnt iis omnibus, qui MSS. Codd. aliquando tractarunt, hunc Codicem vix ante 400. annos eſſe ſcriptum. Quarto Sæculo Aeræ Chriſt. Iudæi non numerabant a creatione mundi, ſed juxta æram contractuum, usque ad ætatem R. Scheriræ, qui vixit. A. C. 967. tradente Davide Ganz in Chronolog. Parte* I, p. 27. Vide *Matthia Frider. Beckii* Monumenta antiqva Judaica p. 9. & 10.

His addiderim, qvod ex ætate Berachjæ punctatoris, qvi floruit, ut inferius oſtendemus, A. C. 1400., pateat, Eliam noſtrum referri debere ad Sæculum XV. ferme inclinans, ideo qvod is ſe nepotem illius diſerte profitetur in verbis hic allatis.

Ceterum de hoc Codice ſingularem commentarium molitum eſſe Mullerum apparet ex *Actis Erudit.* 1687. p. 132. ubi inter edenda ejus recenſetur.

ר׳ אליהו הפשלי R. ELIAS HAPPASCHLI ſive plenius ſecundum ר׳ אליהו אלפאנו הפשלי בן אלקנה, ש״ץ ſcripſit 258.

1) פירוש על המלות זרות h. e. explicationem vocum difficiliorum in Prophetis & Hagiographis MS. in Vatic. fol. qvod optimum inter dictionaria Hebr. judicat Bartoloc. Confer meam Lexic. Hebr. Hiſtor. p. 51.

2) מכתב אליהו *epiſtola Eliæ* ex 2 *Chron.* XXI, 12, quæ eſt de Aſtronomia. Hunc Bartoloc. bis recenſet, ſemel qvidem p. 181. T. I. deinde vero in appendice p. 741.

אליהו קיידין ELIAS KAIDAINENSIS ex Lithuania, 259.
qui nunc Hamburgi verſatur, & editionem commentarii in *Pirke Avoth* ſub tit. ר׳ אליהו מכתב אליהו *epiſtola Eliæ* paret.

Digitized by Google

260. ר׳ אליהו בן קלונימוס R. ELIAS fil. CALONYMI *Lublinenſis*,

אדרת אליהו *pallium Eliæ* ex 2 *Regg.* II.13. conciones in Paraſchas Pentateuchi pp. 106. *Francof. ad Viadr.* 454. C. 1694. 4.

261. ר׳ אליהו מקנדיאה R. ELIAS ex *Candia* h. e. *Cretenſis*, *del Medico* fil. *Moſis*, Philoſophus & medicus, claruit Sæculo XV. exeunte quem *Patavii* Philoſophiam docuiſſe, ut *Abrab. Balmeſius* ibidem Grammaticum egit, teſtis eſt *Menaſſe ben Iſraël* p. 95. Spei Iſraëlis.

Scripſit ille tres qvæſtiones 1) de primo Motore. 2) De creatione mundi & 3) de eſſe, eſſentia & uno, quæ una cum annotationibus in dicta Jo. de Janduno Gandavenſis in libros Phyſicos Ariſtotelis *Venet.* 1501. & 1544. prodierunt. In ש״י notatur editio *Veneta* 358. C. 1598. Hunc librum ש״י tribuit R. *Eliæ f. Iuda*, de qvo ſupra.

2) בחינת הדת *examen Legis*, qui libellus ſeptem conſtans foliis *Baſil.* 398. C. 1629. 4. prodiit cum variis aliorum ac potiſſimum R. *Ioſephi del Medico* filii *Eliæ* noſtri ſcriptis in unum volumen conjunctis, unde factum eſt, ut Buxtorfius p. 321. Bibl. Rabb. R. *Ioſepho* tribueret, contra fidem ipſius tituli. Agitur ibi non de mundo, & homine Microcosmo aliisqve rebus Philoſophicis, qvod Bartoloccius in prima Tomi I. pagina affirmat (hoc enim de tota illa collectione, non de tractatu hoc ſpeciali, dici poteſt) ſed de Legis ſtudio recte tractando, & exqvirendis præceptorum rationibus, qvod argumentum ipſa libelli inſcriptio infert. In calce auctor teſtatur, ſe ſcriptionem abſolviſſe die 18. טבת (i. e. 29. Dec.) anni 251. C. 1491. Subjungitur ſtatim ep. R. *Schaul Cohen fil. Moſis Germani* qua *Elias* noſtri, præceptoris ſui, ſapientiam laudat.

Huic in Catalogo Bodlej. p. 225. perperam tribuitur comment. in Gregor. Nazianzeni Orationes a Billio ex Græco Latine converſus & cum Opp. Nazianzeni editus, qvi eſt Eliæ Metropolitæ Cretenſis, cujus ætas in finem Sæculi VIII. incidit.

262. ר׳ אליהו קפסלי R. ELIAS KAPHSALI

סדר אליהו *Ordo Eliæ* ſive commentarium de hiſtoria ſui temporis MS. ex Hottingero Bartolocc. & ex hoc ש״י memorat, poſtremus etiam teſta-

Digitized by Google

teſtatur, ejusdem quæſt. & reſponſ. legales in libro כנסת הגדולה allogari.

ר׳ אליהו מקרקסוני R. ELIAS KARKESONI fil. R. *Iſaac*: vide ſupra R. *Elias f. Iſaac* קרקסוני.

263. אליהו שדיאוס ELIAS SCHADÆUS Theologus qvondam & Philologus Argentorat. an. 1593. defunctus, ſcripſit admonitionem ad Judæos Hebraice & Germanice conceptam, in qva decem argumentis ex Scriptura Sacra & Judæorum ſcriptis probavit, Meſſiam jampridem veniſſe. Exſtat illa in ſcripto vernaculo, qvod dicitur *Myſterium S. Pauli Rom. XI. de converſione Judæorum* &c. Argentor. 1592. 8. Idem qvatuor Evangelia, Actus Apoſtolorum, Pauli ep. ad Romanos & Hebræos germanice, ſed literis Rabbinicis, exſcribi curavit eodem anno.

264. ר׳ אליהו בן שמואל אבן תיבון R. ELIAS f. *Schemuel* ABEN TIBBON *Hiſpanus* Maimonidæ æqvalis, ac inprimis An. 4950. C. 1190. clarus.

Hujus tract. עַל אָדָם שֶׁהוּא עוֹלָם קָטוֹן *de homine tanquam Microcosmo*, MS. in Vatic. 4. exſtat. Inprimis autem celebrantur variæ ejus librorum verſiones Hebraicæ, inter qvas eminet translatio libri *More Nevochim*, quæ ipſi Maimonidæ ſe probavit, qva de re ſub hujus nomine dicemus.

265. אליהו התשבי ELIAS THISBITES *Propheta*, in V. T. ſæpe memoratus: hujus olim *Apocalypſin* exſtitiſſe, ex qva locus 1. Cor. II. 9. ſit deſcriptus, nonnulli ſibi perſvaſerunt, monente jam Hieronymo ep. Cl. ad Pammachium, qva de re præter Interpretes legatur eruditiſſimus amiciſſimusqve *Jo. Albertus Fabricius* in Tomo I. Cod. Apocryphi N. T. p. 342. * & in Pſeudepigraphis V. T. p. 1072. qui ibidem p. 1075. ſq. de eo commentatur, qvid de epiſtola, quæ ab eo, in cœlum rapto, ad Joramum miſſa legitur 2 Chron. XXI. 12. ſentiendum ſit. Conf. V. C. Jo. Meyerum in not. ad Seder Olam p. 919. & Habichorſtii ac Wœlflini ſingulares de illa ep. diſſertatt. itemque Jo. Buxtorfium in *Catalectis* p. 97.

De traditione, quam ſcholæ Elianæ tribuunt Judæi de mundo per ſex mille annos duraturo diximus ſupra ſub אליהו, ubi etiam de *Seder Elijahu Rabba* & *Suta* qvi libri Eliæ noſtri revelationibus deberi dicuntur, monitum fuit.

 Præ-

Præterea precatio, qvam Elias hic pronunciaſſe fingitur, cum R. *Simeon ben Jochai* librum *Zohar* ſcribere aggrederetur, legitur inter Judæorum preces, ſpeciatim in libro שערי ציון ſub initium. Illa tota Cabbaliſtica eſt, & Judæis perfamiliaris.

Idem in ſcriptis Judæorum paſſim apparuiſſe & nodos difficiliores ſolviſſe traditur, qvemadmodum etiam communi Judæorum voce difficultates omnes aliqvando expediturus dicitur: vide qvæ ſcripſi ad Tractatum Mardochæi Karæi p. 124.

Judæorum de Elia ſententias & fabulas varias leges in iis, qvæ ex Abarbanele attulit Cl. *Jo. Meyerus* ad Seder Olam Rabba p. 846. 887. & aliunde repetiit *Jo. Andr. Eiſenmengerus* in Judaiſmo detecto Part. II. p. 401. ſqq. Nec omitte *Pet. Balii* Dictionarium Tomo II. p. 1110. ſqq. & *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. p. 317. ſq.

אלימלך vide ſupra: *Abraham f. Elimelech.*

266. ר׳ אליעזר בן ר׳ אברהם חנוך R. ELIESER f. R. *Abraham* CHANOCH

זֶבַח תּוֹדָה *ſacrificium laudis* ex *Lev.* VII. 12. h. e. preces & ſupplicationes pro ſingulis diebus. *Prag.* 375. 8. C. 1615.

267. ר׳ אליעזר בר׳ אברהם בר מתתיה

R. ELIESER f. *Abraham* f. *Matathia* vixit ſub initium Sæc. XVI. Ejus eſt

מָגֵן דָּוִד *clypeus Davidis*, ex Pſ. III. 4. liber moralis, ſi credimus Bartoloccio, qui eum ſe Romæ in Bibl. Ducis ab Altemps vidiſſe ſcribit, qvo varia Scripturæ loca illuſtrentur. *CPoli* 276. C. 1516. 4. Sabbatæus vero in ש״י auctorem non *Elieſer* ſed rectius *Eliſæum* (אלישע) vocat; idemque libro ipſo animadverſiones & caſtigationes Grammaticas, in qvibus Kimchium defendat auctor, contra ſcriptorem מעשה אפוד contineri rectiſſime affirmat. In ceteris cum B. conſpirat. R. *Schabtai* relationem confirmat Catalogus Grammaticorum, ſupra ſub voce דקדוק exhibitus, ubi *Eliſcha f. Matathia* dicitur hunc librum ſcripſiſſe an. 270. C. 1510. Plantavitius quidem, ad fidem Catalogi Pragenſis provocans n. 322. ad B. propius accedit, librum moralem eumqve rhythmicum eſſe affirmans. Confuderunt illi forte librum hunc cum alio ejuſdem tituli MS., auctore מיסר דוד qui Pentateuchum explicat.

Eidem

Eidem in Catal. Bodlej. p. 226. tribuuntur capitula ex II. tractatu Grammaticæ R. *Dav. fil. Jechaje* לשון למודים excerpta & CPoli edita, qvæ credo eodem libro comprehendi.

ר׳ אליעזר אוקרי v. infra : ר׳ אליעזר אוקרי.

ר׳ אליעזר R. ELIESER, neſcio quis, cujus 268.

ס׳ הַבְּרִית *liber fæderis*, Cabbaliſticus MS. 4. memoratur in Catal. B. Medic. Plut. II. n. 32. ubi ſimul monetur, eum ex Hebræorum ſententia ante Talmud ſcriptum eſſe. Vereor vehementer ne & in nomine & in titulo mendum ſit, ac forte pro ברית legi debeat בהיר de quo tale qvid Judæi tradunt.

ר׳ אליעזר בן אליהו R. ELIESER f. *Eliæ Germanus*, 269. *Medicus*, Archiſynagogus *Cremonæ*, deinde vero imperante Philippo II. Hiſpan. Rege abire juſſus & *CPolin* profectus, Naxiæ, inſulæ Archipelagi, præfectus eſt, tandem vero in Poloniam delatus & Archi Synagogus *Poſnenſis* conſtitutus, deniqve *Cracov.* obiit an. 346. vel 347. C. 1586. teſte *Zemach David* ad hunc annum.

Hujus eſt יוֹסֵף לֶקַח *augens doctrinam* (ex *Prov.* I. 5.) *Cremon.* 336. C. 1576. apud *Chriſtoph. Draconem* cum textu Scripturæ, & *Hamb.* 471. C. 1711. 4. apud *Iſaacum Ezechiam de Corduba* una cum מחיר יין. Comm. eſt in librum Eſther. In Catal. Bodlej. perperam annus notatur 1566. Bartoloccius hunc n. 224. perperam diſtinguit a

ר׳ אליעזר אשכנזי R. ELIEZER GERMANO cui Ganzius ad an. 5347. tribuit tum

1) יוֹסֵף לֶקַח de qvo modo vidimus, tum

2) מַעֲשֵׂה הַשֵּׁם i. e. *opus* ſeu *hiſtoria Domini*, qvi liber in qvatuor partes diſtinctus, omnes hiſtorias & res geſtas, quæ in Pentateucho referuntur, exponit, ita ut pars I. מַעֲשֵׂה בְרֵאשִׁית *hiſtoria creationis* usqve ad Abrahamum. II. מַעֲשֵׂה אָבוֹת *hiſtoria Patrum* usq; ad Jacobum. III. מַעֲשֵׂה מִצְרַיִם *hiſtoria Ægypti* usqve ad *Exod.* XV. in qua ſectione ſimul ritus Paſchales & Hallel ſive Pſalmi CXII. usqve ad CXIX. explicantur, ac deniqve IV. מַעֲשֵׂה תוֹרָה *hiſtoria Legis*, usqve ad Pentateuchi finem pertingat. Prod. *Venet.* 343. & *Cracov.* 344. C. 1584. fol. Buxtorf. in 4. editum ait, mendoſe ; vide B. Jo. Carp-

Carpzov. ad Schickardi Jus Regium p. 191. & Vener. Theod. Daſſovii dedicat. ad diatrib. de Reſurrect.

Utrumqve hunc librum eidem *Elieſeri Germano* poſt Ganzium tribuit *Buxtorfius*, & R. *Schabbataus*, nec video, qvo auctore Bartoloccius priorem alteri illi vindicet. Idem monet, in Catalogo librorum Hebraic. Reginæ Sveciæ citari R. *Eliezeris Germani* qvæſtiones & reſponſ. ſed ſe librum ipſum oculis non vidiſſe.

270. ר׳ אליעזר בן ארחא R. ELIESER ben ORCHA elogio ſuo comprobavit R. *Abrah. Gedalia* commentarios in Jalkut, ut appareat ex limine Tomi II. libri illius, excuſi Liburni 4to. C. 1650.

ר׳ אליעזר אשכנזי vide paulo ante R. *Elieſer fil. Elie.*

אליעזר מגרמיזה vide infra אלעזר *fil. Iehuda.*

271. ר׳ אליעזר בן הורקנוס R. ELIESER f. HYRCANI, affinis Simeoni Seni & Rabban Gamalieli, diſcipulus R. *Iochanan*, communiter alias vocatus R. Elieſer הגדול ſive *Magnus*, vel ſimpliciter R. *Elieſer*, qvo nomine Elieſerem noſtrum indicari monetur in *Halichoth Olam* p. 27. Vixit is A. M. 3853. C. 73. ſecundum *Zemach David*, & tantæ eſt inter Judæos auctoritatis, ut *Abarbanel* eum in præf. ad comm. in *Ezechielem* אלהי i. e. divinum, & R. *Schem Tov* in lib. אמונות Parte VI. c. 10. librum ejus ס׳ הקדוש *librum Sanctum* appellet, quam in rem confer G. H. *Vorſtii* in Capitula Elieſeris præfat. Taceo *Iochananis fil. Saccai* de eo effatum, qvo in *Pircke Avoth* c. 2. affirmavit, qvod, ſi omnes Sapientes Iſraëlis eſſent in lance ſtateræ, & Elieſer filius Hyrcani in altera, poſterior hic reliqvos omnes ſit depreſſurus. d) De vita ejus & intento Legis ſtudio inſpici poteſt caput I. Capitulorum, quæ ejus nomen præferunt. Adde Abrah. ben Dior librum *Cabbala* p. 58. b. & *Iuchaſin* p. 31. Quantacunq; ejus fuerit auctoritas, tanta tamen certe non fuit, ut æquales ipſum ſemper audirent, quin potius, diſſenſione interdum oborta, in omnia alia abirent. Id qvod apparet ex diſputatione ſatis celebri, quæ inter Rabban *Gamalielem* filium Rabban Hillel, & ipſum, interceſſiſſe legitur in *Bava Metzia* cap. IV. f. 59. b. ita quidem, ut, quamvis Eliezer ſententiam ſuam miraculo non uno & ipſo etiam

d) Provocant ad hoc elogium Karæi apud Mardochæum p. 100. Tractatus de Karæis.

Digitized by Google

etiam *Bath Kol* ſuffragio comprobaret, diſſentientis tamen ſuperaret auctoritas. Fuit ſcilicet is Schammæanæ Scholæ addictus, atqve adeo a traditione majorum inter Hilleſianos tantopere oſtentata alienior, unde & Karæi ad ipſum, tanquam doctrinæ ſuæ ſtatorem & vindicem provocant, ſicut ipſam illam diſputationem, qvam dixi, in confuſionem Rabbanitarum affert *Mardochæus* in tract. de Karæis p. 100. ſqq. ubi totam rei, prout geſta eſt, recenſionem Latine a me converſam & notulis illuſtratam leges. Propterea etiam Cl. Triglandius in diſſ. de Karæis p. 25. non præter rem ſuſpicatur, per *Eliezerem*, qvem ſuæ ætatis hominem ſub קראי elogio planxiſſe ſcribit *Elias Germanus* in *Tisbi*, noſtrum hunc, tanqvam Scripto verbo addictiorem, adeoqve Karæarum partium intelligendum eſſe: quæ conjectura magis ſe, credo, probaverit intelligenti, qvam qvod idem p. 186. opinatur, hiſtoriam diſputationis illius inter *Eliezerem & Gamalielem*, a Mardochæo citatam, pro antiqviſſimo monimentorum Karaiticorum habendum eſſe, qva de re aliter ſentio. Cum enim in *Bava Metzia* l. c. res illa iisdem verbis referatur, nihil video cauſæ, cur *Moſes Beſchitzi*, Karæus, ex qvo Mardochæus noſter refert, ejus notitiam ex Talmude hauſiſſe non exiſtimandus ſit. Sed ut ad Elieſerem noſtrum propius revertamur, circumfertur ſub nomine ejus opuſculum, qvod dicitur

פִּרְקֵי ר׳ אֱלִיעֶזֶר *capita R. Elieſeris*, qvod plerumqve ei a Judæis acceptum fertur, v. c. in *Toſephoth* Talmudicis ad cap. XII. Tract. שבת & *Schalſcheleth hakkabbala* p. 27. 2. Rectius tamen ſtatuit Scriptor libri *Juchaſin*, p. 52. b. e) ubi de hoc libro ita: אע״פ שהוא המכונה לר׳ אליעזר האחרונים עשו פרקיו h. e. *quamvis iſte liber ipſi adſcribatur Eliezeri, recentiores tamen illa capita compoſuerunt.* Idem affirmavit *Guil. Henr. Vorſtius* in præfat. ad verſ. Capitulorum, adductus citatione Paraphraſeos *Onkeloſi*, quam fieri videas p. 99. pluribus autem & invictis argumentis adſtruxit *Jo. Morinus*, qui ipſe alias in Exercit. Samarit. I. c. 3. de antiquitate ejus perſvaſiſſimus fuerat, in Exercitt. Biblic. p. 379. ſqq. ubi libellum totum ex Talmude & antiqvis Medraſchim non ante A. C. 800. compoſitum eſſe tum ex neglecta ejus libri

e) B. Groddeckius, Vir alioqvin de his literis meritiſſimus, p. 713. Theatri Placciani adfirmat, hujus libri auctorem ab aliis ſtatui *Simeonem ben Jochai*, quod qui dixerit, neminem temere reperias. Perſvaſum vero ita fuit Viro doctiſſimo ex loco *Juchaſin* non recte intellecto, qui p. 52. b. legitur in hanc ſententiam: qvod, quamvis *Pirke Elieſer* attribuantur R. *Elieſer*, ille tamen liber rectius recentioribus tribuatur, ſicut *Zohar*, qui adſcribatur R. *Simeoni fil. Jochai*, & liber *Jezira*, qui Abrahami nomen præferat. Miror, hoc loco non uſum eſſe *Jo. Morinum*, cum in adſtruenda eadem ſententia verſaretur.

bri a *Serira Gaon* in Juchaſin f. 110 mentione, tum ex commemorato in libello ipſo Imperio Arabico, & Imperio Romano nomine Edom, ex Paraphraſi *Onkeloſi* ut antiqva allata, ex Rabbinis, qui Eliezeris ætate nondum vixerunt, laudatis, aliisqve rationibus, conficit. Ex qvo apparet, Judæorum teſtimoniis nimium tribuiſſe *Sam. Petitum*, quando lib. II. Miſcellan. c. 4. p. 113. affirmat, librum hunc omnium, qui exſtent inter Judæos, antiquiſſimum eſſe.

Quod ad libri argumentum ſpectat, conſtat is capp. 54. & ex parte quidem hiſtoricus eſt, Patriarcharum inprimis geſta ad Mardochæi circiter & Eſtheris tempora (non vero, ceu Buxtorfio f) in B. Rabb. perſuaſum fuit, *hiſtoriam mundi usque ad tempora Gamalielis II.*) allegorica commentandi ratione perſeqvens; ex parte vero, & qvidem maxima, fabularis, adeo, ut, *Morino* judice, auctor, quæcunque in Talmudica farragine & Midraſchim ridicula, inſana, monſtroſa occurrerint, ea in unum collecta ſub ſpecioſo hoc *Eliezeris* nomine legentibus obtruſerit. Prodiit libellus aliqvoties, & qvidem *CPoli* 279. C. 1519. quam ed. debeo Catalogo Bodlejano, *Sabionet*. 327. C. 1567. *Venet*. 304. C. 1544. & 344. C. 1584. & 368. C. 1608. *Lublini* 1597. *Cracov*. 1617. & Pragæ omnes in forma quarti ordinis. Præterea lucem vidit cum latina verſione & eruditis notis *Guil. Henr. Vorſtii* ſub tit. *Capitula R. Elieſeris continentia inprimis ſuccinctam hiſtoriæ Sacræ recenſionem*, circiter 3400. *annorum ſive a creatione usque ad Mardochai ætatem cum vett. Rabbin. commentariis*, Lugd. Bat. 1644. 4. In præf. dolet Vorſtius, qvod copiam commentarii a R. *Jacob Chajat* in hunc librum exarati, nanciſci non potuerit, in locis obſcurioribus ſuppetias ſibi laturi. Ultimo loco lucem vidit *Amſtelod*. 1708. 8. pp. 66. app. *Iſaac. fil. Jacob Cordubenſem*. Latine ante *Vorſtium* verterat *Conr. Pellicanus*, quæ interpretatio MS. exſtat in B. Tigur. Eidem, forte non magis ex vero tribuitur

2) ס' אָרְחוֹת חַיִּים *liber ſemitarum vitæ*, ex *Prov*. II. 19. qvo recte vivendi præcepta liberis ſuggerit. Prodiit libellus *Cracov*. 372. C. 1612. ſeorſim: junctim vero cum libro בן סירה *CPoli* 1517. 4. & *Venet*. 304. C. 1544. 8. & *Amſtelod*. 457. C. 1697. 8. itemqve cum שארית יוסף R. *Joſ. fil. Ieſchua*

f) Notatus is hoc nomine fuit a *Vorſtio* in præf. ad ſuam hujus libri verſionem, tum vero a *Jo. Morino* in Antiquitatibus Eccleſiæ Orient. p. 345. qui præterea monet, *Serarium* caſtigatum eſſe a *Druſio*, eo quod libellum hunc cum *Pirke Avoth* confuderit. Inſuper vero prudens Lector cavebit, ne ipſas, quas Elieſer memorat, hiſtorias fuſe narrari putet, cum eas potius ſtrictim innuat, & in allegoricis meditationibus, huc pertinentibus, totus verſetur.

Digitized by Google

Jeſchua Theſſalon. 328. C. 1568. 8. & 281. C. 1521. præterea vero cum acceſſionibus שושנת יעקב *Venet.* 383. C. 1623. 8.

R. *Naphthali Hirtz*, in præf. ad *Emeck Hammelech* p. 6. a. allegat Elieſeris noſtri ס׳ צַוָּאָה *librum teſtamenti*, qui ſit Cabbaliſticus, idemqve amplus, cujus magnam partem viderit.

ר׳ אליעזר בן גבריאל גאליקי v. infra R. *Eliſcha Galiko.*

ר׳ אליעזר מגרמיזה vide R. אלעזר *ben Iehuda* מגרמיזה.

ר׳ אליעזר בן גרשום R. ELIESER f. GERSOM 272.
SONCINAS typographus librorum Hebraicorum *CPoli* A. M. 301. C. 1541. v. infra שונצינו.

ר׳ אליעזר דוד מהטוב R. ELIESER DAVID *del*
Bene (cognomen Italicum, qvod ex ש״י non facile intelligas, quando in 273.
duas diſtinxit voces מה טוב ſcr.

ס׳ עִיר דָּוִד *urbs Davidis* (ex 2 *Sam.* V. 7.) qvo comprehendit qvv. & reſponſiones ad ritus & cerimonias pertinentes. Allegatur liber ineditus in præf. ad librum כסאות לבית דוד quem filius ejus *Iuda Aſael* Veronæ edidit, ut ſuo loco dicemus. Noſter hic obiit *Ferrariæ* 5395. C. 1635.

ר׳ אליעזר זוסמן בן יצחק R. ELIESER SUS- 274.
MAN fil. *Iſaac* ſcr.

Elogium libri נַחֲלַת צְבִי *Venet.* 421. C. 1661. fol. ed. Bartoloccius hujus facit mentionem, nempe p. 189. T. I & in App. p. 830. ubi priore loco auctorem libri recte appellat R. *Zevi ben Ioſeph Cohen*, poſteriore vero mendoſe *Mardochæum Zevi*.

ר׳ אליעזר החוזה R. ELIESER CHOSE i. e. *Videns*,
ſcripſit precationem pro mittendis ſortibus, g) ſecundum ordinem duodecim 275.
ſignorum Zodiaci, MS. in Vatic. 4. ש״י vocat ס׳ גורלות *librum ſortium*, atque tradi ibi artem futura per ſortem & numeros cognoſcendi.

ר׳ אליעזר

g) Hæc igitur ſortiendi ratio Aſtrologica eſt, & ſuperſtitioſa, atqve adeo diſtinguenda a ſortitione veteribus Hebræis recepta, de qva præter Cl. *Jo. Clericum* ad *Lev.* XVI. 8. & Num. XXV. 15. leges, ſi placet, *Steph. le Moyne* in notis ad Varia Sacra p. 586. ſq. & 590. ſq. & *Martini Mauritii* ſingularem diſſert.

ר׳ אליעזר חסמא v. R. אעליעזר Chiuma.

אליעזר טוך ELIESER TUCH: vide infra תוספות.

276. ר׳ אליעזר טירנא R. ELIESER TIRNA Germanus, ſcriptor rituum Judaic. per totum annum, quem *Eliezeris Kalvizanar* diſcipulum fuiſſe tradit Bartoloc. T. I. p. 188. provocans ad *Iuchaſin* p. 144. b. ſed præterqvam qvod locum illum hucdum invenire non potui, manifeſtum eſt, Bartoloccium *Eliezerem* appellare, qui dicendus erat אייזק *Iſaacus* de qvo nomine vide ſupra; ſicut & præceptor ejus non *Eliezer Kalvizanar* ſed *Abrahamus Clausner* (קלויזנר) vocari debebat, de quo ſupra diximus.

277. ר׳ אליעזר טריויס R. ELIESER TREVES i. e. *Tarviſinus* Archiſynagogus Francofurt. quem ut præceptorem ſuum laudat ejusqve de impoſtore Judæo Aſcher Lemle dictum allegat *Ganz* in Zemach ad an. 5260.

278. ר׳ אליעזר בן ר׳ יואל הלוי R. ELIESER f. R. *Joël Levita*, per compendium ראב״יה vixit an. 5000. C. 1240. hujus

1) אֲבִי אָסָף *pater meus collegit*, ubi varias conſtitutiones ſecundum ordinem ℥ *Schulchan Aruch* illuſtravit, &

2) אֲבִי הָעֶזְרִי *pater meus juvans me* i. e. comm. in varia loca Gemarica MSS. Pragæ latere dicuntur in ש״י. *Hottingerus* in B. Orient. p. 38. & cum eo *Bartolocc.* p. 188. b. priorem librum tribuit R. *Eliezeri ben Iacob*: ſed prætuli his R. *Schabbat ei* fidem.

279. ר׳ אליעזר בר בן יוסי הגלילי R. ABRAHAM bar *Ioſe Galilæus*, per compendium dictus הרא״ביה ſcripſit

קִרְיַת סֵפֶר *civitas libraria* ex *Ioſ.* XV. 15. R. *Sabbathaus* de argumento libri nihil habet, ſed videri jubet præfat. ad Talmud Hieroſol. B. *Groddeckius* in Theatro Placciano p. 715. ſuſpicatur, hunc eſſe librum illum Maſorethicum MS. qvem Buxtorf. in Append. B. ſub hoc titulo laudat.

280. ר׳ אליעזר בן יוסף יוזפא R. ELIESER fil. JOSEPH JUSPA טרילינגר concionator Niclasburg. alias dictus ר׳ לוזר ſcripſit

ספר

Digitized by Google

ספר משנת ר׳ אליעזר *librum traditionis R. Elieſer*, qvem edidit filius ejus יוזפא *Francof. ad Viadr.* 468. C. 1708. 4. apud *Michaelem Gottſchalck* pp. 142. Sunt illæ conciones in Paraſchas Legis. Titulus alludit ad Φράσιν Miſchnicorum : משנת ר׳ אליעזר קב ונקי.

ר׳ אליעזר בן יעקב R. ELIESER ben JACOB, qui 281.

alius dictus eſt communiter

קַב וְנָקִי *cabus & quidem purus*, propterea qvod הלכותיו קב ונקי h. e. *instituta ejus cabus ſint ſed purus*, ut tradit *Zemach David* ad an. 3833. ubi *Vorſtius* minus accurate vertit: *quod mores ejus ſint innoxii*. Senſus enim eſt, ut recte notavit elegantiſſimus *Relandus*, in notis ad Othonis Hiſtor. Doctorum Miſchnicorum p. 105. qvod *pauca quidem ſed ſolida* præferret. Vixit itaqve is tempore Titi Veſpaſiani, teſtibus Judæis, cumqve templi excidium ſuis ipſe oculis vidiſſet, vita diutius, & usqve ad R. *Elai*, producta, menſuras ejus ita perſpectas habuit, & cum aliis communicavit, ut ad ejus narrationem tractatus Talmudicus qui dicitur מִדּוֹת conſcriberetur, de quo ſuo loco dicemus. Confer de eo *Juchaſin* p. 23. 30. & 51. & *Schalſcheleth hakkabbala* p. 27. Huic in Cl. Le Long Biblioth. Sacra Parte I. p. 99. tribuitur comment. קב ונקי ſed vide tu R. *Schalom ben Abrah.*

Quædam ejus ſententia legitur in *Pirke Avoth* cap. IV. §. 13. ſicut & alia Patris ipſius refertur ibidem §. 16.

ר׳ אליעזר בן יעקב R. ELIESER ben JACOB, cu- 282.

jus tractatum

עַל עִנְיְנֵי הַתְּשׁוּבָה h. e. *de pœnitentia* in Vatic. MS. exſtare memorat Bartoloccius, non dubito a priori iſto eſſe diſtinctum.

ר׳ אליעזר בן יעקב R. ELIESER f. JACOB בלין 283.

Ballen cujus

סֵפֶר עִבְרוֹנוֹת i. e. liber de computo Aſtronomico prodiit Francof. ad Viadrum 1691. 4.

ר׳ אליעזר בן יצחק ELIESER ben ISAAC, cujus 284.

precatio quædam exſtat in libro שערי ציון p. 95.

Digitized by Google

ר׳ אליעזר בן יצחק זוסמן v. R. Elieſer זוסמן.

285. ר׳ אליעזר בן יצחק ראיטי R. ELIEZER f. Iſaac RAITHI

עין ישראל *oculus Iſraëlis* i. e. Index alphabet. omnium fabularum & parabolarum Talmudic. ſimilis libro מראה מוסר *Venet.* 372. C. 1612. *Amſtel.* 444. C. 1684. 8.

286. ר׳ אליעזר הכהן ELIESER *Sacerdos*, frater R. *Abigador* ſcr.

אגרת המוסר *epiſtolam argumenti moralis*, MS. in Vatic. A. C. 1433. ſcriptam.

287. ר׳ אליעזר לוי R. ELIESER LEVI

צורת הארץ *de forma terræ*, ubi de eo potiſſimum diſputavit, utrum terra moveatur. Meminit ejus *Schevet* Juda p. 32.

288. ר׳ אליעזר ליברמאן R. ELIEZER LIBERMAN fil. ליב רופא דרשן Scriba ſeu Secretarius (סופר) ſcr.

מענה לשון *reſponſio linguæ* (ex *Prov.* XVI. 1.) qvo continentur ſeptem & qvadraginta precandi formulæ rhythmicæ, ſuper ſepulchris Patrum pronunciandæ. Nomen auctoris legitur p. 46. libri ipſius, qvi prodiit *Prag.* hinc *Amſtelod.* 438. 8. C. 1678. 8. *Francof. ad Viadr.* 458. 8. C. 1698. & deniqve *Dyrenfurti* 1703. 12. ad quam acceſſit דרך עץ חיים i. e. *via ad arborem vitæ* & קצת ענייני גן עדן h. e. *nonnulla de horto Eden.*

ר׳ אליעזר מודי R. ELIEZER MODI quem de ſeptuagenario Seniorum numero, in partem laboris juris populo Iſraelitico dicundi adlecto, ſcripſiſſe Bartoloccius teſtatur ex Heideggero Exerc. II. p. 54. Hiſtor. Sacr. Patriarcharum: præter rem, cum ibi non ſingulare ſcriptum hujus Elieſeris, ſed tantum ſententia ejus de politia Judæorum Civili a Senioribus 70. qvos Moſes *Exod.* IV. 29. convocarit, adminiſtratas allegatur. Eſt vero ille Elieſer ex Doctoribus Miſchnicis, de qvo inter eos dicturi ſumus.

ר׳ אליעזר

Digitized by Google

ר׳ אליעזר ממילי R. ELIESER MIMMELI, cui poſt *Plantavit.* n. 284. & *Hydium* in Catal. Bodlej. p. 226. *Bartoloccius* tribuit librum 289.

לְכָל חֵפֶץ qvem *Juda ben Schemuel Abarbanelis* eſſe infra ſub hoc nomine oſtendemus. Cauſam, cur huic tribuitur, eam puto eſſe, qvod veri auctoris nomen in præfatione tantum legitur, *Elieſer* vero forte formis exſcribi curavit.

ר׳ אליעזר בן מנחם מאניש R. ELIESER f. *Menachem Manes* 290.

פֶּתַח עֵינַיִם *porta oculorum*, h. e. clavis & index omnium locorum Scripturæ Sacræ, qvæ in lib. *Zohar* & *Tikkunim* explicata ſunt. *Cracov.* 407. 4. C. 1647. Hic index ſubjungitur libro *Zohar* ex edit. Sulsbacenſi 1684. fol.

ר׳ אליעזר ממיץ R. ELIESER MIMMETZ (i. e. *Metenſis Lotharingus*,) qva ratione nomen hoc tum in ipſius libri mox laudandi titulo tum a ש״י, libro *Juchaſin* p. 164. & *Schalſcheleth* p. 50. ſcribitur, ut proinde Bartoloccius p. 189. T. I. minus accurate ſcribat ממנץ ſive ממונצא quam *Modiciam* ſive *Monzam*, Galliæ Ciſalpinæ opidum, interpretatur. Plantavitius qvoqve n. 245. mendoſe legit *Maminatz*. Idem per compendium dici urplurimum ſolet רא״ם, fuitqve æqualis ראב״ן i. e. R. *Eliezer ben Nathan* & ריב״א i. e. R. *Joël ben Eliezer*, obiitqve tandem an. 4998. C. 1238. teſte auctore *Schalſcheleth* p. 50. a. ubi plura de noſtro vide. Scripſit is 291.

ס׳ יְרֵאִים i. e. librum *timentium* (Deum) qui de ſingulis præceptis inſtitutisqve ceremonialibus Legis agit, & duodecim innititur columnis 1) timoris. 2) idololatriæ. 3) temporum & feſtorum. 4) ciborum. 5) ſeminum. 6) proventus. 7) judiciorum ſive cauſarum. 8) Regam 9) munditiei. 10) votorum. 11) ſanctuarii, vaſorumqve & quæ ad ejus cultum pertinent & 12) ſacrificiorum *Venet.* 326. C. 1566. 4. R. *Benjaminem* hunc librum in ordinem redegiſſe teſtatur poſt auctorem Schalſcheleth p. 56. ש״י, unde factum eſt, ut Buxtorfius ipſi Benjamini tribuerit. Eundem librum notis illuſtravit *Sam. Algaſi.*

ר׳ אליעזר בן מנחם R. ELIESER fil. MENACHEM מגלי cognomine *Lipman*, Samoſcenſis (זאמשט) ſcr. 292.

Digitized by Google

לֶקַח טוֹב *doctrina bona*, ex *Prov.* IV. 2. conciones varii argumenti, ex Medraſchim collectæ, in qvibus varia Scripturæ loca explicantur. *Francof. ad Viadr.* 461. C. 1701. 4. pagg. 60.

293. ר׳ אליעזר בן נפתלי R. ELIESER ben *Naphthali Hirtz Tarviſinus*: (טריויש) vixit an. 5323. C. 1563.

תַּפּוּחֵי זָהָב *poma aurea* illi tanqvam auctori Bartoloccius tribuit poſt *Plantavitium*, qvi n. 76. eum tractare dicit de regno Davidis, origine ejus & occaſione, præſtantia item & duratione, excuſ. *Tiſſumani* 320. C. 1560. qvod ubi ſitum ſit, ipſe ignorare ſe profitetur. Multipliciter hic erratur, qvod ex ש״ר conſtat. Primo enim auctor libri incertus eſt, *Elieſeri* noſtro cura editionis ſola accepta eſt ferenda. Deinde ſiſtit potius commentarium literalem ac myſticum in librum Ruth, cujus ſenſus & exterior ſive obvius & interior ſive myſticus inveſtigatur, ſimulque ratio regni Davidis myſtice exponitur. Vocatur alias יְסוֹד הַשָּׁרִים *fundamentum Canticorum*, qvia ſcilicet princeps cantorum ſacrorum David ad Rutham ſuam refert originem. Dicitur qvoqve זוֹהַר עַל רוּת i. e. *Zohar ſuper Ruth*. Prod. ſecundum ש״ר *Thiengæ* h) 320. C. 1560. In Catalogo B. Oppenheim. vidi notari edit. Cracov. 353. C. 1593. Idem hic ſine dubio liber eſt, qvem *Plantavitius* n. 237. ex Catalogo Pragenſi commemorans, de re metrica præcipere monet. In Theatro Placciano p. 698. a. Latinam hujus libri verſionem exſtare obſervatur, qvam ego nusquam inveni. Summa diligentia commentarium illum ſcriptum eſſe judicat *Jo. Bened. Carpzovius* in prolegom. ad Colleg. Biblico Rabbin. in lib. *Ruth*. p. 19.

294. ר׳ אליעזר בן נתן R. ELIESER ben *Nathan*, Moguntinus, per compendium literarum ראב״ן dici ſolitus, Raſchii æqualis an. 4900. C. 1140.

אֶבֶן הָעֶזֶר *lapis auxilii* ubi habentur novellæ rituum, variæqve quæſtiones legales & juridicæ deciduntur de rebus licitis ac illicitis, antiquisque conſvetudinibus, qvod ad tres Talmudis Ordines, *Moed*, *Naſchim* & *Nezikin*, variæque præterea ſectiones Gemaricæ illuſtrantur. Scriptus liber *Moguntiæ* 1152. excuſus vero *Pragæ* 370. C. 1610. fol. apud *Moſen fil. Joſeph Beza-*

h) Non ſatis intelligo qvid opidi ſit טיהנגן num forte *Thüngen*, qvod Sveviæ opidulum eſt, vel *Tirlemont*, qvod *Thienen* appellatur & eſt Brabantiæ urbs.

Digitized by

Bezaleel. Plura is alia ſcripſit, teſte Scriptore *Schalſcheleth* p. 49. b. ex qvibus tamen is tantum commemorat צָפְנַת פַּעְנֵחַ ex Gen. XLI, 45. ſine ulla argumenti mentione.

ר׳ אליעזר הקליר R. ELIESER HAKKALIR poeta, 295.

ſua ætate eximius, & inter Doctores Miſchnicos an, 3833. C. 73. in *Zemach David* memoratus, ubi tamen additur ignorari, utrum hic ſit R. *Eliezer* fil. *Hyrcani*, an, R. *Eliezer f. Arach*, aut R. *Eliezer* f. *Jacobi*, aut deniqve R. *Eliezer f. R. Sim. Jochai.* Kalir autem dictus putatur, quaſi *cellarius* a cella: v. *Vajikra Rabba* lect. 5. vel qvaſi *Placentarius*, quia placentis veſci amabat; vel qvia Placentam cum amuleto Cabbaliſtico ad ſapientiam ſibi comparandam comedit: vide Juchaſin p. 34. b. & *Schalſchel.* p. 31. b. Hujus variæ exſtant preces & cantiones, rhythmicis verſibus conceptæ, quibus Judæi Germani in Synagogis uti conſveverunt. Ex iis Bartoloc. T. I. p. 192. aliquam Litaniæ inſtar die expiationis recitandam affert, in qva Angelorum, qvi invocantur, nomina literarum ſerie diſpoſita ſunt. Poſt hanc aliam longiorem eadem ratione ab eodem conſtructam ex Codice MS. precum exhibet, ac deinde Angelorum Sanctorumque cultum Iudæis olim receptum fuiſſe probare contendit. Preces has ſub titulo עֲרוּגַת הַבֹּשֶׂם i. e. *area aromatica* ex *Cant.* V. 13. commemorat ש״ך tribuitqve R. *Moſe bar Iſaac Aben Eſra*, idemqve teſtatur ſe legiſſe, auctorem eſſe, qvem hic recenſemus, R. *Elieſer Hakkalir.* Addit, eo libro comprehendi carmina & preces pro feſtis omnibus ſecundum ritum Germanorum.

Eidem tribuuntur cantiones Judæorum Germanorum rhythmicæ, qvas קרובץ appellant, qva de re dicemus infra ſuo loco.

In Tzemach David ad an. 4833. nullam cantionem rhythmicam, niſi in primum feſti diem, ex more Judæorum terram ſanctam habitantium, conſtituiſſe dicitur. Adde etiam ש״ך p. 41. n. 130. Huic in calce libri Jezira ed. Mantuanæ tribuitur כְּבוֹד הַשֵּׁם h. e. *gloria Dei*, qui alias etiam vocatur כְּבוֹד אֱלֹהִים. In מה״ריל i. e. *Iac. Levita* libro rituali ei adſcribuntur 21. lamentationes, quæ cum aliis in conſvetis libris precum reperiuntur.

ר׳ אליעזר בוקראקא R. ELIESER *Cracovienſis*, tan- 296.

quam Medicus inſignis & pius allegatur in libro Medico Anonymi, qvi

dicitur לוּחַ הַחַיִּים *tabula vitæ*, & excuſus eſt in Wagenſeilii Exerc. II. p. 80.

297. ר׳ אליעזר בן שמואל R. ELIESER ben SCHEMUEL pater domus judicii Synagogæ *Aphtbenſi:* qvæ eſt in Polonia novem circiter milliaribus Cracovia diſtans, medio Sæculo XVII. ſcr.

1) דַּמֶּשֶׂק אֱלִיעֶזֶר *Damaſcenus Elieſer* ex *Gen.* XV. 2. h. e. magnum commentar. in Cod. *Cholin* ex variis libris ritualibus collectum *Lublin.* 421. C. 1661. fol.

2) שִׂיחַ הַשָּׂדֶה *meditatio agri*, ex *Geneſ.* XXIV. 63. ubi de diſpoſitione & ordine ſtationum (מעמדות) precumqve ac benedictionum matutinarum & aliarum ratione *Lublin.* 4.

298. ר׳ אליעזר שנגי R. ELIESER SANGI, Judex Synag. CPolit. adhuc ſuperſtes cum præf. ſua ex MS. edidit *R. Chajim Benbenaſte* כנסת הגדולה qvod ad partem Turim *Iore dea*, CPoli 1711. fol.

299. ר׳ אליקים בן הראש R. ELIIAKIM f. R. *Aſcher Germani*, & gener R. *Abrah. Nathan* flor. an. 4996. C. 1236. & ſcripſit

1) עַל הַמִּנְהִיג qvi liber alias dicitur מִנְהַג עוֹלָם & tribui interdum ſolet R. *Abrahamo bar Nathan*, ſub cujus nomine vide quæ dicta ſunt. Noſtro huic librum iſtum acceptum fert Schalſcheleth p. 52. b. & *Iuchaſin* p. 132. a. ubi eidem adſcribitur

2) מַחֲזִיק הַבֶּדֶק h. e. *liber reſtaurans rupturam* (legis) ex 2 *Regg.* XII. 8. cujus tamen argumentum ab utroque tacetur. R. Schabbatai poſteriorem librum recenſens auctorem vocat filium R. *Nathan Iarchi*, cujus tantum gener fuit.

300. ר׳ אליקים בן יעקב ש״ץ R. ELIJAKIM fil. JACOB i) Schetz in Synagoga Camarnenſi (קאמרנה) tractus Lembergenſis floruit Sæc. XVII. inclinante. Edidit is

ס׳ רְפוּאוֹת

i) ש״ץ per compendium ſcriptionis, qvod infert שְׁלִיחַ צִבּוּר i. e. *Miniſter Synagogæ*, cujus opera ad res Synagogæ curandas uti ſolent. In veteri Synagoga ejusmodi hominem populo preces præiviſſe ſtatuit *Jac. Rhenferdius* in diſſert. de Decem Otioſis Synagogæ, p. 81. idqve alibi ſe oſtenſurum pollicetur.

Digitized by Google

ס׳ רְפוּאוֹת הַנֶּפֶשׁ *librum medicinæ animæ*, ubi oſtendit quomodo agendum ſit cum moribundis, & qvæ illis preces præeundæ ſint. *Amſt.* 452. C. 1692. 12. 3. plagg. Deſumta illa ſunt ex libro שני לוחות הברית. Idem recognovit verſionem Rabbinico-Germ. libri *Spes Iſraëlis* Menaſſe ben Iſrael, de qvo ſuo loco dicemus.

ר׳ אליקים בר נפתלי R. ELIJAKIM f. *Naphthali* ſcr. 301.

ס׳ שֵׁם טוֹב *liber boni nominis* (ex *Ieſ.* LVI. 5.) qui totus eſt aſceticus, & oſtendit, qvam viam lex præſcribat ad ſanctitatem conciliandam, nec minus de morte, præmio, pœna, gehenna, horto Eden & reſurrectione præcipit. Prodiit *Venet.* 367. 4. C. 1607. apud Jo. Gerſonem. Itaqve non continet Rabbinorum deciſiones juxta Talmudicorum canones, ut tradit Plantavitius n. 213. qvi librum ipſum ſeſe ait poſſediſſe, & auctorem vocat *Alikim ben Naphthali.*

ר׳ אליקים בר נתן הירחי R. ELIJAKIM f. *Nathan Iarchi*; v. paulo ante n. 299.

ר׳ אליקים פנצי v. R. *Schelomo Elijakim.*

ר׳ אליקים בן שלמה R. ELIJAKIM f. *Salomo*, ad finem perduxit comment. in *Canticum Cantic.* quem inceperat R. *Ioſeph f. Salomonis.* Perfecit autem An. 5148. C. 1388. teſte Bartoloccio. 302.

ר׳ אלישע בן אברהם R. ELISCHA f. *Abraham*, f. *Matathiæ*: vide, qvæ ſcripſi ſupra ſub R. *Elieſer ben Abraham.*

ר׳ אלישע בן ר׳ אברהם R. ELISCHA f. R. *Abraham*, nepos R. *Iudæ* & R. *Moſis* Sæc. XVII. inclinante vixit & ed. 303.

מִשְׁנָיוֹת *Miſchnam*, cum brevi commentario קב ונקי *Amſtelod.* 457. C. 1697. 12. ita qvidem, ut totum opus in certas ſectiones diſtribueret, ſecundum qvas lectio ejus per ſingulos menſes abſolvi poſſit. Vide Acta Erudit. Tom. III. Supplem. p. 238 ſq.

ר׳ אלישע אדומים R. ELISCHA ADOMIM h. e. *de Rubeis*, Mantuanus, ſub Paulo III. circa an. 1547. Chriſti ſacris nomen dedit, 304.

Digitized by Google

dedit, dictusqve eſt *Fabius Ranutius de Ranutiis*, operamqve ſuam in deſcribendis in uſum B. Vatic. Codd. Hebr. collocavit.

305. ר׳ אלישע גאליקו R. ELISCHA GALIKO (*Gallaecus*) Synagogarcha in urbe Sapheth ſuperioris Galilææ floruit Sæc. XVI. fere medio, & ſcr.

1) ביאור ſ. comm. literalem in lib. *Eſther*. Venet. 343. C. 1583. 4. ap. *Io. de Gara*.

2) In *Eccleſiaſten* ib. 338. C. 1578. 4. quam vidi in B. Edzardiana & Oppenheimeriana. Hic commentar. in præf. totum librum in 27. ſectiones diſpertitur, ac deinde eodem ordine interpretatur, ſectatus potiſſimum explicationes allegoricas tum ab ipſo tum ab aliis inventas.

3) In *Canticum* ib. 346. C. 1586.

Hos tres comm. recenſet ש״י at Bartoloccius teſtatur commentarios ejus in omnes qvinqve Megilloth junctim prodiiſſe *Venet*. 347. C. 1587. 4. tres vero memoratos ſeorſim qvoqve editos refert, ſpeciatimqve comm. in *Eccleſiaſten* vivo adhuc auctore an. 308. C. 1548. iterumqve 338. lucem vidiſſe ait. Idem in appendice Tomi I. p. 743. mendoſe noſtrum hunc appellat R. *Elieſer ben Gabriel Galiki*, eidemqve comm. *in Eccleſiaſten* tribuit, ut proinde a noſtro non ſit diſtinguendus.

4) Ejusdem שו״ת h. e. *quæſita & reſponſa legalia* in libro כנסת גדולה allegari teſtatur ש״י p. 72.

306. ר׳ אלישע מרומי R. ELISCHA *Romanus*, ex Judæo Chriſtianus & in Ordinem Prædicatorum cooptatus P. *Alexandri de Franciſcis* nomen accepit, & in concionibus ad populum habendis tam feliciter verſatus eſt, ut eo tempore cum *Lupo & Panigarola* k) ipſe, *Hebræi* nomine plerumqve vocatus, ceteris omnibus ſuperior judicaretur. Hinc Procurator ac Vicarius Generalis tandemque a Clemente VIII. Epiſcopus Forolivienſis conſtitutus atqve hoc munere per triennium defunctus, Romam rediit, privatamqve egit vitam inter confinia Sæc. XVI. & XVII. mortuus. Scripſit is

Notu-

k) Diverſæ trium horum Doctorum dotes hoc effato tum temporis celebratæ fuerunt: *Hebræus docet, Lupus monet, Panigarola delectat*; ceu teſtatur Bartolocc. Tom. I. p. 219. Quod qvidem ego de *Tolero, Lupo, & Panigarola* dictum fuiſſe legere memini apud Erythræum Pinacotheca I. p. 81. ſq. & III. p. 36. unde etiam intelligitur, apud Bartolocc. pro *monet*, legendum eſſe *movet*. Adde, ſi placet, B. Morhofii Polyhiſt. Literar. lib. VI. p. 290.

Digitized by Google

Notulas in Geneſin & Exodum usque ad c. XX. Hebræas, qvibus Vulgatæ verſionis loca, Hebræo textui non reſpondentia, cum authentico contextu conciliare conatus eſt. Exſtat Cod. MS. in B. Vatic. Confer de eo Vghelli Italiam Sacram inter Epiſcopos Forolivienſes Tom. II. p. 629.

ר׳ אלכסנדר כהן R. ALEXANDER COHEN ſive *Sacerdos*, dictus alias רב זוסלן Francofurtenſis, & per compendium literarum מר׳זך auctor putatur libri, qvi dicitur אגודה, quem alii alteri tribuunt: vide, quæ dicentur ſub אגודה. Minus recte itaqve Catalogum Pragenſem intellexit Plantavitius qvando n. 13. auctorem hujus libri vocat R. *Agudda* eo qvod ibi בעל אגודה memoretur. l) 307.

אלכסנדר מוקדוני ALEXANDER MACEDO, *Philippi* filius, Pellæ Olymp. CVI. 1. ante C. N. 356. natus eſt, cujus ſcripta quædam apud Hebræos, exigua tamen vel potius nulla fide, circumferuntur. Sic in R. *Chananjæ fil. Iſaaci* מוסרי הפילוסופי׳ libro ex Arab. deinde hebr. verſo, de qvo ſub hujus nomine dicemus, Sect. II. c. V. p. 9. varia Alexandri * apophthegmata, referuntur, deinde ſect III. tota agitur de obitu ejusdem Regis, & luctu ſuper eum apud matrem & Philoſophos exorto, additis epiſtolis variis ad matrem ea de re ſcriptis. Primo qvidem capite dicitur ex veneno obiiſſe, deinde refertur duplex epiſtola, qvam ipſe morti proximus ad Matrem conſolandi cauſa ſcripſerit cap. I. & II. Epiſtola II. incipit. בשם האל הרחמן המרחם *in nomine Dei miſerantis miſericordis*, quæ for- 308.

l) Alia ſimilis erroris in Rabbinicis exempla vide in B. *Groddeckii* Hexacontade Pſeudonymorum Hebr. n. 19. B. *Jo. Frider. Mayeri* programmate de turpi circa Auctores ignorantia & in notis meis ad Hiſtor. Lex. Hebr. p. 38.

* Cognomen ibi habuiſſe dicitur בעל הקרנים *habens duo cornua*, qvod nomen inde tuliſſe dicitur, vel qvod regnum ejus ab Oriente ad Occidentem, quæ duo quaſi mundo cornua ſint, extendatur; vel qvod duo capiti ejus cornua fuerint. Scilicet Arabes Alexandrum & alios Macedoniæ Reges vocarunt *Dulkarnaim*, Græci vero διχέρωτα, i. e. bicornem quam in rem leges poſt *Wilhelm Schickardum* ad Tarich Perſarum p. 71. procemii Illuſtr. *Ezech. Spanhemium* de Uſu & præſtantia Numiſmatum p. 346. ſq. ed. Amſtelodam. in 4. ubi priorem, quam hic ex noſtro attulimus, rationem cognominis ex Arabicis & Græcis Scriptoribus confirmat, ipſe tamen illi eam præfert, qvod Alexandri, ut aliorum qvoqve Regum, effigies duobus cornibus, in fortitudinis argumentum, in numis conſpicua fuerit.

Digitized by Google

formula, Muhamedanis familiariſſima & propria manifeſtam facit, textum originalem Arabice conceptum fuiſſe. Cap. III. reſponſio matris legitur; ſeqventibus vero capitibus refertur, qvid mater, cum cadaver Alexandri pompa funebri ad ſe delatum vidiſſet, qvid Philoſophi quidam, qvid uxor ejus aliiqve dixerint. Cap. X. ſolatia Philoſophorum, qvæ Magi adhibuerint Alexandro, cum ejus reſponſ. referuntur, ac deniqve cap. XI. epiſtola Ariſtotelis conſolatoria ad matrem Alexandri cum reſponſione ejus cap. XII. exſtat. Totam hanc narrationem ad exemplum fabulæ Romanenſis compoſitam eſſe nemo non intellligit. Aliqua horum, ut MSS. in B. Vatic. 4. memorat Bartoloc. l. c.

Ceterum epiſtolæ Alexandri multæ ad Ariſtotelem de rebus, quæ ſibi in India evenerint, ſcriptæ memorantur a Joſepho Hebræo Pſeudo Gorionide lib. II. c. 18. p. 131. edit Cl. Breithaupti & p. 75. ed. Cl. Gagnerii ubi & nonnulla ex iis adferuntur. Talis Alexandri epiſtola *de ſitu & mirabilibus Indiæ* Latine exſtat a *Jacobo Catalonenſi* ſine indicio loci vel anni edita, recuſa *Venet.* 1499. *Bonon.* 1501. & *Pariſ.* 1537. 8. Conf. eruditiſſimi *Jo. Alberti Fabricii* Biblioth. Græc. lib. II. c. 10. §. 17. ubi & de aliis, qvæ Alexandro tribuuntur, epiſtolis leges, ſicut lib. III. c. VII. p. 204. ſq. alia Alexandri ſcripta, paſſim laudata, recenſentur.

In Talmudico Codice Tamid c. 4. qvod incipit: לא היו כופתין refertur dialogus, qvi inter Alexandrum quærentem & Senes qvosdam Auſtrales זקני הנגב reſpondentes interceſſerit. Hunc repetit R. Aſarias in *Meor Enajim* c. 10. p. 54. & confert cum illis quæſtionibus decem, qvas Plutarchus de Vita Alexandri M. p. 701. ed. Francof. 1620. fol. Gymnoſophiſtis Indorum ſolvendas propoſuiſſe legitur. Cum vero tanta ſit inter quæſtiones, qvales utrinque referuntur, differentia, ut nec qvod ad unam inter ſe conveniant, dicendum omnino fuerit, vel qvod duplex interceſſerit Alexandro colloqvium, ceu Aſarias ſibi perſvadet, alterum cum Judæis, cujus mentio eſt in Talmude, alterum cum Indis; vel, qvod ego malim, profitendum eſt, colloquium illud Talmud. ad exemplum Indici illius eſſe confictum, cum & qvæſtiones & reſpp. illæ prorſus ſint Judaicæ.

Alexandri M. Codex Pentateuchi, in qvo nomen divinum aureis literis fuerit perſcriptum, memoratur in Tractatu סופרים cap. I. §. 9. ubi idem hoc nomine a Sapientibus improbatus dicitur. Hunc vero exſtitiſſe non magis credes, qvam perſvaderi tibi patieris, Alexandri auſpiciis Ariſto-

Digitized by Google

Ariſtotelem Salomoneorum ſcriptorum copiam nactum eſſe, qvod Judæos fingere infra ſub *Ariſtotele* oſtendemus.

De vita Alexandri M. qvam Joſephus Pſeudo-Gorionides tanqvam a Magis Ægyptiorum, alii autem tanquam a *Ptolemæo* ſcriptam laudant, vide, qvæ ſcribentur infra ſub פטולומי.

אלכסנדר ערבי ALEXANDER *Arabs*, ſcr. commentarium Arabicum in Metaphyſicam Ariſtotelis, quem R. *Moſes ben Salomon* hebraice convertit. Extat is MS. in B. Urbinat. Bononiæ an. 5151. C. 1390. exaratus. 309.

אלכסנדר די פרנציסקיס vide paulo ante num. 306.

אלמושנינו vid. *Moſes Almoſnino*.

אלמנצורי ערבי ALMANSOR *Arabs*, cujus opera Medica ex Arab. Hebr. tranſtulit R. *Schem Tov f. Iſaaci* Hiſpanus, cognomine הטרטושי. 310.

Diſtinguuntur illa in libb. decem, qvos ש״י p. 70. n. 44. recenſet, ita ut

I) agat de forma & ratione membrorum hominis ſive de Anatomia ſect. 36.

II) De cognoſcendo hominis temperamento, morbisqve corporis & Metopoſcopia ſect. 58.

III) De virtute ciborum & variorum aromatum ſect. 25.

IV) De ſanitate tuenda ſect. 29.

V) De concilianda corpori forma, & amoliendis a facie vitiis, ſect. 77.

VI) De remediis ab iter facientibus adhibendis adverſus ſolem & alia viæ incommoda ſect. 7.

VII) De componendis unguentis, curandisque & ligandis vulneribus, ſect. 53.

VIII) De reptilium ſerpentumqve morſibus, variorumque venenorum alexipharmacis, ſect. 9.

IX) De morbis, qvi hominis corpus a vertice ad pedis plantam affligere ſolent ſect. 34.

X) De febribus.

Sequitur, qvod Bartoloccius monet, in ש״י vero neglectum eſt,

Digitized by Google

Lexicon Anatomicum, Aromaticum, Botanicum, itemque omnium animalium avium & piſcium, qvod tamen non converſum eſt Hebraice ſed vocibus Arabicis eſt deſcriptum. Exſtat MS. in Biblioth. Urbinat. & verſio abſoluta eſt An. 5014. C. 1264.

311. ר׳ אלנתן בר משה R. ELNATHAN f. *Moſe* ſcr.

אֶבֶן סַפִּיר *lapis Sapphiri*, ubi agitur de feſto tabernaculorum, ſcriptus an. 5083. C. 1323. ſed non editus, teſte Bartoloc.

312. אלעזר ELEASAR m) quem Bartol. libri cujusdam de rebus Aſtronomicis & Geometricis, ac potiſſimum de motu ſeptem planetarum & climatibus mundi titulum eſſe ait, qvi MS. in B. Vatic. exſtet. Non dubito, auctoris hoc nomen fuiſſe, qvi meditationes ſuas certo titulo non inſignivit.

313. ר׳ אלעזר R. ELEASAR, neſcio qvis, cujus tractatus in Vatic. MS. exſtat, qvo ea, qvæ *Aben Eſra* in comment. ſuo in Pentateuchum de Aſtronomicis obſcurius breviusqve dixerat, fuſius, præcipue in Exodum, ediſſeruntur. Quem huic Bartoloc. ſubjungit *Eleaſarem*, tanqvam commentatorem libri *Jezira* a Rittangelio laudatum, is non diſtingvendus eſt ab *Eleaſere Garmiſeno*, cujus fecimus mentionem, cum de hoc libro exponeremus.

314. ר׳ אלעזר בן אזקרי R. ELEASAR ben ASCARI quem alii cum ר׳ אֱלִיעֶזֶר ש״י vocant, ſcr.

ס׳ חֲרֵדִים *liber trepidantium*, (forte ex *Jeſ.* LXVI. 5) qvo explicantur 613. præcepta omnia, quæ ad certum qvoddam corporis membrum v. c. ad cor, os, oculos, manus &c. referuntur, ut ſic fides conſtet Pſalmo XXXV. v. 10. *Omnia oſſa mea dicent: Domine, quis ſimilis tibi?* n) Dividitur in partes tres, qvarum I. de cognitione Conditoris & præceptis huc pertinentibus, II. de recordatione præceptorum h. e. de iis præceptis, qvorum

m) Magna eſt nominum *Elieſeris* & *Eleaſaris* confuſio apud Hebræos, ut proinde ſi forte altero loco auctoris quæſiti mentio non fiat, is in altero inveſtigandus intelligatur.

n) Pertinet huc eximium Galeni effatum in præſtantiſſimo opere de uſu partium corporis humani lib. III. c. 10. qvando monet, eum eſſe ὕμνον ἀληθινὸν, ſi quis Dei ſapientiam, bonitatem & potentiam ex mira membrorum corporis humani ſtructura perſpexerit & celebrarit.

Digitized by Google

rum obſervatione in aliorum præceptorum memoriam aliqvis deducitur. III. De pœnitentia & humilitate diſſeritur. Liber hic, Judæis magni æſtimatus, prodiit Venet. 361. C. 1601. ap. Dan. Zanetum in 4. Bartoloccius eum bis memorat, ſemel qvidem Tomo I. p. 221. ſub auctoris nomine, deinde vero Tom. II. p. 855. tanqvam *ἀνώνυμον*, Buxtorfii exemplo, cujus verba ibi repetit.

ר׳ אלעזר בן חסמא R. ELEASAR ben CHISMA, R. Akibæ diſcipulus, Aſtronomus & Arithmeticus, A. C. 125. ſub Adriano Imp. floruit. Appellatur is in *Juchaſin* p. 39. ut & in ש״י, ר׳ אליעזר ſed rectius *Eleaſarem* dici ex fine cap. III. *Pirke Avoth* apparet, qvo nomine ipſi auctori Juchaſin p. 52. vocatur. Sententia qvædam ejus in Aſtronomiæ & Geometriæ laudem affertur in *Pirke Avoth* l. c. eidemqve in Juchaſin p. 52. ubi ab inſigni Arithmeticæ cognitione laudatur, tribuitur ס׳ הַתְּשְׁבוֹרֶת liber Arithmeticus. 315.

ר׳ אלעזר בן יהודה מגרמיזא R. ELEASAR f. *Juda de Garmiza*, qvem alii *Garmicenſem* alii *Germersheimenſem*, alii *Garnocenſem*, alii *Germacienſem* vocant, qvi *Wormatienſis* * dici debet, ex familia ודרון, Judæis Germanis celebrata, natus, qvi in *Juchaſin* p. 132. b. & *Schalſcheleth* p. 51. b. minus recte vocatur אליעזר. Ipſe enim ſcriptor *Schalſcheleth* l. c. teſtatur, eum librum qvendam ſuum ס׳ רקח appellaſſe, qvod literæ, quibus hæc vox conſtat, ad numeros ſecundum Hebræorum morem revocatæ, numero illi, qvi ex nomine ipſius producitur, reſponderent. Conſtat itaqve רקח efficere 308. qvi numerus etiam ex nomine אלעזר elicitur, cum viciſſim אליעזר 318. efficiat, ut proinde prior appellatio poſteriori ſit præferenda. Vixit is A. 5000. C. 1240. R. *Juda ben Kalonymos* & R. *Moſis Levitæ* diſcipulus. Scripſit 316.

1) אַדֶּרֶת הַשֵּׁם i. e. *pallium Dei* MS. in B. Vatic. 4. qvem Bartoloccius commentationem Cabbaliſticam eſſe, at ש״י de moribus & virtutibus præcipere ait.

2) יוֹרֶה חַטָּאִים *docebit peccatores*, quem titulum facit ש״י, qvi à Bartoloccio effertur מוֹרֶה חַטָּאִים בַּדָּרֶךְ h. e. *docens peccatores viam* ex Pſ. XXV. 8. complectitur, teſte ש״י, preces & confeſſiones de peccatis, rationemqve ſe ad frugem convertendi tradit: præterea vero eadem opera, de festis

* Ita ex Judæo accepi; neqve tamen ignoro, Vormatiam Judæis alias ווירמישה vocari ſicut & noſter alias Eleaſar מורמסא appellatur.

feſtis, matrimonio, idololatria & contractibus diſſerit, ut tradit Bartoloccius, qvi *Venet.* 303. C. 1543. 4. apud *M. Ant. Juſtinianum* & deinde Pragæ in 8. prodiiſſe refert, cum tamen ש"י *Venetam* ed. in an. 349. C. 1589. rejiciat, ac *Cracovienſem* in 8. commemoret, quibus addi debet Leidenſis A. C. 1691. 12. Dicitur etiam alias ס' הַכַּפּוֹרֶת *liber propitiatorii.* Eundem hunc librum Bartolocc. poſt Plantavitium tanqvam *ἀνώνυμον* repetit ſuo loco. Memoratur a qvibusdam יורה חטאים qui vereor, ne ex hoc ſit confictus: vide qvæ ſcribentur ſub יורה חטאים inter Anonymos.

3) פֵּירוּשׁ עַל ס' יְצִירָה comm. in lib. *Jezira*, de qvo ad hunc librum diximus ſupra ſub *Abrahamo.*

4) ס' יִחוּד librum de Dei unitate, MS. teſte ש"י.

5) יֵין הָרֶקַח *vinum conditum* ex Cantic. VIII. 2. qvo exhibetur comm. in Canticum & lib. Ruth per tres Kabbalæ ſpecies, *Gematriam, Tziruph* & *Raſche Tevoth Lublin.* in 4. quem librum Schabbatai ſolus memorat.

6) עַל הַנֶּפֶשׁ *librum de anima*, qui a *Jo. Pico Mirandulano* in libb. contra Aſtrologos citatur ſub nomine *Heliazaris Garnocenſis.*

7) פי' עַל מִזְמוֹר comm. in Pſ. CXLV. & expoſitionem Precum Judaicarum Cabbaliſticam inter Codd. ſuos MSS. Hebraic. latere idem Bartol. affirmat.

8) סוֹדֵי רָזַיָא *myſteria arcana* h. e. commentationes Cabbaliſt. in certas ſectiones diſtinctæ, MSS. Hic liber freqventiſſime citatur in *Jalkut Rubeni Gadol*: v. c. p. 2. a. & b. &c. ut vel totus illic comparere videatur.

Idem laudatur MS. in *Noſlos Chochma* p. 195. b.

9) רָמְזֵי הַהַפְטָרוֹת h. e. *arcani ſenſus Haphthararum* MS. ש"י.

10) ס' רֹקַח *liber aromatis*, ubi de timore Dei & pœnitententia agitur, ut & de rebus ſeu cibis licitis & illicitis, juribus pecuniariis, feſtis item, ſeminibus & uxoribus, editum *Fani Fortunæ* 265. C. 1505. fol. quæ exſtat in B. Oppenheim. & *Cremonæ* 317. fol. cum Indice, nec non *Hanov.* 390. 8. R. Sabbathæus hunc librum recenſens auctorem vocat R. אלעזר ob ſymbolicum, ut ipſe monet, titulum רקח, alibi vero ſemper *Elieſer* appellat. Ceterum ex hoc libro qvædam precum formulæ qvotidie recitandæ repetuntur in R. *Iechielis Meli* libro תפוחי זהב p. 110.

Præ-

Præter hæc ſcripta ש״י p. 71. n. 56. recte obſervat, in libro נובלות חכמות ipſi p. 195. adſcribi ס׳ נֶעְלָם *librum occultum*, ס׳ מַלְאָכִים *librum de angelis*, סֵפֶר שִׁיעוּר קוֹמָה *de æſtimatione ſive menſura ſtaturæ*, ס׳ תָגִין *de coronulis certis vocibus appingi ſolitis*, ס׳ פֶּסֶק *lib. deciſionis*, ס׳ הַקּוֹלוֹת *lib. vocum* ס׳ הַסּוֹד וְהַיִּחוּד וְהָאֱמוּנָה *lib. de myſteriis, unitate & fide*, ac deniqve librum שַׁעֲרֵי בִינָה *portæ intelligentiæ*. His adde ejusdem יִרְאַת אֵל *timor Dei*, qvi MS. exſtat in B. Oppenheimeri fol.

אלעזר כהן גדול ELEASAR, *Sacerdos magnus*, qvi 317. Ptolemæo Philadelpho LXXII. Senes ad Legem vertendam miſiſſe dicitur in hiſtor. Ariſteæ. Hujus *epiſtolas ad Ptolemæum* ut & carmina quædam Græca memorat Scipio Sgambatus in Archivis V. T. p. 479. procul dubio fide illius hiſtoriæ Ariſteæ, cui quam parum tribuendum ſit, nemo hodie ignorat. Una Eleaſaris ad Ptolemæum epiſtola exſtat in illa Ariſteæ hiſtoria, qvam Hebraice a R. Aſaria converſam legeris in Meor Enajim p. 13. a.

ר׳ אלעזר בן נתן R. ELEASAR ben NATHAN, 318. Germanus, unus ex novem auctoribus, qui compoſuerunt מרדכי.

ר׳ אלעזר בן ערך R. ELEASAR *ben Arach*, Doctor 319. Miſchnicus & R. *Iochananis ben Saccai* diſcipulus, adeoqve Sæculo I. poſt C. N. clarus, qvem multi eſſe putant eum, qui alias appellatur ר׳ אליעזר הקליר vide quæ paulo ante ſub hoc nomine ſcripſimus. Ceterum hujus *ben Arach* ſententia quædam refertur in *Pirke Avoth* c. II.

ר׳ אלעזר בן שמעון בן יוחאי R. ELEA- 320. SAR f. *Schimeon f. Iochai*, Doctor Miſchnicus, qui cum Patre ſuo per 13. annos in ſpelunca delituiſſe fertur Cod. *Schabbat*. c. 2. במה מדליקין. Hunc qvidam non diſtinguendum putant ab *Elieſere Hakkalir*, de qvo paulo ante diximus. Confer Schalſcheleth p. 32.

ר׳ אלעזר מוורמסא R. ELEASAR *Wormatienſis*: v. R. *Eleaſar ben Iehuda de Garmiſa*.

אלפאנו

Digitized by Google

אלפאגו v. R. *Elias Alpago Happasli.*

321. אלפונסו ALPHONSUS Caſtellæ Rex X. an. 5012. C. 1252. præcepit, ut R. *Iſaac ben* סיד cum aliis, a Nic. Antonio in Bibl. Hiſp. Vet. T. II. p. 55. laudatis, tabulas Aſtronomicas o) conſcriberet, quæ deinde nomine Regio Alphonſinæ dictæ ceteris omnibus poſtea confectis exemplum & normam præbuerunt. Tabulæ illæ ex Latino Hebraice converſæ ſunt a R. *Moſe de Kirjath Iearim.*

Ejusdem auſpiciis R. *Iudas ben R. Moſe Haccohen* Aſtronomus eximius, *Avicennæ* ſcriptum de 1022. ſtellis ex Arabico Latinum fecit An. 5016. C. 1256. Utrumque teſtantur *Iuchaſin* p. 132. b. & *Schalſcheleth* p. 59. a. Juchaſin quoque addit, Alphonſum Regem *Chronicon* inde ab Adamo ad ſuam ætatem deductum exaraſſe, quod procul dubio itidem ejus juſſu & auſpiciis per alium quemcunqve factum credi debet. De aliis ſcriptis, hujus Regis auſpiciis a Judæis & aliis elaboratis, vide Nic. Antonium l. c.

322. אלפונסו ALPHONSUS, ex Judæo Chriſtianus, ſcripto ſingulari reſpondit ad argumenta, quæ R. *Ioſeph Kimchi* in libro ſuo מִלְחֲמוֹת הַשֵּׁם h. e. *bella Domini* contra Chriſtianam religionem attulit. Memorat hanc apologiam R. Schem Tov שפרוט in ſuo אֶבֶן בּוֹחַן tract. 15. & MS. eadem exſtat in Vatic. & in Colleg. Neophytorum Romano 4. Alphonſus hic vocari ſolet *Burgenſis*, vel etiam *de Valladolid*, (Valliſoletanus) ab alterutro horum natali loco ſic appellatus. Vixit is Sæculo XIV. ineunte & fere ad medium proceſſit, ad Chriſti ſacra ideo converſus, qvod in Judæorum palliis, ubicunque illi eſſent, crucem conſpiceret, ceu ex ſcripto ejus mox laudando commemorat *Alphonſus Spina* in Fortalitio Fidei lib. 3. f. 222. qvi alibi ſæpe ejus teſtimonio utitur, v. c. f. 119. 131. 167. 193.

Idem p. 193. meminit diſputationis, ab eo Valliſoleti cum Judæis habitæ. Liber iſte ſub tit. *Bella Domini* hebr. primum ſcriptus eſt; poſtea vero ab ipſo *Hiſpanice* converſus, qvæ interpretatio exſtat apud Benedictinos Pincianos, teſte Ambroſio Morales in *Itinere Sacro*, in cujus verſionis titulo

o) De his tabulis videatur *Aug. Riccius* in libro de motu ſphæræ octavæ *Gerh. Jo. Voſſius* de Scientiis Mathemat. p. 250. Chevræana Tom. II. p. 279. & *Pet. Balius* in Dictionar. Hiſtorico-Crit. Tom. I. p. 851. ubi ſatis luculente in notis oſtendit, non *quadraginta*, qvæ Voſſius l. c. numerat, ſed *quadringenta ducatorum millia* tabulis his ab Alphonſo impenſa fuiſſe, qvod adfirmat *Calviſius* ad an. 1252. De ipſo Alphonſo præter Bælium & Morerium in Dictionariis lege *Marianam* XIII. 20. & *Nic. Antonium* in Bibl. Vet. Hiſpan. Tom. I. p. 362. & Tom. II. p. 178.

Digitized by Google

titulo hic Alphonſus in Judaismo dicitur vocatus *Abner*. Confer Nic. Antonii Bibl. Hiſpan. Vet. Tom. II. p. 102. 103.

אלפונסוס די ספינה ALPHONSUS SPINA, 323.
gente Hiſpanus, religione Judæus, ad CHRISTI ſacra deinde converſus, & Monachus Ordinis Franciſcani floruit Sæculo XV. medio, tandemque Epiſcopus Orinopolitanus conſtitutus eſt. Huic plerique maxima veri ſpecie tribuunt librum ἀνονύμως editum ſub titulo: *Fortalitium Fidei contra Judæos, aliosque fidei Chriſtianæ inimicos*, Norimb. 1494. 8. & *Lugd.* 1511. cura *Guil. Totani*, cui perperam nonnulli ſcriptum ipſum tribuunt. Prodiit in libros V. diſtinctum, quorum ſumma capita fuſius recenſita leges in *Gvil. Cavei* Hiſtoria Literar. Scriptorum Eccleſ. p. 116. Appendicis. Ceterum auctores in nominando Scriptore admodum diſſentiunt, aliis *Bartholomæo*, aliis *Antonio* aliis *Ioanni de Spina*, ex quibus *Kircherus* de *Spiria* effinxit, aliis *Gvilielmo Totano*, qui editoris tantum partes ſuſtinuit, vindicantibus, quam in rem vide, quæ ab *Ant. Miræo* Bibl. Eccleſ. Tom. II. p. 11. *Caſimir. Oudino* ſupplem. de Scriptor. Eccleſiaſt. p. 714. *Paulo Colomeſio* in Miſcell. *Hiſtor.* p. 59. *Gvil. Cavio* vel potius *Henr. Warthono* l. c. *Nic. Antonio* Biblioth. Hiſp. Vet. Tom. II. p. 182. *Rich. Simonio* Biblioth. Criticæ Tom. III. cap. XXX. & Hallervordio p. 78. ſeq. Biblioth. Curioſæ diſputantur. Pleriqve *Alphonſum* vocant, inter qvos etiam *Nic. Antonius*, diligentiſſimus Scriptor, numeratur.

אלפונסוס צמורה ALPHONSUS ZAMORA Hiſpanus, 324.
Prof. L. Hebr. Complut. ex Judæo Chriſtianus, qui anno 1515. cum aliis Doctoribus Complutenſibus in curandis Polyglottis Complutenſibus, ac ſpeciatim in Paraphraſibus Chaldaicis Latine, & epiſtola ad Hebræos Hebraice interpretandis verſatus eſt. Vide Cl. *Jac. le Long* in Biblioth. Sacra Parte I. p. 13. & alibi paſſim. Adde Car. Joſ. Imbonati Biblioth. Latino-Hebr. p. 4.

אלפונסוס ALPHONSUS Hiſpanus, ex Judæo Chriſtianus 325.
& Medicus Complutenſis, an. 1515. ad curanda Polyglotta Complutenſia itidem adhibitus, ut patet ex Gomeſii lib. II. de rebus geſtis *Franc. Ximenii* p. 43. Adde Cl. le Long l. c. p. 18.

אלפלס v. infra *Moſes Alpalas*.

רב אלפס RAB ALPHES v. R. *Iſaac ben R. Jacob Alphes*.

Digitized by Google

326 רב אלפס RAB ALPHES, Alpheſii modo memorati nepos, quem anno C. 1200. clarum ס' שַׁעֲרִים *librum portarum ſcripſiſſe*, qui communiter שַׁעֲרֵי אַלְפַּס dicatur, teſtis eſt ex Buxtorfio Bartoloccius, tacente R. Schabbatæo.

אלפרבי ALPHARABIUS vide ſupra *Avumaſar Alpharabi.*

327 אלצרבי ALZARABI, Medicus Arabs, cujus Methodus univerſalis medendi omnibus corporis humani morbis ex Arabico in Hebraicam linguam traducta a R. *Meſchullam ben Jona*, & eleganti charactere in membrana an. 1570. C. 1410. deſcripta exſtat in B. *Vindobon*, (non Vatic. ut legitur in Theatro Placciano p. 694. Vide Lambec. Tom. I. p. 177. Comment. de B. Vindob. Verſionis Hebraicæ titulus eſt חֵפֶץ הַשָּׁלוֹם i. e. *deſiderans pacem*, teſte ש"י. Eandem ſe in Bibliothec. Regis Chriſtianiſſimi in fol. n. 114. eleganter ſcriptam vidiſſe teſtatur B. Groddeckius in Theatro Placciano p. 694. in quo Codice hæc annotata legit: *eſt celebris liber Kethibon Tazrizon famoſiſſimi apud Arabes Medici. Ex Arab. in Hebr. verſus ſæpe citatur ab Ebn Beitar.* Exſtat qvoque MS. Hebr. in Bibl. Bodlej. num. 466. inter Laudanos num. 167. ubi titulus effertur *Al Tasriph*, quem interpres Hebræus mutaſſe dicitur.

Ejusdem Arabis Corpus totius Medicinæ per *Iſaacum Tortoſienſem* ex Arab. Hebr. converſum 2. Vol. MS. in eadem Biblioth. num. 3738. inter Codd. Huntingtonianos num. 1. invenitur.

Hunc *Alſaravium* cum Alpharabio confudit *Jo. Georg. Schenckius* in Biblioth. Medica, notatus ideo ab *Herm. Conringio* in epiſtola de Medicis Arabibus, quæ exſtat inter epiſtolas ejus p. 254.

328 אלפרגני ALPHERGANUS, vel ALPHRAGANUS (p) h. e. *Ferganenſis a Fergana* urbe Sogdianæ, inqua Sæc. IX. natus erat, dictus & Aſtronomiæ ſcientia clarus. Hujus

(1) יְסוֹדוֹת הַתְּכוּנָה *de elementis Aſtronomicis & motu cœlorum* ex Arab. Hebraice convertit R. *Joſeph bar Simſon Arntoli* A. M. 5040. C. 1280. MS. in B. Vatic. 4. Ab hoc non puto diſtingvendam *Aſtronomiam Alfergani*, quæ Hebraice ab *Abulcheir* tranſlata MS. memoratur inter Codd. Warnerianos

(p) Integrum ejus nomen eſt: *Ahmed* vel *Muhamed Ebn Cothair 'Al Fergani.* Eum circa annum 883. ſub imperio ſeu Caliphatu Almamonis vixiſſe oſtendit Golius in præf. ad Alphergani Elementa.

Digitized by

nos in Catal. B. Lugdunenſis Bat. p. 421. Deprehenditur etiam inter Huntingtonianos in B. Bodlej. num. 6046. & in Vindobon. num. 66. & 96. ubi corrupte *Alphraganus* pro *Alpherganus* vocari dicitur, quo nomine etiam a *Schickardo* in proœm. ad *Tarich Perſarum* p. 73. notatur *Jac. Chriſtmannus*. R. Aſarias in *Meor Enajim* paſſim allegat noſtri hujus ס' הַתְּכוּנָה h. e. *librum Aſtronomicum*, v. c. p. 57. b. pag. 125. b. &c. quem ab Elementis his non puto diverſum. Idem c. 42. p. 137. a. lin. 9. obſervat, locum, quem ibi allegat, in Latina verſione deſiderari, legi vero in Hebraica, quæ debeatur R. *Jacobo ben R. Aba Mari*, quam vidiſſe ſe & evolviſſe teſtatur apud heredes R. *Kaſis*, *Nathan Minnorzi* & R. *Eliæ Mippano*. Hanc ego verſionem alibi commemoratam non memini. Latina hujus libri verſio aliquoties prodiit ſeorſim, diligentiſſimeque a *Jac. Chriſtmanno* cum notis curata eſt *Francof.* 1590. 8. Arabice vero & Lat. cum notis *Jac. Golii* lucem vidit *Amſtelod.* 1669. 4to.

2) לוחות h. e. *tabulæ Aſtronomicæ* a R. *Moſe ben Tibbon hebr.* converſæ *Venet.* 4. prodierunt.

3) Tractatus de mutatione diei artificialis ſecundum temporis mutationem apud omnes gentes, de cauſis Eclipſeos Lunæ & Solis, ut & de aſpectibus ſtellarum & judiciis inde faciendis MSS. exſtant in Vatic. 4. qvos ego exiſtimaverim ex Elementis ejus Aſtronomicis excerptos, quamvis & Bartol. &, ejus exemplo, R. *Schabbatæus*, eos diſtinguant.

4) Video præterea a R. Aſaria in *Meor Enajim* p. 126. a. allegari *Maimonidæ* פירוש לס' אלפרגני קצור אלמגיסטי h. e. *commentarium in librum Alpherganí, qui eſt compendium Almageſti.*

Vide alia de noſtro in *Chriſtoph. Hendreichii* Pandectis p. 113. *Gerh. Io. Voſſio* de Scientiis Mathematicis cap. XXXV. *Herbelot.* Bibl. Orient. p. 340. & imprimis *Iac. Golii* præf. ad auctoris noſtri Elementa.

אלקביץ ALCHABITIUS Aſtronomus Arabs Sæc. XII. cujus 329

תְּכוּנָה *Aſtronomia* hebr. translata exſtat in B. Vindobon. v. *Neſſelii* Catalogum num. 63. R. Aſarias in *Meor Enajim* c. 43. libri III. p. 140. a. fine allegat ejus תְּכוּנָה הַמִּשְׁפָּטִית i. e. *Aſtrologiam judiciariam* Parte I. c. 4. Crediderim equidem, eum non tam verſionem libri Hebraicam, quam Latinam, quæ ſub tit. *Iſagoge ad magiſterium judiciorum aſtrorum* ſæ-

pius prodiit, conſuluiſſe, cum frequenter libros Latine ſcriptos alleget. Confer de noſtro præter *Hendreichium* p. 92. Pandectarum Brandenb. *Voſſium* de Sicentiis Mathemat. p. 369. & *Pet. Baelium* Tom. I. p. 144. Dictionarii Hiſtorico-Critici.

ר׳ אלקנה בן בצלאל R. ELKANA f. BEZALEL vide R. ELCHANAN *ben Bezalel.*

330 ר׳ אלקנה בן ירוחם R. ELKANA ben *Ieruchan ben Avigedud* (q) ex familia nobili (ita enim habet initium libri הפליאה MS. אמר אלקנה בן ירוחם בן אביגדוד ממשפחת רם) Vixerit is ante templi II. vaſtationem, ſi pro patre *Nechonjæ*, qvod volunt Judæi, habendus ſit, qvippe qvi & ipſe templi excidium ætate antevertit. Neque tamen meminerunt ejus Judæorum Chronologi, adeoque nec ſcripta, quæ ei tribuuntur, memorant, quod non contemnendum eſt νοθείας argumentum. Nihilominus tamen hodie ſub nomine ejus circumfertur ס׳ הפליאה i. e. liber, ut interpretor, *mirabilium*, quia myſteria multa ab Angelo tradita in eo recenſentur. Liber totus Cabbaliſticus eſt, nec dum editus. Eum in papyro Turcica Hieroſolymis in folii majoris forma manu exaratum habuit B. *Abrahamus Hinckelmannus*, Urbis quondam hujus & literati Orbis, qua literarum Orientis inprimis ſtudioſus eſt, decus & ornamentum, quod apparet ex egregio libro, quem *Detectionem fundamenti Böhmiani* inſcripſit, p. 21. quo loco, ut & alias, quædam ex hoc libro afferuntur. Ex hujus Bibliotheca, ſub haſta vendita, tranſiit in exquiſitam B. *Ioh. Winckleri*, Paſtoris quondam ad ædem D. Michaelis meritiſſimi Bibliothecam, quam nunc Vener. *Io. Fridericus Wincklerus*, paterna veſtigia & muneris & meritorum dignitate feliciſſime aſſequens, poſſidet. Ex hujus Cdoicis inſpectione conſtat mihi, varias ibi ſub initium referri viſiones Elkanæ huic oblatas, cui ſemper Angelus, illarum Interpres, adſtitiſſe fingitur. Sub initium enim ſcriptionis profitetur auctor, ſe in Cabbaliſtica hac commentatione nihil ex ſuo ingenio, ſed omnia ex præceptis Academiæ cœleſtis & revelatione Angelorum allaturum eſſe. Dabo in rei exemplum primorum verborum Latinam verſionem. *Cum*

in

(q) Ille in ש״י vocatur אבן גדור p. 67. num. 43. in indice vero alphab. pag. 98 b. אבן גדור: MS. effert, אביגדוד, Rectiſſime puto appellari אבי גדור Avigador, quod nomen apud Judæos alias non infrequens eſt.

in monte, inquit ſcriptor, *oliveti ſtarem, vocem audivi, ſed vidi neminem. Vox autem iſta hæc dicebat: Elkana, fili mi, ſurge hinc & ſta eo in loco, in quo ſediſti. Tunc per milliare ſubſiliit terra, in qua, tribus gradibus progreſſus, conſtiti. Hinc Senem quendam videns coborrui, ideo quod ſimilis erat filio Dei. Hic ad me dixit: ne extimeſcas; ſum enim Elias. Gaudio itaque ingenti perfuſus ſum, & ipſe ea me docuit, quæ in Academia cœleſti diſcuntur, oſtenditque mihi mirabilia, & ſublatum me adduxit ad ingentem lapidem igneum, in quo ſcripta quædam erant igne atro in igne candido, dixitque; dignus eſt Elkana, qui ſciat myſteria ſemitarum. Mox Elias p. m. quæſivit ex me: num iſta, quæ hic ſcripta ſunt, intelligis? reſpondi ego: utique. Tum ille: benedictus ſit, qui dedit cordi ſcientiam ad intelligendum & proſpere progrediendum in verbis veritatis. Hinc me denuo ſublatum ad ſcholam deduxit, ibique collocavit, deditque mihi obſtupeſcenti præcepta & regulas Academiæ cœleſtis. Rurſus ſublatum me collocavit in loco, ex quo ignis ſtatim prorumpens me cinxit. Ibi doctrinam veritatis & gratiæ mihi expoſuit, conſeditque penes me diebus plurimis quam plurima docens. Ita conſpexi per illud tempus miranda & ab oculis omnium viventium abſcondita, ipſisque cœli volatilibus non perſpecta. Dixit vero ſemper* ELIAS: *fili mi, intellixiſtine hæc? idemque non intellecta mihi clarius & diſtinctius interpretabatur. Tandem introduxit me in ſpeluncam Abrahami, Iſaaci & Iacobi, ut & in Academiam cœleſtem &c.* Poſtea p. 4. col. 2. recenſet, *ſe, cum Elias diſparuiſſet, ad montem oliveti profectum* in jejuniis & precibus totum fuiſſe, Deumque per nomina ſua ſanctiſſima oraſſe, ut Angelum ſibi mitteret, qvi viam rectam & veram, viam pœnitentiæ & precum ſe edoceret. Monet etiam, repetitis ſubinde precibus, ſe voti ſui damnatum & ab Angelo quodam diligenter inſtitutum fuiſſe. Sequitur tandem p. 5. nomen ipſius libri פליאה, cujus tituli rationem his verbis exprimit auctor: על כן השיאני לבי לכתוב ס׳ אחר מחכמת הקבלה ורציתי לקראו שמו ס׳ פליאה ,כי הוא פלא בעיני הכל i. e. *propterea apud animum conſtitui ſcribere librum de Sapientia Cabbaliſt. voluique titulum ipſi facere* פליאה (*mirabilium*) *quia oculis meis admirabilis videtur per omnia.* Deinde hymno quodam præmiſſo exhibet figuram decem *Sephiroth*, quas poſtea usque ad p. 18. exponit, atque hinc ad Cabbaliſticam interpretationem primæ Paraſchæ Geneſeos ſe confert, cujus initium his facit verbis: בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ כשעלה משה למרום בהר סיני להוריד התורה לישראלי שאל למטטרון מהוא בראשית ברא אלהים אמר לו תורה רשומה נקראת

נקראת ראשית והיא האצילה הבינה הנקראת אלהים Inde plures aliæ meditationes Cabbaliſt. in eandem vocem & ſic in reliquas ſequuntur usque ad voces זה ינחמנו *Gen.V.29.* Autorem vocatum fuiſſe אלקנה apparet ex p. 1. & 2. ubi quoque leguntur verſus, quorum ſingulæ voces ita comparatæ ſunt, ut verſus primi voces omnes ab א ſecundi a ל tertii a ק quarti a נ quinti ab ה incipiant, atque adeo nomen אלקנה producant. Unde non audiendus eſt auctor עשרה מאמרות qui, teſte ש״י Scriptorem vocat *Avigador Kara Pragenſem*, niſi hic revera ſcripti putandus ſit auctor, qui ſub *Elkana* larva latere pulchrum duxerit. Codex quo uſus ſum abſolutus erat, ceu in calce traditur an. 5210. C. 1450. & plenior eſt aliis nonnullis, quos vidi, Codicibus, in quibus ſcilicet initium ſtatim fit ab explicatione Cabbaliſt. Paraſchæ *Bereſchith*, omiſſis, quæ in prioribus paginis referuntur, viſionibus. Talia ſunt quatuor hujus libri exemplaria MSS. in fol. quæ habet Oppenheimerus, cui tamen ad manus erat quintum, quod cum noſtro conſpirare videbatur. Vocatur hic liber alias ס׳ הקנה quo nomine citatur in Schalſcheleth p. 47. a ſicut & in Codice quodam Oppenheimeri in limine ita legas: ס׳ הקנה והוא הנקרא &c. ס׳ הפליאה להחכם הכולל *Liber Kana, qui etiam vocatur liber Pelia, auctore Sapiente perfecto &c.* Recens eſſe ſcriptum ex ſilentio veterum inter Judæos Chronologorum, tum ex eo quoque colligas, quod tempus venturi Meſſiæ in annum ab O. C. 5250. i. e. annum Aeræ Chriſt. 1490. refert ceu ex libro hoc p. 23. b. ubi præterea nefandum in Sanctiſſimum Servatorem convicium eructatur, apparet, ſicut Schalſcheleth p. 47. a. ex libro הקנה an. 5252 affert. In tam ſera autem tempora hanc ſpem producturus fuiſſe vix videtur auctor, ſi tam remota ætate vixiſſet. Citatur hic liber ſæpiſſime in ילקוט ראובני גדול & לקט שכחה ut magna ejus pars in his exſtare videatur. Sic & *Archangelus de Burgonovo* ſæpe *Elchana* cujusdam meminit in Concluſionibus Cabbaliſt. qui noſtro non videtur diſtinguendus. *Andr. Maſius* in Indice ſcriptorum Judaic. commentario in librum Joſuæ ſubjuncto, vidiſſe ſe ait Nechunjæ Commentarios in Moſis libros, ſed adipiſci non potuiſſe. Hos ego de noſtro libro *Pelia* interpretor, quanquam is *Elkana* debeatur & ad primam tantum Geneſ. Paraſcham ſpectet.

Ex his qvæ huc uſqve dicta ſunt, alii vel ſuppleri vel emendari poſſunt. Sic nomen Scriptoris minus plene alii afferunt per קָנָא, qva ratione Buxtorfius & R. Schabbathæus p. 61, n. 16. appellant, Bartoloccius

cius aliqvoties iſtum librum memorat, & qvidem Tom. IV. pag. 299. & p. 312. ubi eum in Bibl. MSS. Ducis ab Altemps Romæ in charta admodum terſa & ſcriptura eleganti exaratum exſtare ait. Iterum recenſet Tom. IV. p. 248. ubi eum tribuit *Nahumo filio Kanæ* & rurſus *Nechonjæ* filio Kanæ, ad Buxtorfii App. B. Rabb. provocans, in qva tamen nihil tale invenitur, cum is potius in ipſa Bibl. p. 397. acceptum referat *Kanæ*. Qvem idem p. 245. ſub *Nachum ben Hakkana* recenſet סֵפֶר תְּפִלָּה qvi MS. exſtet apud JudæumCPolitanum, *Ioſephum Bonafoſſam*, & ex qvo excerpta qvædam a R. *Iacobo* qvodam an. 5225. C. 1465. collecta MSS. legantur in Bibl. Vatic. eum non dubito de noſtro ס׳ פליאה interpretari, cum facilis ſit utriusqve vocis פליאה & תפלה permutatio. Ratione tituli B. *Hinckelmanno* humani aliquid contigit, qvando eum pro פליאה appellat מליאה lapſu obvio, cum in MS. τὸ פ ad figuram מ proxime accedat. Liber alioqvin non contemnendus eſt, cum & doctrina Cabbaliſt. *τῶν Sephiroth* fuſe ibi ſit explicata, ceu ex allatis ab Hinckelmanno locis patet, & variæ hinc inde veritatis & doctrinæ Chriſtianæ ſtricturæ, contra ipſos Judæos facientes, oculis occurrant. Codex Wincklerianus nomen tetragrammaton ſemper tribus *Iodhin* r) exprimit.

Præter librum *Pelia* noſtro s) adſcribitur a nonnullis ס׳ הַקָּנֶה *liber calami* (ita enim legere malim, qvam cum aliis ס׳ הַקָּנָה *liber Hackkana*: videtur enim autor hoc titulo tum ad nomen ſuum, tum ad rationem libri, qvi in 49. calamos ſeu cannas teſte ש״י diſtinctus eſt, reſpexiſſe) qui commentatur de præceptis divinis cabbaliſtice & in 49. calamos diviſus eſt, prout ex MS. teſtatur *αὐτόπτης* R. *Schabtaeus* in ש״י. Confundi

r) Ex hac ſcriptione nominis יהוה non præter rem qvidam argumentum SS. Trinitatis a veteribus Judæis creditæ repetunt: vide B. *Chriſtoph. Helvicum* in Elenchis Judaicis p. 178. ed. Cl. Crenii, *Pet. Haberkornium* præf. ad Syntagma II. p. 13. & *Athanaſ. Kircherum* in Oedipo *Ægyptiaco* Tomo II. p. 114. ſq. Judæis certe recentioribus ſudes in oculis fuit, qui & operam dederunt, ut, cum in prima Bibliorum Bomberg. editione anni 1517. in Chald. Paraphraſ. obſervaretur, in cæteris exulare juberetur. In B. Bodlej. in Codd. Huntingtonianis freqvens eſt hæc ſcribendi ratio, nec minus in Codd. Bibliorum MSS. qvorum exempla videbis apud V. C. *Jo. Henr. Michaëlis* p. 15. diſſert. de Codd. MSS. Bibl. Hebr.

s) Id teſtatur ש״י p. 67. titulo קנה, ubi ait, librum illum a quibusdam tribui patri *Nechonjæ*: ipſe tamen ex Cod. MS. nomen Scriptoris effert: *Sanctus Kana Avengader fil. Nachum ex familia R. Nechonja fil. Kana.*

fundi hic facile poterat cum priori, quem & ipſum ס' הַקָּנָה ab autoris nomine vocari diximus, a qvo tamen argumenti ratione diverſus eſt, quemadmodum & propterea in Indice Scriptorum *Ialkut Reubeni Gadol* præmiſſo ס' הקנה וס' הפליאה tanquam libri duo diverſi citantur. Hujus libri pars ſeu calamus unus prodiit ſub titulo

קְנֵה בִינָה *acquire intelligentiam* ex *Prov.* IV. 5. (qvod verti etiam poteſt *calamus intelligentiæ*, ut ſic ad קָנִים ſeu *calamos*, ex qvibus hic liber conſtat alludatur) ubi commentatur auctor in Deut. VI. comma 4. & in verſum: ברוך שם כבוד מלכותו לעולם. Prod. *Prag.* 370. C. 1610. Hujus libri non meminit *Schalſcheleth* (niſi forte ס' חקנה qui citatur p. 47. a. & qvem paulo ante de libro פליאה interpretati ſumus, de noſtro hoc accipi debeat cum Buxtorfio p. 405. B. Rabb.) nec *Zemach David*; citatur autem in libro עבודת קודש, ut & *Pardes* Rimmonim, *Reſchith chochma*, & *Tolaath Jacob.*

אלראזי ELRASI vulgo RASIS: vide ſupra *Abubecher Elraſi.*

אלשיך ALSCHECH vide infra *Moſche Alſchech.*

אלשקאר ALASCHKAR v. infra *Moſes Alaſchcar.*

331. אמאטוס לוסיטאנוס AMATUS LUSITANUS, ex Chriſtiano Judæus t) ante apoſtaſiam *Jo. Rodericus* vel *Roderiquez Caſtelli albi* dictus, Medicus & Chirurgus *Salmanticenſis*, floruit Sec. XVI. medio, & Iudaica ſuperſtitione afflatus, patria relicta, & Romæ & in aliis Italiæ partibus occulte huic religioni indulſit, tandemque, rebus ſuis timens, *Theſſalonicam* adiit, animique ſui ſententiam palam profeſſus eſt. Antea Medicinam Ferrariæ qvoqve profeſſus erat, & a Raguſino Senatu ac Rege Poloniæ invitatus conditiones ampliſſimas non accepit Edidit is ſub

t) Plures, qui, quod mireris, Judaicam ſuperſtitionem ex Chriſtianiſmo amplexi ſunt, memorant B. *Mart. Diſenbachius* p. 128. ſp. Judæi Converſi, *Jo. Andr. Eiſenmengerus* in Judaiſmo Detecto Part. II. pag. 977. & 1013. *Jo. Jac. Schudt* in Compendio Hiſt. Jud. p. 492. *Th. Crenius* Parte VIII. Animadverſionum Hiſtorico-Philolog. c. III. §. 7. p. 217. & *Chriſtoph Helvicus* in Elenchis Judaicis p. 210. ed. à Crenio curatæ. Forte tamen hic Amatus Luſitanus & gente & animo ſemper Judæus fuit, & per aliqvod tempus inter Chriſtianos commoratus commodi cauſa Chriſtianiſmum ſimulavit, qvod a Judæis freqventer factitari, legere me memini apud *Cardoſum.*

Digitized by Google

ſub nomine *Io. Roderici Caſtelli Albi*, exegemata in duos priores libros Dioſcoridis *Antvv.* 1536. 4. item Enarrationes in ejusdem libros quinque de materia Medica &c. *Venet.* 1553. 1557. & 1577. 8. *Argent.* 1554. 1565. *Lugd.* 1558. 8. Indicem Dioſcoridis &c. *Antvv.* 1536. fol.

Sub nomine *Amati Luſitani* ſcripſit *Curationum Medicinalium* Centurias ſeptem, qvæ tum ſeorſim ſingulæ, tum junctim omnes prodierunt cum commentatione de introitu Medici ad ægrotantem, de Criſi & diebus decretoriis *Venet.* 1557. 8. & 1566. *Lugdun.* 1560. & 1580. 12. *Barcinone* 1628. fol. *Burdigalæ* 1620. *Pariſ.* 1617. 3. Voll. & *Francof.* 1646. fol.

De Morbo Gallico & Gallica ſcabie ep. duæ ex Centuria Prima Curationum Medicinalium excerptæ, ut & de methodo propinandi Chinam ex Centur. II. exſtant tomo I. Operis de Morbo Gallico p. 560. *Venet.* 1566. fol. editæ. *Commentar. in quartum Fen.* libri I. *Avicennæ* cum textu ipſius Avicennæ ex verſione *Jac. Mantini* ab ipſo emendata amiſit, qvod ipſe teſtatur in dedicat. Centuriæ VIII.

Eutropium quoque Hiſpanice convertit. Confer de noſtro *Nic. Antonii* Bibliothecam Hiſpanam Novam & *Georg. Abrah. Mercklini* Lindenium Renovatum p. 34. ſqq.

ר׳ אמברון R. AMBRON: vide infra R. *Schabtai Ambron.*

א״מ i. e. אליהו מזרחי *Elias Orientalis.*

ר׳ אמנון ממגנצא R. AMNON *Moguntinus*, æqvalis Nachmanidæ, qvi vixit A. C. 1242. & a Magiſtratu Chriſtiano religionis cauſa occiſus dicitur. Tribuitur ei precatio quædam, qvam Judæi in die expiationis & ſub initium novi anni recitare ſolent. Legitur illa in *Machzor* majori Synagogæ Romanæ Bononiæ A. 301. C. 1541. fol. expanſo. Aliam eidem precationem tribuit *Schalſcheleth* p. 57. qvæ apud Judæos Germanos in uſu olim fuit, legiturqve in *Machſor* Germanico MS. B. Vatic. ut teſtatur Bartoloc. qui etiam narrationem de cæde hujus Amnonis, quam Judæi martyrium interpretantur, ex commentario in Machſor Bonon. editum repetit, & confutat. Confer de noſtro *Zemach David*, ſub initium Milleranii VI. 332.

333. **אנגלוס** ANGELUS *Hieroſolymitanus*, Judæus converſus, & Eremita montis Carmeli, tandemqve Martyr in Sicilia an. 1220. Ejus prophetia de regno Turcarum amplificando, & Chriſtianis per eos vexandis, in Italia edita dicitur ab Imbonato p. 6. a. Biblioth. Lat. Hebr.

אנדריאס די מונטי ANDREAS DE MONTE vide R. *Joſeph Zarpathi Haalpheſi*.

334. **ר׳ אנטולי** R. ANTOLI. claruit Sæc. XIII.

1) רוּחַ חֵן *Spiritus gratiæ* i. e. comm. in libr. Ariſtotelis de decem prædicamentis: hunc librum a noſtro ſcriptum eſſe teſtatur ex relatione R. *Ioſephi del Medico*, *Samuel Germanus* in collectione ſua paulo poſt citanda p. 91. a. ubi & qvosdam inde rhythmos adducit, & p. 91. b. monet, eundem ſcripſiſſe אבע שבחתא & libellos alios.

2) Comm. in *Maimonidæ* More Nevochim, MS. in Vatic.

3) Epiſtola ad Maimonidem, qvæ cum hujus reſponſione ad dubia qvædam ex lege propoſita MS. exſtat in Vatic. 4. Hæc forte non diverſa eſt ab illa ejusdem ad Maimonidem epiſtola, qvæ cum hujus reſponſ. legitur inter opuscula a R. *Sam. Germano* collecta & cum libro תעלומות חכמה R. *Ioſephi del Medico*, edita Baſil. 389. C. 1629. p. 89. ſq.

335. **אנטוניוס מרגריטא** ANTONIUS MARGARITHA, qvem Bartolocc. מַרְגְּרִיטָא u) vocat, Ex Judæus, & ex *Margalitharum* celebri inter Judæos familia x) natus Parente eo, qvi ut ipſe p. 138. libri paulo poſt recenſendi teſtatur, *Ratisbonæ* principem inter Rabbinos locum tenuit. Is A. C. 1522. ad Chriſti ſacra ſeſe adjunxit, Waſſerburgi in Bavaria illis initiatus, unde *Auguſtam Vindelic.* digreſſus *Lectorem Hebraicæ Lingvæ* egit, deinde vero eodem munere Lipſiæ, ac tandem, ſi Bibliothecæ Gesnero Simlerianæ, a *Friſio* auctæ, credimus, Vindobonæ perfunctus eſt.

V.

u) Nomen hoc minus emendate ita ſcribitur, cum procul dubio ex Hebr. מַרְגָּלִית vel מַרְגָּלִיתָא i. e. *margarita* derivandum ſit.

x) Plures hujus nominis memorantur in *Zemach David* ad an. 5290. & *Pauli Colomeſii* Operibus p. 346. Ex illa gente ortus qvoqve fuit *Julius Conr. Otto*, Ex Judæus, & procul dubio ille qvoqve *Aaron Margalitha*, cujus ſupra meminimus. Vide etiam ſi placet, Buxtorf. Inſtitut. Epiſtol. p. 194.

Digitized by Google

V. C. *Chriſtianus Schlegelius* in ἀποσπασματίῳ de Cella veteri n. 106. oſtendit, *Margaritam* noſtrum annum integrum & dimidium *Miſniæ*, & deinde annum unum *Cellæ*, ac denique *Lipſiæ* lingvam S. docuiſſe.

Scripſit is librum germanicum, quem inſcripſit *Fidem Judaicam & ſolidam ac veram inſtitutorum, ceremoniarum, precum, rituumque Judaicorum enarrationem*, quæ primum *Auguſtæ Vindelic.* 1530. 4. prodiit, recuſa paulo poſt auctior & emendatior ipſius auctoris cura Lipſ. 1531. 4. & qvidem bis eodem anno diverſis literarum formis, hinc *Francofurti ad Rhen.* 1544. 4. 1561. 4. & 1689. 8. ut titulus fert, qvamvis re vera poſtrema illa *Helmſtadii* typis fuerit exſcripta. Ad fidem hujus ultimæ editionis expreſſa eſt nova *Lipſienſis* an. 1705. (& mutato tantum titulo 1713. 8.) a V. C. M. *Chriſtiano Reineccio* diligenter curata, collatis primis illis editionibus, qvas, qui poſteriores adornarunt, ſæpius præter rem neglexerunt. Addita eſt præfatio de vita ſcriptisque Noſtri, eorumque apud eruditos exiſtimatione. Illud de *Iudaica fide* opuſculum laudant B. *Lutherus* Tom. VIII. Altenburg. p. 283. *Jo. Müllerus* p. 7. præfat. ad Judaismum Detectum, *Hoornbeckius* in prolegom. ad tract. de convertend. Judæis p. 137. & alii. *Wagenſeilius* qvidem p. 1105. ad *Sota* minus præclare de eo ſentire videtur, quando Margaritham Talmud ſæpe crepare affirmat, qvem nunqvam ſuis vidiſſe oculis Jovem lapidem jurare auſit. Sed vide, quæ laudatus Reineccius ad hanc ſuſpicionem ab eo amoliendam recte monet in præfatione. Præter illum librum alia ejus ſcripta recenſentur in Biblioth. Gesneri, a Friſio aucta, nempe

Inſtitutio de Chriſtianorum Palmarum Aſini ceremonia 1541. 4.

Declaratio LIII. capitis Jeſaiæ, qua probatur, Meſſiam promiſſum veniſſe: Viennæ ſine anno memorato, germanice. Hujus libri ipſe meminit p. 63. libri *de fide Iudaica*, ubi ſe in eo germanice vertendo & qvatuor commentariis illuſtrando verſari monet. Cæterum in eadem Gesneri Bibliotheca Margarithæ *enarratio ceremoniarum Iudaicarum* ab *declaratione ſolida* fidei Judæorum præter rationem diſtingvitur, cum manifeſtum ex noſtra recenſione fiat, utrumque argumentum eodem libro ab eo tractatum fuiſſe. Præterea vero ipſe auctor in tractatu ſuo illo præcipuo paſſim meminit ſcriptorum a ſe edendorum, quæ ultima editio Francofurtenſis, mutatis aliquantulum Scriptoris verbis, tanquam jam edita repræſentat, v. c. p. 121. *de fœnore Iudaico*, p. 136. *de Luporum* ſive *Wolfiorum* inter Judæos familia, & p. 339. dialogum de fide cum Ju-

dæo. Nullum ego ex his librum hucdum vidi, unde conjectura mihi naſcitur, nunquam eos lucem vidiſſe, quemadmodum nec Cl. Reineccio viſi ſunt. Legi etiam de noſtro poteſt *Fabricius* in Annalibus Miſnicis p. 88. & 100.

אנטוניאוס מונתצינו ANTONIUS MONTEZINI vide ſupra *Aharon Levi.*

אנטיגונוס איש סוכו ANTIGONUS SOCHÆUS vide Doctores Miſchnicos ſuo loco.

336. אנטיאוכוס אפיפאניס ANTIOCHUS EPIPHANES, cujus crudelitas immanis, in Judæos graſſata, vel ex Maccabæorum libris manifeſta eſt. Eadem depingitur graphice, & quomodo tandem liberati Judæi ſint, exponitur in libro, qui dicitur:

מגלת אנטיאוכוס *libellus* ſive *hiſtoria Antiochi*, quæ in Machſorim ſive libris precum & rituum Judaicorum poſt expoſitionem ſolennitatis Encæniorum, quo feſto prælegi ſolet, exſtat hebraice, & ex Machſor Hiſpanico repetitur a Bartoloccio Tomo I. p. 383. ſeqq. cujus acceſſit Latina verſio cum notis. Latinam illam interpretationem, ſed ſine notis Celeb. Fabricius, Collega meus æſtumatiſſimus, inſeruit Codici Pſeudepigrapho V. T. p. 1165. Exſtat & alia ejusdem libelli verſio Latina in *Scipionis Sgambati* Archivis V. T. p. 511. ſeqq. Idem libellus fuit in Biblioth. B. *Abrahami Hinckelmanni*, ſed mutilus, ut patet ex Catal. MSS. ejus Oriental. n. 161. ubi Codex Bibliorum Hebraic. recenſetur A. C. 1480. ſcriptus, in cujus calce fragmentum libri Hiſtorici exſtare dicitur, cujus hoc ſit initium: ויהי בימי אנטיאוכס מלך יון Eodem enim modo initium libelli, prout a Bartoloccio editus eſt, effertur. Chaldaica lingva conſcriptum eundem libellum ſe poſſidere ſub titulo מגילתא דאנטיוכס teſtatur *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* in epiſtola de hydraspide p. 18. & quidem Codici Hebr. MS. & ex Oriente allato ſubjunctum, unde conjectura non vana naſcitur, Judæos olim hunc libellum Codicibus Biblicis addere conſveviſſe, cujus rei exemplum aliud modo vidimus. Illud exemplum Wagenſeilii cum Latina hujus verſione nunc aſſervatur in inſtructiſſima Bibliotheca Ampliſſimi Senatus Lipſienſis; quod teſtatur Cl. *Gœtzius* in programmate, quo anno 1711. Bibliothecam Senatoriam aperiendam indixit, pag. 20. ubi & monet, ibidem aliud illius hiſtoriæ exemplum ex Codice Colbertino

no in gratiam Wagenſeilii deſcriptum & ab eo, quod Bartoloccius exhibuit, diſtinctum exſtare. Prodiit etiam ſeorſim *Mantuæ* 317. C. 1557. 8. ut & literis Rabbinico-Germanicis Pragæ, teſte R. *Sabbathæo* in ש״י qui etiam teſtatur, narrationem hanc ex Maccabæorum libris eſſe deſumtam, quod ut nemo, inſpecto Codice, negaverit, ita viciſſim diverſa quædam paſſim in illo tradi intelliget. Atque ea quidem hauſta imprimis ex cap. II. Codicis *Schabbath* exiſtimat Bartoloccius p. 403. verbis & phraſi utrinque ſimilibus adductus. Allegari volumen hoc frequenter in Judæorum ſcriptis ſolet, v. c. in R. *Abrah. ben Dior* libro *Kabbala* p. 57. & ejusdem *Chronico Regum Iſraelis* p. 84. in *Megillath Taanith* c. IX. & R. *Aſaria Imre Bina* c. 51. & alibi. Plantavitius n. 316. p. 11. vitio, ut credo, typographi מְגִלַּת אנטיגנוס appellat.

אנ״ך i. e. אורייתא נביאים כתובים *Lex, Prophetæ & Hagiographa.*

אנפרווית דוראן ENPROVIJATH DURAN (a) Hiſpanus, ex Judæo Chriſtianus, iterumque ad Judæos dilapſus, qui rectius dicitur פריפוט דוראן, quod nomen vide.

אנקלוס הגר ONKELOS PROSELYTUS, vide infra תרגומים sub litera ת, ubi de Paraphraſibus omnibus junctim agemus.

אנשי טיבריא VIRI TIBERIENSES, quos plerum- 337.
que Maſorethas Tiberienſes vocant a Tiberiade, quam Judæi nunc טְבֶרְיָא nunc טִיבֵּרְיָא vocant, urbe Galilææ ad mare Galilææ ſeu lacum Geneſareth ſita, * & ab Herode Tetrarcha in Tiberii honorem aedificata atque adeo a nomine ejus appellata, cujus rei teſtis eſt *Joſephus* lib. XVIII. Antt. c. 7. Hanc urbem una cum *Jaſne, Zephoria,* & *Cæſarea* illuſtravit inde ab eo tempore per varia Sæcula propagata ſchola, adeo ut ipſe quoque *Hieronymus* ſub finem Sæc. IV. poſt C. N. interpretationem librorum Chronicorum ſuſcepturus, in ſubſidium ſibi advocarit Judæum qvendam Tiberienſem, qvod ipſe in præfatione ad hunc librum profitetur. Hinc factum eſt, ut Judæi cœtum eruditorum, Tiberiade congregatorum, paſſim laudarent, qvorum teſtimonia attulerunt Buxtorfius in comm. Maſoretico c. V. p. 19. ſqq. *Lightfootus* in Chron. Temp. N. T. p. 144. & Bartoloccius Tomo I. p. 416. ſqq. Nominatim R. *Jonas*, princeps Grammaticorum & Ephodæus in Grammaticis ſuis ineditis nitorem lingvæ Sanctæ

(a) Ita appellat mendoſe Bartoloc. p. 403. qvi & jam ſupra minus recte dixerat אינפרופייה.

*) Vide eruditiſſimi *Relandi* Palæſtinam p. 1036. ſqq. ubi non minus ſolide qvam diligenter hæc excutiuntur.

Digitized by Google

ctæ Tiberienſibus præ ceteris tribuunt, qvod idem repetit *Emanuel filius Jekutiel* in libro לוית חן Parte II. c. 18. & R. *David Aben Jachija* c. 5. libri לשון למודים. Lege, ſi placet, *Io. Morini* Exercitt. Biblic. p. 509. ſq. qvi tamen hoc Judæorum pronunciatum in dubium ſe jure merito vocare poſſe exiſtimavit, eo qvod Tiberienſes ab antiqvis ſermone rudes & ruſticos habitos fuiſſe videat. Id qvod ex eo evincit p. 514. qvia hujus vitii Galilæi paſſim in Talmude v. c. Cod. עירובין cap. V. fol. 53. p. 1. ſq. accuſantur. Eqvidem vereor, ut hoc argumento id, qvod volebat, probaverit Morinus, cum vel de eruditis Tiberienſibus illa Judæorum elogia accipi debeant, vel fieri certe potuerit, ut hæc civitas, quamvis in Galilaea ſita, ab illa lingvæ & pronunciationis impuritate, Doctorum, qvos alebat, induſtria immunis præſtaretur. Saltem non video, qvid cauſæ fuerit, cur hæc Grammatici antiqviores præter rem confingant. Rectius id negatur, qvod Judæis omnibus repugnantibus unus *Elias Levita* in præfat. tertia ad *Maſoreth Hammaſoreth* affirmat, Maſorethas Tiberienſes primos eſſe vocalium auctores, qvi ſcilicet anno 3989. ab Orbe condito, i. e. anno 436. poſt Templi II. excidium, qvi anno 506. Aeræ Chriſtianæ reſpondet, congregati in hanc curam incubuerint. Quam ſententiam qvamvis Critici recentiores, *Ioſephus Scaliger*, *Ludov. Cappellus*, *Brianus Waltonus*, *Rich. Simonius*, ex parte etiam *Io. Morinus* amplexi ſint, præter hiſtoriæ & antiqvitatis Judaicæ fidem id fieri data opera demonſtravit *Io. Buxtorfius* in tr. de Punctorum Vocalium antiqvitate & auctoritate, ut de ceteris non dicam, qvi ex noſtratibus idem argumentum perſecuti ſunt. Adde, qvæ infra ſub מסורה dicentur, unde etiam apparebit, Maſorethas hos Tiberienſes in Critica ſacra amplificanda poſt alios, qvorum obſervationes cum ſuis conjunxerunt, ita induſtrios extitiſſe, ut his potiſſimum, non autem ſolis, accepta ferri debeant, qvæ in re Maſoretica ad poſteros propagata exſtant.

אנשי כנסת הגדולה VIRI SYNAGOGÆ MAGNÆ: vide infra כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה ſub litera כ.

338 **ר׳ אנשיל** R. ANSCHEL ſcr.

מִרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנֶה *currus ſecundani*, ex *Gen. XLI. 41.* qui alias plerumque appellatur ס׳ של ר׳ אנשיל *liber R. Anſchel* i. e. Concordantiæ Bibl. qvæ omnes voces codicis Sacri hebraice, cum explicatione germanica ſecundum

Digitized by Google

dum literarum ſeriem exhibet, locis Biblicis ſubjunctis. *Cracov.* 312. f. 1552. & 344. C. 1584. 4. In Theatro Placciano Anonymorum p. 708. mendoſe dicitur Hebr. & latina lingva exaratus.

אספמיא ISPAMIA, corrupta vox ex Latino *Hiſpania*: occurrit ſæpius in libris Hebræorum criticis ſeu Maſorethicis v. c. *Eliæ Levitha* Maſoreth, & libro *Or Tora*, quæ denotat Codd. MSS. Bibliorum Hiſpanicos, qvos qvod ad accurationem (c) cæteris omnibus præferūnt Judæi. Sic ש"י p. 85. admonet, כי הם מוגהים מכל שאר הספרים *eos præ cæteris libris correctos eſſe*, qvod & ſtatuit *Menachem de Lonzano* in calce libri *Or Tora* idque confirmat teſtimonio R. *Abrah. ben Dior* in animadverſione ad Maimonidæ cap. I. Berachoth in fine & ſuffragio R. *Moſis Nachmanidæ* in libro המלחמות, ubi ait, אבל ספרי ספרד יותר נאמנים מספרינו. Hinc & *Lonzano* lib. cit. p. 2. a. Codicem MS. Germanicum allegans, negat, illi quidquam auctoritatis eſſe tribuendum. Idem per ראשי תיבות citare illos Codd. ſolet ס"ס i. e. ספרי ספרד, *codices Hiſpanici*. 339.

אסתרוק הלוי ASTROCVS *Levita*, Judæus, qui interfuit diſputationi a Judæis cum Hieronymo a S. Fide habitæ. Vide *Schebeth Iehuda* p. 127. ed. Lat. Illius ad object. Hieronymi reſponſio refertur ibidem p. 252. ſq. & 259. Ab hoc non puto diſtinctum אסתריק ASTRICH ex Judæo Chriſtianum, cujus epiſtolæ ad *Anſchaltiel Bonfos* MS. exſtat: vide qvæ ſcribentur ſub titulo כלימה inter Anon. 340.

א"ע i. e. אבן עזרה, vide ſupra *Abraham ben Meir Aben Eſra*.

אפודי EPHODÆUS, qvem Bartoloccius commemorat ut Interpretem libri More Nevochim, adeoqve a *Peripot Duran*, qvi itidem Ephodæus a titulo libri Grammatici, qvem ſcripſit, appellari ſolet, diſtingvit, minus accurate. Vide qvæ ſcribentur infra ſub פריפוט דוראן.

אפוקראט HIPPOCRATES: vide ſupra איפוקראט

אפיפאנאוס

(c) Hujus rei eam puto eſſe rationem, qvod ſtudia Judæorum Grammatica & critica primum in Hiſpania, Arabum exemplo, excitata iterum ſint, qvemadmodum & hæc regio, inde a Sæculo X. præſtantiſſimos aluit Grammaticos, qvorum proinde induſtria in contextu ſacro incorrupto conſervando ſe exercuit.

Digitized by Google

341. אֶפִּיפַאנִיאוּס EPIPHANIUS Doctor Eccleſiæ Chriſtianæ Sæc. poſt C.N. qvarto, Parentibus Judæis natus in Palæſtina, ſi credimus vitæ ejus, ceteroqvin in multis fabuloſæ, qvæ exſtat inter Opera Epiphanii Tomo II. edit. Petavii. Bartoloccius ejus meminit, & ſcripta recenſet qvæ plenius & diligentius commemorata in *Guilielmi Cavei* Hiſtoria literaria Scriptorum Eccleſiaſticorum & Celeb. Fabricii Bibliotlr. Græc. libr. VI. qvem cupide exſpectamus legi velim, qvam hoc loco, fere alieno, a me repeti.

342. ר׳ אפרים R. EPHRAIM diſcipulus R. *Alphes* floruit A. M. 4910. C. 1150. & præceptorem ſuum Alpheſium ab animadverſionibus R. Zerachiæ Levitæ, cujus nomen vide, defendit. Vide *Iuchaſin* p. 131. a. & *Schalſcheleth* p. 53. a. Juchaſin l. c. recenſet *Ephraimum Ratisbonenſem*, (מריגשבורג) eumqve ait obiiſſe An. 4935. i. e. C. 1175. qvi a noſtro hoc non videtur diſtingvendus: temporis certe rationes non repugnant.

אפרים בן אהרן EPHRAIM f. AARON Lundſchutz, v. paulo poſt *Ephraim Lundſchutz*.

343. ר׳ אפרים מבונה R. EPHRAIM de BONA, quam de Ara Ubiorum interpretor, Germanus. Sub hujus nomine exſtat בַּקָּשָׁה ſive precatio Parte I. Machſor Hiſpanici p. 143. edit. Venetæ 426. C. 1666. 8.

344. ר׳ אפרים זלמן שור R. *Ephraim Salman Schor* fil. *Naphthali Hirſch* ſcr.

תְּבוּאַת שׁוֹר *proventus bovis* (ex Prov. XIV. 4.) eſt Compendium *libri Beth Ioſeph* in Arba Turim, ubi adduntur ſimul rationes rituum variorum in Beth Joſeph non commemoratorum. *Lublin*. 375. 4. C. 1615.

345. ר׳ אפרים בן יוסף חעלם R. EPHRAIM f. *Ioſeph Chelm* ſcr.

סֵפֶר בְּכוֹשָׁרוֹת *librum in compedibus*, qui in duas partes diſtinctus priore comprehendit cantica & Pſalmos Sabbathis & diebus feſtis per totum annum adhibendos, poſteriore vero threnos precesqve lugubres cum commentario. *Cracov*. 368. C. 1608. 4. Titulus deſumtus eſt

Digitized by

eſt ex Pſ. LXVIII. 6. ut recte monet Bartoloccius: auctor tamen longius proſpexit, ſi credimus Schabbatæo, qvi obſervat, vocem compoſitam, eſſe ex בכו i.e. *flete*, & שׁרות i.e. *cantica*, ut proinde eadem voce, qui Judæorum mos eſt, & ad locum Pſalmi alluſerit, & ipſius libri argumentum ſignificarit.

ר׳ אפרים בן יעקב מווינה R. EPHRAIM, f. *Jacob Viennenſis*, ſcr. 345.

מַעֲשֶׂה ר׳ אַמְנוֹן i.e. hiſtoriam cædis R. *Amnon*, qvæ exſtat in Machſor Bononiæ edito. Vide ſupra אמנון.

ר׳ אפרים לונשיץ R. EPHRAIM *Lundſchütz*, fil. *Aharon*, Archiſynagogus Lembergenſis ſeu Leopolitanus, qvem Bartoloccius poſt Plantavitium vocat R. *Ephraim Liglin* (ליגלין) *Pragenſem*. Buxtorfius ſimpliciter vocat R. *Ephraim*: ego vero titulos librorum ab ipſo editorum ſecutus ſum. Floruit is A. C. 340. C. 1580. & ſcripſit: 346.

אֹרַח לְחַיִּים i. e. *ſemita vitæ* ex Pſ. XVI. 11. Exhibentur duæ conciones in Feſtum novi anni & expiationis diem, qvibus varia præcepta moralia ratioqve pœnitentiæ traduntur, una cum concione Paſchali ejusdem argumenti. *Lublini* 355. 4. C. 1595.

2.) כְּלִי יָקָר *vas pretioſum* (ex *Prov.* XX. 15.) i. e. comm. in Pentatevchum ex veterum Doctorum ſententiis compilatus & commentarium Raſchii ſimul illuſtrans. *Lublini* 362. fol. C. 1602. & Prag. 368. C. 1608. Hunc Bartoloccius, Tomo IV. tribuit R. *Schelomoni ben Ephraim*, qvi rectius hoc loco noſtro adſcripſerat.

3.) עִיר גִּבּוֹרִים *urbs fortium* (ex *Proverb.* XXI. 22.) ubi in limine libri duæ occurrunt פְּתִיחוֹת i. e. *prolegomena*, qvorum alterum de *peccato Originali*, ex Talmude & Medraſchim; alterum de tribus columnis, qvas Judæi vocant, nempe Lege, cultu Dei & beneficentia, diſſerit. Hæc excipiunt ſectiones duæ, altera de ratione pœnitentiæ, altera de bonis moribus: deinde vero conciones in legem ſeqvuntur *Baſileæ* 341. fol. C. 1581. apud *Ambroſ. Froben*. Plantavitius n. 515. hunc librum recenſens auctorem vocat Ephraimum Germanum, & Synagogæ Lembergenſis

Digitized by Google

Præſidem. Qvi curandæ libri hujus editioni præfuit, p. 136. col. 1. loco cuidam perplexo hæc addit verba: *exemplar hoc confuſum eſt, & correctione indiget.*

עוללות אפרים *racemationes Ephraimi* ex Jeſ. XVII. b. Conciones ſunt in qvatuor partes diſtinctæ, qvarum I. in ſex columnas (d) mundi diviſa de fine hominis diſſerit, II. columnarum 46. conciones varias in feſta continet. III. 2. conciones in Paraſchas legis habet, qvæ de fœdere circumciſionis, deſponſatione, argumentis lugubribus, ut & redemtione filii primogeniti exponunt. IV. concionibus tribus, in tres mundi columnas, qvæ ſunt *Lex, cultus Dei & beneficentia*, habitis abſolvitur. Prod. *Lublini* 333. fol. C. 1573. fol. iterumqve cum acceſſionibus & emendationibus variis ab ipſo auctore, Prag. 379. C. 1619. fol.

5) עמודי שש *Columna ſex* (*Cantic.* V. 15.) i. e. conciones ſex in ſex columnas mundi, qvi ſextus eſt auctoris liber, teſte ש״י Prag. 378. fol. C. 1618.

6) רבבות אפרים *myriades Ephraimi* (ex *Deut.* XXXIII. 17.) i. e. commentatio in Legem MS. citatur in ש״י.

7) שפתי דעת *labia ſcientiæ* ex Prov. XIV. 7. i. e. conciones & expoſitiones literales in legem Prag. 370. fol. C. 1610.

Cur Plantavitius & cum eo Bartoloc. auctorem hunc R. *Ephraim Liglin* appellent, hanc eſſe cauſam putem, qvod varia ejus ſcripta Lublini qvam urbem Plantavitius *Liglin* appellare interdum ſolet, edita viderint. Cæterum Bartoloccius ab hoc noſtro præter rem diſtingvit *Ephraimum* Scriptorem libri

עיר גבורים eumqve Archiſynagogum Academiæ *Limburgenſis* appellat.

348. ר׳ אפרים מזרחי R. EPHRAIM MISRACHI i. e. *Orientalis* ſcr.

I.

(d) Columnæ illæ mundi ſunt תורה *lex*, עבודה *cultus*, & גמילות חסדים *compenſatio beneficiorum*, ſeu *beneficentia*, qvibus mundum inniti dixit *Simon Juſtus* in *Pirke Avoth* c. I. §. 2. His *Simeon fil. Gamalielis* addidit tres alias, nempe דין *judicium*, אמת *veritatem*, & שלום *pacem* vide ibid. §. 18. & confer interpretes.

1) על מהלך הכוכבים *de motu ſeptem Planetarum*, ut patet ex præfatione ad librum מנורת הלבנון. Plantavit n. 331, ait eſſe librum Aſtronomicum non editum, ſed magnæ inter ſuos auctoritatis. Idem
2.) In librum *Pirke Avoth* commentarium ſcripſit itidem non editum, teſte *Plantavit* n. 563 & ex eo Bartoloc. ac ש״י.

349. ר׳ אפרים בן סנחי R. EPHRAIM f. *Sanchi*, Judæus, qui cum Petro Majore Hiſpanorum Rege, collocutus fertur in שבט יהודה p. 178. verſ. Gentianæ, ubi etiam colloqvium cum eo habitum refertur.

350. ר׳ אפרים פייטן R. EPHRAIM *Poëta*, cujus carmina in limine variorum librorum, v. c. עקידת יצחק &c. leguntur.

אקוילה AQVILA proſelytus. Vide עקילס
אקלידיס EVCLIDES: vide ſupra אוקליד.

351. ארטוש הוב i. e. *Artus* Hof/ titulus germanicus, qvem latine efferas *Aula Regis Artus*, liber rhythmicus germ. lingva & literis Rabbinicis editus, ac fabulæ Romanenſi ſimilis, & res geſtas Regis Artus Herois ſtrenui, & multorum clade inſignis deſcribens. Prodiit is *Pragæ* 4. & *Amſtelod.* 8. alibiqve, noviſſime autem a *Jo. Chriſtophoro Wagenſeilio* commentationi de dialecto ac ſcriptione Germano Rabbinica inſertus eſt. Plerumqve is ac nominatim in ש״י vocatur קיניג ארטוש הוב i. e. *Regis Artus aula.* Bartoloccius bis eum, nempe Tomo I. p. 431. & Tomo IV. p. 298. primum qvidem ſub tit. ארטוש deinde vero ſub tit. ס׳ השמר טבלה i. e. ut ipſe convertit *liber corruptionis tabulæ rotundæ Regis Artus* commemorat tanquam MS. in B. Vatic. ubi ex Hiſpanico dicatur in Hebr. ſermonem converſus. Sed non ſane aſſecutus eſt argumentum libri *Bartoloccius*, nec ſibi conſtat, quando priori loco ait, exponi ibide Rege Artus, ad menſam rotundam ſedente, quæ caſu ſit confracta, poſteriori vero loco dicit referri hiſtoriam de filia Regis Hiſpani, quæ effecerit, ut omnes Viri Hiſpaniæ occiderentur. Summa potius fabulæ hæc eſt, quod Artus iſte non ſolum per ſe inſignis Heros fuerit, ſed etiam in aula ſua heroas aluerit præſtantiſſimos. Hinc fingitur Rex exterus illuc veniſſe, qui injuria affectus ad bimachiam

Digitized by Google

provocaverit quendam illius aulæ heroem, nomine *Gabein*, eumque deinde victum atque in regnum ſuum pertractum filia conjuge donarit. ex quibus natus ſit filius *Wieduvveilt*, qui Patrem imitatus, egregia facinora præſtiterit, quæ deinceps fuſe referuntur, pauciſſimis de Artho ipſo & ejus aula memoratis. Wagenſeilius in præf. monet, fabulam hanc apud Judæos rhythmo & proſa deſcriptam exſtare, putatque ex rebus geſtis Arthuri, Britanniæ Regis, confictam, de quibus videri poſſunt *Cambdenus* p. 128. Britanniæ & *Matthæus Paris* in hiſtoria majore Anglicana, p. 159. unde etiam patet, *Arturum* cum heroibus ſuis ad tabulam rotundam cœnaſſe, ne de ſedibus controverſia moveretur. Hinc videtur nata illa Bartoloccii de tabula rotunda facta narratio; imo in conjecturam venio, MStum illud a Bartoloc. recenſitum tanquam Hebr. ab altero Wagenſeiliano diſtinguendum prorſus eſſe. Hiſtoria Artus hujus rhythmis vernaculis deſcripta MS. exſtitit in B. *Spizeliana* ex duplici exemplo, quod recenſetur in Catalogo inter MSS. n. 39. & 271. Exſtat etiam in Biblioth. Hamburg. publica.

352. ארי״אט ARIETI, forte *Reatinus*, neſcio qvis, cujus commentationes ſibi viſus paſſim ad partes vocat *Schalſcheleth* v. c. p. 51. a. Crediderim nomen eſſe per literarum compendium ſcriptum, adeoque plenius interpretandum, quia in Schalſcheleth virgulas duas, quæ abbreviaturarum, quas vocant, notæ eſſe ſolent, deſuper pictas habet.

אריה לנדו ARIE h. e. JUDAS LANDO vide infra *Jacob f. Jehuda Lando.*

אריה מפראג ARIE ſive JUDA PRAGENSIS vide infra R. *Leva ben Bezaleel*: huic enim דרשות h. e. conciones & גור אריה tribui debere, quæ ſcripta Plantavitius ſub priori nomine collocavit, manifeſtum ibi reddetur.

353. אריה ליב בן יהושע חאשקי ARIE LEU fil. *Ioſua Hoſchki* Pater domus judicii in Synagoga Boſcenſi ſcr.

לֵב אַרְיֵה *cor Leonis* (ex 2. *Sam.* XVII. 10.) quo comprehenduntur conciones in Legem & quinque Megilloth, ex commentariis allegoricis, quos Medraſchim vocant Hebræi, inprimis conflatæ, *Wilmersdorfii* 434. C. 1674. fol. Hic eſt ille liber, de quo Bartoloccius Tom. III. ubi de *Iehuda Arje*, qui vulgo *Leo Mutinenſis* vocatur, agit, dubius hæret, ſit

Digitized by Google

ſit ne illi Leoni Mutinenſi, an alii cuidam tribundus. Jam nulla, credo, dubitandi cauſa ſupereſt.

אריסטיאס ARISTÆUS, (e) ſive ARISTEAS, Ptolemæi Philadelphi, Regis Aegyptii, Miniſter, & una cum *Andrea* ad Eleazarum Pontificem legatus ut Interpretes Sacri Codicis Regio juſſu impetraret. Talem enim ſe is venditat in libello ad *Philocratem* fratrem de LXXII. Interpretibus exarato, qui hodie ſub tit. *Hiſtoriæ LXX. Intt.* circumfertur. Neque is ignotus fuit olim, quod ex *Ioſepho* lib. XII. c. 2 *Antiquitt.* & aliis ejus locis, *Tertulliano* c. XVIII. Apologet. *Euſebio* de Præpar. Evangel. VIII. 1. & 3. aliisqve patet, qui diſertis verbis ad *Ariſteæ* hiſtoriam ita provocant, ut manifeſtum ſit, eos ipſum hunc libellum, qui hodie exſtat, legiſſe. (f) Hinc etiam factum eſt, ut eruditi Viri narrationem hanc & Ariſteæ vindicarent, & cum veritate conciliari poſſe putarent, quod data opera oſtendendum ſibi ſumſit *Iſaacus Voſſius* tum in lib. de LXX. Interpretibus c. 4. tum in Appendice ejus & Appendice ad Melam, quem ſecuti ſunt *Nicolaus le Nourry* in Apparatu ad Biblioth. maximam Patrum lib. I. *Julius Bartoloccius* Tom. I. p. 464. & noviſſime *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 495. ſqq. ubi *Scaligeri* argumentis, in contrariam ſententiam allatis, ſatisfacere conatur. Alii autem merito ſcriptionem hanc ſuſpectam habuerunt, nominatimque poſt *Jo. Lud. Vivem* ad Auguſtinum de Civit. D. lib. XVIII. c. 42. p. 698. ubi libellum hunc a recentiore confictum eſſe ſibi perſvadet, & *Leonem a Caſtro* præf. ad comment. in Jeſ. c. XXXV. *Ioſephus Scaliger*, ad Euſeb. Chronol. p. 133. quem certatim ſecuti ſunt noſtræ memoriæ eruditi ſpeciatimque *Humfr. Hodius* (g) Anglus in libro adverſus hiſtoriam Ariſteæ Oxon. 1687. 8. edito, & cum pluribus acceſſionibus una cum Ariſtea ipſo in libris IV. de textibus Originalibus, verſionibus Græcis ac Vulgata Latina Oxon. 1705. fol. recuſo, itemqve *Ant. van Dalen* in diſſert. ſuper Ariſtea de LXX. Intt. *Amſtelod.* 1705. 4. Hi enim, ad animum revocantes, quam contraria & ſibi & alio- 354

(e) De diverſa nominis hujus ſcriptione vide *Humfredum Hodium* in præſtantiſſimo libro de textibus Scripturæ Originalibus p. 3.

(f) Joſephus ſpeciatim lib. XII. c. 2. Antiqvitt. pleraqve ſua ex Ariſtea ſumſiſſe videtur *Aſaria* p. 13 b. libri *Meor Enajim.*

(g) Qvem in hoc argumento omnium doctiſſime & copioſiſſime verſatum eſſe judicat idoneus harum rerum exiſtimator, *Rich. Bentley* epiſt. ad *Jo. Millium* Chronico *Malelæ* ſubjecta. p. 93.

Digitized by Google

aliorum Scriptorum commentationibus, inſuperque cum temporibus ac conditione Ptolemæi non concilianda adferat, non præter rationem in eam ſententiam pedibus iverunt, quod libellus hic Judæo cuidam Alexandrino, ad morem gentis ſuæ fabulis indulgenti, & ad Judaici populi laudes ipſiusque interpretationis Græcæ præſtantiam evehendam narrationem ſuam ſedulo componenti, rectius tribuatur, cujus tamen ætas & Servatoris noſtri & Ariſtobuli ætatem ſuperet. Hæc ſtrictim monuiſſe ſuffecerit, quæ laudati auctores fuſius ediſſeruerunt. Ad noſtrum inſtitutum propius facit, quod R. *Aſarias de Rubeis* librum Ariſteæ non, ut Bartoloccius ſcribit, maximam partem & totum, ſi nomina τῶν LXXII. ſub initium memorata, exceperis, (h) Hebraice converſum præſtantiſſimo libro, quem dixit מְאוֹר עֵינַיִם *Mantuæ* 1574. 4. tanquam Partem II. ſub tit. הַדְרַת זְקֵנִים *decor Senum*, (forte per alluſionem add. *Lev.* XIX. 32.) a p. 11. ad 27. inſeruit. Interpretationem ſuam non ad Græci contextus, ſed Latinæ interpretationis fidem inſtituit, quod ipſe profitetur p. 2. libri *Meor Enajim*, ubi monet, ante qvinqvaginta annos, (Scribebat atem an. 1571.) a Chriſtiano qvodam hiſtoriam hanc *latine* & inde *Italice* converſam eſſe, quæ cum Germano cuidam textui originali non ſatis reſpondere videretur, ipſum illum novam verſionem elaboraſſe eamque ante decem annos *Baſileæ* cum Græco textu edidiſſe, quam ipſe translatione ſua Hebraica expreſſerit. Ex quibus verbis intelligitur, Aſariam ſecutum eſſe editionem Græco-Latinam, quæ ex nova *Matth. Garbitii* verſione a *Simone Schardio Baſil.* 1561. 8. prodiit. Cave igitur, credas Illuſtri *Pet. Dan. Huetio*, verſionem hanc *Aſariæ* e Græco factam eſſe adfirmanti, qvem cetera idem monet *prolixo & diffuſo, ſubobſcuro nihilominus & difficili ſermone uſum eſſe, ſuam tamen circa ſententias religionem egregie tueri.* (i) Idem *Aſarias* lib. III. operis ſui *Meor Enajim*, qvem dixit *Imre Bina*,

(h) Nomina hæc ideo omiſſa credit Bartolocc. p. 464. ne cogeretur Aſarias fateri reverſionem nonnullorum ex ſingulis tribubus Iſraelis tempore Cyro factam, qvam Judæi alias ſtrenue negare conſveverunt. Sed iſta qvidem ratio longius petita mihi videtur, cum alia magis obvia ſit, ſcilicet qvod vel ignorari vel non niſi difficulter Hebraicis literis exprimi illa poſſe videbantur.

(i) Aſarias ut plurimum feliciter adſecutus eſt interpretem Latinum, interdum tamen eo diffuſior perſpicuitatis cauſa, cui adhuc magis conſulturus aunotationibus hinc inde contextum illuſtrat, in qvibus Aſariam cum Joſepho Græco & Hebræo confert, & varietates, judicio ſuo interpoſito, obſervat.

Digitized by Google

na, denuo de verſione τῶν LXX. diſſerit cap. 7. p. 45. b. ſq. & ea affert, quæ a Judæis, Patribus, & aliis Chriſtianis Scriptoribus notata invenit. Eodem modo R. *Gedalias* in *Schalſchelet Hakkabbala* p. 24. ed. *Venet.* & 16. ed. *Amſtelod.* in ſummam confert, quæ *Ariſteas*, *Philo*, *Joſippon*, *Auguſtinus*, *Aquinas*, quos nominatim allegat, tradiderunt. Hic certe in eo vehementer fallitur, qvod, dum p. 68. ed. *Venet.* p. 55. *Amſtelod.* libros Scripturæ recenſet, inter eos, qvi a Chriſtianis tanqvam ſacri recepti ſint, ipſam illam Ariſteæ hiſtoriam numerat. Qvod inde puto Gedaliæ fuiſſe perſvaſum, qvia verſioni Bibliorum Italicæ, anno 1471. a Nicolao Malermo editæ, & deinde aliqvoties recuſæ, eam ſubjectam vidit, unde eodem cum ceteris loco haberi ſuſpicatus videtur. Alia de conditione hujus hiſtoriæ, variisqve ejus editionibus & verſionibus incredibili, quam propriam ſibi habet, induſtriæ & doctrinæ apparatu collegit conjunctiſſimus Collega meus *Jo. Albertus Fabricius* in Biblioth. Græca lib. III. p. 317. ſqq. Adde, ſi placet, *Scipionem Sgambatum* Archiv. Vet. Teſtam. pag. 495. ſeq.

אריסטובולוס ARISTOBULUS, Judæus, Philoſophus Peripateticus, qvem Ptolomæi Philometoris temporibus floruiſſe, eiqve ſuas in libros Moſis ἐξηγήσεις ſeu commentationes inſcripſiſſe teſtatur *Clemens* lib. I. *Stromatum* & *Euſebius* Præparat. Evang. lib. IV. c. 6. nec non Chronicon Paſchale p. 178. ut alios Euſebii locos taceam, qvos diligentisſime adfert Cl. *Fabricius* Bibl. Græc. libr. III. p. 280. Num forte hic commentarius vaſtum illud opus fuerit, qvod R. *Aſarias* in Meor Enajim cap. IX. Græca lingva ſcriptum in Biblioth. Florentina, & Mantuæ apud Fratres Benedictinos, *Philonis* operibus longe præſtantius, exſtare refert, non dixerim; niſi forte rectiſſime rem totam confictam ſtatuamus. Certe *Gedalias* in *Schalſchelet Hakkabbala* p. 104. b. Codicem illum, qvem in Florent. Bibl. exſtare, audiviſſe ſe itidem ſcribit, de commentario illo ſuper Legem Moſis interpretatur, eumque centum capitulis abſolutum & *Ptolomæo Philadelpho* inſcriptum eſſe aſſeverat. Qvibus verbis eundem *Gedalias* errorem committit, qvi deprehenditur apud *Clementem Alexandr.* lib. V. Stromatum p. 595. ubi Ariſtobulus hic ad Ptolemæi Philadelphi tempora refertur, ſive id librarii negligentiæ, ſive memoriæ vitio, ſive temporum injuriæ ſit adſcribendum. Clemens enim ipſe alibi, qvod vidimus eum ſub Philometore vixiſſe ſcribit. Simi-

355.

militer errare cenſendus eſt *Anatolius*, quando apud Euſebium VIII. 32. Hiſt. Eccleſ. Ariſtobulum inter LXX. Interpretes memorat, qvi, Philometoris qvippe æqualis, illis ætate omnino eſt inferior. Qvæ cauſa eſt, cur in eum animadverterit Illuſtris *Petrus Daniel Huetius* in Dem. Evangel. Prop. IV. p. 87. Nec ſatis apte, me judice, defendunt Anatolium, qui duos Ariſtobulos ſtatuendos eſſe putant, alterum Seniorem, Philadelphi æqvalem & LXX. Intt. ſocium, Juniorem alterum, ad Philometoris tempora pertinentem: in qva ſententia eſt Bartoloccius Tomo I. p. 466. & Scip. Sgambatus in Archivis V. T. p. 503. Ut enim taceam, neminem veterum duos Ariſtobulos (k) commemorare, nec illud urgeam, qvod Ariſtobuli nomen ne qvidem in ficta illa Ariſteæ hiſtoria inter LXX. Interpretum nomina occurrat, certe fieri facile potuit, ut Ariſtobulus, ad Philometorem referendus, memoriæ vitio ad Philadelphum revocaretur, qvi error novo commento non videtur excuſandus.

Forte magis audiri debebat *Humfredus Hodius* qvi libro I. de texti Original. cap. 9. ſuſpicatur, Clementem confudiſſe Ariſtobulos duos, Peripateticum alterum, alterum Judæum, cujus poſterioris ſcripta Sæculo II. poſt C. N. ſuppoſita eſſe opinatur. Sed nec illud admitti poteſt, ſi recte rem æſtimes, cum Clementi Alexandrino, Sæculo II. inclinante viventi, imponi certe adeo non potuerit, ut ſcriptum recens effictum pro antiqvo haberet. Sed ut ad Bartoloccium revertamur, neqve in eo is ſatis ſibi ab errore cavit, qvando Ariſtobulum Iuniorem Paneade natum ſcribit. Id enimvero credidit *Ruſini* verſione deceptus, in qva verba Euſebii VII. 32. Hiſtor. Αριςόβουλος ὁ πάνυ redduntur: *Ariſtobulus ex Paneade*, qvod perperam factum eſſe, & res ipſa oſtendit, & recte monuit *Henr. Valeſius* ad Euſebium, ubi præterea p. 160. a. obſervat, Scaligerum minus recte Ariſtobulum illum, cui epiſtola 2. Maccab. I. 10. legenda inſcribatur, a noſtro hoc diſtinxiſſe. Dici qvoqve non debebat a Bartoloccio, qvod Ariſtobulus Senior æqve ac Junior commentarium in Legem Moſis ſcripſerit, qvem ille qvidem Philadelpho, hic autem Philometori dedicarit. Qvis enim non videt, ex uno libro duos ſic effingi, ſicut præter rem unus Ariſtobulus in duos fuit diſtinctus?

ארמע

(k) Eſt qvidem alius Ariſtobulus, ſed Græcus gente, & Alexandri M. comes, ac rerum ab eo geſtarum ſcriptor, de qvo Clariſſ. *Fabricius* Bibl. Græc. lib. III. p. 219. diligenter tradit, & qvi ab Aſaria qvoqve in *Meor Enajim* p. 52. a. non ſolum laudatur, ſed & p. 54. b. a noſtro hoc diſerte diſtinguitur,

Digitized by

ארמע ARMAA, ut nomen fictum ignoti auctoris affert Bartoloccius, qvi ſub hac larva latitaturus vocem hanc adhibuerit, qvæ per *Raſche Tevoth* qvatuor elementa, nempe אֵשׁ *ignem*, רוּחַ *aërem*, מַיִם *aquam*, & עָפָר *terram*, ex qvibus homo conſtet, ſignificet. Qvod poſterius ut verum eſt, ita vix crediderim, vocem ארמע nominis loco libro illi fuiſſe præfixam, qvem Anonymo illi tribuit Bartoloccius, cui titulus eſt: ארחות צדיקים. Certe in edit. Mœno-Francofurt. 1687. fol. edita nihil tale comparet, unde & ש״י ſimpliciter ut ἀνώνυμον recenſet, qvod infra ſuo loco inter Anonymos videbimus. Nec rectius huic ficto ארמע״ idem adſcribit libellum תקוני תשובה, qui exſtet in calce compendii libri ראשית חכמה. Hunc enim eſſe ex ſcriptis R. *Iſaaci Luriæ* excerptum ſupra ſub *Elia ben Moſche de Vidas* monicimus.

ארסטוטליס ARISTOTELES, vel brevius ארסטו ARISTO, quod neſcio qva de cauſa, Bartolocc. legit *Arſato*, vel אריסטוטילו Stagirita, Patre *Nicomacho* Olymp. XCIX. 1. ante C. N. CCC LXXXIV. natus, Græcorum Philoſophorum princeps, ipſis qvoqve Judæorum ſcriptis & vocibus celebratus. Sic R. *Abraham* in חזוק אמונה eum vocat ראש הפילוסופים *Philoſophorum principem*, & Maimonides in ep. ad R. Aben Tibbon, *Scientia*, inqvit, *Ariſtotelis eſt perfectiſſima ſcientia humana, præter illorum, qui divino gaudent influxu, usque dum attingant gradum prophetiæ, qvo nullus ſuperior.* Hinc facile intelligitur, Judæos Ariſtotelem ſuum eſſe voluiſſe, qvod, cum res ipſa negaret, fabulis pro more efficere conati ſunt. *Gedalias* enim in Schalſcheleth p. 102. ed. *Venet.* Euſebium ait teſtari, *Alirkoſum quendam* (is eſt *Clearchus*) *diſcipulis ſuis dixiſſe, majorem Philoſophiæ partem ad ſe perveniſſe ab Ariſtotele, qui fuerit Judæus de ſemine Iſraelis, Hieroſolymitanus, de filiis Koliæ, de tribu Benjamin, &c.* Sed *Gedalias* vel non intellexit Euſebium, vel deſtinato conſilio in commodum ſuum ejus verba detorſit. Apud Euſebium enim lib. IX. 3. (1) de Præpar. Evang. quem locum procul dubio innuit *Gedalias*, Clearchus introducit Ariſtotelem de Judæo, animo & lingva Græco Philoſopho, prædicantem, qui ad ſe in Aſia degentem veniens multa ſapientiæ ſuæ capita communicarit. 356.

Alii, modeſtius mentientes, Ariſtotelem, morti proximum, ad Judæorum Sacra inſtar proſelyti acceſſiſſe fingunt. Id credi voluit R. *Joſeph* fil. *Schem Tov* in præfat. ad expoſitionem ſuam in librum Ariſtotelis, *de*

(1) Confer, qvæ de hoc loco notat Pet. Baelius in Dictionario Hiſtor. Crit. p. 346.

de Moribus, ex cujus fide fabulam cum approbatione repetit *Schalſcheleth* l. c. p. 102. b, addens, idem tradi in *Perizolii* libro מגן אברהם Ad utrumque provocat etiam R. *Aſarias* in Meor Enajim p. 91. b, quamvis, quæ ejus eſt prudentia, ipſe narrationi huic non habeat fidem, quam *Ioſ. ben Schem Tov.* ex libro quodam in Ægypto hauſiſſe ſe teſtatur. Imo vero Gedalias locum alium hujus opinionis tibicinem adfert, Codicem ſcilicet antiquum, in quo legerit, Philoſophum Arabem *Aven Alcatuv* retuliſſe *Abrahamo Zarzar*, exſtare Cairi ſcriptum qvoddam Ariſtotelis, ſub vitæ finem exaratum, in qvo ea, quæ ante ſcripſerat, revocarit: Bartoloccius p. 475. male vertit: *quod in eo meminerat omnium operum, quæ antea ſcripſerat.* (m) Illum igitur adferri ſibi curans Zarzar inter cetera ſapienter dicta invenit Ariſtotelis epiſtolam ad Alexandrum, qva animi emendati indicium facit. Vide hanc epiſtolam cum Latina verſione minus emendata in Bartoloccio p. 476. meliore autem Cl. *Io. Iuſti Loſii* in notis ad librum התפוח p. 48. Adde *Io. a Lent* in Theologia Judaic. hodierna p. 6. & Io. Buxtorfii Catalecta Theol. Philolog. p. 261. ſq. ubi utrinque verſio Lat. Vener. *Henr. Muhlii* legitur. Confer *Scip. Sgambatum* in Archivis V. T. p. 457. ſq. quem miror his figmentis adduci potuiſſe, ut veri putaret ſimile, Ariſtotelem aut genere, aut diſciplina, aut denique propenſione & cultu Judæum fuiſſe. Cautius egit Bartoloccius, qui p. 477. animum de νοθείᾳ certum profitetur, quam ipſa inſpectio tralatitia manifeſtam faciet.

Denique fuerunt, qui Ariſtotelem plagii (n) accuſarent in Salomonis libros commiſſi, qvos evolvere ipſi licuerit, cum Alexander Macedo

(m) Verba Hebræa ita habent: שחזור בו מכל מה שכתב בתחלה. Sic *Jo. Seldenus* de Jure Nat. & Gent. ſecund. diſciplinam Hebr. p. 14. ſimilem ex MS. Codice Oxon. adfert locum, quo traditur Ariſtoteles ſententiam priſtinam mutaſſe in omnibus, in quibus a doctrina Hebr. diſſenſerit.

(n) Imo præſtantiſſimos quosque Philoſophos ſua ſibi debere affirmant Judæi, quo ſpectat locus Gedaliæ in *Schalſcheleth* p. 102. b. quem ſe in MS. libro *Coſar* inveniſſe eo ſenſu ſcribit, quod ſapientia ducta primum ſit a Judæis, a quibus ad Chaldæos, hinc ad Perſas, Medos, Græcos & Romanos defluxerit. Legitur illud in Coſri pag. 131. & ſimile quid p. 28. ed. Buxtorf. ubi ejus conferantur notæ, in quibus hæc Judæorum ſententia aliis eorundem teſtimoniis confirmatur. Luculentus quoque eſt locus *Juchaſin* p. 157. b. ubi *Plato* a Philoſophia, *Socrates* ab Achitophele & ab Aſapho Karchita ſapientiam accepiſſe dicuntur. Vide quæ dicentur ſuo loco de *Pythagorea* & *Platone*, nec omitte, quæ Viri Docti ad procemium Diogenis Laërtii de Vitis Philoſophorum & *Jo. Seldenus* de Jure Naturæ & Gent. juxta diſcipl. Hebr. p. 23. ſeq. monuerunt.

Digitized by Google

cedo Hieroſolymam victor ingrederetur. Hinc factum ajunt, ut cogitata Salomonis, immiſtis qvibusdam ſuis v. c. de æternitate mundi, erroribus aliis ſub ſuo nomine propinaret. Ita ſcribit R. *Meir Aldabi* in libr. שבילי אמונה ſemita VIII. fol. 96. unde repetiit *Sam. Schullam* in not. ad lib. *Juchaſin* p. 157. b. hinc autem latine convertit *Hackſpanius* p. 284 de Uſu libror. Rabbinic. R. Lipmanni *Nizzachon* ſubjuncto. Lege quoque B. Jac. Thomaſium de Plagio Literario §. 364. & inprimis elegantiſſimum *Pet. Baelium* Tomo I. Dictionarii Hiſtor. Crit. p. 346. ſq. in notis, ubi idoneis argumentis iſtam ſuſpicionem ab Ariſtotele amolitur. Enimvero in propatulo eſt, Judæos hæc omnia propterea confinxiſſe, ut Ariſtoteles, ceu gentilis, ex proprio ingenio ſapere non videretur, ipſi vero excuſatius Ariſtotelicam Philoſophiam, tanquam ex ſuis copiis derivatam, poſtliminio in ſuos uſus converterent. Hoc enim eos feciſſe tum Maimonidæ exemplo & ſcriptis conſtat, qui propterea quorundam ſuorum popularium odium incurrit, tum vero ex eo intelligitur, quod varia Ariſtotelis ſcripta primum in Arabicum, deinde vero in Hebraicum ſermonem converterint, & ſuis quoque commentariis illuſtrarint, ceu ex iis, quæ nunc dicentur, conſtabit. Teſtatur enim Bartoloccius exſtare in Bibl. Vatic. MSS.

1) ס׳ הַמַּאֲמָרוֹת *librum Categoriarum* interprete ignoto in 4.

2) ס׳ הַמְּלִיצָה *de Interpretatione* interprete Anonymo in B. Urbinat. 4. Sic idem liber MS. hebr. in Collegio Mertonenſi apud Oxonienſes exſtat num. 133.

3) ס׳ הַהֶקֵּשׁ *Liber Analyticorum* Anonymi ſtudio in B. Vatic. 4.

4) ס׳ הַמּוֹפֵת *liber Topicorum* ibid. Sic in *Labbei* Bibl. Nov. MSS. p. 202. dicitur in Biblioth. Caroli de Montchal, Archiepiſc. Toloſani exſtare Logica Ariſtotelis Hebr. *Abuchamad* (i. e. *Abuchamed Algazali*, de qvo ſupra) qvæ deſinat in tract. Locorum, una cum gloſſis R. *Moſis fil. Joſue fil. Mar David*, qvæ pertingant usqve ad tract. de Demonſtrat. Logicam Ariſtotelis cum Iſagoge Porphyrii & qvibusdam commentatoribus Arabicis lingva Hebr. habuit in 4. *Erpenius*, ceu patet ex Catal. MSS. ejus lit. E. 3. b.

5) ס׳ הַטֶּבַע ſive *Ἀκροάσεως Phyſica* una cum libb. Topicorum in Vatic. fol. quos libros ex Arabico Hebr. in Provincia Hetruriæ interpreta-

pretatus eſt Anonymus Hiſpanus. *Phyſicam* illam Hebr. una cum lib. *de anima*, *de ſenſibus*, & aliis eo pertinentibus habuit quoque MS. 4. *Erpenius*, qvod ex catalogo modo laudato patet.

6) ס' הַשָּׁמַיִם *de cœlo* & ס' הַהֲוָיָה *de Generatione*, MS. in Vatic. eodem volumine, de qvo n. 5. ex ejusdem interpretatione in fol.

7) מֵהַהֲוָיָה וְהַהֶפְסֵד *de generatione & corruptione*, cum comm. *Averrois*,

8) מֵאוֹתוֹת הָעֶלְיוֹנוֹת *libr. Meteorolog. item*

9) מִבַּעֲלֵי הַחַיִּים *hiſtoria Animalium*, usque ad lib. XIII. ex Arab. Hebr. Cordubæ & Hiſpali A. M. 4595. C. 835. converſi, qui Codex Cordubæ a *Iac. bar Machir* an. 5063. C. 1303. ex alio Codice a R. *Michaele* Sacerdote in inſula Creta an. 5011. C. 1291. exarato, deſcriptus exſtat in Vatic. 4.

10) ס' אוֹתוֹת הַשָּׁמַיִם *de Meteoris*, ex Arab. hebraice verſus a R. *Salom. ben Tibbon*. MS. habuit ipſe Bartoloccius 4.

11) ס' הַנֶּפֶשׁ *de anima*, MS. in Vatic. fol. ex Arabico Hebr. eodem Interprete, de qvo num. 5.

12) ס' הַחוּשׁ וְהַמּוּחָשׁ (Bartolocc. male punctat וְהַמּוּחָשׁ) i. e. *de ſenſu & ſenſibili*, quem *Plantavitius* n. 486. MS. cum comment. *Raphaelis* Medici habuiſſe ſe ſcribit. *Venetiis* cum comm. R. *Levi ben Gerſon* editum eſſe teſtatur, neſcio qua fide, Bartoloc.

13) ס' הַחַי *de motu Animalium*,

14) ס' הָאֲוִיר *de Reſpiratione*, qui duo ab eodem Interprete, de qvo n. 5. verſi exſtant in Vatic. fol.

15) מִבַּעֲלֵי חַיִּים *de natura animalium terreſtr. & maritim.* ib. 4. Lambecius Comm. B. Vindobon. Tom. I. p. 178. monet, Codice qvodam Tengnageliano præter cetera contineri tract. de Animalibus, a ſermone XI. incipientem & deſinentem in XVIII. auctore incerto. Suſpicatur idem, eſſe fragmentum librorum Ariſtotelis de hiſtoria Animalium, qvos per compendium בב"ח allegari ex Buxtorfio pag. 50. de Abbreviaturis conſtat. Allegantur illi paſſim ab *Aſaria* v. c. in *Meor Enajim* lib. III. c. 17. p. 82. b.

16)

Digitized by Google

16) ס׳ הַמִּדּוֹת *libri Ethicorum*, a Don *Meir*, Medico Regis Caſtiliæ A. M. 5165. C. 1405. converſi & a R. *Joſeph* fil. R. *Schem Tov* commentariis illuſtrati, MSS. in Muſeo Bartoloccii & in B. Bodlejana num. 5237. inter Codd. Mareſchalli num. 5. fol. item inter Codd. *Pocockii* num. 110. in 4.

17) ס׳ מַה שֶּׁאַחַר הַטֶּבַע *libb. Methaphyſicorum* cum comment. *Averrois* ordine Alphabet. digeſtis in Vatic. fol. Sunt etiam MSS. inter Codd. Warneri in Bibl. Leidenſi, cujus catalogum vide p. 284. num. 19. & in B. Regis Gall. v. Labbei B. Nov. MSS. p. 279. num. 585.

18) ס׳ מַרְאֵה פָּנִים *de Phyſigonomia*, MS. B. Vindob. Neſſel. Catal. num. 96.

19) ס׳ הַנְהָגַת הַמַּלְכוּת *de adminiſtratione Regni*, qvi liber in Græcis edd. fruſtra quærendus, atqve adeo Ariſtoteli procul dubio ſuppoſitus, ex lat. lingva a *Iechija ben* אלבטרק *Albatrack*, (qvod Bartoloccius reddi poſſe putat *Ioannes fil. Patriarchæ*, vel rectius *Ioan. fil. Patricii*: v. n. 22.) in Arabicum, hinc vero in Hebraicum a R. *Iehuda Al Chariſi* converſus in B. Vrbinat. ap. Vatican. 4. exſtat. Hic liber, in octo tractatus diviſus, tract. I. de generibus & varietate regnorum, II. de varia eorum compoſitione. III. de forma & adminiſtratione juſtitiæ IV. de Pro Recompoſitione... Locumtenentibus, Scribis & aliis Juſtitiæ Miniſtris. V. de Legatis & Oratoribus Regum. VI. de Principibus, Equitibus & Servis. VII. de Bello & acie inſtruenda. VIII. de Jurisprudentia & Legibus ſimulqve de lapidibus pretioſis & eorum virtutibus diſſerit. R. *Obadias Sphorno* præf. ad lib. אור עַמִּים liber ſub tit. ס׳ הַנְהָגַת הַמְּדִינוֹת *de adminiſtratione provinciarum* allegatur, & a Salom. ben Moſche אלגואר translatus dicitur. Ejusdem meminit *Meor Enajim* lib. 3. c. 17. p. 82. b. Conf. paulo poſt num. 22.

20.) אִגֶּרֶת הַמּוּסָר *epiſtola moralis*, ex Græco, a qvodam Ali Iſmaelita Arabice, hinc vero a R. *Juda fil. Salomon Chariſi* Hebraice reddita reperitur in B. *Vatic.* 4. & in *Vindobon.* teſte *Neſſelio* n. 31. In Catalogo B. Oppenheimerianæ video notatum, epiſtolam hanc prodiiſſe *Rivæ Trid.* 320. C. 1560. R. *Schabbatæus* eam a *Salomone Chariſio* ex Græco Arabice, a filio vero ejus ex Arab. hebraice translatam ſcribit, qvod qvam recte adfirmet, non

Digitized by Google

non dixerim: certe a Neſſelio id. l. c. non monetur, & ש״י tamen ad B. Vindobon. provocat.

21.) ס׳ הַתַּפּוּחַ *liber de pomo*, de qvo diximus ſupra ſub R. *Abrahamo fil. Chasdai Hallevi*, qvi eum ex Arab. Hebraice convertit. Hic monemus eum in ש״י bis laudari, ſemel ut ſcriptum Ariſtotelis p. 9. deinde vero ut collectio ex variis Græcorum ſcriptis Philoſophicis facta, p. 90. Adde & hoc, qvod Buxtorf. ad lib. Coſri p. 31. obſervet, librum hunc una cum alio בֵּית הַזָּהָב *domus aurea* Ariſtoteli ex Maimonidis judicio falſi adſcribi.

22.) סוֹד הַסּוֹדוֹת *Secretum ſecretorum*, ex Arab. hebraice translatus, qvem Bartoloc. ſibi non viſum *de conſiliis & conſiliariis* agere, Schabbatæus vero rectius epiſtolam & conſilia Alexandro data comprehendere ait. Exſtat ille liber in volumine ſeptem partibus conſtante, qvod *Alex. Achillinus*, Medicus ac Philoſophus *Bonon.* 1516. fol. edidit, ubi primo loco legis Ariſtotelis Secretum Secretorum ad Alexand. M. de Regum Regimine, de Sanitatis conſervatione, de Phyſiognomia &c. cum præf. *Jo. filii Patricii*. Illius meminit qvoqve *Mich. Neander* in Catal. librorum Erotematibus L. Hebr. ſubjecto p. 558. ubi ait eum per *Joannem fil. Patricii* ex Gr. L. in Chaldæam, hinc in Arabicam, inde vero in Latinam per Philippum Clericum translatum in Italia, qvaternionibus octo per capp. 24. diviſum prodiiſſe, qvi primo de moribus officiis & virtutibus Regem decentibus, tum de corporis cuſtodia &c. copioſius autem de ſanitate tuenda &c. præcipiat. Hinc conjecturam facio, octo illos tractatus, qvos ſupra n. 19. ſub titulo הנהגת המלכות recenſui partem hujus *Secreti* conſtituiſſe, quippe in qvo de ratione regnum adminiſtrandi præceptum fuiſſe ex dictis patet. Ceterum de *Secreto* illo *ſecretorum* vide plura apud Celeb. Fabricium Bibl. Gr. lib. III. p. 167.

23.) ס׳ הַסִּבּוֹת *liber de cauſis*, inter Opera *Averrois Venet.* 1551. fol. edita Tom. VII. p. 114. tanqvam ex Hebræo converſus, & *Avempaci*, vel *Alpharabio*, vel *Proclo* adſcriptus dicitur. R. *Schabbatæus* monet, librum hunc ab *Avempace* commentarſo illuſtratum eſſe.

24.) מִשְׁלֵי אֲרִיסְטוֹ *parabolæ Ariſtotelis*, qvem librum a R. *Meir* Medico *Algaditz ben Alvareſch* converſum Ariſtotelis monita & doctrinas morales

rales de cavenda mulierum conſuetudine complecti, & ex parte rhythmicis verſibus conſtantem MS. exſtare, teſtatur ש״י p. 50.

25.) De *Theologia* ſeu *Myſtica Ægyptiorum Philoſophica* libris XIV. qvæ noſtro tribuuntur, vide infra ſub *Moſche* רופא.

26.) In libro מוסרי הפילוסופי׳ de qvo ſupra ſub *Chananja ben Iſaac* diximus, qvædam ſub *Ariſtotelis* nomine leguntur, v.c. Sect. II. c. 3. precatio Ariſtotelis quotidiana quæ ita habet:

(o) אדיר אשר אדיר וקדמון אשר לא סר
והמתחיל מכל דבר הצילני מאשך גדולה

Cap. IV. ſeqvitur ejuſdem epiſtola ad Alexandrum M. in qva de moribus Rege dignis exponit, & in fine ſcripſiſſe ad eundem dicitur librum, qvi in his verbis deſinat: שלום עליך לא שלום מנהג אלא שלום רצון. Deniqve caput XI. exſtat ejuſdem epiſtola conſolatoria ad Matrem Alexandri ſuper hujus obitu, cum matris reſponſione. Scriptiones has in B. Urbinat. ap. Vatic. MSS. exſtare in eodem Codice, qvi ſupra p. 19. memoratus eſt, ſcribit Bartoloc.

27.) Præterea vero ex ſcriptis Ariſtotelicis collectanea qvædam exſtant hebraice ſub titulo דעת הפילוסופים i.e. *opiniones Philoſophorum*, de qvibus vide, quæ dicentur ſub R. *Schem Tov Palkira*, & R. *Samuel ben Tibbon.* Sic & epitome totius Philoſophiæ Peripatet. ab incerto Interprete ex Arab. hebraice converſa in 4. exſtat in B. Vindob. teſte *Lambecio* Tomo I. Comment. p. 180.

ארקמידיס ARCHIMEDES, Syracuſæ natus anno ante C.N. 458. cujus Elementa Mathematica, qvæ certe græce non exſtant, Hebraice converſa MSS. exſtant in B. Vatic. 4.

אשר

(o) Latine ita reddideris: *O magnifice, qui es magnificus, & æterne, qui non deficis, & omnibus rebus prior exſtitiſti, libera me ab igne tuo magno.* Videtur hæc precatio conficta ex ea, quam itidem ajunt ab Ariſtotele moribundo profectam; *o Ens Entium, miſerere mei.*

Digitized by Google

358. רב אשי RAV ASCHE *Babylonius*, Princeps Academiæ Soranæ in Babylonia(p) A.M. 4127. C. 367. (q) anno ætatis 14. cum anno 4113. C. 353. natus eſſet, conſtitutus, ſingulare præbet præcocis ingenii exemplum, ſiqvidem fides habenda eſt Judæorum narrationi. Vide *Zemach David* ad A.M. 4118. Obiit tandem anno 4187, C. 426. ætatis 75. Hic fecit initium Miſchnicum corpus variorum expoſitionibus, ex disjectis ſchedis in unum collectis, illuſtrandi, qvod inſtitutum ſucceſſoribus ſuis per aliqvod temporis intervallum continuandum reliqvit, qva de re, ut & de tota Talmudis Babylonici conditione in Hiſtoria Talmudis pluribus dicemus. Noſter ſpeciatim in hoc argumento ita verſatus fuit, ut pronunciata Miſchnæ omnia tam generalia qvam ſpecialia adferret, eisqve cum reliqvo corpore comparatis pugnantes doctorum & ſuæ & ſuperioris ætatis ſententias recenſeret, tum vero, libratis utrinque rationum ponderibus, cauſam definiret, præterea conſtitutiones, poſt obitum Rabbenu Hakkadoſch ad ſuam usqve ætatem factas commemoraret, deniqve vero mentionem faceret expoſitionum allegoricarum, qvas veteres inſtituta ſua ad firmanda adhibuiſſent. Ita rem exponit *Halichot Olam* p. 18. ubi additur inſuper, *Rav Aſche* repetitis vicibus Miſchnam expoſuiſſe, atqve adeo curas poſteriores prioribus junxiſſe, ut *Gemara* qvaſi obſignata videretur. Hoc labore, credo, effecit is, ut majores Judæorum dicerent, inde a tempore *Rabbenu Hakkadoſch* (is eſt, qvi Miſchnam in unum corpus redegit) usqve ad Rav *Aſche* nunqvam in eodem loco, (id eſt ſimul) legem, pietatem, humilitatem & magnificentiam inventam eſſe. Vide R. *Abrah. ben Dior* in libro Cabbalæ, p. 68. Bartoloccius hac occaſione diſſerit de ratione ſtudiis operandi in Academiis Babylonicis recepta, ex *Iuchaſin* p. 124. b.

359. ר׳ אשר אנשיל R. ASCHER ANSCHEL fil. *Joſeph Mardochai Poſnenſis* qvem Machſor in lingvam Germanico Rabbinicam convertiſſe ex aliorum relatione teſtatur Schabbatæus in ש״י p. 42. a. lin.

(p) Tres fuerunt in Babylonia Academiæ, Judæorum ſtudiis celebratæ *Sorana*, *Pumbeditha-na* & *Nahardeenſis*, de qvibus ſingulis exponit Bartoloc. Tomo IV. Bibl. p. 663. ſqq. *Georg Viſinus* in Antiquitatibus Hebraicis Scholaſtico-Academicis. c. 2. p. 41. ſqq. & V.C. *Henr. Jac. Van Baſhuyſen* in diſſ. de Academiis Judæorum. Hannov. 1703.

(q) Galatinus de Arcanis Cathol. Verit. lib. 1. c. 5. initium laborum R. *Aſche* refert ad A. C. 436.

lin. 4. Forte hic *Aſcher Anſchel* idem eſt cum R. *Anſchel* de qvo paulo ante.

ר׳ אשר בן ר׳ אברהם R. ASCHER fil. ABRAHAM, cognomine בונאן קרשקאש *Bonan Kreskas*, claruit medio Sæc. XVI. cum cujus & præterea aliorum qvorundam commentariis prodiit Maimonidæ liber *More Nevochim Sabionetæ.* 313. C. 1563. fol. 360.

ר׳ אשר בן אברהם R. ASCHER fil. ABRAHAM fil. *David*, cujus expoſitio tredecim מדות ſeu *attributorum* MS. eſt in B. Regis Gall. teſte Labbeo Bibl. Nov. MSS. p. 295. *Attributa* illa, ut vertit Labbeus, de tredecim *modis* interpretandi legem qvos מִדּוֹת appellant Judæi, qviqve R. Iſmaeli tribuuntur, accipienda cenſeo. 361.

ר׳ אשר בן יוסף R. ASCHER fil. IOSEPH, r) claruit Sæculo XVI. inclinante, & commentarium ſcripſit in קִינוֹת ſive preces Hebræorum lugubres qvales Polonis, Bohemis & Moravis Judæis receptæ ſunt, cum quo preces illæ prodierunt *Cracov.* 345. C. 1585. 4. 362.

Sic & יוצרות, certum precum Judaicarum genus, de qvo inter Anonymos ſuo loco dicemus, ex conſvetudine Judæorum Germanorum cum ejusdem comment. *Cracoviæ*, neſcio qvo anno, lucem vidiſſe teſtis eſt R. Schabbatæus p. 28. n. 25. qui præterea addit, ipſum teſtari, quod ſcripſerit librum ſub titulo: לֶחֶם אַבִּירִים *panis fortium* (ex *Pſalmo* LXXVIII. 25.) in duas partes diſtinctum, qvarum prior inſcribitur שבתות יהוה i. e. *de Sabbatis Domini*, poſterior מוֹעֲדֵי יְהוָה *de feſtis Dei.* Hinc non præter rem conjecturam feceris, præcipi hoc libro de diebus feſtis.

ר׳ אשר בן יחיאל R. ASCHER fil. JECHIEL, per compendium dictus הר״אש Germanus *Rotenburgenſis*, qvi Rectoratu Sy- 363.

(r) Hujus nomen memorans R. *Schabtæus* in ש״י, addit ſcriptionem compendioſam הי״ד i. e. יְהוָה יִנְקֹם דָמוֹ *Deus ulciſcatur ſanguinem ejus*, quod votum addere ſolent eorum nominibus, qui innocentes ipſis putantur interfecti.

Synagogæ patriæ aliqvamdiu perfunctus, Germaniam reliqvit, & Toletum in Hiſpaniam fugit an. 5066. C. 1306. eam ob cauſam, qvæ fuſius ediſſeritur in *Juchaſin* p. 133. *Schalſcheleth* p. 60. b. & *Ganzio* ad an. 5088. ex qvibus eandem repetit fuſius Bartoloccius p. 494. ſq. qvem ibi, ſi placet leges.

Obiit tandem Aſcher Toleti A. M. 5088. die 9. menſis *Chesvan*, i. e. Octobri noſtro medio, ceu teſtatur Juchaſin p. 133. b. l. 3. qvem ſeqvitur *Buxtorf.* p. 318. Bibl. vel potius an. 5081., C. 1321. qvod tradit R. *Menachem* in præfat. ad librum צרה לדרך ad cujus teſtimonium provocat *Ganzius* l. c. Qui Menachem cum diſcipulus fuerit R. *Jacob*, filii *Aſcher* noſtri, ex quo proinde procul dubio hanc rem edoctus fuit, hujus teſtimonium alteri illi præferendum omnino videtur.

Reliqvit is filios octo, doctrina inſignes, qvos recenſet idem *Menachem* l. c. & *Schalſcheleth* p. 60. a. ex his R. *Jacob* auctor *Arba Turim* & *Jehuda*, librorum qvorundam ſcriptor, ſuis locis memorabuntur. Noſter qvidem, cum Scholæ Toletanæ Rector eſſet, varia commentatus eſt, inter qvæ numerantur

1.) ס' אֲגוּדָה *faſciculus* ſive *collectanea*, qvæ *Ganzius* ad A. C. 5089. præeunte *Schalſcheleth* a diſcipulis R. *Aſcheri* ex docentis ore excepta tradit: Schabbatæus vero in ש"י autorem vocat *Alexandrum Sacerdotem* cognomine זוסלין & per *Raſche Tevoth* מרז"ך. Leguntur in ea Collectione novæ obſervationes rituales & juridicæ in totum Talmud. *Cracov.* 331. C. 1571. fol.

2.) קִצּוּר פִּסְקֵי הר"אש ſive אֲשֵׁרִי i. e. *compendium deciſionum Aſchereum*, ſunt theſes ſive concluſiones univerſales, quæ tractatibus aliqvot Talmudicis in Talmude Babylonico ſubjiciuntur, & in compendio ea exhibent, qvæ in ipſa *Gemara*, *Raſchi* & *Toſephoth* fuſius tractantur. Deſiderantur tamen ſuper nonnullos tractatus, vel qvod ipſe Aſcher eos neglexerit, vel qvod injuria temporum interciderint. Vix dubitem illa כְּלָלֵי הר"אש *concluſiones Haroſch*, quas num. 108. Bartoloccius MSS. in B. Vatic. fol. exſtare refert, cum אשרי easdem eſſe, qvamvis diverſas ſibi videri B. moneat. Eædem ex parte prodierunt cum comm. *Jom Tov Lipmann* fil. *Nathan Levi Heler*, cujus nomen vide. Confer paulo poſt n. 5.

3.) ס' הַמַּתָּנוֹת *liber donorum*, neſcio cujus argumenti, qvod nec *Schalſcheleth* nec *Schabbatæus* commemorant.

Digitized by Google

4.) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa*, qvæ in ſumma capita diſtincta de variis exponunt argumentis, & prodierunt CPoli fol. Hinc cum Indice *Venet.* 312. C. 1552. apud *Aloyſ. Bragad.* iterumque cum indice locorum, ex qvibus ſingula inſtituta probantur & deducuntur, ibid. an. 366. C. 1606. fol. Has editt. recenſet ש״ש qvibus adde ed. *Venetam* 372. C. 1612. quam poſſediſſe ſe ait *Plantavitius*, & qvæ in Catal. Bodlejano p. 47. ad annum 1611. (s) refertur.

5. תּוֹסְפוֹת *additiones*, qvæ etiam vocantur תוספי הראש & ſub nomine אשרי de qvo n. 2. comprehendi ut plurimum ſolent, annotationes diffuſiores in Tractatus Talmudic. pleroſqve, quæ ante פִּסְקֵי ejus in ipſo Talmude Babylon. leguntur. Tractatus, in qvos exſtant, ſunt iſti: *Berachot, Schabbath, Erubhin, Peſachin, Beza, Moed Katon, Roſch Haſſchana, Joma, Succa, Taanith, Megilla, Ievamoth, Cetuvoth, Kidduſchin, Gittin, Sota, Nedarim, Bava Kama, Mezia & Batra, Sanhedrin, Maccoth, Schevuoth, Avoda Sara, Cholin, Bechoroth, Taharoth, Mikvaoth & Nidda.*

6.) הַנְהָגוֹת *conſuetudines* ſive præceptiones 131 de moribus formandis & vita recte inſtituenda, qvæ paucis pagellis comprehenſæ exſtant in calce libri תפוחי זהב, qvi compendium ſiſtit libri ראשית חכמה *Mant.* 383. 1623. 12. editum. Bartolocc. monet in Bibl. Collegii Neophyt. Romæ deprehendi libellum aſceticum, in cujus p. 49. ſqq. legantur הנהגות ſub nomine R. *Aſcher*, cum dictis fere eædem, ſed interdum tamen ab illis diſcedentes.

7.) Diſſertatio ejus ſuper effato Judæorum: אֵין מַזָּל לְיִשְׂרָאֵל (t) *Iſraël nulli Planetæ eſt ſubjectus*, MS. exſtat in Vatic. fol.

ר׳ אשר לימלין R. ASCHER LEMLE, qvem vocat *Schalſcheleth* p. 44. a. vel לעמלן LEMLEN ut ſcribit *Ganz.* ad an. 5260. Rabbinus Auſtriacus prodromum ſe Meſſiæ profeſſus eſt an. 5260. C. 1500. cui & fidem habuerunt Judæi plurimi, eventu exſpectationem fal- 364

Ff 2 len-

(s) Hinc ſuſpicor, editionem anni 1612. vel potius 1611. quam memorat Plantavit. ab illa anni 1606. non eſſe diſtinctam, & ex eo natam, quod cum nota anni exprimeretur per השסו alii פ״ן ח in computum aſſumſerint, omiſerint alii.

(t) Legitur hoc dictum in Cod. *Schabbath* fol. 156. 1. ubi & cauſa additur. Recentiores tamen Judæi aliter hic ſentiunt: vide, quæ ſupra notata ſunt ad num. 8. p. 4. Sic *Jac. Gaillardo* in Oratione de Naturæ & dignitate Theologiæ p. 13. Luna dominata videtur religioni Judaicæ. Adde Cl. *Thomam Crenium* Parte IX. Animadverſ. Hiſtorico-Philolog. pag. 186.

Digitized by Google

lente. Vide hanc in rem Schalſcheleth & Zemach David l. c. ac præterea *Eiſenmengerum* Parte II. *Iudaiſmi Detecti* p. 666. & 671. ut & *Io. a Lent* de Pſeudo-Meſſiis p. 70. ſqq. Hujus hiſtoriam plenius ſe deſcripturum promiſit Jo. Iſaacus Levita in not. ad Maimonidæ ep. ad Maſſilienſes, qvæ cum Jeh. ben Tibbon libro רוח חן prodiit *Colon.* 1535. 8. Genebrardus in Chronographia ſua ad an. 1500. ſcribit, *Lemlen* hunc ſe pro Meſſia venditaſſe.

אשר ונפתלי ASCHER & NAPHTALI; vide ſupra *Aharon* fil. *Moſche* de tribu *Aſcher*.

365. ר׳ אשר פורינס R. ASCHER PHORINS cum præfat. ſua edidit Pentatevchum Hebr. Targum triplici & comm. Raſchii ac præterea 5. Megilloth inſtructum *Venet*, 351. C. 1591. 8.

366. ר׳ אשר בן ר׳ פרץ R. ASCHER fil. R. PERETZ מניצא h. e. *de Nizia*, ut interpretatur Bartolocc. qvi tamen dubitat, utrum de oppido Ducatus Sabaudiæ, an urbe Marchionatus Montisferratenſis intelligi debeat. Typographus is fuit *Neapoli* 5252. C. 1492. apud *Aſariam ben R. Ioſeph*, ubi *Avicennæ* opera in fol. edidit, ceu conſtat ex lib. II. tract. II. c. 713. fine.

367. אשר מבני שונצינו ASCHER ex familia SONCINATUM, officinam typographicam habuit in Fano Fortunæ. Vide qvæ infra ſub ש de *Soncinatibus* dicentur.

אש״ש i. e. אמר שמואל שולם, *dicit Samuel Schullam*, quæ compendioſa ſcribendi ratio freqvens eſt in libro *Iuchaſin* qvem *Schullam* cum annotationibus ſuis edidit.

ב

ב״א i. e. בן אשר *filius Aſcher*, v. ſupra R. *Aaron ben Moſche*.

בדרשי BEDRASCHI vel BADRESCHI vide ſupra *Abrah. Bedraſchi* & R. *Iac. ben Moſche* עבסאי & *Iedaja Happenini Badreſchi*.

ב״ח i. e. בעל חלכות ארולות *Auctor Conſtitutionum magnarum*.

בואיציאוס

בואיציאוס BOETHIUS (*Annius Manlius Torquatus Severinus*) Latinus idemqve Chriſtianus Scriptor, Sæc. VI. poſt C. N. ineunte clarus, cujus egregii de conſolatione Philoſophiæ libri qvinqve latine exarati & in varias lingvas converſi Hebraice qvoqve ſed MSS. exſtant in Vatic. 4. interprete R. *Sam.* בנבנשתי i.e *Benbenaſte*, qvem Hottingerus p. 28. B. Orientalis *ben Banſchat*, Bartoloccius *ben Banaſt* Tom. I. p. 503. appellat: utramqve enim punctationem conſonantes, ex qvibus nomen conſtat, patiuntur. Secutus ego ſum ש״י qvoniam illa nominis forma nec hodie apud Judæos ignoratur: qvemadmodum & ipſe Bartolocc. T. IV. interpretem recte appellat *Schemuel* בנבנשת. Titulus libri in ש״י Hebraice effertur per נחמת בואצאו & נחמת הפילוסופים h. e. *conſolatio Philoſophorum.* 368.

בוטון v. *Abrab. f. Boton.*

בונט v. *Abrab. f. Bonet.*

בונאן קרשקאש BONAN KRESCHKAS v. R. *Aſcher fil. Abrab.*

בונאפוס הפרפיניאני vide infra R. *Menachen ben Abraham.*

בונגוסה BONGOSA, Iudæus, ex urbe Veleſa ad diſputationem cum Hieronymo a S. Fide habendam, cum aliis Judæis evocatus, de qvo *Sal. ben Virga* in *Scheveth Jehuda* p. 227. edit. Latinæ. 369.

בונחסטרוק דסמוסטרי BONHASTROCK de SAMASTRE, qvod eſt opidum Almagaræ (אלמגרה) qvi vixit an. 4971. C. 1211. Hujus *Qvæſtionem* qvandam de R. *Abrab. ben Dior* & R. *Zerachia Levita* in vetuſto qvodam qvaternione vidiſſe ſe teſtatur auctor Schalſcheleth p. 53. a. qvem credo hunc eſſe illum *Bonaſtruc* qvem *Franc. Bosqvetus* in ep. ad Voiſin. Pugioni Fidei præmiſſa p. 91. ed. Lipſ. refert Acta diſputationis qvæ ipſi cum *Paulo Chriſtiano*, de qvo infra, intercesſerat, ſed conficta & falſata edidiſſe, hujusqve criminis pœnas exſilio dediſſe. 370.

בוניט די לטיש BONETUS de LATES, Judæus, Medicus Provincialis, qvi cum annulum digitalem inveniſſet, cujus ope delineatis Signorum Zodiaci gradibus & 12. anni menſibus, qvotidie locus & altitudo Solis, horæ diei ac noctis, altitudo ſtellarum aliaqve huc 371.

 per-

Digitized by Google

pertinentia deprehendi poſſunt, inventi ſui rationem ſingulari libro, *de annuli Aſtronomici utilitate* Alexandro VI. inſcripto, Latine expoſuit. Prodiit *Pariſ.* 1506, iterumqve *Marpurgi* per Io. Dryandrum 1537. 4. & 1557. qvæ tamen a priore illa non videtur alio modo diſtincta, quam quod annus deſtinato conſilio in titulo ſit mutatus. Stylum minus Latinum excuſaturus hoc diſtichon appoſuit: *Parce precor, rudibus quæ ſunt errata Latino: Lex Hebræa mihi eſt, lingua latina minus.*

372. בוסתנאי BOSTHENAI, ex doctoribus Geonæis, qvi an. 4440. C. 680. fuit Princeqs captivitatis (u) Pumbedithæ in Babylonia. Hujus מַעֲשֶׂה hiſtoria de illis, qvæ ſuo tempore Iudæis acciderunt, exſtat inter Hiſtorias Talmudicas ex *Medraſchim* & *Aggadoth* excerptas, qvæ editæ ſunt *Veronæ* 407. C. 1647. 8. & Amſtelod. 8. ut & CPoli, & *Venet.* 345. & 365. C. 1585. & 1605. cum aliis opuſculis. Vide de eo Ganzium ad an. 4440. & *Schalſcheleth* p. 36. b. ubi ejus ætate Turcæ dicuntur debellaſſe Regem Perſarum, cujus filiam ad ſacra Judæorum converſam, Rex Iſmaelitarum Ali conjugem dederit huic R. Boſthenai.

373. בון שינור אבן יחייא BON SENIOR ben JACHIJA, cujus oratio hebraica, eleganti ſtylo exarata, de Ludo Scacchihico ex MS. cum Latina verſione edita eſt a *Thoma Hyde*, cum hiſtoria de Ludo Scacchico *Oxon.* 1694. 8. additis *Aben Eſræ* & *Anonymi* (x) cujusdam de eodem ludo tractatibus, qui deinceps cum noſtro hoc ſeorſim recuſi ſunt *Oxon.* 1702. 8. In titulo tractatui præfixo p. 10. vocatur is תִּפְאֶרֶת הַמְּלִיצִים

(u) i. e. ראש הַגָּלוּת Chaldaice רֵישׁ גָּלוּתָא *Æchmalotarcha*, qvo nomine appellant Judæi eos, quos in hodierno exſilio rebus ſuis ſumma cum auctoritate præeſſe volunt. Confer de illis *Coccejum* ad Sanhedrin cap. I. *Vitringam* de decem Otioſis p. 277. ſq. & *Georg. Urſinum* de Antiquitatibus Hebr. Scholaſtico-Acad. p. 135.

(x) A tribus his de Schachiludio Scriptoribus diſtinctum puto illum, quem Wagenſeilius pag. 168. tractatus de Norimberga teſtatur Seniſe apud Rabbinum quendam MS. vidiſſe. Diſtinctum eſſe inde colligo, quod Wagenſeilius refert, Salomonem ibi ludi hujus auctorem ſtatui, cui a nullo ex tribus illis acceptus fertur. Sic Jac. de Caſalis, Ord. Prædicat. librum MS. de ludo Scacchorum memorant Ephemerides Mutinenſes Italicæ anni 1692. pag. 128. De origine ejus vide illuſtrem Scriptoris Arabis locum apud *Joh. Walliſium* Tomo I. Opp. p. 160. ſeq. Adde *Paraſini* ſingularem diſſertat. Operibus ejus, Pariſ. 1694. 12. editis inſertam, & *Dav. Clerici* Orationem VII.

Digitized by Google

הַמְּלִיצִים i. e. *gloria* ſive *decus Oratorum*. Forte hic eſt ex celebri illa Jachiadarum gente, ex qva alii qvoqve exſtant Scriptores.

בחיי בן אשר R. BECHAI BEN ASCHER fil. *Chalajo* 374.
בן חלאיו (y) Cæſarauguſtanus Aragonenſis, diſcipulus R. *Salom. ben Adereth*, Judicis (הַדַּיָּן) nomine inter ſuos clarus floruit A. M. 5051. C. 1291. quod ex eo apparet, quia in commentario ſuo in Legem ad Paraſcham *Bereſchith* teſtatur, eo tempore, qvo iſta ſcripſerat, numerari annum 5051. Fuit is Juris Judaici peritiſſimus, & Cabbalam qvoqve calluit, nec vulgarem ſibi inter ſuos exiſtimationem utrinqve comparavit. A *Menaſſe ben Iſraël* ſemper appellari ſolet R. *Babie*, cujus exemplum pauci ex Chriſtianis ſeqvuntur. Alii etiam vocant R. *Bebaie*: Scripſit is.

1) בֵּיאוּר עַל הַתּוֹרָה h. e. *elucidationem Pentateuchi* literalem, allegoricam & Cabbaliſticam, adductis paſſim veterum Judæorum ſententiis, qvæ hodiernis commode obverti poſſunt, quamvis & ipſe ſæpiuscule in noſtras Chriſtianorum doctrinas invehatur, quæ tamen loca in editione Veneta utraque fruſtra requiras, ſive illa ab ipſis editoribus Judæis, ſive a Victorio Æliano, *qui illud exemplar, jam excuſum, juſſu Iudicum, blaſphematores coercentium*, emendaſſe ſe diſertis verbis teſtatur. Confer *Wagenſeilii* Tela ignea Satanæ p. 604. & *Io. Henr. Hottingerum* pag. 21. Bibl. Orient. *Rich. Simon* in Hiſtor. Crit. V. T. lib. III. p. 21. ed. Lat. ſtilum ejus tanquam purum commendat, & Judaice eruditiſſimum interdum Philoſophica fuſe tractare monet. Vocatur alias hic commentarius ſimpliciter liber *Bechai*, v. c. a R. *Schabbatæo*, qui obſervat, qvaduplici modo eum in interpretatione ſua verſatum, nempe literaliter, allegorice, metaphyſice (שכל) & cabbaliſtice, additqve in expoſitione literali eum priores Interpretes ſuperare. Prodiit liber ſæpius in folii forma, & qvidem primo omnium, ſine loci mentione an. 207. C. 1447. ut primus Judaicorum librorum videri poſſit qvi typis ſit exſcriptus: hinc *Piſauri* 267. C. 1507. qvæ eſt in B. Oppenheimer. & ſecundum Bartolocc. 274. C. 1514. apud Gerſonem Soncinatem, tum *Animini* 284. C. 1524. ſecundum

(y) Hoc cognomen legere me non memini, niſi qvod Bartoloccius Tom. I. p. 642. teſtetur, illud a ſe in Cod. MS. libri ejus שלחן ארבע inventum eſſe.

dum ש״י, qui addit, hanc qvintam eſſe editionem, vel anno 286. C. 1526. ſecundum Bartolocc. apud Soncinates, qvam Buxtorfius mendoſe Venetam vocat: poſtea *Venet.* 304. C. 1544. & ibidem 306. C. 1546. apud Dan. Bombergium cum locis Scripturæ in libri ora annotatis, nec non tertium ibidem 326. C. 1566. quæ editiones ſingulæ in fol. charactere qvadrato exſcriptæ ſunt, qvibus addenda adhuc eſt *Cracovienſis*, (a Bartolocc. una cum *Veneta* 326. omiſſa,) qvam ש״י 370. curatam eſſe teſtatur. Ego vero in Catalogo Triglandiano eam ad annum 392. C. 1632. relatam rectius legi. Quæ *Rivæ Tridenti* curata eſt editio, minori charactere non in fol. ut Bartolocc. tradit, ſed in 4. exſcripta eſt an. 319. C. 1559. in qua locum qvendam omiſſum ex Cracovienſi reſtituit *Io. Wulferus* p. 126. ad Theriacam Judaicam, qvod etiam alias fieri poteſt, ut in Paraſcha ויצא, item האזינו & כי יצא. Rich. Simon p. 147. Hiſt. Crit. V. T. in Catalogo Scriptorum Judaicorum uſum ſe teſtatur editione *CPolitana* tertia anni 1517. fol. quam aliis laudatam non inveni. Forte autem ita is capiendus eſt, ut & primam illam ſine loco commemorato editam ac Piſaurenſem pro CPolitanis habuerit, quibus hæc tertia temporis ratione proxime accedit. In הסכמות, quæ præmittitur *Iſaaci Karo* תולדות יצחק ed. Amſtelod. 1708. dicitur parari nova hujus comment. edito, qvam tamen nondum curatam puto. Ceterum exſtant commentationes nonnullæ in difficiliora hujus commentarii loca, ſpeciatimqve Cabbaliſtica, qvalis eſt מנוח מצאת חן R. *Manoach Hendel*, qui etiam in ejusdem librum חובות הלבבות ſcripſit; de utroque ſuo loco dicemus. Commentatio illa pertinet ad unicam Paraſcham Bereſchith Prag. 345. fol. edita. Sic & in libro *Naphthali ben Elieſer Treviſani* qui dicitur נפתולי, aliqvoties excuſo, loca Cabbaliſtica Bechaji explicantur, ſicut etiam R. *Elias ben Moſche Lunz* ſimile quid elaboravit, ſed non edidit, ut ſuo loco monuimus. Ex his, puto, unum innuit Buxtorfius p. 319. Biblioth. Rabbin. qvando obſervat, exſtare ביאורי בחיי h. e. elucidationes Bechai h. e. rerum difficilium, Cabbaliſticarum præſertim, in ejus comment. occurrentium: neque proinde cum Bartoloccio putarim eum deceptum eſſe ipſa commentarii, qui ביאור vocatur, inſcriptione, præcipue cum & Plantavitius num. 79. teſtetur, prodiiſſe

in

in quadam Germaniæ vel Poloniæ urbe, quæ *Jardinith* (z) vocetur, ביאור חדושי הבחיי h. e. *explanationem novellarum expoſitionum Bebai.* MS. exſtare illum R. Bechai commentar. in B. Vatic. teſtatur Bartoloccius. Jac. Gaffarellus in Curioſitat. Inauditis p. 177. allegat Bechaji tractatum de Diis alienis, qvem commentario ſuo in Geneſ. cap. 1. eum aſſuiſſe ait: ſicut & alias eum cum laude memorat, niſi qvod p. 198. ex merito reprehendit. Cl. Jac. Rhenferdius, Profeſſor qvondam Franeqveranus, maximi faciebat hunc commentarium. Ejusdem eſt

2.) כַּד הַקֶּמַח *cadus farinæ* ex 1. Regg. XVII. 14. qui liber, ſexaginta concionibus conſtans, varia Scripturæ loca, de capitibus fidei & moralibus præceptis agentia, exponit, ita quidem ut argumenta ipſa ſecundum literarum ſeriem diſpoſita ad ductum cujusdam loci Scripturæ ediſſerantur. Sic v. c. litera ח occurrit argumentum חָתָן עַל שֻׁלְחָן h. e. *Sponſus ad menſam*, ibiqve exponitur de conviviis nuptialibus ad ductum Cantici V. 1. Prodiit *CPoli* 275. C. 1515. fol. & *Venet.* 306. C. 1546. apud *Marcum Anton. Juſtinianum* characteribus Rabbinicis majusculis, additis in margine, quæ in priore deſiderabantur, Scripturæ S. & Talmudis locis pp. 83. poſtea *Lublini*, 356. C. 1596. fol. In edit. Veneta auctor ſimpliciter vocatur R. *Becbai* Iudex, liber autem 60. concionibus conſtare dicitur, qvæ cauſa eſt, cur R. Dav. Ganz ad A. M. 5051. appellet ס׳ חדרשות h. e. librum concionum, qvod Latinus Interpres *Guil. Henr. Vorſtius* p. 143. non aſſecutus exprimit librum *adachoth* ſenſu nullo. Hunc librum MS. ſe habere teſtatur Plantavit. num. 253. Ille per errorem in Catal. Bodlejano pag. 73. tribuitur R. *Becbai ben Ioſeph.*

3) שֻׁלְחָן אַרְבַּע *menſa quadrata* liber hoc nomine appellatus, qvod qvatuor ſectionibus de moribus ac ceremoniis in conviviis, ſive ad menſam, obſervandis præcipit, ita ut Sectione I. agatur de benedictionibus in menſa receptis, & cibi ſumendi tempore, qva occaſione etiam de octo ſpeciebus aromatum, ex quibus ſuffitus Moſaicus parabatur, diſpicitur, allatis Gemaræ locis. Sect. II. oſtendit, quid inter prandendum vel cœnandum obſervari debeat, & qvæ ſit ratio jejuniorum cum in expiationis feſto, tum alias. Sect. III. præcepta dat de moribus ad menſam pro-

(z) Locum hunc Bartoloccius Tom. I. p. 643. CPoli vicinum ab amœnitate ſua *Jardinith* i. e. *viridarium* appellatum & typographia Hebraica inſtructum fuiſſe ſcribit.

probandis, docetqve, quare majores convivia inſtituerint, & Adamo creophagia prohibita, Noacho vero conceſſa ſit. Sect. IV. (a) diſputat fuſe de convivio corporali & ſpirituali Juſtis in futuro Sæculo exſpectando, itemqve de reſurrectione mortuorum, qva occaſione ipſe Bartolocc. p. 507. ſeq. epulas illas, quas Judæi ſibi fingunt, ex ipſorum ſcriptis cum cura repræſentat. Prodiit liber cum כד הקמח *Venet.* 306. C. 1546. fol. & *Lublini* 356. C. 1596. In B. Oppenheimeri vidi ed. *Pragenſ.* 356. C. 1596. & *Hamburg.* 466. C. 1706. 12. Librum hunc R. Dav. Ganz p. 40. edit. noviſſ. Francofurt. R. *Moſche ben Nachman* tribuit, a R. Schabbatæo deſertus. Juchaſin & Schalſcheleth illius prorſus non meminerunt. MS. exſtat in B. Vatic. qvi Codex A. C. 1452. exaratus Noſtri hujus nomen qvod & in impreſſis edd. legitur, diſerte exprimit, teſte Bartoloccio Tomo I. p. 642. ubi idem monet, primam operis editionem CPli a Soncinatibus per R. *Eſtrock Provincialem* A. M. 274. C. 1514. curatam videri, ceu appareat ex quibusdam carminibus, quæ exſtent in calce libri אבודרהם cui liber *Schulchan Arba* iisdem characteribus, nec diſſimili forma expreſſus, adjungatur. Hanc editionem ש״י commemorare neglexit, qvæ id qvoqve habet ſingulare, qvod nomen DEI eſſentiale per tria Jodim ייי exprimat.

4.) מֵאִיר עֵינַיִם *illuminans oculos*, (ex *Proverb.* XXIX. 13.) liber MS. auctoris non nominati, in Bibl. Vatic. obvius, qvem Noſtro tribuendum ſuſpicatur Bartoloc. partim ex ſtili ſimilitudine, partim ex eo, quod auctor ſe diſcipulum R. Salomonis ben Addereth ſæpe ibi laudati, profiteatur. Complectitur ſcriptum illud novas easqve Cabbaliſticas in Pentateuchum explicationes. Commemorantur tres diverſi hujus inſcriptionis libri in ש״י inter qvos tertius ad noſtrum hunc proxime accedit, qvi eſt comm. in R. Nachmanidem ſuper Legem a R. *Iſaaco demin Aco* ſcriptus, & in libro נובלות חכמה p. 175. laudatus. Utrum itaque noſter ille, a Bartoloccio allatus, cum hoc in Nachmanidem commentario idem ſtatuendus

(a) De illo convivio vide etiam *Joh. Andr. Eiſenmengeri* Judaismum Detectum Tom. II. p. 872. ſqq. unde etiam intelliges pag. 885. fuiſſe inter Judæos, nominatim Menaſſen ben Iſrael in libro נשמת חיים fol. 48. & Maimonidem in Cod. *Sanhedrin* fol. 118. col. 4. qui myſtice hoc convivium interpretarentur. Lege etiam, quæ de iisdem epulis Judaicis ex diſſertatione MS. ſub tit. סעודת לויתן exponit B. Wagenſeilius ad Tela Ignea Satanæ pag. 202. ſeq.

dus ſit, an revera R. *Bechai* tribuendus, non dixerim, qvamvis prius veri mihi ſimilius videatur.

Scripſit idem libros Cabbaliſticos alios ſub tit. אהל מועד i. e. *tabernaculum teſtimonii*, ס׳ הָאֱמוּנָה *de fide*, ס׳ הָעֲשִׂירִיָּה *de decimatione*, ס׳ הָעִיּוּן librum *meditationis*, & סוֹד יְהוָה i. e. *myſterium Domini*, qui ſinguli in Catalogo librorum Cabbaliſt. libro Jezira ed. Mantuanæ 1572. 4. ſubjuncto lundantur. Ex duobus prioribus locum affert Rittangelius in notis ad lib. Jezira p. 51. Librum העיון laudat etiam *Rekanati*.

Præter hos Plantavitius num. 480. memorat סִימָנֵי חֲדוּשֵׁי (ſcribere forte voluit סִימָנֵי חִדּוּשֵׁי) h. e. *ſigna* ſive *Index novorum R. Bechai*, ut ipſe interpretatur, qvo ait contineri novas explicationes deciſionum Talmudicarum. Addit vero, non conſtare ſibi, utrum liber hic, ſibi non viſus, celebri illi Scripturæ interpreti, an alteri cognomini, qvi *Bechai Senior* vocari ſolet, tribuendus ſit. Parum abeſt, qvin exiſtimem, hunc librum ab illo, qvem ab eodem ſub tit. ביאורי חדושי בחיי laudatum eſſe paulo ante monuimus, non eſſe diſtinguendum, præſertim cum ipſe neutrum ſe vidiſſe ultro fateatur.

ר׳ בחיי הדיין בן ר׳ יוסף R. BECHI JUDEX 371.

fil. R. *Ioſeph Pekuda* Hiſpanus, ad diſtinctionem a priore innuendam הַזָּקֵן ſive *Senioris* nomine appellari ſolitus, qvem revera ætate ſuperat duobus fere ſæculis, Vixit enim in Hiſpania ante Maimonidem, (qui A. C. 1131. natus creditur,) qvod ex eo evincit *Schalſcheleth* p. 41. b. qvia R. *Iuda ben Tibbon* librum חובת הלבבות Arabice a Noſtro exaratum hebraice tranſtulit. Cum itaque hic Judas ben Tibbon ipſum R. Maimonidem integra generatione antevertat, qvippe cujus æqvalis R. (b) *Samuel ben Tibbon*, *Iehuda* filius, fuit; conſeqvitur, ipſum qvoqve R. *Bechai* Maimonide ætate eſſe ſuperiorem. Unde neſcio ſane, cur Bartoloccius, ad Schalſcheleth provocans, noſtrum hunc paulo poſt natum Maimoni-

(b) Ad hunc enim exſtant Maimonidæ epiſtolæ de negotio interpretationis libri *More Nevochim*, quam Tibbonides ſuſceperat; in illis Maimonides meminit *Juda Tibbonida*, tanquam Interpretis præſtantiſſimi & jam defuncti.

Digitized by Google

monidem A. M. 4900. C. 1140. emerſiſſe ſcribat, ſicut & R. Schabbatæus in Iudice Scriptorum alphabetico, a calculo Schalſcheleth abit, qvando noſtrum hunc A. M. 4926. C. 1166. tradit vixiſſe. Qvodſi igitur auctoritate Scriptoris *Schalſcheleth* imo argumento ex re ipſa, libri ſcilicet interpretatione Hebraica, petito ſtandum ſit, ætas Noſtri ad A. M. 4860. C. 1100. circiter fuerit referenda. Scripſit is librum magnæ inter Judæos exiſtimationis:

1.) חובת הלבבות i. e. *obligatio* ſive *officium cordium*, lingva Arabica, ex qva eum, ut modo diximus, Hebraice interpretatus eſt *R. Iudas ben Tibbon, R. Samuelis* pater, ut teſtatur auctor Schalſcheleth, & *Schemuel* filius *Iebudæ Tibbon* in præf. ad verſionem libri *More Nerochim*, ubi eadem opera Patris ſui præfationem laudat, in qva de recta interpretandi ratione præceperit. Alii vero, ac nominatim ש״י librum illum Arabice ab ignoto auctore exaratum, a Noſtro vero hoc hebraice translatum teſtantur. Complectitur is varia præcepta de vita adverſus Deum, ſe ipſum & alios recte & decenter inſtituenda, decem Sectionibus, qvarum I. שער יחוד האל de DEO & ejus unitate II. בחינה i. e. *examen* de rebus a DEO conditis & conſervatis, per qvas in DEI notitiam perducamur. III. קבלת עבודה אלהית ſ. *de cultu divino* IV. בטחון ſive de fiducia in DEUM collocanda. V. מעשיו לשם שמים de actionibus in honorem DEI dirigendis, vitandaque hypocriſi. VI. הכנעה ſ. de humilitate. VII. תשובה de pœnitentia. VIII. חשבון האדם עם נפשו לאל h. e. de præſtantia hominis & animæ ejus reſpectu ad DEUM habito. IX. חיוב הפרישות de neceſſaria a rebus mundanis diſceſſione. X. אהבת יהוה de amore DEI, præcipiunt. Prodiit liber aliquoties, & qvidem ſecundum Bartoloccium *CPli* 310. C. 1550. 4. per *Iſaacum ben Chajim* 4. *Mantuæ* 319. C. 1559. 4. *Venet.* 349. C. 1589. Ad Mantuanam acceſſit Index duplex, alter tractatuum & capitulorum, alter verſiculorum S. Scripturæ & locorum Talmudicorum. R. Schabbatæus tantum *Venetam*, quam vidi, memorat anni 308. C. 1548. tum *Mantuanam* illam, ac denique *Cracovienſem* 353. C. 1593. ad qvam is illos Indices, qvos Bartoloc. Mantuanæ tribuit, ait acceſſiſſe.

Poſtre-

Poſtrema editio eſt *Sulsbacenſis* an. 451. C. 1691. 4. In qva contextui ſubſtrata legitur ampla ſatis expoſitio a R. *Zadock* fil. *Aſcher Wahl* facta.

Exſtat qvoqve in alias lingvas translatus, & qvidem in *Hiſpanicam*, opera R. *Samuel Abatz* (אב"ץ) Hamburgenſis, *Amſtelod*. 5430. C. 1670. 4. recte monente ש"י in Indice ſcriptorum Hebr. in alias lingvas converſorum p. 107. b. qui etiam addit CPoli lingva vernacula, neſcio qva, per *Joſephum Fuhrmann* translatum prodiiſſe, imo cum Lat. qvoqve verſione in 4. exſtare. Poſterius falſum puto, priorem vero illam CPolitanam editionem eandem credo cum ea, qvam Bartoloccius Theſſalonicæ lingva Hiſpana ſed formis Hebræis curatam ſcribit. Exſtat qvoqve Hiſpanica verſio olim qvam per R. *David Pardo ben Joſeph Pardo* A. M. 370. C. 1610. loco neſcio qvo idem Bartolocc. teſtatur editam & qvidem ſub nomine R. *Moſis Maimonidæ*, ut ſcilicet tanto major eſſet libri auctoritas. R. *Zadochum Fil. Aſcher Wahl*, qvem cum commentario ſuo librum hunc edidiſſe diximus, eundem german. converſum edere voluiſſe apparet ex privilegiis, cum qvibus expoſitio ejus *Sulsbaci* prodiit. In his enim Germanicæ verſionis ab eo factæ, qvæ tamen lucem deinde non vidit, mentio injicitur.

Opus ipſum Arabice inter Codd. Pocockianos n. 61. 4. exſtat; hebraice vero cum in B. Vatic. n. 276. tum in B. Plantavitii fuit, ut apparet ex n. 188. & 189. Bibl. ejus Rabbin. ubi tamen autorem ab errore ſibi non caviſſe intelliges, qvando priore loco, n. 188. titulum hunc recenſens auctorem vocat R. *Chijam Iudicem, fil. Ioſeph*, librum ipſum decem ſectionibus abſolutum & moralem eſſe dicit, proxime vero nempe 189. ab eo diſtingvit ejusdem libri titulum, a R. Bechai Seniore ſcriptum. Addit denique: *ſuſpicari quis poſſet, librum hunc eundem eſſe cum jam allato, & R. Chaji tributo, niſi penes nos eſſet exemplar memoratum, qvod iis, qvæ refert Buxtorſius, repugnat.* Eqvidem nullo modo dubitandum puto, eundem eſſe utrumqve librum, cum recenſio libri a Buxtorfio eadem fere, qvam nos ſecuti ſumus, ratione inſtituta non minus decem tractatus argumenti memoret, qvam ipſe Plantavitius in enarratione MSti ſui Codicis, deinde vero auctoris nomen חיי הדיין בן יוסף quod Plantav. in MS. ſuo legiſſe ſe teſtatur, a *Bechai Iudice filio Ioſeph*, qui alias vocatur, non aliter differat, quam qvod ex חיי litera prima ב exciderit, qvod vel temporis, vel illum Codicem tractantium, injuria facile fieri potuiſſe nemo non intelligit. Ceterum hoc ideo diligentius monui, ut appareat, qvam facilis in his re-

bus ſit lapſus, & qvodne illis qvidem ſecure inniti ſemper liceat, qui ipſi libros ſuis oculis perluſtrarunt. Exſtat etiam MS. una cum מערכת האלהות & commentario עַל הַתְּפִלָּה in B.Oppenheimeri 4. Ceterum huic libro pleraque ſua debere R. Judam, qvi vocatur החסיד h. e. *Pius*, & ejus diſcipulum R. *Eliezerum ben Ioda* refert R. *Schullam* in additionibus ſuis ad librum *Iuchaſin* p. 165. In compendium illum redegit *Iacobus ben Iſaac Zabalon*, ediditqve ſub titulo מַרְגָּלִיּוֹת טוֹבוֹת i. e. *margarita bona* Venet. 425. 8. de qvo ſuo loco, quemadmodum R. *Iac. Pan* פאן ut ש״י vocat, qvem Bartoloc. R. *Iacob ben Abraham* appellat, קִיצּוּר h. e. compendium ejusdem libri edidit *Praga* & *Venet.* 415. C. 1655. 16.

2.) In Machſor Romano edit. Venetæ 386. C. 1626. Parte II. p. 116. precandi qvædam formula, qva anima ſe a vitiis avocat, quamque Judæi in feſto expiationis recitare ſolent, Noſtro huic tribuitur. Prima ejus verba ſunt בָּרְכִי נַפְשִׁי אֶת יְהוָה *benedic anima mea Domino.* &c. Sub eodem titulo & ſub R. *Becbai* nomine ſingularis libellus prodiit Venet. 388. C. 1628. 8. qvo continentur 364. ternarii ſuper eandem R. *Becbai* precationem a R. *Nathan Iedidja ben Eliezer* Urbevetano an. 5385. C. 1625. anno æt. 18. Senis compoſiti. Legitur ibi poſt colloqvium inter auctorem & animam, quo hæc de vita ita agenda admonetur, ut ratio reddi imminenti Judici poſſit; confeſſio magna (וִידּוּי גָּדוֹל) R. *Nisſim* Rectoris Academiæ cujusdam, iterumqve alia ſecundum ritum Synagogarum Italicarum. Ita Bartoloccius; ש״י vero hoc libro contineri ait R. *Becbai* admonitiones epanorthoticas & morales, preces item & cantica cum comm. Venet. anno memorato: qvem libellum in vernaculam converterit R. *Debora Aſcariel*, de qva ſuo loco dicemus. Idem Bartoloccius monet precationem illam R. *Becbai* carminibus Italicis explicatam a R. *Nathane* hebraice olim, ſed Italico rhythmo & pedum menſura obſervata redditam eſſe a R. *Jochanan Juda Alatrino* (אלטרינו) ſub cujus nomine, titulo Italico: *L' Angelica Tromba di M. Angelo Hebreo Alatrini, con alcuni Sonetti ſpirituali*, h. e. Buccina angelica Angeli Hebræi Alatrini cum cantionibus qvibusdam ſpiritualibus ejusdem Venet. 1628. 8. prodierit.

משה

ר׳ בחיי בר משה R. BECHAI fil. *Moſis*, Hiſpanus, 376.
Rector Synagogæ Cæſarauguſtanæ ſcripſit epiſtolam ad Synagogas Aragoniæ pro Maimonidæ libris מדע & מורה נבוכים, qvæ inter Epiſtolas Maimonidæ Venet. in 8. ed. p. 53. legitur, ſicut & ibidem p. 50. ejus nomen primo loco inter eos comparet, qvi epiſtolæ ad easdem Aragoniæ Synagogas pro cauſa Maimonidæ an. 592. C. 1232. datæ ſubſcripſerunt. Epiſtolam illam exhibet etiam Buxtorfius in Inſtitut. Epiſtol. p. 418. ubi tamen per errorem hunc Bechai confundit cum Bechai ben Aſcher auctore commentarii in Pentat.

ר׳ ביב R. BIV vel ביבי qvi ſcripſiſſe nonnullis putatur librum בשר על גבי גחלים de qvo vide ſuo loco inter Anon. 377.

ביבאגו BIBAGO, vide ſupra *Abrab. Bibago.*

ר׳ בימין R. BIMIN Karacus, ſub qvo nomine in Catal. Bibl. Leidenſis p. 284. recenſetur *liber judiciorum*: mendoſe omnino, cum *Benjamin* dicendus fuiſſet, quod paulo poſt ſub hoc nomine evincam.

בינדיקטוס די ספינוסה BENDICTUS de 378.
SPINOSA *Amſtelodamenſis* (c) gente Judæus, natus 1632. 24. Novembr. tandemqve majorum ſacris deſertis Atheus. Præceptore is uſus erat Medico qvodam Amſtelodamenſi *Van den Ende*, a qvo latinas literas edoctus primo qvidem ad Theologiam, paulo poſt vero ad Philoſophiam ſpeciatimqve Carteſianam acriori contentione animum convertit. Relicta ſenſim Judæorum ſocietate conſilii ſui rationes ſingulari ſcripto Hiſpanico expoſuiſſe dicitur, ex qvo, typis nunqvam exſcripto, multa deinde in Tractatum Theologico Politicum transtulerit. Amſtelodamo digreſſus rus ſe contulit, meditationibus Philoſophicis ac ſpeciatim Mathematicis Opticisque (teleſcopiis enim & microſcopiis perficiendis & effabricandis multum inſudavit) eo ſolertius vacaturus, quod otioſum & privatum vitæ genus Hagæ Comitum ad vitæ finem produxit, ibidem an. 1677. 22. Februarii anno ætatis 44. lento morbo confectus, ut

(c) Unde diligentiſſimus alioqvin Scriptor *Nic. Antonius* Tom. II. Bibl. Hiſp. Nov. p. 672. minus feliciter ex cognomine ſuſpicatus eſt, *Spinoſam* eſſe Hiſpanum.

Digitized by Google

ut traditur in præfatione ad Opera ejus Poſthuma. Vitam ceteroqvin decenter egit & ſatis duriter, Chriſtianum qvoqve ſe qvondam profesſus eſt, & nunc Reformatorum nunc Lutheranorum cœtibus adfuit, prout teſtatur V.C. *Sebaſtianus Kortholtus* in præf. ad repetitam editionem libri de tribus impoſtoribus a *Chriſtiano*, Patre, elaborati. Morti proximus nullum admiſit, ſæpeqve in hæc verba prorupit: *o Deus, eſto mihi peccatori propitius*; qvod a celeberrimo Viro ſe accepiſſe teſtatur *Franc. Halma* in præfatione, quam præmiſit Vitæ Spinoſæ ex Dictionario Hiſtorico Critico Pet. Baelii ab ipſo (Halma,) Belgice converſæ. Scripta ejus præter Apologiam factæ a Judæis diſceſſionis Hiſpanicam, qvam ineditam diximus, hæc exſtant:

1.) Renati des Cartes Principiorum Philoſophiæ Pars I. & II. more Geometrico demonſtratæ. Acceſſerunt ejusdem Cogitata Metaphyſica, in qvibus difficiliores, qvæ tam in parte Metaphyſices generali, qvam ſpeciali occurrunt, qvæſtiones breviter explicantur. Amſtelod. 1663. 4.

2.) *Tractatus Theologico-Politicus* non Hamburgi, ut titulus præ ſe fert, ſed Amſtelodami, diſſimulato auctoris nomine, editus an. 1670. 4. & deinde partim ſub eodem, partim ſub diverſis eisqve ab argumento alienis titulis editus. Sic in Anglia, loco non momorato, Tractatus ille Latine una cum ſimili tractatu, qvi inſcribitur *Philoſophia S. Scripturæ interpres*, prodiit 1674. & qvidem *ab auctore longe emendatior*, qvod titulus falſo pollicetur. Videre me qvoqve memini eundem tractatum in Hiſpania Latine recuſum ſub titulo Operum Chirurgicorum.

Gallice idem converſus aliqvoties, mutata etiam inſcriptione, lucem vidit, & qvidem *Coloniæ*, 1678. 12. ſub. tit. *Reflexions curieuſes d' un eſprit desintereſſé ſur les matieres les plus importantes au ſalut tant public que particulier* iterumqve ſub tit. *La Clef du Sanctuaire* i. e. Clavis Sanctuarii, & deniqve ſub tit. (d) *Traité des ceremonies ſuperſtitieuſes des Juifs tant anciens que modernes* h. e. Tractatus de *Ceremoniis ſuperſtioſis Judæorum veterum æque ac recentiorum*. Amſtelod. 1668. 12. Vide Catalogum Bibliothecæ Tellerianæ p. 145. b.

Nec

(d) Eodem fere modo *Rich. Simonis* Hiſtoria Critica V. T. Pariſiis primum prodiit ſub titulo *Hiſtoria religionis Judæorum eorumque in Hiſpaniam migrationis*. Conferatur ipſe Simon in Biblioth. Critica Tom. IV. ep. 9.

Digitized by Google

Nec minus *Belgice* circumfertur, tranſlatus a Joanne Hendrikſen. In hoc Tractatu cum prima Atheiſmi ſemina non parca manu auctor ſparſiſſet, non defuerunt, qvi in eo confutando operam collocarent, qvorum præcipuos recenſet Baelius Tomo III. Dictionarii p. 2774. in not.

3.) *Opera Poſthuma* Amſtelod. 1677. 4. qvibus continentur Ethica more Geometrico demonſtrata, 2) Politica, 3) Tractatus de emendatione intellectus, de qvo legatur Morhofius p. 341. Polyhiſtoris, 4) Epiſtolæ & 5) Compendium Grammaticæ Hebrææ. Grammaticam illam non abſolvit Spinoſa, qvem præfator aliam Grammaticam Hebræam Geometrica methodo ſcriptam paraſſe teſtatur. Ceterum in iſto, qvod exſtat, compendio non infeliciter is verſatus eſt, & nonnulla ad interiorem lingvæ genium facientia monuit, ex quibus etiam nonnulla ſe non præter rationem probarunt Cl. *Henr. Ben. Starckio* in Luce Grammatices Hebrææ Lipſ. 1706. 8. edita, cujus præfationem adire juvabit. Confer Venerandum *Valent. Erneſtum Læſcherum* in comment. de Cauſis Lingvæ Hebr. p. 160. Eidem

4.) Librum ſingularem *de Iure Eccleſiaſticorum*, qui ſub *Lucii Antiſtii Conſtantis* nomine prodiit an 1665 8. eruditi tribuunt, interqve eos *Dartiſius* in Ephemeridibus literariis Hamburgenſibus an 1694. gallice editis p. 133. ſq. ad qvas B. *Placcius* in Theatro Pſeudonymorum p. 60. & *Baelius* in Dictionario p. 2773. provocavit. Sic & auctor libri Gallici, qui *Conatuum Literariorum* nomine venit, Tomo II. Artic. VI. Februar. p. 112. affirmat, neminem, qvi qvidem & dictionem & principia binorum librorum, *Tractatus* ſcilicet *Theologico-Politici*, & alterius *de Iure Eccleſiaſticorum* perſpexerit, dubitaturum, ab eadem utrumqve manu profectum: tantam eſſe qvoad utrumqve momentum in utroque convenientiam.

Tractatum de *Natura & Conceptu Dei* a Spinoſa editum eſſe teſtatur Henning. Witte in Biographia qvod vereor, ut vere dicatur.

Plura de Vita & opinionibus inſolentibus infeliciſſimi peſtilentisſimiqve hominis ſcriptisqve magno numero ipſi oppoſitis, qvibus hic recenſendis vacare non poſſumus, legi poſſunt in *Pet. Baelii* Dictionario Hiſtorico-Crit. Tomo III. cujus commentationem in Belgicum Sermonem converſam Franc. Halma Vltraj. 1698. 8 edidit, qvemadmodum & auctor Conatuum Literariorum loco laudato, qvæ de Spinoſa monuit, eidem Baelio debet. Adde Vitam Spinoſæ a *Jo. Colero*, quondam V. D. M. Eccleſiæ Lutheranæ, qvæ Hagæ Comitum colligitur, belgice ſcriptam,

Digitized by Google

ſed gallica lingva una cum Veritate Reſurrectionis demonſtrata editam Hagæ 1706. 12. ut & B. *Chriſtianum Kortholtum* in libro de Tribus Impoſtoribus cum præfatione *Sebaſtiani*, Filii, Profeſſoris Kilonienſis, repetitæ editioni præmiſſa, M. *Frid. Erneſti Kettneri* diſſert. de duobus Impoſtoribus Bened. Spinoſa & Balthaſ. Beckero, & *Gottlob Friderici Jenichen*, Profeſſoris hodie Lipſienſis Hiſtoriam Spinoſiſmi Leenhofiani Lipſ. 1707. 8. editam. Confer & V. C. *Jac. Basnage* Hiſtor. Judaic. Tom. V. p. 2107. ſeq. qui p. 2111. teſtatur, eum novam V. T. verſionem molitum eſſe & qvod ad Pentateuchum perfeciſſe, ſed paucis ante obitum diebus combuſſiſſe; ſicut & tract. de Iride, qvem amicis ſuis diſplicere viderat, flammis tradiderit. Pertinent qvoqve huc *Theodorus Untereich* in libro vernaculo *Atheus ſtultus* Parte I. c. 18. Vener. *Henr. Ludolfus Benthemius*, Antiſtes hodie Haarburgenſis in Statu Belgii Eccleſiaſt. & Scholaſtico Parte II. pag. 350. auctor Obſervationum Miſcellanearum vernaculo ſermone editarum Parte V. p. 393. ſq. & 413. quibus adderem *Godofredum Arnoldum* Parte II. Hiſtor. Eccleſiaſt. & Hæreſiologicæ p. 611. ſeq. niſi is, more ſuo, & hujus hominis cauſam ornandam ſuſcepiſſet, graviter ideo nec immerito notatus a B. *Martino Difenbachio* in *Judæo Converſo* p. 148. ſeqq. in notis, qui & ipſe alios, de Spinoſa commentantes, laudat.

ר' בינוני RABBI BENONI fictum nomen eſt, ſub quo latere voluit *Matthæus de Mourgves* in libello gall. quo deplorat afflictiones Reginæ Mariæ de Medicis. Vide *Bailleti* auctores detectos p. 212.

בלמס BALMES, vide ſupra *Abraham f. Meir de Balmes*.

379. בלעם בן בעור BILEAM ben BEOR, Propheta divino Spiritu actus, ſed impius, de qvo Num. XXII. XXIII. & XXIV legitur. Hic nonnullis cum Judæis tum Eccleſiæ antiqvioris doctoribus falſo creditur ipſe vaticinia ſua deſcripſiſſe, quæ deinde Moſes commentariis ſuis inſeruerit. Sic Origenes lib. I. p. 46. contra Celſum exiſtimat, Magos Perſarum de ſtella, nati Servatoris indice, primum ex vaticiniis Bileami edoctos fuiſſe. *Scipio Sgambatus* lib. II. Archivorum V. T. p. 252. ex R. Jacobi Aben Chaviv commentario in *Bava Bathra* refert, ex Judæis qvosdam exiſtimare, Balaamum ipſum de rebus ſuis ſcripſiſſe commentarium, qvem deinde æque ac Jobi librum hebraice verterit Moſes; alios vero perſvaſos eſſe, Balaamum Vaticiniorum libros exa-

exaraſſe, non qvidem ſeorſim a Moſe converſos, ſed Pentateucho tantum inſertos, qvam ſententiam ipſe Sgambatus vero proximam præter rationem affirmat. Vide hæc & alia fuſius explicata a Celeb. *Iob. Alberto Fabricio*, Collega meo conjunctiſſimo, in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 807. ſeq. Alias autem Hebræorum de Bileamo nugas ex Talmude ac ſpeciatim cap. XI. libri Sanhedrin collectas legere licet apud Bartoloccium Tomo I. p. 656. ſqq. *Georg. Eliezerem Edzardum*, Clariſſimum amiciſſimumqve Collegam meum p. 203. notarum ad cap. 1. Avoda Sara, *Io. Meyerum* in notis ad Seder Olam p. 723. & 1009. & *Thomam Gatackerum* p. 251. Adverſariorum Sacrorum. Qvæ de aſina ejus iidem & impudice & impudenter fabulantur, repetuntur a *Samuele Bocharto* Parte I. Hierozoici p. 192. ſqq. & *Iob. Bened. Carpzovio* in Philologemate de Aſino Meſſiæ, diſputationibus ejus Academicis inſerto. Prophetam divinum una cum Patre inter gentes eum fuiſſe affirmant Judæi tum in Seder Olam Rabba p. 59. tum alias, ut Maimonides in *More Nevochim* Parte II. c. 42. qvam in rem lege *Io. Henr. Hottingerum* p. 575. Theſauri Philolog. & *Paulum Fagium* ad Numer. XXIV. 4. Ex Chriſtianis vero Prophetæ nomen ac dignitatem eidem vindicarunt B. *Iob. Conradus Danhauerus* in Hagiolog. Feſtival. p. 7. ſq. *Herman. Witſius* in Miſcellan. Sacris lib. I. c. XV. §. 33. ſqq. & noviſſime *Petrus Iurieus* in Hiſtoria dogmatum & Cultuum cap. I.

כ״כ i. e. בני נפתלי vide paulo poſt.

בנבנסתא BENBENISTA, vel *Benbenaſte* qvi Senex 380.
& Sapiens Hebræus vocatur a R. Salom. Virga p. 422. Scheveth Juda, ubi idem ad Alphonſum Regem, ſomni cujusdam explicationem ex eo auditurum, vocatus dicitur. Deinde etiam colloqvium, qvod ipſi cum Rege interceſſit, refertur.

בן בורגל v. *Abraham ben* עזר

בן זומא vide R. *Simon ben Azai.*

בְּנֵי אָשֵׁר & בְּנֵי נַפְתָּלִי *filii Aſcher* & *filii Napthali* vide ſupra R. *Aaron ben Moſche* de tribu *Aſcher*, & infra R. *Moſe ben David de tribu Naphthali.*

בני משה *Filii Moſis*, h. e. Iſraelitæ, qui trans fluvium 381.

Sambation habitant, & auctores putantur precationis cujusdam, de qva infra ſub שיר היחוד.

382\. ר׳ בנימין BENJAMIN neſcio qvis, ſcr.

מַשָּׂא גֵּי חִזָּיוֹן h. e. *prophetia oneroſa vallis viſionis*, Jeſ. XXII, 5. carmen elegans, qvo vituperantur illi, qvi in divitiis fiduciam collocant, laudantur vero modeſti & ſapientes. Rivæ Trid. 320. 8. C. 1560.

383\. ר׳ בנימין R. BENIAMIN itidem incertus, cujus commentarium in libros Regum Rhodi an. 1156. ex autographo Aben Eſra a *Ioſ. ben Jacob* deſcriptum poſſedit *Gvil. Anslarius*, ut patet ex Catalogo librorum ejus p. 36. Exiſtimaverim, eum eſſe R. Benjaminem Karæum, de qvo paulo poſt dicemus, qvippe cujus alia qvoqve ſcripta manu exarata exſtant. Aben Eſram vero ſcriptorum Karaiticorum ſtudioſiſſimum fuiſſe in præfatione ad *Mardochai* Karæi commentationem Hebraicam de Karæis nuper a me hebr. & latine ex MS. editam oſtendi. Vel crediderim potius eſſe R. *Benjamin Romanum*, cujus comm. in lib. Chronicorum cum aliis qvibusdam Intt. a *Salom.* filio *Chasdai* in gratiam *Benjaminis*, f. *Menachem* A. C. 1397. Ferrar. deſcriptus exſtat *Florent.* in B. S. Laurentii Plut. 2. cod. 1. conf. Cl. Le Long Bibl. ſacr. P. II. p. 75.

384\. ר׳ בנימין R. BENJAMIM, Judæus, qvi Græce ſcripſit de medicaminibus qvibusdam componendis: Fragmentum MS. exſtat in Vatic. inter Codd. Græc, n. 282. p. 437. ſub tit. *σκευασίαι κοκκίνων Ζυλαπίων ἐμπλάστρων συλλεχθεῖσαι εἰς τὴν Ελλάδα παρὰ Ἰουδαίου Βενιαμίν.*

385\. ר׳ בנימין R. BENJAMIN in Italia vixit, A. M. 5020. C. 1260. ut apparet ex Schalſcheleth p. 56. b. ubi dicitur librum יְרֵאִים R. *Eliezeris Metenſis*, ſub qvo nomine de hoc libro diximus, in ordinem redegiſſe. Ipſe vero exaravit

ס׳ יְחִידוּת *librum dilectionis*, qvo de ritibus ac ceremoniis Judaicis præcepit, ut ipſe in præfatione ad librum יראים teſtatur. Huic ש״י in Indice Scriptorum alphabetico etiam tribuit librum משא גי חזיון de qvo paulo ante, ſicut eidem loco dicto adſcribit diſpoſitionem *Machſor* Germanici.

ר׳ בנימין אהרון R. BENJAMIN AHARON fil. *Abrabam*, Theſſalonicenſis, ſcripſit 986.

מַשְׂאַת בִּנְיָמִין i. e. *donum Benjaminis*, ex Gen. XLIII. 34. exhibentur eo libro qvæſtiones & reſponſiones. Cracov. 373. C. 1613. 4.

ר׳ בנימין מאהרדונו R. BENJAMIN MEARDONO *Germanus*, ſcr. 987.

מִצְוֹת נָשִׁים h. e. *præcepta mulierum*, (c) dialecto Rabbinico-Germanica, ubi oſtendit, qvomodo menſtrui tempore ſe gerere, placentam ex maſſa farinacea pani parando deſtinata, decerpere & in candelis verſari accendendis debeant. Prodiit tum alias tum noviſſime *Deſſav.* 452. C. 1692. Hebr. editus eſt *Theſſalonicæ* 362. C. 1602. qvæ editio eſt in B. Oppenheimer.

Idem liber italice converſus lucem vidit *Venet.* 412. C. 1652. 4. auctore R. *Iac. ben R. Elchanam Alpron* ut Bartoloc. T. I. p. 672. vocat, vel rectius, ut idem Tomo III. *Heilpron.* Idem eundem librum tanqvam ἀνώνυμον commemorat Tom. IV. Exſtat & alius liber ejusdem argumenti, ſub titulo סֵדֶר נָשִׁים & vernaculo ſermone Weiberbuch auctore *Schmaliki ben Chajim Schemeſch.* Prag. 389. C. 1629. 4. editus, qvem hucdum videre datum non fuit.

בנימין בינש R. BENJAMIN BENSCH fil. *Iehuda Levi*, Sacerdos *Krotoſchinienſis*, adhuc, ni fallor, ſuperſtes, ſcr. 989.

ס׳ שֵׁם טוב קָטוֹן *librum boni nominis parvum*, qvi exhibet preces varias diverſi argumenti, qvas vel ipſe conſtruxit, vel ab aliis v. c. *Iſmaele* Sacerdote magno, R. *Iſaaco Loria* & *Nachmanide* elaboratas repetiit. *Deſſav.* 466. C. 1706. 4. 6. plag. Librum vocavit *parvum*, qvoniam ex majori qvadam ſua precum collectione excerpſit. שם טוב vocavit, qvoniam

(c) Tria hæc inſtituta *mulierum præcepta* vocantur, tanqvam quæ ad ipſas pertineant, & præ ceteris ſtudioſe obſervanda ſint, quemadmodum curate in libris ritualibus (מנהגים) exponitur.

Digitized by Google

niam per ſpeciem Temuræ Cabbaliſt. qvæ vocatur (f) *Athbaſch* nomen שם טוב exhibet nomen auctoris proprium בינש. Prima precatio eſt *Iſmaelis* pro conſervanda dignitate, tres ſeqventes pro ſemine effuſo (קרי) Accedunt notæ, ubi illis ad perſpicuitatem opus eſt. Pleræqve earum ſunt ſuperſtitioſæ, v. c. ultima Nachmanidæ, qvæ eo pertinet, ut alios conſpiciens ipſe ab illis non videatur.

390. ר׳ בנימין וואלף R. BENIAMIN WOLF fil. R. *Iſaaci*, ס׳׳גל i. e. Antiſtes Leviticus *Leitmericenſis*, (לייטמריץ) ſcripſit

אמרות טהורות. h. e. *eloqvia pura* ex Pſ. XII. 6. i. e. commentar. in voces difficiliores libri *Sohar*, ordine literarum, *Lublin*. 405. C. 1645. 8.

391. ר׳ בנימין זאב וואלף R. BENJAMIN SEEV (i. e. Lupus) *Wolf*, Archiſynagogus hodie Deſſavienſis, & ante Smigrodenſis, (זמיגראד) ſcr.

עיר בנימן *civitas Benjamin*, qvo libro expoſuit *Aggadoth* h. e. narrationes Talmudis allegoricas, in בית ישראל repetitas, ad exemplum *Ioſiæ Pinto* qvi in מאור עינים Haggadoth עין ישראל explicaverat. Sunt autem illæ, quæ exſtant in *Ievamoth, Cetuvoth, Gittin, Sota, Kidduſchin, Bava Kama, Bava Mezia*, & *Bava Bathra*. Francof. ad. Viadr. 458. C. 1698. fol. pp. 60.

ר׳ בנימין זאב בן מתתיהו R. BENJAMIN

392. SEEB ſive LUPUS fil. *Mathatiæ*, cujus qvæſtiones & reſponſiones 450. prodierunt Venet. 299. 4. C. 1539. Plantavitius, n. 650. edit. hanc, qvam tamen viſam ſibi negat, in annum 1534. refert. In Catal. Bodlej. p. 80. memoratur editio *Veneta* 1499. ibidemqve auctor vocatur *Benjamin f. Matathiæ*, titulus vero libri effertur per בנמין זאב qvod auctoris eſt nomen. (g)

ר׳

(f) Secundum *Athbaſch* alphabetum ita collocatur:

אבגדהוזחטיכ
תשרקצפעסנמל

Ubi deinde literæ ſibi invicem oppoſitæ inter ſe permutantur, ita ut pro ש ponatur ב pro מ ſumatur י & vice verſa: quo facto ex בינש prodibit שם טב.

(g) Fieri tamen potuit, ut auctor nomen ſuum libro tituli inſtar præfigeret, tum ad nomen ſuum tum ad locum Biblicum Gen. 49. n. 27. alludens.

Digitized by Google

ר׳ בנימין בן ר׳ יהודה R. BENJAMIN f. R. *Iehudæ*, Romanus, amanuenſis R. *Eliæ* Germani, cujus commentarium in R. Moſis Kimchii Grammaticam מהלך שבילי הדעת auctori ipſi ſurreptum, ſub ſuo nomine edidit *Piſauri* 268. C. 1508. 4. unde & *Io. Maria Vincentius* Parte I. operis italice exarati, qvo Meſſiam jam veniſſe probavit, p. 447. eum pro auctore habuit. Confer, qvæ ſupra ſcripſi ſub *Elia Germano*. 393.

ר׳ בנימין בן מוטאל R. BENJAMIN f. R. *Abraham Motal* ſcripſit præfationem in librum, qvi dicitur תִּפְאֶרֶת יְשָׁרִים *perfectio rectorum* ex *Prov.* XI. 3. qvo continentur varia aliorum ſcripta, nempe אהלי תם R. *Tam ben Iechiel*, דרך תמים R. *Ioſua Schalum*, & כללי שמואל R. *Samuelis ben Sarſillio*, nec non animadverſiones in Siphra & in lib. Avoth, de qvibus ſingulis ſuo loco. Collectio hæc prodiit Venet. 382. fol. C. 1622. In Catalogo Bibl. Lugd. Bat. p. 263. vocatur *liber ritualis Tam, Ioſeph & Samuel*. 394.

ר׳ בנימין בן יונה R. BENJAMIN fil. IONÆ, *Tudelenſis Hiſpanus*, confecto, qvod A. M. 4920. C. 1160. ſuſceperat per tres orbis partes, itinere, reverſus eſt A. M. 4933. C. 1173. in Hiſpaniam, teſte auctore *Schalſcheleth* p. 51. ubi provocat ad Zacutum Scriptorem libri *Iuchaſin*, qvi tamen p. 131. non tam de anno reditus ejus, qvam obitus præcipit, ut proinde, ſi eum audiamus, eodem anno & reverſus & defunctus ſit, qvod tamen veri non videtur ſimile. Qvicquid hujus erit, ipſe p. 3. libelli teſtatur, ſe iter feciſſe & deſcripſiſſe tempore Alexandri III. Papæ, qui an. 1173. adhuc floruit. Retulit itaqve in commentarios, quæ in itinere vidit, quæque inprimis ad dignitatem gloriamqve gentis ſuæ facere exiſtimaret, unde nec a fabulis ſibi temperavit, præſertim circa tribus in diſſitis regionibus ſuis, ut ait, legibus viventes. Sed hoc commentum poſt alios confutavit Bartoloccius Tomo I. p. 116. ſqq. Prodiit Benjaminis libellus ſub tit. 395.

עִסעוֹרת

Digitized by Google

מַסְּעוֹת ר' בִּנְיָמִין *itinera R. Benjaminis CPoli* apud Soncinates 303. C. 1543. 8. & *Ferraræ* 316. 8. C. 1556. *Briſgojæ* 343. C. 1583. qvam edit. vidi in B. Oppenheimeri, hinc ad fidem ed. CPolit. cum Latina verſione *Bened. Ariæ Montani Antvverp.* 1575. 8. In verſione illa, cujus auctorem Virum optimum & doctiſſimum vocat, errores qvosdam notat *Scaliger* in Elencho Trihæreſii cap. 2. & p. 99. Puerilem in eadem errorem inveniſſe ſibi viſus eſt Huetius in Demonſtrat. Evang. p. 474. Ipſe *Arias* compendium hoc eſſe credidit operis majoris, apud Iudæos Alexandrinos adſervati, qvi ceteroqvin uberiorem & circumfluentem orationem in verſione ejus agnoſcit de Claris Intt. p. 236. Poſtea lucem qvoqve vidit *Baſileæ* iterumqve hebr. & Latine cum notis *Conſtantini Lempereur* Lugd. Batav. 1633. 12. Idem in præfatione præter *CPolitanam* edit. memorat *Briſgoienſem*, cujus exemplum Buxtorfius miſerit Scaligero, qva eadem uſus eſt *Winderus* de Vita functorum ſtatu p. 71. ed. Roterod. T. IV. Opuscul. Philolog. Præterea prodiit una cum *Menaſſe ben Iſrael* Spe Iſraelis Amſtelod. 458. C. 1698. 16. cum antea ibidem uterqve liber germanice, ſed literis Rabbinicis cura *Chajim fil. Jacob* lucem vidiſſet 451. C. 1691. 8. Noviſſime prodiit Francof. ad Mœn. ſeorſim germ. 1711. 8. Compendium narrationis hujus exhibet V. C. *Jac. Basnage* Tomo V. Hiſtor. Judaicæ p. 1571. ſqq. Novam ejus editionem cum verſione Lat. nova, tabula Geographica, prolegomenis notisqve perpetuis promiſit *Matthias Frid. Beckius*, Paſtor qvondam Auguſtanus, in præfat. Speciminis Arabici an. 1688. editi, ubi ait ſe conſilium editionis tamdiu differre, donec Veneti victorioſis armis ſuis viam inveniant in ulteriora Græciæ loca penetrandi, & qvæ apud Benjaminem corrupta ſint, ex Geographia recentiori reſtituendi. Confer Rud. Martini Meelfuhreri Acceſſiones ad Almeloveenii Biblioth. promiſſam & latentem p. 5. & Jo. Chriſtoph Wagenſeilii præf. ad Exercitat. IV. in qva *itinerarium Petachiæ* exhibetur. *Jo. Druſius* quoque in præfat. ad Præterita N. T. teſtatur, filium ſuum immaturo obitu abreptum, itinerarium hoc latine interpretari cœpiſſe.

Fidem hujus Benjaminis ſuperbe oſtentant Judæi in præfatione ipſi relationi præmiſſa, qvando eum vocant prudentem & ingenioſum, legisqve & conſvetudinum peritum, veriqve amantiſſimum, ut, qvæcunque dixerit, poſtea diligenter examinata & explorata conſtantem fidem fuerint promerita. Hinc & Athanaſ. Kircherus in Oedipo Ægypt. Tom. I. p. 378, eum peregrinatorem fide digniſſimum appellat. Rectiora de com-

Digitized by G

commentis ejus plusqvam Judaicis monuerunt noſtrates, interque eos *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* p. 374. notarum *ad Tela Ignea Satanæ*, *Thomas Reineſius* in Variis Lectionibus pag. 233. & *Io. Henr. Hottingerus* in Hiſtoria Eccleſiaſt. Sec. XII. pag. 241. ubi itinerarium illud τύφῳ *Iudaico plane turgere, & hoc unum agere* ait, *ut imperitioribus fucum faciat, & oſtendat, omnia majeſtatis Judaicæ in obſcuris qvibusdam & incognitis mundi angulis eſſe plena*, id qvod exemplis qvibusdam oſtendit. Idem p. 258. *Multa*, inqvit, *liber iſte habet fabuloſa plane, ἀσύςατα & incerta famæ traditione accepta &c. traduntur tamen ab auctore nonnulla, quæ alibi difficulter reperias.* Hoc nomine laudatur qvoqve *Caſpari Barthio*, nec ipſi nævos ejus diſſimulanti, Adverſariorum L. 4. *Benjamini certe*, inqvit, *ille libellus non inutilis eſt, cum pauciſſimi tales auctores ejus ævi exſtent, qvi docere nos poſſint, quo pacto tum cultus orbis maximam partem fuerit. Tamen multa Iudaica eidem ſunt, h. e. impudenter ementita, glorioſa, vana, nullius denique pretii.* Adde *Theophili Spizelii* Elevationem Relationis Montezinianæ p. 27. Ceterum R. *David Ganz* ad an. 4933. eum architectonices peritum eruditiſſimumque fuiſſe teſtatur, & annum emortualem in eundem annum refert. (*)

ר׳ בנימין בן ר׳ יוסף R. BENJAMIN ben R. *Ioſeph*, 396.

Arignanenſis, (מאריינו) typographum Romæ egit apud Magiſtrum Antonium Baladam An. M. 5305. C. 1545. Ibi enim inter ceteros libros formis deſcripſit R. *Niſſim Gerundenſis* Qvæſita & Reſponſa.

ר׳ בנימין בן יחיאל R. BENJAMIN ben 397.

Iechiel Levita, ſcr.

גבעת בנימן *collis Benjamin*, ex 2. Sam. XXIII. 29. i. e. Index capitum in qvatuor Ordines libri ritualis *Schulchan Aruch*, ſecundum ordinem literarum *Lublini* 377. C. 1617. 4.

ר׳ בנימין בן יעקב R. BENIAMIN f. JACOBI 398.

Patriarcha, ex Rachele natus, & a Patre Jacobo hoc nomine i. e. *filius dextræ* Gen. 35. 18. appellatus, non autem, qvod in libro הישר traditur, כי בארץ הימן נולד h. e. *quod in terra meridionali natus ſit.* (h) Hujus

Ii Benja-

(*) Omiſi antea monere, Lat. verſ. B. A. Montani una cum Lempereurii diſſert. ad Lectorem & nonnullis ejus notis per *F. V. Calixtum* recuſam eſſe Helmſtad. 1636. 8. ſicut & nova Lempereurii verſio ſine textu Hebr. in notis exſtat in 16. Lugd. B. an. 1633. recuſa.

(h) Qvamvis falſa omnino videatur hæc Etymologia, cui merito præfertur altera *filius*

Benjaminis Teſtamentum inter reliqva duodecim Patriarchis ſuppoſita & aliquoties Græce, Latine & aliis qvoqve lingvis edita exſtat, noviſſimeque a V. C. Jo. Alberto Fabricio in Pſeudepigraphis V. T. pag. 726. ſeqq. Græce & Latine excuſum eſt, ubi etiam p. 758. ſq. de ceteris illorum Teſtamentorum editionibus plenius cognoſces. Hebraice hoc teſtamentum cum ceteris olim exaratum fuiſſe a Judæo, interpolatumque deinde a Chriſtiano fuiſſe affirmat Cl. *Io. Erneſtus Grabius* Tomo I. Spicilegii Patrum p. 134. & quidem Hebraice, vid. idem p. 143. quod ex ſtylo qvoqve ſuſpicatur *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 206. minus, ut puto, ſolide & convenienter. Qvamvis enim ſcribendi ratio, qvæ in Græco contextu obſervatur, multos Hebraismos referat, inde tamen non magis effeceris, Hebraice primum exaratum eſſe libellum, qvam idem de Codice N. T. ad Hebraismum proxime accedente, temere affirmaris. Nihilominus tamen hæc ſententia cum aliis, tum *Thomæ Bangio* in Cœlo Orientis p. 21. ſe probavit, adductis forte præfatione, verſionibus illorum Teſtamentorum præfigi ſolita, in qva idem affirmatur. Rectius certe ſentiunt, qvi cum *Dodvvello* exiſtimant, Chriſtiano cuidam Judaizanti, & dictione Helleniſtica uſo ea deberi, qvi ſub primis naſcentis Eccleſiæ Sæculis & forte primo in lucem produxerit.

399. ר׳ בנימין בן יעקב R. BENJAMIN f. *Iacob*, *Karæus*, de cujus ætate nihil certi conſtat. Hujus liber de *Lapidibus pretioſis pectoralis* una cum ס׳ העשר *libro* divitiarum, ubi de proprietatibus gemmarum exponatur, MS. recenſetur in Catalogo B. Leidenſis p. 287. n. 45. Exſtat aliud ſcriptum Karaiticum ſub eodem titulo ס׳ העשר qui eſt comm. in Legem & tribuitur R. *Iacobo filio Ruben*, de quo dixi ad Mardochæi Tractatum de Karæis p. 141.

In eodem Catalogo p. 287. n. 44. adfertur R. *Benjaminis Karæi* lib. *de Iudiciis*, qvem R. *Benjamini fil. Moſis* tribuere malim, de qvo paulo poſt.

ר

dextra, qvam Hieronymus in Traditionibus Hebraicis, & Patres alii approbant, de qvibus vide *Cotelerium* ad Tomum II. Monumentorum Eccl. Gr. p. 548 & *Grabium* p. 361. T. I. Spicilegii Patrum; non tamen nulla eſt hujus interpretationis cauſa. Sacri enim Scriptores ימין de *meridionali* Orbis parte adhibent, qvod oſtendit V. C. *Jo Clericus* ad *Exod.* XXVI. 33. & *Pineda* ad Jobi XXIII. 7. aliis in omnia alia abeuntibus: vide *Prado* in Pentecontarcho p. 297. ſq. *Jo. Bapt. Bellum* de partibus Templi auguralis p. 540. ſq. Tom V. Theſ. Græv. & *Bulengerum* II. 2. de Auguriis ibidem p. 409.

ר׳ בנימין כהן R. BENJAMIN *Sacerdos*; cujus animadverſiones in librum קול אוצרות חיים R. *Iſaaci Luriæ* una cum *Moſis Sacutæ* MS. in B. Oppenheimeriana cum libro ipſo exſtant. 400.

ר׳ בנימין מאיר הלוי R. BENJAMIN fil. MEIR 401. *Levita, Norimbergenſis* (ſic enim interpretor vocem נירון בורג in ש״ע minus recte ſcriptam) edidit Machſor *Germanorum*, *Polonorum &c.* cum expoſitione vocum difficiliorum & ritibus per totum annum receptis. *Theſſalonicæ*, fol. iterumque *Sabionet.* 317. C. 1557. fol.

ר׳ בנימין מוספיה R. BENJAMIN MUSAPHIA, 402. Hiſpanus Med. Doctor ejusdemqve Practicus Hamburg. & Gluckſtad. an. 1674. defunctus. Scripſit ille

1.) זֵכֶר רַב *memoria ampla* ex Pſ. CXLV. 7. ubi omnes radices Hebraicæ ſententiis qvibusdam orationem referentibus, adeoque plenum complectentibus ſenſum, exhibentur. *Amſtelod.* 398. C. 1638. 4. 8. & 16.

2.) *Epiſtola de auro potabili* ſub ficto nomine *Mezahab* (h. e. מִזָּהָב *de auro*) edita & cum *ſententiis* ipſius *ſacro Medicis* Hamb. 1638. 4. cura Caſp. Seidelii cum verſ. Interlineari recuſa. Hanc epiſtolam antiqvi cujusdam Rabbini eſſe opinatus perperam eſt Jo. Dan. Morhofius Parte I. Polyhiſtoris c. XII. p. 113. notatus ideo a V. C. Jo. Mollero in Introduct. ad Cherſoneſum Cimbricam Parte II. p. 96. Sententiæ illæ SacroMedicæ a primo libello, hic memorato, non ſunt diverſæ. Conf. Hiſt. meam Lexic. Hebr. p. 154.

3.) מוּסַף הֶעָרוּךְ h. e. *acceſſiones Aruch.* Edidit enim Lexicon, qvod vocatur Aruch, cum animadverſionibus ſuis & acceſſionibus vocum difficiliorum variis, qvæ in ora libri adpicta manus figura notantur *Amſtelod.* 416. C. 1655. fol. Notandus hic eſt Bartoloccius, qui in appendice ad Tomum I. Biblioth. Rabb. p. 829. noſtrum hunc appellat *Abrahamum Muſſaphiam*, eumqve ערוך h. e. ut interpretatur ipſe, annotationes & Indices locorum Talmudic. qvæ in *Schulchan Aruch* & *Beth Joſeph* adducantur, ſcripſiſſe monet. Quæ qvidem omnia ex iis, quæ modo diximus, emendantur. Idem addit, ex *Raphaele Dies* Medico Hebræo ſe audiviſſe, qvod hic

hic *Muſaphias* effigiem Templi Hieroſolymitani ex ligno perpolito & auro tecto effabricatam Amſtelodami ſervet.

4.) עֵדוּת בְּיַעֲקֹב *teſtimonium in Iacob* ex Pſ. LXXVIII. 12. h. e. quæſita & reſponſa epiſtolica R. *Iacobi Sexportas* & R. *Benjamin Muſſaphiæ* de heredibus viduæ cujusdam defunctæ. Amſtelod. 432. C. 1672. 4. Conf. de eodem Cl. *Iac. Baſnage* Tom. V. Hiſtor. Jud. p. 2105. ſq. qvi ex *Dan. Lev. de Barrios* teſtatur, eum præter additiones *Arucb* commentatum eſſe in Talmud Hieroſolymit. & fluxus ac refluxus Maris cauſas indagare conatum.

403. ר׳ בנימין בן משה R. BENJAMIN fil. MOSIS,

Karæus, cujus ס׳ דינים *de judiciis*, vel potius *ritibus & inſtitutis* Karæorum memoratur MS. inter Codd. Warnerianos in Catalogo B. Leidenſis p. 287. n. 44. Eum non puto diſtinctum ab illo, qvi p. 284. num. 21. recenſetur ſub titulo *libri Judiciorum* R. *Bimin*: pro *Benjamin*. Illum ſe apud R. *Ioſ. del Medico* MS. vidiſſe teſtatur R. *Schemuel Germanus* in nota qvadam ad נובלות חכמה p. 56. a. ubi itidem ait eſſe librum דינים qvi titulum ferat מַשְׂאַת בִּנְיָמִן i. e. *munus Benjamin*. Utrinqve ſimpliciter vocatur *Benjamin*: hunc autem non *Jacobi* de qvo paulo ante diximus, ſed *Moſis* filium fuiſſe inde conjectura adſeqvor, qvia *Seldenus* in Uxore Hebr. lib. 1. c. 3. p. 7. teſtatur, R. *Jehudam ben Eliezer Poki* in præf. ad librum שער יהודה, qvi editus eſt, inter ceteros Karæos meminiſſe librorum *Benjaminis ben Moſche*. Vide etiam ש״ר p. 73. n. 39. ubi cum R. *Jeſchua fil. Iehudæ*, qvæſtiones de gradibus prohibitis & R. *Iacobi fil. Simeonis* reſponſiones MSS. recenſuiſſet, addit hanc eſſe commentationem R. *Benjamin ben Moſche* de Karæorum ritibus: unde colligere licet, ש״ר putaſſe, qvod hic *Benjamin* tantum collegerit utriusqve illius ſcriptionem.

404. ר׳ בנימין מנורציה R. BENIAMIN *Nurcienſis*, ſcripſit annotationes in R. Iſaaci Tiburtini deciſiones, qvas ex Codd. Talmudicis *Peſachim*, *Ioma*, *Succa*, *Iom Tov*, *Roſch haſſchana* & *Megilla* collegit. MSS. illæ ſervantur in Bibl. Vrbinat. 4.

בנימין

Digitized by Google

בנימין מפזונא BENJAMIN, Præſes Curiæ Poſnenſis, cujus חדושים *nova obſſ.* in Toſephoth Tract. *Bava Kama* itemqve *Bava Metzia, Bava Batra* & *Sanhedrin* duobus voll. exſtant MSS. in B. Oppenheimeri 4. 405.

ר׳ בנימין מפנטי R. BENIAMIN MIPPANTI ſive *Pantinus* ſcripſit 406.

1.) קִרְיַת עֹז i.e. *urbs roboris* ex Proverb. XVIII. 19. qvem librum ſine commemorato argumento, loco aut tempore editionis recenſent ש״ש & Buxtorfius, qui poſterior etiam cognomen ipſum non addidit, a priore recte obſervatum. Noſtrum vero hunc librum illum ſcripſiſſe apparet ex inſcriptione libri alius, qui eidem debetur, nempe

2.) שַׁעַר עֵץ חַיִּים i.e. *porta arboris vitæ* (Buxtorf. legit mendoſe שערי) qvi eſt libellus varia carmina moralia complexus, & Pragæ in 4. editus.

ר׳ בנימין שאול R. BENIAMIN SCHAUL חזן ſive præcentor Ferrarienſis, qvi inter Scriptores alios laudatur in præfatione ad librum שלטי הגבורים. 407.

בנימין מתודלה vide ſupra *Benjamin ben Iona Tudelenſis*.

בן יקטן BEN JOCTAN vide אבי יעפר בן תופיל.

בן לענה ובן תגלה ut Bartoloccius titulum effert, qvem in R. *Aſaria* loco mox citando ita legas בן תגלה או בן לענה liber varias ſententias morales ad morem & exemplum Eccleſiaſtici complectens, cum qvo (Eccleſiaſtico) conjunctum olim fuiſſe teſtatur R. *Aſarias de Rubeis* in *Imre Bina* ſive parte III. libri *Meor Enajim* p. 29. a. Idem ſuſpicatur in hoc libro, de qvo nunc agimus, ea forte olim lecta fuiſſe quæ a veteribus afferantur, tanqvam in Eccleſiaſtico ſive Siracide, in qvo tamen hodie fruſtra qværuntur, exſtent, ut proinde conjunctio hæc diverſorum librorum effecerit, ut alter pro altero citaretur. Præter hæc nihil qvicqvam ab aliis de hoc ſcripto obſervatum legi, nec Bartolocci- 408.

Digitized by Google

us qvidqvam præter Aſariæ locum, ſed minus recte propoſitum affert, qvemadmodum & in ש״י nulla ejus ſit mentio. Interim notitia hæc, a R. *Aſaria* ſuppeditata, innititur locis qvibusdam Talmudicis ab eodem allatis, ex qvibus etiam apparet, lectionem illius prohibitam fuiſſe. B. *Groddeckius* in Theatro Placciano p. 686. a. poſt relata Bartoloccii de hoc libro verba addit, *ea alio loco a ſe examinari*, qvod forte in Biblioth. Rabb. facturus erat, certe alibi factum non memini.

409. בני מערבאי ומדנחאי *Filii Occidentales & Orientales*, i. e. Judæi *Palæſtini* & *Babylonii*, (i) qvi cum in recenſendo Sacro Codice utriqve eſſent, in eo ita verſati ſunt, ut in locis 216. diverſam ſeqverentur lectionem, qvæ tamen varietates tam exigui ſunt momenti, ut ipſius *Lud. Capelli* libro III. Criticæ Sacræ p. 187. judicio perinde ſit, utram ſeqvaris lectionem. Maximam enim partem abſolvuntur diſſenſione circa literarum Qvieſcentium vel additionem, vel omiſſionem vel permutationem, vel transpoſitionem. Interdum qvidem dictionibus integris differunt, v. c. Joſ. VIII. 12. ubi Occidentales ſcribunt & legunt בית אל, Orientales autem ſcribunt בית אין & legunt ביתאל. Eodem loco priores habent מיםם לעיר Orientales vero מיםם לעי &c. Sed nec in his aliqvid momenti qvod ad ſenſum ſitum eſt, qvod inter alios etiam oſtendit *Simeon de Muis* in Aſſertione prima Verit. Hebr. p. 132. ſq. In his tamen nullum ex Lege affertur diſſenſionis exemplum, procul dubio ideo, qvod tanta accuratione etiam eo tempore in lege deſcribenda (k) verſarentur, ut non temere vel literam unam deficere aut ſupereſſe paterentur. Catalogus harum varietatum exſtat in calce Bibliorum Rabbinicorum ſub titulo: חלופי המקרא שבין בני ארץ ישראל

(i) Palæſtina ſcilicet ad Babylonem relata magis Occidentem ſpectat, unde Palæſtini Judæi Occidentales, Babylonii vero Orientales vocantur.

(k) Qvanta cura & olim & nunc Judæi in deſcribendo Pentateucho verſati ſint & verſari ſoleant, apparet imprimis ex Maimonidæ ספר תורה ſive de libro Legis, qui exſtat Parte II. *Jad Chaſaka* & cum Lat. verſ. ac eruditis V. C. *Henr. Jac. van Baashuyſen* obſervationibus *Francof. ad Mœn.* 1708. prodiit. Adde *Jo. Morini* Exercitt. Biblic. p. 435. ſq. *Wilh. Schickardi* Bechinath Happeruſchim p. 11. ſq. *Rich. Simonem* in Hiſtor. Crit. V. T. lib. I. c. 21. p. 108. ſqq. & *Jo. Henr. Hottingerum* in Theſauro Philolog. p. 141. Vide etiam quos hanc in rem laudat Cl. *Jo. Jac. Schudt* in deliciis Hebræo-Philologg. p. 134. ſq.

ישראל — ובין בני בבל h. e. *varietates lectionis, inter filios terræ Iſraelis & filios* Babel, & in *Io Druſii* libello de recta lectione Lingvæ Sanctæ, annotatis cujusqve libri capite & commate, ubi legantur. Quæ quo tempore, quibusve auctoribus primum notatæ ſunt, apertum non eſt. *Io, Morinus* quidem in Exercit. Bibl. p. 409. annum poſt C. N. octingenteſimum antecedere non potuiſſe ex eo contendit, quod illius non meminerit tractatus *Sopherim,* ad cujus tamen inſtitutum ita pertinebat, ut, ſi exſtitiſſent, ad partes omnino vocaturus fuiſſet. Cum vero, ita pergit ratiocinari, hic tractatus ſit Talmudicus, Talmud autem demum poſt A. C. ſeptingenteſimum obſignatum ſit, originem harum varietatum ad iſta, qvæ diximus, tempora referendam eſſe putat. Enimvero cum ætas Talmudis plerisque aliis antiquior hac Aera videatur, de qvo ſuo loco præcipiemus, nondum video idoneum ſatis conjecturæ Morinianæ argumentum, ſicut nec a ſilentio tractatus Sopherim tuto ſatis argumentari licet. Quemadmodum nec ex eo, quod nulla harum varietatum ad vocales ſpectet, firmiter conficitur, ceu Morinus ſibi perſvaſit, ea ætate puncta vocalia nondum exſtitiſſe, ſed demum tempore *ben Aſcher* & *ben Naphthali* exorta fuiſſe: qua de re diſputantem vide *Buxtorfium* de Antiqvitate punctorum p. 270. ſqq. Lege plura de variis his Lectionibus apud *Cappellum* in Critica Sac. p. 8. & 187. ſqq. *Morinum* p. 409. Exercitt. Bibl. *Muiſium* l. c. *Buxtorfium* in Anti-Critica p. 510. ſqq. & qvos ſupra ſub *Aharon ben Moſche de tribu Aſcher* laudavimus, ubi etiam evictum eſt, Bartoloccium has lectiones confudiſſe cum lectionibus *Bene Aſcher & Bene Naphthali.*

בן סירה f. *Filius Siræ*, ut Hebræis vocatur, quem *Zemach* 410.
David ad annum 3448. nunc בן סירא, nunc בן סירח aut בן סירך (1) appellari ſcribit. *Schalſcheleth* p. 68. b. יהושע בן סרוק. auctor libri שבט יהודה p. 3. הושיע בן סירו, rectisſime omnium vero Aſarias in *Meor Enajim* c. II. p. 29. ישוע בן סירך appellat. Permutatio nominis סירח cum סירך ex dialecto Hieroſolymitana non præter rem repeti poſſe videtur, quod recte monuit *Scipio Sgambatus* p. 461. Archivorum V. T. cum in ea alia ejusmodi decurtationum exempla exſtent, qualia ſunt *Ioſe* pro *Io-*

(1) Nec una apud Græcos Scriptores ſcribendi ratio obtinet: alii enim Σειρὰχ alii Σιρὰχ alii Σιραχ appellant.

Ioſeph, *Ada* pro *Adam*, *Aſche* pro *Aſcher*. Patriam Hieroſolymam & ætatem qua vixerit, ipſe Scriptor ſic ſatis innuit cap. L. 1. & 29. ubi *Onia*, ejusque filii *Simonis*, (m) tanqvam defunctorum meminit, quorum prior de Onia primo, poſterior de *Simeone Iuſto* videtur accipiendus, cui cum *Eleazar* in Pontificatu ſucceſſerit, nec ejus ullam, quam, ſi defunctus fuiſſet, non omiſſurus videbatur, fecerit mentionem, non præter rationem ſuſpicio naſcitur, noſtrum *Eleazaro* adhuc vivente, adeoque tempore Ptolomæi Philadelphi, ad quem Eleazari ætatem refert Joſephus XII. 2. Antiquitt. ſcripſiſſe. Conf. Cl. Fabricii Biblioth. Græc. Lib. III. c. 29. p. 728. Scripſit is, ceu tum ex prologo tum ex cap. L. 29. apparet, librum moralem, qui hodie *Eccleſiaſticus* a diſciplina Eccleſiaſtica de vita recte inſtituenda tum a noſtratibus tum a Judæis recentioribus, Schalſcheleth p. 68. b. *Aſaria* in Meor Enajim p. 29. a. & ש״י p. 84. appellatur, eo quidem, ut ש״י ex Schalſcheleth tradit, inſtituto ſcriptus, ut homines ad obedientiam Magiſtratibus præſtandam moresque vitæ recte formandos excitentur, quibus monitis laus ſapientiæ & Virorum præſtantium ſubjungitur.

Hæc ſententiarum collectio, teſte prologo libri, qui in Pſeudo-Athanaſii Synopſi Scripturæ legitur, partim ex antiquiorum ſcriptis, partim ex ipſius collectoris ingenio petita eſt, atque adeo varia dicta Salomonea exhibet, quæ cum iſtis comparavit *Druſius* Obſervatt. Sacr. lib. I. c. 18. & illuſtris *Huetius* in Demonſtr. Evang. p. 363. ſq. unde & factum puto, ut olim titulo משלים *proverbiorum* inſcriberetur, ſub quo eum legiſſe ſe ſcribit Hieronymus in præf. ad Proverbia. Hinc tamen non effeceris, quod Huetius l. c. cum aliis fidei ſuæ ſociis contendit, ſcriptionem hanc ipſi deberi Salomoni, adeoqve inter Canonica ſcripta numerandam; quod nec inde confirmatur, quia Hebraica primum lingva conſignata eſt ab auctore. Hoc enim quamvis negari non poſſit, cum & in præfatione contextus Græci Interpres id teſtetur, & Hieronymus (n) l. c.

(m) Hic non confundi debet, quod a Judæis & alis quibusdam factum eſt cum *Simone Juſto* cui *Jaddi* cognomen erat, *Zacharia Malachia* & *Eſdra* æqvali, qvippe qvo noſter hic, Oniæ filius, ætate non parum eſt inferior. Tres enim in univerſum hoc nomine inter Judæos clari ſunt: Simeon Juſtus, Jaddus, Simeon Oniæ filius, & Simeon, cujus hiſtoria Evangelica meminit.

(n) Locus Hieronymi *præf. in Proverbia* ita habet: *Fertur & Panaretos JESU Filii Sirach liber, & alius pſeudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inſcribitur. Quorum prio-*

l. c. hebraice ſibi viſum aperte profiteatur, præterea vero ipſa verſio redoleat phraſin Hebraicam; (o) alia tamen requiruntur Canonici libri argumenta, nominatimque Eccleſiæ Judaicæ teſtimonium &c. quæ hic omnino deſiderantur. Nec ſane crediderim, antiquum illud, quod Hieronymo viſum eſt, exemplar Hebraicum adhuc exſtare in Biblioth. qvadam Hebræa, quod *Paulus Fagius* in præf. ad librum Tobiæ Hebr. ſcribit, aut a Judæis CPolitanis formis exſcriptum eſſe, quod Seb Munſterus refert. Fieri enim, ſi unquam talis verſio exſtitit, facile potuit, ut a Judæis recentioribus Eccleſiaſticus ad exemplum libri Tobiæ hebraice converteretur, quemadmodum, qvod ſtatim dicemus, dialecto Germanico-Rabbinica redditus lucem adſpexit.

Relinqvitur itaque exſtare hodie interpretationem Græcam, quam perfecit nepos *Ieſu Siracidæ*, tempore *Ptolemæi Evergetæ*, (quod ipſe in prologo ſcribit,) non illius, qui *Ptolemæo Philadelpho*, de quo accipi vult Bartoloccius, (p) ſed qui *Philometori* ſucceſſit, quem hic ſignificari & veterum teſtimoniis & ex ratione temporum conficit *Humfredus Hody*, p. 193. ſq. de Textibus Scripturæ Origg. Unde ſimul concidit Bartoloccii & Sgambati in Archivis V. T. p. 463. ſuſpicio, quod hic Jeſus Siracides inter auctores verſionis LXX. viralis numerari debeat. Ceterum de variis verſionis Græcæ editionibus & aliis ejusdem libri interpretationibus diligenter, more ſuo, exponit Celeberr. *Fabricius* l. c. p. 730. ſqq. quibus addes, ſi placet, quod interpretatio Rabbinico-Germanica auctore R. *Moſche Vitmund* ſub titulo ארחות יושר *ſemita recta* prodierit *Amſtelod.* 421. C. 1661. 8.

Non ignotum imo etiam lectum fuiſſe Hebræis ac ſpeciatim Talmudicis Scriptoribus, quamvis ſenſim magis magisque interpolatum & nunc

rem Hebraicum reperi, non Eccleſiaſticum, *ut apud Latinos, ſed parabolas prænotatum: cui juncti erant Eccleſiaſtes & Canticum Canticorum, ut ſimilitudinem Salomonis non ſolum numero librorum, ſed etiam materiarum genere coæquaret.*

(o) Hinc & *David Clericus* p. 239. Qvæſtionum Sacrarum obſervat, Siracidem ex Hebræo verſum eſſe, additqve: *Sane magna incuria & magna negligentia fuit Interpretis in libro præſtantiſſimo: nihil enim penſi habuit ſexcentis in locis, modo verba Hebraica totidem Græcis redderet, nulla ſenſus & ſignificationis ratione habita.*

(p) Bartolocc. in eo qvoqve hallucinatur, qvod annum 38. qvo Interpres verſionem ſe adgreſſum ait, de anuis regni *Ptolem. Evergetæ* interpretatur, qvamvis non diffiteatur, a nemine alio tot annos imperio ejus adſignari. Quæ certe ratio ſola efficere poterat, ut cum *Jo. Druſio*, & præſtantiſſimo *Huetio* annum ætatis, qvem tum temporis egit Interpres, hic ſignificari ſtatueret.

novis ſententiis adauctum, nunc aliis privatum, ex eo apparet, quod varia, quæ in Eccleſiaſtico noſtro exſtant, oracula ab iis v. c. in Sanhedrin cap. *Cheleck*, in *Berachoth* c. 6. *Ievamoth* c. 6. p. 64. *Cetuvoth* c. 3. f. 108. *Bava Batra* c. 5. p. 98. &c. ſub *Ben Siræ* nomine allegentur, alia autem ſub eodem adferantur nomine, qvæ in noſtro fruſtra qvæſiveris. Oſtenderunt hoc exemplis in rem præſentem allatis *Bartoloccius* Tom. I. p. 680. ſqq. *Scipio Sgambatus* in Archiv. V. T. p. 467. ſqq. *Christoph Cartvvrightus* in Mellificio Hebræo V. 13. *Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 517. ſqq. *Hugo Grotius* ad Eccleſiaſt. VI. 6. & *Ioſephus Voiſinius* ad Raymundi Pugionem Fidei p. 125. Ex Judæis idem manifeſtum fecit R. *Aſarias* in *Meor Enajim* c. II. p. 29. a. ubi varia affert Talmudis loca, in qvibus pronunciata ejus exſtent: de ceteris vero, quæ ibidem citata in Eccleſiaſtico non leguntur, ita ſtatuit, quod forte olim exſtiterint in libro בן תגלה ובן לענה quippe qvi *Ben Siræ* libro olim fuerit junctus. Adde qvoqve *Gerſonis* verſionem capitis *Cheleck* p. 153. Nec improbabile ſane mihi videtur, fuiſſe olim inter Judæos collectionem variarum ſententiarum ex diverſis ſcriptoribus factam, qvæ deinceps a *Ben Sira*, tanqvam principe illorum, nomen tulerint, ut proinde illi eæ quoqve ſententiæ tribuerentur, qvæ rectius alii adſcribendæ fuiſſent. Sacrum ſeu, qvod idem eſſe puto, Canonicum hunc librum veteribus Judæis fuiſſe, inde patere putat *Sgambatus* p. 466. qvod cap. VI. *Berachot* monetur, Jannæum aliqvando Simeonem ben Schetach inter ſe & Reginam medium collocaſſe, ac deinde ex eo qvæſiviſſe: *videsne qvantum tibi honorem exhibeam?* cui is deinde reſponderit: *non tu mihi hunc honorem tribuis, ſed Lex: dictum enim eſt:* ובין נגידים תושיבך *& inter Principes ſedere te faciet.* Ad hunc enim locum monet *Raſchi*, verba hæc ex libro Ben Siræ eſſe petita, ex quo conſequi putat Sgambatus, Maccabæorum tempore, qvo hæc res geſta eſt, librum *ben Sira* ſive Eccleſiaſticum pro ſacro habitum eſſe, cum hæc ſententia legatur Eccleſiaſtici c. XI. Similiter Hagiographis ſpeciatim annumeratum olim fuiſſe ex iis colligit Bartoloccius p. 680. b. qvæ in *Bava Kama* c. VIII. p. 92, leguntur: ומשולש בכתובים דכתיב כל עוף למינו ישכון ובני אדם לדומה לו h. e. *Et ter occurrit in Hagiographis, ſicut ſcriptum eſt: omne volatile cum ſpecie ſua habitabit, & filii hominum ſimiles ſunt iis.* Qvæ qvidem verba in Sacro Codice V. T. non leguntur, ſed exſtant in Eccleſiaſtico XIII. 19. Eundem locum ad partes qvoqve vocavit *Huetius* in Demonſtr. Evang. l. c. Enimvero neutrum teſtimonium efficit

id

id, qvodeſſicere debebat; cum prius illud ex *Berachoth* allatum, non primum in libro *Ben Sira* propoſitum, ſed potius repetitum ex Pſalmo CXIII. 9. appareat, ut proinde *Simeon* ille non tam ad lib. ben Siræ, quod Iarchius credidit, quam ad Pſalmi locum reſpexiſſe merito exiſtimetur: poſterius vero ad כתובים referatur, non ſtrictiori illo ſenſu, in Eccleſia Judaica & olim & hodie recepto, & qvo libri qvidam Biblici, Spiritus S. afflatu ſcripti, κατ᾽ ἐξοχὴν כתובים (q) vocantur, ſed latiſſimo, qviqve ſcripta majorum qvæcumqve lectione frequentata comprehendat. Nec diffitetur hoc ex parte Huetius l.c. qvando concedit per כתובים intelligi debere ſcripta inferioris generis, eorum nempe, qvæ per בת קול dictata erant, cujusmodi fuerint libri *Tobiæ* & *Judith*. Cum vero tota antiqvitas Judaica eam diſtinctionem ignoret, qva libri qvidam ſacri per *Bath Kol* (r) exarati ferantur; patet ſane, Eccleſiaſticum & ceteros, qvi illi putantur ſimiles, inter ſacros ab illis nunqvam eſſe memoratos. Et qvi, qvæſo te, auſi fuerint Judæi librum, inter Canonicos olim habitum, non ſolum expungere ex canone, ſed vel legendum prohibere. Id autem de libro Ben Siræ factum conſtat. Qvando enim in Sanhedrin c. XI. §. 1. legitur, eos, qui ספרים החיצונים *libros extraneos* legant, vita æterna privatum iri, Gemara Hieroſolymit. diſerte his libris accenſet librum *Ben Sira* & *ben Laana*, ex ſententia R. *Akiba*, quod idem fit in

(q) Judæi ſcilicet libros qvosdam ſacros v. c. Pſalmorum, Jobi, &c. nomine כתובים appellant, qvos a Scriptoribus non per ſomnium ſive viſionem, ſive alio modo, qvo DEUS mentem ſuam cum Prophetis communicare ſolebat, ſed ἀμέσως per Spiritum S. commotis, & integris alioqvin ſenſibus uſis exaratos ſtatuunt: vide *Kimchii* præf. ad Pſalmos & *Abarbanelis* præf. in Joſuam, cujus verba exhibet *Buxtorfius* pag. 496. diſſertatt. Lege plura in ſingulari diſſert. *Jo. Friſchmuthi* de diviſione Scripturæ S. Tripertita, *Buxtorfii* Tiberiade Parte I. c. II. & *Lightfooti* Horis Talmudic. p. 899. Non ſemper vero hoc ſenſu vocem כתובים adhiberi, ſed interdum etiam ad libros lectu digniores, qvamvis non θεοπνεύςυς, transferri inter alios oſtendit Friſchmuthus diſſ. laudata §. 31. ſicut Hieronymus in ep. ad Chromatium & Heliodorum ſcribit, *Judaeos librum Tobiæ de catalogo divinarum Scripturarum ſecantes his, quæ Hagiographa ſint, mancipare.*

(r) Per *Bath Kol* i. e. *filiam vocis* ſeu *vocem* ſive *oraculum* libros qvosdam Biblic. ſcriptos eſſe nullibi tradunt Judæi, qvamvis eam inprimis poſt Malachiæ tempora ſubinde auditam hinc inde teſtentur, ubi in Prophetiæ locum ſucceſſerit. Vide quæ de ea ex Judæorum ſcriptis a *Jo. Henr. Hanero* diſputatt. 2. de *Bath Kol* Jenæ 1673. edd. *Paulo Fagio* ad *Exod.* XXVIII. p. 184. ſuper Onkeloſum, *Gilb. Gaulmino* ad Vitam Moſis p. 304. & auctore Bilibræ Veritatis p. 139. ſq. adferuntur.

Babylonica ex ſententia R. *Ioſephi.* Hos & *Maimonides* & *Aſcher* in notis ſuis ſeqvitur, qvorum prior addit cauſam, quod illi libri ſeducant, *inter quos numeretur* Ben *Sira*, *qui ſcripſerit libros illuſionum plenos nominatimque de Phyſiognomia* (מעניני הכרת הפנים) (s) *in qvibus ratio aut utilitas nulla ſit, ſed potius jactura temporis.* Vides itaque, Talmudicos ſuis lectione libri ben Siræ interdixiſſe, quod certe de canonico auſi non fuiſſent. Neque rem acu tetigit Sgambatus, qvando p. 475. ſuſpicatur, inter Apocrypha ideo rejectum eſſe, eo quod in eo fuerint ſententiæ faventes הַכָּרַת הַפַּרְצוּפִים i. e. *diſtinctioni perſonarum*, ut vertit Sgambatus, ad Maimonidem, qvi hanc adferat rationem, provocans. Primo enim non ſatis intellexit Sgambatus Maimonidem, quem is de diſtinctione perſonarum in SS. Trinitate loqui putat, cujus verba de Phyſiognomia & judicio ex facie ferendo accipienda erant; deinde vero longe diſertiora & crebriora pro diſtinctione perſonarum divinarum loca in veteris Inſtrumenti libris exſtant, quos vel tollere vel interpolare debebant Judæi, ſi hoc licere ſibi putarent; denique non ſane recordor ejusmodi locorum, vel in Eccleſiaſtico noſtro exſtantium, vel a Rabbinis ex libro Ben Siræ allegatorum.

Enimvero alia cauſa in promtu eſt, cur librum, lectione alias tritum, legi inpoſterum a ſuis nollent, nempe quod viderent, tractu temporis factum, ut futilia, inepta, imo ab obſcœnitate etiam prope remota collectioni illi ſententiarum admiſcerentur, ſicut vel ex eo loco, qvo ex barba rariori acumen ingenii, ex craſſiori vero ſtupor vel ſtultitia colligi poſſe dicitur &c. apparet, ob quem etiam in allato loco capitis XI. Sanhedrin lectio ejus prohibita eſſe diſerte dicitur. Confer Gerſonis editionem Germanicam p. 155.

Ex dictis patet, librum בן סירה a Talmudicis allegatum, cum Eccleſiaſtico noſtro recte conferri, eundemque olim lectione frequentatum, deinde vero prohibitum eſſe: nunc diſpiciendum fuerit, qvid de libro בן סירא, qui hodie inter Judæos circumfertur, habendum ſit. Ex-

(s) Verba hæc nullo ſenſu reddit *Vorſtius* in *Zemach David* p. 66. per: *Faſcinationes vel illuſiones ex faciei conciſione*, quam interpretationem ſecurius ſecutus eſt *Huetius* pag. 366. Demonſtrat. Evang. Verba Maimonidæ, prout diximus, accipienda eſſe tum ex vocibus, tum ex re ipſa apparet: Maimonides enim procul dubio locum illum, qui de ingenio ex barba æſtimando ex libro Ben Siræ in Sanhedrin adfertur, de qvo mox dicemus, reſpexit, cum ibidem (in Sanhedrin) propterea lectio ejus prohibeatur.

Digitized by Google

Exſtat enim libellus brevis, ſententias quasdam, ſeu, ut *Druſius* appellat *Proverbia*, ſecundum alphabeti ſeriem diſpoſita, exhibens, & duobus alphabetis abſolutum, quorum alterum Chaldaicum eſt, expoſitione ſubjecta explicatum, alterum Hebraicum. Hujus auctorem Judæi faciunt *ben Si ra fil. Ieremiæ*, unde in editionibus Hebraicis, ſpeciatimque Amſtel. anni 457. C. 1697. 12. legitur: ס׳ בן סירא מחכמים המפורסמים בן סירא בן ירמיהו הנביא. Qvo ipſo qvamvis illi hunc auctorem a Scriptore Eccleſiaſtici Jeſchua ben Sira diſtingvant, Ganzius tamen in (t) *Zemach David* ad an. 3448. & ante eum *Schalſcheleth* p. 19. b. utrumque pro eodem rectiſſime habuit, quam ſententiam ex Chriſtianis plerique omnes certatim ſunt ſecuti, v. c. *Huetius* in Dem. Evang. *Druſius* in Quæſt. Hebr. III. 23. (qui tamen in præfat. ad Adagia ſua diſtinguendos putat) *Sgambatus* l. c. p. 473. & Celeb. *Io. Albertus Fabricius* Bibl. Græc. lib. III. p. 734. aliis contrarium defendentibus & diſtingventibus, inter qvos ſunt *Bartoloccius* p. 684. ſeq. *Gvil. Henr. Vorſtius* in notis ad Ganzium, & nonnulli alii. Priorem ſententiam nemini non probaturam ſe eſſe crediderim, qui recogitarit, primo quidem totam narrationem de Ben Sira, Jeremiæ ex filia filio, qvæ illi alphabeto præmittitur, fabulis contineri: (u) deinde vero varias, quæ illis alphabetis continentur, & a Talmudicis ex parte citantur, ſententias in Eccleſiaſtico noſtro legi. Vorſtius qvidem in notis ad *Ganzium* contrarium probare argumentis qvibusdam conatus eſt, ſed minus, ut puto, idoneis. Qvod enim ait, eos & nomine, cum alter בן סירא, alter Σειρὰχ aqpelletur, & proſapia, cum alter *Joſua* fil. *Joſedeci*, alter Jeremiæ nepos, vel potius filius dicatur, diſtinctos eſſe; certe idem hic eſſe nomen, qvod ex diverſa dialecto nonnihil mutatum ſit, ſupra monuimus, ſicut utriusque genus a Judæis eſt confictum. Itaque non immerito ſtatuimus בן סירא cum Siracide noſtro & illius ſen-

(t) *Gedalias* enim l. c. cum Ben Siram, Jeremiæ filium, auctoritate Codicis כתובות (memoriæ vitio: nec enim vel illo, vel alio Talmudis loco, hujus fabulæ de nato ex Jeremia ben Sira mentio fit, ſed ſententia tantum ejus quædam c. 13. fol. 108. adſertur) laudaſſet, eum eundem facit cum ben Sira, cujus liber in *Bava Kama* c. VIII. Hagiographis annumeretur, addens ſimul, eum ſcripſiſſe libros, proverbia & paraboles. Jam vero ex ſuperioribus conſtat, eam ſententiam, quæ in Bava Kama adſertur, in Eccleſiaſtico noſtro c. XI. 1. legi. Unde vel hujus quoque indicio patet, non niſi unum hujus nominis Scriptorem eſſe ſtatuendum.

(u) Unde & *Zemach David* ad an. 3448. hyperbolice (דרך גוזמא) id dici, nec in Talmude, aut Medraſchim, aut Aggada quadam ſimile quid memorari obſervat.

Digitized by Google

ſententias cum hujus parabolis (ſi interpolationes, additiones &c. exceperis) rectiſſime comparari, ut a recentiore quodam ſelectiores, quæ ipſi viſæ ſunt, ſententiæ ſecundum literarum ſeriem collectæ videantur. Hæ igitur Ben Siræ ſententiæ, qvas antea deſcripſimus, paſſim editæ exſtant tum a Judæis tum a Chriſtianis, & a Judæis qvidem *CPoli* in 4. cum variis aliis opuſculis, quæ recenſet *Buxtorf.* in B. Rabb. pag. 324. (x) (Confer Synag. Judaic. c. IV.) hinc *Venet.* 304. C. 1544. cum iisdem fere opuſculis (in Bartolocc. typographi vitio ſcribitur 1554.) porro *Amſtelod.* aliqvoties, & noviſſime 457. C. 1697. *Furthi* quoque an. 455. C. 1695. In his autem editionibus Judæorum præter hiſtoriam nativitatis & vitæ ac ſapientiæ Ben Siræ, quam inde totam hebr. & Latine exhibet Bartolocc. pag. 684. ſeq. accedunt ſcholia Anonymi cujusdam ad alphabetum prius, ſicut poſterius illud excipiunt quæſtiones a Nabuchodonoſ. Ben Siræ propoſitæ. In Amſtelodam. illa, quam dixi, edit. legitur etiam מוסר על פי החידה i.e. inſtructio moralis per fabulas & apologos, hinc מעשה התורה ac deniqve ארחות חיים R. Elieſeris magni, quæ ſingula etiam in Collectione CPolitana exſtant.

In dialectum Rabbinico-Germ. converſæ prodierunt cura *Salom. fil. Jacobi* Amſtelod. 420. C. 1660. 8. Chriſtianorum opera editæ ſunt omiſ-

(x) Collectionem hanc ita recenſet Buxtorf. l. c. *Habeo exemplar antiquiſſimum CPli impreſſum, idem illud, quo Munſterus uſus, & ex quo Hebraica iſta de Presbytero Johanne excerpſit, quæ fini Coſmographiæ ſuæ addidit. In eo multa fabuloſa de Sapientia Ben Siræ poſt ſententias morales iſtas adſperſa ſunt. Inſunt & alii tractatus plures, veluti* hiſtoria de R. Jehoſua, *qui invito angelo mortis vivus illapſus eſt in Paradiſum, cujus deinde formam & manſiones omnes deſcripſit: item* Medraſch libri Eſther, מעשה תורה res memorabiles Legis: capita ſive exemplar literarum, *quas* פרישטי יואן Preſte Johan *miſit ad Papam Romanum de qualitate ſuæ terræ, ex qua Munſterus iſta deſumſit:* ס׳ אלדד הדני liber Eldad Danitæ, מעשה אברהם hiſtoriæ admirabiles de Abrahamo, מעשיות שבתלמוד hiſtoriæ quædam inſignes Talmudicæ, מדרש ויושע Medraſch Vajoſcha: homilia in hiſtoriam liberationis ex Ægypto, ס׳ טוביה liber Tobiæ, *quem Munſterus ſuæ Grammaticæ adjecit:* ס׳ ארחות חיים liber viarum vitæ, *qui præcepta Ethica continet, ad pietatem informantia.* Hæc ſemel hoc loco attuliſſe ſufficiat, cum inpoſterum aliquoties ad hanc collectionem provocandum nobis ſit. Eandem habuiſſe Erpenium ex Catalogo librorum ejus apparet.

Digitized by Google

omiſſa Siræ nativitate & vita, primo quidem *Pauli Fagii* cura hebr. & Lat. cum ſcholiis, qvæ dixi, *Iſnæ* 1542. 4. deinde ſine comm. illo *cura Jo. Druſii* cum verſ. & notis *Franeqv.* 1597. 4. poſtea Tom. VI. Critic. Sacr. edit. Francof. p. 1873. & a laudatiſſimo *Jo. Alberto Fabricio* nuper admodum cum libris de Vita & Morte Moſis Hamb. 1714. 8. recuſ. *Latine* exſtant in *Cornel. a Lapide* comm. ad Eccleſiaſt. p. 29. *Jo. Euſeb. Nierembergii* X. 9. de Origine Scripturæ, ut & in calce Eccleſiaſtici, græce & latine a modo laudato *Fabricio* cum ceteris Apocryphis editi Lipſ. 1691. 8. ac deniqve in *Sgambati* Archivis V. T. p. 475.

Ceterum cum hoc בן סירא non confundendum eſſe R. זירא illum, de qvo inter Gemaricos dicemus, per ſe patet: videatur interim de eo Bartolocc. Tom. III. & Cl. *Georg. Eliezer Edzardus* ad Cap. II. Avoda Sara p. 566.

ב"ע i. e. בן עוזיאל *filius Vſiel* qui eſt *Jonathan ben Vſil* Paraphraſta Chaldæus.

ב"ע i. e. בן עזרא *filius Eſra*, v. ſupra *Abrah. ben Meir Aben Eſra*.

בן פאסי vide R. *Iudas ben Paſſi Chiug*.

בן ציון vide R. *Moſche Cohen de Porta*.

בן קנה vide R. *Nechunja ben Hakkana*.

בעלי חיים *Animalia*, qvo titulo innui Bartoloccius putat Ariſtotelis libros *de hiſtoria animalium* hebraice converſos, atqve hos ſpeciatim a R. *Levi ben Gerſon* ſub hoc titulo innui cenſet in commentariis, qvos in Proverbia Salomonis ſcripſit. Fortaſſe autem a Gerſonide innuitur אגרת בעלי חיים quem librum ex Arabico a *Kalonymo* converſum eſſe ſupra ſub hoc titulo obſervavimus. 411.

בעלי אספות *auctores collectionum*, ex *Eccleſ.* XII. 11. collectio miſcellanea variorum opuſculorum, eademqve MS. teſte Buxtorfio & R. *Schabbatai*. 412.

בעל הטורים auctor *Turim* ſive *Ordinum*, libri Judæorum ritualis: vide R. *Iacob ben Aſcher*. 413.

בענדיט בן יוסף BANDITH fil. JOSEPH vide אכסילראד.

בער

בער BEHR (*Vrſinus*) vide *Iſſachar Behr ben Moſche*. v. *Iſſachar Behr b. Naphthali*; v. *Schemuel Iſſachar Behr.*

413. בער בן ישראל ליזר BEHR *fil. Iſrael* LEISER, Gubernator (פַּרְנָס) (y) Synagogæ Eulenburgenſis, ſcripſit

1) צֵדָה לַדֶּרֶךְ *viaticum in viam* ex *Geneſ.* XLII. 25. i.e. comment. ſuper Raſchi in Legem & comm. Eliæ מזרחי ceterosqve Legis Interpretes *Pragæ* 383. C. 1623. fol.

2) בְּאֵר שֶׁבַע *Beerſeba* h.e. *puteus ſeptimus* ex Joſ. XV. 28. qvem libro titulum fecit, eo qvod ſeptem partibus abſolvitur, quæ complectuntur *Toſephoth* ſive additiones obſervationum in tract. *Horajoth, Tamid, Cerithuth, Sota*, caput *Cheleck*, & partem tractatus *Cholin*, cum quæſtionibus & Reſponſ. aliquot: Venet. 374. C. 1614. fol. & *Francof. ad Mæn.* 452. C. 1702.

בצלאל בן אברהם BEZALEL fil. ABRAHAM: v. infra *Bezalel* אשכנזי.

414. בצלאל בן אורי BEZALEL fil. URI fil. *Chur*, de tribu *Iuda*, architectus tabernaculi a Deo ipſo deſignatus, ceu patet ex Exod. XXXI. 2. ſq. Huic inſignem rerum omnium ſcientiam Talmudiſtæ tribuunt, iidemqve eam inde repetunt, qvod illas alphabeti literas jungere & combinare noverit, qvibus ad orbem producendum uſus ſit Deus. Vide hanc fabulam expoſitam in Cod. *Berachoth* cap. IX. p. 55. fin. & *Zohar* ſect. תרומה p. 152. qvæ inde repetit Bartoloccius Tomo I. p. 689. ſq. cujus exemplo illi, non admodum huc pertinenti, locum hic fecimus.

415. בצלאל אליה R. BEZALEL *Elias* fil. R. *Zedekiæ*, fil. R. *Eliæ* ſcr.

מעלות

(y) פרנסים hodie apud Judæos ſunt, qui inſtar Seniorum cum Conſulis auctoritate Synagogæ res adminiſtrant. Cl. *Jo. Rhenferdius* diſſ. I. de decem Otioſis p. 100. ſqq. idem evincit de veteri Synagogæ conditione, additque eos cibariæ rei curam geſſiſſe, quaſi διακόνους τῶν τραπεζῶν.

Digitized by Google

מַעֲלוֹת הַמִּדּוֹת *gradus virtutum*: liber aſceticus, qvem MS. Romæ in Biblioth. Collegii Neophytorum exſtare, & Phortiæ, urbe ſuper ripam fluvii Laſi ſita A. 210. C. 1450. abſolutum eſſe teſtatur Bartoloccius Tom. I. p. 692. Hic notandus eſt error in Theatro Placciano p. 706. obvius. Ibi enim liber מעלות qvem Bartoloccius Tom. IV. p. 306. tanqvam MS. in Vatic. & de gradibus primarum qvalitatum omnium herbarum, plantarum & ſtirpium agentem memorat, cum noſtro hoc confunditur, qvando is tribuitur R. *Bezaleli*. Utrumqve certe diſtinctum eſſe partim ex titulo partim ex argumento utriusqve apparet. Dubitari autem poterat, an non liber ejusdem tituli & argumenti מַעֲלוֹת מִדּוֹת (qvem Buxtorfius in Biblioth. מַעֲלַת מִדּוֹת i. e. *præſtantia virtutum* effert) quem *Cremonæ* 316. C. 1556. auctore R. *Iechiel ben Iekuthiel* prodiiſſe teſtatur ש״י, cum hoc *Bezaleelis* idem ſit ſtatuendus, qvoniam in nomine auctoris exprimendo errare potuit Bartoloccius, qvod alibi ipſi uſu venit.

ר׳ בצלאל אשכנזי R. BEZALEL fil. *Abraham, Germanus*, שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת h. e. *quæſt. & reſponſ.* 44. (non 24, ut Bartolocc. habet typographi vitio) Venet. 350. C. 1590. fol. apud Zanetum. 416.

ר׳ בצלאל בן ר׳ שלמה R. BEZALEL fil. 417.
R. *Salomo* קָאבְרִין qvæ eſt Lithuaniæ urbs, qui alias etiam vocari ſolet הַדַּרְשָׁן h. e. *concionator*, qvalem ſe geſſit in *Lithuania*, in oppido פלוצק & in Moravia in urbe באסקוויץ. Scripſit

1.) עַמּוּדֶיהָ שִׁבְעָה *columnæ ejus ſeptem* ex Proverb. IX. 1. h. e. conciones allegoricæ in varia loca librorum V. T. in partes ſeptem diſtinctæ, quarum I. בְּרִית אַבְרָהָם i. e. *fœdus Abrahæ*. II. פַּחַד יִצְחָק *timor Iacobi*. III. עֲפַר יַעֲקֹב *pulvis Iacobi*. IV. תּוֹרַת מֹשֶׁה *lex Moſis*. V. קָרְבַּן אַהֲרֹן *oblatio Aaronis*. VI. מִגְדַּל דָּוִד *turris Davidis*. VIII. יְרִיעוֹת שְׁלֹמֹה *cortinæ Salomonis* vocantur. Prodiit liber *Lublini* 426. C. 1666. *Pragæ* 434. C. 1674. ac deniqve *Dyrenfurti* 453. C. 1693. 4.

Digitized by Google

2.) פֶּלַח הָרִמּוֹן *fragmentum malogranati* ex *Cantic.* IV. 3. qvo continentur commentationes allegoricæ 49. modis variatæ in ſermonem angeli accuſatoris *Amun Ninno,* qvi manu tenet hircum & arietem. Typis exſcripti tantum ſunt decem modi priores. *Amſtelod.* 419. C. 1659. apud Imman. Benbeniſte pp. 32. *Lublin.* 425. 4. C. 3665. & Prag. 449. C. 1689. Tota hujus commentationis ratio hæc eſt: inducitur Angelus, altera manu *arietem*, altera *hircum* tenens, qvi probare conatur, Abrahamum nihil, qvod ſingulare ſit, præſtitiſſe, qui non Iſaacum filium ſed ejus loco *arietem* immolarit; deinde vero reſpectu *hirci* Iacobi filios accuſat, qui cædem Joſephi, a fera factam, Jacobo perſuaſuri hirci mactati ſangvine veſtimenta ejus infecerint. Ad utramque accuſationem 49. modis reſpondet auctor, non ſine ingenio, qui tamen nec omnes prodierunt, nec hic recenſeri per inſtituti rationem poſſunt. Tituli rationem hanc reddit, qvod, ut malogranatum variis conſtet granis, ita hoc libello utiliſſimæ doctrinæ comprehendantur: præterea vero addit, literas tituli hujus & nominis ſui eundem efficere numerum.

3.) קָרְבַּן שַׁבָּת *oblatio Sabbati*, ubi de ritibus & ratione Sabbati præcipitur, *Pferda* ſeu *Furthi* ante paucos annos ſed. in 4.

ברטנורה BARTENORA: v. infra עובדיה *Bartenora.*

418. ר' ברוך בן ברוך R. BARUCH fil. *Baruch* fil. R. *Moſe Baruch.*

אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת אָדָם *iſta ſunt generationes hominis* ex Gen. V. 1. & VI. 9. qvo libro exhibentur duo commentarii in Eccleſiaſten, (cujus textus accedit,) qvorum prior dicitur קְהִלַּת יַעֲקֹב h. e. *congregatio Iacobi* ex *Deuter.* XXXIII. 4. pertinetqve ad ſenſum literalem eruendum: poſterior vero vocatur קוֹדֶשׁ יִשְׂרָאֵל i. e. *Sanctitas Iſraelis* ex *Ier.* II. 3. comprehenditqve expoſitionem ejuſdem libri allegoricam, *Venet.* 359. *l*C. 1599. fol. apud *Dan. Sancti* cum licentia ſuperiorum, cura *Moſis Alpaas.* Notandum hic erit, Bartoloccium hunc noſtrum vocare *Baruch* ben *R. Baruch* יוייא eo ſcilicet ſenſu, qvem in auctore proxime ſeqvente commonſtrabimus, at in ש"י vocatur R. *Baruch ben* Baruch Aben ידעיה h. e. nepos Jedajæ.

Digitized by Goo

ר׳ ברוך בן דוד R. BARUCH *ben David* ſcr. 419.

גְּדֻלַּת מָרְדְּכַי h. e. *amplitudo Mardochai* ex *Eſther* X, 2. h. e. animadverſiones & correctiones libri מרדכי qvibus additus eſt liber אֲגֻדַּת אֵזוֹב *faſciculus hyſſopi* ex *Exod.* XIII. 22. i. e. explicatio compendioſa omnium ſtatutorum, qvæ in *Bava Metzia* & *Bava Batra* exſtant, ſecundum *Choſchen Miſchpath* diſpoſita. *Hanov.* 375. C. 1615. fol. *Bartoloccius* hunc librum Tom. I. p. 705. tanqvam ἀνώνυμον ex Hottingero memorat de præceptis Moſaicis agentem.

ברוך בן ר׳ זרח R. BARUCH ben R. SERACH, 420.

Scriba, qvi exaravit Codicem Bibl. MS. Erfurtenſem, qvem deſcriptum videbis a Cl. *Io. Henr. Michaelis* in diſſert. de Codd. MSS. Biblico-Hebr. pag. 8. ſeq.

ר׳ ברך בן יצחק אייזק R. BARECH *ben Iſaac Eiſack*, 421.

Concionator inter ſuos, qvem Bart. vocat ר׳ ברך יזייא ideo puto, qvod, cum vocem יזייא quæ per compendium ſcriptionis addi ſolet nomini Scriptoris ad huc viventis, notatqve יראה זרע יאריך ימים אמן h. e. *videat ſemen, producat dies*; *Amen.* nomini noſtri hujus adſcriptum videret, ipſe pro proprio haberet. Scripſit is

זֶרַע בָּרֵךְ h. e. *ſemen benedictum* (alludens forte ad Pſ. CXII. 2.) Sunt vero conciones qvarum Pars prior pertinet ad qvatuor priores Moſis libros usqve ad Paraſcham דברים h. e. Deuteronomium edita Cracov. 406. C. 1646. fol. Pars poſterior vero refertur ad totum Pentateuchum ubi in Deuteronomio binas conciones in ſingulas Paraſchas exhibet (ut ſcilicet ſic ſuppleretur commentarius prior, in qvo conciones in Deuteronom. deficiebant) cum explicatione 5. Megilloth. *Amſtelod.* 422. C. 1662. fol. & *Hamb.* 447. C. 1687. Bartoloccius monet, ſub hoc titulo exſtare conciones in Paraſchas Pentatevchi inde a Geneſi usqve ad Paraſcham אם בחקותי h. e. usqve ad Levitic. XXVI. ed. *Crac.* 322. C. 1562. fol. Res ita habet: viderat Baruchus, priorem illum ſuum commentarium non admodum probari ſuis, ideoqve ad poſteriorem accuratius elaborandum animum convertit, qui maximam partem allegoricus

ex *Medraſch Rabba*, *Sohar*, *Ialkut*, *Tanchuma*, *Medraſch Chaſith*, *Schocher Tof* &c. deſumtus eſt. Confer Vener. *Theodor. Daſſovium* in Dedicat. tractatus *de Reſurrectione*.

422. ## ר' ברוך בן ר' יצחק מגרמיזה R. BARUCH

fil. R. *Iſaac Wormatienſis*, diſcipulus R. *Iſaaci Senioris*, cognomine ר"י *Ri* dictus; Vixit is in Germania A.M. 4962. C. 1202. quem annum memorat ipſe in libro התרומה, quem is ſcripſit, n. 135. deinceps abiit in Hiſpaniam, repreſſurus qvosdam qui circa תפלין novi qvid tradere audebant, id qvod *Iuchaſin* p. 132. a. anno 4996. C. 1236. factum eſſe teſtatur. Eodem anno librum תרומה, de qvo mox, elaboratum teſtatur *Algazaus* in Chronicis, qvi eum deinde per Inſulam Cretam in Terram ſanctam profectum eſſe (z) ſcribit.

Scripſit noſter

סֵפֶר הַתְּרוּמָה *liber elevationis*, in qvo de ritibus & inſtitutis cerimonialibus diſſeritur undecim *Hilchoth* ſive Sectionibus, quæ ſunt *de ritu jugulandi animalia*, *de animalibus illicitis*, *de placenta*, *de menſtruata*, *de repudiis*, *de ſolutione calcei*, *de idololatria*, *vino libaminis*, *libro legis*, *Tephillim & Sabbato*. Prod. *Venet*. 283. C. 1523. 4. ap. *Dan. Bomberg*. in qvo anno conſentiunt Bartoloc. & ש"י adeoque perperam Plantavitius annum 288. definire cenſendus eſt n. 770. qui præterea praeter rationem incerto eum auctore prodiiſſe ſcribit, qvamvis etiam in Catalogo MSS. Oriental. Vindobon. Neſſeliano n. 43. MS. Codex nomen auctoris non præ ſe ferre dicatur. Ceterum auctorem librum ſuum ex prælectionibus Præceptoris *Iſaaci* compilaſſe teſtatur *Schalſcheleth* pag. 53. b. provocans ad annotationem, quæ legitur in Maimonidæ *Iad chaſaka* Hilchoth *Schabbat* c. III. qvemadmodum idem monuit R. *David Ganz* in *Zemach David* ad an. 4996. his verbis: ובעל ש"ה בדף נ"ג כתב שר' ברוך לר' יצחק חברו h. e. *& auctor Schalſcheleth Hakkabbala pag. 53. ſcribit*, R. *Baruchum illum* (librum) *exaraſſe ſecundum* (doctrinam) *R. Iſaaci*. Qvæ verba prorſus in alienum ſenſum detorſit G. H. Vorſtius in verſione in hanc ſententiam: *Auctor*

(z) Ita enim agere ſolent Judæi, ut liberi ſint a revolutione cadaveris per cavernas terræ in terram Sanctam alioquin ſub tempus reſurrectionis toleranda, ad exemplum *Jacobi & Joſephi*, quos ob eandem cauſam in Canaanem deportari voluiſſe ſtatuunt in *Jalkuth Chadaſch* fol. 8. col. 4.

Digitized by Google

Auctor S. H. p. 53. *ſcribit, R. Baruchum f. Iſaaci fuiſſe ſocium ejus.* Legit ſcilicet mendoſe חָבֵרוֹ pro חִבּרוֹ.

Præterea quædam חדושים *novellæ obſervationes* ſub noſtri nomine leguntur in חדושים quæ ſub titulo תוספות ישנים *Baſil.* 4. prodierunt ad Tract. *Iom Tov* & *Ievamoth* pertinentes.

ר׳ ברוך בן ר׳ יצחק אבן יאיש R. BA- 423.

RUCH ben R. *Iſaac Aben Iaiſch* ſcr.

מְקוֹר בָּרוּךְ *fons benedictus* ex *Prov.* V. 18. h. e. comm. in *Canticum Canticorum Eccleſiaſt.* & *Iobum*, quo 1) voces exponuntur, connexio verſuum oſtenditur, ac denique explicatio plenior adjicitur. *CPoli* 336. C. 1576. fol.

ר׳ ברוך בן ר׳ יצחק בן ר׳ ברוך R. BA- 424.

RUCH fil. R. *Iſaac* fil. R. *Baruch* Cordubenſis, diſcipulus R. *Iſaaci Alpheſi* A. M. 4854. C. 1094. deinde vero illuſtris inter ſuos Doctor, diſcipulumque nactus R. *Abraham ben Dior*, perfecit librum קוּפַּת הָרוֹכְלִים *h.* e *arca aromatariorum*, qvem pater ipſius inceperat. Vide *Schalſcheleth* p. 40. a. fine, qvi de argumento tacet, obitum vero Scriptoris refert in A. M. 4886. C. 1126. R. *Schabbatai* in ש״י prorſus non commemorat.

ר׳ ברוך מפיסקיירא R. BARUCH MIPPIS- 425.

KAIRA, (*Piskeranus*) cujus notas ad marginem libri Maimonidæ *More Nevochim* ſcriptas, easque diffuſiores, ut collectæ volumen juſtum conficerent, allegat R. Aſarias in *Meor Enajim* Parte III. c. 24. p. 95. & c. 25.

ר׳ ברוך המקבל R. BARUCH *Cabbaliſta* ſcripſit 426.

חוֹשֶׁן הַמִּשְׁפָּט h. e. *pectorale Iudicii*, ex *Exod.* XXVIII. 15. liber argumenti Cabbaliſtici, laudatus in Indice Scriptorum Cabbaliſtic. editioni Mantuanæ libri *Jezira* ſubjuncto.

ר׳ ברוך קלעי R. BARUCH KALAI ſcr. 427.

מְקוֹר בָּרוּךְ *fons benedictus*, ex *Prov.* V. 18. lib. & reſponſ. qvem memo-

Digitized by Google

morari tantum vidi in Catal. Bodlej. p. 375. tanqvam *Izmir* i. e. *Smyrna* ed. 1654.

428. ר' ברוך בר שלמה R. BARUCH fil. SCHELOMO, ex Arabico hebraicum fecit *Achmid ben Aud Alla ben Alchaſſad* librum de Arithmetica, A. M. 5211. C. 1451. MS. in B. Vatic. 4.

429. ר' ברוך בן שמואל R. BARUCH ben *Schemuel*, *Moguntinus*, (ממגנצא) æqvalis Maimonidæ A. M. 4950. C. 1190. ſcripſit

ספר החכמה *librum ſapientiæ*, ut apparet ex *Mordachi* ad Cod. השבועות cap. שבועת הדיינין ad qvem locum provocat *Schalſcheleth* p. 60. b. med. Eodem loco in *Mordachi* dicitur literarum commercium interceſſiſſe inter noſtrum & R. *Schemarjam*, diſcipulum Raſchii. Vidit adhuc ראביה h. e. R. *Elieſer ben R. Ioſe Galilæi*, ut apparet ex *Mordachi* ad *Cethuvoth* cap. הכותב ubi hic R. Elieſer ex Barucho noſtro aliquid quæſiviſſe fertur. ש"י ait, librum hunc exſtare MS.

430. ר' ברוך R. BARUCH, neſcio quis, forte unus ex commemoratis, laudatur a Bartoloccio ideo, quod quædam ejus deciſiones juridicæ (פסקי הדינים) cum ſimilibus aliis R. *Tam*, R. *Alpheſi*, R. *Chananel*, R. *Meir*, R. *Ieſchaja ben Eliæ*, & R. *Moſis Maimonidæ* MSS. exſtent in Biblioth. Urbinat.

431. ברונוס BRUNUS *Longoburgenſis*, Chriſtianus, cujus *Chirurgia magna & parva* Latine ſcripta cum *Guidonis Theodorici* & aliorum ſcriptis Chirurgicis prodierunt *Venet.* 1490. 1546. & 1559. fol. Eadem vero *Bruni* commentatio hebraice a R. *Iacobo fil. Iudæ Aben Caſpiel Hiſpano de Alcala*, Doctore Medico in urbe *Soria* A. M. 1501. verſa eſt, qvod ex MS. qvodam illius operis Latino, in Bibl. Vatic. obvio, refert Bartoloccius, qvi tamen habet, qvod in anno deſideret, cum an. 1501. nullus in Hiſpania Judæus, omnibus ſcilicet jam an. 1498. inde pulſis, cummoratus fuerit.

Digitized by Google

ברוריה BERVRIA filia R. *Chananja ben Thardion*, & uxor 432.
R. *Meir*, femina erudita, & a Talmudicis paſſim doctrinæ nomine laudata, vixit A. M. 3881. h. e. 53. poſt excidium Templi, A. C. 121. Vide de ea Cod. *Celim* cap. I. *Peſachim* c. V. *Avoda Sara* cap. I. p. 144. edit. a V. C. *Georgio Eliezere Edzardo* curatæ, & *Berachoth* cap. I. p. 102. edit. ab eodem curatæ, qvi ad utrumque locum de eadem commentatur in notis. Ex Chronologis Hebræorum videri de eadem poſſunt *Iuchaſin* p. 31. 1. 40. 2. 58. 1. 86. 1. *Schalſcheleth hakkabala* 32. a. & *Zemach David* pag. 42. *Schalſcheleth* l. c. poſt *Raſchium* in gloſſa marginali refert, eam voluntario ſuſpendio vitam finiiſſe, cum a qvodam mariti, rem inſtruentis, diſcipulo ad concubitum illecta, ipſique ſe datura, intellexiſſet, maritum ipſum rei conſcium ſecum concubuiſſe. Bartoloccius ei inter Scriptores locum fecit, ideo qvod e ſuggeſtu eam docuiſſe legeret, quam in rem provocat in primis ad Peſachim c. 5. ubi dicitur, citante *Schalſcheleth*, שבימי החורף למדה ש' הלכות מש' חכמים quod Bartoloc. ita interpretatur: *illa hyemis tempore 300. Lectiones 300. Sapientum explanavit*; ex quo deinceps conficit, multa eam ſcriptitaſſe, cum tot lectiones brumali tempore dictaverit. At enimvero vi vocam Hebraicarum non tam dictitaſſe aut docuiſſe illas prælectiones ſive *ἀναγνώσεις*, quam ex aliis audiiſſe & didiciſſe dicenda eſt, quod idem conſtat etiam ex *Zemach David* p. 42. vel ex ed. Francofurt. 1692. p. 30. a. ubi dicitur דגמרה שלש מאות שמעתתא מש' רבנים h. e. *quod didicerit 300 prælectiones ex 300 præceptoribus*. Quæ quidem verba non aſſecutus eſt *G. H. Vorſtius*, vertens, *quod in Gemaram contulerit 300 auditiones ſeu traditiones a 30* (lege 300) *Magiſtris*. Qvicqvid hujus erit, locum feminæ illi hic relinquendum putavimus ob quaſdam ejus, quæ in Gemara referuntur, ſententias, præcipue, cum Wagenſeilii judicio, in notis ad lib. *Sota* p. 437. illa una fere ſit, quæ a Judæis antiqvioribus, tanquam literis clara, memoretur. (a) Memini me legere eruditam Vener. *Guſtavi Georgii Zeltneri*, Theologi ac Philologi Altorfini meritiſſimi, primam de eruditis feminis Hebræorum diſſertationem, quæ de *Debora* commentatur.

בריאוס BARIOS v. *Daniel Levi* & *Michael de Barrios*.

ברנאבי

(a) Ex recentiori memoria feminæ quædam Judaicæ eruditæ pauciſſimæ exſtant, nomiuatim *Debora Aſcariel*, & *Rebecca*, de quibus ſuo loco dicemus.

Digitized by Google

433. בריאני BRIANI, Karæus, ſcr.

סֵפֶר דִּינִים librum de ritibus Karæorum, quem MS. habuit Triglandius, qui in diſſ. de Karæis, nuper mea opera recuſa, p. 145. ejus teſtimonio utitur, nomine auctoris non memorato, quod *Briani* fuiſſe ex ejus Catalogo MSS. pag. 24. num. 1. in 4. intelligitur. Non dubitem fere, eundem hunc eſſe, qvi in Biblioth. Lugduno Batava p. 284. Catalogi n. 21. exſtare ſcribitur ſub titulo *Liber Iudiciorum*, ubi tamen auctor vocatur R. B*imin* pro quo vel B*riani*, vel B*enjamin* legendum videtur. Malim ego poſterius, ideo, qvod p. 287. ejusdem Catalogi Leidenſis B*enjaminis* liber de judiciis, de quo ſupra ſub B*enjamin ben Moſche* diximus recenſetur MS. ut proinde vix dubitem, nomen בריאני confictum eſſe, præcipue cum nullum tale inter tot Scriptores Karæos, quorum apud Mardochæum mentio eſt, inveniatur.

בר כוכב BAR COCHAB, famoſus inter Judæos Pſeudo Meſſias: vide infra כחיבה.

434. ר׳ ברכיאל R. BERACHIEL ſcripſit de argumentis Cabbaliſticis ſub tit.

1.) פְּרָקִים i. e. *capita*, quæ MSS. exſtare teſtatur ש״י & Hottingerus in Bibl. Or. Claſſ. VIII. qui vocat פרקים מהקבלה. f.

2.) יְסוֹד הָאֱמוּנָה *fundamentum fidei*, itidem Cabbaliſt. teſte Buxtorf. & ש״י

435. ר׳ ברכיה הנקדן R. BERACHIA *Hannakdan* (b) h. e. punctator, cognomine *Kriſpi* floruit A. M. 5160. C. 1400. Scr.

מִשְׁלֵי שׁוּעָלִים i. e. *fabulæ vulpium*, ubi 180. apologi potiſſimum Æſopii a variis animalibus ac nominatim avibus, vulpibusque, quæ invicem colloqventes introducuntur, petiti, & ad mores fingendos relati, ac carmine eleganti comprehenſi. Prodierunt *Mantuæ* 317. C. 1557. 8. & 319. C. 1557. qvam utramque affert ש״י, ubi vereor, ne prior ſit *Patavina*

(b) *Punctatores* appellant, qui Codices-Biblicos punctis vocalibus inſtruunt, quales, præ ceteris apud Grammaticos celebres, recenſet Schabtai in ש״י pag. 85. a. ex שברי לוחות R. *Eliæ Levita*.

Digitized by Google

tavina, qvæ hoc anno curata dicitur in Catal. B. Bodlej. p. 80. ac deinde cum Latina verſione *Melchioris Hanel* Jeſuitæ *Prag*. 1661, 8. non 1652. ut habet Bartoloc. In edit. *Hanelii* contextus Hebræus punctis inſtructus eſt, ſed regulis Grammaticis parum accommodate; illis vero deſtituuntur ἐπιμύθια ſingulis apologis ſubjecta. Verſio & elegans ſatis & idonea eſt. *Berachja* ipſe in præf. ſcribit, ſe aliorum apologos ſuis auxiſſe, ac ἐπιμύθια paſſim vel addidiſſe vel mutaſſe. Verſionis Latinæ ſpem fecerat *Athanaſius Kircherus* in Catalogo librorum promiſſorum, qvem qvidem laborem *Peireſcii*, a qvo acceperat librum, rogatu ſuſcepit, ſed qvod ipſe in præfat. ſcribit, perficiendum tradidit *Hanelio*, diſcipulo ſuo, qui verſionem ſuam a *Ludovico de Compeigne* c) recognitam eſſe in præfat. teſtatur. Plantavitius n. 425. ait: *liber eſt exiguus mole, ſed eruditione ſua majorum maximus eſſe cenſetur: eloquentiam enim & puritatem linguæ elegantiſſimæ paſſim oſtendit, ubique multiplici ratione dicendi abundans, & flumen qvoddam inſigne in proſa rhythmica & carmine profundens.* Deinde ſingularum fabularum titulos recenſet, ac ſpeciminis loco primam earum hebr. & latine exhibet. Notari qvoque par eſt, Bartoloccium hunc *Berachiam* appellare poſt *Plantavitium* בֶּן נִטְרוֹנָאִי *Ben Nitronai*, qvod nomen editio qvoqve Heneliana exhibet, qvem Buxtorfius vocat *Barentonium*, & R. *Schabbatai* ברטונאין. Plura alia noſtrum ſcripſiſſe patet ex iis, qvæ ſupra ſub *Elia* הנקרן בַּרְטוֹנָאִי. attulimus verba, ad qvæ remiſſum velim Lectorem.

ברנאבה דילה נובה BARNABAS de la NOVA latine edidit librum Medicum, qvem Iudæus *Kreskas de Kiſclad* hebraice convertit, & inſcripſit הַנְהָגַת הַבְּרִיאוּת h. e. *de tuenda valetudine*. Verſio hæc facta eſt B. M. 5087. C. 1327. & MS. exſtat in B. Vatic. 4. 436.

בשר בן פנחס בן שועב BASAR *ben Pinchas ben Schoeb* ſcripſit Arabice *de Arithmetica*, qvem ab Arabibus ſæpe laudari monet Bart. 437.

ג

גאונים *Geonai* (d) i. e. *Sublimes*, ordo & claſſis veterum Rabbinorum, qvæ *Hebrais* mortuo Rav. שִׁישְׁנָא A. M. 4457. C. 697. ſucces- 438.

(c) Hic eſt *Ludov. Compiegne de Veil*, Judæus converſus, de quo ſuo loco dicemus.

(d) Dicuntur illi hoc modo quaſi גְּאוֹנֵי עוֹלָם i. e. *homines eminentiſſimi* ſecundum *Ida*

ceſſit, duce Rav *Chanina* Rectore Academiæ Pumbedithanæ, qvod teſtatum reliquit R. *Abrab. ben Dior* in libro Cabbalæ. Duravit hic titulus usqve ad tempora Rav. *Hai Gaon bar Rav Scherira*, qvi A. M. 4798. C. 1038. obiit, ut proinde Ordo hic per 341. annos floruerit. Sub *Geonim* nomine prodierunt

שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa* fere 400. collectore ר' מְנַחֵם אֶגוֹזִי edita CPoli primum qvæ ed. exſtat in B. Oppenheim. hinc *Pragæ* 335. C. 1575. 4. & *Mantuæ* 357. C. 1597. recuſa. Plantavitius n. 673. miram brevitatem & elegantiam ſermonis in illis prædicat. Collectoris nomen ex calce libri colligitur, ubi hæc legas: אני האיש להבל דמה מנחם אגוזי *ego Vir vanitati ſimilis, (Menachem Ægoſi ſcil.)* collegi hæc: v. Theatrum Anon. Placcianum p. 716.

439. גאלאף GALAF, Catalanus Ilerdenſis, Medicus Judæus, ſcripſit *Antidotarium*, cujus meminit *Symphorianus Campegius*, teſte Bartoloccio.

גאליקו GALIKO: v. ſupra *Eliſcha Galiko.*

גאלינה GALENA: v. *Elias f. Moſche.*

440. גאלינוס GALENUS, Medicæ artis laude florentiſſimus, Pergami A. C. 131. Adriano imperium tenente, natus, ut apparet ex X. de ſimplicibus Medicamentis p. 74. Hujus Opuſcula qvædam Medica, qvæ ſunt: *de ſectis, ars parva, de pulſibus, de urinis, de marcore, de temperamentis, de facultatibus animalibus, oſſibus, diſſectione nervorum, venarum, arteriarumque ſectione, de cauſis & ſymptomatibus morborum, de locis affectis, febribus & criſibus, diebus decretoriis, medendi methodo & ſanitate tuenda*, ex Arab. in Hebr. a R. *Chanin* (חנין) *ben Iſaac* ante annos circiter 600. translata exſtant MSS in Bibl. Cæſar. v. Catal. MSS. Orient. Vindobonenſ. n. 36. Hic חנין, Interpres Galeni, non eſt diſtingvendus a *Joannitio* ſive *Humain* vel

lichoth Olam c. 2. Alii ſubtiliorem nominis rationem redditurі גאון eum ajunt eſſe appellatum, qui LX. Codices Talmudicos (tot enim numerunt nonnulli) cognitos habuerit: cum enim literæ nominis גאון hunc numerum ſecum ferant, hoc conſilio illud primo his Doctoribus impoſitum cenſet. Vide Alſtedii Chronologiam p. 416.

vel *Humai ben Iſaac*, qvi paſſim in Opp. Galeni tanqvam Interpres Arabicus memoratur, v. c. *de motibus manifeſtis & occultis* inter ſpuria ed. Junt. p.67. libri *de clyſteribus & colico dolore* ibid. p. 123. ſicut & gloſſæ ejus in librum *de Plantis* ibidem leguntur p. 120. Confer Theatrum Pſeudonymorum Placcianum p. 369. ubi ſententia noſtra *Geſneri, Friſii* & *Ravii* calculis confirmatur. Hinc etiam ſuſpicor, memorata illa ſcripta a noſtro חנין non *hebraice* ſed *Arabice* converſa eſſe, ex qua lingua deinceps alius, neſcio quis, hebraice interpretatus ſit, præcipue cum חנין cetera Arabice transtulerit. Sic enim *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſp. Vet. Tom. II. p. 239. a. teſtatur, hunc *Chanin*, ſive, ut ipſe vocat, *Honain*, Galeni tractatus priores usqve ad decimum libri de compoſitione ſimplicium medicamentorum, ut & alium ejus in Hippocratem librum Arabice vertiſſe, qvæ verſiones in Bibliotheca Scorialenſi lateant. Laudatur hic interpres a Maimonide in epiſtola ad R. *Sam. Aben Tibbon* de verſione libri ſui *More Nevochim* Hebraica, p. 22. epp. Venet. 1545. 8. editarum. Bartoloccius qvoqve verſionis illius meminit T. I. p. 701. a. ubi per errorem typographi interpres ille vocatur *Chajim ben Iſaac*.

Quoddam Galeni ſcriptum Arabice convertit R. *Abraham ben Chasdai*, qvod hebr. alius interpretatus eſt: vide ſupra *Abraham ben Chasdai Hallevi*. R. *Iſaacum fil. Salom. Iſraelitam* Galenum ſuper Hippocratem Hebr. vertiſſe, teſtatur Bartolocc. Tom. IV. ſuo loco, ibidemqve ait fragmenta qvædam in Vatic. exſtare 4. Varia ejus apophthegmata leguntur in מוסרי הפילוסופים Sect. II. c. 9. & 10. qvod poſterius de figura cordis ejusque concupiſcentia agit.

גאורג קונרד וויקטור GEORG CONRADUS 441.
VICTOR, Ex Judæus, Nordlingæ ſacro lavacro tinctus, qvi deinde colloqvium cum matre ſua, qvæ eo venerat, ipſum ad ſuos revocatura, an. 1660. habitum, germanico ſermone deſcripſit & edidit, ſub tit. *Mater aſpice*. Prodiit *Nordling*. 1660. 8. ib. 1674. 12. & 1675. 8. Conf. *Mart. Diſenbach*. Judæum convertendum p. 118.

גאורג פרידריך ליכטשטין GEORG FRIDERI- 442.
CUS LICHTSTEIN, qvi cum Parente ſuo ætate parvulus anno 1606. Francof. ad Mœnum ſacris Chriſti initiatus, deinde in ſcholis & Academiis

 miis

miis Chriſtianorum literis divinioribus innutritus, verbi divini Miniſtrum in urbe patria usqve ad obitum, 1682. inſecutum, egit, eo qvidem ſucceſſu, ut & Chriſtianis proſpiceret egregie, & Iudæos varios exemplo & admonitionibus ſuis ad veritatem perduceret. De ſcriptis ejus nihil mihi conſtat, neqve tamen tam illuſtre converſi Judæi exemplum omittendum hic putavi. Vide plura de eo in Speneri Concionibus Funebribus Part. II. p. 283. ubi & vitæ ejus delineatio & concio tum in baptismum tum in funus ejus habita legitur. Confer *Diſenbachii* Judæum Converſum p. 60. & Hosmanni tract. de Judæo non facile convertendo p. 355. ſqq.

443 גביאה בן פסיסא GEVIA ben PESISA a gibbo appellatus & alias (in *Bereſchith Rabba* ſect. 61. p. 68. b.) dictus בן קוסם literarum qvidem rudis, ſed jurium tamen Moſaicorum peritus, & ob ingenii ſolertiam ipſis ſapientibus charus, eo nomine a Bartoloccio inter Scriptores recenſetur. Vide de eo Sanhedrin p. 91. qvem locum prolixiorem Bartoloc. hebr. & lat. exhibet, & *Juchaſin* p. 86.

גבריאל אקוסטא GABRIEL ACOSTA vide ſupra אוריאל *Acoſta*.

444. ר׳ גבריאל בן אהרן GABRIEL f. AARON, Hiſpanus Sæc. XVII. ineunte, qvi Hiſpanice notas ſcripſit in lib. *Iſaaci fil. Abrah.* cui titulus eſt חזוק אמונה Vide qvæ ſub *Iſaac ib. Abrab.* ſcribentur.

445. גבריאל בן ר׳ יהודה ליב GABRIEL *ben R. Jebuda Löw* Caput Synagogæ Niclasburgenſis, cujus ut & R. *David Oppenheim*, Archiſynagogi Pragenſis הסכמות ſive *Cenſuræ*, quibus approbant editionem notarum R. *Davidis* f. *Moſis*, Judæi Sileſii Silzenſis in Nathanis Spiræ *Megalle Amucoth*, deinde non editarum, prodierunt Dyrenfurti anno circiter 1707. fol.

446. ר׳ גבריאל בן ר׳ יהושע R. GABRIEL ben *Joſua* העשיל שוסבורג *Heſchel Schosburg* ſcr.

פתח תשובה *porta pœnitentiæ*, h. e. deprecationes & ſupplicationes rhythmicæ una cum recenſione perſecutionum & cladum, qvas perpeſſi

ſi ſunt Judæi in Lithuania, Rhætia & Polonia an. 408. & 409. h. e. 1648. & 49. *Amſtelod.* 413. C. 1653. 4.

ר׳ גבריאל הרופא R. GABRIEL *Medicus*, avus R. *Mardochai ben David* qui (*Mardochæus*) in ſpicilegio ſuo Secretorum MS. n. 459. *de præparatione hellebori* teſtatur, habuiſſe ſe avi illius ſui libros varios αὐτογράφȣς ad rem Medicam pertinentes. Vide infra R. רבי [illegible] 447.

גבריאל מסורנו GABRIEL de *Sorano*, computi Eccleſiaſtici peritus, qvi in calce libri cujusdam, ſua manu ſcripti, tabulam 13. Cyclorum, qvi præfinito tempore ad idem revertuntur, deſcripſit, ut inde nni ratio cognoſcatur, MS. habuit Bartol. 448.

גד GAD, Iacobi Patriarchæ filius, ſub cujus nomine Teſtamentum inter cetera duodecim Patriarcharum, circumfertur, de qvibus diximus ſupra ſub *Benjamin fil. Jacob.* 449.

ר׳ גדליה בן דוד יחייא GEDALIAS *ben David* 450. *Jachija* Ulyſſiponenſis, Sæculo XV, ineunte doctrina Juris æque ac Phyſices clarus, CPolin profectus, medendi artem fecit, ibidemqve Synagogæ præfuit, tantæ ceteroqvin auctoritatis, ut Karæi ejus operam implorarent, in negotio ſectam ſuam cum Rabbanitarum ſchola conciliandi, qvam etiam ſuſcepit, eventu tamen comatus fruſtrante. Tandem in terram ſanctam profecturus in medio itinere obiit. Scripſit nonnulla ex qvibus ætatem tulit liber, qvi dicitur שִׁבְעָה עֵינַיִם i.e. *ſeptem oculi* ex *Zachar.* III. 9. qvo libro diſſerit de ſeptem ſcientiis teſte ש״י qvas ego ſeptem artes liberales interpretor. Prod. Venet. 8. Vide de eo *Schalſchelecth Hakkabbala* p. 63. a. med.

ר׳ גדליה בן ר׳ יוסף יחייא R. GEDALIA 451. *fil. R. Joſeph Jachija* (ſic enim plerique appellant, quem alii ut *Buxtorf.* in Bibl. R. & *Seldenus* paſſim *ben Jechaja, Kircherus* vero Oedipi Ægypt. Claſſ. II. §. 1. p. 88. R. *Iochai* appellant) gente quidem Luſitanus, ſed patriam nactus in Italia *Imolam*, quo Pater ejus ex Luſitania religionis cauſa profugus conceſſerat. In illa itaqve urbe lucem adſpexit A. C. 1500. & vario

Digitized by Google

rio deinde doctrinæ genere excultus, varia ſcripta exaravit, quæ ipſe diligenter recenſet in *Schalſcheleth hakkabala* p. 66. ſq. Sunt autem iſta:

1) פירוש אבות לבן יחייא h. e. *expoſitio Patrum Aben Iachija* ſive variæ expoſitiones literales, quas a majoribus ſuis acceperat, & in unum volumen redigere cæperat juvenis.

2) ספר יחייא *liber Iachia*, idem, quem alias dixit שלשלת הקבלה *catenam traditionis*, de quo ultimo loco dicemus. Eum *Ravenna* an. 309. C. 1549. ſcribere ſe cepiſſe ipſe teſtatur.

3) ספר הדרשות *liber concionum* 180. qvas in variis Italiæ locis habuit, literis autem tradere cœpit an. 312. C. 1552. Has Venetiis prodiiſſe teſtatur ש״י non facta anni formæve mentione.

4) ס׳ דברי הימים לתולדות בני יחייא liber, quo Genealogia gentis Jachiadarum traditur, inde ab A. 4656. C. 896. usque ad ſuam ætatem. Scripſit Ravennæ 316. C. 1556.

5) משלי שלמה *proverbia Salomonis*, ubi cujuscunque generis ſomnia interpretatur: *Imolæ* ſcripſit an. 317. C. 1557.

6) Sextus eſt, qvo voces difficiliores in *Machſor* Hiſpanico obvias, explicat, ſcriptus *Codignolæ* 322. C. 1562.

7) ספר חנוך *liber Enochi*, filii ſui, cui dicatus eſt, nomine dictus, de Chiromantia & Metopoſcopia agit, ſcriptus Piſauri 330. C. 1570.

8) ספר גדליה *liber Gedaliæ*, in qvo varia Legis ſcriptæ loca ac oracula Legis oralis explicantur. Piſauri 335. C. 1575. ſcriptas.

9) ס׳ בית אמונה *liber domus fidei*, qvo exponitur præſtantia Legis Moſaicæ ſcr. 336. C. 1576.

10) ס׳ הר סיני *liber montis Sinai*, qvo explicantur varietates lectionum, quæ in ſectionibus יתרו & קדושים & ואתחנן exſtant, una cum ſerie præceptorum, quæ extra terram Sanctam obſervantur (e) ſcr. 337. C. 1577.

11.

(e) Sunt enim præcepta varia, v. c. de offerendis ſacrificiis, quæ extra Terram Sanctam non debent præſtari.

Digitized by Google

11) עין המינין *oculus hæreticorum*, qvo expoſuit, quidnam ſit hæreſis, quid apoſtata, qvid idololatria? ſcr. 337. C. 1577.

12) ס׳ המשכיל *liber intelligentis* vel *liber erudiens*, diſputatio inter Genium bonum & malum, tempore pœnitentiæ, ubi de cerimoniis & caſibus in Feſto Novi Anni & Expiationis obviis, ſcr. an. 338. C. 1578.

13) ס׳ הללויה *liber laudate Deum*, diffuſus commentarius iſi preces octodecim (f) quæ quotidie recitantur, ſcr. an. 338. C. 1578.

14) ס׳ נח *Liber Noachi*, ubi de benedictionibus Jacobi, quas filiis impertitus eſt, ut & de vita ipſius & Joſephi filii, de fletu item & quiete, ſcr. 339. C. 1579.

15) ס׳ האושרים *liber beatitudinum*, h. e. comment. in Pſ. CXIX.

16) ס׳ תוכחות מוסר *liber increpationum* (ita, puto, ſcribere voluit Bartoloc. pro eo, quod ibi mendoſe legitur *interpretationum*) *diſciplinæ*: eſt vero index Scriptorum de reſipiſcentia, cum formula peccata confitendi, Scr. 341. C. 1581.

17) ס׳ הלמודים *liber doctrinarum* (Bartoloc. minus accurate vertit *doctorum*) ubi explicantur allegoriæ inſolentiores ac difficiliores, quæ in lib. עין ישראל & aliis inveniuntur: ſcr. 341. C. 1581.

18) ס׳ דרכי נעם *liber viarum Jucundarum* conciones 24. in Paraſchas Pentateuchi, quibus oſtenditur via, qua homo ex hac vita ad futuræ felicitatem deduci poſſit ſcr. 342. C. 1582.

19) ס׳ הפרשיות *liber ſectionum Pentateuchi*, quo ratio redditur omnium legis ſectionum 669. cur ſcilicet altera alteri jungatur, & aliæ apertæ, aliæ clauſæ dicantur; ſcr. 343. C. 1583.

20) מועד קטן *ſolemnitas minor*, conciones in omnia feſta mobilia totius anni, ſpeciatimque Feſtum Expiationis ſcr. 348. C. 1588.

21) עץ חיים *arbor vitæ*; quo dubiis omnibus ſatisfacit, quæ contra doctrinam de reſurrectione mortuorum afferri poſſint: ſcr. an. 346. C. 1586.

Ex

(f) De his vide *Beracboth* III. 3. ibique *Guiſium* Tomo I. Miſchnæ Surenhuſ. p. 15 & *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. pag. 92. ſq. inprimis vero Maimonidem *Hilch. Thephill.* I. 5.

Digitized by Google

Ex his libris duo exſtant, nempe tertius, qui conciones complectitur, & *ſecundus*, quem ſolum ſuperſtitem eſſe credidit Bartoloccius, qui inſcriptus eſt שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה *catena* i. e. ſucceſſio *Cabbalæ* ſive traditionis, in tres partes diſtinctus, quarum I. Chronologiam Sacram inde ab Adamo & hiſtoriam Doctorum Judaicorum usque ad ſcriptoris ipſius ætatem deducit, ita ut p. 68. b. & ſqq. brevis hiſtoriæ Sacræ *ἀνακεφαλαιώσις* inſtituatur. II. Quatuor exhibet conciones (1) de mundo & aſtronomia. (2) de formatione fœtus in utero, & uſu partium corporis humani. (3) De infuſione animæ in corpus humanum. (4) De ſagis & energumenis. Pars III. præcipit de creatione mundi, Angelorum & Dæmonum, paradiſo & inferno: item de inventione rerum, ac regnorum originibus; denique quædam, quæ Joſuæ temporibus ac ſequentibus ſæculis usque ad exilium Judæorum ex regionibus, Pontificis Romani imperio ſubjectis, acciderunt, recenſentur. In prima libri parte uſus Auctor potiſſimum eſt libro *Juchaſin*: præterea vero quod ea, quæ tempore, inter ſcriptorem libri *Juchaſin* & noſtrum interjecto, evenerunt, ſupplet, certe non pauca ab eo prætermiſſa ex codicibus manu exaratis commemorat, ut dignus merito viſus fuerit Bartoloccio, qui in Latinum ſermonem converteretur. Prodiit liber *Venet.* apud Jo. de Gara 347. C. 1587. *Cracov.* 356. C. 1596. 4. & noviſſime mendoſe admodum *Amſtelod.* 457. C. 1697. 8. in qua carmina gratulatoria deſiderantur, viciſſim vero p. 51. legitur carmen funebre in obitum R. Salomonis, neſcio cujus a diſcipulo ejus R. *Schaul f. David* confectum, quod in edit. *Cracov.* fruſtra requiras, in qva editione poſt verba ר׳ בנימין שחבר מחזור אשכנזי p. 65. b. collocari debebat. Eruditi recentiores, qui de rebus & antiquitatibus Judaicis commentati ſunt, paſſim hujus libri teſtimoniis, in Lat. linguam translatis, utuntur, ex quibus principes ſunt *Io. Henr. Hottingerus* in Hiſtoria Eccleſ. N. T. & *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* in notis ad librum Sota & ad Tela ignea Satanæ, ubi nominatim p. 233. ſq. locum bene longum de Pſeudo Meſſiis, & p. 614. ſqq. illuſtrem alium de computationibus Judaicis variis circa terminum adventus Meſſiæ attulit. Sæpius eundem ad partes vocavit *Bartoloccius* in Bibl. Rabb. & *Io. Andr. Eiſenmengerus* in Judaiſmo detecto. Tractatum illum qui ſub finem *Schalſcheleth* de perſecutionibus Judæorum variis exponit, latine aliqvando ſe editurum promiſit Cl. Otho in Hiſtor. Doctorum Miſchnic. p. 148. ſed non præſtitit. Fidei ejus non multum tribuendum eſſe ipſi Judæi fa-

ten-

tentur, ex qvibus Eiſenmengerus Parte I. Judaiſmi detecti p. 248. teſtatur ſe non ſemel audiviſſe, qvod ſecundum binas literas inſcriptionis, quam libro fecit, initiales ש & ה appellari jure poſſit שַׁקְרָן הַגָּדוֹל h. e. *mendax magnus*. Ex noſtratibus quoque nonnulli mendacia ejus in lucem protulerunt, nominatimque Bartoloccius Tomo I: p. 710. ſeq. ea operoſe confutat, quæ noſter p. 39. ſqq. & alibi de gente ſua ambitioſe profert, ſicut & p. 43. ſqq. mendacii convincit, quæ idem de *Salomone Molcho* commentus eſt de quo nos ſuo loco dicemus: Confer etiam *Eiſenmengerum* Parte II. libri laudati p. 522. ſeqq. De ejusdem libri erroribus commentatum ſe eſſe profitetur *Io. Paſtritius* apud Imbonatum p. 127. Biblioth. Latino Hebr. Denique monendum eſt, Auctorem illum librum an. 309. C. 1549. Ravennæ ſcribere cœpiſſe, ut ipſe fidem facit p. 66. a. fine libri ſui, & in eodem ſaltem usque ad an. 348. C. 1588. perſeveraſſe, qvo anno ſe librum ſuum vigeſimum מועד קטן exaraſſe teſtatur p. 67. a. Niſi tamen pro anno שמ"ח 348. ſcribi debeat an. שמ"ה i. e. 345. quod inde ſuſpicor, quia 21. ſive ultimum librum compoſuiſſe ſe ſcribit an. 346. adeoque librum ultimo loco ſcriptum huic præpoſuiſſe exiſtimari debet, qvod non videtur facere voluiſſe, qui promiſerit, ſcripta ſua eo, quo compoſita ſint, ordine recenſere.

ר׳ גדליה בן ר׳ משה קורדווירו 452.

R. GEDALIA *ben R. Môſes Corduero* vixit ſæculo XVI. inlinante & præfationem ſcripſit ad Patris ſui librum, quem dixit אור נֶעֱרָב i. e. *lumen adveſperaſcens*, ex libro *Pardes Rimmonim*, qui eidem debetur, compendii inſtar collectum. Idem typis exſcribendum curavit librum חשק שלמה.

ר׳ גדליה בן ר׳ שלמה GEDALIA ben R. 453.

Schelomo Polonus, cognomento *Salman Leibſchütz* floruit an. 377. C. 1517. quo anno ut ipſe in præfat. ſecunda teſtatur, elaboravit

עֵץ שָׁתוּל *arbor plantata*, ex Pſ. I. 3. h. e. comment. in *Ioſ. Albo* librum עקרים cum textu ipſo *Venet.* apud Bragadinos an. 378. C. 1618. fol. Catal. Bodlej. memorat annum 1612. Duplicem hic invenies commentarium, alterum, qui dicitur שָׁרָשִׁים i. e. *radices*, & ad ipſos articulos

 expli-

Digitized by Google

explicandos pertinet, alterum, qvi appellatur עֲנָפִים i. e. *rami*, ubi ſubtiliores commentationes ex Talmude & Rabbinorum ſcriptis petitæ leguntur. His accedunt ad perfectionem arboris עָלִין i. e. *folia*, nempe allegationes ipſorum locorum, quæ ex Rabbinorum ſcriptis afferuntur. Conf. infra *Ioſeph Albo*.

ג׳ואן די ניקולו JOANNES NICOLAI: vide infra יואן.

ג׳וטליב בן אברהם GOTTLIEB f. Abraham; v. infra R. *Jedidja Gottlieb*.

454. ג׳וטרונאי GUTRONAI Cabbaliſta, ſcr.

ס׳ הַתַּרְשִׁישׁ *librum Tarſchiſch*, de argumento Cabbaliſtico, qui allegatur in calce libri *Jezira* ed. Mantuanæ in 4.

ג׳יראות די שולא GERAUT (forte *Gilbertus* vel etiam *Gerandus*,) de SCHOLA, ſcr. commentar. hebr. in lib. IX. Almanſoris de variis humani corporis morbis, quem MS. ſe apud *Odoardum Altham* Anglum vidiſſe teſtatur Bartoloccius, dignumque putat, qui Latine converteretur.

455. ג׳יראַרדוֹ ווילטויק GERARDUS VECTUYCKUS *Raveſteinenſis*, ex Judæo Chriſtianus & Caroli V. ad Imp. Turcarum legatus ſcripſit

שְׁבִילֵי תֹהוּ *itinera deſerti* (alluditur forte ad *Ierem.* XVIII. 15.) h. e. carmen elegans & Biblico ſtilo exaratum de Judaicis diſciplinis & earum vanitate, cui ſubjiciuntur teſtimonia varia, ex ipſis Judæorum ſcriptis ad fulciendam doctrinæ Chriſtianæ veritatem, collecta Venet. 1539. 4. ap. Dan. Bombergium, hebraice. Forte hic eſt liber ille, quem Plantavitius n. 679. ſub hoc titulo ad fidem Catalogi Pragenſis provocans, commemorat, CPli editum, qvi oſtendat, vias peccatorum obliquas eſſe & ad abyſſum ducere.

456. ג׳ירונה GIRONA, Judæus, qui cum Paulo, Monacho quodam, de argumento Chriſtianæ religionis diſputavit, de quo refertur in Scheveth Jehuda p. 252. adde p. 259. ſeq.

457. ג׳ירונימו HIERONYMUS a *Sancta Fide*, ex Judæo Chriſtianus, inter ſuos dictus יהושע לורקי, ſub qvo nomine plura de noſtro af-

fere-

Digitized by Google

feremus, hic monituri, Bartoloccium Tom I. p. 725. duos hujus nominis commemorare, tanquam diſtinctos, alterum illum, quem diximus, alterum *Hieronymum* Bononienſem, itidem Ex Judæum, cujus liber contra Judæos ſcriptus italice prodierit *Venet.* 1515. 8. Videri poterat idem hic eſſe liber, quem prior ille Latine exaravit, ab alio deinceps italice converſus, qua de re nihil certi definire audeo.

גלינוס vide ſupra גאלינוס.

גלאנטי GALANTE vide infra *Moſche Galante.*

רבן גמליאל הזקן RABBAN GAMLIEL *Senior*, vide inter Doctores Miſchnicos ſuo oco.

ר׳ גרשון R. GERSONIS, neſcio cujus, חדושים *obſſ. nova* 458. in *Halacha* & *Toſephoth* MSS. in B. Oppenheimeri fol.

ר׳ גרשון אוליף R. GERSCHON OLIPH, Archiſynagogus Metenſis, floruit Sæculo XVII. exeunte: v. *Zemach David* continuatum p. 47. b. 459.

ר׳ גרשון בן אשר R. GERSON *ben Aſcher* ſcriptor Sæculi XVI. medii ſcr. 460.

יחוס הצדיקים h. e. *Genealogiam Patriarcharum*, de qvo libro diximus ſupra ſub אורי בן שמעון.

Forte idem hic *Gerſon* auctor eſt libri, litteris Rabbinicis ſed lingva germanica editi, ſub tit. ס׳ גלילות ארץ ישראל h. e. de *finibus* ſive *regionibus terræ Iſraeliticæ*, qvi a *Gerſone*, neſcio qvo, ſcriptus, & ineunte ſæculo XVII. a duobus Iudæis Polonis, varias Orbis partes pervagatis, Lublinum delatus formisqve exſcriptus eſt, teſte *Menaſſe ben Iſrael* in Spe Iſraelis c. 10. p. 40. qvi tamen ipſe monet, conſilio ſapientum eum flammis deletum eſſe. Nihilominus tamen idem libellus in vico Furthenſi an. 451. C. 1691. recuſus eſt. Totus is ad fluvium *Sabbationem*, de qvo ſupra diximus, circumjectasqve & a Judæis habitatas terras ſpectat, putidiſſi-

diſſimis & anilibus fabulis refertus, qvarum vel ipſos Judæos puduit, niſi, qvod probabilius mihi ſit, ideo Rabbini Poloni animum ab hac narratione alienum teſtati fuerint, ne Chriſtianorum odium recenſione hac arrogantiam faſtumqve ſpirante, ſibi conciliarent. Specimen fabularum iſtarum bene longum cum confutatione leges in *Jo. Andr. Eiſenmengeri* Judaismo detecto p. 546. 564. Exſtat ejusdem libri compendium ſub titulo: מַעֲשִׂיּוֹת וְסִפּוּרִים מִן מַלְכֵי יִשְׂרָאֵל h. e. *relatio de rebus geſtis Regum Iſraelis* lingva germanica editum Amſtelod. 8. ſine anni mentione, auctore R. *Ioſepho*. Tanta enim inter utrumqve eſt convenientia, ut poſterior hic interdum prioris verba referat, unde factum puto, ut *Eiſenmengerus* in Indice Scriptorum, ipſius Judaismo præmiſſo, priorem librum *Ioſepho*, poſteriorem vero *Gerſoni* tribuat, in opere deinde ipſo inverſo ordine rectius procedens.

461. ר׳ גרשון הזקן R. GERSCHON HASSAKEN i.e. *Senior*, qvem auctor *Schalſcheleth* vetuſto qvodam qvoaternione edoctus, p. 42. a. med. obiiſſe teſtatur an. 4828. C. 1068. qvamvis in alio qvaternione obitum ipſius in annum 4788. C. 1028. relatum ſe legiſſe teſtetur, diſcedente ab utroque numero libro *Iuchaſin*, qui annum conſtituit 4830. C. 1070. quem exprimit etiam R. *Dav. Garz* ad hunc annum, eodem in loco obſervans, R. *Salomonem Oſtrenſem* (qvem *Vorſtius* in verſ. perperam appellat *Salom. Monſteram*) in qvæſtionibus ſuis n. 29. obitum ejus ad an. 4800. referre. Vnde non audiendum eſt ſpicilegium libri *Iuchaſin* p. 164. b. qvod noſtrum hunc an. 4580. C. 820. vixiſſe affirmat. Moguntinum eum fuiſſe ſuſpicatur *Schalſcheleth* l. c. ex animadverſione מרדכי ad Cod. *Schabbath* cap. 10. In Gallia vixiſſe inde apparet, qvod nunc מורה nunc מאור h. e. *doctor* vel *lumen* הַגּוֹלָה צָרְפָתִי *captivitatis Gallicæ* vocetur. Cognomen qvoque habuit לואטין ut tradit Spicilegium *Iuchaſin* p. 164. b. neſcio qvo ſenſu. Exſtant adhuc ejus

תַּקָּנוֹת i. e. *conſtitutiones* (Bartoloccius minus recte legit תְּקָנוֹת) liber legalis, *Venet.* 289. C. 1519. fol. apud *Dan. Bombergium* teſte Bartoloc. editus. R. Schabtai easdem cum R. *Meir Rotenburgenſis* qvæſt. & reſponſ. *Prag.* 368. C. 1608. editas refert. Pars earum exſtat etiam in libro כל בו p. 134. ed. *Venet.* 327. fol. Deciſiones ejus primum neglectæ, & inclinante

Mil-

Digitized by

Millenario V. h. e. Sæculo a C.N. XIII. medio receptæ fuerunt, ceu teſtatur R. *Ioſeph Kolon* num. 101. *quæſt. & reſponſ.* Has Plantavitius n. 767. commemorat, tanqvam in Catalogo Pragenſi laudatas, ſub tit. תקונין רבינו גרשום. Non attinet deniqve monere, Vorſtium in verſione Ganzii p. 132. titulum hunc minus recte exprimere per *verſionem* ſicut Plantavitius l. c. in nomine minus accurate verſatus eſt, qvod Hebræi vel גרשון vel גרשום efferunt.

גרשון בן לוי GERSON ben LEVI: vide infra *Levi fil. Gerſon.*

ר׳ גרשון בן משה R. GERSON fil. MOSCHE ex Soncinatum familia, qvi typographicæ officinæ præfuit Arimini, Brixiæ & tandem *CPoli*. Edidit is inter cætera CPoli librum Kimchii *Michlol*: vide infra lit ש ſub nomine שונצינו. 462.

ר׳ גרשון בן שלמה R. GERSON fil. SCHELOMO 463.

Catalanus teſte R. Gedalia in *Schalſcheleth* p. 54. b. qui cum eum R. *Moſi Tibbon*, quem an. 5030. C. 1270. vixiſſe teſtatur, jungat, patet ſane Sæculo XIII. medio eum floruiſſe. Hæc ætatis ratio, puto, effecit, ut R. *Schabbataus* in ש״י & *Buxtorfius* eum facerent R. *Levi ben Gerſon* Parentem. Qvod quidem propterea minus probat Bartoloccius, quia *Levi Gerſonides* in Codice qvodam Vatic. MS. dicitur fuiſſe Provincialis ex opido *Bagnolo* oriundus. Enimvero cum is in *Schalſcheleth* p. 60. a. diſerte vocetur Hiſpanus, prætereaqve in *Iuchaſin* p. 133. b. *Perpiniani*, qvæ tum temporis ad Hiſpaniam referebatur, obiiſſe dicatur, non video, cur unius MS. auctoritate adducti communem illam ſententiam migrare debeamus. Taceo, fieri ſane potuiſſe, ut, ſi Gerſonides Gallus ſtatuendus ſit, naſceretur in Gallia patre *Catalano* vel *Hiſpano*, pro illorum temporum more qvo Judæi huc illuc commigrabant. Scripſit is

שער השמים *porta cæli* ex *Geneſ.* XXVIII. 17. liber Philoſophicus, qui in tres partes diſtinctus, Parte I. de qvatuor elementis, rebusqve tum animatis tum inanimatis, avibus, beſtiis, vento, igne, aqva, nive, grandine, nubibus, arboribus, lapidibus & vegetabilibus ceteris: Parte

Digitized by Google

468. ר׳ דוד R. DAVID, Archiſynagogus Amſtelodamenſis, ſcripſit librum Cabbaliſt. סוד יְהוָה i. e. *arcana DEI* ed. Amſtel. 4.

469. ר׳ דוד בן אברהם R. DAVID f. *Abraham*, Mutinenſis, ſcr.

דָּבָר טוב *verbum bonum*, i. e. explicatio radicum & vocum Hebr. lingua Italica ſive dictionariolum vocum communiorum cum verſ. Italica, in puerorum uſum. Venet. 366. C. 1606. 12. ſæpius poſtea recuſum.

Hunc Plantavitius n. 118. & ejus exemplo Bartoloccius vocat R. *David Sion Aben Abraham*. Idem vero n. 466. cuidam hujus nominis, quod noſter habet, tribuit סדר העיבור qvi referendus potius erat ad R. *David Abudraham*, de quo mox.

Hujus quoque eſt ſecundum ש״ע, עיר דָּוִד *urbs Davidis* i. e. comm. in Legem, quem MS. citat R. Aſarias in Meor Enajim p. 151. qvi potius tribuendus eſt *Davidi Provinciali*, de qvo infra.

470. דוד אלדוד DAVID ELDAVID Pſeudo Meſſias Judæorum Sæculo poſt C. N. XII. medio res novas molitus eſt, multosque ſuorum ad ſe pellexit Amariæ, urbe regni Perſiæ an. 4894. C. 1134 ceu teſtatur R. *David Ganz* ad hunc annum, qvi provocat ad librum *Scheveth Iehuda*, fuſius hæc ediſſerentem, p. 163. ſeq. ed. Latinæ. Cujus narrationem dialecto Rabbino Germ. exhibet Buxtorf. Theſaur. Gramm. pag. 668. Adde ep. Maimonidæ ad Judæos Mrſilienſes, & in ep. Meridionali. Omnia hæc junctim latine exhibet *Vorſtius* in notis ad *Zemach David* p. 292. Non dubitandum eſt, eundem hunc eſſe, qvem *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 43. b. appellat *David Almuſſer*, ubi refertur ad an. 4924. C. 1164. nec diſtingvendum a *Davide Elroi*, qvi itidem ut Pſeudo-Meſſias recenſetur in Itinerario *Benjaminis* p. 66. edit. Hebræo German. & p. 19. ed. Hebrææ. Quæ enim ab utroqve horum narrantur, omnino conveniunt cum illis, quæ *Scheveth Iehuda* Davidi Eldavid tribuit. Junge *Io. Andr. Eiſenmengeri* Judaismum Detectum Parte II. p. 663. ſqq. *Iac. Basnage* Hiſtor. Judaic. Tom. V. p. 1639. & *Io. a Lent* de Pſeudo-Meſſiis p. 53. ſqq.

ſqq. ed. in 4. Herborn. ubi etiam pollicetur, ſe alibi oſtenſurum, qvod hic *David* floruerit circa A. C. 1160. (h)

דוד בן אבודרהם DAVID f. *Ioſephi ABUDRAHAM*, 471.

Hiſpanus, diſcipulus R. *Mardochai* Provincialis, floruit 5100. C. 1340. & ſcripſit explicationem precum per totum annum receptarum, ubi etiam de ratione anni Judaici, noviluniis, embolismis &c. diſſerit. Vocari hic liber Judæis ſolet אבודרהם ſub qvo titulo etiam in ש״י recenſetur, & ex variis libris ritualibus collectus editusque dicitur Venetiis 326. C. 1566. 4. qvam editionem itidem commemorat Buxtorfius: ex qvibus proinde emendandus veniet Bartoloccius, qvi Venetam an. 330. C. 1570. 4. curatam teſtatur, ac præter eam, neſcio qvam recte, CPolitanam 274. C. 1514. fol. recenſet. In Oppenheimeriana exſtat ed. anni 306. Idem Bartoloc. illam precum expoſitionem ab illuſtratione Kalendarii diſtingvit tanqvam librum ſingularem, ſicut & R. Dav. Ganz ad an. 5100. ei tribuit סֵדֶר הָעִבּוּר præter expoſitionem precum. Præterea vero B. illi tribuit לוחות עַל הַתְּכוּנָה i. e. *tabulas Aſtronomicas*, qvas MSS. ſe poſſidere 174. tabulis abſolutas ſcribit Plantavitius n. 276. nec non שַׁעַר הַתְּקוּפוֹת i. e. tractatum de *Solſtitiis & Æquinoctiis*. Comm. in preces MS. eſt in B. Bodlejana inter Codd. Huntingtonianos n. 311. ubi auctor vocatur *David ben Abi Drahem*.

ר׳ דוד אבזי DAVID AVSI ſcripſit 472.

צורת הָאָרֶץ h. e. *de figura terræ*, ſive *Coſmographiam* CPoli 4. edit. teſte *Plantavitio*, Catalogo Biblioth. Reginæ Sveciæ & ש״י.

ר׳ דוד בן אברהם הלבן R. DAVID f. *Abraham Hallaban*, (Albus) fil. R. *Juda de Kotzi*, ſcripſit מְסוֹרֶת הַבְּרִית h. e. *traditio fœderis*, ubi commentatur de ritibus & ceremoniis Judaicis MS. in Vatic. fol. 473.

Oo ר׳

(h) *Lentius* l. c. p. 51. *David Almuſſer*, de quo *SchalſcheletbHakkabbala* exponit, diſtingvit a *Davide El David*, præter rem, ut puto, quod, ut cetera omittam, vel inde apparet, qvia alioquin nullam *Davidis ElDavid* mentionem feciſſet, quam tamen hic Scriptor non videtur fuiſſe necglecturus.

ר׳ דוד דאיסתילייה R. DAVID de *Iſtilia*, vulgo *Eſtella*: v. infra R. *David* שטעלי.

474. ר׳ דוד בן אברהם עראמה R. DAVID *ben Abraham Arama* ſcr. animadverſiones in Hilchot Maimonidæ *Jad Chaſaka*, editam Theſſalonicæ, fol. teſte ש״ש p. 63. n. 97. ubi autor mendoſe vocatur *David ben David*, qvod ipſe corrigit in Indice Scriptorum alphabetico.

475. ר׳ דוד אופנהיים R. DAVID OPPENHEIM, fil. *Abrahami*, Archiſynagogus Pragenſis, adhuc ſuperſtes, cujus ut &, R. *Gabrielis* fil. R. *Jehudæ* ליב Præſidis Synagogæ Niclasburgenſis הסכמות ſive *Cenſuræ* prodierunt Dyrenfurti 1707. in fol. qvibus uterqve approbarunt notas R. *Davidis* f. *Moſis*, Judæi Sileſii Silzenſis in *Nathanis Spira* Megalle Amukoth ſcriptas, qvæ tamen deinde non prodierunt. Ceterum hic Oppenheimerus magna apud ſuos gratia & auctoritate floret inſignemqve Bibliothecam, quæ Hannoveræ aſſervatur, ſibi comparavit, ſepties circiter mille Codicibus, quod obiter computare mihi licuit, conſtantem, inter qvos mille fere manu exarati ſunt. Qvicquid enim usqvam librorum in locis, intervallo ſejunctiſſimis, vel in lucem profertur, vel latet, id nunc pretio, nunc prece, nunc vi, religioſo ſcilicet fulmine illis impacto, qui deſiderio ſuo minus diligenter reſpondeant, conquirit & in uſus ſuos convertit. Unde & pauci in R. *Schabtai* Bibliotheca Rabbinica recenſiti, leguntur, qui in ea, etiam qvod ad diverſas editiones, qvas inprimis de Codicibus Biblicis, tractatibusque Talmudicis ſeorſim vulgatis ut & precum rituumque libris multas numerat, non inveniantur. Qvid igitur magis optari poterat, qvam ut vel Judæus qvisquam, vel, quod malim, Chriſtianus, forulos hos excuteret, & cum cura in literas referret. Ipſe quidem per aliquod tempus in ea, beneficio Patroni cujusdam mei verſatus, quantum per difficiles Judæorum mores fieri potuit, evolvi Codices, ac potiſſimum manu exaratos, nec parum me inde profeciſſe profiteor: ſed non pauca ſuperſunt ſupplenda, quorum ſpem ipſe poſſeſſor fecit. In hac ſupellectile varia ſunt ipſius Oppenheimeri ſcripta in lucem aliqvando edenda, ex qvibus oculis uſurpavi

1)

Digitized by Google

1) יַד דָּוִד *manus Davidis*, ubi commentatur in S. Scripturam & Talmud.

2) מוֹעֵד דָּוִד *Conventus David*, comm. in Seder *Moed*.

3) מְקוֹם דָּוִד *locus Davidis*, ubi explicantur, quæ in Talmude referuntur de locis variis, rebusqve in illis geſtis, & qvidem ſecundum literarum ſeriem.

4) נִשְׁאַל דָּוִד *interrogatus eſt David*, qvo volumine ampliſſimo plurimas qvæſt. & reſponſ. complexus eſt.

5) עִיר דָּוִד *urbs Davidis*, in 318. בתים ſive domos diſtinctus, ubi explicat loca ſcripturæ, in qvibus vox בַּיִת occurrit.

6) שְׁלַל דָּוִד *ſpolium Davidis* qvv. & reſponſ.

Sunt & alia ejusdem opera elaborata, qvibus addet in poſterum וַיִּקֶן דָּוִד *& emit David*: qvo libro exhibebit Catalogum Bibliothecæ ſuæ inſtructiſſimæ. Edidit ille ſubinde indicem eorum librorum, qvi in ש״ר recenſiti in Bibliotheca ejus vel prorſus, vel ſecundum certas editiones deſiderantur. Ceterum in R. *Jehuda ben Niſſan* בירת יהודה qvædam noſtri exſtant, de qvibus vide ſuo loco. Idem præfatione longiore inſtruxit Pentateuchum, qvi cum commentariis Rabbinorum prodiit *Berol.* 1705. 8. 5. voll. Confer Periſtylium librorum novorum vernacula lingva editum Parte XIV. p. 99. ſq.

דוד בן אורי וויבש DAVID fil. VRI VEIBES curavit edit. Pſalmorum Amſtelod. 1681. cum comm. *Kimchii* & שמוש תהלים. 476.

ר׳ דוד בן אריה ליב R. DAVID f. *Arje Lev*, Synagogæ Moguntinæ præfectus, ſcripſit: 477.

עִיר מִקְלָט *urbs perfugii*, ex Ioſ. XXI. i. e. comment. ſuccinctum in 613. præcepta, quorum fundamentum ex Lege oſtenditur, & loca Talmudica hucpertinentia allegantur. Prodiit *Dyrenf.* 1690. 4.

ר׳ דוד באכנר R. DAVID BOCHNER cujus חדושים *nova obſſ.* in Talmud exſtant MSS. in B. Oppenheimeri 4. 478.

Digitized by Google

479. ר׳ דוד ברצלי R. DAVID BARZILLAI *Hiſpanus*, cujus opera uſus eſt *Moſes Altaras* itidem Judæus in concinnando libro Hiſpanice edito *de mantenimiento de la alma* i. e. *de alimento animæ*. Vide Vener: *Theodori Daſſovii* diſſertat. de rebus in agris relictis Hebræorum veterum §. 24. Confer qvæ infra ſub *Moſe Altaras* dicentur.

480. מיסר דוד MESSER DAVID ſcr.

1) מָגֵן דָּוִד *clypeus Davidis* ex Pſ. III. 4. qvo libro comprehenduntur explicationes literales & allegoricæ qvarundam Paraſcharum Legis MSS.

2) נֶפֶשׁ דָּוִד anima Davidis, itidem MS. argumenti neſcio cujus.

3) סְגוּלַת מְלָכִים *peculium Regum*, liber Grammat. MS.

4) קוֹל יְהוָה בַּכֹּחַ *vox Domini cum robore* ex Pſ. 29. 4. MS. argumenti non memorati.

5) שֶׁבַח הַנָּשִׁים i.e. *laus fœminarum* MS. Hos libros omnes recenſet R. Schabtai in ש״ש qvi etiam in Indice alphabetico Scriptorum illos quinque ad hunc unum refert. Forte etiam huic acceptus ferri debet

6) נַחַל עֲדָנִים *rivus deliciarum* ex Pſ. XXXVI. 9. qvem *Meſſer David* tribuit p. 53.

481. ר׳ דוד גאנז R. DAVID GANZ, (*) *Pragenſis*, claruit Sæculo XVI. inclinante, & *Abrahami Zacuti* in lib. Juchaſin ac R. *Gedaliæ* in *Schalſcheleth Hakkabbala* ceterorumqve Chronologorum veſtigiis inſiſtens, hiſtoriam Judaicam denuo tractavit, & ad ſuam usqve ætatem i.e. A. M. 5352. C. 1592. deductam edidit ſub titulo

צֶמַח דָּוִד *germen Davidis* ex *Jerem* XXXIII. 14. qvem libro titulum fecit, qvod & nomen ſuum referret, & primum hunc a ſe ſcriptum innueret, primum qvoque ſe temporum rationem ad annos Orbis Conditi revocaſſe indicaret, ac deniqve ſic ſimul Iudæos ad exorandum Meſſiam, illud Davidis germen, excitare ſe poſſe videret, ceu auctor ipſe in præ-

(*) Nomen ejus Hebraicum eſt אווזא i. e. *anſer*, qvod Germani dicunt *Gans*, unde factum eſt, ut communiter hoc nomine vocaretur, ceu ipſe in fine præfat. innuit.

Digitized by

præf. monet. Liber totus in duas diſtinctus eſt partes, quarum prior ſub titulo צמח דוד res inde ab Orbe condito geſtas, Miſchnicos item, Gemaricos, Geonæos ac, qvi hos ſecuti ſunt, recentiores doctores perſeqvitur: poſterior vero ſub titulo יְמוֹת עוֹלָם *dies mundi*, hiſtoriam & res geſtas ceterarum gentium Regumqve exterorum diligentius, quam a Judæis fieri ſolet, tradit. Qvod ad ordinem & uſum, noſter certe reliqvis Judæorum Chronologis palmam præripit, eo qvod ſeriem narrationis ſuæ ſecundum ſex mundi conditi millenarios, & illorum Sæcula ac annos diſtinxit, qvod ante ipſum fecerat nemo, cum ceteri Aeram Templi I. & II. vel etiam contractuum, qvam מִנְיַן שְׁטָרוֹת (i) vocant, ſeqverentur. Priores Chronologos non cœcu impetu ſecutus eſt, ſed hinc inde turbatas temporum rationes emendavit, qvam in rem paſſim utitur R. *Aſariæ Meor Enajim*, libro tum temporis recens ſcripto. Neqve ſic tamen ſatis ſibi cavit, qvo minus in errores varios & portentoſos anachroniſmos tum in Iudaica, tum vero inprimis in externa Hiſtoria incideret, eo, qvod vel Scriptores non ſatis idoneos ſeqveretur, vel eosdem non recte aſſeqveretur. Vſus autem inprimis in hanc rem eſt, ceu ipſe in præfat. Partis II. profitetur, *Spangenbergio, Goltzio, Laur. Fauſto, Georg Caſſio, Mart. Bariok* & aliis qvibusdam ignobilioribus Hiſtoricis.

Prodiit primum *Pragæ* an. 352. C. 1592. 4. cura *Ioſephi Ickuthielis* cognomine *Kofman*, deinde vero auctior recuſus eſt, qvod ad partem priorem, ceu titulus credere jubet, *Francof. ad Man.* qvod ad poſteriorem *Amſtelodami* an. 1692. 4. cura *Davidis ben Moſche Reinsdorfenſis*. Hæc editio recognita hiſtoriæ filum in utraqve parte deducit usqve ad annum 1692. qvæ continuatio ratione partis prioris conciſior eſt, jejuniorqve & uno ac dimidio folio in 4. abſoluta, nihilque niſi recentiores quosdam Scriptores eosque ſtrictim & obiter qvaſi commemorans. Poſterior Ganzii pars qvæ ad hiſtoriam aliarum gentium ſpectat, a continuatore latius deducitur

(i) *Aeram Contractuum* illam annorum ſupputationem appellant Judæi, qvam a tempore, qvo Alexander M. Judæis gratiam fecit, in hujus clementiæ memoriam ipſius Alexandri juſſu ingreſſi ſunt. Hujus initium cadit in A. M. 3448. qui reſpondet anno 1000 ab exitu ex Ægypto trecentiſimo autem & decimo ante C. N., & quadrageſimo ab initio ſtructuræ Templi II. Vide plura apud *Aſariam* in *Meor Enajim* c. 25. quod latine *Vorſtius* ſuis in *Zemach David* obſervationibus p. 187. ſqq. inſeruit,

tur foliis 14. & dimidio, qvæ a p. 92. ad 95. excipit catalogus Imperatorum Romanorum omnium uſque ad Leopoldum deductus, cum deſignatione annorum Imperii & obitus ſingulorum. Continuationis hujus auctor in titulo non diſerte exprimitur, unde factum eſt, ut alii eam tribuant *Davidi de Lara*, (k) qvod factum video in Catalogo Triglandino & nupero Tilliano: alii adſcribunt, quod in Actis Eruditorum 1692. p. 217. fieri memini, *Davidi* fil. *Moſis Reindorf*. (cujus cura continuationem prodiiſſe titulus monet) alii deniqve, iiqve rectisſime, vindicant ר' טעבלי שיף R. *Teble Schif*, apud quem ille *David fil. Moſis* in titulo libri commoratus dicitur. Hujus enim curæ acceſſiones has tribui debere Judæus mihi non unus confirmavit. Eum autem in rebus externis vehementer interdum lapſum eſſe vel tralatitia inſpectio oſtendit, illuſtri vero exemplo probatur in Actis Erudit. Lipſienſ. l. c. p. 217.

Hiſtoria hæc, prout continuata eſt, in dialectum Rabbinico-German. converſa prodiit *Francof. ad Mœn.* 458. C. 1698. 4. apud *Salman Henea* (העניא) qui & forte ipſe germ. transtulit: neqve enim Interpretis nomen diſerte exprimitur. Verſio illa ſic ſatis fida eſt: omiſſi tamen ſunt præter præfationem Ganzii, Indices, præterea vero neque ſæculorum neque annorum, quibus qvidque contigerit, mentio fit, quam Ganzius optimo conſilio ubiqve in fronte ſingularum ſectionum fecerat: Interpreti enim ſatis viſum eſt millenariorum habere rationem.

Ex Latina *Gvilb. Henr. Vorſtii* verſione, obſervationibus ejusdem Latinis munita, una cum *Pirke R. Elieſer* ſine textu Hebræo, omiſſa tamen præfatione prodiit *Lugd. Bat.* 1644. 4. Qvæ qvidem ita adornata eſt, ut prior pars integra, ex poſteriori autem ſelectiora exhibeantur, qvia auctor non putabat conſultum, in iis recenſendis fuſe verſari, quæ & rectius & plenius aliunde cognoſcerentur. Propterea R. Schabtæus in Indice librorum Hebr. in alias lingvas converſorum, qui in calce ש"ש exſtat, ſcribit priorem tantum hujus libri partem Latine ex *Vorſterii* (ſic enim Vorſtium vocat) prodiiſſe. Interpretatio ipſa nemini eruditorum ſe probavit, quorum ſententiam expreſſit eruditiſſimus *Adrianus Relandus* in Prolegomen. ad Analecta Rabbinica ⁂ 2. b. his omnino verbis: Er-

(k) Si ille de *Davide Cohen de Lara* interpretandus ſit, temporis certe ratio non permittit, ut huic continuationem acceptam feramus; cum viginti & amplius annis ante an. 1692. obierit, quod paulo poſt oſtendemus.

Errata Vorſtii tam frequentia ſunt, tam enormia, & tot Virorum Docto- rum cenſuris exagitata, ut verſiones ejus nulli juveni commendari queant. Conqueſtus eſt de iis Cl. Altingius ep. 25. qvi eum in vertendis Hebraicis prodigioſe ſcribit erraſſe. Notatus eſt a Seldeno in lib. de Synedr. Hebr. Wagenſeilio in Sota, Bartoloccio in Bibliotheca, Meyero tum in præf. ad Seder Olam, tum paſſim in notis & alibi. In ſequentibus cenſura hæc exemplis probatur, *Vorſtius* vero memoriæ vitio *Ioannis* nomine appellatur. *Cl. Io. Meyeri* non mitior eſt ſententia, qvando in præfat. ad Seder Olam p. 11. ait: *Vorſtiana verſio* Zemach Davidis *mendis & vitiis tantopere ſcatet, ut ei nullibi fidem adbibere qveas: Enormes enim ſunt & inexcuſabiles hallucinationes.* Adde B. *Carpzovium* ad Schickardi Jus Regium Hebr. p. 88. & 100. *Rhenferd.* de decem Otioſis Synagogæ p. 127. & laudatum *Relandum* ad *Io. Henr. Ottonis* Hiſtoriam Doctorum Miſchnicorum p. 126. Ipſe qvoqve hinc inde, ubi inprimis res poſtulare videbatur, in eam animadverti, animoqve conſtitutum habeo, ſi DEUS vitam ſuppeditarit, prioris ſaltem partis verſionem novam cudere, cum intellexerim, Vorſtianam illam Viris alioquin doctiſſimis, qui, in Hiſtoria Judaica tradenda verſantes, nimis ſecure eam ſecuti erant, impoſuiſſe. Excuſari tamen Vorſtius qvodammodo poteſt, qui ipſe in præfat. teſtetur, ſe interpretationem, quam juvenis fecerat, per aliquot annos neglectam typis commiſiſſe.

Scripſit Ganzius præter opus illud Hiſtoricum

1.) מָגֵן דָּוִד *clypeus Davidis*, ubi de Arithmetica, &

2.) מִגְדַּל דָּוִד *turris Davidis*, ubi de Geometria præcipit: quæ ſcripta ſe in lucem aliquando prolaturum eſſe R. *Joſeph Jekuthiel*, editor צמח *Zemach*, in præmiſſa præfat. pollicitus eſt, ſed vel fato vel aliunde prohibitus non præſtitit.

ר׳ דוד בן גדליה R. DAVID f. *Gedalja* f. *Jachija*, ex 482.

nobili illa inter Judæos Jachiadarum familia, vixit in Hiſpania A. M. 5085. C. 1326. inde vero Ulyſſiponem ſe contulit cum ſuis, ibique ſcripta varia elaboravit, ſpeciatimque חִבּוּר דִּינִים commentarium de rebus judicialibus &

מַאֲמַר

Ex his libris duo exſtant, nempe tertius, qui conciones complectitur, & *ſecundus*, quem ſolum ſuperſtitem eſſe credidit Bartoloccius, qui inſcriptus eſt שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה *catena* i. e. ſucceſſio *Cabbalæ* ſive traditionis, in tres partes diſtinctus, quarum I. Chronologiam Sacram inde ab Adamo & hiſtoriam Doctorum Judaicorum usque ad ſcriptoris ipſius ætatem deducit, ita ut p. 68. b. & ſqq. brevis hiſtoriæ Sacræ *ἀνακεφαλαιώσις* inſtituatur. II. Quatuor exhibet conciones (1) de mundo & aſtronomia. (2) de formatione fœtus in utero, & uſu partium corporis humani. (3) De infuſione animæ in corpus humanum. (4) De ſagis & energumenis. Pars III. præcipit de creatione mundi, Angelorum & Dæmonum, paradiſo & inferno: item de inventione rerum, ac regnorum originibus; denique quædam, quæ Joſuæ temporibus ac ſequentibus ſæculis usque ad exilium Judæorum ex regionibus, Pontificis Romani imperio ſubjectis, acciderunt, recenſentur. In prima libri parte uſus Auctor potiſſimum eſt libro *Juchaſin*: præterea vero quod ea, quæ tempore, inter ſcriptorem libri *Juchaſin* & noſtrum interjecto, evenerunt, ſupplet, certe non pauca ab eo prætermiſſa ex codicibus manu exaratis commemorat, ut dignus merito viſus fuerit Bartoloccio, qui in Latinum ſermonem converteretur. Prodiit liber *Venet.* apud Jo. de Gara 347. C. 1587. *Cracov.* 356. C. 1596. 4. & noviſſime mendoſe admodum *Amſtelod.* 457. C. 1697. 8. in qua carmina gratulatoria deſiderantur, viciſſim vero p. 51. legitur carmen funebre in obitum R. Salomonis, neſcio cujus a diſcipulo ejus R. *Schaul f. David* confectum, quod in edit. *Cracov.* fruſtra requiras, in qva editione poſt verba ר׳ בנימין שחבר מחזור אשכנזי p. 65. b. collocari debebat. Eruditi recentiores, qui de rebus & antiquitatibus Judaicis commentati ſunt, paſſim hujus libri teſtimoniis, in Lat. linguam translatis, utuntur, ex quibus principes ſunt *Io. Henr. Hottingerus* in Hiſtoria Eccleſ. N. T. & *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* in notis ad librum Sota & ad Tela ignea Satanæ, ubi nominatim p. 233. ſq. locum bene longum de Pſeudo Meſſiis, & p. 614. ſqq. illuſtrem alium de computationibus Judaicis variis circa terminum adventus Meſſiæ attulit. Sæpius eundem ad partes vocavit *Bartoloccius* in Bibl. Rabb. & *Io. Andr. Eiſenmengerus* in Judaismo detecto. Tractatum illum qui ſub finem *Schalſcheleth* de perſecutionibus Judæorum variis exponit, latine aliqvando ſe editurum promiſit Cl. Otho in Hiſtor. Doctorum Miſchnic. p. 148. ſed non præſtitit. Fidei ejus non multum tribuendum eſſe ipſi Judæi faten-

Digitized by Google

tentur, ex qvibus Eiſenmengerus Parte I. Judaismi detecti p. 248. teſtatur ſe non ſemel audiviſſe, qvod ſecundum binas literas inſcriptionis, quam libro fecit, initiales ש & ה appellari jure poſſit שַׁקְרָן הַגָּדוֹל h. e. *mendax magnus*. Ex noſtratibus quoque nonnulli mendacia ejus in lucem protulerunt, nominatimque Bartoloccius Tomo I. p. 710. ſeq. ea operoſe confutat, quæ noſter p. 39. ſqq. & alibi de gente ſua ambitioſe profert, ſicut & p. 43. ſqq. mendacii convincit, quæ idem de *Salomone Molcho* commentus eſt de quo nos ſuo loco dicemus: Confer etiam *Eiſenmengerum* Parte II. libri laudati p. 522. ſeqq. De ejusdem libri erroribus commentatum ſe eſſe profitetur *Io. Paſtritius* apud Imbonatum p. 127. Biblioth. Latino Hebr. Denique monendum eſt, Auctorem illum librum an. 309. C. 1549. Ravennæ ſcribere cœpiſſe, ut ipſe fidem facit p. 66. a. fine libri ſui, & in eodem ſaltem usque ad an. 348. C. 1588. perſeveraſſe, qvo anno ſe librum ſuum vigeſimum מועד קטן exaraſſe teſtatur p. 67. a. Niſi tamen pro anno שמ״ח 348. ſcribi debeat an. שמ״ה i. e. 345. quod inde ſuſpicor, quia 21. ſive ultimum librum compoſuiſſe ſe ſcribit an. 346. adeoque librum ultimo loco ſcriptum huic præpoſuiſſe exiſtimari debet, qvod non videtur facere voluiſſe, qui promiſerit, ſcripta ſua eo, quo compoſita ſint, ordine recenſere.

ר׳ גדליה בן ר׳ משה קורדווירו 452.

R. GEDALIA *ben R. Môſes Corduero* vixit ſæculo XVI. inlinante & præfationem ſcripſit ad Patris ſui librum, quem dixit אור נֶעֱרָב i. e. *lumen adveſperaſcens*, ex libro *Pardes Rimmonim*, qui eidem debetur, compendii inſtar collectum. Idem typis exſcribendum curavit librum חשק שלמה.

ר׳ גדליה בן ר׳ שלמה GEDALIA ben R. 453.

Schelomo Polonus, cognomento *Salman Leibſchütz* floruit an. 377. C. 1517. quo anno ut ipſe in præfat. ſecunda teſtatur, elaboravit

עֵץ שָׁתוּל *arbor plantata*, ex Pſ. I. 3. h. e. comment. in *Ioſ. Albo* librum עקרים cum textu ipſo *Venet.* apud Bragadinos an. 378. C. 1618. fol. Catal. Bodlej. memorat annum 1612. Duplicem hic invenies commentarium, alterum, qui dicitur שָׁרָשִׁים i. e. *radices*, & ad ipſos articulos

Digitized by Google

explicandos pertinet, alterum, qvi appellatur עֲנָפִים i. e. *rami*, ubi ſubtiliores commentationes ex Talmude & Rabbinorum ſcriptis petitæ leguntur. His accedunt ad perfectionem arboris עָלִין i. e. *folia*, nempe allegationes ipſorum locorum, quæ ex Rabbinorum ſcriptis afferuntur. Conf. infra *Joſeph Albo*.

גואן די ניקולו JOANNES NICOLAI: vide infra יואן.

גוטליב בן אברהם GOTTLIEB f. Abraham; v. infra R. *Jedidja Gottlieb*.

454. גוטרונאי GUTRONAI Cabbaliſta, ſcr.

ס' הַתַּרְשִׁישׁ *librum Tarſchiſch*, de argumento Cabbaliſtico, qui allegatur in calce libri *Jezira* ed. Mantuanæ in 4.

גיראוט די שולא GERAUT (forte *Gilbertus* vel etiam *Gerandus*,) de SCHOLA, ſcr. commentar. hebr. in lib. IX. Almanſoris de variis humani corporis morbis, quem MS. ſe apud *Odoardum Altham* Anglum vidiſſe teſtatur Bartoloccius, dignumque putat, qui Latine converteretur.

455. גיראדדוד וילשויק GERARDUS VECTUYCKUS *Raveſteinenſis*, ex Judæo Chriſtianus & Caroli V. ad Imp. Turcarum legatus ſcripſit

שְׁבִילֵי תֹהוּ *itinera deſerti* (alluditur forte ad *Ierem.* XVIII. 15.) h. e. carmen elegans & Biblico ſtilo exaratum de Judaicis diſciplinis & earum vanitate, cui ſubjiciuntur teſtimonia varia, ex ipſis Judæorum ſcriptis ad fulciendam doctrinæ Chriſtianæ veritatem, collecta Venet. 1539. 4. ap. Dan. Bombergium, hebraice. Forte hic eſt liber ille, quem Plantavitius n. 679. ſub hoc titulo ad fidem Catalogi Pragenſis provocans, commemorat, CPli editum, qvi oſtendat, vias peccatorum obliquas eſſe & ad abyſſum ducere.

456. גירונה GIRONA, Judæus, qui cum Paulo, Monacho quodam, de argumento Chriſtianæ religionis diſputavit, de quo refertur in Scheveth Jehuda p. 252. adde p. 259. ſeq.

457. גירונימו HIERONYMUS a *Sancta Fide*, ex Judæo Chriſtianus, inter ſuos dictus יהושע לורקי, ſub qvo nomine plura de noſtro afferе-

Digitized by Google

feremus, hicădmonituri, Bartoloccium Tom I. p. 725. duos hujus nominis commemorare, tanquam diſtinctos, alterum illum, quem diximus, alterum *Hieronymum* Bononienſem, itidem Ex Judæum, cujus liber contra Judæos ſcriptus italice prodierit *Venet.* 1515. 8. Videri poterat idem hic eſſe liber, quem prior ille Latine exaravit, ab alio deinceps italice converſus, qua de re nihil certi definire audeo.

גָלינוס vide ſupra גאלינוס.

גָלאנטי GALANTE vide infra *Moſche Galante.*

רבן גמליאל הזקן RABBAN GAMLIEL *Senior*, vide inter Doctores Miſchnicos ſuo oco.

ר׳ גרשון R. GERSONIS, neſcio cujus, חִדּוּשִׁים *obſſ. nova* in *Halacha* & *Toſephoth* MSS. in B. Oppenheimeri fol. 458.

ר׳ גרשון אוליף R. GERSCHON OLIPH, Archiſynagogus Metenſis, floruit Sæculo XVII. exeunte: v. *Zemach David* continuatum p. 47. b. 459.

ר׳ גרשון בן אשר R. GERSON *ben Aſcher* ſcriptor Sæculi XVI. medii ſcr. 460.

יְחוּס הַצַּדִּיקִים h. e. *Genealogiam Patriarcharum*, de qvo libro diximus ſupra ſub אורי בן שמעון,

Forte idem hic *Gerſon* auctor eſt libri, litteris Rabbinicis ſed lingva germanica editi, ſub tit. ס׳ גְלִילוֹת אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל h. e. de *finibus* ſive *regionibus terræ Iſraeliticæ*, qvi a *Gerſone*, neſcio qvo, ſcriptus, & ineunte ſæculo XVII. a duobus Iudæis Polonis, varias Orbis partes pervagatis, Lublinum delatus formisqve exſcriptus eſt, teſte *Menaſſe ben Iſrael* in Spe Iſraelis c. 10. p. 40. qvi tamen ipſe monet, conſilio ſapientum eum flammis deletum eſſe. Nihilominus tamen idem libellus in vico Furthenſi an. 451. C. 1691. recuſus eſt. Totus is ad fluvium *Sabbationem*, de qvo ſupra diximus, circumjectasqve & a Judæis habitatas terras ſpectat, putidiſſi-

Nn 2

diſtimis & anilibus fabulis refertus, qvarum vel ipſos Judæos puduit, niſi, qvod probabilius mihi fit, ideo Rabbini Poloni animum ab hac narratione alienum teſtati fuerint, ne Chriſtianorum odium recenſione hac arrogantiam faſtumqve ſpirante, ſibi conciliarent. Specimen fabularum iſtarum bene longum cum confutatione leges in *Jo. Andr. Eiſenmengeri* Judaismo detecto p. 546. 564. Exſtat ejusdem libri compendium ſub titulo: מַעֲשִׂיּוֹת וְסִפּוּרִים מִן מַלְכֵי יִשְׂרָאֵל h. e. *relatio de rebus geſtis Regum Iſraelis* lingva germanica editum Amſtelod. 8. ſine anni mentione, auctore R. *Ioſepho*. Tanta enim inter utrumqve eſt convenientia, ut poſterior hic interdum prioris verba referat, unde factum puto, ut *Eiſenmengerus* in Indice Scriptorum, ipſius Judaismo præmiſſo, priorem librum *Ioſepho*, poſteriorem vero *Gerſoni* tribuat, in opere deinde ipſo inverſo ordine rectius procedens.

461. ר׳ גרשון הזקן R. GERSCHON HASSAKEN i. e. *Senior*, qvem auctor *Schalſcheleth* vetuſto qvodam qvoaternione edoctus, p. 42. a. med. obiiſſe teſtatur an. 4828. C. 1068. qvamvis in alio qvaternione obitum ipſius in annum 4788. C. 1028. relatum ſe legiſſe teſtetur, diſcedente ab utroque numero libro *Iuchaſin*, qui annum conſtituit 4830. C. 1070. quem exprimit etiam R. *Dav. Garz* ad hunc annum, eodem in loco obſervans, R. *Salomonem Oſtrenſem* (qvem *Vorſtius* in verſ. perperam appellat *Salom. Monſteram*) in qvæſtionibus ſuis n. 29. obitum ejus ad an. 4800. referre. Vnde non audiendum eſt ſpicilegium libri *Iuchaſin* p. 164. b. qvod noſtrum hunc an. 4580. C. 820. vixiſſe affirmat. Moguntinum eum fuiſſe ſuſpicatur *Schalſcheleth* l. c. ex animadverſione מרדכי ad Cod. *Schabbath* cap. 10. In Gallia vixiſſe inde apparet, qvod nunc מורה nunc מאור h. e. *doctor* vel *lumen* הַגּוֹלָה צָרְפָתִי *captivitatis Gallicæ* vocetur. Cognomen qvoque habuit לואטין ut tradit Spicilegium *Iuchaſin* p. 164. b. neſcio qvo ſenſu. Exſtant adhuc ejus

תַּקָּנוֹת i. e. *conſtitutiones* (Bartoloccius minus recte legit תְּקֻנּוֹת) liber legalis, *Venet.* 289. C. 1519. fol. apud *Dan. Bombergium* teſte Bartoloc. editus. R. Schabtai easdem cum R. *Meir Rotenburgenſis* qvæſt. & reſponſ. *Prag.* 368. C. 1608. editas refert. Pars earum exſtat etiam in libro כל בו p. 134. ed. *Venet.* 327. fol. Deciſiones ejus primum neglectæ, & inclinante

Mil-

Millenario V. h. e. Sæculo a C.N. XIII. medio receptæ fuerunt, ceu teſtatur R. *Ioſeph Kolon* num. 101. *quæſt. & reſponſ.* Has Plantavitius n. 767. commemorat, tanqvam in Catalogo Pragenſi laudatas, ſub tit. תִּקּוּנִין רַבֵּנוּ גֵּרְסוֹם. Non attinet deniqve monere, Vorſtium in verſione Ganzii p. 132. titulum hunc minus recte exprimere per *verſionem* ſicut Plantavitius l. c. in nomine minus accurate verſatus eſt, qvod Hebræi vel גרשון vel גרשום efferunt.

גרשון בן לוי GERSON ben LEVI: vide infra *Levi fil. Gerſon.*

462. ר׳ גרשון בן משה R. GERSON fil. MOSCHE ex Soncinatum familia, qvi typographicæ officinæ præfuit Arimini, Brixiæ & tandem *CPoli.* Edidit is inter cætera CPoli librum Kimchii *Michlol*: vide infra lit ש ſub nomine שונצינו.

463. ר׳ גרשון בן שלמה R. GERSON fil. SCHELOMO *Catalanus* teſte R. Gedalia in *Schalſcheleth* p. 54. b. qui cum eum R. *Moſi Tibbon*, quem an. 5030. C. 1270. vixiſſe teſtatur, jungat, patet ſane Sæculo XIII. medio eum floruiſſe. Hæc ætatis ratio, puto, effecit, ut R. *Schabbataus* in ש״ש & *Buxtorfius* eum facerent R. *Levi ben Gerſon* Parentem. Qvod quidem propterea minus probat Bartoloccius, quia *Levi Gerſonides* in Codice qvodam Vatic. MS. dicitur fuiſſe Provincialis ex opido *Bagnolo* oriundus. Enimvero cum is in *Schalſcheleth* p. 60. a. diſerte vocetur Hiſpanus, prætereaqve in *Iuchaſin* p. 133. b. *Perpiniani*, qvæ tum temporis ad Hiſpaniam referebatur, obiiſſe dicatur, non video, cur unius MS. auctoritate adducti communem illam ſententiam migrare debeamus. Taceo, fieri ſane potuiſſe, ut, ſi Gerſonides Gallus ſtatuendus ſit, naſceretur in Gallia patre *Catalano* vel *Hiſpano*, pro illorum temporum more qvo Judæi huc illuc commigrabant. Scripſit is

שַׁעַר הַשָּׁמַיִם *porta cœli* ex *Geneſ.* XXVIII. 17. liber Philoſophicus, qui in tres partes diſtinctus, Parte I. de qvatuor elementis, rebusqve tum animatis tum inanimatis, avibus, beſtiis, vento, igne, aqva, nive, grandine, nubibus, arboribus, lapidibus & vegetabilibus ceteris: Parte

Digitized by Google

te II. de Aſtronomicis, & qvidem teſte Bartolocc. ex libris *Ptolemai*, *Alphragani* & *Avicennæ*, ut & de cœlo & mundo ex *Averröe* diſſerit; Parte deniqve III. de rebus divinis commentatur, ex Maimonidæ libro הנפש ceu obſervat ש״י. Prodiit liber *Venetiis* cura *Meir fil. R. Iacob Franzoni* an. 307. C. 1547. 4. Exſtat autem MS. in B. Vatic. 4. & in B. Bodlej. n. 5385. ubi non immerito vocatur *Hiſtoria Naturalis*. R. Gedalias in *Schalſcheleth* p. 54. b. cum hujus libri auctorem Gerſonem noſtrum feciſſet, addit, legiſſe ſe in qvæſtionibus B*ar Scheſchath* ſect. 156. librum hujus tituli ſcriptum eſſe a R. *Iſaaco fil. Lateph*. Et certe res ita habet, qvod ſub hujus nomine videbimus: nihil tamen hic liber præter titulum commune habet cum noſtro Gerſonis ſcripto, qvod non ſolum de rebus naturalibus, ſed præceptis qvoqve divinis & eorum ratione commentatur. Fraudi tamen hoc fuit *Plantavitio*, qvi n. 701. שער השמים, quem de rebus ſublunaribus & meteoris exponere ait, tribuit *Iſaaco Lapheth*, ſeu, quod ſcribere voluit, *Lateph*. In Catalogo B. Leidenſis p. 273. n. 96. perperam tribuitur R. *Meir filio R. Iacob Franzoni*, qvem typographi vices ſuſtinuiſſe modo monuimus.

ד

464. דבורה. DEBORA *uxor Lapidoth*, quem (Lapidoth) Rabbini (g) eundem putant cum B*arack*, de quo *Iudic*. IV. 6. Prophetis, inter ſeptem illas, quas Judæi ex V. T. recenſent in Gem. *Megilla* f. 14. a. confer Vener. *Georg. Guſtav. Zeltneri* diſſ. de Debora §. 8. De eruditione ejus varia multa afferunt Talmudiſtæ in Cod. *Ievamoth* c. XII. p. 103. indeque in *En Iſraël* Paraſcha II. p. 8. & *Ialkuth* Parte II. p. 18. quæ Kimchius ex parte repetit ad Judic. V. 17. Eadem in compendio legere licet apud Bartoloccium Tomo II. cujus exemplo *Deboram* hic commemoramus, habita ratione Cantici Sacri, quod conſignatum legitur Judic. V. 24. Plura de Debora ex Judæorum monimentis afferuntur a Vener. nobisque amiciſſimo *Guſtavo Georg. Zeltnero*, Theologo Altorfino, in ſingulari diſſertat. de eruditione Deboræ Altorf. 1708. edita. Confer etiam *Herm. Witſii* Miſcell. Sac.

(g) Ita certe ſtatuunt *Kimchi* & *Levi Gerſonides*, ideo quod לפיד i. e. *fax, vel lampas* ratione ſignificationis cum ברק i. e. fulgure facile conciliari poteſt.

Digitized by Google

Sac. lib. I. c. 23. §. 9. ſeq. & *Seder Olam Rabba* p. 56. Vix attinet hic monere, non pertinere huc תֹּמֶר דְּבוֹרָה i. e. *palma Deboræ* ex Judic. IV. 4. qui eſt titulus libri Cabbaliſtici a *Moſe Corduero* exarati, de quo ſuo loco dicemus, unde etiam intelligetur, Hottingerum præter rationem ſcribere תאמר דבורה, & vertere *dixit Debora.*

דבורה DEBORA, uxor R. *Ioſephi Aſtariel*, qvi vulgo *Aſtarellus Romanus* vocatur, femina literarum Hebraicarum & poeſeos Italicæ peritiſſima, quod apparet ex interpretatione italica hymnorum ac precum R. *Moſis Reta* (ריטה) vel *Rieti*, qvæ exſtant ſub tit. מְעוֹן הַשּׁוֹאֲלִים i. e. *habitaculum orantium.* Venet. 363. C. 1603. 8. & 1609. 8. quam poſteriorem edit. in ש״י omiſſam memorat Bartoloc. 465.

Eadem R. *Bechaji f. Ioſeph* ברכי נפשי, Confeſſ. magnam R. *Niſſim* & *Seder Avoda* ſecundum exemplar Hiſpanorum italice convertit de quo libro vide ſupra ſuo loco. ש״י eam appellat דבורה אשקראלי.

דואג האדומי DOEG IDUMÆUS, 1. Sam. XXI. 7. Hunc *Bartoloccius* in Bibliotheca ſua recenſuit, allatis pluribus Talmudiſtarum de eo fabulis, a quibus hic omnino cenſemus abſtinendum.

דוארתה פינל DUARTE PINEL i. e. *Eduardus Pinelus*, Judæus Luſitanus, qui cum aliis quibusdam operam dedit, ut Biblia Hiſpanica Iudæorum *Ferraræ* excuderentur 1553. fol. de qua verſione, diverſisque ejus exemplaribus lege V. C. *Iac. le Long* Biblioth. Sac. P. II. p. 151. ex cujus p. 157. apparebit, Bartoloccium Tom. III. Bibl. R. pag. 785. minus recte tradidiſſe, qvod R. *Iom Tov Athias* & *Abrab. Usque* V. T. hiſpanice vel verterint, vel verti curarint, *Ferrar.* 313. C. 1553. Qvod vel inde patet, qvia Pentateuchus in hac edit. ex verſ. Hiſpanica 1546. edita pene ad verbum exſcriptus eſt. Confer ſupra ſub *Arab.* אוסקוי *Usque.* 466.

Eundem de *Grammatica* & *Kalendis* ſcripſiſſe auctor eſt *Nic. Antonius* in Biblioth. Hiſpan. Nova.

ר׳ דוד R. DAVID, neſcio qvis, ſcr. סֵפֶר הַמַּעֲלוֹת i. e. *librum Graduum* ſive conciones in Legem, qvas ex Buxtorfio & Hottingero memorat Bartoloc. MStasque eſſe teſtatur ש״י. Bartolocc. T. IV. duplicem hujus tituli librum ἀνώνυμον affert, quorum alter omnino huc pertinet. 467.

ר׳ דוד

468. ר׳ דוד R. DAVID, Archiſynagogus Amſtelodamenſis, ſcripſit librum Cabbaliſt. סוד יְהֹוָה i. e. *arcana DEI* ed. Amſtel. 4.

469. ר׳ דוד בן אברהם R. DAVID f. *Abraham*, Mutinenſis, ſcr.

דָּבָר טוב *verbum bonum*, i. e. explicatio radicum & vocum Hebr. lingua Italica ſive dictionariolum vocum communiorum cum verſ. Italica, in puerorum uſum. Venet. 366. C. 1606. 12. ſæpius poſtea recuſum.

Hunc Plantavitius n. 118. & ejus exemplo Bartoloccius vocat R. *David Sion Aben Abraham.* Idem vero n. 466. cuidam hujus nominis, quod noſter habet, tribuit סדר העיבור qvi referendus potius erat ad R. *David Abudraham*, de quo mox.

Hujus quoque eſt ſecundum ש״י. עיר דָוִד *urbs Davidis* i. e. comm. in Legem, quem MS. citat R. Aſarias in Meor Enajim p. 151. qvi potius tribuendus eſt *Davidi Provinciali*, de qvo infra.

470. דוד אלדוד DAVID ELDAVID Pſeudo Meſſias Judæorum Sæculo poſt C. N. XII. medio res novas molitus eſt, multosque ſuorum ad ſe pellexit Amariæ, urbe regni Perſiæ an. 4894. C. 1134 ceu teſtatur R. *David Ganz* ad hunc annum, qvi provocat ad librum *Scheveth Iehuda*, fuſius hæc ediſſerentem, p. 163. ſeq. ed. Latinæ. Cujus narrationem dialecto Rabbino Germ. exhibet Buxtorf. Theſaur. Gramm. pag. 668. Adde ep. Maimonidæ ad Judæos Msrſilienſes, & in ep. Meridionali. Omnia hæc junctim latine exhibet *Vorſtius* in notis ad *Zemach David* p. 292. Non dubitandum eſt, eundem hunc eſſe, qvem *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 43. b. appellat *David Almuſſer*, ubi refertur ad an. 4924. C. 1164. nec diſtingvendum a *Davide Elroi*, qvi itidem ut Pſeudo-Meſſias recenſetur in Itinerario *Benjaminis* p. 66. edit. Hebræo-German. & p. 19. ed. Hebrææ. Quæ enim ab utroqve horum narrantur, omnino conveniunt cum illis, quæ *Scheveth Iehuda* Davidi Eldavid tribuit. Junge *Io. Andr. Eiſenmengeri* Judaismum Detectum Parte II. p. 663. ſqq. *Iac. Basnage* Hiſtor. Judaic. Tom. V. p. 1639. & *Io. a Lent* de Pſeudo-Meſſiis p. 53. ſqq.

Digitized by Google

ſqq. ed. in 4. Herborn. ubi etiam pollicetur, ſe alibi oſtenſurum, qvod hic *David* floruerit circa A. C. 1160. (h)

דוד בן אבודרהם DAVID f. *Ioſephi ABUDRAHAM*, 471.

Hiſpanus, diſcipulus R. *Mardochai* Provincialis, floruit 5100. C. 1340. & ſcripſit explicationem precum per totum annum receptarum, ubi etiam de ratione anni Judaici, noviluniis, emboliſmis &c. diſſerit. Vocari hic liber Judæis ſolet אבודרהם ſub qvo titulo etiam in ש״י recenſetur, & ex variis libris ritualibus collectus editusque dicitur Venetiis 326. C. 1566. 4. qvam editionem itidem commemorat Buxtorfius: ex qvibus proinde emendandus veniet Bartoloccius, qvi Venetam an. 330. C. 1570. 4. curatam teſtatur, ac præter eam, neſcio qvam recte, CPolitanam 274. C. 1514. fol. recenſet. In Oppenheimeriana exſtat ed. anni 306. Idem Bartoloc. illam precum expoſitionem ab illuſtratione Kalendarii diſtingvit tanqvam librum ſingularem, ſicut & R. Dav. Ganz ad an. 5100. ei tribuit סֵדֶר הָעִבּוּר præter expoſitionem precum. Præterea vero B. illi tribuit לוחות עַל הַתְּכוּנָה i. e. *tabulas Aſtronomicas*, qvas MSS. ſe poſſidere 174. tabulis abſolutas ſcribit Plantavitius n. 276. nec non שַׁעַר הַתְּקוּפוֹת i. e. tractatum de *Solſtitiis & Æquinoctiis*. Comm. in preces MS. eſt in B. Bodlejana inter Codd. Huntingtonianos n. 311. ubi auctor vocatur *David ben Abi Drahem*.

ר׳ דוד אבזי DAVID AVSI ſcripſit 472.

צורת הָאָרֶץ h. e. *de figura terræ*, ſive *Coſmographiam* CPoli 4. edit. teſte *Plantavitio*, Catalogo Biblioth. Reginæ Sveciæ & ש״י.

ר׳ דוד בן אברהם הלבן R. DAVID f. *Abraham Hallaban*, (Albus) fil. R. *Juda de Kotzi*, ſcripſit מְסוֹרֶת הַבְּרִית h. e. *traditio fœderis*, ubi commentatur de ritibus & ceremoniis Judaicis MS. in Vatic. fol. 473.

Oo ר׳

(h) *Lentius* l. c. p. 51. *David Almuſſer*, de quo *Schalſcheleth Hakkabbala* exponit, diſtingvit a *Davide El David*, præter rem, ut puto, quod, ut cetera omittam, vel inde apparet, qvia alioquin nullam *Davidis El David* mentionem feciſſet, quam tamen hic Scriptor non videtur fuiſſe neglecturus.

ר׳ דוד דאיסתיליירה R. DAVID de *Iſtilia*, vulgo *Eſtella*: v. infra R. *David* שטעלי.

474. ר׳ דוד בן אברהם עראמה R. DAVID *ben Abraham Arama* ſcr. animadverſiones in Hilchot Maimonidæ *Jad Chaſaka*, editam Theſſalonicæ, fol. teſte ש״ר p. 63. n. 97. ubi autor mendoſe vocatur *David ben David*, qvod ipſe corrigit in Indice Scriptorum alphabetico.

475. ר׳ דוד אופנהיים R. DAVID OPPENHEIM, fil. *Abrahami*, Archiſynagogus Pragenſis, adhuc ſuperſtes, cujus ut & R. *Gabrielis* fil. R. *Jehudæ* ליב Præſidis Synagogæ Niclasburgenſis הסכמות ſive *Cenſuræ* prodierunt Dyrenfurti 1707. in fol. qvibus uterqve approbarunt notas R. *Davidis* f. *Moſis*, Judæi Sileſii Silzenſis in *Nathanis Spiræ* Megalle Amukoth ſcriptas, qvæ tamen deinde non prodierunt. Ceterum hic Oppenheimerus magna apud ſuos gratia & auctoritate floret inſignemqve Bibliothecam, quæ Hannoveræ aſſervatur, ſibi comparavit, ſepties circiter mille Codicibus, quod obiter computare mihi licuit, conſtantem, inter qvos mille fere manu exarati ſunt. Qvicquid enim usqvam librorum in locis, intervallo ſejunctiſſimis, vel in lucem profertur, vel latet, id nunc pretio, nunc prece, nunc vi, religioſo ſcilicet fulmine illis impacto, qui deſiderio ſuo minus diligenter reſpondeant, conquirit & in uſus ſuos convertit. Unde & pauci in R. *Schabtai* Bibliotheca Rabbinica recenſiti, leguntur, qui in ea, etiam qvod ad diverſas editiones, qvas inprimis de Codicibus Biblicis, tractatibusque Talmudicis ſeorſim vulgatis ut & precum rituumque libris multas numerat, non inveniantur. Qvid igitur magis optari poterat, qvam ut vel Iudæus qvisquam, vel, quod malim, Chriſtianus, forulos hos excuteret, & cum cura in literas referret. Ipſe quidem per aliquod tempus in ea, beneficio Patroni cujusdam mei verſatus, quantum per difficiles Judæorum mores fieri potuit, evolvi Codices, ac potiſſimum manu exaratos, nec parum me inde profeciſſe profiteor: ſed non pauca ſuperſunt ſupplenda, quorum ſpem ipſe poſſeſſor fecit. In hac ſupellectile varia ſunt ipſius Oppenheimeri ſcripta in lucem aliqvando edenda, ex qvibus oculis uſurpavi

Digitized by Google

1) יַד דָוִד *manus Davidis*, ubi commentatur in S. Scripturam & Talmud.

2) מוֹעֵד דָוִד *Conventus David*, comm. in Seder *Moed*.

3) מְקוֹם דָוִד *locus Davidis*, ubi explicantur, quæ in Talmude referuntur de locis variis, rebusqve in illis geſtis, & qvidem ſecundum literarum ſeriem.

4) נִשְׁאַל דָוִד *interrogatus eſt David*, qvo volumine ampliſſimo plurimas qvæſt. & reſponſ. complexus eſt.

5) עִיר דָוִד *urbs Davidis*, in 318. בתים ſive domos diſtinctus, ubi explicat loca ſcripturæ, in qvibus vox בִּירָה occurrit.

6) שְׁלַל דָוִד *ſpolium Davidis* qvv. & reſponſ.

Sunt & alia ejusdem opera elaborata, qvibus addet in poſterum וַיִּקֶן דָוִד *& emit David*: qvo libro exhibebit Catalogum Bibliothecæ ſuæ inſtructiſſimæ. Edidit ille ſubinde indicem eorum librorum, qvi in ש״ר recenſiti in Bibliotheca ejus vel prorſus, vel ſecundum certas editiones deſiderantur. Ceterum in R. *Jehuda ben Niſſan* בירת יהודה qvædam noſtri exſtant, de qvibus vide ſuo loco. Idem præfatione longiore inſtruxit Pentateuchum, qvi cum commentariis Rabbinorum prodiit *Berol.* 1705. 8. 5. voll. Confer Periſtylium librorum novorum vernacula lingva editum Parte XIV. p. 99. ſq.

דוד בן אורי וויבש DAVID fil. VRI VEIBES curavit edit. Pſalmorum Amſtelod. 1681. cum comm. *Kimchii* & שמוש תהלים. 476.

ר׳ דוד בן אריה ליב R. DAVID f. *Arje Lev*, Synagogæ Moguntinæ præfectus, ſcripſit: 477.

עִיר מִקְלָט *urbs perfugii*, ex Ioſ. XXI. i. e. comment. ſuccinctum in 613. præcepta, quorum fundamentum ex Lege oſtenditur, & loca Talmudica huc pertinentia allegantur. Prodiit *Dyrenſ.* 1690. 4.

ר׳ דוד באכנר R. DAVID BOCHNER cujus חדושים *novæ obſſ.* in Talmud exſtant MSS. in B. Oppenheimeri 4. 478.

479. ר׳ דוד ברצלי R. DAVID BARZILLAI *Hiſpanus*, cujus opera uſus eſt *Moſes Altaras* itidem Judæus in concinnando libro Hiſpanice edito *de mantenimiento de la alma* i. e. *de alimento animæ.* Vide Vener: *Theodori Daſſovii* diſſertat. de rebus in agris relictis Hebræorum veterum §. 24. Confer qvæ infra ſub *Moſe Altaras* dicentur.

480. מיסר דוד MESSER DAVID ſcr.

1) מָגֵן דָּוִד *clypeus Davidis* ex Pſ. III. 4. qvo libro comprehenduntur explicationes literales & allegoricæ qvarundam Paraſcharum Legis MSS.

2) נֶפֶשׁ דָּוִד anima Davidis, itidem MS. argumenti neſcio cujus.

3) סְגוּלַּת מְלָכִים *peculium Regum*, liber Grammat. MS.

4) קוֹל יְהוָה בַּכֹּחַ *vox Domini cum robore* ex Pſ. 29. 4. MS. argumenti non memorati.

5) שֶׁבַח הַנָּשִׁים i.e. *laus fœminarum* MS. Hos libros omnes recenſet R. Schabtai in ש״י qvi etiam in Indice alphabetico Scriptorum illos quinque ad hunc unum refert. Forte etiam huic acceptus ferri debet

6) נַחַל עֲדָנִים *rivus deliciarum* ex Pſ. XXXVI. 9. qvem *Meſſer David* tribuit p. 53.

481. ר׳ דוד גאנז R. DAVID GANZ, (*) *Pragenſis*, claruit Sæculo XVI. inclinante, & *Abrahami Zacuti* in lib. Juchaſin ac R. *Gedaliæ* in *Schalſcheleth Hakkabbala* ceterorumqve Chronologorum veſtigiis inſiſtens, hiſtoriam Judaicam denuo tractavit, & ad ſuam usqve ætatem i.e. A. M. 5352. C. 1592. deductam edidit ſub titulo

צֶמַח דָּוִד *germen Davidis* ex *Jerem* XXXIII. 14. qvem libro titulum fecit, qvod & nomen ſuum referret, & primum hunc a ſe ſcriptum innueret, primum qvoque ſe temporum rationem ad annos Orbis Conditi revocaſſe indicaret, ac deniqve ſic ſimul Iudæos ad exorandum Meſſiam, illud Davidis germen, excitare ſe poſſe videret, ceu auctor ipſe in præ-

(*) Nomen ejus Hebraicum eſt אווזא i. e. *anſer*, qvod Germani dicunt *Gans*, unde factum eſt, ut communiter hoc nomine vocaretur, ceu ipſe in fine præfat. innuit.

præf. monet. Liber totus in duas diſtinctus eſt partes, quarum prior ſub titulo צמח דוד res inde ab Orbe condito geſtas, Miſchnicos item, Gemaricos, Geonæos ac, qvi hos ſecuti ſunt, recentiores doctores perſeqvitur: poſterior vero ſub titulo יְמוֹת עוֹלָם *dies mundi*, hiſtoriam & res geſtas ceterarum gentium Regumqve exterorum diligentius, quam a Judæis fieri ſolet, tradit. Qvod ad ordinem & uſum, noſter certe reliqvis Judæorum Chronologis palmam præripit, eo qvod ſeriem narrationis ſuæ ſecundum ſex mundi conditi millenarios, & illorum Sæcula ac annos diſtinxit, qvod ante ipſum fecerat nemo, cum ceteri Aeram Templi I, & II. vel etiam contractuum, qvam מִנְיַן שְׁטָרוֹת (i) vocant, ſeqverentur. Priores Chronologos non cœcu impetu ſecutus eſt, ſed hinc inde turbatas temporum rationes emendavit, qvam in rem paſſim utitur R. *Aſariæ Meor Enajim*, libro tum temporis recens ſcripto. Neqve ſic tamen ſatis ſibi cavit, qvo minus in errores varios & portentoſos anachroniſmos tum in Iudaica, tum vero inprimis in externa Hiſtoria incideret, eo, qvod vel Scriptores non ſatis idoneos ſeqveretur, vel eosdem non recte aſſeqveretur. Vſus autem inprimis in hanc rem eſt, ceu ipſe in præfat. Partis II. profitetur, *Spangenbergio, Goltzio, Laur. Fauſto, Georg Caſſio, Mart. Bariok* & aliis qvibusdam ignobilioribus Hiſtoricis.

Prodiit primum *Pragæ* an. 352. C. 1592. 4. cura *Ioſephi Ickuthielis* cognomine *Kofman*, deinde vero auctior recuſus eſt, qvod ad partem priorem, ceu titulus credere jubet, *Francof. ad Mœn.* qvod ad poſteriorem *Amſtelodami* an. 1692. 4. cura *Davidis ben Moſche Reinsdorfenſis*. Hæc editio recognita hiſtoriæ filum in utraqve parte deducit usqve ad annum 1692. qvæ continuatio ratione partis prioris conciſior eſt, jejuniorqve & uno ac dimidio folio in 4. abſoluta, nihilque niſi recentiores quosdam Scriptores eosque ſtrictim & obiter qvaſi commemorans. Poſterior Ganzii pars qvæ ad hiſtoriam aliarum gentium ſpectat, a continuatore latius deduci-

(i) *Aeram Contractuum* illam annorum ſupputationem appellant Judæi, qvam a tempore, qvo Alexander M. Judæis gratiam fecit, in hujus clementiæ memoriam ipſius Alexandri juſſu ingreſſi ſunt. Hujus initium cadit in A. M. 3448. qui reſpondet anno 1000 ab exitu ex Ægypto trecentiſimo autem & decimo ante C. N., & quadrageſimo ab initio ſtructuræ Templi II. Vide plura apud *Aſariam* in *Meor Enajim* c. 25. quod latine *Vorſtius* ſuis in *Zemach David* obſervationibus p. 187. ſqq. inſeruit,

Digitized by Google

tur foliis 14. & dimidio, qvæ a p. 92. ad 95. excipit catalogus Imperatorum Romanorum omnium usque ad Leopoldum deductus, cum deſignatione annorum Imperii & obitus ſingulorum. Continuationis hujus auctor in titulo non diſerte exprimitur, unde factum eſt, ut alii eam tribuant *Davidi de Lara*, (k) qvod factum video in Catalogo Triglandino & nupero Tilliano: alii adſcribunt, quod in Actis Eruditorum 1692. p. 217. fieri memini, *Davidi* ſil. *Moſis Reindorf.* (cujus cura continuationem prodiiſſe titulus monet) alii deniqve, iiqve rectiſſime, vindicant ר׳ טעבלי שיף R. *Teble Schif*, apud quem ille *David fil. Moſis* in titulo libri commoratus dicitur. Hujus enim curæ acceſſiones has tribui debere Judæus mihi non unus confirmavit. Eum autem in rebus externis vehementer interdum lapſum eſſe vel tralatitia inſpectio oſtendit, illuſtri vero exemplo probatur in Actis Erudit. Lipſienſ. l. c. p. 217.

Hiſtoria hæc, prout continuata eſt, in dialectum Rabbinico-German. converſa prodiit *Francof. ad Mœn.* 458. C. 1698. 4. apud *Salman Henea* (הענ—ו) qui & forte ipſe germ. transtulit: neqve enim Interpretis nomen diſerte exprimitur. Verſio illa ſic ſatis fida eſt: omiſſi tamen ſunt præter præfationem Ganzii, Indices, præterea vero neque ſæculorum neque annorum, quibus qvidque contigerit, mentio fit, quam Ganzius optimo conſilio ubiqve in fronte ſingularum ſectionum fecerat: Interpreti enim ſatis viſum eſt millenariorum habere rationem.

Ex Latina *Gvilh. Henr. Vorſtii* verſione, obſervationibus ejusdem Latinis munita, una cum *Pirke R. Elieſer* ſine textu Hebræo, omiſſa tamen præfatione prodiit *Lugd. Bat.* 1644. 4. Qvæ qvidem ita adornata eſt, ut prior pars integra, ex poſteriori autem ſelectiora exhibeantur, qvia auctor non putabat conſultum, in iis recenſendis fuſe verſari, quæ & rectius & plenius aliunde cognoſcerentur. Propterea R. Schabtæus in Indice librorum Hebr. in alias lingvas converſorum, qui in calce ש״ exſtat, ſcribit priorem tantum hujus libri partem Latine ex *Vorſterii* (ſic enim Vorſtium vocat) prodiiſſe. Interpretatio ipſa nemini eruditorum ſe probavit, quorum ſententiam expreſſit eruditiſſimus *Adrianus Relandus* in Prolegomen. ad Analecta Rabbinica *** 2. b. his omnino verbis: Er-

(k) Si ille de *Davide Cohen de Lara* interpretandus ſit, temporis certe ratio non permittit, ut huic continuationem acceptam feramus; cum viginti & amplius annis ante an. 1692. obierit, quod paulo poſt oſtendemus.

Errata Vorſtii tam frequentia ſunt, tam enormia, & tot Virorum Doctorum cenſuris exagitata, ut verſiones ejus nulli juveni commendari queant. Conqueſtus eſt de iis Cl. Altingius ep. 25. qvi eum in vertendis Hebraicis prodigioſe ſcribit erraſſe. Notatus eſt a Seldeno in lib. de Synedr. Hebr. Wagenſeilio in Sota, Bartoloccio in Bibliotheca, Meyero tum in præf. ad Seder Olam, tum paſſim in notis & alibi. In ſequentibus cenſura hæc exemplis probatur, *Vorſtius* vero memoriæ vitio *Ioannis* nomine appellatur. *Cl. Io. Meyeri* non mitior eſt ſententia, qvando in præfat. ad Seder Olam p. 11. ait: *Vorſtiana verſio* Zemach Davidis *mendis & vitiis tantopere ſcatet, ut ei nullibi fidem adhibere qveas: Enormes enim ſunt & inexcuſabiles hallucinationes.* Adde B. *Carpzovium* ad Schickardi Jus Regium Hebr. p. 88. & 100. *Rhenferd.* de decem Otioſis Synagogæ p. 127. & laudatum *Relandum* ad *Io. Henr. Ottonis* Hiſtoriam Doctorum Miſchnicorum p. 126. Ipſe qvoqve hinc inde, ubi inprimis res poſtulare videbatur, in eam animadverti, animoqve conſtitutum habeo, ſi DEUS vitam ſuppeditarit, prioris ſaltem partis verſionem novam cudere, cum intellexerim, Vorſtianam illam Viris alioquin doctiſſimis, qui, in Hiſtoria Judaica tradenda verſantes, nimis ſecure eam ſecuti erant, impoſuiſſe. Excuſari tamen Vorſtius qvodammodo poteſt, qui ipſe in præfat. teſtetur, ſe interpretationem, quam juvenis fecerat, per aliquot annos neglectam typis commiſiſſe.

Scripſit Ganzius præter opus illud Hiſtoricum

1.) מָגֵן דָּוִד *clypeus Davidis*, ubi de Arithmetica, &

2.) מִגְדַּל דָּוִד *turris Davidis*, ubi de Geometria præcipit: quæ ſcripta ſe in lucem aliquando prolaturum eſſe R. *Joſeph Jekuthiel*, editor צ״ד *Zemach*, in præmiſſa præfat. pollicitus eſt, ſed vel fato vel aliunde prohibitus non præſtitit.

ר׳ דוד בן גדליה R. DAVID f. *Gedalja* f. *Jachija*, ex 482.

nobili illa inter Judæos Jachiadarum familia, vixit in Hiſpania A. M. 5085. C. 1326. inde vero Ulyſſiponem ſe contulit cum ſuis, ibique ſcripta varia elaboravit, ſpeciatimque חִבּוּר דִּינִים commentarium de rebus judicialibus &

מַאֲמַר

מַאֲמָר עַל דִּינֵי טְרֵפוֹת *tractatum de ritibus circa cibos illicitos* cujus meminit R. *Karo* in limine *Iore Dea.* Obiit vegetus anno ætatis 75. Hæc refert R. *Gedalias* in *Schalſcheleth* p. 62. b. in fine, qui eum inter majores ſuos numerat.

483. דוד גרינהוט DAVID GRUENHUHT, fil. *Nathan, Rabbinus* Francofurtanus ad Mœnum, adhuc ſuperſtes, ſcr.

1.) ס' טוב רואי *pulcher adſpectu* 1. *Sam.* XVI. 12. expoſitio in R. *Iac. Weil* librum שחיטה ובדיקה ex variis, quæ huc pertinent, ſcriptis collecta, & per qvæſt. ac reſp. diſpoſita *Francof. ad Mæn.* 462. C. 1702. 4. apud *Io. Wuſt*, pagg. 8. Jungitur illi ejusdem liber

2.) מִגְדַּל דָּוִד *turris David* ex *Prov. XVIII. 11.* ubi ſecundum ordinem Paraſcharum Geneſeos varia ex Talmude, Medraſchim & Aggadoth ſive Narrationibus Allegoricis adferuntur & explicantur: pp. 72. Accedunt duæ paginæ in Megillath *Eſther.* Utriusque tituli rationem auctor reddit in præfatione, hic tædioſe non repetendam. Sufficit monuiſſe, utrinque *Davidis* mentionem fieri, cum alter locus diſerte exhibeat, alter aliqvid de eodem prædicet.

3.) ס' הַגִּלְגּוּלִים R. *Chajim Vital* cum animadverſionibus edidit *Francof. ad Mæn.* 444. C. 1684. 4.

4.) Idem Kimchii comment. in Pſalmos recudi curavit Francof. ad Mœn. 1712. 8.

ר' דוד בן גורון R. DAVID f. GORON, vide infra *Peripoth Duran*

484. ר' דוד הדיין R. DAVID JUDEX, filius proſelyti Granat. compoſuit librum מלכים ſeu de accentibus Regibus. V. Catalogum Grammaticorum infra ſub voce דקדוק repræſentatum, n. 13.

ר' דוד בן דוד עראמה R. DAVID ben *David Arama* v. ſupra *R. David ben Abraham Arama.*

485. ר' דוד דילה רוקה R. DAVID de la ROCCA, Romanus, epiſtolam ad Deboram, uxorem Aſcarelli ſcripſit, qva ipſi

Digitized by Google

ipſi gratulatur de opuſculis ex Hebraico ab ea Italice converſis, qvæ cum ipſis opuſculis prodiit Venet. 1602. 12.

ר׳ דוד דרשן R. DAVID *Darſchan* (concionator) ſcr. 486.

1.) שִׁיר הַמַּעֲלוֹת לְדָוִד *canticum graduum Davidis*, in qvo leguntur diverſa ex ceteris ejus ſcriptis compilata & excerpta. Cracov. 331. C. 1571. 4.

2.) כְּתָב הִתְנַצְּלוּת epiſtolam apologeticam pro concionatoribus *Lubl.* 308. C. 1548.

3.) מַשְׂכִּיל לְדָוִד *Oden didaſcalicam Davidis* ex Pſ. LIII. 1. i. e. conciones in Legem.

4.) מִגְדַּל דָּוִד *turrim Davidis* ex *Prov.* XVIII. 10. i. e. epiſtolas dictione eleganti.

5.) תְּהִלָּה לְדָוִד *laus Davidis* ex Pſ. CXLV. 1. i. e. comment. in 613. præcepta, cum expoſitionibus allegoricis. Omnia hæc in ש״ר recenſentur, trium extremorum vero editio non memoratur: ultimus illorum tanqvam CPoli in 4. editus recenſetur in Catal. B. Leidenſis pag. 169. ubi auctor dicitur R. *Meſſer David* fil. *Meſſer Leo*.

דוד הִיאֵירוֹנִימוּס DAVID HIERONYMI, ex 487.
Judæo Chriſtianus, qui in Judaismo R. *Iacob Melammed* dictus, & *Cornizii*, Ruſſiæ urbe, 24. milliaribus Leopoli diſtante, natus, cum per quatuordecim annos *Cracoviæ*, *Vindobonæ* & *Hamburgi* cives ſuos docuiſſet, tandem anno 1676. 6. Junii B. *Esdra Edzardo*, immortalis nominis Viro, annitente, Chriſtianorum ſacris cum integra familia ſua ſolenni ritu initiatus eſt. Vitam is potiſſimum egit Berolini, & qvosdam Judæos ad Chriſtianam Eccleſiam traduxit, defunctus tandem an. 1713. Edidit is confeſſionem fidei ſuæ lingva vernacula, præterea vero in libro Zohar convertendo verſatus eſt, qvod ſuo loco dicemus. Confer Nova Literaria Germaniæ anni 1703. p. 441.

ר׳ דוד בן הירץ R. DAVID fil. *Naphthali Hirz*, patria 488.
בחור *Posnenſis*, incola vero Crotoſchinienſis, *Eliæ Tobiæ* nepos,

Digitized by Google

יַלְקוּט דָּוִד *pera Davidis* ex 1. Sam. XVII. 40. i. e. collectanea ex diverſis ſcriptoribus collecta, & ad illuſtrationem legis facientia. *Dyrenfurti* 1691. 4. cum licentia Superiorum pp. 76. In præfat. recenſentur libri, quibus collector uſus eſt: illi omnes editi ſunt.

489. ר׳ דוד וידאל בן שלמה R. DAVID VIDAL f. *Schelomo*, Medicus Toletanus, Muſicus & Poëta, ſcripſit

1.) כֶּתֶר תּוֹרָה *corona Legis* (1) i. e. explicatio 613. præceptorum, ac præterea ſeptem aliorum, qvæ a Doctoribus ſuis Judæi repetunt, ut ſic numerus 620, qvem literæ כתר efficiunt, prodeat. R. Schabtai teſtatur deciſiones omnes ex Scriptis juridicis & ritualibus, quæ exſtant, hic eſſe collectas. Prod. *CPoli* 296. C. 1536. 4. Plantavitius, eumque ſecutus Bartoloccius editionem *Venetam* commemorat, neſcio qvam recte: ea enim in ש״י omittitur.

2) מִכְתָּם לְדָוִד *aureum carmen Davidis* ex Pſ. XVI. 1. ubi exponit de tredecim Articulis fidei Judaicæ, qvos ex ſcriptura & Rabbinis confirmat. In calce occurrunt preces qvædam & cantica. Venet 5307. C. 1547. 8. Hujus libri verſionem Latinam a M. *Jo. Henr. Wolfio* factam, edendamque memorat B. *Jo. Bened. Carpzovius* in Introductione ad Theologiam Judaicam, *Raym Martini* Pugioni Fidei præmiſſam p. 43. ſed quæ lucem non vidit.

490. ר׳ דוד בן אבי זמרי R. DAVID *ben Avi Simri* vel זמרה Sæculo XVI. inclinante floruit & ſcr.

1) אוֹר קַדְמוֹן *lux primigenia*: collectio precum variarum a R. Moſe ben Iac. חאגיז edita *Venet.* 463. C. 1703. 8. 3. plag. ubi exſtat: כֶּתֶר מַלְכוּת *corona regni* i. e. precatio *Davidis* noſtri tempore jejunii & alia in recordationem mortis, cum R. Bechaji ברכי נפשי & R. *Jehuda Chaſid* precatione in memoriam mortis imminentis.

2) טַעֲמֵי מִצְוֹת h. e. *rationes præceptorum*, qvas Hamburgi MSS. exſtare monet Schabbatai a me fruſtra reqviſitas. Ejusdem eſt

3)

(1) Titulus hic repetendus eſt ex *Pirke Avoth* cap. IV. §. 13. ubi tres coronæ numerantur nempe *Legis*, *regni* & *Sacerdotii*.

Digitized by Google

3) מֵהַרְרֵי נְמֵרִים *de montibus pardorum*, ex Cantic. IV. 8. qvo libro Indicem realem variorum argumentorum comprehendi teſtatur ש״ך editum *Venet.* 366. C. 1606. Idem hunc librum recenſens, auctorem vocat ר׳ דוד בן זמרא qvem tamen ab eo, qui hic a nobis vocatus eſt, non diſtinctum habuiſſe Jndex alphabeticus Scriptorum oſtendit. Bartoloccius poſteriori modo appellat, qvi tamen hallucinatur, huic tribuens כללי גמרה qvod ſcriptum in מהררי נמרים ab *Abrahamo ben Schelomo Akra* collecto exſtat, de qvo ſupra diximus ſuo loco. Deceptus ſcilicet ille eſt *ὁμωνυμίᾳ* tituli מהררי נמרים.

4) מָגֵן דָּוִד *clypeus Davidis*, ex Pſ. III. 4. explicatio literarum Hebraic. Cabbaliſtica, qvæ allegatur in Conciliatore Menaſſe ben Jſrael ſuper Pentateuchum p. 41. ed. Lat. & p. 56. ed. Hiſpan. ubi itidem vocatur *Zimera.* Prodiit demum *Amſtel.* 473. C. 1713. 4. pp. 52. apud Aſcher Anſchel. Hunc librum Bartoloccius minus recte tribuit *Davidi f. Simeon*, cujus nomen inferius vide.

5) מְצוּדַת דָּוִד *rete Davidis*, comm. literalis & Cabbaliſt. in præcepta. MS.

6) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſtiones & reſponſiones*, de 300. argumentis diverſis *Liburni* 412. C. 1652. fol. In libro כנסת הגדולה pars ſecunda ejuſdem operis citatur.

ר׳ דוד חביא R. DAVID CHABA *Neapolitanus*, ex Judæo Christianus factus, viſis ſcilicet miraculis, a D. *Io. Cala*, an. 4990. C. 1230. patratis, qvæ idem deſcripſit ſingulari libro ſub. tit. ספור הַנִּפְלָאוֹת i.e. *narratio mirabilium.* Meminit ejus *Car. Cala* in vita *Io Cala*, Neapol. 1660. fol. ital. edita. 491.

ר׳ דוד חמיץ R. DAVID CHAMITZ, Medicus, ſcripſiſſe dicitur Bartoloccio librum דֶּרֶךְ אֱמֶת *via veritatis* ex Geneſ. XXIV. 48. qvo commentatus ſit in librum Zohar. Non dubito, eundem eſſe hunc librum, quem ſub hoc titulo ex ſcriptis R. *Iſaaci Luria* in lib. *Zohar* & *Tikkunim* neſcio a qvo collectum Venetiis in 4. prodiiſſe teſtatur ש״ך. 492.

Digitized by Google

493. ר׳ דוד בן יהודה R. DAVID ben JEHVDA, qvi alias vocatur *Meſſer Leo*, & David Mantuanus, Medicus, cui Bartoloccius tribuit:

1) אֲבִיר יַעֲקֹב *fortis Iacobi* ex Gen. XLIX. 12. MS. Hujus libri auctorem ש״י vocat מסיר דוד בן לוי.

2) בֵּית דָוִד *domus David* ex 1. Reg. XII. 20. qvem ש״י dicit eſſe Philoſophicum & auctorem vocat *David ben Iehuda.*

3) כִּסֵּא דָוִד *ſolium David* ex 1. Reg. XII. 12. itidem Philoſophicum ex ſententia ש״י ubi hic iterum vocatur Meſſer David ben Levi.

Accedit qvartus, qvem ש״י *Davidi ben Iehudæ* tribuit ſub titulo

4) מִגְדַּל דָוִד *turris Davidis*, ex Prov. XVIII. 10. ubi conciliantur diſſentientes R. *Mardochai Iaphe* in לבושים & *Moſis Iſarles* in שלחן ערוך ſententiæ, & quid deniqve de ſingulis ſtatuendum ſit, exponitur. *Prag.* 376. C. 1616. 4.

5) תְּהִלָּה לְדָוִד *laus Davidis* huic qvoqve videtur tribuendus, de qvo vide infra R. *Dav. fil. Schelomo.* Ex hoc auctore, qvem Bartoloccius unum putavit, ש״י conſtituit tres in Indice Scriptorum alphabetico, unum R. *David ben Levi*, cui primum & tertium tribuit, alterum R. *David ben Iehuda*, cui ſecundum, tertium vero R. *David ben Iehuda* alium cui quartum vindicat.

ר׳ דוד בן ר׳ יוסף בן ר׳ דוד אבודרהם vide ſupra R. *David Abudraham.*

494. ר׳ דוד בן יוסף בן יחייא R. DAVID fil. *Ioſeph f. Iachia*, ex illuſtri inter Judæos Jachiadarum familia ortus *Vlyſſipone* A. C. 1465 natus eſt, deinde vero cum cæteris in Luſitania ejectus in Italiam abiit, & Imolæ rerum ſuarum ſedem fixit. Inde vero a Synagogis regni Neapolitani evocatus per duos & viginti annos illis cum auctoritate Rectoris Præſidis ac Judicis præfuit, tandemique Imolam reverſus æt. 76. obiit A. 5303. C. 1543. Eum in Philoſophia Grammatica & Poëſeos peritia æqvalem ſibi non habuiſſe teſtatur R. Gedalia in *Schalſcheleth Hakkabbala*, cui hæc debemus, p. 65. b. ſq. additqve, ſe ſcripta

ſcripta ejus Philoſophica & Grammatica plura in manibus habere, quorum tamen nullum recenſet. Huic noſtro Bartoloccius acceptum refert tractatum de proſodia Metrica, qvem *Gilbertus Genebrardus* latine redditum Iſagogæ ſuæ ad Rabbinismum p. 149. addidit. Sed hic referendus potius eſt ad R. *David ben Schelomo ben R. David Iachija*, de quo paulo poſt dicemus.

ר׳ דוד בן יוסף קמחי DAVID fil. JOSEPH (m) KIMCHI, (n) frater Moſis, *Hiſpanus*, qualem ſe ipſe in limine ſcriptorum ſuorum appellat, claruit ſecundum *Ganzium* an. 4950. C. 1190. ſecundum *Schalſcheleth* 4952. C. 1192. (o) ubi *Provincialis* audit & *Narbonæ* fuiſſe dicitur, unde forte patria *Hiſpanus*, incolatu vero *Provincialis* ſeu *Gallus* exiſtimandus eſt. Vocatur ille per compendium הרד״ק *Haradak*, cui quantum tribuant Judæi, vel ex eo exiſtimare licet, qvod ad eum accommodent ſententiam, quæ legitur in *Pirke Avoth* cap. III. §. 17. אִם אֵין קֶמַח אֵין תּוֹרָה (p) *ſi non eſt farina non eſt lex*, qvaſi ſine Kimchii opera infeliciter in interpretanda Lege opera collocetur, unde eandem ſententiam exprimunt per אין קמח בלי קמחי Conf. *Io. Druſium* de recta lectione L. Sanctæ p. 106. & 49. De elogiis a Chri- 495.

(m) Jo. Henr. Heideggerus in Hiſtoria Patriarcharum Exercit. de Polygamia ad *Malach.* II. 13. affert locum ex commentario Kimchii noſtri, qvem minus recte ita vertit: *& pater meus Abraham p. m. explicat* &c. qvo ipſo quendam *Abrah. Kimchi* producit, qui nunquam fuit. Accidit hoc ex compendio ſcriptionis non recte intellecto: nam ואא״ז ל legi debet ואדוני אבי ז״ל i. e. & *dominus pater meus p. m.*

(n) Per metaphraſin Latine *Molitorem* vel *Mullerum* vel *Mylium* vel *Farinaceum* dixeris. Confer quæ olim dixi in not. ad *Hiſtor. Lexic. Hebr.* p. 37.

(o) Errat igitur *Algazius*, quando in libello תולדות אדם Kimchium anno 5100. libros ſuos exaraſſe ſcribit, adfirmans ab anno 5343. C. 1583. ad ætatem Kimchii retrocedendo numerari annos 243.

(p) Similis eſt R. *Schabtai* alluſio, quando in limine ſtricturarum ſuarum MSS. in Eliæ Levitæ animadverſiones ad Kimchii Michlol ita ſcribit: כי הקמחי קמחו סולת ואין בדבריו פסולת h. e. *Kimchii farina eſt ſimilaginea* (i. e. puriſſima) *& non ſunt in verbis ejus furfures:* cujusmodi phraſi utitur etiam R. *Aſarias* in *Meor Enajim* c. 35. in fine. Hinc etiam apparet, *Poſſevinum* in Biblioth. S. p. 60. præter rem adfirmare, Kimchium apud Hebræos indoctiſſimum haberi.

a Chriſtianis in eum ob merita in Grammaticam inſignia collatis non dicam, cum id ad laudem ejus ſufficiat, quod primus Chriſtianis ſigna ſuſtulerit ad bene de re Hebræorum Grammatica promerendum. Recte enim omnino monet *Io. Morinus* in Exercitt. Biblicis p. 565. ex eo hauſiſſe Latinos, qvidqvid Grammaticationum Hebraicarum ſcripſerint, ſicut B. *Aug. Pfeifferus* in Critica Sacra p. 374. obſervat, Kimchii Grammaticam eſſe inſtar equi Trojani, e qvo tot Grammatici poſt *Reuchlinum* inter Chriſtianos prodierint, e qvibus eo qvilibet ſit doctior, qvo Kimchium intellexerit rectius. Adde *Rich. Simonis* Hiſt. Crit. V. T. lib. III. p. 149. Quæ ut de Grammaticis noſtratibus primis recte dicuntur, ita de recentioribus præclarius ſentiendum eſt, quos Judæis omnino in variis capitibus præferendos eſſe & res ipſa docet, & eruditi pridem monuerunt. (q) Odium in Chriſtianos magis quam ceteri occultavit, neque tamen diſſimulavit prorſus, unde & *Gilb. Genebrardo* materia nata eſt, acerbiora ejus dicta in comm. in Pſalmos allata confutandi, in volumine, quod prodiit Periſis an. 1566. 8. In recentioribus quidem editionibus illa fruſtra reqviras, Inqviſitorum ſcilicet opera, vel metu Chriſtianorum ſublata, de quo paulo poſt monebimus. Produxiſſe vitam *Kimchius* usque ad annum 1232. videtur ex eo, qvod arbitrum ſe præſtiterit in controverſia, quæ de Maimonidæ libris inter Synagogas Hiſpanicas & Gallicas vigebat, ceu apparet ex epiſtolis Hebræis, quæ cum Maimonideis exſtant, & ex parte etiam leguntur in Appendice Inſtitutionis Epiſtolaris Buxtorfii. Illa autem cauſa inprimis acta eſt an. 1232. ceu patet ex epiſtola excommunicatoria, Cæſar-Auguſta ad Synagogas Arogonenſes miſſa, & apud Buxtorfium l. c. p. 420. legenda, quæ hunc annum refert. Scripta Kimchii

EXEGETICA. (r)

1.) פֵּירוּשׁ עַל הַתּוֹרָה *comm. in Legem*, qvi non editus eſt: Scriptum tamen ab eo fuiſſe tum ex *Schalſcheleth* p. 54. a. tum *Algazæo* תולדות

(q) Vide B. *Io. Chriſtoph Wagenſeilii* Relationes de rebus Judæorum germanice editas Parte I. pag. 42. Vener. *Val. Erneſti Læſcheri* comment. de Cauſis Linguæ Hebr. p. 106. & 124. *Iſaac. Voſſium* in reſp. ad Object. nuperas Criticæ S. p. 149. & *Rich. Simonem* in Hiſtor. Crit. V. T. lib. III. p. 11. Imo ipſi Iudæi ſuam linguæ Hebr. ignorationem non diſſitentur: vide Maimonidæ *More Nevochim* Parte II. c. 67. & R. *Gedaliam* in *Schalſcheleth* pag. 91. b.

(r) In commentariis ſuis ille ſenſum potiſſimum literalem & Grammaticum ſectatur, neqve

ארם תולדות apparet. MS. legi in Bibl. Oxonienſi relatum ſibi eſſe ſcribit *Schabbatai* p. 70. n. 26. de qvo tamen in Catalogo altum eſt ſilentium.

2.) Comm. in Prophetas omnes tam priores, quam poſteriores, ut & in Pſalmos leguntur in Bibliis Rabbinicis Bombergii edit. I. Venetæ 1518. in II. vero 1526. tantum in Prophetas priores, & *Jeremiam* ac *Ezechielem* in III. anni 1549. in Prophetas omnes, ac præterea in Paralipomena, & ſic in ceteris, quæ hanc ſecutæ ſunt, duabus atque adeo & Baſileenſi, in qvibus deeſt comm. in Pſalmos.

Præterea vero comm. in Prophetas poſteriores ſeorſim prodiit *Piſauri* 275. C. 1515. fol. apud Gerſonem Soncinatem fol. teſte *Bartol.* ubi ab aliis video notari annum 271. C. 1511. & qvidem ita, ut priores æque ac poſteriores editi dicantur junctim, quod vix mihi perſvadeo.

In Prophetas priores, qvorum contextus absque punctis acceſſit, lucem vidit *Soncini* 246. C. 1486. fol. & *Leiria* in Luſitania 254. C. 1494.

Comm. in duos Regum libros MS. in B. Vatic. 4. codice membranaceo, in quo pag. 108. Bartoloccius teſtis eſt notata eſſe Prophetarum loca, inde a libro Joſuæ ad libros Regum, quæ inter ſe contraria videntur. Idem in libb. Regg. comm. exſtat etiam in Bodlejana inter Codd. Huntington. n. 183. Horum quatuor habuit exempla MSS. R. *Aſarias*, ceu teſtatur in *Meor Enajim* lib. 3. p. 110. b. ubi ex iis computum annorum ab exſtructo Templo ad ejus devaſtationem per Nebucadnezarem factam, in editis Codd. depravatum ita emendat, ut pro annis 409. ſupputentur 429½. Hæc MSS. vidit is apud *Iſaacum* Fano oriundum (איש פאנו) ex qvo Vorſtius p. 227. Chronologiæ Danzii latine verſæ *Hiſpanum* perperam extruſit. Cod. MS. comment. in Proph. priores poſſidet conjunctiſſimus Collega meus *Georg. Eliez. Edzardus* in 4.

Comm. in *Ieſaiam* & *Ieremiam* ſeorſim *Neapoli, Ulyſſip.* 257. C. 1497. fol. & *CPoli* 1513. f. qvæ editio luculenta & elegantiſſima exſtat in Colleg. Oxon. Mertonenſi, quod patet ex Catalogo MSS. illius Collegii n. 794. Excerpta ex comm. noſtri in *Ieſaiam* leguntur in editione *Ieſaiæ* Hebræo-Græca, duplici verſione Latina inſtructa, opera *Munſteri*, Baſil. apud *Henr.*

tamen expoſitiones Gemaricas prorſus negligit, ſed interdum ad verbum deſcribit, quod exemplis facit manifeſtum erudiſſimus *Adrianus Relandus* in prolegomenis ad Analecta Rabbinica *** 5.

Digitized by Google

Henr. Petrum in fol. Conſ. Neandri Erotemata lingvæ Hebr. p. 442. & *Geſnerum* p. 621. Bibliothecæ.

Latinam verſionem comm. in Ieſaiam integri pollicitus eſt Venerandus *Theodorus Daſſovius* in Novis Literar. Maris Balth. an. 1705. p. 90.

MS. Cod. in *Ieſaiam* exſtat in Bodlejana inter Huntingtonianos n. 184. & ibidem in *Ieſaiam & Ieremiam* n. 185. ut & in Ezechielem n. 608.

Comm. in 12. Prophetas minores prodiit non ſeorſim, quod *Bartoloccius* credidiſſe videtur, ſed in Tomo IV. editionis illius Bibliorum, quæ Pariſ. ex officina Rob. Stephani an. 1539-1544. exiit, operam præſtante, in emendando illo commentario, *Franc. Vatablo.*

Comm. in *Ezechielem* & XII. Proph. minores MS. in B. Durlacenſi in fol. ex legato *Io. Reuchlini*, cujus vitam a Cl. *Io. Henr. Majo* deſcriptam vide pag. 357.

Comm. in *Hoſeam* cum aliorum Rabbinorum commentariis Pariſ. apud Rob. Stephanum 316. C. 1556. 4. & alias, qvod ſub *Hoſea* monebimus. Similiter alii ejus comment. in libros quosdam Biblicos ſeorſim editi exſtant, quos junctim memorabimus ſub פירושים.

In *Haggæum, Zachariam & Malachiam*, ex lat. verſ. *Thomæ Neli* Angli cum brevibus obſervationibus Paris. 1557. 4. apud *Mart. Iuvenem.*

In *Obadiam, Ionam & Sophoniam*, ex verſ. *Arnoldi Pontaci* ibid. 1566. 4. apud eundem.

In *Ionam* cum verſ. Lat. *Io. Leusden* Vltraj. 1656. & 1692. 8.

In *Ioelem* ex verſ. *Gilb. Genebrardi* ibid. 1563. 4. apud eundem & ex verſ. *Io Leusden* Vltraj. 1657. 8. qvi in eodem volumine comm. ejus in *Obadiam* ſed ſine verſione exhibet.

In *Amoſum* hebraice ſeorſim excuſus cum epiſt. *Eliæ Levitæ* ad *Seb. Munſterum*, Baſil. 1531. 8. Germanice cura *Matthiæ Vebe* Ballenbergenſis *Colon. ad Rhen.* 1481. ceu teſtatur *Chriſt. Gerſon* præf. ad Caput Sanhedrin XI. qvod vocatur *Cheleck*, qui ibidem monet, eundem promiſiſſe illuſtrationem totius V. T. ex commentariis Rabbinorum germanica lingva deductam quæ tamen non prodiit.

In *Ioelem & Malachiam* hebr. ſeorſim *Baſil* 1530. ſecundum *Geſnerum*, iterumque ſecundum Bartolocc. *Vormatiæ* eodem anno: uterque *Medicinam Spiritualem*, neſcio qvam, ſimul editam memorant.

In *Malachiam* Kimchii & *Iarchii* comment. hebr. Lat. *Simeonis Muiſii* cura *Pariſ.* 1618. 4.

In

In *Nahum* ejusdem & aliorum comment. Latiné converſi exſtant in B. Bodlej. n. 1874.

Comm. in *Haphtharoth* Propheticas cum ipſis Haphtharoth ſæpe prod. in Pentateuchis ſeorſim excuſis, & noviſſime in ed. Berolinenſi. 1705. 8.

In *Pſalmos* comm. in Bibl. Rabbin. Venetis ed. 1518. tantum legitur ſeorſim vero ſæpius excuſus eſt ; nempe *Neapoli* 1487. qvam editionem omnium, qvas unqvam viderit, accuratiſſimam eſſe teſtatur *Wulferus* ad Theriacam Judaicam pag. 244. *Theſſalonic.* una cum *Ioſ. Chivan* comm. 282. C. 1422. *Iſnæ* 1542. fol. cura *Pauli* [illegible]i cum contextu Hebr. (*) Præterea lucem vidit *Venet.* 326. C. 1566. & 356. C. 1596. 8. *Io. de Gara. Amſtelod.* 441. G. 1681. 4. apud *Veibes f. Aaron* ubi in calce accedunt preces quædam aliæ Judæis familiariores, una cum שמוש תהלים, & *Francof. ad Mœn.* 1712. 8. cura *Davidis Grünhubt* cum præfat. Cl. *Io. Iac. Schudt*, in qva is Kimchii hujus commentarios ceterorum Judæorum omnibus præfert.

Verſio hujus comm. *Latina* ab *Ambroſio Ianvier* (s) Monacho Benedictino ex Congreg. S. Mauri *Pariſ.* 1666. 4. apud *Ludov. Billaine.* Is in præfat. profitetur, ſe qvod ad decem priores Pſalmos *Pauli Fagii* verſionem retinuiſſe. Eadem 10. Pſalmorum cum Hebr. textu in Cl. *Adriani Relandi* Analectis Rabbin. Ultraj. 1702. 8. editis, repetita & una cum *Sixt. Amamæ* epiſtola ad Coccejum de Senſu verborum Kimchii ad Pſ. I. 5. qvibus διαμονὴν animarum impiarum negaſſe quibusdam viſus eſt. Iſta Fagii editio prodierat primum Hebr. & Lat. *Conſtantiæ* 1544. fol. cum Joſepho Hebræo.

In Pſalmos IV. Hebr. Lat. cum *Targum* per *Io. Bourdelotium Pariſ.* 1619. 4. Confer *Pauli Colomeſii* Galliam Orientalem p. 160.

(*) Bartol. monet in primos Pſalmos hebr. & lat. prodiiſſe Iſnæ an. 1544. & ibidem in parvo folio an. 302. C. 1542. in qua editione plura exſtent, quam in priore Veneta, & in fine adducantur omnes objectiones contra fidem Chriſtianorum e commentariis ejusdem petitæ tantum ; Enimuero non exſtat duplex 10. illorum Pſalmorum editio, ſed una 1544. altera vero 1542. pertinet ad integrum comment. ſine verſione Lat. editum. In hac autem fruſtra quæſivi objectiones illas Kimchii. Ceteroquin iſta ed. Iſnenſis mendoſa admodum eſt & ex aliis omnino emendanda.

(s) Quem R. *Schabtæus* in calce ש״ב, ubi verſiones librorum Hebraic. recenſet, ſolo *Ambroſii* nomine appellat.

In Pſalmum XIX. cum comm. Jarchii & Aben Eſræ, opera *Simon. Muiſii* Lat. Pariſ. 1620. 4. qui in præfat. ad Grammat. Bellarmini verſionem integri in Pſalm. comm. promittit.

Comm. in Pſ. CXII. ejusdem cura Pariſ. 4.

Comm. XXXVII. Pſalmos priores Lat. verſus a *Sam. Clerico* MS. in B. Bodlej. num. 3930. 4.

Comm. in L. priores Pſalmos a *Barthol. Valverdio Gaudia*, Hiſpano latine verſus exſtat MS. Romæ in B. B. Mariæ Transpontinæ Ord. Carmelitarum.

Nec omittendum eſt, laudatum *Muiſium*, & *Io. Viccarſium* in Decaplis ſuis commentationes Kimchianas ſubinde latine exhibere, in qvo tamen negotio poſterior non ſemper æque feliciter verſatus eſt: Confer *Cartwrigthi* Mellific. Hebr. lib. V. c. 1.

MS. exſtat in Pſalmos comm. in B. Bodlej. num. 1532. & Romæ in B. Collegii Urbani de propaganda fide eleganter exaratus: ſicut & tum in Vatic. tum in Urbinat. tum in privatis qvibusdam Bibliothecis commentarios ejus omnes manu deſcriptos legi teſtatur Bartoloc.

Io. Mercerus librum *Ruth* cum Scholiis Maſoræ ad marginem & ſuccincta in eundem expoſitione, quæ in Cod. MS. R. *Dav. Kimchii* eſſe dicitur, edidit *Pariſ.* 1563. 4.

Commentarios ejus omnes, qui in B. Rabbin. exſtant, a *Conr. Pellicano* lat. redditos eſſe poſt Gesnerum in Bibl. ſcribit Meelfuhrerus in Acceſſ. ad Almelovenii Bibl. promiſſ. & latentem p. 79.

Potiora commentationum ejus Bibl. & ſcriptionum Grammatic. a *Salom. ben Melech* repetita ſunt in מכלל יופי cujus collectionis utramque paginam facit Kimchius. *Adamantii Eremitani* cenſuras in Kimchii & R. Levi ben Gerſon comment. MS. in B. Colleg. Neophyt. Romæ exſtare ſcribit Imbonatus p. 1. Bibl. Lat. Hebr. De commentariis illis in univerſum id adhuc moneri par eſt, in editionibus Venetis a Bombergio curatis, qvas deinceps ſecutus eſt Buxtorf. Cenſorum cura eraſa & inducta eſſe ea, quæ præcipue ad Prophetas poſteriores in Chriſtianos injuria ſcripta erant. Id qvod exemplis pluribus probat *Eduardus Pocockius* in notis miſcellan. ad Portam Moſis c. VIII. p. 309. ſeq. ubi ea partim ex Codd. binis MS. Bodlejanis (quæ & ipſa criticas Cenſorum manus experta erant, ita tamen ut veſtigia antiquæ ſcriptionis exhiberent) partim

Digitized by Google

tim ex ed. Piſaurenſi antiqviori reſtituit, inſtitutum hoc merito probante *Cartwighto* Mellificii Hebr. lib. V. c. 9. Loca omiſſa potiſſimum ea ſunt, quæ *Edom* de *Roma* interpretantur: Confer Jo. Buxtorfii Lexicon Talmud. pag. 27.

2.) Eundem Biblia Hebraica Hiſpanice interpretatum eſſe ſcribit *Giſbertus Voëtius* lib. II. Biblioth. ſtudii Theologici p. 511. &, qui eum ſeqvitur, *Io. Henr. Hottingerus* de translat. Bibl. in lingvas vernaculas p. 144. uterque ſine ullo teſte. Cl. *Iac. Le Long* in Biblioth. Sacra Part. II. pag. 156. ſuſpicatur, ex iſta Kimchii verſione forte petitum eſſe Pentateuchum Hiſpanicum, qvem Judæi cum verſione Barbaro Græca, textu Hebræo & Targum Orkeloſi ediderint *CPoli* 1546. præcipue cum *Nic. Antonius* Tomo II. B. Hiſp. veteris pag. 260. eam majorem anno 1500 antiqvitatem ſapere ſcribat.

SCRIPTA GRAMMATICA.

1) מִכְלוֹל (t) *perfectio* forte ex *Ezech.* XXIII. 12. (non confundendum cum מִכְלַל יוֹפִי) non *ſubtilatio*, (u) ut vertit olim *Reuchlinus*: ipſe enim Kimchius in præfat. hanc tituli rationem reddit; כי רצוני לכלול בו הדקדוק הלשון וענינו על דרך קצרה h. e. *animus enim mihi eſt, eo comprehendere Grammaticam linguæ ejusque rationem in compendio.* Ex eadem præfat. patet, titulum hunc generalem eſſe, qui & Grammaticam & Lexicon Hebraicum, quibus tractatio lingvæ abſolvitur, comprehendat: nunc vero uſus effecit, ut Grammatica ſpeciatim, qvæ alias דקדוק audit nomine מכלול vocetur, ſicut altera, qvæ Lexicon Biblicum (x) ordine

Qq 2

(t) i. e. *Pandecta Grammatici*, ut recte vocat *Jo. Druſius* in libello de recta lectione Linguæ S. p. 82. & 86. Non confundi debet, quod a nonnullis factum video, cum מכלל יופי Grammatico illo in S. Codicem commentario *Salom. ben Melech.*

(u) Verſionis hujus ratio, quam ignorare ſe Vener. *Joh. Henr. Majus* in not. ad Vitam Reuchlini p. 540. profitetur, me judice repetenda eſt ex Hebræo verbo דקדק, quod de ſubtiliori inveſtigatione adhibent Judæi: jam vero conſtat Grammaticam ab Hebræis ab hac radice דקדוק vocari.

(x) Non Talmudicum, quod *Geſnerus* primus in Biblioth. Univerſ. & ejus exemplo deinde *Thomas Pope Blount* in Cenſura celebrium Scriptorum p. 280. ſq. ac *Mich. Neander* pag. 513. Erotematum L. Hebr. ſcribunt.

Digitized by Google

ordine alphabetico exhibet, ספר שרשים *liber Radicum* appellatur. Vtraque pars eodem volumine prodiit *CPoli* 273. C. 1513. anno II. imperii Solymanni & ib. 1530. anno XII. Solimanni apud *Gerſonem* Soncinatem *fil. Moſis*, in folii forma: (a) tum *Venet.* apud *Dan. Bomberg* an. 5289. C. 1529. & 305. C. 1545. fol. ubi textus Kimchii literis quadratis, Eliæ vero obſervationes Rabbinicis exprimuntur: hæc editio annotationibus MSS. *Franc. Junii* inſtructa recenſetur in Catal. Anslariano p. 31. Bartoloc. addit ed. an. 1546. ibidem per *Cornel. Adelkind* cum notis Eliæ Levitæ, itemqve 1547. apud *Marc. Anton. Juſtinianum* fol. Vtraque de libro שרשים tantum intelligi debet, quod ſtatim dicemus.

Seorſim vero מכלול lucem vidit *Venet.* apud *Corn. Adelkind* in domo Bombergii cum interſperſis *Eliæ Levitæ* animadverſionibus, 305. C. 1545. fol. Loca Biblica vocalibus inſtructa ſunt, capitibus in margine notatis. In Lipenii B. Philoſ. p. 408. legas, *Michlol* Baſil. 1531. & cum *Eliæ Levitæ* comm. 1536. 8. prodiiſſe: ſed id de Grammat. *Moſis Kimchii* erat dicendum, quæ Rabbinicis literis excuſa ſunt ſub Symbolo א״א i. e. אמר אליהו contextu Kimchii literis quadratis exarato. Præterea in margine radices & voces, de quibus agitur, lat. explicantur.

Altera pars מכלול, quæ eſt *liber Radicum*, ſeorſim prodiit *Neapoli* 250. C. 1490. quam minus recte *Schabtai* in ש״י *Venetam* facit, hinc *Venet.* apud *Dan. Bomberg* 289. C. 1529. fol. (*) tum vero ibid. cum animadverſionibus R. *Eliæ Levitæ*, apud (b) *Marc. Anton. Juſtinianum* הש״ז 307. fol. vel ut alii numerant 312. C. 1547. vel 1552. (pro quo mendoſe in Buxtorf. & Bartoloc. & Catal. B. Leid. p. 252. legitur 1522.) & antea ibidem apud

(a) Ita ſcribit Bartoloccius adeoque duplicem ſtatuit ed. CPolitanam: priorem memorat etiam ש״י titulo שרשים poſteriorem alibi laudatam non invenio, & in eo minimum fallit Bartoloc quando priorem ann 1513. anno II. imperii *Solymanni* prodiiſſe ait, quod fieri non potuit, cum Solymanus ille an. 1520. faſces imperii demum ſuſceperit. Ex qvo etiam conſequitur, poſteriorem illam, ſi exſtat, non anno 1530. ſed 1532. qui reſpondet anno XII. Solymanni, prodiiſſe.

(*) Ita Bartoloc. qui cum paulo ante, & nos cum eo, utriusque partem *Venet.* hoc anno editam monuerit, non credo, hanc partem ibi iterum ſeorſim curatam eſſe.

(b) Editionis hujus Juſtinianeæ duplex vidi exemplum, eundem aunum (הש״ז) referens, alterum tamen ab altero in eo diſtinctum, quod alterum in margine exhibet expoſitionem vocum, de quibus agitur, Latinam, alterum vero omittit, quemadmodum & prius illud poſt titulum Hebraicum exhibet inſcriptionem Latinam his verbis: *Theſaurus L. S. ſive Dictionarium Hebr.* De cetero utrumque exemplar totidem columnis conſtat, nempe 549.

Digitized by Google

apud *Bomberg* per *Corn. Adelkind* 315. (הר"שו) C. 1555. fol. vel ſi ה non computatur 310. C. 1550. ſine notis Eliæ, omiſſa etiam verſione vocum Latina. Quam Bartoloc. p. 34. memorat edit. in magno folio, charta optima, ſine loci annive indicio, qvæ in Colleg. Neophyt. Romæ exſtat, eam ſuſpicor eſſe Neapolit. de qva antea, niſi forte ſit *Theſſalonicenſis*, quam in Catal. B. Oppenheim. notatam vidi. In Catal. Spizel. video adferri edit. *Michlol* & *Schoraſchim* junctim curatam *Conſtatina* & *Venet.* an. 1628. fol. ubi pro *Conſtantia* legendum eſt *CPoli*, pro anno vero 1628. ponend. 1529. Nec mendo vocat, qvando in Catal. B. Bodlej. libri Schoraſchim citatur edit. *Veneta* 1555. 1513. & 1553. Media enim illa procul dubio eſt CPolitana de qua diximus: poſtrema videtur eadem eſſe cum ea, quæ apud Juſtinianum prodiit an. השי. De ſingulis his edd. notandum eſt, qvod Chaldaicæ voces in calce ſeorſim exponantur.

Vtriusque partis Codices MSS. varii paſſim in Bibliothecis inveniuntur, & nonnullos eorum ex Vatic. recenſet Bartolocc. p. 35. qvibus alios addere licebit ex Catal. B. Bodlej. inter Huntingtonianos n. 179. 180. & 181. Grammat. anno 1281. ſcripta ex dono *Reuchlini* exſtat in B. Durlacenſi: vide Vitam ejus a Vener. *Io. Henr.* Majo ſcriptam p. 540. Duplex *Lexici* exemplum MS. membranaceum habuit Bartoloccius, unum vero *Guilielm. Anslarius*, ceu patet ex catalogo ejus p. 37. Inter Huntingtonianos num. 292. ſecundum eum, qvo nunc collocati ſunt, ordinem deprehenditur Dictionarium ex Kimchio fere contractum.

Circa hæc MSS. obſervarunt pridem eruditi, ea tum ab editionibus imprimis *Venetis*, tum ab Hebraico V. T. Codice ejusqve lectionibus interdum diſſentire, cum editiones omnes cum Hebr. textu, qualem habemus, conſpirent. Id vero libro inprimis Radicum accidit, unde R. *Sam. ben Lateph*, in præfat. ad ed. Neapolit. 1490. profitetur, ſe librum, cum formis exſcriberetur, ad fidem Codd. Hebr. correxiſſe. Monuit hoc primus *Marcus Marinus Brixianus* in præfat. ad Arcam Noæ, ubi verba Samuelis Latine in hanc ſententiam convertit: *En ego ſubſcriptus legentem animadverto, quod totum hunc librum in impreſſione correxi, & inveni in eo ſententias qvæ non reperiuntur in Bibliis , nempe in radice* בנה *legitur* ובנה *& ædificavit ſuper terram lineam inanitatis* Jeſ. XXXIV. 24. *nec invenitur, niſi* ונטה *& extendat. --- Et quia inveni hæc in omnibus exemplaribus, nolui ea immutare, vel corrigere, ſed*

 poſui

poſui in fine operis, ut cognoſcant omnes, me non fuiſſe eorum auctorem. Reliqua vero à me ita correcta ſunt, ut judicem ea altera correctione non indigere. Dignus eſt locus, qui integer legatur apud *Marinum* vel *Claud. Cappellanum,* qui eum inde repetiit & fuſius illuſtravit in Mari Rabbinico infido Parte I. c. VI. ubi inter cetera teſtatur, ſe in Codice Bibliothec. Sorbon. loca modo citata eodem modo ſcripta inveniſſe, qvo *Samuel* ille retulerit.

Vtraqve hujus voluminis parte ſtrenue uſi ſunt Chriſtiani ſub initium revocati inter eos ſtudii Hebraici, ſpeciatimqve *Io. Reuchlinus* & *Santes Pagninus*: unde *Mich Neander* in Erotematibus L. Hebr. p. 553. recte monet, priorem ex libro Radicum pleraqve in Dictionarium ſuum transtuliſſe; poſteriorem vero Inſtitutionibus ſuis Hebr. & Theſauro Lingvæ S. adjeciſſe, quidquid operæ pretium Kimchius in Michlol habeat. Idem patet vel ex ipſo titulo libri Pagniniani qui ita habet: *Hebraic. Inſtitutionum libri 4. S. Pagnino Lucenſi auctore ex R. D. Kimchii priore parte* מכלול quam חלק דקדוק *inſcripſit, fere transſcripti. Pariſ.* 1549. 4. ap. Rob. Stephanum: in opere tamen ipſo videbis ordinem Kimchianum ſubinde eſſe mutatum: qvæ enim v. c. de literis & punctis ſparſim tradidit *Kimchi*, ea unum in locum retulit Pagninus, poſitis in margine numeris, qui ed. Hebr. Bomberg. 1544. reſpondent. *Grammat.* illa *Hebr.* & *Lat.* cura *Agathii Guidacerii Pariſ.* 1540. 8. prodiit, textu literis qvadratis & punctatis expreſſo, qui (*Guidacerius*) in præf. ad Inſtitutiones ſuas Gramm. Kimchii *Michlol* cum libro alio פתח דברי ſe adhibuiſſe ſcribit. *Conradus* qvoque *Pellicanus*, teſte Geſnero, latine interpretatus eſt.

Rudolphus vero *Baynus* Cantabrigienſis, & Prof. L. Hebr. Pariſ. Compendium Grammaticæ Kimchianæ ſub titulo: קצור החלק ראשון המכלול Paris. 1554. 4. plag. 19. edidit. Auctor in præfat. methodi ſuæ rationem his delineat verbis: *non i degimus, ut ordinem ſervaremus, quem ſecutus eſt auctor, qui non tam methodo docendi, quam ſtudio nihil omittendi, hoc opus conſcripſiſſe videtur:-utcunque nullam partem reliquimus intactam.* Ordo hujus compendii hic eſt, ut lib. I. de literis, lectione, nominibus, & verbo Regulari: lib. II. de verbis Anomalis, lib. III. de literis ſervilibus & variis Nominum Formis præcipiat.

Partis poſterioris libri Radicum verſio Lat. inde a lit. מ ad finem, neſcio cujus auctoris exſtat in Collegio Mertonenſi apud Oxonienſ. n. 324. Cete-

Digitized by Google

Ceterum in Grammatica Kimchii non Chriſtiani ſolum ordinem deſiderarunt, ſed & recentior ex Judæis Grammaticus R. *Iehuda Lev* in Grammatica, quam dixit שורש יהודה, idem notavit, brevioremque præterea eſſe potuiſſe monet. Alii plagii quoque accuſarunt in R. *Ionam ben Gannach* Cordubenſ. commiſſi, cujus eum vitula in Grammat. & Lexico araſſe teſtatur *Eduard Pocockius* in præf. ad Portam Moſis p. 8. Neqve tamen omnia ſibi tribui voluit Kimchius ipſe, cum in præf. Grammaticos ſe antiquiores, & inter eos quoque *Ionam* illum laudet. Ex Aben Eſra multa in Lexicon ejus tranſiiſſe ſcribit *Abarbanel* præf. comm. in Prophetas Minores. Alii alia reprehenderunt, nominatimque ex Judæis *Ephodæus*, cui, in 60. inprimis capitibus (c) Kimchio adverſanti, ſe iterum oppoſuit R. *Eliſa fil. Abraham fil. Matathia*, in ſcripto ſingulati מָגֵן דָוִד *Clypeus Davidis*. *CPoli* 276. 1516. 4. De comm. R. *Schabtai Premislienſis* in *Michlol* MS. ſub ejus nomine infra dicemus.

In Libro Radicum *Ioſ. fil. Caſpi* & *Salomo Almoli* ex Judæis, in Lexicis ſuis ineditis non nulla reprehenderunt, ſicut *Bonav. Cornel. Bertramus* in præf. ad Lexicon Pagnini tum confuſum ordinem, tum excurſiones alienas, tum crebram methodi mutationem notat. Viciſſim vero *Paulus Fagius* in præfat. ad Eliæ Levitæ Opuſcula profitetur, nullum in Hebr. L. librum a quoquam ſcriptum eſſe, qui libro Radicum plus prodeſſe poſſit omnibus ſolide hebraicari cupientibus. Vide & *Rich. Simonis* Hiſtor. Criticam lib. I. c. XXXI. Alia de Lexico hoc notavi in Hiſtor. Lexic. Hebr. pag. 35.

2) עט סופר *calamus ſcribæ* ex *Pſalm.* XLII. 15. liber criticus ſeu *Maſoreticus*, cujus *Elias Levita* meminit in *Fragmentis Tabularum*, qvi eſt tractatus ultimus libri *Maſoreth Hammaſoreth* & *Menachem de Lonzano* in limine libri אור תורה. Citari ſolet compendioſe literis initialibus ע"ס quod Buxtorf. de Abbreviatur. & Schabtæus in ש"י p. 85. obſervarunt.

3.) In

(c) Tot enim momenta Ephodæus in Kimchio reprehendenda ſibi ſumſit, teſte Schabtai in præfatione ad Stricturas ſuas in *Eliam Levitam* MSS. ubi etiam addit, Scriptorem libri לשון למודים quinque capita in Kimchio caſtigaſſe. Sicut itaque R. *Eliſa* ab *Ephodai* ita laudatus R. *Schabtai* ab *Elia Levita* cenſuris vindicandum ſumſere Kimchium, qua de re ſub R. *Schabtai* מפרעמסלא infra dicemus.

Digitized by Google

3) In Catalogo Grammaticorum infra ſub דקדוק exhibendo, eidem tribuitur *liber commixtionum*, qvem alibi laudatum non vidi.

4) שַׁעַר הַמֶּתֶג *porta freni*, Grammatica, cujus notitiam uni Munſtero debeo, qui in præf. Inſtit. Hebr. eam Kimchio noſtro a nonnullis tribui adfirmat.

CHRONOLOGICUM librum ſub titulo יְמוֹת עוֹלָם promittit ipſe in præfat. ad comment. in libb. Regum.

Deniqve variis Epiſtolis noſter controverſiam componere adgreſſus eſt, quæ ſuper Maimonidæ *More Nevochim* & aliis ejus ſcriptis oborta erat. Nam R. *Salomon Monpes ſulanus fil. Abrahami* cum duobus diſcipulis ſuis R. *Iona* & R. *David fil. Saul* libros ejus & ſtudium Philoſophiæ externæ in univerſum damnabant, qvibus cum ſe Sapientes *Badreſch* & *Narbonnæ* aliæque in *Provincia* Synagogæ opponerent, illi vero reliquas Galliæ Synagogas in partes ſuas pertraherent & Narbonenſes ſacro ferirent fulmine; Narbonenſes permoverunt *Kimchium*, ut Synagogarum Cataloniæ & Arragoniæ ſententiam de hoc negotio exploraret. Illæ itaque cum Narbonenſibus conſentientes Rabbinos Montiſpeſſulanos excommunicarunt, atque hoc ipſo fecerunt, ut Synagogæ Gallicæ ab illis ſeceſſionem facerent. Unus tamen repugnabat R. *Iudas ben R. Ioſeph* Aben *Alphachar*, Archiſynagogus Toletanus, quem propterea Kimchius literis ſuis in contrariam ſententiam flectere conatus eſt. Hæ epiſtolæ inter epiſtolas Maimonidæ *Venet.* 1545. 8. editas, & ex parte in Appendice ad Inſtitut. Epiſtol. Hebr. *Io. Buxtorfii* p. 396. ſqq. leguntur.

496. ר׳ דוד בר יעקב R. DAVID f. *Iacob* מלאמאז cum animadverſionibus ſuis recudi curavit R. *Iacobi Marcariæ* ספר עברונות, de qvo vide ſuo loco.

497. ר׳ דוד בן יעקב הכהן R. DAVID ben JACOB *Sacerdos* ſcripſit

מִגְדַּל דָּוִד *turris Davidis* ex Cantic. IV. 4. comment. in Cod. *Gittin, Raſchi* & *Toſephoth Theſſalonicæ* 357. C. 1597. 4. adeoque non circa initium (d) inventæ Typographiæ, ut B. ſcribit. Hunc enim, quem dixi-

(d) Integro enim, & quod excurrit, Sæculo ante jam typis expreſſa exſtant Hebræorum ſcripta: ipſa vere Typographiæ inventio in univerſum, in Sæculum XV. circiter medium

Digitized by Google

diximus, annum definit ש״י additque, eundem ſimiliter commentatum eſſe in *Moed*, *Naſchim* & *Neſikin*. B. monet, ejusdem quæſtiones & reſponſiones Juridicas exſtare, quæ tamen, ſi extant, forte a libro, quem dixi, non ſunt diſtingvendæ.

498. ר׳ דוד בן יעקב משעברשין R. DAVID ben JACOB *Schobberſchinenſis* ex Polonia minore, ſcr. comment. in Targum Jonathan & Hieroſolymit. ut & Targum libri Eſther, Prag 369. 4. C. 1609. & ib. 1537. 4.

499. ר׳ דוד בן יצחק די פומוס R. DAVID f. ISAAC de POMOS ſive POMIS *Spoletanus*, ut vocatur in ש״י Medicus & Phyſicus, *Romæ* ac *Venetiis* potiſſimum verſatus eſt. Natus eſt 5282. C. 1525. pauloque poſt cum Parente Mevaniam delatus in librum *Aruch* incidit, cujus exemplo excitatus puer adhuc *Septennis* (e) Lexicon vocum Hebræarum & exoticarum, quibus Rabbini uti conſveverunt, concinnare agreſſus eſt, ex *Aruch* ac Eliæ Levitæ *Tisbi* & *Meturgeman* potiſſimum compilatum propriisque obſervationibus auctum. Titulum illi fecit צֶמַח דָּוִד h. e. *germen Davidis* (f) ex *Jer.* XXXIII. 15. qvod voces Hebraicas & exoticas Hebræa Latina & Italica lingva expoſitas exhibet,

incidit. B. quidem monet, ſub Amurate Turcarum Sultano prodiiſſe, hunc autem obiiſſe 1450. (vel potius 1451.) At enimvero id de Amurate II. non vero de III. dici poteſt, qvippe qui 1595. obiit: & præſtat ſane de poſteriore hoc accipere, atque ſic accedere propius ad ש״י, cum tam antiqua editio libri Hebr. Theſſalonic. nulla exſtet.

(e) Ita tradit ad B. præfationem noſtri, Lexico ejus præmiſſam, provocans, quam tamen non recte videtur aſſecutus. Noſter enim l. c. refert, ſe Mevaniæ inveniſſe Aruch, & conſilium illius in compendium mittendi cepiſſe, deinde vero nactum Eliæ *Methurgeman*, & *Tisbi* ut & *Kimchii* librum Radicum, atque hinc confluxiſſe *Zemach* ſ. Dictionarium ſuum. His narratis ſubjungit, Patrem ſuum an. 1532. i. e. ſeptem, poſtquam natus erat David noſter, annis Mevania abiiſſe. Hinc conficit B. intra ſeptem illos annos opus hoc a Davide noſtro elaboratum eſſe, qvod tamen ex verbis Pomiſii non colligitur, quippe qui cum צמ׳ *Zemach* occaſione conſilii, de eo elaborando capti, ſemel meminiſſet, omnia ad illud pertinentia ſimul commemorat, non autem innuit, eodem præciſe tempore abſolutum fuiſſe. Unde relinquitur, conſilium ſcribendi a puero captum, ſcriptionem a juvene, qvod ipſe ait, ſuſceptam, ac denique a ſene in lucem prolatam eſſe. Sed hæc cum tanti non ſint, omitti poterant, niſi & alios Bartoloccii auctoritate hic deceptos vidiſſem.

(f) Titulus alludit ad ætatem Auctoris juvenilem, quæ hunc librum germinis inſtar protulerit.

Digitized by Google

hibet, editam *Venet.* 347. C. 1587. fol. apud *Io. de Gara.* Explicationi vocum interdum alia inſperguntur de rebus potiſſimum naturalibus, v. c. natura lapidum pretioſorum &c. Vide qvæ olim de hoc commentatus ſum in Hiſtoria Lexicorum Hebraicorum p. 64. Qvibus adde R. *Davidis Cohen de Lara* judicium, qvod in præf. ad עיר דוד de illo Lexico tulit, obſervans, multa illi deeſſe, multa etiam afferri, qvæ ſola & inani ſcribentis conjectura nitantur, non idoneis auctoribus, contextum qvoqve ſcriptorum mutari, deniqve alia minus recte tradi, qvod exemplis nonnullis probat. In titulo hujus libri vocatur auctor *Medicus Hebræus & Philoſophus de tribu Judæ, ex ingenua Pomaria familia, quam Titus ab Hieroſolymis Romam in captivitatem duxerit.* *Joſ. Scaliger* ep. 244. p. 524. ubi ceteroqvin huic Lexico parum tribuit, autorem ne inter mediocriter qvidem doctos ponendum judicans, noſtrum תפוחי ſ. *de Pomis* dictum ſuſpicatur, ideo, qvod Judæi ſæculo Veſpaſiani in proſeuchis ſuis æque ut Romani in ſacra via poma vendere ſoliti ſint. *Samuel Bochartus* in Hierozoico eum *Pomarium* appellat, & ad partes ſæpe vocatum interdum non præter rationem reprehendit, ſpeciatim vero Parte II. pag. 280. ridiculum errorem notat. Scripſit præterea Venetiis & ante hoc Lexicon edidit

קֹהֶלֶת Eccleſiaſten, italice converſum & notis illuſtratum, ac cum Hebraico contextu, vocalibus inſtructo, editum Venet. 1578. 8. ſub tit. *Diſcorſo intorno l' humana miſeria, & ſupra il modo di fugir la &c.* h. e. commentatio de hominis calamitatibus, modoqve eas evitandi, allatis exemplis multis, ad Eccleſiaſten illuſtrandum. Ita rem exponit V. C. *Iac. Le Long* in Bibliotheca Sara Parte II. pag. 140. Bartoloccius vero diſtingvit interpretationem ab illuſtratione atque illam qvidem Venet. 1571. 8. hanc autem ibidem 1575. 8. prodiiſſe refert. Qva dere, cum librum non viderim, vix audeo qvicqvam definire; parum tamen abeſt, qvin exiſtimem, verſionem illam & explicationem prima vice ſeorſim & diverſo tempore prodiiſſe, deinde vero iterum adjunctis notis lucem vidiſſe. Ceterum de Pomis ipſe in præfatione ad Dictionarium ſuum meminit hujus ſui in Eccleſiaſten laboris, additqve, ſe eodem ſtylo expoſitiones in librum *Iobi* & *Danielis* ſcripſiſſe. Qvæ ad *Iobum* pertinet, cujus etiam meminiſſe dicitur in procemio ad Eccleſiaſten, MS. exſtat in Biblioth. Urbinat. teſte Bartoloccio, qvi monet, agi in *eo de divina providentia.* Ejusdem teſtimonio conſtat, tractatum qvendam *Pomarii* ſingula-

by Google

gularem de *Eleemoſyna* ibidem MS. ſervari. Scripſit qvoqve italice diſſertationes ſuccinctas de modo civitatem qvamcunqve a peſtilentia liberandi.

In dedicatione Dictionarii Sixto V. inſcripta promittit *enarrationem de affectibus ſenum cavendis & curandis* itemqve *Apologiam pro Medico Hebræo* (g) ubi Medicos Judæorum a criminationibus aliorum vindicat & oſtendit, qvod magna inter Hebræum & Chriſtianum adſit affinitas. Prodierunt illa una cum Dioclis epiſtola pro tuenda valetudine ſcholiis expoſita. *Venet.* 1588. 4. Latine. Conf. *Mercklini* Lindenium Renov. p. 241. In præfatione idem memorat tractatum ſuum qvo probaverit, inſtituta & Leges Reipublicæ Venetæ divinas eſſe.

דוד בן ישי DAVID f. ISAI Rex populi Iſraelitici, 500.

ſcriptor θεόπνευστος, cujus Pſalmi CL. in canonem ſacrum relati hodieqve leguntur. De Scriptore ipſo divino Pſalmisque ejus & aliis, quæ huc pertinent, dicere hic nihil attinet, cum hac opera ex inſtituto defuncti jampridem ſint eruditi, inter qvos noviſſime omnium Vener. *Georg. Serpilius*, Theologus Ratisbonenſis, vernaculo ſermone inter Vitas Scriptorum Biblicorum Partem VIII. integram Interpretibus Pſalmorum recenſendis, Partem vero IX. ipſi Davidi rebusque geſtis enarrandis libroqve Pſalmorum qvod ad potiora momenta repræſentando non ſine ſingulari induſtria impendit, nobisque otia hic fecit. Cui Judæorum de Davide fabulas cognoſcere volupe fuerit, ſitim reſtingvet ex iis, quæ Bartoloccius Tomo II. pag. 84. ſqq. ex ipſis Judæorum commentationibus copioſe attulit, qvi ex eorundem mente de Pſalmis quoque & variis qvos ſtatuunt, auctoribus, divino Spiritu actis, itemqve de modulatione eorum & inſtrumentis Hebræorum Muſicis exponit. R. Schabtai in ש״י Pſalmos ad Davidem & novem Seniores, *Adamum, Abrahamum, Moſen, Salomonem, Aſaphum, Hemanem, Ieduthun*, tres filios Core, & *Eſram* refert, additqve in Gemara auctores recenſeri: *Adamum, Melchiſedecum,*

(g) Eo oſtendere voluit, Chriſtianos cauſam non habere, cur valetudinem ſuam Judæo curandam tradere recuſent, qua de re in contraria judicia Chriſtiani diſcedunt, aliis idem cum noſtro ſtatuentibus, e. g. Vener. *Io. Wulfero* in notis ad Theriacam Judaicam p. 283. ſeqq. & 145. ac ex parte *Wagenſeilio* in præfat. ad Relationem de rebus Judæorum vernacula lingva ſcriptam plag. F. 3. aliis adverſantibus, nominatim *Mart. Difenbachio* p. 176. Judæi Converſi in notis, & *Jo. Andr. Eiſenmengero* in Judaismo detecto Part. II. pag. 227, ſqq. ubi fuſe de hoc argumento diſſeritur.

Abrahamum, Moſen, Heman, Iedutbun, Aſſaph, tres filios Core; aliam vero enumerationem inveniri in Midraſch Cantici. Alia Judæorum loca & Chriſtianorum qvoqve diverſas ſententias collectas vide a Bartoloccio l. c. & Serpilio pag. 377. ſeq. *Io. Morino* Exercitt. Bibl. lib. I. exerc. VI. c. 10. §. 3. & 4. Petr. Dan. Huetio Demonſtr. Evangel. Prop. IV. p. 386. & *Thoma Gatackero* pag. 117. *Cinni*.

Diverſas Pſalmorum editiones Hebraicas conſveta induſtria collegit Cl. *Iac. le Long* in Biblioth. Sacra Parte I. p. 232. ſqq. quas ibi malim legi, qvam hic a me tædioſe repeti. Omiſſam ibi video editionem Pſalmorum Hebraicam Baſileenſem an. 1516. cujus exemplum B. Lutheri manu frequenter notatum poſſedit B. *Martinus Diſenbachius*, ceu ipſe teſtatur in Judæo Converſo p. 142. ſq. Conf. *Wilb. Erneſti Tenzelii* Bibliothecam Curioſam anni 1704. Repoſitor. I. p. 450.

Ita *Mich. Neander* in Catalogo librorum, Erotematibus L. Hebr. ſubjuncto, p. 445. Pſalterium Hebraicum cum expoſitione R. *Davidis Kimchii* ejusqve reſponſionibus ad Chriſtianorum objecta ex Pſalmis commemorat, ſine loco vel anno editionis, qvæ forte eſt Veneta 326. C. 1566. 8.

De nova Pſalmorum editione cum duplici comment. *Dyrenf.* 1707. 12. curata, vide, quæ ſuo loco dicentur ſub מאזני צדק.

Noviſſime lucem viderunt Pſalmi cura V. C. *Henr. Jacobi van Baasbuyſen*, Profeſſoris Hanovienſis, cum notis ſelectiſſimorum commentariorum Hebræorum in compendium redactorum, nempe Salom. Iſaacidæ, Kimchii, Aben Eſræ, Jac. Lumbroſo &c. Hanov. 1712. 12.

Hebr. & germanice cum comment. *Kaſvenaki* Mantuæ 322. C. 1562. 4. & Cracov. 358. C. 1598. 4.

Rhythmis Germano Rabbinicis expreſſi lucem viderunt Pragæ 4. anno & auctore neſcio qvo: utrumque enim commemorare neglexit ש״ש.

Aliam metaphraſin metricam Pſalmorum dialecto Rabbino Germanica dedit R. *Moſis Stendel* Judæus Hannoveranus *a Röſel Rabbi Piſchel* Cracov. 346. C. 1586. editam, quam deinde B. *Jo. Chriſtoph Wagenſeilius* recudi curavit in Denunciatione ſua rerum qvarundam ad Iudæos pertinentium Lipſ. 1705. 8. cum præfatione de aliis metaphraſibus metricis Pſalmorum, qvam cum ſpecimine qvodam Judaicæ hujus metaphraſeos laudatus Serpilius inſeruit commentationi ſuæ de Pſalmis p. 601. ſqq. Confer quæ infra ſub *Moſe Stendelio* dicentur.

Digitized by

Pſalmos a Judæo quodam R. *Chananja ben Iakar* metro hebraico redditos eſſe ex Antonii Legeri, CPoli per aliqvot annos verſati, indicio ſcripſerat *Jo. Buxtorfius* in Bibliotheca Rabbinica p. 470. qvi CPoli MSS. lateant ſub titulo תְּהִלֵּי תְּהִלִּים, i. e. *Pſalmi Pſalmorum.* Idem repetiit *Hottingerus* in Bibl. Orient. p. 50. & Bartoloccius Tom. II. p. 850. minus accurate, ſi credimus R. Schabtai in ש״י, qui non metricam metaphraſin ſed commentarium potius in Pſalmos hoc libro exhiberi exiſtimat, applauſorem nactus *Wagenſeilium* in citata præfatione, cui minus veri viſum eſt ſimile, Judæum auſum eſſe hebraico ſermone ipſa Spiritus S. verba in metrum torquere. Enimvero aut valde ego fallor, aut R. Schabtai omnem hujus libri notitiam debet Buxtorfio, quo alias utitur, ut proinde dubitari adhuc debeat, cujus teſtimonio plus ſit tribuendum, utrum Legeri *αὐτόπτου*, qvi CPoli verſatus procul dubio librum ipſum vidit, an R. Schabbatæi, præcipue cum religio non obſtare videatur, qvo minus ejusmodi conſilium ſuscipi poſſit. Titulus certe ipſe תְּהִלֵּי תְּהִלִּים i. e. *Pſalmi Pſalmorum,* pro Buxtorfii narratione pugnat, qui ſcilicet luculente infert, Pſalmos qvaſi novos ex priſtinis illis productos eſſe. Schabbatæus qvidem inſcriptionem effert per תְּהִלָּה תְּהִלִּים i. e. *laus Pſalmorum,* qvod ego typographi magis vitio, quam auctoris conſilio factum putem, cum Syntaxeos Grammaticæ ratio minimum requirat תהלת תהלים. De aliis metaphraſibus & verſionibus Pſalmorum ex inſtituto agit *Serpilius* cap. XI. p. 557. ſq. & Wagenſeilius in præfatione ſua, qvibus utinam annumerare liceret abſolutam recenſionem Metaphraſtarum Pſalterii, quam *Jaſtramum* in lucem editurum eſſe teſtatur Vener. *Jo. Andr. Schmidius,* in diſſert. de modo propagandi religionem per carmina p. 32. In eodem genere præſtantiſſima quæque nobis pollicemur ab induſtria & doctrina Cl. *Michaelis Richey,* Viri nobis amiciſſimi eruditiſſimiqve, qui ab aliquot retro annis in Metaphraſtis Biblicis colligendis occupatur.

Pſalmos a *ψευδερμηνείαις* Rabbinorum vindicare aggreſſus eſt Vener. Gryphiswaldenſium Theologus *Brandanus Henr. Gebhardi* editis Exercitatt. Arti Rabbinicis Gryphiswald. 1704. ſqq. in qvibus usqve ad Pſ. XI. proceſſit.

Præter Pſalmos alia Davidi Regi a nonnullis tribuuntur. Sic poſte-

Digitized by Google

ſteriora capita librorum Samuelis a Davide exarata eſſe, ſcribit *Iſidorus* VI. 2. Originum.

Pſalmos Davidis ter mille fuiſſe in Paralipomenis legi præter veritatem ſcribit Joſephus, Chriſtianus Scriptor, in Hypomneſtico lib. VI. c. 120. cujus locum ex Lambecio lib. 3. p. 33. comment. de Biblioth. Vindobon. cum Latina verſione & ſuccincta confutatione exhibet eruditiſſimus *Joh. Albertus Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 912. ſq. qui ibidem p. 905. ſqq.

Pſalmum CLI. Davidis, qui nomini ejus falſo inſcribitur, græce cum verſione variorumque eruditorum locis *νοθείαν* demonſtrantibus, repræſentat, ac p. 1000. ſeq. alia quædam Davidi hinc inde ſuppoſita commemorat.

De his aliisqve capitibus exſpectare forte nonnulla poſſumus a V. C. *Jo. Maſſono*, qui in ſpecimine Vitæ Davidis in explicatione Pſalmi dato & Tom. I. & II. Hiſtoriæ Criticæ Reip. Literariæ inſerto CX. ſpem facit Vitæ Davidis ſecundum Pſalmos collectæ. Memini etiam inter *Ioſuæ Barneſii*, Profeſſoris quondam Gr. L. Cantabrigienſis, ſcripta, quorum ſeries cum *Anacreonte* ejus prodiit, n. 32. recenſeri Davidis vitam non editam, cum Pſalmis ejusdem metro Græco redditis. Nonnulla huc monuit *Petrus Baelius*, ſed ingenio ſuo interdum abuſus, in dictionario Hiſtorio Critico Tomo I. ut & *Ludovicus Morerius*, *Pet. Simon* in Dictionario Biblico, & *Choiſius* Abbas in Vita Davidis, qvemadmodum *Jac. Altingius* partem vitæ tetigit in Tomo V. Opp. p. 362. quam ſecundum annorum ſeriem ſtrictim per ſumma capita propoſuerunt auctores Relationum Vernacularum de libris ac rebus Theologicis anni 1703. pag. 133. ſeq.

501. ר׳ דוד כהן די לארא R. DAVID COHEN de LARA, (h) Luſitanus, Amſtelodami primum, deinde Humburgi verſatus, ubi etiam anno 1674. obiit, non ſine aliquibus animi ad Chriſti ſacra converſi indiciis, dum morti proximus eſſet, editis. Quemadmodum enim antea cum B. *Eſdra Edzardo*, qui ex amplificato literarum Hebrai-

(h) Eum ש״י plenius *R. David f. Iſaac Cohen de Lara*, B. in Append. Bibl. pag. 486. b. mendoſe די לורא, *Nic. Antonius* in B. Hiſp. Nov. Tom. II. pag. 310. mutile *David Coēn* appellant.

Hebraicarum ſtudio, & Iudæis ad puriorem Eccleſiam traductis, immortalem nominis gloriam ſibi comparavit, ſæpe fuit, ejusque conſiliis, quod certiſſime exploratum habeo, in elaborando כתר כהונה uſus eſt; ita de argumentis ad doctrinam ſalutarem pertinentibus cum eodem diſputavit. Afferam hic teſtis idonei Cl. *Io. Iacobi Schudtii*, quem B. Edzardus qvondam habuit domeſticum, verba, quæ in ejus Compendio Hiſtoriæ Iudaicæ p. 564. leguntur. *Non plane ſine fructu*, inquit is, *eſſe colloquia, de rebus fidei cum Judæis inſtituta, exempla docent: Ex ore Excell. DN. Edzardi, Præceptoris mei, nunquam ſine veneratione nominandi, refero, celeberrimum Judæum,* David Cohen de Lara, *Luſitanum, Latinæ linguæ non ignarum, ipſum aliquando domi ſuæ conveniſſe, ac de rebus fidei cum ipſo diſputaſſe, abeuntem vero cum DN. Ezardus eum cum voto hoc dimitteret, DEUS TE ILLUMINET,* reſpondiſſe: *DEUS ILLUMINET COECOS. Secunda vice cum diſputatione finita, abiret COHEN DE LARA, DN. Edzardo votum: DEUS TE ILLUMINET, repetenti, reſpondit: DEUS ME ILLUMINET, SI SIM COECUS. Hic ut poſtea in morbum incidit, ad Chriſti fidem ex duplici illo colloquio pronior, DN. Edzardum ad ſe invitavit, cum quo ad lectum ægroti ſtantes Doctores Judæorum Luſitanorum, de rebus fidei diſceptarunt, graviterque ægrotum, ut conſtanter in ſacris Judæorum decederet, urſerunt, quem cum dubius hæret, hæſitantem mors occupavit.* Conf. B. *Eberhardi Anckelmanni*, Prædeceſſoris mei, de literis his & me ipſo meritiſſimi, *Orationem inauguralem*, quam Venerandus Lubecenſium Antiſtes, *Georgius Henr. Gœtzius Philologorum Hebræorum Elogiis* inſeruit, p. 100. Adde V. C. *Io Molleri* Iſagogen ad Cherſoneſum Cimbricam, quam in Cimbria ejus Literata accuratius deſcriptam avide exſpectant, qvi Viri induſtriam ſingularem norunt, Parte II, p. 97. ubi eum Hamburgenſem fuiſſe, patriæque Synagogæ Antiſtitem πολύγλωττον atque doctiſſimum, ſed injuſte a dignitate iſta per gentiles ſuos deturbatum tradit. Judæos de ejus conſtantia in avitis ſacris minus præclare ſperaſſe vel ex eo patet, quod etiamnum nominis ejus memoriam averſentur. Quicquid hujus erit, de ſcriptis ejus ſolicitos nos nunc magis eſſe oportebit. Exſtat igitur

1.) חידה

1) חִידָה עַל ד׳ אוֹתִיּוֹת אה״וי h. e. *ænigma Aben Eſræ de quatuor literis Ehevi* cum latina verſione & notis Lugd. Batav. 1658. 4. Prodiit etiam Hebraice ſolum *Lugd. Batav.* eodem anno in 8. ſub tit, דברי דוד *verba Davidis*, h. e. *explicatio ænigmatis R. Aben Eſræ*, cum dedicatione ad *Iacobum de Pinto.*

2) כֶּתֶר כְּהוּנָה *Corona Sacerdotum* (i) i. e. Lexicon Talmudico Rabbinicum ampliſſimum & locupletiſſimum de convenientia vocabulorum Talmudic. & Rabbin. cum lingva Chald. Syra, Arabica, Perſica, Turcica, Græca, Latina, Italica, Hiſpan. Luſitana, Gallica, German. Saxonica, Belgica & Anglicana, opus 40. annorum Hamburgi apud Georg. Rebenlinum 1667. fol. Prodiit vero imperfectum & acquieſcit in litera י quamvis ab ipſo auctore usque ad literam ר deductum eſſe ex V. C. *Georg. Elieſere Edzardo*, Collega conjunctiſſimo, acceperim. Hic liber laudatur a *Matthia Frid. Beckio* :.l Targum Chronicorum, & *Ioh. Leusdenio* p. 54. Philologi Hebræo-mixti. Conditio ejus hæc eſt, ut ex adverſo latere vocis Hebraicæ vel exoticæ locus libri Talmudici vel Rabbinici, in quo exſtet, citetur, addita vocis origine, cum explicatione partim Latina partim Italica, qua in re *de Pomis* exemplum ſecutus eſſe videtur.

3) עִיר דָּוִד *Civitas David*, prioris qvaſi prodromus, quo oſtendit convenientiam vocabulorum Rabbinicorum cum Græcis, iisque maximam partem, nec non aliarum lingvarum Europæarum, quas aſteriſco a cæteris diſtinxit, vocibus. Illæ, quæ ex *Aruch* depromtæ ſunt, manu adpicta notantur, ceteræ vero nec in *Aruch*, nec in *Zemach David* leguntur Amſtelod. 1638. 4. Hunc libellum continuaturus auctor erat, quod paulo poſt intelligemus. Eum inter Lexica numerat Hottingerus p. 47. Bibl. Orient.

Hiſpanica lingva converſos edidit *Canones Ethicos* Maimonidæ Hamburg. 1662. 4, ut & ejusdem tractatum *de articulis Legis* divinæ

(i) Titulus hic petitus eſt ex Pirke Avoth c. IV. §. 13. confer, quæ paulo ante ad lit. l. notavimus num: 488. Scriptum ipſum ad intelligentiam ſtyli Rabbinici egregie facit, oſtendendo origines vocum, qvas Rabbini ex aliis lingvis hinc inde mutuas ſumſerunt, & nec ipſi interdum ſatis adſeqiuntur, cujus rei illuſtre eſt exemplum vox דייטיקי ex Græco *διαθήκη* deſumta & in *Moed katon* cap. III. Hal. III. f. 18. adhibita, cujus notionem nec *Maimonides* nec *Bartenora* cepit: vide Cl. *Herm. von der Hardt* Effigiem corporis Judaici pag. 38. Plura ejusmodi vocabula Talmud. & Rabbinica Guil. Guiſius ex linguis exteris egregie explicavit in notis ſuis ad Codices Miſchnicos, in qvibus exponendis ipſis Judæorum Magiſtris aqua hæſit.

vinæ ad decem capita ab eo reductis Amſtelod. 414. C. 1654. 4. nec non tractatum ejusdem *de Pœnitentia* 4. Lugdun. Batav. 1660. 4. ac deniqve tractatum *de timore Dei* ex libro *Reſchith Chochma* (k) excerptum *Amſtelod.* 1633. 4. Hunc tractatum ipſe vidi, nec credo, totum illum librum, qui dicitur ראשית חכמה, ab eo unquam converſum eſſe, quod tradit V. C. *Iac.* Basnage Hiſtor. Judaic. Tomo V. p. 2117. ad carmen Poëtæ Hiſpani provocans, qvod me potius in mea ſententia confirmat. Illius partis verſionem laudat Menaſſe ben Iſrael in limine libri de reſurrectione, ubi eos commemorat, qui libros ex Hebr. L. interpretati ſunt. Auctorem is vocat R. *David Cohen Hiſpanum.* Hinc factum eſt, ut Bartoloccius hunc *David Cohen* n. 431. tanquam diſtinctum a noſtro *Dav. Cohen de Lara* n. 430. memorato recenſeret, ubi & in eo fallit, quod tractatum illum eum eſſe putat, qui R. *Iona Gerundenſi* debetur. In admonitione, in calce libri כתר כהונה obvia, ait ſe ſcripſiſſe librum מְצֻדַת צִיּוֹן *venatio Zionis*, i. e. partem ſecundam libri עיר דוד in qva omiſſa antea ſuppleverit. 2) כִּסֵּא דָוִד *Thronus Davidis* comprehendens Adagia Rabbinica varia. 3.) בֵּית דָוִד *domus Davidis*, i. e. nomenclator, in qvo ut præfatio addit, omnia cujusque rei Synonyma 20. annorum labore collegerit. 4.) פִּרְחֵי כְהוּנָה *flores Sacerdotii*, i. e. Florilegium ſententiarum Moralium. 5.) אוֹצָר רָב *Theſaurus copioſus*, quo complexus ſit voces novas varias, quibus librorum Interpretes utantur, Arabicas etiam, qvas Maimonides & alii adhibeant. 6.) אֹהֶל מוֹעֵד *tentorium conventus*, ſive Synonyma Rabbinica. Hæc omnia editurum ſe aliqvando pollicetur, qvorum tamen nihil prodiit, nec forte etiam manu exaratum ſupereſt. Qvod enim *Rud. Mart. Meelfuhrerus* in Acceſſionibus ad Almeloveenii Biblioth. promiſſam & latentem p. 55. teſtatur, opus Adagiorum omnium, ex Talmude Babyl. & Hieroſol. Rabbos, Jalkut, Schocher Tof & aliis ordine alphabetico ab eo collectum, inter κειμήλια literaria L. Edzardi latere, id ita ſe non habere ex laudato B. *Edzardi* filio intellexi. Confer, quæ de noſtro dicta a me ſunt in Hiſtor. Lexic. Hebraic. pag. 70. ſeq.

ר׳ דוד כהן בן חיים R. DAVID COHEN f. 502.

CHAJIM, ex urbe קרפי (Corcyrenſis) per Compendium מהר״דך ſcripſit *queſtio-*

(k) Ignorabat hoc *Nic. Antonius* ceu ipſe fatetur loco modo laudato.

Digitized by Google

quæſtiones & reſponſiones diſtinctas in 32. domos & conclavia 208. *CPoli* 297. 4. C. 1537. Non dubito, eundem hunc eſſe, quem *Schalſcheleth hakkabbula* p. 63. b. lin. ultima vocat R. *David* מקורפו i. e. ut Bartoloccius recte interpretatur *Corcyrenſem*, illiqve tribuit ש"רת, i. e. *qvv. & reſp.*

ר' דוד כהן ספרדי R. DAVID COHEN *Hiſpanus*, v. R. *David Cohen de Lara*.

503. ר' דוד כוכבי R. DAVID COCHAVI, cujus בית אל *domus Dei*, allegat *Menachem de Lonzano* in אור תורה p. 26. b. & alias, tanquam librum Criticum. Forte hic non eſt diſtinctus a David שטעלי quem ejusdem tituli librum ſcripſiſſe infra patebit.

ר' דוד בן לוי R. DAVID f. LEVI. v. *R. David ben Iehuda*.

ר' דוד דלידה DAVID de LIDA fil. *Löw* ſeu *Leonis*
Archiſynagogus Amſtelod. ſcr. סוד יהוה *arcanum Dei* ex *Pſ.* XXV. 14. ubi
agitur de ratione Circumciſionis. Accedunt ברכת המזון *benedictio-*
504. *nes ſuper cibis* item דיני פדיון הבן *de redemtione filii primogeniti* & alius de
circumciſione tractatus germ. ſcriptus ſub tit. ברית יהוה *fœdus Dei*
Amſtelod. 1709. 8.

ר' דוד בן מדואץ R. DAVID f. MEDUAZ *al Mik-*
matz Karæus, cujus ſcripta allegantut ab alio Karæo, *Juda Haddaſſi Haa-*
505. *bel* in אשכול הכופר MS. ex qvo locus huc pertinens affertur in *Mar-*
dochai Tractatu de Karæis, nuper a me cum verſione Latina edito, p. 22.
adde p. 114. unde intelligitur, fuiſſe hunc proſelytum juſtitiæ, adeoque
a Turcis forte ad Karæos converſum. Confer *Jac. Triglandii* diſſert. de
Karæis p. 46.

ר' דוד ממודינה DAVID *Mutinenſis*: v. R. *David f. Abraham*.

ר' דוד בן מיסר ליאון R. DAVID f. Meſſer Leo, v. R. *David ben Jehuda*.

ר'

Digitized by Google

ר׳ דוד בן מנחם R. DAVID b. MENACHEM, 506.

cujus comment. ad קרו״בץ i. e. conciones, quas in Sabbatis feſtisque diebus adhibere ſolent Judæi, MS. exſtat in Bibl. Bodlejana, inter Codd. Laudanos n. 175. Crediderim eundem hunc eſſe, cui tribuitur מִזְמוֹר לְתוֹדָה i. e. *Canticum Eucbariſticum*, quo recenſentur res geſtæ in Lege Moſis commemoratæ usqve ad Exod. XXI. & in qvinque Megilloth. lingva germancia & quidem rhythmice, Amſtelod. 404. 4. C. 1644.

ר׳ דוד ממנטובה v. ſupra ר׳ דוד בן יהודה

ר׳ דוד בן משה R. DAVID f. MOSCHE, Judæ- 507.

us Sileſius Silzenſis, R. Davidis Oppenheimeri, Archiſynagogi Pragenſis, domeſticus, qvondam ac Bibliothecæ ejus præfectus, de cujus ſcripto qvodam paulo ante diximus ſub דוד אופנהיים.

ר׳ דוד נכד בן מימון R. DAVID nepos MOSIS 508.

MAIMONIDÆ, qui precibus ſapientum Barcinonenſium adductus illis per literas vaticinia ſua cum declaratione miſiſſe dicitur in *Abrahami Levitæ* ſcripto qvodam, ex quo hoc repetit *Schalſcheleth Hakkabbala*, atque inde Wagenſeilius in Telis Igneis Satanæ p. 614.

ר׳ דוד בן משה יהודה R. DAVID f. MOSCHE 509.

Jebuda, ſcripſit explicationem in סְלִיחוֹת ſive precationes pro remiſſione peccatorum, ut & in preces ראש הַשָּׁנָה & יוֹם הַכִּפּוּרִים i. e. in novo anno & feſto Expiationis receptas: quæ exſtat MS. in Bibl. Vatic. Vixit auctor A. 5201. C. 1441.

ר׳ דוד משטילה R. DAVID *de Iſtilia*, vide infra R. David שטעלי.

דוד נוניס טוריס DAVID NUNNES TORRES cu- 510.

jus curæ debetur editio Bibl. Hebr. *commentario*, qui ſingulis paginis ſubjicitur, Raſchii inſtructa & vulgata Amſtelod. 460. C. 1700. 4. voll. 12. quo annitente eadem Biblia ibidem & eodem anno ſine hoc comment. prodierunt. Idem eodem anno ed. Pentat. Hebr. & 5. Megilloth cum Haph-

Digitized by Google

literis qvadratis & luculentis, adhibitis etiam, qvod alibi fruſtra quæſiveris, ſignis interrogandi & exclamandi.

ר׳ דוד ענבי DAVID ANABI cujus nomen legitur inter ceteros, qui ſubſcripſerunt decreto, qvo cavetur, ne liber יְפֵה תֹאַר CPoli 5416. C. 1656. editus intra 20. annos ſine venia ab auctore facta recudatur. 513.

ר׳ דוד עראמה vide ſupra R. *Dav. f Abrah. Arama.*

ר׳ דוד די פומיס vide ſupra R. *David f. Iſaac de Pomis.*

ר׳ דוד פציגיטון R. DAVID PIZZICHETONE, forte ab Opido *Piceleone*, juxta *Adduam*, fluvium agri Cremonenſis, in qvo natus eſt, nomen accepit. Medicus is fuit, & ſcripſit tractatum *de Medicina*, qui in Bibliothec. Vatic. MS. exſtat. Meminit ejus *Schalſcheleth* p. 64. 514.

ר׳ דוד בן פקודה R. DAVID f. *Pekuda*, Hiſpanus, ſcripſit 515.

פִּזְמוֹן *Cantionem rhythmicum*, quam Judæi Hiſpani in feſtis ſolennionibus decantare ſolent. Legitur illa in *Machſor* Hiſpanico.

ר׳ דוד פרדו R. DAVID PARDO, f. *Ioſeph Pardo*, Hiſpanus, Miniſter Synagogæ Lond. ex hebr. hiſpanice convertit librum חוֹבַת הַלְּבָבוֹת eumque excudi curavit ſub nomine Maimonidæ A. M. 5370. C. 1610. ſine loco notato. Eſt vero ille R. *Bechai f. Ioſephi* tribuendus, ſub cujus nomine de hoc libro fuſius diximus. Idem liber antea Hiſpanice prodierat *Theſſalonicæ*, ſed characteribus Hebræis, hæc vero verſio typis Latinis excuſa eſt. 516.

Idem *Pardo* edidit שֻׁלְחָן טָהוֹר *menſa pura*, ubi in titulo eleganter additur מפתו יאכלו טהורי לב לחם הדינים למלא נפשם מערנים, h. e. *de cujus offis comedent mundi corde panem rituum ut compleant animam ſuam deliciis.* Compendium eſt rituum, qvi traduntur in *Orche Chajim* & *Iore dea* partes libri majoris *Arba Turim*: *Lond.* vel potius *Amſtelod.* ceu ſcribit Cl. Hardtius in præf. ad Officia Judæorum Antelucana, ubi etiam libellum laudat, apud *Uri ben Abrah.* לוי anno 446. C. 1686. 16. pag. 96.

Digitized by Google

517. **ר׳ דוד פרובינצאל** R. DAVID PROVINCIALIS, Gallus, R. *Aſariæ de Rubeis* æqualis Sæc. XVII, qui ejus libros in ſuo Meor Enajim paſſim allegat, exempli cauſa

1) דור הַפְלָגָה *ætas diviſionis*, unde Buxtorfius in diſſert. I. diſſert. Theologico-Philolog. p. 41. ita: *notat R. Aſarias in libro Meor Enajim, quendam R. David Provincialem, ſuperiori Sæculo in Synagoga Mantuana celebrem, in libro ſuo* דור הפלגה *ultra mille voces explicaſſe, quæ ex Hebr. lingua in Græcam, Latinam, Italicam & alias complures diſperſæ ſint.* Hinc judicium facere licet, auctorem in hac commentatione de diviſione lingvarum egiſſe.

2) מִגְדַּל דָוִד *turris Davidis* ex Cant. IV. 4. quam Grammaticam eſſe teſtatur R. Schabtai, qui tamen utrumque hunc librum memorans ſcriptorem minus accurate vocat David פרובינצא, cum R. Aſarias rectius eo, quo nos ſcripſimus, modo efferat.

3) עִיר דָוִד *urbs Davidis*, i. e. expoſitio legis, ex quo libro Aſarias l. c. c. 46. p. 151. locum de *Urim & Tummim* affert. Hujus Scriptorem ש״ p. 58. vocat דוד די מודינה h. e. *Davidem Mutinenſem*, provocans ad Aſariæ l. c. ut proinde non alius intelligendus ſit, quam hic *David Provincialis*, quo nomine ob patriam appellatur, ſicut viciſſim *Mutinenſis* ob incolatum audit. Error itaque eſt in ש״ quando in Indice Scriptorum alphabetico duo priores libri *Davidi* noſtro *Provinciali*, tertius vero R. *Davidi ben Abraham Mutinenſi* tribuuntur. Ceterum idem *Aſarias* p. 185. col. 2. libri ſui, ubi emendanda quædam monet, noſtrum hunc Scriptorem laudat, ibique vocat מגן ידידיהו i. e. *clypeum* ſive *defenſorem* Philonis, eadem opera monens, ſe ob explicationem loci cujusdam ab eo, nec immerito, reprehenſum eſſe.

518. **ר׳ דוד פרויסטס** R. DAVID PARAVISTAS ſeu potius, R. *Davidis Paraviſtæ filius*, auctor dicitur in ש״ libri

זֵר זָהָב *limbus aureus*, *Exod.* 25, 11. qvo comprehendantur collectanea ex *Zohar* & *Medraſchim* cum Indice alphabet. Cracov. 407. C. 1647. 4. Hottingerus in Bibl. Orient. & cum eo Bartoloc. expoſitionem Pſalmorum eſſe affirmat. Liber ille citatur aliqvoties in *Ialkut Rubeni* v. c. pag. 86. a. Magnam qvoqve ejus partem ſe Apparatui ſuo ad *Zohar* ſive Tomo I. Cabbalæ

Digitized by Google

balæ denudatæ inſeruiſſe Roſenrohtius profitetur in præfat. ad Tomum II. ejusdem libri pag. 9.

ר׳ דוד ציון בן אברהם R. DAVID ZION, f. *Abraham Mutinenſis*, vide ſupra R. *David* f. *Abraham.*

ר׳ דוד מקורפו R. DAVID *Corcyrenſis* : v. ſupra R. *David Cohen b. Chajim.*

ר׳ דוד קרפי R. DAVID CORPI, vel *Corcyrenſis*, quem 519.

Bartoloccius eundem forte cum *Davide Corfu* modo laudato eſſe ſuſpicatur, a qvo tamen diſtingvit ש״י, qvi illi tribuit librum תְּהִלָּה לְדָוִד *laus Davidis* ex Pſ. CXLV. 1. aitqve expoſitiones literales eo comprehendi, editumqve eſſe CPoli, ſicut Plantavitius num. 726. vocat *librum concionum* CPoli editum. Neuter commemorat, ad qvem librum Biblicum ſpeciatim pertineat. Forte hic eſt quem Buxtorfius p. 420. Bibl. Rabb. tanquam ἀνώνυμον CPoli editum ſine mentione argumenti recenſet: minime vero omnium pro eo eſt habendus, cujus *Io. Morinus* p. 245. Exerc. Biblic. ſub nomine *Meſſer Davidis* meminit, ceu traditur in Theatro Anonymorum Placciano pag. 718. b. Qvi enim a Morino ibi laudatur liber hujus tituli, is pertinet ad R. *David f. Schelomo f. Iachija*, de qvo mox dicemus.

דוד ראובני DAVID RUBENITA : v. infra Schelomo מלכו.

ר׳ דוד שבבי R. DADID SCHEVAVI, ſcr.

מַצִּיל נְפָשׁוֹת *liberans animas*, qui explanationem precum continere dicitur Bartoloccio, apud qvem ſolum hujus auctoris inveni mentionem. Titulum libri habet ש״י pag. 48. num. 291. qvi ait eſſe ſcriptum Medicum varia medicamina præſcribens Lingva Germ. excuſum Pragæ, & Amſtelod. 411. C. 1651. 4. Autorem ille prorſus non commemorat. 520.

ר׳ דוד שטעלי R. DAVID STELE, qvo nomine vocatur R. *Schabbatao* in ש״י, qvem Buxtorfius *Stellam*, Bartoloccius vero de *Iſtillia* h. e. *Iſtella*, in regno Navarræ ſita, appellat, non inconvenienter, cum etiam in *Schalſcheleth bakkabbala* p. 59. a. l. 14. R. *David* דאיסטילייה appelletur. Vixit is A. C. 1306. Ibidem in Schalſcheleth ei tribuitur liber 521.

1)

1.) מִגְדָּל qvem Buxtorf, Bartolocc, & ש״י vocant מִגְדַּל דָּוִד *turris David* ex Cantic. IV. 4. & conciones in Legem complecti ajunt. Bartolocc. *Theſſalonicæ* in 4. editas ait, reliqvi rectius pro MSS. habent. (m)

2.) בֵּית אֵל *domus Dei* ex Gen. XII. 8. MS. argumenti neſcio cujus.

3.) קִרְיַת סֵפֶר *urbs libri* ex *Ioſ.* XV. 15. quo *Schalſcheleth* l. c. teſtatur conciliari ſententias de præceptis ſive inſtitutis ritualibus. Ita enim interpretanda puto verba ejus, quæ ita habent: ספר שהוא הכרעת חרעות דינין· Bartoloccius Tom. II. p. 278. ſub tit. דוד משיללה minus recte ita accepit, ac ſi in eo confutari dicantur argumenta R. *Iekuthielis* cognomine *Eſtrock*. Quæ quidem interpretatio ex eo nata eſt, quod Bartoloccius vocem בדינין conjunxerit cum nomine R. *Iekuthielis* &c. ſtatim ſequente, a quo tamen per interpunctionem majorem ſatis diſtinguitur, ceu inſpicienti patebit. Ceterum idem Bartoloc. pag. 20. Tom. II. ubi de eodem libro ſub nomine David דאיסתילייירה agit, jam monuerat, neſcio quo auctore, oſtendi hoc libro, qvod præcepta judicialia & cerimonialia non in ratione ſed in voluntate tantum DEI fundamentum inveniant: viderique exaratum contra Maimonidem. Quando in ש״י hic liber recenſetur, repetuntur verba *Schalſcheleth*, additurque ibi Scriptorem vocari ר׳ דוד דאיטאליא h. e. *Davidem ex Italia*, quod negligentius tum ibi, tum in Indice Scriptorum alphabetico ſcribitur: vocatur enim in *Schalſcheleth* דאיסטיליירה.

ר׳ דוד בן שלמה cognomine *Meſſer Vital*, v. דוד וידאל

522. ## ר׳ דוד בן שלמה בן ר׳ דוד בן יחייא

R. DAVID f. *Salomo* f. *David* f. JACHIJA *Ulyſſiponenſis*, vixit A. M. 5200. C. 1440. ob. 5225. C. 1465. (n) ſcripſit: לְשׁוֹן

(m) Affirmavit hoc B. propterea, quod ſibi non cavit a confuſione libri hujus cum altero ejusdem tituli, quem auctore R. David Cohen fil. Chajim *Theſſalonicæ* editum eſſe ſupra monuimus.

(n) Ita ſcribit Bart. provocans ad Schalſcheleth p. 65. a. ubi tamen de anno ejus fatali nihil inveneris. Simpliciter enim ætas ejus refertur in tempus, quo vixit Abarbanel h. e. Sæculum XV. inclinans. Unde apparet error in Catalogo Grammaticorum infra ſub voce דקדוק exhibendo, ubi liber R. *Dav. f. Jechijæ* auctor לשון למודים dicitur vixiſſe anno 150. C. 1390. quod idem teſtatur, ejus forte exemplo, *Morinus* p. 541. Exercit. Biblic.

Digitized by Google

לְשׁוֹן לִמּוּדִים *lingua eruditorum*, (o) ex *Ieſ.* L. 4. qui liber in duas abit partes, qvarum prior Grammaticam exhibet, poſterior ſub titulo שֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ i. e. *ſiclus ſanctuarii* ex *Lev.* VII. 13. Poëtica præcepta tradit, unde Bartoloccius minus recte pro diverſis ſcriptis hæc accipit. Prod. *CPoli* 266. C. 1506. 4. quam editionem notat *Bartoloccius*, qui *Piſaurenſem* quoque ſed ſine anno memorat. R. Schabbatæus *CPolitanam* aliam (p) anni 302. C. 1542. laudat, qvæ forte eſt *Piſaurenſis* Bartoloccii. Ex illo שקל הקודש maximam partem eorum mutuo ſumſit Buxtorfius, quæ in Theſauro Grammatico de re Hebræorum metrica tradit, ubi & illius meminit p. 302. Sic & *Gilb. Genebrardus* poſteriora duo capita XVI. & XVII. illius libelli hebr. & Latine edidit Pariſ. 1562. 8. quæ deinceps cum Iſagoge ejus ad Rabbinorum lectionem recuſa ſunt ibidem 1587. 8. Conf. Jo. Morini Exercit. Biblicas lib. II. p. 540. *Bartoloccius* ab errore ſibi non cavit, qvando illum tractatum de metris a Genebrardo editum non noſtro huic, ſed R. *David ben Ioſ. ben Iachija*, de quo ſupra diximus, tribuit. Multo minus confundi hoc ſcriptum debet cum altero ejusdem tituli (nempe שקל הקדש) R. *Ioſephi Kimchii b. Iſaaci*, ceu factum eſt in Theatro Placciano Anonymorum p. 702. b. Confer, qvæ dicemus ſub ירעיה *Happenini*.

2) תְּהִלָּה לְדָוִד *laus Davidis* ex Pſ. CXLV. 1, qvem ab ipſo qvidem inchoatum, ſed a filio ejus Jacobo perfectum eſſe teſtatur *Schalſcheleth* p. 65. a. Agit ille de Articulis fidei, & in diverſas partes ac capita diſtinctus eſt, editusque CPoli in 4. anno, quem nusqvam vidi commemoratum. Fuſius eum recenſet *Jo. Morinus* in Exercitt. Biblicis lib. II. p. 245. auctoremque vocat *Meſſer David*, eadem opera docens, partem libri primam exponere de dignitate, perfectione, cauſis & fundamentis legis; ſecundam de creatione mundi, Prophetia, miraculis, reſurrectione mortuorum, immortalitate animæ, & perpetua habitatione divinitatis cum Iſraele: tertiam deniqve de Deo, hominibus & attributis divinis, providentia, mercede, præmio, fato & libero arbitrio. Bartoloccius librum

Tt hunc

(o) Hunc librum ſtylo difficulter intelligendo exaratum eſſe ſcribit R. *Jehuda* Lövv. in præfat. ad Grammat. ſuam שורש יהודה.

(p) Hanc non puto diverſam a CPolitana anni 306. qvæ in Catalogo Leidenſis B. p. 155. memoratur, ſicut in Catal. Bodlejano p. 355. per typographi vitium CPolit. anni 1642. pro 1542. refertur.

Digitized by Google

hunc bis recenſuit, ſemel qvidem ſub nomine דוד ממנטובה i. e. *David Mantuanus*, exemplo Buxtorfii p. 470. B. R. (ſicut & Morino audit Meſſer David) deinde vero ſub nomine *Davidis ben Jachija*. *Menaſſe ben Iſrael* hunc librum paſſim allegat in *Conciliatore* ſuo ſuper Pentateuchum v. c. p. 139. & 146. ſed utrinqve auctorem vocat *David Leo*. Unde non vana ſit conjectura, librum hunc non noſtro *David ben Iechija*, ceu facit ש"י, ſed potius R. *David ben Iehuda* i. e. *Leo* de qvo ſupra n. 492. tribuendum eſſe, ſicut & in Catal. B. Leidenſ. p. 269. hujus libri auctor vocatur R. *Meſſer David fil. Meſſer Leon*. Ratio erroris אצל ש"י hæc eſt, qvod, cum Schalſcheleth noſtro Davidi librum ſub tit. תהלה לדוד ſine mentione argumenti tribuiſſet, ש"י illum de eo argumento, qvod ſub eodem titulo per tractaverat *David fil. Iehuda*, acceperit.

523. ר' דוד בן שמואל R. DAVID f. SAMUEL, Archiſynagogus Oſtravienſis in Ruſſia, medio ſæculo XVII. floruit & ſcr.

1) דִּבְרֵי דָוִד *verba Davidis* ex 2. *Sam.* XXIII. 1. i. e. illuſtratio commentarii a Raſchio in Legem ſcripti Dyrenfurti 1691. fol. Confer Bibliothecam novorum librorum germ. exaratam Parte IX. p. 696. & Parte XIV. p. 91. ubi monetur, libri hujus editionem non ad an. 1691. ſed vel 1689. vel 1690. referendam videri, cum Judæi Dyrenfurtenſes affirment, librum hunc inter primos Dyrenfurti excuſum eſſe. Confer de eo Chronologiam R. Dav. Ganzii continuatam & editam Francof. ad Mœnum 1692. 4. pag. 47.

2) טוּרֵי זָהָב *ordines aurei*, i. e. comment. in *Schulchan Aruch*, & quidem Ordinem *Iore Dea*. *Lublini* 406. fol. C. 1646. ille cum *Schabtai ben Meir* שִׂפְתֵי כֹהֵן i. e. comment. in eundem ordinem recuſus eſt *Wilmersdorf* 437. C. 1677. fol. קָצִיר *compendium* ex utroque hoc libro MS. exſtat in B. Oppenheimeri 4.

3) Comm. in Schulchan Aruch, quod ad Ord. *Orach Chajim* Cracoviæ edi cœptum eſt, cum R. Schabtai ſcriberet ש"י, deinde vero recuſus eſt repetita vice Dyrenfurti 1692. & 1702. fol. cum aliorum qvorundam obſervationibus in eundem Ordinem ſub tit. טוּרֵי אֶרֶץ de quo opere ſuo loco dicemus inter Anonymos.

524. ר' דוד בן שמעון R. DAVID f. SCHIMEON, qvem Bartoloccius memorat ut Scriptorem libri מגן דוד, quem allegaverit

rit *Menaſſe ben Iſrael.* At enimvero Menaſſe Scriptorem non appellat *David ben Schimon,* ſed *David ben Zimra,* ut ſupra ſub hoc nomine monuimus. Bartoloccius itaque ſecurius ſecutus eſt Hottingerum, qui in Biblioth. Orient. p. 35. memoriæ forte vitio nomen Scriptoris ita appellavit ſimiliter ad Menaſſen provocans.

ר׳ דוד שמעיה DAVID SCHEMAJA Pragenſis, ſcri- 525.
pſit קִינָה *Carmen lugubre* in incendium urbis *Francofurt.* dialecto Rabbino Hebr. quod prodiit Hal. 1712. 8. dimidia plagula.

דוד שר הקראים DAVID, princeps Karæorum 526.
quem Arabice nonnulla exaraſſe Bartoloccius teſtatur ad Seldenum de Uxore Hebræa provocans. Neque negari poteſt, Seldenum ibi varia Karæorum inſtituta ſpeciatimque de conjugii gradibus perſequi, ubi vero de *Davidis* principis ſcriptis huc pertinentia tradat, non inveni. Ceterum non unus eſt *David,* qui inter Karæos principis dignitate eminuerit; tres enim hujus nominis memorantur in Genealogia Principum Karæorum, quæ legitur in *Mardochai* tractatu de Karæis nuper a me edito p. 44. 45.

דומניקו ירושלמי DOMINICUS HIEROSOLY- 527.
TANUS, a patria dictus. Natus enim is eſt Saphetæ, urbe Galilææ Superioris an. 1550. ibique ritu Academico doctoris inſignibus ornatus Jura Talmudica publice docuit, & cum medendi artem egregie calleret, CPolin ad Turcarum Imperat. accitus eſt, (q) tandem vero anno æt. 50. CHRISTI ſacra amplexus Romæ in Collegio Neophytorum Hebr. linguam docuit.

Vertit is Hebraice *Novum Fœdus* totum, quod duobus majoris formæ tomis continetur & exſtat in Collegio Neophytorum. Accedit Tomus tertius, complectens ſcripta V. T. Apocrypha, hebraice expreſſa, v. c. *Baruchi* prophetiam, librum Sapientiæ &c. In præfatione teſtatur ſe ſcripſiſſe:

(q) Judæi plures fuerunt Archiatri Regum ac Principum, qualia exempla adfert Menaſſe ben Iſrael in Spe Iſraelis p. 96. ſq. qui inde argumentum nobilitatis gentis ſuæ duxit, de cujus vana opinione confer Jo. Wulferum p. 199. ſqq. ad Theriacam Judaic. *Jo. Henr. Hottingerum* in Hiſt. Eccl. N. T. p. 527. ſq. & *Mart. Difenbachium* in Judæo Convertendo p. 130. ac Converſo p. 36. 111. & 127.

מַעְיַן גַּנִּים i.e. *fons hortorum* ex Cantic. IV. 15. inque eo agere de articulis fidei Chriſtianæ, & de æterna ſalute a CHRISTI fidelibus alumnis conſequenda.

Meminit ejus hinc inde Plantavitius in Bibliotheca Hebraica, & *Nic.* quoque *Murſius* in *Narratione de urbe CPoli* italice ſcripta p. 34. Medicum quendam Imp. Turcarum hoc nomine memorat, qui tamen ipſi a noſtro hoc videtur diſtinguendus.

528. דונש DONASCH *Neophytus*, ſcripſit

אִגֶּרֶת *epiſtolam*, quæ incipit אַל תְּהִי כַּאֲבוֹתֶיךָ *Ne ſis ſicut Patres tui &c.* eam miſit ad *Labrat* Neophytum, ut illum ad Iudaiſmum revocaret. Ipſe poſt factam apoſtaſiam pueros Hebræos docuit, & ſcripſit præterea תְּשׁוּבוֹת מְדַקְדְּקִים h. e. *reſponſiones Grammaticas* ad quæſtiones ſibi a *Menachem* ben Saruck propoſitas, quæ exſtant MSS. in B. Vatic. fol. ſub nomine אינפרוויא דורן. Hæc habet Bartoloccius, qvæ fateor me non ſatis aſſequi. Hic *Doneſch* enim, qui ad *Labrat* ſive *Lifrat* ſcripſiſſe dicitur epiſtolam, ipſe hoc nomen לברט habuit, quemadmodum etiam a *Raſchio* ad Hoſ. V. 5. ita appellatur. Quas vero hic reſponſiones *ad Menachem ben Saruck* factas memorat *Bartoloccius*, eæ itidem Donaſch fil. Lifrat (לברט) tribuuntur ſub tit. *Critica ſive detectio errorum in libro Menachem f. Iacob* quæ MSS. exſtat in Bibl. Lugdun. Batava inter MSS. Scaligerana: vide Catalogum pag. 276. num. 4. Idem tradit. ש״ש pag. 36. num. 61. ubi recenſetur liber MS. *Menachemi ben Iacob* ſub tit. לְשׁוֹן לִמּוּדִים i. e. *lingua eruditorum*, qui complecti dicitur explicationem vocum ſecundum ſeriem literarum, moneturque inſuper accedere animadverſiones *Doneſch f. Librat*. Sic. R. *Aſarias* p. 102. *Meor Enajim* ex libro לִקּוּטִים ſ. collectaneorum locum affert, in quo liber שרשים ſive *Radicum* a דונש בן לברט ſcriptus ſub voce נערה allegatur. Per *Menachem* illum forte intelligendus eſt antiquiſſimus Iudæorum Grammaticus, qui alias plerumque, ſicut & hic a Bartoloccio, vocatur *ben Saruck*, de quo ſuo loco dicemus: quamvis R. Schabtai in ש״ש in Indice Scriptorum alphabetico, *Menachem ben Iacob* a *Menachem ben Saruck* diſtingvat. Quicquid hujus erit, ex his, qvæ diximus, apparet, *Doneſch ben Librat* ejusdem eſſe Viri nomen, ut proinde *Doneſch* ad *Librat* epiſtolam ſcripſiſſe dici non poſſit, niſi ita id intelligas, quod *Doneſch* ipſe his literis animum ſuum poſtliminio ad amplectenda iterum Judæorum ſacra

Digitized by Google

cra excitarit. Confer qvæ infra dicentur ſub פריפוש. Citatur noſter ſæpius a Kimchio, & in *Michlal Iophi*, ubi de ſignificatu vocum quæſtio eſt.

ר׳ דוסא בן הרכינס R. DOSA f. HARCHINAS, 529.

Miſchnicis Doctoribus antiqvior, per totum Templum II. usque ad R. *Akibæ* tempora, adeoque per 432. ann. vixiſſe fingitur in *Juchaſin* pag. 55. Certius illud eſt, qvod paulo poſt natum Servatorem vixerit, obieritque fere A. M. 3840. C. 80. Tantæ is inter Judæos auctoritatis fuit, ut in ejus ſententia plerumqve acqvieſcerent, cujus rei exemplum vide in Codice *Ievamoth* cap. I. p. 16. In Miſchna quoque oracula ejus ſæpe laudantur: vide *Pirke Avoth* c. III. §. 10. & *Gittin* c. VIII. pag. 81. Lege plura inter Miſchnicos Doctores.

ר׳ דוסא בן ר׳ סעדיה גאון R. DOSA 530.

f. R. *Saadiæ Gaon*, ſcripſit

אגרת *epiſtolam* ad R. *Chasdai Hannaſi*, de rebus a R. Saadia Gaon in ſalutem & commodum Judæorum geſtis, teſte Abrah. b. Dior in lib. Cabbalæ

ר׳ דוסתאי R. *Dosthai* vide inter Miſchnicos.

דידריך שוובי DIETERICUS SCHWABE, Judæus 531.

converſus, ſcripſit librum vernaculum ſub tit. Jüdiſcher Deckmantel/ quem paſſim allegat Eiſenmegerus in Judaismo detecto.

דיהון בר שלמון DIHON f. SCHALMON, cujus 532.

narratio ſub titulo

מעשה ירושלמי *hiſtoria Hieroſolymitani* exſtat in ס׳ דברי הימים של משה Venet. 304. C. 1544. Vide quæ ſub hoc titulo inter Anonymos dicentur & adde *Abraham Maimon*.

דניאל איש טרנשה DANIEL ISCHTAR- 533.
NASA, i. e. *Vir* ſeu *incola Tarnaſenſis*, qvem tanqvam auctorem libri in præf. ad librum חסן ישועות citari ſibi alioqvin ignotum teſtatur ש״י pag. 93. b.

Digitized by Google

534. **דניאל אלקומסי** DANIEL ALKOMSI, *Karaus* cujus libri אִישׁ חֲמוּדוֹת *Vir deſiderabilis* ex *Dan.* X. 11. partem MS. ſe apud *Ioſ. del Medico* vidiſſe ſcribit R. *Schemuel* in *Noſtos Chochma* p. 195. a. quo Lex illuſtretur.

535. **דניאל כהן** DANIEL Sacerdos, ſcripſit comment. in librum שְׁאֵרִית יוֹסֵף *reliquiæ Ioſephi*, quo libro per hymnos ſive cantica traditur ratio Calendarii Judaici, Turcici, aliarumque gentium, qvi cum *Danielis* noſtri explicatione prodiit *Theſſalonicæ* 328. 1568. 8.

Idem ſcripſiſſe Bartoloccio dicitur Tabulam expanſam folio unico, qva oſtendatur Ordo Cycli Lunaris perpetuus & ingreſſus Solis in qvatuor puncta Cardinalia *Venet.* 5380. C. 1620.

536. **דניאל לוי די ברדיאוס** DANIEL LEVI de BARRIOS Judæus Hiſpanus, ſcripſit Hiſp.

Triompho del govierno popular y de la antigvedad Hollandeſa, hoc eſt: *Triumphum Regiminis & antiquitatis Belgicæ* Amſtelodam. 1683. 8. Ejusdem eſt Relacion de los Poëtas y Eſcritores Eſpannoles de la Nacion Judayca Amſtelodama h. e. *Relatio de Poëtis & ſcriptoribus Hiſpanis gentis Iudaicæ* Amſtelod. Fuit is Poëta, ſed paupertate preſſus, de qua conqueritur in epiſtola ad Synagogam Londinenſ. p. 22. conf. V. C. *Iac. Basnage* Hiſtor. Judaic. Tomo V. p. 2097. Idem exaravit Hiſp. *Caſa de Iacob* i. e. *domus Iacobi*, ubi de præſenti Judæorum conditione exponit.

537. **דניאל הנביא** DANIEL PROPHETA, Scriptor θεόπνευστος, de cujus vita, Prophetiæ conditione ac Interpretibus variis dici multa poterant, niſi hoc eſſet juſti voluminis argumentum, quod a Venerando Ratisbonenſium Theologo, *Georgio Serpilio* diligenter, ut ſolet, excuſſum propediem exſpectamus. Interea temporis conſuli hanc in rem poſſunt, qvi vel ex Judæorum ſcriptis vel aliis fontibus de Daniele commentati ſunt, qvales ſunt V. C. *Io. Meyer* in notis ad *Seder Olam Rabba* 985. ſqq. & *Iulius Bartoloccius* pag. 295. ſq. ubi inprimis diſquirit, qvo ſenſu & jure Daniel ex Prophetarum numero excludatur, cui cum tum Judæorum quorundam teſtimoniis conſentientibus, tum rationibus idoneis vindicarunt ex noſtratibus *Io. Friſchmuthus* diſſert. ſingulari de diviſione

ſione Sacræ Scripturæ V. T. in Legem Prophetas & Hagiographa, *Auguſtus Pfeifferus* in Critica Sacra p. 20. ex Reformatis *Io. Buxtorfius* in Diſſertatt. Philologico-Theolog. pag. 496. ſq. *I. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philolog. p. 504. ſq. & *Herm. Witſius* in *Miſcellaneis Sacris* lib. I. c. XIX. §. 18. ſeq. ex Pontificiis *Pet. Dan. Huetius* in Demonſtrat. Evangel. Prop. IV. p. 464. ſeq.

Vitam Danielis fuſius deſcripſit, monitisque moralibus illuſtravit *Ierem. Drexelius* Tom. II. Operum. Judæorum & Arabum fabulas, quibus veram de eo in leonum foſſam conjecto hiſtoriam deturparunt, collegit *Sam. Bochartus* Parte I. Hierozoici p. 748. ſeq.

Prophetiæ ejus, quæ in canone ſacro exſtat, divinitas & θεοπνευςία ab iisdem, quos dixi, auctoribus ſatis adſtructa eſt. Seorſim illa prodiit cum comm. R. *Samuelis f. Iuda Valerii* Ven. 346. 4. C. 1586. & cum comm. R. *Moſis Alſcheeb* ib. 352. C. 1592. CPoli 358. C. 1598. 4. cum comm. *Iachiadæ* partim *Mantuæ*, partim *Amſtel.* cura *Conſt. Lompereur* cujus verſio & notæ acceſſerunt, an. 1633. 4. Capita Danielis Chaldaica ſeorſim cum *Via in Chaldæam* edidit V. C. *Herm. von der Hardt* Helmſtad. 1708. 8. Eadem una cum capitibus Eſræ Chaldaicis ac Jeremiæ commate uno ſeorſim curavit *Io. Leusdenius* Lugd. Bat. 1685. 4. Exſtant qvoqve in calce libri *Pirke Avoth.*

Totam Danielis prophetiam rhythmis Germano Rabbinicis expreſſam eſſe & *Pragæ* 434. C. 1674. 4. editam eo magis mireris, quod Judæi ab ejus lectione maximopere ſibi cavent, & ſuos propellunt. Vide B. *Io. Molleri* Judaismum detectum p. 19. qvod ob illuſtre de Servatore vaticinium fieri ſibi non ſine veri ſpecie perſvadent *Iſaacus Voſſius* in Variis Obſervationibus p. 264. & *Hottingerus* p. 505. Theſauri Philologici.

Quæ de Suſanna ac Belo, Dracone Babylon. cantione Aſariæ ac trium puerorum Græce exſtant, ea ipſi Danieli vindicanda viſa ſunt Pontificiis, nominatim *Bellarmino*, *Pet. Dan. Huetio* in Dem. Evang. Prop. IV. p. 411. qui tamen frigide rem agit, omni labore nunquam demonſtrandam, & *Claud. Fraſſenio* in Diſquiſitionibus Biblicis p. 596. ſqq. ac noviſſime *Scipioni Sgambato* p. 377. Archiv. V. T. qui hæc in Hebraicis Codd. ideo deſiderari ſibi præter rem perſvaſit, quod Viri Synagogæ Magnæ *Davidis* librum non habuerint integrum. In contrariam rectioremque ſententiam diſputavit ex noſtratibus B. *Chriſtianus Kortholtus* de Canone Scripturæ c. IX. *Kippingius* Exercit. XXIV. de S. Scriptura & *Mich. Waltherus* in officina Biblica p. 1160. ſq. ex *Reformatis* vero *Herm. Witſius* in Miſcel-

la-

laneis Sacris lib. I. c. 19. §. 40. ſq. Certe hebraice ea nunquam exſtitiſſe & *Origenis*, qui ea in Hexaplis omiſit, & *Hieronymi* adverſus Rufinum idem aſſerentis & ad Judæi ὁμοψήφυ teſtimonium provocantis auctoritate conſtat. Junge, quæ hanc in rem erudite monuit eruditiſſimus *Io. Alb. Fabricius*, olim Doctor, nunc Collega meus æſtumatiſſimus in abſolutiſſimo opere Biblioth. Græc. lib. III. p. 745. ſq.

Præter hæc alia quoqve tribuuntur Danieli nulla prorſus veri ſpecie, quæ laudatus Fabricius in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1124. ſq. recenſuit. Sunt vero illa *Prophetiæ* quædam *Apocrypha* in Chronico Paſchali p. 159. & *Io. Malalæ* Chronographia p. 198. memorata. *Interpretatio Somniorum* ejusdem nomini temere inſcripta, & a *Io. Sariſberienſi* lib. II. Policratici de nugis Curialium & veſtigiis Philoſophorum c. 17. jamjam exploſa. Denique *Prognoſticon* lingva Syriaca exaratum & in Bibl. Vindobon. obvium: v. Lambecii Commentar. lib. I. p. 171. ac *Viſiones* a Luitprando recenſitæ.

538. דניאל ספרינגר DANIEL SPRINGERUS, Profeſſor Lingg. Orient. Vratislavienſis, 1708. menſe Novembri defunctus inter Scriptores Hebraicos locum meruit, ob vitam Leopoldi Imperatoris inſcriptione Hebræa Chald. & Germanica tribus philyris celebratam. Titulum fert דֶּרֶךְ הַנֶּשֶׁר *via aquilæ* ex *Proverb.* XXX. 19. & prodiit *Dyrenfurti* 1705. fol. Vertit idem quædam recentiorum Judæorum ſcripta hebraica germanice, *Kempiſii* (r) vero librum de Imitatione Chriſti hebraicum fecit, ac præterea de Judæorum Germanorum literis cambii & dialecto, qua utuntur, commentatus eſt: quæ quidem omnia Svidnicii apud uxorem viduam relictam latere dicuntur. Edidit præter hæc dialogum cum Rabbino, capitali ſupplicio proximo, in carcere habitam, quo varia argumenta pro veritate religionis Chriſtianæ cum reſponſionibus ad exceptiones Judæorum afferuntur. Confer Bibliothecam Novorum librorum, germanica lingva exaratam Parte IX. p. 699. & Parte XII. p. 961. ſqq. Adde Partem XIV. p. 94. ubi dicitur varia carmina Hebraica ſcripſiſſe, tum vero Buxtorfii Lexicon Rabbinico-Talmudicum ac librum

(r) Confer nova Literaria Germaniæ anni 1703. p. 202. ubi hoc refertur, eademque occaſione metaphraſes aliæ præſtantiſſimi hujus libelli enumerantur. De Hungaricis verſionibus uide Czvittingeri Specimen Hungariæ literaræ p. 300. 397. de ceteris conferri etiam poteſt *Reiſingii* præfatio ad novam libri hujus verſionem Germanicam locis Biblicis munitam, quam idem *Plenæ* 1711. 8. edidit.

Digitized by

brum de Abbreviaturis Hebr. variis obſervationibus auxiſſe, ac denique varios Codices Talmudicos & vertiſſe & notis illuſtraſſe.

דִקְדוּק לְשׁוֹן קוֹדֶשׁ *Grammatica lingvæ Sanctæ*, Anonymi MS. in B. Vaticana, quam *Bartoloccius* ut accuratam commendat. 539.

מְדַקְדְקִים *Grammatici* inter Iudæos fuerunt complures, quorum præcipui comprehenduntur Catalogo, (s) quem ex Bibliotheca Oratorii Pariſenſis eruditiſſimus *Jacobus le Long* communicavit cum Venerando *Chriſtiano Theophilo Ungero*, cujus ego liberalitati ipſum debeo. Uſi illo ſunt *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblic. lib. II. p. 431. & *Richardus Simonius* in hiſtoria Critica V. T. lib. I. c. XXX. ſed ille quidem perpauca, hic plura ſed & ſic imperfecte, interdum etiam mendoſe attulit, ut operæ videatur pretium, eum & integrum & emendatum hic ſuppeditare, præcipue cum impoſterum ad hunc ſæpius provocandum fuerit. Legitur autem catalogus ille in limine Codicis MS. Bibliothecæ Orator, qui complectitur Grammaticam Hebræam ſcriptus CPoli A. C. 1600.

Titulus Catalogi Hebraicus, quem Morinus l. c. retulit, ita habet: זכרון הספרים אשר חברו המדקדקים בדקדוק הלשון העברי מזמן ר׳ יהודה חיוג בעל הספר עד הנה משך שבע מאות ושלשים שנה h. e. *Memoriale librorum, quos Grammatici compoſuerunt de Grammatica linguæ Hebraicæ a tempore R. Chiug auctoris libri huc usque tractu ſeptingentorum & triginta annorum. Juxta id quod vidi ego Ezechias.*

1) R. *Saadias Gaon* Fiumenſis p. m. collegit librum collectionis, librum linguæ Hebr. librum elegantiæ, ס׳ האגרה ס׳ לשון עברי וס׳ צחות *R. Simonius ex tribus his libris facit duos, nempe librum collectionis linguæ Hebr. & de elegantia.*

2) Sapiens Hieroſolymitanus, cujus nomen ignoratur, compoſuit octo libros lucentes ut Sapphiri. Simon omittit numerum librorum.

3) A. *Adonim f. Tamim* Babylonius, collegit librum commixtum ex lin-

(s) Catalogus ille impeditis & non facile aſſequendis literarum ductibus ſcriptus eſt, unde non mirum videri debet, quod inter Simonianum & noſtrum ἀπόγραφον hinc inde non leve diſcrimen obſervetur, quod ex comparatione a me facta patet. Neque omni ex parte fidem ſuam probat catalogus, nominatim quod ad ſcriptionem nominum & temporis, quo quisque Grammaticorum vixerit, rationem, quod ex ſubjectis notis intelligetur.

Digitized by Google

lingva Hebr. & Arabica ס׳ מְעוּרָב מִלָּשׁוֹן עִבְרִי וְעַרְבִי Simon appellat *Adonim Bentamim*, & ſimpliciter monet, eum collectionem ſcripſiſſe.

4) R. *Juda* f. *Korſich* ex urbe *Tabev* Africæ, ſcripſit librum Genealogiæ, quem inſcripſit אָב וְאֵם *Pater & Mater.* *Simonius hunc vocat BEN CHARIS, titulumque libri omittit Hotting. Bibl. Orient. p. 42. vocat JUDAM BEN KARISCH.*

5) R. *Menachem Seruck* confecit ס׳ חבר הלחברות librum Societatis conjugationum ſeu Syntaxeos. Simonius vocat *ben Surach*, libri titulo prorſus neglecto.

6) R. *Adonim Levita*, cognomento filius *Labrat*, Arabs, Feſſanus compoſuit multos libros.

7) R. *Juda* f. R. *David*, ipſe qvoqve Arabs Feſſanus, cognomine *Hhiug*, auctor hujus libri, Grammaticorum doctiſſimus, omnis ingenioſæ cognitionis magiſter, & cogitationem ſuam protulit, quatuor libris, & ipſi ſunt, ס׳ הנוח ס׳ הכפל ס׳ הנקוד וס׳ הרקחה h. e. *liber quietis, liber duplicantium literarum, liber punctationis & liber Condimenti. Simonius titulum librorum non memorat.*

8) R. *Hai Gaon*, memoria juſti ſit in bened. collegit librum האסף collectionis. *Hunc fruſtra apud Simonium requiras.*

9) R. *Iona Medicus*, cognomento *Ganack*, ex provincia Cordubæ ſeptem libros conſcripſit, & ſeptimus inſcribitur liber radicum, coopertus ſaphiris. Simonius hæc mutile affert.

10) R. *Salomon* f. *Gabriel* Malacitanus texuit compoſitionem (carminis accurate ſcripti, ad verbum ponderati, diſtichis quadringentis) colloquii plantatam in 400. bathim, מחברת שיחה שתולה בארבע מאות בתים. *Simonius præter nomen idque corruptum SALOMON f. GAMROT nihil affert.*

11) R. *Samuel Naghid* i. e. *Princeps*, Cordubenſis, confecit librum האושר divitiarum, qui præſtantior fuit omnibus aliis libris.

12) R. *Moſes Cohen*, Hiſpanus Cordubenſis, dictus filius *Gecatilia*, (translator hujus libri ex lingva Arabica) ſcripſit librum de dictionibus maſculini & feminini generis. *R. Simon omiſſo libri titulo ſcribit, eum multa aliis ignorata Grammatica adjeciſſe.*

13. R. *David* Judex filius Proſelyti Granatenſis, compoſuit librum *Melakim* ſeu de accentibus Regibus. *Simon in nomine negligentior.*

14) R. *Iuda*, cognomine *Bilham*, Toletanus, collegit libros parvulos ſeu multa opuſcula compoſuit.

15)

15) R. *Iſaac* cognomine *Iaſus*, Hiſpanus, compoſuit librum de formis verborum & nominum. *Simon librum ejus CONIUGATIONES dictum ait.*

16) R. *Levi* f. *El Theban*, Cæſarauguſtanus, confecit librum, cui titutulus *clavis* ס' חמפתח. *Simon appellat Artaban.*

17) Sapiens magnus R. *Abraham f. Aben Eſra* Hiſpanus, Magiſter lingvæ & exercitatus ad bene loqvendum cum omnibus, qui tenuerunt ſtylum hominis, & ſcripſit de Grammatica lingvæ Sanctæ plura, quam omnes, qui ante eum fuerunt. Statuit ſcribere Grammaticam lingvæ ex omnibus, qui fuerunt ante ipſum, & libri ejus excellentiores fuerunt ceteriis libris, & libri ejus magno numero ſunt. Ex illis ſunt liber elegantiæ, liber, quem inſcripſit ſtatera lingvæ, liber fundamenti, liber de nomine & liber de verbo, præterea alii multi liber vocatus labium purum, liber labium excellentiæ, & liber perſecutio pulchritudinis. R. *Simon præter elogium aliquod de hoc nihil habet.*

18) R. *Iacob* f. *Elieſer* ſcripſit multos Grammaticales libros, ex quibus liber, cui titulus ס' השלם *liber pacis*. *R. Simon vocat Iac. f. ELEAZAR.*

19) R. *Salomon* f. *Abraham*, f. Pirhhon ſcripſit librum Radicum.

20) R. *Ioſeph Kimchi* compoſuit libros multos Grammaticales hebraice, & inter alios ס' האמונה librum veritatis. R. *Simon de hoc libro tacet.*

21) R. *Moſis* f. *Kimchi* compoſuit librum, quem nuncupavit *aditus ſemitarum ſcientiæ* an. 5040. C. 1280.

22. R. *David Kimchi*, frater ejus ſcripſit librum מכלול & שרשים & librum עט סופר ſtylus ſcribentis, & librum commixtionum. *R. Simon præter Michlol & Lexicon nihil memorat.*

23) R. *Ioſeph f. Caſpi* ſcripſit librum Radicum, quem vocavit *catenulas argenteas.*

24) R. *Moſis* f. *Hannaſi* compoſuit Lexicon ſeu compendium libri Radicum. R. *Simon* vocat *Moſen ben Hanneſcias.*

25) R. *Ioſeph* f. R. *Iuda* f. *Sacurh* compoſuit librum, cui titulus *Magiſter Linguæ* an. 5040. R. *Simon ſimpliciter vocat R. Ioſeph.*

26) R. *Samuel* f. *Bombanaſte* Grammaticus excellens, ſcripſit plurimos libros Grammaticos an. 5060. C. 1300. R. *Simon omittit cognomen.*

27) Sapiens R. *Iſaac* f. R. *Moſis* (t) Levita compoſuit librum, quem inſcripſit מעשה אפוד *opus Ephod* an. 5050. C. 1290.

28. R. *Ioſeph Iebbia*, multos Grammaticales libros compoſuit an. 5050.

29) Sapiens quidam, cujus nomen ignoramus, ſcripſit librum, qui vocatur *Ianua verborum*, an. 5100. C. 1340.

30) *David f. Iebbia* Hiſpanus ſcripſit librum, cui titulus, *lingua eruditorum*, an. 150. C. 1390. (u) *R. Simon prænomen tacet.*

31) Sapiens Philoſophus, *Abraham de Balmis*, ſcripſit librum, quem inſcripſit *peculium Abrahami* an. 150. C. 1390. (x)

32) R. *Ioſeph Zarcka* ſcripſit librum dictum *Magiſter verborum* an. 150. *Simon omittit cognomen.*

33) R. *Samaria Akrata* ſcripſit plurimos libros an. 200. C. 1440. *Simon cognomen tacuit.*

34) R. *Salomon* cognomento *Virga aurea*, ſcripſit librum dictum *deſiderium Salomonis*, an. 250. C. 1490. R. *Simon auctorem vocat R. Scelomo Scarvit.*

35) R. *Elias Levita*, Germanus, Grammaticus, confecit multos libros, quorum ſumma hæc eſt: Capitulum Cantici, capitulum menſurarum, capitulum ſervilium, liber Maſoreth hammaſoreth, liber compoſitionis, & liber boni guſtus. Anno 250. C. 1490. *Simon præter eloginm nihil.*

36) R. *Salomon* f. R. *Almoli* ſcripſit librum Grammaticalem & Lexicon, quod inſcripſit Catenulas argenteas, an 5200. C. 1440. *vide quæ de hoc mox dicentur*

37) R. *Tam f. Iebbia*, Sapiens magnus & peritus in omni ſcientia & arte ipſe excellit, cum loqvitur de radicibus lingvæ Hebraicæ an. 200. C. 1440.

38) R. *Eliſa* f. *Mathathia* ſcripſit librum, cui titulus *Clypeus David*, an. 5270. C. 1510.

39) R. *Emanuel Beneventanus* ſcripſit librum, quem inſcripſit *Addita-*

(t) Hoc nomine appellatum eſſe Scriptorem libri מעשה אפוד alibi non legi, cum alias vel *Ephodæus* vel *Periponh Duran* vocetur, qua de re ſub פריפוט dicemus ſuo loco.

(u) Recentiorem hunc eſſe Grammaticum, ex iis apparet, quæ ſupra ſub R. *David f. Schelomo Jechija* diximus.

(x) Enimvero hujus ætas incidit in initium Sæculi XVI, qvod ſupra ſub *Abraham ben Meir de Balmes* oſtendimus.

ditamentum gratiæ, an. 5280. C. 1520. *Præter notatas varietates, quæ inter Catalogum noſtrum & Simonianum intercedunt, id obſervandum eſt, quod Simonius temporis, quo libri ſunt exarati, nunquam meminerit*

Finis Catalogi.

Titulus Grammaticæ R. Judæ Hhiug.

Hic eſt liber artis Grammaticæ Lingvæ Sanctæ primi & præſtantiſſimi Grammaticorum Sapientis R. Judæ Hhiug Feſſani ex urbe Feſſa cognominati. Eum librum tranſtulit in lingvam noſtram ſanctam Sapiens Grammaticus, R. *Moſes f. Gecatilia* f. R. *Samuel Sagan Haccohanim* p. m. Ipſe eſt auctor libri de dictionibus maſculini & feminini generis (miſerere mei DEUS!) R. Ezechias Roman, (DEUS eum cuſtodiat) filius Bacoda ſcripſit eum hic in urbe magna CPoli civitate Regis & potentis Sultani Mahomedis (efferatur majeſtas ejus!) menſe Adar anno ſexto regni ejus, anno qvoniam שׁמך 360. (C. 1600.) nomen tuum invocatum eſt ſuper urbem tuam & ſuper populum tuum.

Non deſunt, quæ ad hanc deſignationem moneri vel poſſent, vel deberent: ſed illa rectius reſervantur eum in locum, in qvo de ſingulis hic memoratis dicendi dabitur occaſio. Non pauca vero in Catalogo, qvalem Simonius dedit, hinc emendari poſſe Lector, ex facta a nobis comparatione, per ſe intelliget. Speciminis loco ea ſint, quæ Vener. *Val. Erneſt. Löſcherus* in eximio commentario de Cauſis Lingvæ Ebrææ p. 151. cum hanc ſeriem ex Simonio repetiiſſet, deſideravit. Recte enim putat, corruptum hic eſſe *Adonim Bentamim*, qvod facta diviſione legendum ex noſtro eſt בֶּן תָּמִים i. *filius Tamim*, ſive perfecti. Eidem nomen *Scelemo ben Gamrot* corruptum recte viſum eſt, pro quo noſter exhibet *Salomon* f. *Gabrieli*. Qvod vero ad *Schelomo ben Rabbin* attinet, id nomen ita accipiendum eſt, ut cum ſequente *Jacob Amoli* conjungatur; ſic enim recte ſe habebit hoc modo: *Schelomo ben R. Jacob Almoli.* Idem Vir eruditiſſimus ſupinam agnoſcit Scriptoris Catalogi negligentiam, quando unum auctorem R. Ioſephum bis, primum in auctoribus Sæculi XIV. ante Ephodæum, tum inter eos, qui Sæculo XVI. ſcripſerunt, poſt Balmeſium collocat, unumque & eundem ejus librum בעל הלשון ſub diverſo *auctoris lingvæ* & *Magiſtri verborum* titulo allegavit. Enimvero ex noſtro Catalogo patet, diverſos eſſe quod ad cognomen auctores, quibus prænomen commune fuit: prior enim vocatur R. *Ioſeph f. Iudæ*

f. *Sacut*, qui ſcripſit, *Magiſtrum linguæ*, ſive בַּעַל הַלָּשׁוֹן quo titulo ejus fit mentio in ש"י ita ut ſimpliciter vocetur ר' יוסף ac liber ejus dicatur commentari de vocibus & radicibus. Plantavitius num. 101. Biblioth. ait, eum ſibi tantum ex præfat. Marini ad Theſaurum Grammaticum ſive potius ad Arcam Noæ notum eſſe. Poſterior dicitur hic R. *Ioſeph Zarka* זרקא qvi ſcripſerit Magiſtrum verborum, qvod Hebraice dixeris בעל הדברים vel etiam מוֹרֵה הדברים. Hujus fit etiam mentio in *Schalſcheleth hakkabbala* pag. 63. b. in fine, diciturque ſcripſiſſe librum Grammaticum ſub titulo רַב פְּעָלִים qui idem forte exprimit, qvod in Catalogo latine ſignificatur: רב enim pro Magiſtro & פעלים pro verbis accipi poteſt. Non dubito, eundem hunc eſſe, qui in præfat. ad שלטי הגבורים vocatur ר' יהוסף זרקא הסופר Reliqua ex Catalogo ipſo perſpicientur. Ceterum de re Iudæorum Grammatica, ejusque initiis primis, inſecutisque incrementis præter *Morinum* tum in *Exercitt. Biblicis* l. c. tum cap. I. Grammat. Samaritanæ, quæ in Opuſculis ejus Hebræo-Samaritanis exſtat, *Richardum Simonium*, &, qui in illos nonnunquam animadvertit, *Læſcherum* l. c. vide *Io. Henr. Hottingerum* in Hiſtoria Eccleſ. N. T. Sæculo XII. p. 258. & Sæculo XIV. itemque V. C. *Io. Iac. Schudt* in præfat. ad Genium & Indolem lingvæ Sanctæ. Me quoque in Hiſtoria Lexicorum Hebraicorum de eodem argumento dicere memini. Ex Judæis antiqviores Grammaticos ſtrictim recenſent Gedalias in *Schalſcheleth* pag. 39. b. Abrah. ben Dior in calce libri Cabbalæ & Aben Eſra in præfat. ad lib. *Moſne Hallaſchon*. Nunc ad inſtitutum noſtrum redibimus.

540. **דריוש בן אחשורוש** DARIUS I. filius Ahasveri, cujus mentio Daniel. IX. 1. Legatur de eo *Ioſephus Pſeudo Gorionides* lib. I. c. 3. p. 7. Epiſtola ab eo ſcripta ad gentes omnes legitur Dan. VI. 26. Judæorum de eo fabulas collegit Bartoloccius Tomo II. Biblioth. Rabbin. p. 368. ſqq. cujus exemplo ejus hic fecimus mentionem. Idem eodem loco p. 375. ſeq. memorat *Darium* II. cujus decretum de templo reparando exſtat Eſræ VI. 11. De inſolente nominis דָּרְיָוֶשׁ & aliorum ſimilium punctatione, qvæ nonnullis viſa eſt v. c. *Thomæ Hydio* de religione veterum Perſarum p. 43. 44. & 66. & *Steph. Morino* de Lingva primæva p. 381. &c. quid ſentiendum ſit, alibi diſputandum ſumam.

Digitized by Google

ח

האיי גאון HAI GAON f. *Rav Serira Gaon*, *f. Rav Chananja Gaon*, f. *Rav Juda Gaon*, ultimus ex Geonim, qvorum claſſis duravit per 448. annos. Refert illum R. *David Ganz* in *Zemach David* ad ann. 4757. C. 997. quo ipſo eum Præſidem Scholæ vivo adhuc Parente conſtitutum ait anno æt. 29, cui deinde muneri per 40. annos præfuerit. Eundem teſtatur legis doctrinam diligentius & felicius urſiſſe (הרביץ qvod obſcure admodum Vorſtius in verſione exprimit per: *recumbere fecit legem*) qvam omnes Geonim, neqve fuiſſe ipſi inter reliqvos ſimilem. Obiit is, ſi Ganzium audimus, an. 4797. C. 1037. æt. 69. Vide plura in *Iuchaſin* p. 125. a. *Schalſcheleth hakkabala* pag. 37. & qui omnibus his prior eſt, *Abrab. ben Dior* in lib. Cabbalæ, pag. 13. ubi tamen mors ejus in an. 4798. C. 1038. refertur, qvod puto rectius, niſi typographi ſphalma ibi occurrere ſtatuas cum & *Iuchaſin* p. 130. b. eundem annum ponat. Cetera Ganzius cum Abrahamo ita conſentit, ut ipſa ejus verba repetat. Lege etiam *Io. Henr. Hettingerum* in Hiſtoria Eccleſ. N. T. Seculo XI. p. 495. ubi tamen memoriæ vitio dicitur, in *Zemach David* ei 39. in Schalſcheleth vero 40. annos Rectoratus tribui. Utrinqve enim 40. anni illi adſcribuntur. Ex ſcriptis ejus adhuc ſupereſt 541.

1.) ס׳ מִקָּח וּמִמְכָּר liber de emtione & venditione, qui in ſexaginta dividitur ſectiones, quæ exponunt de emtione & venditione, de *contractibus cum pignore* i. e. הַמַּשְׁכּוֹן ut & cauſis ac inſtitutis pecuniariis דִּינֵי מַמּוֹנוֹת tum de מִשְׁפְּטֵי הַתַּנָּאִים *Iudiciis Tannaim* ſive *Miſchnicorum* circa pignora, ac denique מִשְׁפְּטֵי הַלְוָאוֹת ſive *judiciis circa mutuum*, qvæ omnia uno illo volumine comprehenſa prodierunt *Venet.* 362. C. 1602. 4. Jo. Buxtorfius in Bibl. Rabbin. p. 377. librum hunc tribuit R. *Samueli Sacerdoti* f. *Chophni*, auctoritate libri Iuchaſin p. 130. b. ad qvem provocat. Sed is quidem locus minus recte non nemini ab eo intellectus videtur. Ita enim habet: רבינו האיי גאון נפטר שנת הש״צ״ח ד׳ שנים אחר פטירת חותנו רב שמואל בן חפני גאון וחבר ספר מקח וממכר וס׳ שבועות וס׳ מצרנות וספרים אחרים h. e. *Doctor noſter Hai Gaon obiit anno 4798. quatuor annis poſt obitum ſoceri*

ſui

Digitized by Google

ſui Rab. Samuel f. Chophni Gaon, & ſcripſit librum &c. Hinc videri poterant libri, qui hic memorantur, in Iuchaſin omnino referri ad ipſum *Hai,* non vero, ut *Buxtorfius* accepit, ad *Samuelem f. Chophni,* cujus tantum mentio obiter fit, ad annum H*ai* hujus emortualem rectius definiendum. Video tamen eodem modo qvo Buxtorf. locum hunc intellexiſſe & *Zemach David* ad an. 4794. & R. Schabbatæum in ש״י. Confirmari aliqvis in priori interpretatione poſſet ex eo, qvod Iuchaſin nusquam alibi, v. c. pag. 125. a. ubi noſtri hujus H*ai* meminit, ſcripta ejus commemoret, quæ tamen prorſus ab eo omiſſa eſſe vix veri videtur ſimile, qvamvis ibidem qvoqve p. 125. b. l. 2. multa a *Samuele* ſcripta prodiiſſe teſtetur, qvorum tamen nullum itidem nominatim recenſet.

2.) מִשְׁפְּטֵי שְׁבוּעוֹת *judicia juramentorum* liber in viginti ſectiones diſtinctus, qvem, tanqvam a priore diſtinctum, qvamvis eodem anno *Venetiis* 362. C 1602. 4. editum memorat Bartoloccius & ש״י. Plantavitius autem num. 431. recenſet & hunc & priores, qvos num. 1. recenſuimus libros, tanquam uno volumine comprehenſos.

3.) מוּסַר הַשֵּׂכֶל *inſtitutio intellectus* vel שירי מוסר השכל ex *Prov.* I. 3. liber rhythmicus, ad mores formandos virtutesqve docendas pertinens, cujus editiones binas, *Pariſienſem* 322. C. 1562. & *Venetam* 339. C. 1579. 8. memorat ש״י & Bartoloccius totidem alias, nempe *CPolitanam* 293. C. 1533. ut & in *Fano Fortunæ* cum שערי תשובה R. *Ionæ Cordubenſis*. 4. Qvæ Pariſienſis editio hic memoratur, eam puto eſſe, quam cum Latina ſua verſione edidit Pariſiis *Io. Mercerus* non an. 1559. 4. ut *Bartolocc.* habet, ſed 1561. 8. Addenda eſt Hamburgenſis a *Caſp. Seidelio* in Manipulo lingvæ Sanctæ 1638. 4. curata, ſub titulo: מוסר השכל במליצה cum verſione Latina *Iac. Eberti.* Exſtat qvoqve MS. in B. Vatic. 4. & in Urbinat.

4.) פֵּירוּשׁ לְכַמָּה שֵׁמוֹת מ״ב וע״ב comm. in nomina divina 42. & 72. literarum MS. laudatur in (y) *Noſlos chochma* p. 195. a. qvi tum a noſtro hoc ab aliis Sapientibus ſcriptus ſit.

5.) פִּתְרוֹן חֲלוֹמוֹת *interpretatio ſomniorum*, exſtat in libro ejusdem titu-

(y) Conſtat Judæos ex Principiis Cabbaliſticis effingere & deducere nomina Dei nunc duodecim, nunc duarum & viginti, nunc 42. nunc 72. literarum, de quorum ratione & myſteriis ſubtiliſſime expoſuit *Moſes Corducro* in Pardes Rimmonim, & ex eo *Athanaſ. Kirchcrus* in Oedipo Ægypt. Tomo, II, p. 232. ſqq.

tituli, qvem R. *Schelomo Almoli* de ſomniis interpretandis ex Talmude, Sohar, libris *Ioſephi Iuſti*, Rabbenu *Hai Gaon* & aliis congeſſit. Prodit *CPoli*, *Cracoviæ*, *Venetiis* 383. C. 1623. 12. *Amſtelod.* 396. 8. C. 1636. iterumque 402. C. 1642. & *Wilmersdorfii* cum שערי ציון 1690. Plantavitius num. 591. & Bartoloccius librum hunc totum adſcribere videntur *Hai* noſtro, minus recte. *Samueli* enim *Almolio* vindicat ש״י Seorſim tamen *Onirocriticon* R. Hai recenſetur MS. in Bibl. Leidenſi pag. 285. n. 34. idemque allegat *Gilb. Gaulminus* in notis ad Vitam Moſis pag. 203. ubi hanc ejus aſſertionem affert: *qui videt ſibi coronam aut galeam tolli, ejus fortuna minuetur.* Adde pag. 219. & 385.

6.) Qvæſtiones ejus & reſponſiones ſupêr librum *Iezira* MS. legi in B. Vatic. teſtatur Bartoloccius.

7.) *Schalſchelet* pag. 37. b. l. 4. a fine de noſtri ſcriptis ita: וחבר ספרים ופסקים ובתוכם ספר הדינים וס׳ שבועות וס׳ מקח וממכר וספר הפקדון. h. e. *Scripſit libros & deciſiones, interque eas librum judiciorum ſive rituum, librum de juramentis, librum de emtione, ut & de depoſito.* Nihil hic memorari, qvod non libris modo recenſitis comprehendi poſſit, facile apparet: unde minus recte librum הפקדון tanquam a prioribus diſtinctum attuliſſe exiſtimandus eſt Ba. non enim dubito, eundem hunc pertinere ad דיני ממונות de qvo num. 1. diximus. Ita Bartoloccius non magis recte noſtro tribuit libros duos Cabbaliſticos, alterum ſub titulo קול יהוה בכח i. e. *vox Domini cum robore*, alterum ס׳ הקמיצה i. e. *librum collectionis*, qvi uterqve in Catalogo libb. Cabbaliſt. libro יצירה ed. Mantuan. ſubjuncto citantur. Sed illi quidem pertinent ad Hai *Gaon ben David*, de qvo ſtatim. Ibidem Bartoloccius ad eundem Catalogum provocans noſtro tribuit ספר מצרנות *lib. de confinio*, qui tamen in eo non recenſetur, & potius ad R. *Samuelem* f. *Chophni* pertinet, de quo ſuo loco. Ceterum hujus *Hai* commentarios a Judæis in Babylonia inprimis teri manibusque tractari, eundemque ad radices montis Sinai ſepultum eſſe tradit Petachias itinerario p. 178. edit. Wagenſeilii.

רב האי בר דוד RAB HAI f. DAVID, qvi vixit A. 542.
M. 4648. C. 888. Huic ש״י tribuit duos libros Cabbaliſticos, qvos ultimo loco ſub *Hai Gaon* antecedente recenſuimus. Vide de noſtro *Schalſchelet*

Digitized by Google

ſcheleth pag. 37. b. ubi ſcriptum ejus nullum memoratur, obitus vero in annum 4653. C. 893. refertur

הא״רי i. e. ר׳ יצחק לוריא de qvo ſuo loco.

543. הבל HABEL, (a) Adami filius a Caino fratre occiſus, cujus cum Caino colloqvium fuſius refert Targum Hieroſolymitanum ad Gen. IV. 7. præter auctoritatem Codicis Hebræi, in qvo nec legitur hodie qvidquam illius ſermonis, nec unquam lectum fuiſſe merito exiſtimamus: quam in rem multa tum ab aliis tum a noſtratibus nominatimque B. *Auguſto Pfeiffero* ſingulari Exercitat. de Colloqvio Abelis & Caini Tomo I. Opp. ejus Philologic. p. 513. ſq. recuſa & *Theod. Hackſpanio* de Uſu libb. Talmudic. p. 407. ſeq. diſputata ſunt. Confer eruditiſſimi & ſæpe nobis laudati *Io. Alberti Fabricii* Pſeudepigrapha V. T. p. 105. Nuperrime Cl. *Bernardus de Montfaucon* Tomo I. Hexaplorum Origenis pag. 19. ex ſcholio Codicis cujusdam MS. monuit, verba illa διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον quæ verſio τῶν LXX. exhibet, in Hebræo non exſtare, & in ſola Aqvilæ verſione legi, quia Hebræi dicant, in Apocrypho legi. Inſpice ibidem eruditiſſimi Editoris notas. Nec parum ponderis ad noſtram ſententiam affert, quod ſignum lacunæ, in MSS. editis & Codicibus obvium, in illis Codd. non inveniatur, quibus Synagogæ Judæorum utuntur. Obſervavit hoc *Rich. Simon* in Bibl. Critica Tomo IV. ep. 27. Longe minorem fidem merentur, quæ nonnulli de libro ejus, qvo Planetarum vires rerumqve mundanarum virtutes deſcripſerit, tradunt: qvam in rem vide *Thomam Bangium* in Cœlo Orientis pag. 143. & laudatiſſimum Fabricium l. c. pag. 112.

Alia qvoqve hujus generis ſcripta ſub Abelis nomine & olim venditata fuiſſe, & adhuc circumferri teſtatur *Cornel Agrippa* c. 42. de Vanitate Scientiarum his verbis: Ex horum Goëticorum anagyri profluxerunt omnes iſti tenebrarum libri, qvos improbatæ lectionis Ulpianus JCtus appellat, protinusque corrumpendos ſtatuit. Cujusmodi primus excogitaſſe dicitur Zabulus qvidam, illicitis artibus deditus, deinde

(a) *Habel* non *Abel* ſcribendum eſſe recte monuit *Io. Druſius* in comment. priore ad voces Hebr. N. T. pag. 5. Sic enim omnium optime cavebitur confuſio diverſorum nominum אבל i. e. *lugens*, ſeu *luctus* & הבל i. e. *vanitas*. Fraudi hoc fuiſſe veteribus Eccleſiæ Doctoribus nemini non conſtat, qvam in rem vide *Druſium* l. c. & *Svicerum* in Theſauro Eccleſ. p. 6.

Digitized by Google

inde Barnabas quidam Cyprius; & hodie adhuc circumferuntur libri ſub nominibus Adæ, *ABELIS*, Enoch, Abrahæ & Salomonis.

הומין בן יצחק v. infra חנין f. *Iſaac.*

הומירוס HOMERUS, Græcorum poëta præſtantiſſimus, quem indicari puto ſub nomine אומירי cujus pauca quædam apophthegmata referruntur in libro מוסרי הפילוסופים Sect. II. cap. 14. 544

Idem Homerus innuitur ſub nomine המירס in Gemara Hieroſolymit. ad caput Cheleck Cod. Sanhedrin & caput ultimum Tractatus ידים ubi, cum librorum externorum lectio prohibetur, hæc verba leguntur: *R. Akiba dicit, etiam qui legit libros exteros, ſicut libros Ben Siræ & Ben Laanæ; ſed libri Hamiras & omnes, qui ſcripti ſunt ex eo tempore huc usque, ſi quis eos legat, perinde eſt, ac ſi quis legat epiſtolam.* Inter Hebræos quidem ipſos non convenit, quis ſub illo המירס intelligatur, unde & Maimonides nomen effert מירם quaſi ὁ ה ſit emphaticum, auctor vero *Aruch* מירוס. R. *Aſarias* tamen in *Meor Enajim* p. 29. b. rem acu tetigit, quando ſtatuit, innui אומירו משורר i. e. *Homerum Poëtam*, qvod ex aliis ſe audiviſſe teſtatur. Sic *David de Pomis* in Lexico ſuo(*) מרוס aut מירוס ait eſſe animal qvoddam, ac præterea vero notare librum, cujus auctor hæreticus fuerit, qvo ipſo Homerum manifeſte indicat. Cum igitur nemo temere dubitare poſſit, Hebræos in lectione & pronunciatione nominis peregrini ομηρος facile errare potuiſſe, mirum eſt, *Scip. Sgambatum* in Archivis V. T. p. 453. dubium hæſiſſe, utri errarint, Græcine, qui המירס per ὅμηρος, an Hebræi qui per מירס ὁ ה abjecto pronunciarint. Suſpicatur enim, nomen olim fuiſſe appellativum, *Mer* vel *Mir*, qvi apud Arabas & Phœnicas honoris fuerit titulus. Imo eo is procedit, ut pag. 454. Homerum Judæum fuiſſe opinetur, eo quod inter ipſos Græcos de patria ejus fuerit dubitatum, Gemara vero Hieroſol. inter Hebræos, *Ben Sira* & *Ben Laana* eum reponat. *Certe*, ita pergit, *Homeritæ populi Aethiopum Aſianorum, Arabiæ finitimi Hebræi aut Hebr. religionis fuere. Certe Homeri ſententias plures e libris Moſis excerptas* Xx 2 *facile*

(*) Pomiſii verba pag. 130 b ita habent: מרוס או מירוס מין חיוה וספר שהמחבר כופר בעקר ע'. quod italice ipſe interpretatur: *Sorte di fera & il libro di Homero, over' heretico.*

facile eſt annotare. Nec videri poteſt novum, ſi nomen Homeri ex articulo ὁ & nomine Meros *coaluerit, cum contra acciderit in nomine* Homidas. *Etenim Heſychius ὀμίδας ſcribit, qui vulgo omnibus vocatur Midas.* Unusquisqve, me non monente, intelligit, conjecturas has non magis ulla veri ſpecie ſe probare, qvam illas Virorum doctorum, qvorum alter in *Homero Hebræo* Homeri nomen ex Hebræo אומר i. e. *Orator*, vel *commentarius*, qui de rebus Iſraelitarum exponat, fictum putavit, alter ſub hac larva *Salomonem* latere opinatus eſt. Ad noſtrum inſtitutum ſufficit, ex dictis perſpexiſſe, qvod Homerus Judæis etiam antiqvioribus adeo non fuerit ignotus, ut potius vel Hebraice vel alia qvacunqve lingua converſum *inſtar epiſtolæ*, h. e. ut Aſarias l. c. interpretatur, ſine accurato ſtudio eum legi poſſe cenſuerint.

הונין בן יצחק HONAIN f. *Iſaac* vide חנין בן יצחק

הורוויץ HORUIZ vide infra *Schabtai Schaphtel Horwitz Hallevi.*

545. הוגו ברוגהטונוס HUGO BROUGHTONUS, Anglus eruditus, qvi obiit an. 1612. 4. Auguſti, hoc loco ideo a nobis memorandus, qvod

1.) Reſponſionem ad epiſtolam Judæi, cognitionem fidei Chriſtianæ expetentis, edidit hebraice & Latine, Amſtelod. 1606. 4. Eam Hebraicis licet & phraſibus puris inſtructam, legentium tamen Judæorum aures ob ſtructuram minus idoneam offendere teſtatur doctiſſimus *Adamus Andr. Cnollen* in Relationibus Innoxiis an. 1713. p. 79.

2.) Ejusdem מִשְׁפַּחַת דָּוִד *familia Davidis, qvatenus regnum ſpectat cum Chronographia Sacra ad redemtionem usque continuata*, ad Sereniſſ. Principem Henricum Potentiſſ. Regis M. Britann. filium primogenitum. Amſtelod. apud Zach. Heinſium 1605. 8. hebr. & Lat. paginis octo. Præmiſit Broughtonus epiſtolam ad *Abrab. Rubeni*, Archiſynagogum CPolitanum, ex qua apparet, animum ipſi fuiſſe, huic Judæo doctrinam Chriſtianam proponendi.

De reliqvis ejus ſcriptis variis lege Henning. *Wittenii* Diarium Biograph. ad an. 1612. 4. Aug. qvibus adde Orationem ejus Græcam ad Genevenſes habitam *περὶ τῆς καταβάσεως εἰς ᾅδου de deſcenſu ad inferos*, de qva confer Obſervationes HallenſesSelectas Tom. III. pag. 198. Th. Hayne in præf. ad tract. de *Cognatione Lingvarum* pag. 15. ed. Amſtelod. a

Cl.

Cl. Crenio 1699. 8. in Analectis curatum meminit Lexici a Broughtono ex LXX. Intt. ad intelligentiam N. T. confecti & a ſe (Haynio) Bibliothecæ Collegii Sionenſis donati. Vide de eodem *Thomam Gatakerum* lib. II. c. 2. Cinni pag. 276.

הושעיא רבא HOSCHAJA RABBA *bar Chamma, bar Biſna,* qvi etiam vocari ſolet אושעיא æqualis *Rabbenu Hakkadoſch*, ejusqve diſcipulus A. M. 3955. C. 195. quem Hiſtorici Judæorum teſtantur ſutoris officium præſtitiſſe meretricibus. Vide *Schalſcheleth* p. 32. b. *Iuchaſin* p. 90. b. ex *Kidduſchin* c. 1. & *Sanhedrin* c. 1. In Talmude Babylonico vocatur ſæpe בריבי i. e. *filius Ribbi*: vide *Erubbin* c. 5. p. 53. ubi valde laudatur. Hic una cum R. *Chija* ſcripſiſſe creditur 546.

1) תוספתא ſive תוספתות i. e. additiones ad Miſchnajoth, quas tamen alii ſoli R. *Chija* tribuunt, ut *Sabalſcheleth* p. 32. b. alii Rav *Kappara* vindicant, quod fit in libro Cabbalæ: vide de his ſuo loco. Eidem debentur

2) בריתות nonnullæ, h. e. *extravagantes* ſive *externæ Miſchnæ explicationes*, hoc nomine dictæ, quod extra ſcholam *Rabbenu* Hakkadoſch promulgatæ & receptæ fuerunt. Quædam earum ſuperſunt v. c. in *Peſachim* c. 4. Vide etiam *lib. Cabbalæ* p. 7. *Iuchaſin* p. 84. *Schalſcheleth* p. 32. & *Zemach David* ad an. 3979.

3) מכלתות eidem & R. *bar* Kappara itemque R: *Iſmael* adſcribuntur in *Schalſcheleth* l. c. Confer inſcriptionem מדרש מכילתא ed. *Veneta* 5305. C. 1545. fol.

4) בראשית רבה *Geneſis magna*, commentarius amplus in Miſchnajoth, ad qvem conficiendum aliorum opera eum uſum eſſe teſtatur auctor præfat. ad librum צדה לדרך. Neqve vero confundendus hic liber eſt cum altero ejusdem tituli, a diverſo auctore, nempe *Rabba Bar Nachmoni* confecto, de qvo ſuo loco. Hoc diſerte monet ש"י & *Zemach David* l. c. qvando ait: ר' אושעיה רבה הנזכר חבר בראשית רבה ואינו בראשית רבה שחבר רבה בר נחמני h. e. *R. Oſchaja Rabba laudatus compoſuit Bereſchith Rabba, quod non eſt Bereſchith Rabba, cujus auctor eſt Rabba bar Nachmani.* Interpres Latinus adeo hæc non cepit, ut in contrarium ſenſum perverteret p. 109. R. *Oſchia Raba*

Digitized by Google

da memoratus compoſuit Bereſchith Rabba, quam congeſſit Raba bar Nehemiæ. Ceterum hujus *Hoſchajæ* explicationes Miſchnicas tanti olim fecerunt Talmudiſtæ, ut illas & R. Chijæ ceteris omnibus præferrent. Vide Cod. *Cholin* c. 22. p. 141.

הי״ב i. e. *Iitzchach Aben* סיד, quod nomen vide.

547. הֶגִיסִיפּוּס HEGESIPPUS ex Judæo Chriſtianus teſte Euſebio IV. 22. Hiſt. Eccl, Sæculo II. poſt C. N. ineunte natus & ſub Commodi imperio, inclinante Sæculo II., mortuus ceu teſtatur Chronicon Alexandr. ad Commodi annum I. Hujus meminit Bartoloccius Tomo II. p. 782. & laudat ejus commentarios Actuum Apoſtolic. libris 5. comprehenſos, ex qvibus pauca tantum ejus fragmenta in Euſebii & Photii ſcriptis hinc inde diſperſa ſuperſunt, quæ diligenter collegit *Jo. Ern. Grabe* Tomo II. Spicileg. Patrum p. 203. ſq. Hæc hoc loco ſufficiant de noſtro, de qvo inter ceteros Scriptorum Eccleſiaſticorum collectores lege *Gvil. Cavei* Hiſtor. Lit. p. 44. & *Henr. Valeſium* in notis ad Euſebii Hiſt. p. 39. & 63.

548. הֶגִיסִיפּוּס HEGESIPPUS junior, cujus hiſtoria de Excidio urbis Hieroſolymitanæ lat. tum ſeorſim tum in Bibliothecis PP. edita exſtat, inclinante Sæculo IV. poſt C. N. vixit, qvod tum ex Φράσει, tum ex rebus ab ipſo commemoratis, & freqventiore ſpeciatim CPoleos mentione apparet. Imo ſunt, qvi non præter rem exiſtimant, *Ambroſio*, qui illa ætate vixit, qvidquid hujus commentationis eſt, acceptum ferri debere, qui ex *Joſephi* Antiqvitt. Hebr. & belli Judaici deſcriptione hoccompendium effinxerit, cum & dictio Ambroſium referat, & MSS. qvædam nomen ejus exhibeant. *Joſephi* certe ſeu *Joſippi* epitomen quaſi eſſe res ipſa docet, nec deſunt, qui ipſum Hegeſippi nomen ex *Ioſippi* nomine deflexum & formatum volunt. *Paulus* enim *Colomeſius* in Paralipom. ad Cavei Cantophyl. in vetuſtis Iſ. Voſſii membranis, eraſo *Ioſippi* nomine *Hegeſippi* ſurrogatum vidit. Fuſius hæc ediſſerunt poſt Voſſium II. 7. de Hiſtor. Græc. & Colomeſium l. c. *Caveus* Hiſt. Lit. p. 169. Cl. *Burchard Gotthelff Struvius* in diſſ. de doctis Impoſtoribus Introductioni in Hiſt. Lit. ſubjuncta, & Cl. *Io. Mollerus* in Homonymoſcop. p. 454. Nos hunc exemplo magis Bartoloccii, quam re ita poſtulante hoc loco commemoravimus, præcipue cum B. minus accurate hic verſari videremus.

Digitized by Google

הירונימו די סנטא פידה HIERONYMUS *de Sancta Fide*: v. infra יהשע לורקי.

הניב HENEB, ex Iudæo Chriſtianus, qui ſcripſit differt. de Sancta Paraſceve & de Paſſione Servatoris noſtri hebraice, quam Græcam fecit *Nicodemus Princeps Romanorum*. Legitur illa græce in Bibl. Vatic. n. 1774. 549.

הירץ HIRTZ Archiſynagogus Francofurt. ſcr. animadverſiones in מהר"יל quæ cum libro ipſo prodierunt Hanov. 328. C. 1628. 8. v. infra R. *Jacob Levi*. 550.

הירץ HIRTZ *Geonæus* quidam, cujus *qvv. & reſp.* cum ſimilibus quæſt. alius Gœnæi *Eliæ* exſtant MSS. in B. Oppenheimeri. 4. 551.

ר' הירש R. HIRSCH, Archiſynagogus Lublinenſ. & Francofurt. obiit, anno 442. C. 1682. Vide *Zemach David* continuatum pag. 48. b. 552.

הירש HIRSCH vide infra נפתלי & צבי.

הלל הזקן HILLEL Senior: vide inter Miſchnicos ſuo loco.

הלל הנשיא HILLEL Princeps vide inter Miſchnicos.

הלל בן ר' שמואל HILLEL f. R. SAMUEL f. R. *Eleazaris*, Veronenſis, ſcripſit tract. *de anima*, in duas partes diviſum: qvorum prior de eſſentia & potentiis ejus, poſterior de præmio & pœna, paradiſo ſcilicet & inferno præcipit. MS. in Bibl. Urbinat. 553.

ר' הלל בן נפתלי הירץ R. HILLEL ben *Naphthali Hirtz* f. Hirſch, Rabbinus Sæculi XVII. variis Synagogis Germaniæ nominatimqve Altonauiæ & Hamburgi, Lithuaniæ & Poloniæ olim præfectus, ac tandem *Solcovii* זאלקוו prope Leopolini Ruſſorum an. 430. C. 1670. æt. 75. defunctus. Scripſit ille בית הלל *domus Hillelis*, ſ. commentar. in *Iore Dea* pp. 134. & *Even Haëſer* pp. 49. qui ſunt Ordines bini *Schulchan Aruch*. Prod. *Dyrenfurti* 451. C. 1691. fol. editus a filio 554.

R. Mo-

R. *Moſe*, qui in præfatione teſtatur Patrem ſuum in Pentateuchum & reliquas partes *Schulchan Aruch* ſcripſiſſe, quæ non prodierunt.

555. המנונה *Hammenuna*, preces ejus Hebraicæ MSS. exſtant inter Codd. Warnerianos in Bibl. Leidenſi: vide ejus Catalogum p. 285. n. 22. In *Noſtos chochma* eædem MSS. & ad editionem paratæ dicuntur p. 195. a. In *Ialkuth Rubeni Gadol* citatus aliqvoties ס׳ רב המנונה סבע Locum quendam ejusdem affert Menaſſe ben Iſrael in *Problematibus de Creatione* p. 108. & quidem ex libro *Zohar*, ubi dicitur: *apud R. AMENONA, antiquum Scriptorem, idem iſtud magis declaratur: hic enim ait, mundum circulum ſive ſphæram eſſe, in qua alii homines ſupra, alii infra ſint, ut antipodes &c.* In limine Zohar alius qvoqve ejus locus affertur de eo, cur ſub legis initium in בראשית ברא duo ב occurrant? Conf. Sgambati Archiva V. T. p. 9.

הענדל HENDEL: v. infra *Manoach Hendel.*

הפוקראט HIPPOCRATES: v. ſupra אפוקראט.

הר״אש i. e. הרב רבינו אשר *Dominus Doctor noſter Aſcher.*

הרא״ם i. e. חחכם ר׳ אליהו מזרחי *Sapiens Elias Orientalis.* v. *Elias Miſrachi.*

הר״אש i. e. R. *Aaron b. Ioſ. Saſon.*

556. הרבנוס HERBANUS, Judæus, notus ex diſputatione illa, quæ *Gregentio* Archiepiſcopo Tapharenſi in Arabia Sæculo VI. poſt C. N. fere medio cum eo interceſſit. Acta illius diſputationis gr. & latine leguntur edita a *Nic. Gulonio* Pariſ. 1586. 8. & in Auctario Ducæano Tomo I. ſed non mendoſe minus, quam mutile. Integrum vero opus MS. exſtat in Biblioth. Vindobon. Vide plura de illis in *Guil. Cavei* Hiſtoria Literaria Scriptorum Eccleſ. p. 291. & 337. De converſione Judæorum, cui hæc diſputatio viam muniit, vide *Ioſ. Carolum Imbonatum* in Biblioth. Latino-Hebr. p. 58. ſqq.

557. הרמנוס HERMANNUS, Judæus ad CHRISTI ſacra converſus, qui vixit ſub Henrico V. Imperatore Sæculo XII. atque adeo *Bernhardi*, Abbatis Claræ vallenſis æqvalis. Converſionis hiſtoriam ipſe expoſuit, nec pauca de moribus iſtius ſæculi commemoravit ſcripto ſingulari Latino, quod ex MS. Bibliothecæ Paulinæ Lipſienſis primus edidit

Digitized by Google

didit J. Bened. Carpzovius, in calce Pugionis Fidei Raymundi Martini recuſi Lipſ. 1687. fol. In limine illius narrationis ait ſe in Judaismo dictum *Iudam* ex tribu *Levi*, Coloniamque patriam habuiſſe. Conf. V. C. *Iac. Baſnagii* Hiſtoriam Judaic. Tom. V. 1642. b. qui jam p. 1613. *Hermanni*, Ex Judæi, meminerat, quem a noſtro hoc diſtinxiſſe videtur, quod fieri non debet.

הרא״בד *Provincialis*, a Provincia, unde oriundus erat, dictus, 568.
patria ceteroquin Mantuanus, qui nomen ſuum per ſcriptionis compendium ita expreſſit in præfatione, quam præmiſit libro ראשית חכמה Venet. 353. C. 1593. 8. Alias hoc compendium explicari debet per *Abraham ben David* vel *ben Dior*, quod forte & hic faciendum eſt: unde & ſupra ſuo loco hoc nomen collocavimus.

ו

אבו וליד מרון בן גנאי ABU WALID MA- 559.
RON f. GANNAI, qvod nomen nonnihil corruptum affert Bartolocc. tanqvam Hebræi Arabis, & Grammaticorum Principis, qvi *Grammaticam & librum radicum* ſcripſerit, qvibus non pauca debeat R. *David Kimchi*. Scilicet hic eſt ille R. *Iona ben Gannach*, de qvo infra ſuo loco dicemus.

וואלף טרויב WOLF TROIV, Archiſynagogus Mo- 560.
guntinus an. 452. C. 1692. v. *Zemach David* continuatum p. 47. b.

וואלף WOLF: v. *ſupra Benjamin Wolf* & infra *Schimon Wolf*.

דון וידאל בן בנבנשתי DON VIDAL f. 561.
BENBENASTE *Aragonenſis*, ſecundus ex Rabbinis ſedecim, qvi contra *Hier. a S. Fide*, Ex Judæum, præſente Benedicto XIII. Papa, diſputarunt. Ejus fit mentio in שֵׁבֶט יְהוּדָה ſive *Hiſtoria Judaica* a *Georg. Gentio* lat. verſa pag. 227. ſq. ubi etiam pag. 231. ſq. oratio ab eo habita ex parte recenſetur, ferturqve p. 230. adeo eleganter dixiſſe latine, ut Pontifex Maximus cum magna animi delectatione Viri ſapientiam & dictionis

Digitized by Google

ſplendorem ſit admiratus. Ibidem pag. 233. ſq. legas Hieronymi a S. Fide reſponſionem. Don *Vidal Benbeniſta* librum מליצה qui ſit mythologicus de Viro qvodam in terra *Nod*, cujus nomen עפר *Epher Buzita* & de femina dicta Dina. *CPoli* 1517. 4. recenſet Catal. Bodlej. p. 231. T. II. Crediderim exſtare in ea collectione, qvæ a libro דברי הימים של משה incipiens prod. *CPoli* anno dicto.

562. מייסר וידאל די טולושה *Magiſter* VITALIS TOLOSANUS, qui circa annum 135. C. 1375. in Catalonia vixit, ſcripſitqve, teſte qvidem Scriptore *Iuchaſin* pag. 133. b.

1.) מַגִּיד מִשְׁנֶה i. e. *indicans duplum* ex *Zachar.* IX. 12. i. e. commentar. in *Maimonidæ* Jad chaſaka, qvi cum ipſo libro aliqvoties prodiit, v. c. Venetiis 5310. C. 1550. fol. & alias, de qvo ſuo loco. Alii qvidem tribuere malunt R. *Jom Tof bar Abraham*, qvod ſuo loco videbimus. Scripſit idem Arabice

2.) Commentarios in *Abu Achmed Algazali* Ismaëlitæ tractatum *de utilitate* Logices, qvi hebr. a R. *Moſe ben Ioſua Narbonenſis* translati cum ſcholiis exſtant in Bibl. Vatic. fol. manu exarati Romæ 5213. C. 1452.

3.) Comm. ejus in *Iobum* MS. in B. Oppenheimeri fol.

563. דון וידאל בן לוי DON VIDAL fil. *Levi* Hiſpanus, ſcripſit

קוֹדֶשׁ קָדָשִׁים *Sanctum Sanctorum*, librum *Ioſua Halorki* i. e. *Hieronymo de Sancta Fide*, Ex Judæo, qvi contra Judæos diſputaverat, oppoſitum. Laudatur etiam in ש״ש ſine commemorato loco aut anno editionis, neqve, puto, unqvam prodiit.

ר׳ וויל vide ſupra R. *Iacob Veil*: & *Car. Maria de Veil* & *Ludov. Veil.*

564. ווילהלם פורטונטוס WILHELMUS FORTUNATUS, Ex Judæus, Sæculo XVII. ad ſalutarem doctrinam converſus, qvod ipſe ſcripto ſingulari vernaculo an. 1639. celebravit. In Dedicatione ad Marchionem Badenſem, in cujus terris deinde medendi artem fecit, profitetur, ſe converſionis conſilia ſuſcepiſſe facta diligenti com-

Novi

Digitized by Google

paratione Veteris Inſtrumenti cum novo, ac propterea recte inter eos numeratur a B. *Martino Difenbachio* p. 169. *Iudæi Converſi*, quibus lectio Novi Fœderis (b) facultatem dedit animum ad meliora convertendi.

ו״ית h. e. ויונתן תרגם *& Jonathan interpretatur Chaldaice.* Venet. 357. 4. C. 1597.

ויקטור VICTOR a CARBE, Judæus Colonienſis, ineunte 565.

Sæculo XVI. æt. 50. ad CHRISTI ſacra converſus, cum Judæi diœceſi Colonienſi ejicerentur in exilium. Hic deinde an. 1509. libros quatuor contra errores Judæorum exaravit, qvod adhuc foribus Eccleſiæ cujusdam Colonienſis, S. Urſulæ ſacræ, inſcriptum legitur. Prodierunt illi Coloniæ 1518. ſub tit. *Propugnaculi.* Liber hic Anti-Judaicus cum colloquio, de fide inter *Mich. Kromerum* Paſtorem Cunicenſem & *Jac. a Bruck* Rabbinum Judaicum habito, recuſus eſt 1550. Ipſe qvidem minus conſultum putat diſputationem cum Judæis ingredi, qui non tam argumentis quam vi (c) convinci & ad frugem revocari velint: ſed vel ſic ipſe hunc laborem in ſe ſuſcepit. Confer V. C. *Jac. Basnagii* Hiſtor. Judaic. Tom. V. pag. 2057.

ז

זאב וואלף ZEEB WOLF fil. *Iude Lev* Rosnienſis ex 566.

Samogitia (מראזניר) ſcripſit

ספר נפן יחידית *librum vitis ſolitariæ*, qui eſt moralis & epanortho-

(b) Plura ejusmodi exempla attulit idem in Judæo Convertendo p. 56. & p. 115. confer B. *Derſchei* Theolog. Zacharianam Parte II. Diſp. I. pag. 48.

(c) Durius habendos eſſe Judæos, ſi converſionis ſpes concipi debeat, tum Divus Lutherus tum alii monuerunt, quam in rem vide quæ attulit B. Difenbachius in *Judæo Convertendo* pag. 106. ſqq. Neque tamen nimis aſpere tractandos eſſe prudenter monuit *Jo. Wulferus* ad Theriacam Judaic. pag. 114 ubi & ſimilis *Gerſonis* locus legitur. Alia Judæos emendandi præſidia Eccleſiaſtica Politica & Scholaſtica commonſtrata ſunt in *Ernesti Frid. Heſſii* Flagello Judæorum auctius germ. edito p. 620. ſqq. Huc etiam pertinent bini tractatus laudati Difenbachii, nempe *Judæus convertendus* Francof. ad Mœn. 1696. 4. & *Judæus Converſus* an. 1709. 4. ut de Wagenſeilii Relationibus ad res Judæorum pertinentibus non dicam.

Digitized by Google

thoticus ſtilo eleganti & biblico ſcriptus, editusque Berolini f. 459. 16. una cum לוּחַ הַחַיִּים de qvo ſub R. *Chajim ben Benjamin Jacob* dicemus.

567. **זאב וואלף בן שמואל** R. ZEEV WOLF fil. *Schemuel Ierslebienſis* Ruſſus, (מיערסלב) ſuperſtes, edidit פִּרְקֵי אָבוֹת cum brevi expoſitione, qvam ex לחם יהודה, מנחה חדשה & aliis libris collegit, ita quidem, ut contextus literis qvadratis & punctatis, expoſitio vero literis Rabbinicis textui ſubſtrata legatur. Amſtelod. 469. C. 1709. 12. 5. plagg. Accedit in fine דְּרוּשׁ עַל הַנְּשָׁמָה ex libro לחם יהודה. Prodiit cum libr. עוֹלַת שַׁבָּת *oblatio Sabbati*, ubi exhibentur preces & hymni veſpertini & matutiniSabbatis, diebus feſtis & ſub Novilunium pronunciandi, una cum יוצרות & תקוני שבת interſperſo commentario.

זונדלש SUNDLASCH vide infra R. *Zevi Hirſch Sundlaſch.*

ר׳ זוסלן R. SUSLAN: vide ſupra אלכסנדר *Haccohen.*

568. **זכות** ZACUTUS, (minus accurate ſcribunt alii צחות) (d) *Luſitanus*, Philoſophus & Medicus, celebris, *Ulyſſipone* an. 5335. C. 1575. natus, deinde Amſtelod. 1625. æt. 50. profectus & Judaismum profeſſus eſt, ibique & medendi artem fecit, & libros ſcripſit, defunctus tandem 1642. ætatis 67. Exſtant ejus

1) Libri tres de PraxiMedica admiranda, Amſtel. 1634. 8. iterumque *Lugd.* 1649. fol.

2) Libri varii de Medicorum Principum hiſtoria, qvorum primus prodiit *Amſtelod.* 1629. 8. auctior recuſus ibidem 1637. 8. & *Lugd.* 1649. 8. IIdus ibidem 1636. III. & IV. ibidem 1637. V. & VI. an. 1638. VII. & VIII. 1641. IX. & X. an. 1642. *Praxis Hiſtoriarum* liber XI. & ultimus ibidem 1642. 8. *Introitus ad Praxin* & Pharmacopœiam, Amſtelod. 1641. 8.

3) De

(d) Hæc ſcribendi ratio effecit, ut *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſpan. Nov. Tom. II. pag. 266. ſuſpicaretur, deſumtum nomen eſſe ex Hebraica voce צחות quæ *nitorem* exprimit: ſed ſcribendum erat זכות, quo nomine auctor libri *Iuchaſin* etiam vocatur.

3) De calculorum morbo varia ſcripſit, junctim edita Lugd. Batav. 1638. 4. Scripta hæc cum aliis, in duos Tomos diſtributa, lucem viderunt Lugd. Bat. 1649. 1657. & 1667. fol. Priore Tomo continentur libri ſex priores de hiſtoria Principum Medicorum, omiſſis quinque poſterioribus ejusdem augumenti. Vita auctoris, a *Ludov. Lemoſo* ſcripta, legitur in limine Tomi Operum prioris, in qua inter cetera monetur, noſtrum alia vel perfecta vel adfecta habuiſſe, v. c. de Chirurgorum Principum hiſtoria, de Regimine Principum, de juniorum Medicorum erroribus, de Medica doctrina ſelecta Hippocratis & Galeni epitome. Vide etiam Nic. Antonium l. c. & *Mercklinum* in Lindenio Renov. p. 1055.

זכריה ABU ZACHARIAS, Grammaticus Hiſpanus, de re 569.
Grammatica ſcripſit, qvo opere Kimchium uſum eſſe ex *Eduardi Pocockii* præf. ad Portam Moſis teſtatur Bartoloccius. (*)

זכריה ZACHARIAS neſcio quis, ſcripſit in *lib. Eſther* com- 570.
mentarium, quem *Venet.* 326. C. 1566. 4. editum eſſe teſtatur R. Schabtai in ש״י. Hunc Vener, *Georg. Serpilius* in Vitis Scriptorum Biblicorum Parte VI. p. 458. ſibi non viſum, a Lipenio autem in Bibliotheca Theologica p. 629. citatum, ſuſpicatur non diverſum eſſe a R. *Iſaaci Leonis ben Eliezer* in eundem librum commentario eodem tempore Venet. 1565. (hunc enim annum Lipenius tribuit commentario Zachariæ) edito. Sed diſtinctum omnino eſſe res ipſa oſtendit, imprimis ſi conferantur, quæ ſub *Jacob Leon* dicemus.

זכריה ZACHARIAS neſcio quis, cujus librum Cabbaliſti- 571.
cum in Bibl. Regis Galliæ MS. exſtare teſtatur *Labbeus* in Biblioth. Nova MSS. p. 279. n. 590.

זכריה הלוי ZACHARIAS *Levita*, ſcriptor commentitius, cui Bartoloc. tribuit השגרות animadverſiones in lib. *Abraham ben David de Kirjath Iearim*, qui exponit de matrimonio & ejus uſu, quem Zacharias confutat. MS. B. Urbinat. Scribere Bartolocc. voluit non זכריה ſed זרחיה vide hoc nomen paulo poſt.

זכריה הספרדי ZACHARIAS *Hiſpanus*, ſcripſit pro- 572.
phetiam, qua per 72. nomina explanare conatur nomen Tetragrammatón. Eam is ad Judæos Hiſpanos miſit, ediſcendamque illis commen-

Yy 3 davit,

(*) Vide præf. illam *** & intelliges, ibi non de *Zacharia*, ſed de *Abulwalid Máron Ibn Ianachi* ſermonem eſſe.

davit, hoc modo adventum Meſſiæ (e) maturaturis. MS. illa exſtat in B. Vatic. 8. & ſcripta videtur A. C. 1285. Ejusdem

אמרי שפר *eloqvia pulchra*, ex *Gen.* XLIX. 21. ibidem MS. in 4. qvi liber in tres partes diſtinctus de ſcientia doctorum Iudaicorum illius ævi exponit.

573. זכריה פורטו ZACHARIAS PORTO, *Urbinas*, incola Florentinus, mercator ditiſſimus, Florentiæ 5431. C. 1671. defunctus, ſcripſit epiſtolam in commendationem libri שלחן ערוך, quæ legitur in fine Partis II. *Iore Dea.* Ejusdem

אֵסֵף הַמַּזְכִּיר (f) *collegit, qui eſt a commentariis*, ex 2. Regg. XVIII. 18. a Rectoribus Scholæ Romanæ poſt auctoris fata editus eſt A. M. 435. C. 1675. 4. In eo recenſentur auctores, qui illuſtrarunt hiſtorias Talmudicas & allegoricas in libro עין ישראל obvias, ut indicis loco eſſe poſſit.

574. זלמן הענא ZALMAN HENA Francofurtenſis ad Mœn. edidit *Zemach David* german. converſum: vide ſupra R. *David Ganz*.

575. זלמן מפוזנא ZALMAN *Poſnenſis*: vide R. *Moſe Kimchi*, ubi de libro מהלך.

זלמן גבאיש vide infra R. *Menachem Zion Salman*.

זלמן הנקדן ZALMAN *Punctator*: v. infra ר׳ יקותיאל הכהן.

זלמן שור בן נפתלי הירש vide ſupra *Ephraim Salman Schor*.

576. זלמן צבי ZALMAN ZEVI, Judæus Offenhuſanus, auctor *Theriaca Judaica* Hanov. 375. 4. C. 1615. editæ conra *Brenzium*, Ex Judæum, de quo libro vide plura ſub שמואל פרידריך ברנץ. Judæus

(e) Hoc enim & precibus quotidianis, & votis freqventiſſime repetitis efficere ſtudent Judæi: vide inprimis B. Carpzovii notas ad Schickardi Jus Regium Hebr. p. 462. ſq.

(f) Alludit hoc titulo ſimul ad nomen ſuum זכריה, cum hujus, ut & vocis מזכיר eadem ſit radix.

dæus ille invitis civibus ſuis confutationem, quam cum rei familiaris detrimento a ſe ſuſceptam in præfatione qveritur, ingreſſus eſt, ac deinde cum invidiam & odium eorum expertus ſatis eſſet, tandem Ratisbonæ pauperrimus, os fimo refertum habens, obiit, qvod ex Judæis ſe accepiſſe ait Vener. *Jo. Wulferus* in præfat. ad Theriacam Judaic. ad examen revocatam. Ipſe *Zalman* in præfat. ad Theriacam ſuam p. 26. verſionis Wulferi ait, ſe alium librum Chriſtianis (h. e. ut interpretor, in eorum gratiam) (g) ſcripſiſſe, quem Wulferus p. 82. negat ſe ullo modo nanciſci potuiſſe. In eo ſe oſtendiſſe affirmat, quod Ex Judæi, ſive, quos ipſe vocat, Apoſtatæ (h) Judæis æque ac Chriſtianis ſæpe impoſuerint. Eundem librum is allegat cap. V. §. 14. Theriacæ Judaicæ. Idem *Zevi* c. VII. Theriacæ ſcribit, ſe rogatu Chriſtianorum librum ſuum literis Teutonicis, rogatu vero Judæorum literis qvoqve Rabbinico-Hebr. in lucem edidiſſe: priorem editionem nanciſci ſe non potuiſſe ſcribit *Wulferus* p. 391. notarum.

זלמן רונקיל SALMAN RUNKEL ſcripſit 577.

חָתַן דָּמִים *ſponſus ſangvinum* Exod. IV. 25. quo libro continentur variæ explicationes jucundæque & artificioſæ meditationes inprimis per Speciem Kabbaliſticam ראשי תיבות in legem, Sponſalia item & circumci-

(g) Simili enim & φράσει & ſenſu Judæi Joſephi Antiquitates Græca lingva ſcriptas appellant לרומיים i. e. *pro Romanis*, ſicut Hiſtoriam Hebraicam ejusdem, ut putant, ליהודים *pro Judæis* inſcribunt.

(h) Hoc ſcilicet omne ex immani, quo Judæi in Ex Judæos feruntur, profectum eſt odio, cujus deteſtandum exemplum habes in B. Wagenſeilii præfat. ad Inſtitutionem verraculam de dialecto Rabbinico-Germanica, plura vero argumenta invenies in B. *Difenbachii* Judæo Converſo pag. 98. & B. *Eiſenmengeri* Judaismo detecto Parte II. pag. 194. ſqq. & 988. ſq. qui pag. 1006. non præter rem hoc ipſum inter impedimenta converſionis Judæorum numerat. Ceterum quamvis ἔγκλημα hoc in multos proh dolor cadat, quod itidem *Salomon ben Virga* in שבט יהודה pag. 348. verſ. Lat. adfirmat; falſum tamen eſt, qvod *Salman Zevi* noſter in Theriaca Judaica pag. 297. verſ. Lat. tradit, inter centum vix unum reperiri, qvi candide ſacra Chriſtianorum amplectatur. Confer de hoc argumento præter *Wulferum* in notis ad lib. cit. pag. 207. & 332. B. *Sigismundi Hosmanni* librum ſingularem German. de animo Judæorum difficulter emendando & B. *Difenbachii* Judæum Converſum p. 92. ſeq. & 315. ſeq. itemque *Convertendum* [illegible]

Digitized by Google

cumciſionem Prag. 366.C. 1546. 4. Buxtorf. Hotting. & Bartoloc. ut *ἀνώνυμον* afferunt, dicuntque eſſe Cabbaliſticum, quod quidem non tam ratione argumenti, quam modi tractandi, vere dici ex iis patet, qvæ ex ש״י ubi *Salman* ille auctor dicitur, attulimus. Buxtorf. in fol. prodiiſſe minus accurate tradit. Ejusdem

לקוטים collectiones in *Rekanati* ſuper Pentateuchum laudat ש״י.

זנויל בן חנוך SNOVEL f. *Chanoch*: vide infra *Schemuel Skovel*.

568. זעליקמן אולמא SELIGMAN OLMA qui Indice inſtruxit R. *Aaron Schemuel ben Moſe* librum quem dixit נשמת אדם.

569. ס׳ זרובבל *liber Zerubabel*, quo continetur colloquium inter *Zerubabelem* & Angelum *Metatron* (i) de ortu, educatione, vita, bellis & morte *Armillos*, AntiChriſti, quem poſt bellum Gog & Magog venturum, & gravia bella geſturum eſſe, tandem vero a Meſſia ben David occiſum iri credunt. Editus eſt CPoli 284.C. 1524. 4. Librum impium & ſceleſtum vocat Bartolocc. qvod mirum non eſt, cum nec ipſis qvoque Iudæis ſatis ſe probarit, unde & ab *Aben Eſra* ad Exodi I. 22. p. 58. Bibl. Buxtorf. initio cum aliis ejusmodi libris fabuloſis rejicitur, qvæ etiam cauſa eſt, cur ש״י eum prorſus neglexerit. Excerpta ex eo vide in *Jo. Andr. Eiſenmengeri* Judaiſmo detecto Parte II. p. 708. ſq. qui & inde a p. 704. ſq. ex aliis libris illas Judæorum de Armillo fabulas repetit, de quibus legi quoque poteſt *Steph. le Moyne* ad Varia Sacra p. 570. & Buxtorfius Pater in Lexico Talmud. p. 222. ſq.

580. זרח יום טוב SERACH JOM TOV ſive *Salomon Navarra*, natus *Bodincomagi* ſeu *Caſale* 1643. ex Judæis ad Chriſtianos tranſiit 1665. & ſcripſit italice librum de nominibus Cabbaliſticis, ex nomine יהוה erutis, quæ ad fidem Chriſtianam accommodantur. (k) MS. apud ipſum auctorem adhuc latere teſtis eſt Bartoloc.

זרח

(i) *Metatron* huic ea tribuuntur a Judæis, qvæ oſtendunt, illis & pro vero ac ſummo Dei & pro Meſſia habitum eſſe. Vide omnino doctiſſimi & conjunctiſſ. Collegæ mei *Georg. Eliezeris Edzardi* exquiſitas annotatt. ad Cap. I. Berachoth pag. 229. ſqq. *Buxtorfium* in Lexico Talmud. pag. 1191. & B. *Eiſenmengerum* in Judaiſmo detecto Parte II. pag. 393. ſeqq.

(k) Habent ſcilicet hoc plerumque Judæi converſi, ſi docti fuerint, ut, cum in Judaiſmo Cabbaliſticas expoſitiones literalibus longe præferre edocti ſint, ex Cabbala inprimis Chriſtia-

זרח בר נתן SERACH *bar Nathan* Sæc. XVI. exeunte clarus, qvi *Joſepho Salomoni Medico*, qui alias vocatur *Ioſephus del Medico*, quæſtiones varias, Phyſicas, Theologico-Cabbaliſticas & Mathematicas propoſuit, ad quas Joſephus deinde reſpondit. *Quæ*. & *reſponſiones* conjunctæ exſtant in ספר אילים titulo ex Exod. XV. 27. de qvo vide, quæ ſub nomine R. *Ioſephi del Medico* dicturi ſumus. 581.

זרחיה שחליה הלוי ZERACHIA SCHECHULIA *Levita*, ſenior *Lunelenſis* adeoque ex *Occitania*, Galliæ provincia, oriundus (quamvis in *Schalſcheleth* p. 53. a. dicatur Hiſpanus,) (l) floruit an. 4910. C. 1150. & animadverſiones ſcripſit adverſus R. *Iſaacum Alpheſi*, quæ dicuntur שני המאורות i. e. *duo luminaria*. Prodierunt illæ animadverſiones cum ipſo Alpheſii opere in edit. *Sabionetenſi* 314. C. 1554. & alias: confer quæ ſub *Iſaaco Alpheſi* infra dicturi ſumus. Alpheſii cauſam contra *Zerachiam* tuendam ſuſcepit Rabbenu *Ephraim*, de quo ſupra. Titulum auctor hunc fecit commentationi, ut ad nomen ſuum זרח יה i. e. *ortus eſt Dominus*, alluderet. Huic ש״ י tribuit etiam 582.

2) ס׳ הצבא *liber exercitus*, quo exponuntur rationes argumentandi in Gemara receptæ, adeoque introductionis vicem præſtat in ſtudium Talmudicum. Citatur liber in lib. כנסת הגדולה teſte ש״י. Bartoloccius hunc librum tribuit alii Zerachjæ, de qvo mox, aitque eum MS. exſtare in Vatic. & commentari de 13. conditionibus (m) ad le-

Zz gen-

næ religionis veritatem probare aggrediuntur. Conſtat hoc exemplo *Carreti* Ex Judæi præcipue vero *Jo. Steph. Rittangelii*, de quo ſuo loco dicemus, quemadmodum & hic *Salomon Meir fil. Moſis Navarra* ex unica voce בראשית per Cabbalam in varias formas efficta Chriſtianiſmi veritatem demonſtratam reddere conatus eſt apud Bartoloccium Tomo IV. Biblioth. pag. 528. Quod inſtitutum ut per ſe rem non conficit; ita adverſus Judæos, huic argumentandi rationi adſvetos, magnam omnino vim habet, unde & B. *Schickardus* in Bechinath Happeruſchim pag. 101. *Cabbalam*, inquit, *non alio fine cognoſcimus, quam ut ea contra Judæos, harum nugarum admiratores maximos, utamur. Neſcio enim an aliunde, (ex propriis ſcilicet ſuis commentis) fortius atque hinc refutari queant, &c.* Propterea & nonnullis hoc Judæos convertendi præſidium, quod ex Cabbala petitur, viſum eſt expeditiſſimum: Lege B. *Difenbachii* Judæum Convertend. p. 94. ſq. & *Converſum* p. 144.

(l) Conſtat enim, eo tempore provinciam hanc Hiſpanorum Regi ſubjectam fuiſſe.

(m) Per has puto intelligi tredecim illos legem interpretandi & argumentandi modos, qui *Iſmaeli* tribuuntur, & quorum frequens eſt in libris, ad Talmudicum ſtudium manuducentibus, mentio.

Digitized by Google

gendum & intelligendum Talmud neceſſariis. Eidem debentur quoque

3) הַשָּׂגוֹת h. e. *animadverſiones* in lib. R. *Abrah. bar David ex Kirjath Iearim*, qui dicitur ס׳ בעלי הנפש de quo vide quæ notata ſunt ſupra ſub *Abraham ben Dior* השני. Hunc libellum Bartolocc. itidem alteri, de quo mox, Zarachiæ perperam tribuit: Idem vero paulo ante, quod ſupra monuimus, hunc *Zerachjam* vocavit זכריה i. e. *Zachariam*.

583 זרחיה הלוי ZERACHIA *Levita*, Hiſpanus, junior, qui obiit A. M. 5146. C. 1386. teſte *Salomone ben Virga* in שבט יהודה p. 408. ubi etiam p. 226. dicitur interfuiſſe diſputationi, quæ Judæis cum Hieronymo a S. Fide interceſſit, quemadmodum & p. 235. ſq. reſponſiones ejus ad exceptiones qvasdam Hieronymi illius recenſentur. Huic præter rationem Bartoloccius tribuit binos libros, nempe הצבא & השגות adverſus R. *Abrab. bar David*, quos proxime antecedenti recte vindicaſſe nos putamus.

584. זרחיה הלוי ZERACHIA *Levita*, ex Arabico hebraice convertit librum עַל מַהוּת הַנֶּפֶשׁ *de eſſentia animæ*, qui MS. eſt in B. Vatic. 8. qui forte referendus eſt ad *Zerachiam Levitam* Seniorem.

585. זרחיה הלוי ZERACHIA *Levita* compoſuit carmen in laudem libri avunculi ſui, quem is inſcripſit *Chronicon Regum Franciæ & Ottomannicæ domus*. Venet. 314. C. 1554. 8.

ח

586. בן חביב *filius Chaviv*, cujus librum דַּרְכֵי נוֹעַם *viæ jucundæ*, ex Prov. III. 17. allegat *Schalſcheleth* p. 18. b. argumentum vero non commemorat. Pro libro hiſtorico (n) & Barto-

(n) Nec immerito: *Schalſcheleth* enim ex eo refert, quæ in itinere de monimento *Amaſia* ſibi narrata *ben Chaviv* teſtetur. Exſtat alioqvin ejuſdem tituli liber Grammaticus a *Moſe ben Chaviv* exaratus, qui hic intelligendus videri poterat, niſi relatio hiſtorica a ſcriptione Grammatica nimis aliena eſſet. Forte tamen & hanc inſpergere potuit auctor, licet in

Digitized by Google

toloccius: locus ipſe, quem affert Schalſcheleth, narrat, quæ in itinere viderit hic fil. *Chaviv*. Ceterum Bartoloccius memoriæ vitio libri titulum corrupit, quando eum effert דִּבְרֵי נֹעַם monetque Buxtorfium ejusdem tituli librum referentem teſtari, eum complecti conciones. Id enim vere dicit Buxtorf. de דברי נועם qui tamen liber, ut diximus, huc non pertinet.

חוה EVA, prima parens, hujus Evangelium temere jactarunt Gnoſtici, quod monet Epiphanius hæreſi XXVI. n. 2. & 3. Confer eruditiſſimum *Jo. Alb. Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 95. ſqq. qui & p. 102. de libro Prophetiarum, quem illi a *Raziele* Angelo traditum eſſe alii finxerunt, meminit p. 102. 587.

חזי vide דברי חזי inter Anonym.

חומר CHOMER, *Judæus*, Scriptor Sæculi XVII. quem Aſtronomicum libellum Perſice ab *Hamabalzel* conſcriptum hebraice reddidiſſe ſcribit *Jac. Gaffarellus* in curioſitatibus inauditis p. 58. ed. Lat. Hamb. qui ibidem & ſæpe alias ex hoc libro inventa varia Magica & ſuperſtitioſa commemorat. Conf. p. 140. 189. 197. 205. 219. 278. 283. & in appendice, ubi in tabulis ſuis literarum cæleſtium, quas dicto libro exhibet, ſe *Chomerum doctum ſui temporis Hebræum & in hac doctrina aliis præſtantiorem* ſecutum eſſe ſcribit. 588.

חזקיהו בן אחז EZECHIAS fil. ACHAS, Rex Jehudæ, cui Judæi non ſolum in capite *Cheleck* egregium literas amplificandi ſtudium tribuunt, ſed & præter nomina Meſſiæ a Jeſaia c. IX. 5. data, una cum Academia ſua (סיעתו) tribuunt *Canticum Cantic. Proverbia & Eccleſiaſten* in *Bava Bathra* c. 1. inducti procul dubio *Prov.* XXV. Confer Illuſtrem *Pet. Dan. Huetium* in Demonſtr. Evangel. p. 356. 589.

Libros *Judicum* ei tribuunt hiſtoria Scholaſtica, Hugo, Sixtus Senenſis & Sanctius: *libros Regum* eadem Hiſtoria, ut & Sanctius: librum *Ruth* & *Ieſaiæ* quoque vaticinium in *Bava Batra* ei adſcribunt.

Sed illa quidem omnia non aliter accipienda ſunt, quam quod forte Ezechias libros, ab aliis auctoribus exaratos, deſcribi iterum & recte curari fecerit, quod diſerte traditur Prov. c. XXV. in limine, ubi Viri Ezechiæ

Grammatico argumento verſaretur. Nihilominus etiam Schabbatæus in ש"י noſtrum דרכי נועם a *Moſis ben Chaviv* libro ὁμωνύμῳ diſtinxit.

chiæ *tranſtuliſſe* id eſt collegiſſe & deſcripſiſſe dicuntur proverbia quædam Salomonis.

Epiſtola ejus de Feſto Paſchatos celebrando memorantur 2. *Chronic.* XXX. ut & carmen Euchariſticum pro reparata valetudine *Ieſ.* XXXVIII. 9. *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 335. correctionem anni Ezechiam primum aggreſſum eſſe, ita ut tredecim menſes Lunares, qui curſui Solis reſponderent, computarentur, affirmat, neſcio quo auctore: forte id, ut l. c. videtur, ex eo conjectura adſequi ſe poſſe putavit, quod ſummum Numen umbrarum in horologio receſſum ſigni loco ei dederit.

590. חזקיה בר אברהם CHISKIJA f. *Abraham* ſcr. מַלְכִּי אֵל i. e. *Rex meus Deus*, forte alludens ad Pſ. LXVIII. 25. ubi agitur de præmiis & pœnis poſt hanc vitam, de arbore ſcientiæ boni & mali, variisque Aggadoth, v. c. de *Og*, dictisque parabolicis. *Thiengæ* 320. 4. C. 1560. Buxtorf. hunc titulum afferens affirmat, librum Philoſophice commentari de anima & ejus facultatibus. Hinc Plantavitius n. 355. videtur mihi exſculpſiſſe eum, qvem dixit מַלְאֲכִי אֵל Philoſophum celebrem, qvi hoc ſcripto *Cracov.* 340. C. 1580. 4. edito de anima ejusque facultatibus phyſice & moraliter agat. Eum ſequitur Bartolocius, qui præter cauſam מלכיאל Buxtorfianum ab hoc מלאכיאל diſtinctum putat Tom. IV.

591. חזקיה בן מנוח CHISKIJA fil. *Manoach* ſcripſit comm. literalem & myſticum in Pentat. ſub. tit. חִזְקוּנִי *confortate me*, (o) quo ipſo & nomen ſubinnuit ſuum, & aliorum precibus ſe commendavit. Judæi & Chriſtiani pleriqve, nominatim *Io. Seldenus* de Synedriis Hebr. p. 43. 49. &c. legere ſolent חִזְקוּנִי minus quidem convenienter rationibus Grammaticis, quod recte monuit Buxtorfius. Nihilominus tamen & *Menaſſe ben Iſrael* in ſcriptis ſuis, v. c. in Conciliatore, in Geneſin p. 80. edit. latinæ ſemper appel-

(o) Ita vertere malim, qvam cum Catalogo Bodlejano pag. 159. *tenete me*, ſcil in memoria. Quamvis enim auctor hunc libro titulum fecerit, ut nominis ſui חזקיה eo facilius recordarentur lectores, voce tamen ipſa *recordatio* non innuitur. Qvid verbis opus eſt ? allusit auctor ad *Judic.* XVI, 28. זכרני נא וחזקני נא

pellat *Hiſquuni*. R. Schabtai teſtatur collectum eſſe ex *Rabboth, Mechilta, Siphra* & aliis libris, eo conſilio, ut ſupplementi loco eſſet in comment. Raſchii. Is cum textu Pentateuchi, paraphraſi Chald. & comm. Raſchii, notisque ex auctore Turim aliquoties prodiit, qvia uſus ejus Judæis eſt familiaris. Bartoloccius ex Buxtorfio memorat binas, *Venetam* ſcilicet 284. C. 1524. & *Baſileenſem* 366. C. 1606. fol. quæ habet etiam *comm. Raſchi & Baal Turim*. R. Schabtai unam *Cremonenſem* recenſet anni 319. C. 1559. quæ forte ſolam Chiskiæ commentationem exhibet. Nam Schabtai alibi, nempe p. 85. n. 52. ubi Pentateuchum cum Raſchii comm. & *Chaſſekuni* editum recenſet, utramque edit. Buxtorfio laudatam memorat. Plantavitius n. 195. teſtatur, ſæpius eſſe editum Venetiis fol. *Venetam* anni 325. C. 1565. obſervavi in Catalogo Hinckelmanniano *Veneta* alia anni 1607. memoratur in Catal. Bodlej. p. 159. qvæ tamen forte eſt *Baſileenſis* illa.

חזקיה מרומאה CHISKIJA f. *Ezechia* Romanus, qui 593.

CPoli vixit Sec. XVII. ineunte: hujus enim manu exarata eſt Grammatica R. *Iuda Chiug*, cujus codicem anno 1600. ab hoc *Ezechia* ſcriptum in Bibliotheca Oratorii Pariſienſis deprehendi ſupra monuimus voce רקדוק ibidemqve catalogum Grammaticorum veterum, quem hic Ezechias in limine Codicis illius collocaverat, exhibuimus. Eidem tribuitur Grammat. Hebræa עֵץ חַיִּים *arbor vitarum* ex *Geneſ.* II. 9. quam memorat Hottingerus p. 45. Bibl. Or. quem titulum recenſens *Schabbatai* auctorem appellat יִצְחָק *Iſaacum*, vel memoriæ vitio, vel, quod *Ezechia* nomen in Lat. forte Scriptore inventum exprimendum putaret per יצחק.

חיוג CHIUG vide infra *Iehuda fil. David Paſſi.*

חיזאן בן יקטן CHISAN f. JOKTAN: hoc Viri nomen habet Bartoloccius, quem tractatus Philoſophicos ſcripſiſſe ait, ſuper quos Averroes poſtulata qvædam vulgaverit, ex Arab. in Hebr. converſa a R. *Moſe f. Ioſua Iſai ben David* Narbonenſe. MS. in B. Vatic. Vide qvæ ſcripta ſunt ſub אבי יעפר אבן תופיל, unde intelliges, eum hic innui tractatum, quem *Averroes* in narrationem de *Ioktan* a fil. Tophail deſcriptam fecit. Quid ſibi velit חיזאן non aſſequor: id certum eſt, Scriptorem, quem putavit Bartolocc. chimæricum eſſe.

Digitized by Google

594. ר' חייא רבה R. CHIJA vel CHAIJA *Rabba*, qui etiam teſte *Zemach David* ob excellentiam vocatus eſt *Chija bar Rab*, diſcipulus *Rabbenu hakkadoſch*, & æqvalis R. *Hoſchaja*, adeoqve vixit an. 3979. i. e. Sæculo III. poſt C. N. ineunte, de qvo plura legi poſſunt apud *Abrah. b. Dior* in lib. Cabbalæ p. 7. *Iuchaſin* p. 91. *Schalſcheleth* pag. 32. *Zemach David* ad an. 3979. Ab illis ei tribuuntur תוספתות, ברייתות & מכלתות, qvas una cum aliis qvibusdam elaboravit. Confer, quæ ſcripta ſunt ſub הושעיה. *Toſaphtoth* ei vindicant etiam *Maimonides* in præf. ad Ordinem *Seraim*, *Iſaacus Abarbanel* in præfat. ad *Nachalath Avoth*, & auctor libri *Ceritbut* parte qvarta libri ſui. Habuit ille R. *Chaija* fratres qvatuor, non minus in ſtudio Talmudico verſatos, a qvibus ut diſtingvi poſſit rectius, vocari ſolet חייא הגדול h. e. *Chaija magnus*. Hoc enim ſibi velle cognomen רבה qvod illi tribuitur, teſtatur *Zemach David* l. c. qvando ait: ר' חייא רבה פירוש הגדול h. e. R. *Chaija Rabba*, cujus ſenſus eſt *Magnus*. Secus & perperam accepit Vorſtius, qvi vertit: R. *Chaja Rabba*, commentator *excellens*.

595. ר' חייא גבריאל R. CHAIJA GABRIEL ſcripſit

ספר סדר זמנים i. e. *librum ordinis temporum*: Calendarium eſt Judaicum, cum ordinatione officiorum, per annorum 29. intervallum ab an. 5435. ad 5464. i. e. A. C. 1674. ad 1703. diſpoſitum. Venet. in 8. ex officina Bragad.

596. ר' חייא הרפא R. CHAIJA *Medicus*, claruit Sæc. XVII. medio & ſcr.

מעשה חייא h. e. *opera Chaja*, expoſitiones variæ & novellæ in Gemaram, Raſchi & Toſephoth, una cum 27. qvæſtionibus & reſponſionibus. *Venet.* 412. C. 1652. 4.

ר' חייא בן יוסף hunc auctorem confinxit Plantavitius num. 188. Bibl. Rabb. ex nomine בחיי, qvod vide.

חיית CHAJITH ſæpe citatur in *Jalkut Rubeni Gadol*, v. c. pag. 2. a. Eſt is R. *Jehuda Chajith*, qvod nomen vide

חיים CHAJIM, v. R. *Iac. Chajim.*

ר

Digitized by Google

ר׳ חיים R. CHAJIM, neſcio qvis, Magiſter Hieroſolymitanus, ſcripſit

שְׁנוֹת חַיִּים *anni vitæ*, ex Prov. III. 2. qvo nomine appellavit 597.
commentarium ſuum in Bava *Kama*, *Metzia* & *Batbra*. Hunc is tradiderat typis exſcribendum in officina Dyrenfurtenſi, quæ cum anno 1708. paulo poſt Feſtum Paſchatos flammis deleretur, philyris centum in folii forma jam excuſis, ut vix viginti preli laborem adhuc exſpectarent, exempla præter unum, qvod in Sabbathæi manibus eſt, cum *ἀυτογράφῳ* auctoris, omnia perierunt. Auctor ipſe, poſtquam exemplum excudendum dederat, in Poloniam abiit. Vide Bibliothecam novorum librorum vernaculo ſermone editam Parte IX. pag. 701. & 703. Exſtat alius hujus tituli liber, de qvo dicemus ſub שנות חיים ſuo loco inter Anonym.

ר׳ חיים אלגאזי R. CHAJIM ALGASI, qvem 598
Bartoloccius vocat R. Chajim אֲבוּ זָעִי minus recte, qvod ex Schabbatai ש״י apparet, ſcripſit

נְתִיבוֹת מִשְׁפָּט i. e. *ſemita judicii*, ex *Prov.* VIII. 20. qvi eſt commentarius amplus & diffuſus in partem libri מישרים (de qvo vide qvæ dicentur infra ſub *Ieruchām ben Meſchullam*) ex ICtis Iudæorum Scriptoribusqve qvæſtionum & reſponſionum variis collectus. CPoli 429. C. 1669. fol. Bartolocc. qvæſita & reſponſa tantum hoc volumine comprehendi affirmat.

ר׳ חיים בר אברהם כהן R. CHAJIM 599.
f. *Abraham* Sacerdos, f. *Iſaac* f. *Abraham*, ex *Aram Zova* (p) Syrorum urbe oriundus, R. *Chajim Vitalis* diſcipulus, annum 1662. defunctus ſcripſit

1.) טוּר אוֹדֶם *ordo Sardii*, ſive *pyropi*, de cujus, ſibi qvippe non viſi, argumento tacet Schabbatæus.

2.) טוּר בָּרֶקֶת *ordo ſmaragdi*, qvo explicantur fuſe ceremoniæ in feſtis receptæ ſecundum ordinem *Schulchan Aruch*, & qvidem ex ſcriptis juridicis ac qvæſtionibus & reſponſ. variorum, nec non R. *Iſaaci Luriæ* commentationibus Cabbaliſt. *Amſtelod*, 414. C. 1654. 4.

3.) טוּר פִּטְדָה *Ordo topaſii*, (ex *Exod.* XXVIII. 17. (unde & priores tituli ſunt deſumti) pars ſecunda libri modo recenſiti, qva itidem ſe-

(p) De hac urbe vide eruditas *Th. Hyde* obſervationes ad *Perizolii* Itinerar. p. 60.

Digitized by Google

ſecundum *Schulchan Aruch* de ritibus Sabbaticis præcipitur. *Liburni* 415. C. 1655. 4.

4.) מְקוֹר חַיִּים *fons vitæ*, ex *Prov.* XIII. 14. comm. in *Orach Chajim* usque ad *Hilchoth* כתיבת תפלים *Amſtelod.* 457. C. 1697. 4. ed. fol. 83. cum præfat. qva de R. *Iſaaco Loria* & *Chajim Vital* multa referuntur.

5.) תוֹרַת חָכָם *Lex Sapientis* i. e. conciones diffuſæ in omnes Paraſchoth Pentateuchi *Venet.* 414. C. 1654. fol. apud *Io. Imberti*, cum licentia ſuperiorum, cura *Moſis fil. Mardochai Sacuth*, cum duplici præfatione, altera de ratione ſtudiorum ſuorum, altera de opere hoc & reliquis, qvæ edidit, ſcriptis. In hac teſtatur, ſe ſcripſiſſe comm. in *Canticum Canticor.* ſub. tit. עֲטֶרֶת שָׁלוֹם in *Threnos* ſub tit. מְנַחֵת לֵב in *Eſther* ſub tit. עֲטֶרֶת זָהָב in *Ruth* ſub tit. תוֹרַת חֶסֶד in *Danielem* ſub tit. מְפַשֵּׁר חֶלְמִין in Eccleſiaſten ſub tit. מְנוֹרַת זָהָב in *Iobum* & *Ieſaiam* ut & in *Pentateuchum.* Horum ſcriptorum omnium jacturam fecit, cum Zova profectus & mari ſe committens, ut ſcripta ſua formis exſcribenda curaret in Melitenſium manus incideret, ex qvibus elapſurus in mare ſe conjecit ſalvusqve *Venetias* pervenit. Hæc ex præfatione apparent, unde Schabbatæus in ש״י erraſſe cenſendus eſt, qvi auctoris nomen effert per R. *Samuel* f. *Abraham Haccohen.*

Hujus precatio rhythmica, ſecundum literarum ſeriem diſpoſita, de populo Iſraëlitico exſtat in libro שערי ציון pag. 14. edit. Amſtelod. an. 466. C. 1706. 12. in qva cum אשת זנונים *uxor ſcortationum* memoretur, eamque Pontificii Pragenſes de *Maria* interpretandam præter rem cenſerent, moleſtiæ qvædam Judæis hinc ſubnatæ ſunt, de qvibus dicetur ſub שערי ציון In eodem libro pag. 7. alia ejusdem precandi formula legitur.

600. ר׳ חיים אדרוי R. CHAJIM *Adarvi*, ſcripſit שאלות ותשובות *qvæſtiones & reſponſiones*, item דרושים teſte Bartoloccio.

ר׳ חיים דבוצאל vide infra R. *Chajim*, עבריוה *de Bozal.*

601. ר׳ חיים אלשיך R. CHAJIM f. ALSCHECH *Moſis* filius, qvi Patris commentarios pleroſqve edidit *Venet.* vide ſuo loco.

ר׳

ר׳ חיים בן בנימין באכנר R. CHAJIM f. 602.

Benjamin Seeb Bochner, *Cracovienſis*, qvi in duabus Synagogis איבנפורט & לקין docuit Archiſynagogus poſtea conſtitutus, ſcr.

1.) אור חדש *lumen novum*, cujus præfatio diffuſior vocatur, אור החיים *lux vitæ*: eſt commentarius in benedictiones, qvarum uſus eſt tum in vita ſuſtentanda, (q) tum in cultu divino, tum in præceptis divinis rite præſtandis. Tituli ratio hæc eſt, qvod, cum præceptor ejus *Iſrael* נגז ſcripſiſſet ejusdem argumenti librum, quem dixerat אור ישראל, hic de eodem argumento denuo commentatus *lumen novum* appellandum librum recentem cenſuit. Præfatio generales qvasdam qvod ad preces obſervationes exhibet, ſicut & totus libellus ex variis ſcriptoribus editis, qvos præfat. memorat, eſt collectus. Prodiit liber *Amſtelod.* 431. C. 1671. apud Vri Veibes pp. 53. 4. In fine accedit index alphabeticus, ex qvo apparet, ſuper qvibus rebus benedictiones in hoc libro inveniantur.

2.) אילנא דחייא *arbor vitæ*, neſcio cujus argumenti.

3.) ארחות חיים *ſemitas vitæ*, ubi de ritibus commentatur.

4.) בית תפלה *domus precationis* i. e. commentar. literalis Grammaticus & ex parte Cabbaliſticus, ſecundum exemplum כונות *Iſaaci Luriæ*, in librum precum, una cum inſtitutis pro regionum varietate inter Judæos variis. Hic ſupplet ea, quæ a R. *Schabbatai* כ״פר *Premislenſi* omiſſa ſunt.

5.) מים חיים *aqvæ vivæ* ex *Gen.* XXVI.19. conciones in Legem ſcriptam & oralem, ſecundum quadruplicem modum, qui indicatur voce פרדס.

6.) ס׳ פתורא *liber menſæ*, i. e. comm. in *Schulchan Aruch*.

7.) תוצאות חיים *exitus vitæ*, ex *Prov.* IV.23. lib. Grammat.

Hæc ſcripta, quæ tamen lucem non vidiſſe puto, exaraſſe dicitur in הסכמה prima libro אור חדש præmiſſa.

ר׳ חיים בנבנשתי R. CHAJIM fil. *Iſrael* BENBENASTE Rabbinus Smyrnenſis, 603.

(q) Res ejusmodi Iudæi נהנין i. e. *res ex quibus commodum capitur*, appellant, qvales v. c. ſunt *vinum*, *cerevisia* &c. His uti non permittunt ſine præmiſſa certa precandi formula, qva Deum earum auctorem laudant & benedictionem ejus ſibi expetunt.

Digitized by Google

1) סֵפֶר כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה *librum collectionis magnæ*, quo continetur commentarius ampliſſimus in *Arba Turim*, ita quidem ut pars prima pertineat ad Ordinem primum *Orach Chajim* & commentarium *Beth Joſeph*, ad qvos explicandos ſententias veterum æqve ac recentiorum juris Judaici peritorum, eorumque qui quæſita & reſponſa ritualia vel novellas explicationes ſcripſerunt, cum ex editis tum ex MSS. Codd. affert, & qvidem ordine librorum Turim. Seqvitur deinde index locorum Talmudicorum, rationumque loquendi in Gemara & Toſephoth obviarum, ut appareat, qvibus in locis illæ vel a Scriptoribus qvv. & reſponſ. vel in novellis explicationibus vel commentationibus Talmudicis aliis explicatæ legi poſſint. Hinc afferuntur aliorum ſententiæ, quæ diſcedunt a Maimonide in *Jad Chaſaka*, quæ cum ſecundum ordinem Turim diſponi non potuerint, ea ſecundum operis Maimonidei rationem collocavit. Hinc recenſet ſententias a libro præceptorum magno, qui eſt *Moſis filii Jacob*, & a R. *Salom. fil. Addereth*, diſcedentes: tum vero phraſes, quas *Raſchi*, *Maimonides* & *Nachmanides* in commentariis ſuis ſuper legem proprias habent. Denique affert tredecim modos explicandi legem, formulasque Gemaricorum Doctorum & Scriptorum Juridicorum. Prodiit liber *Liburni* 418. C. 1658. fol. & non ita pridem *Pferdæ*. Pars altera quæ refertur eodem modo ad Ordinem חשן משפט, prod. *Smyrnæ* 420. C. 1660. in quo pervenit usque ad Hilchot נזקי שכנים. Pars III. ſuper יורה דעה Ordinem II. *Turim* prodiit CPoli 471. C. 1711. plagg. 104. fol. apud *Naphthali f. Aſriel*, & *Ionam f. Jacobi*. Recenſetur diligenter a Rev. *Ad. Andr. Cnollen* in relationibus Innoxiis anni 1712. p. 806. ſqq. Unde etiam apparet, partem tantum hujus commentationis nunc prodire.

2) שְׁיָרֵי כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה *reliquæ* ſ. *ſpicilegium* libri *Synagogæ magnæ*, quo ſecundis curis complexus eſt ea, qvæ in modo laudata commentatione induſtriam effugerant. *Smyrnæ* 429. C. 1669. fol.

3) דִּינֵי דְחַיָּיא *judicia* ſive *inſtituta vitæ*, commentatio in *librum præceptorum magnum*, quam ipſe in libro כנסת הגדולה allegat.

4) פֶּסַח מְעוּבִּין *Paſcha ex condenſatis*, quo libro 365. obſervationes rituales de ratione Paſcha celebrandi una cum ipſo סדר הגדה של פסח exhibentur, ita ut textus literis quadratis & punctatis ex-

exhibeatur, cui interſeritur expoſitio literis Rabbinicis ſcripta. *Venet.* 461. C. 1702.4. plagg. 8. Auctor ipſe in præfat. teſtatur, ſe libellum hunc ex lib. כנסת הגדולה excerpſiſſe, & hoc titulo inſigniviſſe על שם שהוא בלול ומעורב ומעופף בסברות רבות *quia permiſtus & quaſi condenſatus eſt ex multis ſententiis.*

5) שאלות ותשובות quæſt. & reſponſ. item חדושים ſ. novellæ obſervationes in Tract. quosdam Talmudic. ined. v. Relationes Innoxias anni 1712. p. 812.

ר׳ חיים בן בצלאל R. CHAIJM f. BEZALEEL ſcripſit 604.

סֵפֶר הַחַיִּים *librum vitarum*, in quinque libellos diſtinctum, qvorum 1) dicitur ס׳ זְכֻיּוֹת de meritis. 2) ס׳ פרנסה וכלכלה de alimentis & ſuſtentatione. 3) ס׳ חַיִּים טוֹבִים de vita bene agenda. 4) ס׳ סליחה ומחילה de remiſſione & venia. 5) ס׳ גאולה וישועה de redemtione & ſalute diſſerit. *Cracov.* 4. ut habet ש״י & *Pragæ*, ut tradit Eiſenmengerus in Indice Scriptorum qui Judaiſmo Detecto præmiſſus eſt. Scripſit idem

2) בֵּאוּרֵיהֶם עַל רש״י illuſtrationes commentariorum Raſchi.

3) ס׳ דִקְדוּק צְחוּת לָשׁוֹן librum Grammaticum de puritate linguæ ut &

4) וִיכּוּחַ מַיִם חַיִּים ſ. animadverſiones & diſputationes in librum תורת חטאת R. *Moſis Iſſarles* qvæ ſcripta omnia ei tribuuntur in ש״י p. 24. n. 37. Libellus poſtremus prodiit *Amſtelod.* 472. C. 1712. 8. 3. plag. ½.

5) אִגֶּרֶת הַטִּיּוּל epiſtola *deambulationis vel oblectationis*, ſunt ſermones varii generis & commentationes ſubtiliores ſecundum ordinem alphabeticum diſpoſitæ ad formam quatuor Scripturæ ſenſuum, literalis ſcilicet, anagogici, allegorici & myſtici פשט רמז דרש סוד *Pragæ* 365. C. 1605. 8. *Francof. ad Viadr.* 453. C. 1693. Ipſe auctor noſter in præfat. ad ויכוח profitetur, ſe a 15. annis omnia inſtituta de rebus licitis & illicitis in proprium uſum ex variis JCtis collegiſſe, qvæ deinde a diſcipulis ſibi ſurrepta & poſtlimino vindicata ſint.

605. ר' חיים מברבשקרה R. *Chajim Barbeſcenſis* i. e. ex Barbaria ſcr.

עץ חיים *arborem vitæ*, h.e. comm. in Aben Eſram ſuper Legem MS. ſec. ש" י.

606. ר' חיים גאלא פאפא R. CHAIJM GALA PAPA ſcripſit.

עמק רפאים *vallis Gigantum* ex Jeſ. XV. 8. teſte ש"י ubi ejus nomen ita effertur. Hottingerus vero p. 18. B. Orient. & Buxtorf. vocant R. *Cain Gallipapa*. Liber agit de adventu Meſſiæ.

607. ר' חיים ויטאל R. CHAJIM VITAL, diſcipulus R. *Iſaaci Loriæ*, alias dictus ר' חיים קליפרי R. CHAJIM KALIPHRIS Sæculo XVII. medio clarus, ſcripſit

1) אוצרות חיים *theſauri vitæ* qui complectuntur collectiones varias easqve longiores ex ſcriptis Iſaaci Luriæ, quæ ſingulæ in has Germaniæ regiones pervenerunt, in varias partes diviſæ ſua ſingulæ nomina acceperunt. Hic vero liber ſpeciatim duabus conſtat partibus & MS. latet. Ita ש"י. Tu vide plenius de eo ſub *Iſaaco Loria* ubi de vita qvoqve noſtri nonnulla dicentur.

2) ס' עץ חיים *librum arboris vitæ*, ſ. de myſteriis Cabbaliſticis, qui in varias ſectiones & capita diſtinctus comprehendit principia Cabbaliſtica & expoſitiones libri Zohar, quales a Magiſtro ſuo *Iſaaco Luria* ſ. *Loria* acceperat. In præfat. ad librum עמק המלך dicitur conſtare liber ſexcentis quaternionibus, in præfat. vero ad librum נובלות חכמה affirmatur, inde a tempore datæ legis non exſtitiſſe librum huic ſimilem. Vide quæ dicemus ſub *Iſaaco Luria*. Ejusdem

3) פרי עץ חיים fructus arboris vitæ MS. in B. Oppenheimeri fol.

4) Commentarius in Siphra de Zeniutha e MS. a noſtro hoc juxta doctrinam Luriæ compilato latinitate donatus exſtat in *Cabbala Denudata* Tomo II. Part. II. Tract. IV.

5) R. Schemuel in fine libri *Noſlos Chochma* p. 195. a. ſcribit ſe editioni parata habere noſtri hujus למודי אצילות, למודי עולם הבריאה, comment. in ספרא דצניעותא & alia plura Cabbaliſtica, quæ loco citato legi poſſunt. Notandum hic eſt, ſcripta, quæ noſtro vindicantur, ab aliis tribui *Iſaaco Luria*, & qvidem ideo, quod huic ut præceptori

ptori, ſua iſte debeat. Vide plura de noſtro & ejus vita in præfat. ad librum עמק המלך & מקור חיים R. *Chajim fil. Abrah.*

ר׳ חיים חברייא R. CHAJIM CHABRIJA ſcripſiſſe videtur expoſitionem in S. Scripturam vel partem ejus: recenſetur enim in catalogo Doctorum & Librorum, qvorum mentio fit in commentariis R. *Abrah. Gedaliæ*, in ילקוט ed. Liburn. 1650. ſpeciatim vero in *Leviticum* ſe illo uſum eſſe profitetur *Abrahamus* in præfatione 608.

ר׳ חיים חזן R. CHAJIM *Chaſan*, fil. *Iſaaci Leibſchütz* 609.
vide ſuo loco קִינוֹת i. e. *Threnos*, in qvos ille commentatus eſt.

ר׳ חיים בן חיים פיזאנטי R. CHAJIM f. *Chajim Piſanti*, ſcr. 610.
לוּלָב יֶשַׁע אֱלֹהִים *ſalus Domini*, ex Pſ. L. 23. ubi agitur de ritibus ſive cerimoniis in feſto tabernaculorum, qvo palmæ folia &c. circumferunt, receptis, ed. *CPoli* iterumque *Theſſalonicæ* 319. C. 1589. 4.

ר׳ חייב בר יהודה בן ביבאש R. CHAJIM f. *Juda* f. VIVASCH Hiſpanus, ex Arabico Hiſpanice vertit אִגֶּרֶת הַפְּטִירָה *epiſtolam diſceſſionis*, in qva de avocatione mentis a rebus humanis agitur MS. Vatic. in 4. 611.

ר׳ חיים בן ר׳ יהושע R. CHAJIM f. R. *Ioſua* סג״ל scr. סֵפֶר מַיִם חַיִּים *liber aquarum viventium* Gen. XXVI. 19. i. e. obſervationes in Pentateuchum, quarum Pars I. Dyrenf. 1690. 4. Pars II. ibidem an. 1703. 4. prodiit. 612.

ר׳ חיים בן יעקב R. CHAJIM fil. JACOB, Typographus apud Judæos Arbicenſes (ארביך) in Francia qui Men. b. Iſrael *Spem Iſraelis* & *Benjaminis* Itinerarium germ. verti & excudi curavit, de qvibus ſuo loco. 613.

ר׳ חיים בן ישראל בנבנשתי v. ſupra R. CHAJIM *Benbenaſte*.

ר׳ חיים כהן vide ſupra R. *Chajim fil. Abraham.*

614. ר׳ חיים כהן R. CHAJIM *Sacerdos*, diſcipulus R. *Tam*, qui teſte Juchaſin p. 131. a. obiit anno 4930. C. 1170. ſcripſiſſe videtur in Tractatus aliqvot Talmudicos, qvia in *Iuchaſin* l. c. allegatur commentatio ejus in caput הנושא i. e. *Cetuvoth* c. 12.

615. ר׳ חיים כהן R. CHAJIM *Sacerdos*, qvi in Synagoga Francofurt. docuiſſe deinde vero Archiſynagogus Poſnenſis conſtitutus dicitur, & a ſingulari Talmudis rituumque Judaicorum notitia commendatur in *Zemach David* continuato ad annum 376. C. 1616.

616. ר׳ חיים בן מאוזה הכהן R. CHAJIM f. MASUSA *Sacerdos*, ſcripſit

מָגֵן וְרוֹמַח *clypeus* & *haſta* ex *Iudic.* V. 8. diſputatio contra Chriſtianos MS. teſte ש״י Hottingerus p. 22. B. Or. eum vocat R. *Kain ben Moaſa Haccohen*.

617. ר׳ חיים בר נתן R. CHAJIM fil. NATHAN, edidit lingva Rabbinico-germanica libros Hiſtoricos V. T. ita ut a Ioſuæ libro fiat initium, integris tamen commatibus interdum omiſſis, librisque Regum ac Chonicorum in unum conflatis, ut proinde compendium magis librorum Hiſtoricorum, qvam eosdem integros ſiſtat, tantum abeſt, ut Biblia V. T. tota hac verſione exhauriantur, qvod nonnulli tradiderunt, decepti forte titulo, qvi ita poteſt accipi. Inſcribitur enim ראש טיטש עשרים וארבע *das teutſche Eſrim Vearba* h. e. *libri quatuor & viginti germanice.* Prodiit primum *Pragæ* 434. C. 1674. 4. hinc recuſ. *Dyrenſ.* 1704. 4. quæ tamen poſterior editio omiſit carmen Hebraicum, cujus literæ ſingulorum verſuum initiales nomen Interpretis, in fronte libri non commemoratum, exprimunt. Inſcriptio editionis Pragenſis etiam teſtatur, verſionem illam juſſu *Matthæi Ferdinandi*, Archiepiſcopi Pragenſis examinatam &, ut typis exſcriberetur, permiſſum eſſe.

ר׳ חיים פלוני R. CHAJIM *Peloni* i. e. *Anonymus*, ut vocat Bartoloccius qui ſcripſit אגרת חמודות. Vide ſupra אליהו fil. *Chajim Abarciano*.

ר׳ חיים קליפרין vide R. *Chajim* ויטאל.

Digitized by Google

ר׳ חיים עובדיה די בוצל R. CHAJIM O-BADIA de BOTZAL ſcr. 618.

בְּאֵר מַיִם חַיִּים *fons aqvarum viventium* ex *Geneſ.* XXVI. 19. liber ritualis in 4. partes diſtinctus, quarum I. עֵץ חַיִּים *Arbor vitæ*, de ritibus ad prandium ſeu menſam pertinentibus præcipit. II. מְקוֹר חַיִּים *fons vitæ* de pronunciando ſuper lecto Keriath Schema. (r) III. דֶּרֶךְ חַיִּים *via vitæ* de Scriptura bis & Targum ſemel legendis. IV. אֹרַח חַיִּים *ſemita vitæ*, de intentionibus & meditationibus circa preces ſecundum rationem libri *Zohar* diſſerit *Theſſalonic.* 306. C. 1546. 8. In Catal. B. Leidenſ. p. 274. n. 9. recenſetur hic liber, dicunturque duæ partes poſteriores deſiderari: qvod utrum de illo ſolum exemplari, an de editione in univerſum accipi debeat, non dixerim.

ר׳ חיים בן צבי R. CHAJIM fil. ZEVI *Poſnanienſis* ſcripſit. 619.

סַם חַיִּים *aroma vitæ*, quo libello variæ commentationes & conciones morales ex libris antiqvioribus exhibentur ſectionibus ſeptem, quarum I. agit *de timore Dei*, II. *de pœnitentia*, III. *de beneplacito* (רצון) ubi exſtant conciones in Annum novum, diem expiationis, & decem dies pœnitentiæ. IV. *de juſtitia*. V. *de pace* ubi de ratione coërcendi & continendi lingvam. VI. *de beneficentia* VII. *de conſolatione*, qvæ VI. conciones in luctum & funera VII. vero in memoriam exciſi Templi II. complectitur. *Amſtelod.* 452. C. 1692. 4.

ר׳ חיים משמירנה R. CHAIIM SMYRNENSIS, vide ſupra R. *Chajim Benbenaſte*.

ר׳ חיים קראכמאל R. CHAIIM KROCHMEL, 620.

Cracovienſ. claruit Sæculo XVII. medio, & ſcr.

מְקוֹר

(r) Hæc certa precandi formula eſt, tribus conſtans pericopis, *Deuter.* VI. 4-9. *Deut.* XI. 13-21. & *Num.* XV. 37-41. quæ qvoniam a voce שמע incipit, tota titulo hoc deſignatur. Vide *Berachot* cap. I. 1. & II. 2. item *Tamid* V. 1. Confer *Guil. Guiſii* notas ad *Berachoth* l. c. & doctiſſimum *Georg. Eliez. Edzardum* p. 225. ad eundem locum, nec non ſingulares de hoc argumento diſſertatt. alteram Celeb. *Jo. Andr. Danzii* Jenæ, alteram *Laur. David Bellhagen* Lipſiæ habitam.

Digitized by Google

מְקוֹר חַיִּים *Fons vitæ* ex *Pſalm* XXXVI. 10. qvo complexus eſt Medraſchim in 5. Megilloth & ceteros libros Biblicos omnes, præter Pentateuchum: Prodiit liber poſt auctoris obitum *Pferd.* 456. C. 1696. 4. pp. 98. edente auctoris nepote *Iechiel ben Iehuda Löw Krochmel,* qvi & præfationem præmiſit, & hinc inde animadverſiones ſuas, parentheſi incluſas, inſeruit.

621. ר׳ חיים שבתי R. CHAJIM SCHABTAI ſcripſit שאלות ותשובות quæſtiones & reſponſiones ſexaginta, quæ ſpectant ad Ordinem Tertium Turim, cum indice *Theſſalonicæ* 416. C. 1656. In limine agitur de ritibus עגונא דאיתתא.

חיים בן הירש שור vide ſupra *Abraham Chajim fil. Hirſch Schor.*

622. ר׳ חיים בר שמואל R. CHAJIM f. SCHEMUEL fil. *David Tudelenſis,* diſcipulus הרשב״א i. e. R. *Salomo ben Adrath ſ. Adderetb* fuit, adeoqve vixit Sæculo XIII. exeunte. Scripſit enim anno 51. computi minoris i. e. C. 1291. teſte Juchaſin p. 133. a. & *Schalſcheleth* p. 59. a. libros binos nempe

1.) צְרוֹר הַחַיִּים *faſciculum vitæ,* ex I. *Sam.* XXV. 29. qvem conciones complecti poſt Plantavitium num. 604. teſtatur Bartoloccius, at ש״י neſcio qvo auctore, cum *Iuchaſin* & *Schalſcheleth* de argumento prorſus taceant, venditat pro comm. Cabbaliſtico in fundamentum quadrigæ, (s) quæ eſt pars doctrinæ Cabbaliſticæ, ejusque partem hymni formam referre teſtatur: MS.

2.) צְרוֹר הַכֶּסֶף *faſciculus argenti* ex Geneſ. XLII. 35. i. e. ſi P. & B. credimus, liber moralis & rhythmicus. Schabtai præter titulum nihil habet.

623. ר׳ חיים בן נחשון R. CHAJIM fil. *Nachſchon,* Princeps Academiæ Nehardeenſis, ſcripſit *quæſtiones & reſponſ.* in Godices qvosdam Talmudicos, MS. in B. Vatic.

624. ר׳ חירץ R. CHIRATZ ſcripſit explicationem precum ſecundum ritum Synagogæ Judæorum Germanorum, quæ cum ipſo סֵדֶר ſive

(s) conſtat in vulgus Kabbalam diſtingui in בְּרֵאשִׁית i. e. eam quæ *de rebus conditis* & materialibus & מַרְכָּבָה quæ de rebus ſpiritualibus & metaphyſicis ſubtilius meditatur: poſterior illa a nota *Ezechielis* viſione nomen accepit.

Digitized by Google

ſive ordine precum illarum edita eſt *Pragæ* teſte B. ex P. num. 458. qui num. 477. recenſet alium nomine חִירִיץ, qvi ſcripſerit סֵפֶר סודות librum de naturæ & legis arcanis. At vereor ego, ne utrumque nomen ex הִירְץ fictum ſit: habemus enim נפתלי הירץ & alios, de qvibus ſuo loco.

חליד בן חאזיקי CHALID fil. *Chaſiki*, ſcripſit 625.

סודות הַזָּהָב de arcanis auri ſive Alchymiæ, qvod ſcriptum ex Hebr. Arabice & hinc latine converſum exſtat inter *Auriferæ artis auctores antiqviſſimos*, qvi etiam dicuntur *Turba Philoſophorum*. Baſil. 1572. 8. pag. 349.

חָם CHAMUS quem nonnulli contendunt eſſe *Zoroaſtren* apud 626. Perſas celebratiſſimum, qvæ ſententia eſt *Kircheri* potiſſimum in Arca Noæ p. 210. ſq. confutata a *Sam. Bocharto* lib. IV. c. 1. Phaleg. confer Guſtavi Peringeri diſſertat. ſingularem *de Chamo ſcientiarum auctore*. Ex Iudæis qvoqve cum Zoroaſtre eum confundit *Schalſcheleth* pag. 92. b. Prout itaque ex hac ſententia præſtructa plurium librorum auctor habendus foret; ita ſunt adhuc alii, qvi eidem temere tribuuntur, qvas accurate, ut ſolet, recenſet æſtumatiſſimus Collega meus, *Io. Albertus Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 291. ſq. Obſervabis ibi, illi adſcribi tum apud *Clementem Alexandr.* VI. Stromatum pag. 642. tum alias Prophetiam ab *Iſidoro* hæretico jactatam, tum columnas profanis artibus notatas, ne dicam de Chemiæ invento, qvod eidem nonnulli ita acceptum ferunt, ut nominis ipſius rationem ab eo repetant, qvam in rem fuſe diſſerit *Bochartus* Phaleg. IV. 1.

ר׳ חמאי גאון CHAMMAI *Geonæus* ſcr. 627.

1.) בְּרִית מְנוּחָה *fœdus qvietis*, liber Cabbaliſticus, qvem ei tribuit ש״י. Citatur hic in *Ialkut Rubeni Gadol* aliqvoties & MS. allegatur ac editioni paratus dicitur in *Noſlos chochma* p. 195. b.

2.) סֵפֶר הָעִיּוּן *librum contemplationis*, qui teſte ש״י exponit de arcanis eſſentiæ DEI. Hunc librum allegat *Reuchlinus* lib. I. Cabbalæ & alibi, ut & *Cornelius Agrippa & Kircherus* in Oedipo Tomo II. Part. I. pag. 243. 344. & alibi.

3.) סוד על אַחְדוּת הַשֵּׁם *myſterium unitatis DEI* ut & *explicatio nominis Tetragrammati* MS. in Bibl. Urbinat. fol. latere dicitur Bartoloccio.

Digitized by Google

Plantavitius n. 508. mendoſe vocat עמאי. In *Jalkuth Reubeni Gadol* p. 87. b. col. 2. citatur ס' רב חמאי ſimpliciter, quem puto de ס' העין accipiendum.

628. ר' חמאי אוחמא בן חנינה R. CHAMMAI ſive CHAMMA fil. *Chanina*; hunc Bartoloccius a priore diſtingvit, atque huic tribuit ס' העין, qvem priori illi vindicandum eſſe auctoritate ש"י conſtitit. Idem affirmat, a *Geſnero* huic adſcribi eloqventiſſimorum caput in Cabbala, item de reconditis Pſalmi XIX. *Plantavitium* vero num. 183. memorare fide Catalogi Pragenſis ejusdem

חדושי על מסכת פסחים h. e. *novellas explicationes in Cod. Peſachim.* Hujus *Chammai* mentionem fieri putat in Cod. *Berachoth* c. I. pag. 5.

629. חנה HANNA, mater Samuelis, inter Prophetidas ſeptem vel decem V. T. a Judæis numeratur, ut patet ex *Seder* Olam p. 56. Vixit A. M. 2831. eodemque anno Samuelem concepit, ſi credimus *Juchaſin* pag. 11. & *Schalſcheleth* p. 14. b. Multa de ea fingunt Rabbini, quæ ex illis repetit Bartoloccius, cujus exemplo huc eam retulimus.

חנוך CHANOCH: v. ſupra R. *Elieſer f. Abrah. Chanoch.*

630. ר' חנוך בן אברהם R. CHANOCH. f ABRAHAM *Gneſnenſis Polonus* & Judex Posnanienſis ſcr.

ויכוח יוסף והשבטים i. e. *diſputatio inter Ioſephum & tribus* ſive fratres ejus, ubi ſubtiliter & myſtice commentatur ſuper diſputatione, qvæ inter eos interceſſit. Prodiit in certa capita diviſa Amſtelod. 4. Ejusdem

ראשית בכורים *initium primitiarum* i. e. conciones in feſta tria præcipua Judæorum, qvæ ſunt *Paſcha, Pentecoſte & Tabernaculorum*, ſuper varia Pentateuchi loca, qvorum Index in calce exſtat, habitæ. Atqve hæ conſtituunt partem libri priorem, cui accedit altera auctore R. *Iehuda Lev*, quæ itidem habet conciones in feſta eadem Amſtelod. 468. C. 1780.

חנוך בן דוד CHANOCH f. DAVID vide *Chanoch f. Salomo.*

631. חנוך בן ירד CHANOCH ſ. HENOCH f. JARED, ſeptimus ab Adamo, qvem ex ep. Judæ v. 14. ubi prophetaſſe dicitur, nonnulli

Digitized by Google

nulli librum ſingularem propheticum ſcripſiſſe volunt. Hujus mentio freqventer fit tum in Teſtamento duodecim Patriarcharum, tum in ſcriptis veterum Patrum v. c. *Irenæi, Tertulliani*, aliorum, qvorum teſtimonia eruditiſſimus *Io. Alb. Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho V. T. ea induſtria collegit, qvæ non temere ſpicilegio locum relinqvit. Ibidem pag. 179. ſqq. leges fragmenta aliqvot ex ſuppoſito illo Enochi libro *de Egregoris* deſumta, quæ græce primus e *Syncelli* Chronographia p. 11. protulit *Scaliger*, poſt eum vero alii plures ac deniqve *Cl. Io. Erneſius Grabe* ad Tomum I. Spicilegii Patrum pag. 347. ſqqq. Ceterum librum hunc non a Chriſtiano, ſed Judæo qvodam Helleniſta, etiam ante natum Servatorem, ſuppoſitum Henocho fuiſſe vel ex eo patere poteſt, qvod Judæi ipſi, ut paulo poſt apparebit, ejus paſſim meminerint. Adde laudati *Grabii* notas l. c. pag. 345. & quæ alii Chriſtiani præter Interpretes epiſtolæ Judæ de hoc libro monuerunt, ex qvibus inprimis conſulere juvabit *Bangium* in Cœlo Orientis Exerc. I. pag. 16. ſqq. B. *Aug. Pfeiferi* ſingularem de Enocho diſſertationem & *Vinc. Placcii* Theatrum Anonymorum pag. 693. ut de ceteris non dicam. Hic ſuffecerit Hebræorum qvorundam loca de libris Henochi afferre, præcipue cum Bartoloccius T. II. pag. 844. perſvaſus ſit, nusqvam illos memorari, ſi unum locum ex *Iuchaſin* excipias. Ille itaqve pag. 134. b. ita : אח"כ חנוך אשר נקרא אדריס והתחיל לחבר ספרים בתכונה ולחם מלחמות נגד בני קין הרשעים ולקח אותו אלהים בגוף ונפש. h. e. *poſtea vixit Henoch, qvi vocatur IDRIS, cœpitque ſcribere libros Aſtronomicos, & bella geſſit adverſus filios Caini impios, deinde vero eum DEUS qvod ad corpus & animam abſtulit.* Sed exſtat ſcriptum longe antiqvius, nempe *Zohar*, in cujus *Tikkunim* כספרא דחנוך h. e. *librum Enochi* citari monet ש"י in Spicilegio, qvod in calce exſtat. Imo vero *Menaſſe ben Iſraël* pag. 335. libri de reſurrectione hunc ex Zohar locum affert : *Comperimus* בספרא דחנוך *in libro Hanochi, DEUM illi, poſtqvam ſuſtuliſſet eum in ſublimi, & oſtendiſſet ei omnes theſauros ſuperiores, monſtraſſe etiam arborem vitæ & arborem illam, quam interdixerat Adamo, & vidit locum Adami in Paradiſo, in qvo ſi Adamus obſervaſſet præceptum illud, vixiſſet perpetuo & æternum manſiſſet.* Hunc locum cum atuliſſet Cl. Fabricius l. c. monet, alium de libro Henochi locum ex Zohar afferri a Ludov. Capello p. 309. 313. & 366. Opp. poſt-

poſthum, iterumque alium a *Scipione Sgambato* p. 127. Archivorum V. T. Nemo autem freqventius laudavit *Menachem Rakanatenſi*, ad librum Zohar itidem provocante in commentario ſuo v. c. pag. 30. a. & b. pag. 133. a. pag. 144. b. ceu obſervavit *Druſius* cap. 22. libri de Henocho: Cumqve ille Latine tantum afferat Menachemi loca, nos primum illorum ex pag. 30. a. hebraice hic apponemus. Ille vero ita habet:

וראיתי לקצת חכמי הקבלה האחרונים שכתבו כי מצאו בספר חנוך בן ירד כשלקחו אותו אלוהים כתוב בו סוד זה עם שאר סודות מופלאות, וכבר הזכירו רבותינו ז״ל הספר ההוא בספר הזוהר ולפי דברי הספר ההוא דע כי גן עדן של מטה הוא מוכן מיום שנבראו רוחות הצדיקים לגורשם בצורתם

Scipio Sgambatus p. 126. Archivorum V. T. affert locum ex *Schalſcheleth Hakkabbala*, qui ita habeat: *Henochum ajunt gentiles prophetaſſe & ſcripſiſſe aliquot libros de rebus divinis, qui tamen non recipiuntur in ipſorum religione, & fuiſſe primum, qui ſcripſerit in ſcientia Aſtronomica.* Hunc ego locum invenire non potui, exſtat vero alius de eo p. 7. a. ubi inter cetera huc non pertinentia dicit auctor ſe legiſſe in מערכת האלהות, quod ille in gradu (prophetiæ) majore quam *Moſes* & *Elias* conſtitutus fuerit: שהוא במדרגה יותר גדולה ממשה ואליהו.

R. *Schem Tov* in סֵפֶר אֱמוּנָה. Parte III. c. 4. ciet Henochi librum de cœlo ſiderumque moribus & ſcientia Magiæ exponentem.

Quandam precum formulam Henochi nomen præſe ferentem in Codice membranaeo B. Urbinat. qui complectatur librum מערכת האלהות, reperiri teſtatur Bartoloccius, qui & obſervavit qvod R. *Ibo* in *Bereſchith Rabba* Paraſcha 25. Henochum impudenter hæreſeos poſtulet.

Sic Judæi communiter auctorem faciunt illius formulæ, qvæ in excommunicatione majore adhibetur. Lege Bartoloccium Tomo IV. p. 416. ſqq. ubi inter ceteras excommunicandi formulas etiam hanc refert ex libro כל בו f. 144. qvod idem ante ipſum fecerat *Seldenus* lib. IV. c. 7. de Jure Naturæ & Gentium.

632. חנוך הפילוסוף HENOCHUS Philoſophus, Arabibus אדריס *Idris* dictus, iisque celebratus, cujus præter alios meminerunt

eun-

eundemque ipſum Enochum faciunt *Beidavius* & *Elmacinus* apud *Jo. Henr. Hottingerum* Hiſtor. Orient. lib. 1. c. 3. in eandem ſententiam concedentibus Chriſtianis quibusdam, & Judæis, ex quibus locum *Iuchaſin* modo attulimus. Alii vero pro diſtincto hunc *Idris* habent, (quem non inepte græca voce ἴδρις i. e. *ſciens, peritus* dictum putes) inter quos numerandus eſt *Schabbatai* in ש״י qui p. 25. a. ספרא דחנוך ſive ס׳ חנוך commemorans, monet, cum Arabibus vocari אידריס librumqve hunc editum teſtatur *CPoli* 278. C. 1518. 4. de argumento vero tacet. Exſtat idem libellus in eo volumine, qvod דברי הימים של משה h. e. vitam Moſis cum aliis qvibusdam ſcriptis complectitur, & editum eſt *Venet.* 304. C. 1544. 8. ſicut & CPolitana illa editio, qvam diximus, eadem opuscula junctim exhibet. Bartoloccius auctor eſt, librum eſſe moralem, quo filius *Adris* ad pietatem virtutisque ſtudium excitetur, dialogo, qvi inter Gentiles varios, qualis eſt *Socrates* &c. interceſſiſſe fingatur. Plantavitius n. 121. ab homonymias fraude ſibi non cavit, quando ס׳ חֲנוּךְ (ita enim ſcribit pro חֲנוֹךְ) commemorans eum *de Chiromantia* exponere cenſet, non recordatus hujus tituli librum de Chiromantia a R. *Gedalja f. Jachija*, de qvo ſupra diximus, exaratum eſſe, qui tamen cum noſtro hoc confundi non debet. Ceterum illum librum חנוך de qvo agimus, ψευδώνυμον eſſe, & recentiori Judæo, cui nomen fuerit *Aaronis Levitæ*, tribuendum ſuſpicatur ſcriptor *Schalſcheleth* pag. 56. b. ſi credimus interpretationis Bartoloccii, quæ tamen non eſt approbanda. *Schalſcheleth* enim l. c. de auctore סֵפֶר הַחִנּוּךְ i. e. *libro Catechetico*, ubi de 613. præceptis & aliis Judæorum articulis fundamentalibus agitur, conjectura aſſequendo ſollicitus eſt, non autem de libro Henochi, qvod partim inde probo, qvia, ſi חנוך de nomine Viri proprio accipiendum foret, ה emphaticum præmitti non debebat, qvod linguæ Hebr. rationibus prorſus adverſatur; partim ex eo, quia ab aliis quoque hic *Aaron Levita* pro auctore libri חִנּוּךְ habetur, ut ſupra ſuo loco monuimus.

ר׳ חנוך הענוך R. CHANOCH HENOCH Archiſynagogus Hanovienſis, ob. an. 451. C. 1691. & ſcripſit שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſt. & reſponſ.* quæ lucem nondum viderunt. V. *Zemach David* continuatum p. 47. b. 633.

Digitized by Google

634. ר׳ חנוך בן לוי R. CHANOCH f. *Levi*, Vienna Auſtriæ delatus in oram Norimbergenſem in Rabbinicis ſcriptis egregie ſe verſatum, & cetera doctiſſimum oſtendit. Hujus epiſtola ad *Conr. Fronmullerum* reſponſoria hebraica ad binas illius epiſtolas Hebraicas de diverſis Rabbinorum ſententiis ſibi invicem contradicentibus exaratas excuſa eſt cum duobus illis Fronmulleri epiſtolis, *Altorf.* 1679. 4.

635. ר׳ חנוך בן שלמה R. CHANOCH f. *Salomonis*, CPolitanus Medicus, ſcripſit

מַרְאוֹת אֱלֹהִים *viſiones Dei* ex Ezech. I. 1. i. e. tractatus ut ש״י tradit, על ענין. ד׳ נכנסו לפרדס h.e. ut interpretor, *de eo, quid ſibi velint verba* quæ leguntur in *Chagiga* f. 14. 2. *quatuor ingreſſi ſunt paradiſum* (ſcilicet על ידי שם *per manus DEI*, qvod additur in Gemara,) *& de opere currus* (מרכבה) *tribus partibus, quarum prima de curru Jeſaiæ, altera de curru Ezechielis, tertia de candelabro Zachariæ exponit.* Pertinet itaque liber ad explicandum *Jeſaiæ* c. VI. *Ezechielis* I. & *Zachariæ* IV. Ex his intelligitur, quid habendum ſit de Bartoloccio, qvi hujus libri bis meminit, ſemel quidem ſub R. *Chanoch f. David*, deinde ſub R. *Chanoch f. Salomo*, quod genuinum eſt auctoris nomen, ceu ex ש״י & Catalogo Leidenſi patet. Priori loco eundem, quem nos, libri titulum aſſerens ait eſſe explicationem trium, quas diximus, Viſionum; poſteriori vero vocat מפתח לבוא לפרדס נבואה של ישעיה i. e. *clavem ad introeundum in paradiſum Prophetiæ Jeſaiæ* quæ unde nata ſint, ex illis, quæ ש״י commemoravit, aſſeqveris. Deniqve monet B. utrumque librum Chanochi f. *David* & f. *Salomonis* eſſe ejusdem argumenti, & exſtare in B. Vatic. MS. Itaque pro diſtincto tamen habuit, cum non alia inter utrumque Codicem differentia interceſſiſſe mihi videatur, quam quæ ex diverſitate inſcriptionis oritur. Idem liber MS. in Bibl. Leidenſi, cujus catalogum vide p. 288. Buxtorf. & Plantavit. num. 409. ſimilem libri alicujus titulum recenſentes ajunt commentarium eſſe in *Rabboth*, ſed hic a noſtro prorſus eſt diſtinctus, quod ſuo loco ſub מראות אלהים oſtendemus.

ר׳

Digitized by Google

ר׳ חנין בן יצחק R. CHANIN vel CHONAIN (utra- 636.
que enim punctatio locum habere poteſt, & ab eruditis adhiberi utraque ſolet) Iudæus Arabs, cujus nomen *Nic. Antonius* in B. Hiſpan. Vet. T. II. p. 239. plenius ita effert: *Abu Said Honein Ibn Iishagel Abedi*, eumque ait ſub Alphonſo X. anno Hegiræ 656. i. e. C. 1278. Hiſpali floruiſſe. Vocatur etiam *Johannitius* & *Humain* f. *Iſaac*: v. ſupra *Galenus*. Hic & propriis ſcriptis argumenti Medici, & alienis in Arab. linguam converſis famam ſibi comparavit. Vocat hunc *Schabtai* חנן בן יצחק pro חנין eique tribuit 1) ספר רפואות *librum Medicum*, per qvæſtiones & reſponſiones diſpoſitum. Ejusdem

2) אוֹצַר עֲנִיִּים i. e. *theſaurus pauperum* ſive introductio in artem medicam: MS. eſt in Bibl. Vindobon. (v. *Neſſelii* Catal. MSS. Orient. n. 78.) & in Bibl. Leidenſi inter Codd. Scaligeranos. (v. Catalogum p. 276. n. 2.) Memorat eundem librum B. T. I. p. 95. ἀνωνύμως, quod ejus exemplo facit etiam ש״י ut proinde fortaſſe hæc Introductio a *libro Medico*, quem ab eodem addito nomine Scriptoris laudari diximus, vix videatur diſtingvenda. Non alium credo eſſe *librum de Medicina, Honani Ibn Iſaac*, quem *Rob. Huntingtonus* per Stephanum Petrum, Patriarcham Antiochenum, Maronitam, comparari ſibi vult in epiſtolis ſuis p. 1. quem nactum qvoque illum eſſe ex Catalogo Codd. ejus MSS. in Catalogo MSS. Angliæ & Hibern. n. 6172. apparet, ubi hujus *Honein* Introductio Medica ex Arabico Hebraica MS. memoratur. Nec denique alia ſunt Problemata Medica cum ſolutionibus pro inſtitutione Studioſorum quæ ibidem inter MSS. *Graviana* n. 26. occurrunt in 8. & quidem, ni fallor, Arabice: lingva enim, qua ſcriptus Codex ſit, non nominatur.

Galeni quædam ſcripta ab eo Arabice converſa eſſe ſupra obſervavimus ſub גאלינוס. Ita *Abu Walid Muhamed ben Schecina*, & ex eo *Jo. Seldenus* ad Eutychii Origenis p. 157. teſtatur, *Honain* hunc Philoſophiam Græcam Arab. tranſtuliſſe. Habuit hic filium *Iſaaci* nomine, qui libris feliciter interpretandis Patris veſtigiis inſtitit, de quo infra.

ר׳ חננאל R. CHANANEL, unus ex Rabbinis, qui cum 637.
aliis pluribus תוספות ſive additiones Talmudicas, qvæ cum Talmude ipſo edi ſolent, ſcripſit.

רב

Digitized by Google

638. רב חננאל RAB CHANANEL, qui vocatur חכם גדול ועשיר *Sapiens magnus & dives* vixit A. M. 4840. C. 1080. Rector Academiæ in urbe ſeu provincia אלקירואן, teſte Scriptore *Schalſcheleth* p. 40. a. l. 3. qui eidem tribuit

1) סֵפֶר הַמִּקְצוֹעוֹת i. e. *liber caricarum* ſive *caſiarum*, ut B. legit & vertit: malim ego ס׳ הַמִּקְצוֹעוֹת i. e. *liber anguli ſ. amuſſis* ut alludatur ad Jeſ. XLIV. 13. Eſt is liber ritualis, qui allegatur in מרדכי tum alibi tum ad Caput I. *Schevuoth*.

2) סֵפֶר חֵפֶץ *liber deſiderii* itidem ritualis, qui allegatur in animadverſionibus Maimonidis ad Hilchoth שכנים cap. 3. vide *Schalſcheleth* l. c.

639. רבנו חננאל Rabbenu CHANANEL *Romanus*, æqualis Chananelis modo dicti, Talmudicarum doctrinarum gnariſſimus, cujus meminit *Hariſchbam* i. e. R. *Salomo ben Adrath*, ut patet ex Maimonidis Hilchoth חמץ ומצה cap. 8. animadverſ. 2.

640. ר׳ חננאל בר תנחום R. CHANANEL fil. *Tanchum*, Medicus, ſcripſit expoſitionem in 301. præcepta & MS. exſtat in B. Vatic. Vixit is A. C. 1316. tempore Benedicti XI. Pontificis.

641. חֲנַנְיָה בן חזקיה בן גרון CHANANIA. fil. *Hiskia* fil. *Garon*, templo ſecundo adhuc ſtante vixit, diciturque Cod. *Chagiga* c. II. pag. 13. magna cura nec minori felicitate interpretatus eſſe librum *Ezechielis*, atque hoc ipſo effeciſſe, (t) ut ne a lectione ejus prohiberentur Judæi, quod nonnulli ob quædam, quæ legi Moſaicæ contraria videcantur efficere tentabant. Vide librum *Juchaſin* p. 57. a. ubi מְגִלַּת

(t) Hinc factum eſt, ut *Spinoſa* præter rem in Tract. Theolog. Politico traderet, Chananjam hunc librum Ezechielis paſſim emendaſſe, quod falſo dici oſtendit Clariſſ. & de his literis egregie promeritus *Jo. Meyerus* pag. 13. proœmii ad diſſert. Theolog. de novem extremis capitibus Ezechielis, ubi & evincit, nullam fuiſſe cauſam, cur Judæi *Ezech.* XVIII. 40. legi Moſaicæ Exod. XX. 5. & XXXIV. 7. adverſari ſtatuerent, atque adeo de Prophetiæ divinitate dubitarent. Ceterum conſtat, Judæos a lectione Ezechielis ætatate juvenes prohibere, quam in rem vide Hottingeri Theſaurum Philolog. pag. 78. & 475.

Digitized by Google

מְגִלַּת תַּעֲנִית *liber de jejuniis* ei etiam tribuitur, quod tamen pag. 20. a. pluribus fertur acceptum. *Schalſcheleth* pag. 26. a. R. *Chananiæ* uni tribuit, ut & Abarbanel in *Nachalath Avoth.* In illo vero libello, qui hodie ſub tit. *Megillath Taanith* exſtat (de quo inter Anon. ſub lit. מ dicemus) c. 12. paulo ante finem qværitur: ומי כתב מגלת תענית i. e. *& quis ſcripſit Volumen Taanith?* & ibidem reſpondetur: סיעתו של ר׳ אליעזר בן חנינא בן חזקיה בן גרון כתבו מגלת תענית h. e. *Schola R. Eliezaris ben Chanina ben Hiſkia ben Garon ſcripſerunt* Megillath Taanith. Confer de noſtro Sgambatum in Archivis V. T. p. 534. ſq. qui tamen in eo lapſus eſt, quod *Megillath Taanith* a noſtro ſcriptum cum Codice Talmud. hujus tituli confundit; ſicut & ab errore ſibi non cavit, qvando p. 368. *Chananjam* noſtrum & ſocios ejus de *Anania, Aſaria & Miſael* interpretatur. In ædibus ejus Schammæani & Hilleliani aliquando octodecim capita (u) communi conſenſu receperunt, ut traditur in Cod. *Schabbath* cap. I. Singulare quoddam ejus factum refertur in Cod. *Semachoth* c. VI. p. 30. Hunc Bartoloccius CHRISTI ætate vixiſſe & illi forte diſputationi, quam SERVATORI noſtro cum Doctoribus Judaicis interceſſiſſe in Templo Lucas II. 46. refert, ſuſpicatur. Conf. infra מגלת תענית unde apparebit, librum hunc periiſſe & cum a libello Talmud. *Taanith*, tum ab eo, qui adhuc exſtat, diſtingvi debere.

ר׳ חנניה בן יצחק R. CHANANIA f. *Iſaac* cu- 642.
jus

מוּסְרֵי הַפִּילוֹסוֹפִים *Inſtitutiones Philoſophorum* ſive ſententiæ, ex variis Græcis æque ac Latinis Philoſophis collectæ & Arabice expreſſæ, a R. *Juda f. Salomonis Chariſi*, cujus præfatio acceſſit, hebraice converſæ ſunt. B. ait prodiiſſe in 4. ſine loco annove notato. At ש״ט *Rivæ Tridenti* an. 332. C. 1562. 4. editum eſſe recte teſtatur, una cum libro תקון מדות הנפש, additque eo libro varias epiſtolas Philoſophorum morales, quas ad ſe invicem ſcripſerint, contineri, ac nomina veterum Philoſophorum recenſeri, ſpeciatimque nativitatem & educationem Ariſtotelis totamque Philoſophicarum diſciplinarum ſeriem deſcribi. Atque hæc quidem recte in ש״ט traduntur: Libellus enim מוסרי הפילוסופים exſtat in collectione quadam a R. *Iac. Marcaria* dicto loco curata, cui is titulum fecit גֹּרֶן נָכוֹן *area purgata*, ex 2. Sam. VI. 6. In ea primum locum tue-

(u) Vide quæ dixi ad Tract. Mardochæi de Karæis p. 98.

tuetur *Tikkun Middoth Hannephesch*, ſecundum libellus de quo agimus, tertium ס׳ התפוח. Noſter ille liber in tres abit ſectiones, quæ iterum in certa capita diſtingvuntur. In limine capitis hæc legas: אמר המתרגם חנניה בן יצחק· היוצרי *dicit Chananja fil. Iſaac Haiozeri.* Idem c.II. ait, ſe hanc collectionem moralem compilaſſe ex Poëtis & Philoſophis Græcis æque ac Romanis: ſpeciatim c. III. memorat Codicem membranaceum (x) aureis diſtinctum literis, quæ effigies variorum Philoſophorum una cum dictis & ſententiis ſingulorum exhibuerit. Tum c. variorum Philoſophorum nomina recenſentur v. c. *Socrates, Diogenes, Pythag. Plato, Ariſtot.* סילאפוס, *Hippocrates, Galenus, Porphyrius Epicurus, & Locman.* Sequuntur deinde varia apophthegmata, qvæ, dum convenerunt Philoſophi, pronunciaſſe feruntur, quæ res Sect. II. continuatur, ubi inprimis c. 3. & 4. varia Ariſtotelis leguntur, de quibus ſub ejus nomine diximus. Ceteri ſunt Socrates, Plato, Alexander, Diogenes, Pythagoras, Hippocrates, Galenus, Ptolemæus, Locman, Homerus, אומירוס אוניכוס Solon Euclides, Cap. XIII. Latinorum apophth. generatim colligit. Sectio III. ſpectat ad mortem Alexandri Macedonis &c. de quo v. ſub אלכסנדר In Catalogo Bodlej. p. 368. b. minus recte traditur, libellum hunc ex Græcis Auctoribus in Arab. per R. *Judam*, inde vero in Hebr. per R. *Chananjam* translatum fuiſſe, quod ſecus habet, ut ex dictis patet. In Catal. B. Leidenſis p. 287. n. 46. recenſentur MSS. diſſertatt. ænigmata & informationes Philoſophorum a *Chananja f. Iitzchack* converſæ, qvas ab hoc libro non diſtinctas puto. Idem ſtatuo de *diſcurſibus Hebraicis*, qui ſub *Jehuda Chariſii* nomine ex parte carmine ſcripti cum ſcholiis Arabicis inter Codd. Pocockianos n. 47. & 49. in Catalogo MSS. Anglic. p. 275. recenſentur.

643. ר׳ חנניה בן יקר R. CHANANIA f. *Jakar* ſcr.

תְּהִלֵּי תְהִלִּים *Pſalmos Pſalmorum* h. e. librum Pſalmorum rhythmis Hebraicis, quibus hodie utuntur Judæi expreſſum. Vide quæ ſupra diximus ſub דוד f. *Iſai*, ubi de metaphraſibus Pſalmorum.

644. ר׳ חסדאי בן אברהם CHASDAI f. *Abraham*, קרשקאש i. e. KRESKAS (non K*arſekas*, ut in Catal. Vindob. MSS. n. 59. vo-

(x) Hunc Codicem allegat etiam *Sam. Schullam* in animadverſione quadam ſua ad librum *Juchaſin* p. 157. b.

vocatur, ubi MS exſtat liber) f. *Chasdai*, f. *Judæ* f. *Chasdai* vixit Sæc. XVI. & obiit Cæſarauguſtæ ſecundum *Juchaſin* an. 140. C. 1380. qvamvis auctor *Schalſcheleth* per mendum, ut puto, typographicum, p. 61. b. medio ad lib. *Juchaſin* provocans annum 108. C. 1348. conſtituat. *Juchaſin* confirmat *Ganz* in Zemach David P. I. f. 59. qvamvis in *Pragenſi* & *Francofurtenſi* edit. noviſſima 1692. mendoſe itidem expreſſus ſit an. 156. quem calculum ſequitur Vorſtius p. 146. Cum computo *Iuchaſin* conſpirat R. *Simcon Luzzati*, Venetus, qui in diſſert. Italica de Statu Hebræorum noſtræ ætatis p. 79. tradit, hunc *Chasdai* præceptorem R. *Ioſephi Albo* fuiſſe, & primum ex omnibus Ariſtotelicam Philoſophiam oppugnaſſe. Scripſit ille teſte *Juchaſin* אור יהוה *lux Domini*, in quo non ſolum ad Gemaræ ſtudium cohortatur, ſed & de ratione & fundamentis præceptorum commentatur, eademque occaſione Maimonidis *More Nevochim* defendit. Liber abit in quatuor tractatus & alias vocatur נֵר מִצְוָה *lumen præceptorum*. Bart. obſervat, agi in eo de Lege divina, dignitate ejus & perpetuitate, itemque de Deo & ejus providentia, tractatu vero ultimo ſermones diverſi argumenti exhiberi. Qvod ut negari non poteſt, ita is præter rationem caſtigat *Spizelium*, qui in Arcanis Bibliothecarum Sacris Retectis p. 72. referat, commentarium eſſe in *More Nevochim*: quamvis enim in hac commentatione non verſetur totus liber, ex parte tamen eo pertinet, quod ex ש״ר percepimus. Obſervat quoque Ba. eundem dici ſcripſiſſe אור תורה, cujus tamen libri mentionem fieri ab aliis non viderit. Exiſtimaverim ego, hunc eſſe titulum ejusdem libri, qui cum etiam dici ſoleat נר מצוה, ab aliis eodem ſenſu appellari potuit אור תורה. Huic etiam accepta ferenda ſunt, quæ Ba. ad R. *Chasdai Kreskas* refert.

חסדאי CHASDAI vide ſupra R. *Abrah. fil. Chasdai*

ר׳ חסדאי מאלכסנדריאה R. CHASDAI, 645. *Alexandrinus*, Aſtrologus, ſcripſit *de influxu aſtrorum*. MS. in B. Vatic. quo cum cetera eventa, tum imprimis diluvium univerſale, exitum Iſraelitarum ex Ægypto &c. a ſideribus derivat.

ר׳ חסדאי הלוי R. CHASDAI *Levita*, Hiſpano-Ægy- 646. ptius, incola Alexandriæ, æqvalis Maimonidæ, quippe inter quem & ipſum literarum commercium interceſſiſſe teſtatur *Schalſcheleth* p. 50. b. lin.

bam Kreſkas diſtingvit, eiqve tribuit אגרת על גלגול הנפש h, e. *epiſtolam de metempſychoſi*, (a) qvam MS. in B. Vatic. latere monet.

Idem illi tribuit verſionem hebraicam libri moralis Arabici מאזני צדק ubi vitio typographi ſcribitur מצני. Enimvero interpretatio illa debetur *Abrahamo f. Chasdai Levitæ*, cui eam ſupra ſub hoc nomine vindicavimus. Epiſtola vero illa vel ad priorem illum R. *Chasdai b. Abraham* eſt referenda, qvod veri mihi ſit ſimile, qvamvis Hiſtorici Judæorum nusqvam ejus meminerint, vel alii Chasdai accepta ferri debet. Hunc, quem hic memoramus, ab altero ante dicto non eſſe diſtingvendum hinc evinci poteſt, qvod iſte etiam Cæſaraugustanus dici poſſit, cum in ea urbe obierit. Judæi enim in patria appellanda liberius agunt.

מר רב חפץ MAR RAB CHAPHETZ citatur in præfat. ad שלטי הגבורים. 649.

חשמונאי CHASMONÆI de qvibus ut & de *Iuditha* commentationem quandam Hebraice *Venet.* 1606. 8. editam exſtare ſcribit Catalogus Bodlejanus, quæ qualis ſit, dicere non habeo, niſi forte eandem putes cum מגלת אנטיאוכוס de quo ſuo loco. 650.

ט

ר׳ טאם R. TAM, cujus nomen hac ſcribendi ratione a Plantavitio effertur, rectius ſcribendum per תם, qvod inferius vide. Huic idem Plantavitius tribuit epiſtolam de pœnitentia *Cracov.* editam: Tu vide qvæ ſcripſi ſub R. *Jona Gerundenſi*. 651.

(a) Illam nonnulli Judæorum approbarunt, nominatimque ex recentioribus *Menaſſe ben Iſrael* in lib. נשמת חיים ſive *de immortalitate animæ* lib. II. cap. 18. ſeqq. ubi eam contra R. *Saadiam* & *Joſ. Albo* tum variorum Cabbaliſtarum teſtimoniis tum argumentis adſtruere conatur, quæ in compendio refert & confutat *Hoornbeckius* de convertendis Judæis pag. 542. ſqq. & *Eiſenmengerus* in Judaismo Detecto Parte II. p. 61. ſqq. Confer elegantiſſimum *Humfredi Hodii* libellum de reſurrectione ejusdem corporis adſtructa p. 78-87. *Herm. Witſii* Ægyptiaca lib. I. c. 4. & *Pauli Slevogti* diſſert. de Metempſychoſi Judæorum *Jenæ* 1651. habitam, quibus utinam addere liceret *Andr. Mulleri Greifenhagii* diſſertat. de *Errore Animarum*, quam allegat in notis ad *Azizi* Tartari fragmentum num. 12.

Digitized by Google

652. ר׳ טדאקום הלוי R. TEDACUM *Levita*, cujus comment. *in decem Sephiroth* laudat ש״י titulo עֶשֶׂר סְפִירוֹת pag. 60. n. 92. Idem tamen in Indice Scriptorum alphabetico auctoris nomen rectius effert טעראכוס ſicut *Bart.* litera ת vocat תרכוס, *Gilbertus Gaulminus* pag. 211. notarum ad libros de vita & morte Moſis appellat *Tedac Levi*, ubi itidem hunc de decem numerationibus librum allegat, quem puto editum, (quamvis nullus ex his vel locum vel annum editionis memoret,) qvoniam in Indice auctorum Gaulminianis notis ſubjecto, hic liber aſteriſco non notatur, quod alias indicium libri MS. nec unquam editi eſſe apud eum conſvevit. Allegatur etiam a *Kirchero* Oedipi Tomo II. Part. I. p. 34. *Andr. Maſius* in Indice Scriptorum Judaic. commentario in Ioſuam ſubjuncto, librum עשר ספירות recenſens brevem admodum eſſe, & auctoris nomen deſiderari affirmat. Noſtrum hunc eſſe non dixerim, cum plures hujus generis ſcriptiones exſtent qvemadmodum *Maſius* ibidem teſtatur, alium ſe habere comment. in decem Sephiroth MS. cum adjecta explanatione.

653. ר׳ טוביה R. TOBIAS *Karæus*, qui ſcripſit אוֹצָר נֶחְמָד *theſaurus deſiderabilis*, ex *Prov.* XXI. 20. hunc ש״י ait eſſe librum Cabbaliſticum p. 4. num. 88. Enimvero in tractatu *Mardochai* Karæi de rebus Karæorum, pag. 140. & 148. citatur hujus tituli libri Karaiticus, qvi poſteriori loco tribuitur Anonymo Karæo, ſub nomine Viri Sapientis regni Turcici ibidemqve dicitur eſſe commentarius eximius in comment. Aben Eſræ. Sic & Cl. *Io. Gothofr. Schupartus* p. 92. Exercitatt. de Karæis teſtatur, ſe in R. *Aaronis ben Eliæ* Karæi libro rituali citatum legiſſe hujus libri, tanqvam a Karæo profecti, titulum. Hinc ſuſpicor erraſſe R. *Schabbataeum*, (b) qvando is pro Cabbaliſtico habet, quemadmodum idem num. 89. iterum אוצר נחמד memorat, & tribuit R. *Moſe ben Iacob* tanqvam commentarium in *Aben Eſram*. Forte igitur ὁμωνυμία tituli effecit, ut argumentum hic permiſceretur, & R. *Moſi* tribueretur comment. in Aben Eſram, cui adſcribi debebat commentatio hu-

(b) Secutus is eſt librum נובלות חכמה ubi p. 56. a. hæc leguntur: אוצר נחמד R. *Tobiæ: præter quem alius eſt ejusdem tituli, nempe commentarius in Aben Eſram R. Moſis fil. Jacobi.* Cabbaliſtici argumenti ſcripta a Karæis exſpectari non poſſunt, quippe qui Cabbalæ nihil tribuunt.

Digitized by Google

hujus tituli Cabbaliſtica. Ceterum non puto ab hoc *Tobia* diſtingvendum alterum itidem Karæum, qui vocatur Tobias עובר, cujus locum qvendam affert *Triglandius* in diſſert. de Karæis pag. 261. editionis a me repetitæ.

ר׳ טוביה בן ר׳ אליעזר R. TOBIAS f. R. *Eliezer*, ſcripſit 654.

פסיקתא זוטרתא *Peſikta minor*, i. e. collectio variorum Medraſchim & commentationum ſubtiliorum ex *Siphra*, *Siphri*, & *Mechilta* compilata in Pentateuchum, non qvidem totum, ſed inde a Levitico ad finem Pentateuchi deducta. *Venet.* 306. C. 1546. fol. ap. Dan. Bomberg. fol. 62. una cum מדרש שמואל: conf. infra ſub כהנא ubi de *Peſikta Rabbeta*.

טוביה בן טוביאל TOBIAS f. *Tobiel*, cujus hiſtoria 655.

& res geſtæ inter Codices Apocryphos græca lingva hodieqve leguntur. Hiſtoriam hanc liber *Iuchaſin* p. 136. b. refert ad tempora Regis *Ezechiæ* qvando ait: ובזמן חזקיה היה מעשה טוביה הצדיק h. e. *&* *tempore Ezechiæ Regis accidit hiſtoria Tobiæ juſti*; *Schalſcheleth* vero p. 99. b. in initium captivitatis Babylonicæ cadere cenſet. *Iuchaſin* ſequitur Ganzius in *Zemach David* Parte II. ad an. 3209. qui tamen addit, ipſam, quæ nunc exſtet, rei narrationem ita ſibi corruptam vel interpolatam (Vorſtius minus recte *falſam* vertit) videri, ut omnia ejus dicta falſa & ſtolida ſibi habeantur, גם ספור המעשה בעצמו לרעתי מזויף עד שבעיני כל דבריו דברי היתול וגוזמא. Ex qvo apparet, Judæis rem ipſam non fuiſſe ignotam, qvamvis Hebraico ſermone non deſcripta fuerit, qvia deſcriptionem nunquam in canonem receperunt Judæi, qvod teſtatur Origenes lib. de Oratione pag. 47. Unde nec pro Canonico libro hodie agnoſci poteſt, qvamvis vehementer contendat inter ceteros Pontificios *Pet. Dan. Huetius* in Demonſtrat. Evangel. pag. 307. ſeq. cui recte opponuntur, qvæ in hanc rem ex noſtratibus monuit *Mich. Waltherus* in Officina Biblica pag. 1135. ſeq. Idem Huetius authenticum exemplar *Chaldaice* exaratum fuiſſe ſtatuit, eo præcipue argumento inductus, qvod *Hieronymus* ipſe in præf. ad Tobiam ſe ex Chaldæo latine tranſtu-

ſtuliſſe teſtetur his verbis: *quia vicina eſt Chaldæorum lingva ſermoni Hebraico, utriusqve lingvæ peritiſſimum loqvacem reperiens unius diei laborem arripui: qvicqvid ille mihi hebraicis verbis expreſſit, hoc ego accito notario ſermonibus Latinis expoſui.* Qvidqvid hujus erit, Hebraica, qvæ hodie exſtant, exemplaria non referre lingvam, qva primum ſcriptus liber ſit, recte monuit *Mich. Neander* in Catalogo librorum, Erotematibus L. Hebr. addito p. 449. ubi cum monuiſſet, hebr. prodiiſſe *Isna* (ita enim legendum pro *Icna*) cum translatione *Fagii* & additis vocalibus, addit: *Græcismi autem recenti in Hebræo documento ſunt, Tobiam ex Græco hebraice eſſe converſum a quocunque tandem.* Imo Ganzio l. c. editio hebraica *Seb. Munſteri* adeo a genio lingvæ Hebraicæ diſcedere viſa eſt, ut rerum intelligentem primo intuitu deprehendere poſſe exiſtimet, eam ab Hebræo non eſſe profectam, unde ipſe *Seb. Munſtero* tanquam primo auctori vindicat, qva in re eum ab errore ſibi non caviſſe paulo poſt apparebit, quamvis etiam Schabbatæum in ש״י ſibi conſentientem invenerit. (c) Hæc vero afferenda ideo erant, ne quis a *Io. Gregorio* in præf. ad Obſervationes in quædam loca S. Scripturæ Anglice ſcriptas, & Latine Criticis Sacris inſertas, perſvaderi ſibi patiatur, Hebræum illum textum Munſteri haud dubie eſſe libri originarium. Ipſe quidem *Oswaldus Schreckenfuchſius*, a qvo Munſterus primum acceperat, ita ſtatuit, ut apparet ex ejus epiſtola Lat. Hebr. ad Munſterum de hoc libro ſcripta, qvam nuper *Io. Buxtorfius* Profeſſor Baſileenſis Catalectis ſuis p. 366. inſeruit. Ibi enim inter cetera hæc legas: *Ceterum mihi non fit veriſimile, librum hunc ex lingva Latina in Hebraicam converſum eſſe, qvemadmodum te ſentire ex literis tuis colligo, qvin multo magis credibile eſt, illum ita primitus conſcriptum fuiſſe a Judæis nonnullis, qui tum temporis vixere.* Ceterum ipſe Munſterus in opere ſuo *Grammatico conſummato* lectionem libri his verbis commendat: *Tobias Hebraicus, quem miſit e Memmingen Oswaldus Schreckenfuchſius, libellus eſt vere aureus, & juventuti accommodiſſimus, ex qvo nedum lingvæ phraſin, verum & pietatem, quæ ad omnia valet, ac vitæ innocentiam diſcere poterunt.* Plantavitius num. 215. hiſtoriam ipſam primo Chaldaice ab utroque

(c) Non magis vere B. pag. 717. Munſtero imputat, quod vel ipſe vel alius Hæreticus Hebraicum contextum corruperit, ut candor hiſtoriæ Latini Tobiæ obſcuraretur.

Digitized by Google

que Tobia, patre & filio ſcriptam, deinde vero ab incerto hebraice converſam opinatur, quæ tamen verſio neoterici aliquid referat. *Nicolaus Serarius* in prolegom. ad comm. in Tobiam ſtatuit, Patrem & filium, Angelico præcepto monitos, primo Commentarium Chaldaicum conjunctis operis ſcripſiſſe, deinde vero utrumque ſeparatim Hebraicum unum feciſſe, prius quidem Patrem, qui *αὐτοπροσώπως* in perſona prima loqvatur, poſtea vero ad ejus imitationem & in ipſius perſona filium. Sed illa quidem omnia nulla veri ſpecie dici, qvis eſt, qui non intelligat?

Id ex ipſa dictione certum eſt & exploratum, utrumque textus Hebræi exemplum recentioris eſſe ætatis. Dixi utrumqve: exſtant enim binæ editiones, altera *Seb. Munſteri*, altera *Pauli Fagii*, utraque nova editionis verſione inſtructa. Munſterus ſuum exemplar acceperat ab *Oswaldo Schreckenfuchſio*, Rectore Memmingenſi, qui illud a Judæis CPolitanis nactus erat. Hoc *Munſterus* cum Lat. ſua verſione & notis edidit Baſil. 1542. 4. 1549. 8. & 1556. qvam triplicem edit. memorat Cl. Le Longius in Bibliotheca Sacra. Alibi ego vidi memorari 1576. imo etiam 1570, ubi tamen operarum mendis aliquid tribuendum eſſe cenſeo. *Pauli Fagii* editio ex *CPolitana*, de qva paulo poſt dicemus, cum nova interpretatione Latina & apophthegmatibus *Ben Sira* lucem vidit *Iſnæ* 1542. 4. Utraque & editio & verſio exſtat in Polyglottis Londinenſibus an. 1657. ex quarum comparatione apparebit, eas in multis quidem locis diſſentire, ſed proxime tamen ad ſe invicem accedere. Tertium contextus Hebraici exemplum habuit *Huetius* MS. quod Munſteriano tamen propius ſit. *Hottingerus* qvoque p. 520. Theſauri Philologici in promtu ſibi ait eſſe libros Apocryphos omnes ad Vulgatæ verſionis fidem hebraice converſos, ubi etiam ſuſpicatur, Hebraicum illud exemplar ex Latino a Chriſtiano qvodam eſſe deductum, qvod nec mihi diſplicere libenter fateor. Id deniqve ex dictis, credo, perſpicuum eſt, præter rationem vel *Munſterum* a Ganzio l. c. vel *Fagium*, a Raynoldo Tomo I. Cenſuræ Apocryphorum p. 263. & *Cornel. a Lapide* præludio epiſtolæ ad Hebræos pro primis Hebraicæ interpretationis auctoribus venditari.

Hebraica editio nuda duplex exſtat, altera *CPolitana*, altera *Veneta* 304. C. 1544. apud Adelkindium & quidem cum aliis opuſculis, inter qvæ דברי ימים של משה primum locum tuentur, qvæ eodem modo recuſa ſunt, ibidem apud *Jo. de Gara* 365. C. 1605. (d) Ex priori editione

(d) Hinc factum eſt, ut Bart. T. II. pag. 856. poſt Plantav. memoraret ed. Venet. 356. pro 365.

ne *Veneta* Bartoloccius T. II, p. 856. teſtatur, ſe integrum Tobiæ librum ſublatis erroribus variis, cum vocalibus deſcripſiſſe, novaque ſua verſione Latina & notis inſtructum Biblioth. Vaticanæ legaſſe.

De Tobiæ libro ejusque metaphraſibus plura, ſi placet, legi posſunt in B. Groddeckii Triade Obſervationum ſingularium ex hiſtoria Literaria Gedani 1702. 4. cujus ſumma refertur in *Tenzelii* Bibliotheca Curioſa 1704. p. 412. ſq. Adde Celeb. *Io. Alb. Fabricii* prolegomena ad librum Tobiæ, qvem idem cum ceteris Apocryphis græce cum nova ſua verſ. Lat. edi curavit Lipſ. 1691. & Biblioth. Græc. lib. III. p. 743. ut & Theatrum Placcianum Anonymorum p. 694.

656. ר׳ טוביה הלוי TOBIAS *Levita* ex Saphet ſuperioris Gatilææ, f. *Abrah. Levita*, ſcripſit

ס׳ חן טוב *librum bonæ gratiæ* ex Proverb. XXII. 1. eſt commentarius literalis concionum forma digeſtus, in varia Pentateuchi loca ex Talmudicis & Rabbin. ſcriptis compilatus editusque Venet 365. C. 1605. & Prag. 378. C. 1618. fol. In ש״י vocatur volumen amplum & elegantiſſimum. Plantavitius n. 723. huic tribuit תֵּבַת הַלֵּוִי *arca Levi* (f) aitque eſſe commentarium in Legem Venetiis editum, ſed ſibi non viſum. Hunc ab aliis laudari non memini, neque agnoſcit ש״י. Alios eidem כְּלִי חֶמְדָּה acceptum ferre auctor eſt. R. cujus tamen verus auctor eſt R. *Samuel Laniado*.

657. טוביה לינק TOBIAS LINCK, Eccleſiarum Aug. Conf. per Ducatum Wolavienſem Superintendens, an. 1712. 30. Auguſti æt. 60. defunctus, qui preces Hebræo Germanicas varii argmenti verbis Sacræ Scripturæ conceptas cum interpretatione Latina ex adverſo poſita Dyrenfurti an. 1708. formis exſcribendas curare cœpit, ſed non abſolvit. Vide Bibliothecam novorum librorum germ. ſcriptam Parte IX. p. 710. & Part. XIV. p. 97. Simili modo M. *Georg Leuſchnerus* Scholæ Colditienſis

transpoſitis numerorum notis: qvemadmodum ibidem p. 857. novo errore editio alia *Veneta* apud *Adelkindium* curata memoratur anni 1554. ubi per ſe patet, legendum eſſe 1544. qvam & *ipſe B.* antea memoraverat.

(f) Videtur ſane hic titulus ex *ipſo* nomine טוביה הלוי conſictus, adeoqve diverſus liber hic non eſt ſtatuendus.

ſis Moderator edidit Cantiones Catecheticas B. Lutheri & aliorum Hebr. converſas, Lipſ. 1666. 8.

658. דון טודרוס בן דון גדליה DON TODROS f. *Don Gedalja f. Don Schelomo, f. Iachija,* qvi vixit an. 5114. C. 1353. teſte *Schalſcheleth* p. 57. b. l. 4. a fine, ubi eum ait diſputaſſe cum *Joſua Hallorki* i. e. Hieron. a S. Fide præſente Papa Martino II. Provocat *Schalſcheleth* ad librum שבט יהודה ubi p. 227. verſ. Latinæ res refertur, & Todros hic vocatur *Byzantius* i. e. *CPolit.*

659. ר' טודרוס בן יחי R. TODROS fil. JECHI, *Gironenſis,* eidem diſputationi interfuit, teſte שבט יהודה l. c.

660. ר' טודרוס הלוי R. TODROS *Levita,* f. fratris ſive nepos הר'מוה h. e. *Manoach Hallevi* obiit 5043. teſte *Schalſcheleth* A. C. 1287. ſcripſit

עליות יבמות *adſcenſiones fratriarum* ex Deuter XXV. 7. cujus meminit Schalſchel. l. c. & Algazæus in תולדות אדם, ex qvo colligi poſſe ait Bart..eum obiiſſe A. M. 5047. C. 1287. R. *Schabtæus* in ש"י hunc librum, neſcio qvo caſu, certe per errorem tribuit R. *Meir f. Todros Hallevi*, qui tamen noſtro hoc eſt ætate ſuperior, & alia exaravit, de quibus ſuo loco dicemus.

661. ר' טודרוס הלוי TODROS *Levita, Narbonenſis,* cujus שַׁעֲרֵי הָרָזִים h. e. *portæ reconditorum* expoſitionem Cabbaliſticam Pſalmi XIX. MS. in Biblioth. Vaticana latere teſtatur Bartoloc. Forte eidem acceptus ferri debet alius itidem Cabbaliſticus ſub tit.

אוֹצַר הַכָּבוֹד *theſaurus gloriæ,* quem ש"י tribuit *Todros Hallevi* ſimpliciter, atque Cabbaliſtice commentari ait in *Aggadoth* totius Talmudis. Citatur liber in עבודת הקודש p. 10. & in *Meor Enajim* lib. III. c. 44. p. 143. b. ubi dicitur aliqva ſui parte agere de ſex mille annis durationis mundi. MS. ille exſtat in MSS. B. Bodlejana, cujus vide Catalogum n. 3183. ubi tamen auctor non nominatur. Vidi etiam MS. in B. Oppenheimeri fol. Forte tamen referendus erit, qvod veri ſit ſimilius, ad R. *Todros Hallevi* Scriptorem עליות יבמות de qvo modo diximus.

Jn fine נובלות חכמה p. 195. b. R. *Schemuel* eum ad editionem paratum ſe habere ſcribit.

662. ר׳ טודרוס הלוי בן יהודה TODROS *Levita* f. *Iuda*, qvem Schalſcheleth p. 55. ait obiiſſe A. M. 4985. C. 1225.

663. ר׳ טודרוס בן משולם R. TODROS f. *Meſchullam fil. David Todros* ex Arab. Hebr. vertit עין מִשְׁפָּט *oculus judicii*, qui eſt liber *Abu Iſmaëlis Pharachi* quo ſexaginta opuſcula Philoſophica ad mentem Ariſtotelis ſcripta comprehenduntur. MS. in Vatic. 4.

664. טומאס מאקוינו THOMAS AQVINAS (g) Ordinis Prædicatorum, qui obiit an. 1274. Hunc in Ariſtotelem commentatum eſſe conſtat, quo officio tam feliciter perfunctus eſſe viſus eſt nonnullis, ut quamvis græce non ſciret, melius tamen ipſo Interprete Latino ſententiam Ariſtotelis aſſecutus putaretur. Hos commentarios tanti fecerunt Judæi, ut qvosdam eorum in Hebræorum ſermonem transferrent. Tales in Collegio Neophytorum Romæ MSS. exſtare teſtatur Bartoloccius, qui etiam monet, *Ioſephum Ciantes* Romanum, Epiſcopum Marſicenſem ejusdem *Summæ contra Gentiles* libros tres priores hebraice interpretatum eſſe, Romæ editos 1657. R. *Iac.* fil. *Iſaaci Tzabalon*, Summam ejus in compendium redegit hebr. Vide, qvæ infra ſub hoc nomine dicentur. R. *Aſarias de Rubeis* eum paſſim nomine ciet in *Meor Enajim* lib. III. quod quidem non tam ex Hebræa translatione, quam contextu Latino, cujus linguæ eum non ignarum fuiſſe ex aliis Latinis ſcriptis, qvæ laudat, apparet, feciſſe probabile eſt. Nec ignarus fuit *Aquinas* Scriptorum Judaicorum: certe *Moſen* (i. e. Maimoni-

(g) De eo vide plura apud *Freherum* in Theatro Virorum Doctorum pag. 1419. *Thom. Pope Blount* in Cenſura celebrium Scriptorum pag. 291. *Ancillonium* in Miſcellaneis Tomo I. pag. 180. Vener. *Georg. Serpilium* de Interpretibus Pſalmorum pag. 171. ſeqq. & M. *Reinhard. Henric. Rollium* in Biblioth. Nobilium Theologorum p. 322. ſeq. Quædam ejus græce converſa in Bibl. Regia Pariſ. exſtare monet *Rich. Simon* in libro de fide Eccleſiæ Orient. circa Transſubſtant. fere extremo, ubi & quædam loca inde petita leges. *Arabica* quoque & *Sinenſium* lingua *Summam* ejus *Theologiæ* legi ex Chytræo teſtatur *Georg. Matth. Königius* in Bibliotheca Nova ſuo loco.

Digitized by Google

nidem) paſſim ab eo laudari , & quidem ex veteri verſione Latina ך׳ *More Nevochim* obſervavit *Io. Seldenus* de Jure Natur. & Gentium pag. 122.

שומאס די פינידו THOMAS de PINEDO, Judæus Luſitanus eruditus, qui apud pleroſque doctrinæ laudem defendit curis in Stephani Byzantini Ἐθνικὰ, qvorum epitomen cum Lat. verſione ſua & diffuſis notis edidit Amſtelod. 1678. fol. Diverſa eruditorum de hoc labore judicia collegit eruditiſſimus Fabricius Bibl. Græc. lib. IV. pag. 53. ſq. Eum eruditi orbis miraculum, Virumqve moderatiſſimum vocat *Io. Wulferus* in notis ad Theriacam Judaicam p. 44. additque, ſe eum, de SERVATORE noſtro egregium teſtimonium ferentem, coram audiiſſe, diciqve de eo poſſe, eum ex Judæis pene unum delirare deſiiſſe. Confer pag. 252. 665.

שיאודוסיאוס THEODOSIUS Judæus, qvi vixiſſe dicitur ſub Juſtiniano Imp. atqve adeo Sæculo VI. Huic cum Chriſtiano *Philippo* colloquium de SERVATORE noſtro interceſſiſſe fingitur, qvod fuſe refertur a Suida in Lexico voce Ἰησοῦς, unde græce & Lat. repetiit *Jo. Andr. Eiſenmengerus* in Judaiſmo Detecto Parte I. p. 122. ſqq. in compendium vero contraxit B. *Martinus Difenbach* in Judæo converſo p. 181. ſq. Ante utrumque Pſeudonymus qvidam ſub nomine *Georg Selenai* eundem Suidæ locum germanice converſum edidit 1620. 8. ſub. tit. *Brevis & luculenta narratio, quomodo Judæi, vel ſine Scripturæ Sacræ, ope, ex arcano quodam ſingulari, quod ſolicite adſervant, exploratum habeant, CHRISTUM Dei & Mariæ filium adeoque mundi Servatorem eſſe.* Arcanum vero hoc eo continetur, quod Theodoſius ille , teſte Suida, Chriſtiano retulerit, ſupereſſe librum, cui Sacerdotum nomina inſcripta ſint, inter quæ CHRISTI qvoqve comparuerit cum argumentis aliis, qvæ eum Deum verum eſſe tradant &c. Huic narrarioni & *Selenæus* ille & *Eiſenmengerus* l. c. p. 133. multum tribuunt, qvod rectius tanquam a leviſſimo Scriptore (*Suida*) profectum reſpuit *Huetius* in Demonſtrat. Evangel. Propoſ. IX. c. 9. §. V. p. 697. & laudatus *Difenbachius* p. 185. ſqq. Nos rem ipſam, prout a Suida refertur, non prorſus omittendam eſſe exiſtimavimus. 666.

שיאודוסיאוס THEODOSIUS Tripolites, Aſtrono- 667.

 mus

mus Græcus, cujus *Sphærica* cum aliis *Menelai* hebr. exſtant inter Codd. MSS. Roberti Huntingtoni: num. 524. & 557. in Catal. MSS. Anglic.

טיבריים TIBERIENSES *Maſoretha*: v. ſupra אנשי טבריא.

טלמיוס PTOLEMÆUS vide infra פטולמיוס.

ר' טרפון TARPHON R. Akibæ præceptor, vel, ut alii malunt, ſocius: vide inter Miſchnicos ſuo loco.

668. טעבלי שיף TEBLI SCHIF, *Sacerdos Juſtitiæ*, Francofurtenſis, cui debetur nova editio libri hiſtorici Judæorum צמח דוד a R. *David Ganzio* ſcripti, & usqve ad an. C. 1592. deducti, nunc vero a noſtro hoc *Francof. ad Mœnum* an. 1692. cum continuatione usqve ad eundem annum recuſi. In rebus geſtis recenſendis diligentior eſt, in Scriptoribus, qvos illud temporis intervallum tulit, brevior & parcior, ut pauciſſimos ex Germanis, Bohemis, Polonis &c. & ceteris, v. c. Hiſpanis, Italis &c. nullum invenias.

669. טעבלי מפוזנא TEBLI *Posnenſis*, exſul, edidit tractatum V. & VI. ex עשרה מאמרות R. *Aſaria Menachem*, *Hamb.* 423. C. 1663. 4.

י

Literæ י & ש magnam Scriptorum Hebr. copiam complectuntur unde Judæi dicunt: בזרת האות יוד ובאות השין רוב שמורת החכמים h. e. *ſub litera Jod & Schin maxima eſt Sapientum copia.*

ר' לאודה לירמא v. R. יהודה *Lerma.*

670. יאסון JASON, ex Judæo Chriſtianus, quem *Theſſalonicenſem* poſt *Pamelium* annot. ad lib. de Judæorum incred. inter Cypriani opera & *Sixtum Senenſ.* in Bibl. nullo antiqvitatis teſtimonio, ut puto, appellat Bartoloccius. Hujus mentio fit Act. XVII. 7. & Rom. XVI. 21. Eum nonnulli putant auctorem eſſe *ἀντιλογίας* h. e. *altercationis* ſive *diſputationis inter Iaſonem & Papiſcum*, Judæum Alexandrinum, cujus meminit *Origenes*

Digitized by Google

genes lib. IV. contra Celſum pag. 199. ed. Cantabrigienſis, tanqvam talis libri, qvem Celſus non tam riſu qvam miſeratione atqve odio dignum temere judicarit. Idem monet, induci ibi Chriſtianum cum Judæo diſputantem, & ex ipſis Judæorum literis evincentem, qvæcunqve de Chriſto per Prophetas prædicta ſunt, in Jeſum competere, qvamvis ſtrenue ſatisqve Judaice contradicat adverſarius. Ejusdem libelli meminit *Hieronymus* Qvæſtionibus in Geneſin, & alii. Vide plura de eo apud Pamelium l. c. *Gvil. Spencerum* in notis ad Origenis libb. contra Celſum p. 57. B. *Thomam Ittigium* in diſſertat. de Patribus Apoſtolicis Bibliothecæ Patrum Apoſtolic. præmiſſa §. 30. inprimis vero *Io. Ern. Grabium* præfat. in Irenæum p. 15. & Tomo II. Spicilegii Patrum p. 127. ſqq. ubi non ſolum de ipſius dialogi auctore diſputatur ſed & fragmenta in veterum Doctorum ſcriptis obvia collecta exhibentur. Scilicet non ſolum ex temporis ratione apparet, Jaſonem illum, cujus in ſacris literis fit mentio, non eſſe verum ſcripti auctorem, ſed & Origenis verba aliqva ex parte oſtendunt, nec ipſum hoc credidiſſe. Clemens Alexandr. lib. VI. Hypotypoſeon Lucam auctorem conſtituit, ſi credimus Maximo in ſcholiis ad librum Pſeudo Dionyſii de Myſtica Theologia cap. 1. qvi tamen fidem non inveniet, cum res poſt Lucæ obitum geſtæ ibi referantur. Rectius itaqve ipſe Maximus eodem in loco diſputationem illam Ariſtoni Pellæo tribuit, pro qva ſententia etiam propugnat *Grabius* l. c.

יאסון JASON *Cyrenæus*, res a Juda Maccabæo geſtas qvin- 671.

qve libris perſecutus eſt, qvi hodie in compendium redacti leguntur in libro II. Maccabæorum, cujus compendii auctor ipſe ſua ſe Jaſoni iſti debere profitetur cap. II. v. 24. Græce hunc librum ſcriptum eſſe *Hieronymus* præfat. ad lib. Regum monet, dubitat autem *Blondellus* p. 239. de Sibyllis. Confer eruditiſſimum Io. Albertum Fabricium in Biblioth. Græc. lib. III. p. 749. Ceterum *Jaſon* hic ſub Ptolemæo Philometore Olymp. CLI. anno ante C. N. 131. *Sixto Senenſi* claruiſſe videtur.

יאשיהו בן יוסף פינטו JOSIAS f. *Joſeph* PIN- 672.

TO Luſitanus, per compendium dictus הר״יף, ſcripſit

1.) מאור עינים *lumen oculorum* ex *Prov.* XV. 30. comment. in

nar-

narrationes ſive Aggadoth libri *En Jacob* ubi præter textum, hic interdum longiorem, quam in aliis editionibus, expoſitio *Raſchii* & hujus *Joſiæ* legitur. *Venet.* 402. C. 1643. fol. Cum ille Aggadoth בירת ישראל quæ eſt altera pars עין יעקב non perſecutus eſſet, illarum partem expoſuit R. *Benjamin Seev Wolf* in עיר בנימין de qvo ſupra ſuo loco.

2.) כֶּסֶף מְזוּקָּק *argentum defæcatum* ex 1. *Paralip.* XXIX. 4. conciones diffuſæ in Paraſchas Pentateuchi, quarum aliquæ duabus tribusve concionibus explicantur. *Venet.* 388. C. 1628. fol.

3.) כֶּסֶף נִבְחָר *argentum electum* ex *Prov.* VIII. 19. itidem conciones in Paraſchas Pentateuchi, in qvarum aliqvas duæ leguntur. *Damaſci* 365. C. 1615. fol. (quam vidi in B. Oppenheimeri) & *Venet.* 388. C. 1628. fol.

יב"ה i. e. יעקב בעל הטורים *Iacob auctor Turim*: vide infra *Iacob. f. Aſcher.*

יב"ע i. e. יוֹנָתָן בן עוזיאל qvem vide.

יגל JAGEL: vide ſupra R. *Abrab. Jagel.*

ר' ידידיה גאלנטי R. JEDIDIA GALANTE: vide infra R. *Moſes Galante.*

673. ר' ידידיה גבאי R. JEDIDIA f. R. *Iſaac* GABBAI, qvi A. C. 1650. Liburni typographum egit, & Jalkuth 2. tomis in folio cum comment. R. *Abrab. Gedaliæ* edidit, deinde vero Smyrnas profectus, varia opuſcula Italice excudi curravit.

674. ר' ידידיה גאטליב בן אברהם R. JEDIDIA GOTTLIEB fil. *Abraham* ſcr.

שִׁיר יְדִידוֹת *Canticum dilectarum* ex *Pſ.* XLV. 1. Comm. in Maſoram, ſecundum alphabetum quatuor partibus diſtinctus, quarum I. dicitur תְּמִימֵי דֶרֶךְ. II. לִוְיַת לְדֶרֶךְ. III. תְּפִלַּת הַדֶּרֶךְ & IV. צֵדָה לַדֶּרֶךְ. *Cracov,* 404. C. 1644. 4. Hic auctor a Schabræo in Indice Scriptorum alphabet. vocatur Jedidja Gottlieb f. Iſrael מלבוב i. e. *Lembergenſis.*

675. ר' ידידיה בן משה גלאנטי R. JEDIDIA f. *Moſe* GALANTE ſcripſit חדושים

Digitized by Google

חדושים h. e. explicationes novellas in Codd. *Iom Tov, Ievamoth* & *Gittim*, excerptas ex R. *Iſaac Abubab*, quæ leguntur inter qvæſita & reſponſa Patris ipſius R. *Moſis Galante Venet.* 5348. C. 1588. edita. In Catal. Bodlej. notatur annus 1613.

ידידיה i.e. PHILO : vide infra פילון.

676. ידידיה מרודוס JEDIDIA *Rhodius*, ſcr. qvæſt. & reſponſ. MSS. in B. Vatic.

677. ר׳ ידעיה הפניני R. JEDAJA HAPPENINI (h) f. *Abraham* בדרשי (i) *Bederſenſis*, qui etiam qvaſi κατ᾽ ἐξοχήν vocatur המליץ h. e. *Rhetor* floruit *Barcinone* 5058. C. 1298. teſte Ganzii *Tzemach David* ad hunc annum, qui tamen eum mendoſe & præter omnem auctoritatem appellat *Jacobum*, monens præterea, multos habuiſſe diſcipulos, omneſque ſibi æqvales ligati ſermonis facultate ſupereſſe. Scripſit is, ceu ex carmine, in calce libri *Bachinath Olam* obvio, cujus literæ initialis nomen noſtri referunt, patet,

1) אִגֶּרֶת הַתְּשׁוּבָה *epiſtolam reſponſoriam*, qua 39. qvæſtiones Philoſophicæ cuidam R. *Joſeph Latiph* proponuntur. MS. in B. Vatic.

2) בְּחִינַת עוֹלָם *examen mundi*, quem librum etiam nomine ספר הבדרשי h. e. *librum Bederſenſis* appellatum eſſe ex *Zemach David* apparet. Is & ingenio inventus & ſingulari dicendi elegantia conſcriptus de vanitate rerum hujus ſæculi, rationeque vitam beatiorem ſectandi & adipiſcendi ſectionibus quatuordecim differit, in fine vero exſtat בַּקָּשָׁה ſive precatio auctoris, cujus ſingulæ voces a מ incipiunt: de qua etiam n: 6. dicemus. Variæ ejus exſtant editiones vel nude vel cum commentario curatæ, ex quibus ש״י memorat *Soncinatenſem* 245. C. 1485. 8. *Cracov.* 351. C. 1591. 8. *Venetam*, ſine notato anno, *Romanam* item, *Mantuanam* cum vocalibus, & aliam *Mantuanam* cum vocalibus & commentario R. *Moſe Schem Tov* f. *Chaviv*, *CPolitanam* 4. *Venetam* anni 312. C. 1552. 4. cum

 voca-

(h) Habuit ille cognomen *Anbonet Abram*, quod in titulo libri ejus Bechinath Olam legitur.

(i) בדרש videtur eſſe urbs Galliæ Narbonenſis, quæ incolis *Beziers*, Latinæ *Batira* vel *Biterra* appellatur: eam a Narbona quatuor paraſangis ſejunctam eſſe ſcribit *Benjamin Tudelenſis* in Itinerario, pag. 4. ad qvem locum vide Conſtantinum Lempereur pag. 140.

Digitized by Google

vocalibus & commentario R. *Moſis Schem Tov* ac R. *Ioſephi Francis* פראנציס, ac denique *Pragenſem* cum commentario eximio, neſcio cujus, 358. C. 1598. 4. pp. 64. Iſte comm. ex R. *Moſe Schem Tov* & R. *Ioſ. Francis* excerptus eſt, quod auctor ipſe in præfat. indicat, qui quamvis & de ſuo quædam addiderit, in calce tamen nomen ſuum latere ſe velle profitetur. Bartoloccius ed. Soncinatenſem 248. cum commentario Anonymi prodiiſſe ait: idem memorat *Venetam* 306. C. 1546. 4. quæ etiam in Biblioth. Hinckelmanniana fuit, tum *Ferrarienſem* an. 312. k) cum duplici, quem diximus, commentario *Moſis & Joſephi*. Exſtat teſte *Bartoloccio Cracovienſis* cum breviſſimis ſcholiis 315. C. 1555. 8. (l)

Eundem librum cum verſione lat. notisque ſuis edidit *Albardus Vchtmannus* primum quidem ſub tit. בחינת עולם Lugd. Batav. 1650. 8. ubi auctorem vocat הברושי אנבונים אברהם deinde vero ibid 1688. 8. ſub titulo הֶבֶל הֲבָלִי חֶלֶד i. e. *vanitas vanitatum mundi*, ubi in præf. auctorem vocat diſciplinæ ac opinionum Maimonidis ſectatorem. Cum verſione Gallica edidit *Philippus Aquinas* Ex Judæus, Pariſ. 1629. 8. qua etiam uſus eſt *Vchtmannus*, ut conſtat ex notis ejus p. 282, 290. & 319. Aqui-

(k) Hæc eſt, qvam ש"י *Venetam* vocat ejusdem anni: Bartoloccium ſuffulcit Catalogus B. Leidenſis pag. 270. num. 67. ubi itidem *Ferrarienſis* ad hunc annum refertur. Habeo editionem hanc præ manibus, quæ hunc præ ſe fert titulum: ס' בחינת עולם עם פי' ר' משה בן חביב ועם פי' החכם השלם ר' יוסף פרנסיש ועם פי' המימין מהר' יוסף פראנסיש הנזכר נדפס פה פירארא על יד שמואל ן' אשכרה הצרפתי i. e. *Liber* Bechinath Olam *cum comm. R. Moſis f. Chaviv & Sapientis perfecti R. Joſephi Franſes: & cum eo quidem comm. qui a dextris eſt (nempe) R. Joſ. Franſes commemorati impreſſus eſt (hic liber) Ferrara, per Sam. fil. Aſchcara Gallum.* Hinc colligi poteſt, non tam ipſam hanc edit. Ferraræ excuſam dici, quam potius aliam *Ferrarienſem* memorari, quæ comm. R. *Joſ. Franſes* adjunctum habeat. Inde factum eſt, ut cum locus impreſſionis prorſus hic non memoraretur ש"י Venetiis editum diceret, quamvis mihi quidem typos Venetos referre non videatur. Conſtat liber 122. paginis בקשר vero ſolo Franſis comm. munita pp. 13. textus ipſe quadratis & punctatis literis exſcriptus eſt.

(l) Vereor, ne hæc ſit eadem cum edit. *Cracov.* 351. qvam ex ש"י memoravimus, cum ex 351. tranſpoſitis numerorum notis facile fieri poſſit 315. quod alias non inſolens eſt.

Digitized by Google

Aqvinas iſte in præfatione teſtatur, ſcriptum hoc ob ſermonis puritatem & elegantiam in Hebræorum ſcholis prælegi non minus, quam Ciceronem in noſtris, quemadmodum eundem *Jo. Buxtorfius* tum in Biblioth. Rabbin. tum in præfat. ad Inſtit. Epiſtolarem, a cultu orationis & eloquentia valde commendat. Verſionem Latinam aliam MS. reliquit *Franc. Taylor*, qvæ exſtat inter MSS. Anglicana, ut patet ex Catalogo MSS. Anglicano p. 58. n. 803. ſicut & *Abrah. a Franckenberg* Sileſius in notis myſticis & mnemonicis ad eundem librum an. 1673. editis teſtatur, *Hilarium Prache* Sileſium Vchtmanniana editione prohibitum fuiſſe, quo minus hunc *Iedajæ* librum, cum verſione ſua Latina notiſque Talmudico-Rabbinicis ederet. Vide *Rud. Mart. Meelführeri* Acceſſiones ad Almeloveenii Biblioth. Promiſſam & latentem p. 89.

MStum Codicem, eundemque explanatione non inerudita illuſtratum, habere ſe refert *Andr. Maſius* in Indice Scriptorum commentario in Joſuam ſubjecto.

Aliud MS. inter Codd. Tengnagelianos exſtans, in B. Vindobon. laudatur a Lambeccio Tom. I. Commentariorum p. 181. qui inſuper monet, de auctore ejus diſceptare Judæos, (quod ego quidem non memini) a pleriſque tamen *Iedajam* vocari. Non dubitandum eſt, eundem eſſe Codicem, quem Neſſelius in Catal. MSS. Orient. n. 61. recenſens monet adjunctum habere commentarium Hebraicum *Leonis* Judæi, quem ſuſpicor eſſe R. *Iehudæ f. Iſaaci Abarbanelis*, quem infra ſuo loco hoc nomine venire ſolere oſtendemus. *Iſaaci* ממונטישון in eundem librum commentarium memorat R. *Moſes Chaviv* in præfatione ſui in eundem commentarii. Ejusdem eſt

3) בֵּיאוּר *Illuſtratio* commentarii Aben Eſræ in Pentateuchum MS. ibidem 4.

4) מִכְתַּב הַהִתְנַצְּלוּת *Scriptum Apologeticum* ad Hariſchba h. e. R. *Salomonem* f. *Addereth*, quod illi tribuit *Iuchaſin* p. 133. b.

5) לְשׁוֹן זָהָב *lingua aurea*, ex *Ioſ.* VII. 24. i. e. comment. in Pſalmos, cui adjungitur explicatio aliquot Pſalmorum R. *Ioſeph* טאיטצק qui in theatro Placciano Anonymorum p. 701. *Teutonicus* vocetur. Prodiit liber *Venet.* 353. C. 1593. iterumque ibidem 359. C. 1599. 4. Ba. hoc libro explicationem dictorum allegoricorum, quæ in *Medraſch Tehillim* reperiantur, contineri affirmat: ego ſecutus ſum ש״י.

6) מִבְחַר הַפְּנִינִים *ſelectus margaritarum*, liber moralis & magni

Digitized by Google

apud Judæos pretii, qui præcepta morum varia ex veteribus Græcorum & Arabum Philoſophis collecta & Arabica lingua ab auctore primum deſcripta, deinde vero a R. *Iuda Aben Tibbon* hebraice converſa exhibet. Liber ipſe in certas ſectiones diſtinctus textus loco varia brevia & obſcuriora apophthegmata exhibet, quæ deinceps ſubjecto ampliori comment. illuſtrantur. Sectio I. inſcribitur שַׁעַר חָכְמָה *de Sapientia* II. שער היחוד *de unitate Dei*: abſolvitur ſectionibus 64. in quibus multa Siracidis dicta obſerves. Sunt qui libri ipſius collectionem noſtro vindicant, inter quos ex Chriſtianis *Gaulminus* eſt, qui eum paſſim in notis ſuis ad Vitam Moſis ſub *Iedajæ* nomine citat, & *Plantavitius* in Bibl. ex Judæis vero *Schabtaus* in ש״י. Alii vero adſcribunt R. *Salomoni* f. *Gavirol*, de quo infra ſuo loco. Atque hujus quidem ſententiæ auctor inter Chriſtianos videtur Buxtorfius, qui in B. Rabbin. p. 363. eam protulit innixus fide R. *Ioſephi Kimchi* f. *R. Iſaaci*, quippe qui in præfatione libri שֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ i. e. *ſiclus ſanctuarii* quo ipſum illum librum מבחר הפנינים verſibus rythmicis reddidit, quemque MS. ex dono Judæi CPolitani habuit Buxtorfius, vide Biblioth. p. 418. hoc ipſum tum de auctore tum de Interprete teſtatur. Eandem ſententiam ex ratione temporum confirmat Bartoloccius, qui ceteroquin in hoc libro ſibi non conſtat, cum Tomo IV. p. 317. eum tanquam *ἀνώνυμον* recenſeat. Cum enim R. *Iudas* (Bartoloc. mendoſe habet *Moſes*) f. *Tibbon*, Interpres libri Hebraicus claruiſſe dicatur A. C. 1170. quod infra ſuo loco manifeſtum fiet, *Iedaja* vero, ut modo oſtenſum eſt, floruerit demum A. C. 1298. conſequitur, Scriptorem libri Arabicum longe antiquiorem eſſe debere, qui *Iudam Tibbonidem* habuerit Interpretem. Taceo idem evinci ætate *Ioſephi Kimchii*, Metaphraſtæ Metrici ejusdem libri, quippe quæ in aunum 1160. incidit. Ex his itaque intelligitur, alterutrum eſſe admittendum, & vel *Iedajam* alium noſtro hoc antiquiorem pro Scriptore hujus libri habendum eſſe, vel *Salomoni ben Gavirol* vindicari debere: quod certe malim, cum id idoneo Metaphraſtæ ſatis antiqui teſtimonio innitatur. Forte ipſe titulus מבחר הפנינים effecit, ut *Iedajæ Happenini* tribueretur. (m) Cete-

(m) In editt. quas ſtatim recenſebimus, nec collector nec interpres nec commentator memoratur, Titulus enim ita eſt conceptus: הא לך ס׳ מבחר הפנינים במליצת החכמים הקדמונים ומשלי פילוסופים הראשונים ומוסרם ומצותם ודבריהם וחידותם בכל ענין שאדם צריך אליו

terum ipſe liber prodiit *Soncini* 244. C. 1484. 4. *Venet.* 1546 quam vidi in B. Edzardina una cum Cremonenſi 318. C. 1558. 4. MS. habuit *Plantavitius*, & *Maſius*, quod ex illius Biblioth. & ex hujus Indice auctorum, commentario in Ioſuam addito, patet. Magnam ejus partem *Ianus Druſius* inſeruit *Apophthegmatibus* ſuis, in quorum præfatione monet, ſe uſum eſſe editione Cremonenſi, ſcholiis inſtructa, quibus multum ſe adjutum eſſe in præfat. ad editionem ſecundam apophthegmatum profitetur, ibidemque in margine ait, ſe exemplum illius libri MS. ex Syria ſibi miſſum poſſidere. Poſt Druſium *Iac. Ebertus* plura ex hac collectione edidit ſub tit. *Electa Hebræa ſeptingenta & quinquaginta e libro Rabbinico MIBCHAR HAPPENINIM excerpta, latine reddita ac punctis inſignita, notisque politioribus illuſtrata a Theodoro Eberto Iac. filio* Francof. ad Oderam 1630. 4. Ex collatione laboris, ab utroque hic collocati, intelligas, Ebertum Veneta, quam diximus, editione uſum eſſe, & cum Druſius inſigniora eaque numero 299. excerpſerit, Ebertum omnia & numero quidem 750. ſuppeditaſſe, illo inſuper quoad ſenſum vertente, hoc ſectante Hebraiſmos & verba verbis appendente, illo ſolam verſionem, hoc cum verſione contextum Hebræum in lucem proferente.

7) תְּהִלָּה לַשֵּׁם *laus Dei* ſive precatio ad Deum, cujus voces omnes a litera (מ) (n) incipiunt, ſub quo titulo MS. exſtare in Bibl. Vatic. 4. teſtatur Bartoloc: Hæc ſub titulo בַּקָּשָׁה *Meditationis* hebr. cum vocalibus & lat. verſione notisque *Hilarii Prachii* Lipſ. 1662. prodiit cum ſimile oratione alia rhythmica, cujus verſus per literas initiales nomen hujus Scriptoris exhibent.

Monet etiam Bartoloccius, exſtare librum Grammaticum ſub titulo:

חוֹתֵם תַּבְנִית ex Ezech. XXVIII. 12. qui ſcriptus ſit ab חברושי quod noſtri cognomen eſt; nec ſatis certum ſe eſſe, utrum noſtro ſit

tri-

בחכמה וביראה ונמוסר ובדרך ארץ מסודר לשערים בכל ענינים עם פירושו i. e. *En tibi delectum margaritarum ex dictis ſententioſis Sapientum veterum & proverbiis Philoſophorum antiquorum admonitionibusque præceptis verbis & acute dictis eorum de omni argumento, quo opus eſt homini ad ſapientiam, timorem, correctionem & decorum, diſtinctum in ſectiones certas, cum expoſitione.*

(n) Sic epitaphium qvoddam, cujus voces omnes a litera מ incipiunt, exſtat in *Philippi Labbei* Theſauro Epitaphiorum confer A, B, C, cum notis Variorum Parte I. p. 63.

tribuendus. Enimvero illum deberi *Abrahamo* חבררשי ex iſtis apparebit, quæ ſupra ſub hoc nomine diximus.

Non dubito, Iedajam hunc auctorem eſſe illius tractatus Hebraici de Scachiludio, qui ἀνωνύμως ſub titulo

בְּמַעֲדַנֵּי מֶלֶךְ *deliciæ Regis* ex *Gen.* XLIX. 20. hebr. & latine a *Th. Hyde* ex MS. editus eſt Oxoniæ 1694. cum libro de Scacchiludio & ſeorſim ibidem 1702. 8. Noſtro eum tribuendum eſſe efficio partim ex convenientia dictionis elegantiſſimæ & alluſionibus ad φράσιν Biblicam plenæ, partim ex eo, quod ipſe teſtatur p. 19. ſe in juventute ſua examinaſſe rationes temporum (בחינת עולם) ubi alludere mihi videtur ad librum, quem ſub hoc titulo eum ſcripſiſſe oſtendimus. Locus ita habet: וסכותי אני בימי בחורותי לתור ולדרוש את מסבות הזמן מראש ועד סוף ובחנתים בכור הבחינה בחינת עולם כאבן בוחן וצרפתים כצרוף את הכסף ומצאתים הבל הבלים׃ h.e. interprete Hydio: *Mente pervolvi in diebus juventutis meæ ad explorandum & inquirendum eventus temporis, ab initio ad finem, & examinavi illos in catino examinationis examine æterno, lapide probationis, & conflavi illos, ſicuti conflatur argentum, & inveni illos vanitatem vanitatum.* In hac ſcriptione igitur, de cujus auctore Hydius nihil habet, eleganter omnino & jucunde primum exponitur ipſa ſcripti occaſio, tum p. 37. ſq. Ludi Scacchici præſtantia, inventio, nomina, ratio ipſa legisque ac requiſita exponuntur. Pagina 49. allegatur auctor ἀνώνυμος, qui inventum referat ad *Thoth* ſive Hermetem Ægyptiorum. Putabam fere, eundem hunc librum eſſe, quem Wagenſeilius in tract. de Norimberga p. 168. teſtatur MStum ſe vidiſſe Senis apud Præſidem Synagogæ. Cum vero ibidem referat, Scriptorem hujus libri inventionem Salomoni acceptam ferre, cujus tamen noſter non meminit, (quamvis p. 49. ſq. in exquirendo auctore multus ſit,) ſed potius p. 49. ſq. Perſis tribuit, apparet, Wagenſeilianum illum tractatum & ab hoc & a ceteris duobus, quos Hydius edidit, diſtingvendum eſſe.

ר' לדעיה בן ר' שמריה v. infra R. *Jebuda f. R. Schemarja.*

678. יהוא JEHU *Propheta*, ſcripſit *hiſtoriam Joſaphati*, ut apparet ex 2. Paralip. XX. 34. Hanc autem ſimile veri eſt, eandem eſſe cum illa nar-

Digitized by Google

narratione, quæ exſtat 1. Regg. XVI. 1. Cum enim in laudato loco Paralipomenon dicatur res geſtas Joſephati digeſſiſſe in libris Regum, probabile eſt, eum ipſam hanc libri Regum partem a ſe compoſitam toti corpori inſeruiſſe. Conf. B. *Mich. Waltheri* Officinam Biblicam p. 1190. Alii ipſum de rebus geſtis Regum Judæ & Iſraelis commentatum eſſe affirmant ex hoc loco, inter quos etiam eſt Bartoloccius. Confer de Jehu Seder Olam Rabba p. 54.

ר׳ להודאי גאון v. infra R. *Iehuda f. Nachman.*

יה׳בי i. e. יקותיאל הכהן בן יהודה *Jekuthiel ſacerdos fil. Judæ*, quod nomen vide.

ר׳ יהודה R. JEHUDA neſcio quis ſcr. 679.

לִבְנַת הַסַּפִּיר *pavimentum ſaphirinum* ex *Exod.* XXIV. 10. i. e. Grammatica, quæ citatur ab *Abrab. de Balmis* in *Mikne Abraham* ſemel quidem plag. R. 3. ſub nomine מיסר ליאון *Domino Leo*, deinde vero plag. S. 4. ſub nomine R. Iehuda. (o)

ר׳ יהודה R. JEHUDA, cujus ס׳ הַבִּטָּחוֹן *librum de ſpe* allegat Kircherus Tom. II. p. 244. et ex eo locum integrum affert. 680.

ר׳ יהודה R. IEHUDA ſcripſit. 681.

ס׳ הַחַיִּים *librum vitæ*, i. e. conciones in Leviticum. *Cracov.* 348. C. 1588. 4. Bartoloc. etiam Venetam editionem ſed ſine anno laudat. Huic ש״י in indice alphabet. tribuit etiam librum Grammaticum, quem Iehudæ antecedenti tribuimus, tanquam a noſtro, ut videtur, diſtinguendo.

ר׳ יהודה אבל R. IEHUDA ABEL ſ. *Lugens*, Karæus, qui in ש״י & locis mox citandis vocatur ר׳ יהודה האבל בר אליהו R. *Iuda Haabel f. R. Eliæ Haddaſſi.* Vixit is CPoli A. M. 4909. C. 1149. & Karæorum res ſuffulſit, prout in lege ſcientiisque naturalibus, linguarumque Græcæ & Arabicæ peritiſſimus fuiſſe fertur, edito libro metrice ſcripto אֶשְׁכּוֹל 682.

(o) Idem eum denuo allegat plag. 9. 8. ubi plenius vocat R. Jehuda די נאפולי i. e. *Neapolitanum*, quem cognominari ait מיסר ליאון

אֶשְׁכּוֹל הַכּוֹפֶר *botrus cypri* ex *Cantic.* I. 14. ubi fuſe commentatur in Decalogum ita quidem, ut expoſita de ſingulis Karæorum ſententia Rabbanitarum opiniones commemoret & confutet, non neglectis etiam aliis, qui a Karæorum partibus ſint alieni. Tota libri facies delineatur fuſe in *Mardochæi* Karæi tractatu de Karæis nuper a me ex MS. edito p. 134. ſqq. ibidemque varia ex eo ſpecimina afferuntur, ex quibus perſpicias, Scriptorem & ingenio & doctrina & arte valuiſſe, ſuamque ſcribendi rationem ad dictionem Biblicam feliciter accommodaſſe. Sic alibi etiam ad partes vocatur in eodem tractatu v. c. p. 21. 30. 80. & 151. ubi loca quædam nunc fuſius, nunc ſuccinctius afferuntur. Exſtat ille inter *Levini Warneri* Codd. MSS. in Biblioth. Leidenſi: vide Catalogum p. 286. n. 40. ex cujus p. 284. no. 21. conſtabit, ipſum Warnerum Collectanea quædam inde ſelecta inter Codices ſuos repoſuiſſe. Ibidem p. 284. n. 21. recenſetur *Iudæ Lugentis* (is eſt noſter *Iuda Haabel*) tractatus de *ritu mactationis & ruſpationis*, quod hebraice dixeris שחיטה ובריקה. Priorem illum tractatum MS. habuit R. *Ioſeph del Medico Cretenſis*, apud quem ſe eum vidiſſe ſcribit R. *Schemuel* in *Noſlos chochma* p. 56. 4. ubi addit, eum hoc libro teſtatum feciſſe admirabilem ſuam in variis generibus doctrinam, adeo ut ex Talmude (p) quoque multi allegarit.

ר׳ יהודה אברבנאל R. vide infra R. *Iebuda f. Schemuel Abarbanel.*

683. ר׳ יהודה אברבנאל R IEHUDA ABARBANEL, ex celebri illa inter Judæos familia oriundus, cujus libros divenditos memorat R. Aſarias in Meor Enajim c. 35. Credo, hunc eundem eſſe cum *Iebuda Abarbanele f. Iſaaci*, de quo infra.

684. ר׳ יהודה בן אברהם R. JEHUDA f. *Abraham* cujus tractatus

עַל הַנֶּפֶשׁ de anima MS. Hebr. in 4. exſtat in B. Medicea Pluteo I. n. 44. vide Catalogum illius Biblioth. in calce Prodromi Lambeciani a Cl. Fabricio editum.

685. ר׳ יהודה בן אברהם יעקב R. IEHUDA fil ABRAHAM *Iacob* Poſnanenſis ſcr. מְכַבֵּי

(p) Caræi alias Talmud averſantur: hic autem cum nonnullis aliis Karæis eo uſus eſt, ut inde argumenta κατ' ἄνθρωπον deduceret contra Rabbanitas: confer, quæ notavi ad Mardochæi tract. de Caræis p. 96.

Digitized by

מַכַּבִּי יְהוּדָה *Maccabæus Iehuda* alludens forte ſimul ad *Raſche Tevoth* *Exod.* XV. 11. ubi exponit connexionem Paraſcharum omnium & Sidrarum totius Pentateuchi, ſed prodiit tantum illa operis Pars, quæ ad *Geneſin* ſpectat *Cracov.* 406. C. 1646. fol. Ex præfat. apparet, eundem ſcripſiſſe binos libros alios, nempe קֶשֶׁת יְהוּדָה *arcus Iudæ*, & זאת לִיהוּדָה *hoc* (erit) *Iudæ*.

ר׳ יהודה אהרן R. IEHUDA Aaron *Moſche Altſchüler*, ſcr. 686.

1) וַיָּחֶל מֹשֶׁה *& incepit Moſes*, forte ex *Gen.* IX. 20. liber moralis, cujus Pars I. de timore & cultu Dei ac pœnitentia agit; pars II. vero ſub titulo

2) תּוֹרַת הָאָשָׁם (q) i. e. *lex ſacrificii pro reatu*, oſtendit, quomodo de quocunque peccati genere pœnitentia agenda ſit. Prodiit *Pragæ* 373. C. 1513. 4. & *Francof.* 451. 4. C. 1691. Ejusdem

3) תּוֹרַת הַמִּלּוּאִים *lex impletionum* ex *Exod.* XXIX. 22. ubi agitur de ratione diſcendi tractandique legem, cum ritibus & inſtitutis quæ huc pertinent. MS.

4) תּוֹרַת הַמִּנְחָה *lex oblationis*, ubi ex variis Rabbinorum dictis ſcriptisque doctrina de pœnitentia & timore Dei ſive pietate explicatur. MS.

תּוֹרַת הַשְּׁלָמִים *lex ſacrificii Eucharistici*, ubi oſtendit quid homini agendum ſit inde a media nocte, qua ſurgere ſolent ad deplorandum Templi excidium, & per totum diem inſequentem usque ad veſperam: præterea vero ipſa vivendi ratio per totum diem commonſtratur. MS.

(q) Hoc & ſequentibus titulis alluſit ad nonnulla ſacrificiorum genera, in antiquitate Iudaica recepta, quorum ſcilicet locum recentiores Iudæi tueri opinantur preces. Vide inter ceteros R. *Bechai* in Pentat. f. 114. b. & *Jalkut Chadaſch* f. 177, col. 4. n. 72. in qua ſententia eos vehementer falli oſtendit Jo. Lightfootus in Operibus Vol. I. p. 203. a. Alias conſtat, quatuor potiſſimum ſacrificiorum genera memorari, nempe חטאת עולה, שלמים & אשם, de quibus præter *Outrammum* libro ſingulari vide *Jo. Lightfoot* Opp. Vol. I. c. VIII, & X. de Miniſterio Templi, *Sam. Bochartus* Hierozoici p. 318. *Jo. Henr. Majus* in Diſſ. Sacr. Loc. VIII. & *Rudolphus Cudworthus* in tractat. Anglica de Cœna Dominica p. 2.

יהודה איש קריוטא JUDAS ISCARIOTES, Apoſtolus primum SERVATORIS Sanctiſſimi, deinde proditor, quem Bartoloccius hic commemorat, & diligentius nominis rationem perſequitur, repetendum illud exiſtimans a *Caryota* ſive planitie quadam urbis Jerichuntinæ, quæ milliaribus octodecim ab urbe Hieroſol. remota erat & caryotis h. e. palmulis ſponte natis abundabat. De Caryotis illis lege Gemaram *Feracboth* c. 7. p. 50, b. *Avoda Sara* c. l. p. 14. b. *Plinium* XIII. 4. Hiſt. Natur. ac *Strabonem* lib. XVI. In Etymologiæ hujus veritatem inquirere nunc nec licet per inſtitutum, nec lubet, alia occaſione data opera, ſi Deus annuerit, de Nominum Propriorum ratione expoſituris. Videatur interim *B. Aug. Pfeifferus* in Quinquagena Locorum Hebr. & Exotic. V. T. p. 475. Opp. Critic. *Io. Druſius* p. 25. Præterit. *Tillemontius* Memoriarum Hiſtor, Ecleſ. Tom. I. p. 35. & inprimis *Io. Saubertus* p. 253. Var. Lect. in Matthæum, ipſe denique Bartol. qui aliorum de nominis ratione ſententias recenſet.

Judæ huic *Evangelium* quoddam ſuppoſitum olim fuiſſe ex *Irenæo* lib. I. contra Hæreſes c. 35. *Epiphanii* hæreſi XXVIII. n. 1. & *Theodorito* lib. 1. Hæretic. Fabularum c. 15. apparet, quorum loca affert Celeb. *Io. Albertus Fabricius* in Codice Apocrypho N. T. p. 352.

688. **ר׳ יהודה אלבילדה** R. JEHUDA ALBELDA f. R. *Moſis Albelda* Patris ſui opera, de quibus ſuo dicemus loco, edidit *Venet.* 362. C. 1602.

ר׳ יהודה אלחריזי R. JEHUDA ALCHARISI f. R. *Salomonis* v. infra R. *Jehuda f. Salomonis Alchophni* cognomine חריזי.

689. **ר׳ יהודה בן אליעזר** R. JEHUDA f. ELIESER.

צִיהֲלְבִי ut Ba. vel צָלְבִי ut ש״ר, cognomine פוקי unde & R. *Jehuda Poki* a Seldeno & aliis vocari ſolet. Karæus is fuit, cujus tamen ætatem ignorare ſe profitetur *Mardochæus* Karæus in tractatu de Karæis p. 149. ubi liber ejus

שַׁעַר יְהוּדָה *porta Juda* laudatur, quo libro de ratione inceſtus, gradibusque conjugii licitis & illicitis ex mente Karæorum differit.

Prod

Digitized by Google

Prod, *CPoli* imperante *Morad* (r) an. 1582. ut teſtantur ש״י & *Seldenus*, qui eo in libris de Anno Civili & de Uxore Ebræa paſſim uſus eſt. Vide poſteriorem tractatum lib. I. c. 3. p. 7. & 9. ut & cap. VI. p. 24. priorem vero p. 8. ubi unum hunc Karæorum librum editum (s) viſum ſibi eſſe refert. Vixiſſe auctorem poſt *Eliam f. Moſe* itidem Karæum & Scriptorem libri *Addereth Elijahu*, qui finitus eſt an. 257. C. 1497. traditur a *Mardochæo* de Karæis p. 149. cum illius in eo fiat mentio. Longo tamen tempore poſt illum librum exaratum eſſe cum eodem tractatu non dixerim, quia poſt ipſius Scriptoris fata a filio, ut teſtatur *Seldenus*, anno 1582. editus eſt, ut inter Eliam ben Moſe & noſtrum hunc vix quadraginta anni intercedere potuerint. Confer quæ ſcripſi ad tractatum Karæi p. 149. R. *Schabtai* in ש״י ubi hunc librum recenſet, teſtatur, neſcio quo auctore, eundem duo volumina (t) precum ſcripſiſſe.

ר׳ יהודה אלמנגרי R. JEHUDA ALMANGARI 690. hic dicitur fuiſſe ille qui cum Rege Coſaræorum diſputans ſub nomine חבר introducitur in libro *Coſri*. Hoc enim didiciſſe ſe teſtatur auctor *Schalſcheleth* p. 40. b. ex libro האמונות ex cujus fide addit, ipſum Regem ad Judæorum ſacra perductum eſſe argumentis *Jehuda* hujus, qui deinceps ipſe rem, prout geſta eſt, lingua Coſaræorum deſcripſerit, interpretem Arabicum nactus R. *Iehudam Levitam*, Hebraicum vero *Samuelem ben Tibbon*. Confer quæ infra ſub יהודה הלוי dicentur, ubi intelligetur, hunc *Iehudam Almangari* ab aliis vocari rectius *Iehudam Sangari*.

ר׳ יהודה בר אלעאי R. JEHUDA f. ELAI floruit ſub Adriano Imperatore inter Miſchnicos, ætate III. diſcipulus R. Akibæ A. M. 3881. A. C. 181. ab eloquentia laudatus: vide *En Iſrael* Parte I. p. 61. col. 4. & Parte II. p. 22. col. 1. n. 32. itemque *Peſachim* p. 37. col. 3. In catalogo Tannaitarum, qui exſtat in calce Partis I. Miſchnæ edit. Venetæ 1655. 12. dicitur, quotiescunque ſimpliciter allegetur R. *Iuda*, toties intelligendum eſſe hunc R. *Iudam Elai*, quo argumento innixus Bar-

(r) Eſt ille *Amurath* III. qui imperii faſces tenuit ab an. 1575. ad 1585.

(s) Solet is quidem alios Karæorum libros ad partes vocare, ſed qvos manu tantum exaratos evolvit, v. c. אדרת אליהו R. *Eliæ Byzantini*, de qvo ſupra diximus p. 149.

(t) Exſtant qvidem duo precum rituumque volumina apud Karæos edita, ſed quæ ſupra R. *Aaroni* filio *Joſephi* vindicavimus.

Digitized by Google

Bartoloccius ſententiam illam, quæ in *Pirke Avoth* c. IV. Judæ cuidam tribuitur, noſtro huic vindicandam eſſe cenſet. Sic & quando indefinite in Talmude dicitur מעשה בחסיד אחד *hiſtoria pii cujusdam Viri*, Maimonidis judicio noſter ſignificatur, quamvis *Iuchaſin* Φράσιν hanc nunc ad *Iudam bar Elai* nunc ad *Iudam f. Baba* referri teſtetur.

Eidem tribuitur סִפְרָא h. e. comment. in Leviticum, de quo ſuo loco dicemus: nam non eſt eadem omnium ſententia: nec non פְּסִיקְתָּא quem titulum vide itidem ſuo loco.

691. ר׳ יהודה בר אלעזר R. JEHUDA f. ELEASAR *Sacerdos*, Germanus A. M. 5043. C. 1283. cum adhuc diſcipulus eſſet R. *Elijakim* f. *Menachem*, ſcripſit מִנְחַת יְהוּדָה *oblationem Iudæ* ex Malach. III. 4. i. e. commentarium in R. *Sal. Iſaacidæ* ſuper Pentateuchum, in quo omnia ſua aſſerta ex *Talmude*, *Tanchuma* &c. probat. MS. eſt in B. Vatic. cujus ſæpe meminit R. *Gedalias* ſuper *Jalkut*. Hæc affert Bartoloccius forte ipſius MS. fide: vereor tamen ne mendi hic ſuſpicio oboriri poſſit. Nam in ש״י tribuitur hic liber *Jehudæ Löw* f. *Obadiæ*, Præſidi Senatus Briſcenſis in Lithuania, diciturque eſſe explicatio eximia commentarii Raſchii in Pentat. in quem nonnulla per compendium ex לבוש האורה & המזרחי translata ſint. Prodiit liber *Lublini* 369. C. 1609. fol. *Cracov*. 399. C. 1639. & *Pragæ* 438. C. 1678. Bartoloccius monet etiam, ejusdem commentarium in *Jevamoth*. MS. ſervari in Vatic.

ר׳ יהודה בן אלפכר vid. infra R. Iehuda fil. Ioſ. Alphachar.

יהודה אריה vide infra *Jacob Jehuda Arje*.

692. ר׳ יהודה אריה ממודינה R. JEHUDA ARIE vulgo *Leo Mutinenſis* f. *R. Iſaac*, Rabbinus Venetus, & Synagogæ Rector, Poeta Hebræus pariter & Italus egregius, qui & varia aliorum ſcripta & ſua quoque formis exſcribi fecit, tandemque an. 1654. fere 80. annos natus obiit. Ejus ſunt

1) *Biblia Hebræo Rabbinica* ſecundum priores editiones *Dan. Bombergii* cum Targum Maſora magna & parva, ac commentariis Rabbinorum 4. in fol. voluminibus *Venet*. 377. C. 1617. fol. ac præfatione edita, in qua teſtatur, trecenta & amplius loca in prioribus mendoſe excuſa, in-

Digitized by Google

integritati a ſe ſuæ reſtituta eſſe. Inquiſitores eam editionem cenſuræ ſubjeciſſe titulus docet.

2) Idem *verſionem* Bibliorum *Italicam* ſcribere ſuſceperat, eamque non minus Chriſtianorum quam Judæorum uſui accommodatam, quod conſilium cum per inquiſitionem perfici non poſſet, ad Lexicon *Hebræo Italicum* ſecundum ordinem libb. Biblicorum diſponendum animum & conſilia convertit, quod vicem verſionis Judæis præſtaret. Prodiit illud *Venet.* 1612. 4. (u) In eo delineando diligens eſt *Rich. Simonius* Tomo I. epiſtolarum Selectarum ep. 23. p. 173. ed. Amſtelod., & in *Bibl. Select.* T. I. p. 267. ſq. ubi recenſet edit. ſecundam, *Patavin.* 1640 ad quam acceſſit interpretatio vocum & terminorum Rabbinic. qui in quocunque ſcientiæ genere adhibentur. Illi concinnando adhibuit verſionem Latinam, Paraphraſes Chald. *Michlal Iophi* & Interpretes alios varii generis, nonnunquam eandem vocem dupliciter interpretatus eſt. Confer quæ olim in Hiſtoria Lexicorum Hebræorum p. 50. dixi.

Titulus Hebraicus hujus Lexici eſt גָּלוּת יְהוּדָה *captivitas Iudæ*, atque alio nomine פֵּשֶׁר דָּבָר *interpretatio vocum* appellatur. Accedit interpretatio vocum difficiliorum in libros הגדה של פסח i. e. de ritibus Paſchal. & פרקי אבות (x) occurrentium. ש״י Venetam tantum edit, memorat, at Bartoloccius *Patavinæ* quoque meminit an. 400. C. 1640. curatæ, in qua idem legi teſtatur carmen ab illo adhuc juvene compoſitum, de quo mox.

3) Ejusdem cura Miſchna cum brevibus notis, quæ dicuntur כַּף נַחַת & epiſtola ejus qvadam Venet. 385. C. 1625. 8. prodiit, ut &

4) לְבוּשִׁים *Mardochai Iaphe* ib. 380. C, 1620.

5) סֵדֶר הַגָּדָה שֶׁל פֶּסַח *Narratio hiſtorica de Paſchate* lingva Italica ſed characteribus Hebraicis una cum textu Hebraico ipſo & figuris miracula in Ægypto patrata vel cerimonias Paſchales recenſentibus *Venet.* 369. C. 1609. fol.

Ipſe ſcripſit Hebraice

(u) Titulum *Rich. Simon* p. 173. epp. Select. ita effert: *Novum Dictionarium Hebr. & Italicum, h. e. expoſitio vocum Hebraic. difficiliorum omnium S. Scripturæ lingua Italica vulgari.*

(x) Horum ſcilicet libellorum uſus Judæis familiariſſimus eſt, ad qvorum proinde intelligentiam viam munire voluit noſter.

6) בית יהודה *domus Iudæ*, quo continentur expoſitiones *Aggadoth*, qvæ non inveniuntur in *En Iacob*, cum commentario & *Toſephoth* *Venet.* 395. C. 1635. fol. & *Deſſav.* 457. C. 1687. In Catal. Bodlej. video memorari *Venet.* an. 1615.

7) בית לחם יהודה *Bethlehem Iuda* ex *Mich.* V. 1. *domus panis Iudæ*, eſt index omnium Aggadoth ſecundum literarum ſeriem, & ad rationem libri זכרון תורת משה diſpoſitus. *Venet.* 388. C. 1628. fol. Bartoloc. habet 385.

8) גלות יהודה *captivitas Iudæ*, ex *Ier.* XXIV. 5. dictionarium Hebræo Italicum, de quo n. 2.

9) לב האריה (a) *cor Leonis* ex 2. *Sam.* XVII. 20. ubi præcipit de memoria artificiali ad comprehendendas omnis generis ſcientias idonea. Accedunt 613. præcepta ſecundum ordinem Maimonidæ. *Venet.* 377. 4. C. 1617.

10) מדבר יהודה *deſertum Iudæ* ex *Iudic.* I. 16. de argumentis lugubribus *Venet.* 358. C. 1598. & 362. C. 1602. 4. Immiſta ſunt carmina varia funebria, ex quibus Plantavitius n. 323. unum ejus in *Moſen* qvendam, quem præceptorem habuerat, epicedium affert, ita compoſitum, ut iisdem litteris Hebraice & Italice legi ac explicari poſſit, ſenſu in utraque lingua obvio & facile aſſeqvendo. Conf. *Wagenſeil.* ad Sota c. I. p. 50.

11) סוד ישרים *arcanum integrorum* ex *Pſ.* CXI. 1. (non ex *Jerem.* XV. 17. ut habet Plantavitius n. 476.) complectitur arcana naturæ 100. & ænigmata 50. Utriusqve generis exempla affert *Plantavitius* l. c. ex qvo apparet, qvod inter cetera oſtendatur modus conficiendi lucernam, quæ in mediis aqvis ardeat, ut & ratio ferrum candens tractandi manibus illæſis &c. Hunc librum ש״י nulli auctori tribuit, editum vero teſtatur *Veronæ* 412. & *Amſtel.* 409. 32. Prodiit etiam *Venet.* 355. C. 1595. & *Francof. ad Mæn.* 452. C. 1692.

12) סור מרע *recede a malo* ex Pſ. XXXIV. 15. dialogus de luſu alearum

(a) Alluſit hic ſimul ad nomen ſuum, quia nomen *Jehuda* Hebraice per אריה i. e. *Leo*, & germ. per *Löw* exprimi a Judæis ſolet, quia tribus *Juda* Geneſ. XLIX. 9. cum Leone comparatur; quod ſemel hic monuiſſe ſuffecerit.

Digitized by Google

rum & talorum inter *Eldad & Medad*, quorum alter ludum defendit reprehendit & deteſtatur alter. Prod. *Prag.* 475. C. 1615. 8. & *Venet.* eodem anno, tradit ceu ש״י, cum Bartoloc. Venetæ ed. annum 355. C. 1595. tribuat, ac cura Jo. Georg. Neſſelii *Leidæ* 406. C. 1656. hinc *Vitemb.* 1665. 4. cum verſ. latina & notis B. *Aug. Pfeifferi*, qui ed. Leidenſi negligentiſſime, quod ipſe queritur, curata uſus eſt. Denique Hebr. cum terſa & eleganti Germ. verſione literis Germanicis expreſſa *Frid. Alb. Chriſtiani* ExJudæi lucem vidit Lipſ. 1656. 8. ſub titulo: צַחְקָן מְלַמֵּד וּמִתְחָרֵת *Luſor doctus ſed converſus*, cum appendice hiſtoriarum quarundem Talmudic. & Indice Rabbinorum allegatorum. *Th. Hyde* in hiſtoria Nerdiludii p. 122. ſq. ſummam hujus libelli proponit, ac deinde ex eodem cantiones quasdam rhythmicas cum Lat. verſione exhibet, hinc inde emendata. ש״י librum attulit, ſed auctoris non meminit, quem noſtrum *Leonem* eſſe poſt Plantavitium teſtatur B. Forte autem is non tam ſcripſit librum, quam iterum edidit: præcipue cum ש״י tanquam *ἀνώνυμον* recenſeat, ſicut & Editor primus *Abrah. ben Chajim* in præfat. teſtatur, ſe librum hunc inter ſcripta eruditi cujusdam Viri, qui ipſe eum parvi fecerit, deprehendiſſe ac editione digna judicaſſe.

13) פִּי אֲרִיֵה *os leonis* ex Pſ. XXII. 22. dictionariolum Rabbinico-Italicum cujus magnus eſt in Rabbinis legendis uſus. *Venet.* 408. C. 1640. teſte Bartol. ש״י eum non habet.

14) צֶמַח צַדִּיק *germen juſtum* ex *Ier.* XXIII. 5. liber moralis, de vita recte inſtituenda præcipiens, per fabulas & apologos, quibus figuræ accedunt *Venet.* 345. C. 1585. 8.

15) Italica lingva *hiſtoriam ritum Iudæorum ſuæ ætatis* deſcripſit cum *Iac. Gaffarelli* præfat. *Pariſ.* 1637. 8. editam, & anno ſequente ipſius auctoris cura Venet. emendatius recuſam, ita qvidem, ut loca Scripturæ ex Vulgata ſuperioribus ita volentibus (v. Rich. epp. Selectas p. 122.) adducerentur. Gallice idem liber converſus eſt a *Rich. Simone*, cujus præfatio ac ſupplementum, binæ ſcilicet diſſertationes, altera de Karæis, de Samaritanis altera acceſſerunt *Pariſ.* 1674. 12. quæ verſio an. 1681. ſub nomine *de Simonville* cum ejusdem Simonii collatione rituum Judaicorum & Chriſtianorum recuſa eſt. Vide ipſum *Simonium* ſingularia quædam tum de verſione ipſa, tum de repetita ejus editione monentem in Biblioth. Critica Tomo IV. ep. 13. ex quibus hæc repetiiſſe ſuffecerit, quod præfatio præmiſſa *Fremontio d' Ablancourt* debeatur, ea vero, quæ parenthe-

Digitized by Google

theſibus ſint incluſa, cenſori operis non ipſi auctori accepta ferenda ſint. Illa editio Pariſienſis anni 1681. recuſa eſt *Hagæ Comitum* 1682. 12.

Anglicana verſio Londini 1650. 8. in lucem prodiit. Confer Acta Eruditorum Lipſienſium an. 1683. p. 136.

Belgica interpretatio ad fidem Gallicæ *Amſtelod.* 1683. 8. quæ in fronte & *Simonvillii* & *Leonis Mutinenſis* nomen refert; denique *Latina Io. Valent. Grosgebaueri* Francof. 1693. 12.

Non omittendum eſt, quod monet *Io. Seldenus* in Uxore Hebr. lib. I. c. 9. p. 51. ſe *αὐτογράφῳ Leonis* quod ſecum communicaverit, qui ab ipſo auctore acceperat, *Guilielmus Boswellus*, (vide eundem de *Succeſſione in Bona Defunctorum* cap. XIV.) uſum, deprehendiſſe, varia loca vel deeſſe, vel aliter legi, quam editio Pariſienſis exhibet, cujus rei ſpecimina quædam ibidem inveneris. Compara, quæ in eandem ſententiam diſſerit *Paulus Colomeſius* in Bibliotheca Selecta p. 5. ſq. Non parum ad commendationem libri id fecerit, quod *Io. Buxtorfius* filius in repetita Synagogæ Iudaicæ (b) quam Pater paraverat, editione multa ex eo mutua deſumſerit, imo ordinem quoque ipſum ad ejus exemplum refinxerit. Noſtro huic Judæi maxime applauſerunt, quando in nomine ישו נוצרי (c) invenit numerum AntiChriſti 666. in nomine vero ישו & מרים numerum 612. qui etiam latet in vocibus אלהי נכר הארץ quæ in Deut. exſtant. Vide *Voetium* disp. de Judaismo p. 123. Præterea hic noſter varios libros cum præfationibus ſuis edidit. v. c. *Biblia Hebr.* cum comm. *Iac. Lombroſo* 399. C. 1639. 4. ס׳ החנוך R. Aaronis Levitæ Barcin. Venet. 361. 4.

693. ## ר׳ יהודה R. JEHUDA ſive ר׳ אריה דבי עילאי

R. ARIE (*)*ex familia Elai* qui etiam vocatur אריה ליב ex cujus ſermo-

(b) Leo noſter viſus eſt nonnullis, hunc ſuum de ritibus Judæorum librum *Synagogæ* Buxtorfianæ deſtinato conſilio oppoſuiſſe, cui tamen certe id fraudi non eſt, cum Buxtorfius Judæorum Germanorum conſuetudines exponat, quæ ab Italorum moribus paſſim recedunt.

(c) Operam non minus impie quam futiliter hic collocavit Judæus, qui & nomen ſanctiſſimum detruncavit, more Judaico, & non magis rem adſecutus eſt, quam plures alii, in numero hoc ex variis nominibus eruendo verſati; vide *Athanaſ. Kircherum* Tomo II. Oedippi p. 219. *Jo. Ern. Grabe* ad Irenæum lib. V. c. 30. p. 449. *Franc. Potterum* de interpretatione num. 666. & Vener. *Valent. Erneſti Læſcheri* Exercitat. Hiſtorico-Philolog. de Numero Anti-Chriſti Vitemb. 1695. 4.

(*) Ita nomen affert Ba. ex præfat. citanda, quod proinde pro nomine familiæ videtur accepiſſe, cum potius elogii loco ſit habendum, ut notetur *familia princeps* ſive *illuſtris* ex voce Chald. עילי, i. e. ſupremus.

monibus R. *Jehuda Löw* fil. *Schemuel* accepit ea, quæ ad illuſtrandum librum עשרה מאמרות edidit: videR. *Moſe*, fil.*Schelomo* præf. ad lib. עשרה מאמרות

ר׳ יהודה בינה vide infra R. *Jebuda fil.Moſche Biga.*

694. ר׳ יהודה בר אשר R. JEHUDA f. ASCHER, qui dici ſolet הרא״ש A. M. 5159. C. 1311. ſibi ipſi violenta manu vitam ademit, ne in inſigni, quæ eo tempore in Catalonia, Caſtilia & Arrania contingebat, Judæorum converſione ipſe qvoque ad mutanda ſacra adduceretur. Vide *Schalſcheleth* p. 60. a. quo loco ſcribitur, librum *Iuchaſin* alicubi tradere, contigiſſe hoc anno minoris computi 151. alibi vero nempe p. 133. b. (ubi dicitur *Toleti* an. 109. ſepultus) ad annum 109. C. 1349. typograhpi vitio referre. (d) Scripſit ille, teſte *Schalſcheleth*

חֻקַּת הַתּוֹרָה *ſtatutum legis* ex *Num.* XIX. 2. &

חקות שָׁמַיִם *ſtatuta cæli* ex *Iobi* XXXVIII. 33. Priorem Buxtorfius MS. eſſe ait & Cabbaliſticum, poſteriorem ש״י tantum recenſet & priorem inter rituales libros numerat, ac in R. *Iſaaci Kalon* qvæſitis & reſponſis n. 178. citari affirmat.

695. יהודה בחור בן סנלקי JEHUDA BACHUR fil. SENALKI, cujus commentarium in Maſoram ſeu Abbreviaturas Maſorethicas *Prag.* 370. C. 1610. 8. editas memorat Cl. *Iac. le Long* in B. Sacra Parte II. p. 417.

696. ר׳ יהודה לבית לוי R. JEHUDA ex familiaLEVI cujus *qvæ. & reſp.* in Seder *Gittim* exſtant MSS. in B. Oppenheimeri in fol.

697. ר׳ יהודה לבית פלקון R. JEHUDA ex familia PALKON collata opera cum R. *Meir f. Gabbai* ſcr.

ס׳ תולעת יעקב *librum Vermis Jacobi* ex Ieſ. XLI. 14. i. e. comment.

(d) Confer huc, ſi res tanti eſt, Bartoloc. Tomo I. p. 494.

Digitized by Google

ment, literalem, Allegoricum, moralem, & Anagogicum in preces totius anni *CPoli* 320. C. 1560. 4. & *Cracov.* 341. C. 1581. 4.

698. ר׳ יהודה בן בלעם R. JEHUDA f. BILEAM *Toletanus* claruit Sæculo XVI. & ſcr.

טעמי המקרא de accentibus Scripturæ, qui in Pentateucho, librisque *Iobi Proverbiorum & Pſalmorum* occurrunt. Pariſ. 1566. ita ש״ו qui unico hoc libro illam de accentibus doctrinam ab eo tractatam putat. Rectius vero ita ſenſeris, quod liber de accentibus Scripturæ ſeorſim cum verſ. *Io. Merceri* apud *Rob. Stephanum* prodierit 1565. 4., alter vero de accentibus Scripturæ 3. Metricorum librorum ibidem, ſed an. 1556. Ita poſt *Buxtorſium Imbonatus* p. 120. Bibl. Latino-Hebr. & *Paulus Colomeſius* in Gallia Orient. p. 48. ubi ſcripta Merceri recenſentur. Ceterum tractationis, de Accentibus meminit *Aben Eſra* ad Pſ. IV. 4. Idem Jehuda libros parvulos ſeu opuſcula multa compoſuiſſe dicitur in Catalogo ſupra ſub voce דקדוק repræſentato.

699. ר׳ יהודה בן בנימין R. JEHUDA f. BENJAMIN

Italus, Rabbinus celebris & præceptor illius, qui librum תניא edidit, cujus pars huic tribuenda videtur. Deſcribuntur in eo ritus & cerimoniæ Judæis Italis receptæ, adeoque agitur de cantore & ſuccentore Synagogæ, de benedictione ſacerdotali, libro Legis, jejuniis luctu &c. Prod. *Mantuæ* 274. C. 1514. 4. vel potius an. 280. quæ editio eſt in B. Oppenheimer. *Plantavitius* ed. CPolitanam memorat, neſcio quam recte: & *Cremonæ* 325. C. 1565. 4. Buxtorfius ipſi *Iehudæ* noſtro totum acceptum fert, ſecutus R. *David Ganzium* ad annum 5074. qui idem tradit & provocat ad auctorem *Schalſcheleth* p. 56. b. quem tamen non aſſecutus eſt. Ibi enim dicitur, auctorem ignorari, qui tamen in ipſo libro ſe diſcipulum R. *Iehudæ* noſtri profiteatur. In præfatione certe *Iechieli* f. R. *Iacobi*, auctori *Arba Turim* adſcribitur. Conferantur, quæ ſcribam ſub יחיאל fratre R. *Iacobi Aſcher*.

700. ר׳ יהודה בצלאל R. JEHUDA f. BEZALEL cognomine R. *Liva* ſive *Leva* i. e. *Leo de Praga*, unde & plene R. *Iehuda Leva f. Bezalel* vocatur quo nomine ipſe in lib. תפארת ישראל & alio דרך חיים ed. Prag. ſe vocat, ab anno 313. C. 1553. Rector Academiarum & præſes Tri-

Digitized by Google

Tribunalium in provinciis Moraviæ per viginti annos, conſtituta nova Academia Pragæ an. 1592. Poſnaniam profectus, caput illius Academiæ & Præſes Curiæ per totam Poloniam factus eſt, ibique defunctus. Scripſit

1) אור חדש *lumen novum* comm. in lib. Eſther *Prag.* 360. C. 1600. fol. Scriptor non memoratur, ſed illum eſſe noſtrum hunc teſtis eſt *Schabbatæus.*

2) באר הגולה *fons captivitatis*, qui liber partem alteram voluminis proxime præcedentis conſtituit, & complectitur commentarium in omnes Rabbinorum commentationes ſecundum Gemaræ ordinem diſpoſitas, quæ videri poſſint vel addere quidquam Legi Moſis, vel de ea detrahere, vel etiam in Deum prorſus injuriæ eſſe Pragæ 358. C. 1598.

3) גבורות השם *potentia Dei*, ubi agitur de potentiſſima Iſraelitarum eductione ex Ægypto, ſimulque illuſtratur fuſe הגדה של פסח *narratio hiſtorica de Paſchate.* *Cracov.* 348. C. 1588. fol.

4) גור אריה *leo juvenis* ex *Gen.* XLIX. 9. comm. in *Raſchi* ſuper Pentateuchum, *Pragæ* 338. C. 1578. fol.

5) דרך חיים *via vitæ* ex *Ier.* XXI. 8. comment. diffuſus in *Pirke Avoth* cui jungitur comment. Raſchii *Cracov.* 349. C. 1589. fol. Pars II. ſub tit. נתיבות עולם de quo paulo poſt, prod. *Prag.* 355. C. 1595.

6) דרשות *conciones* neſcio quas, fide Bartoloccii. At ש״י laudat ejus דרוש ארוך i. e. prolixam commentationem de latione legis, ubi & de lege ipſa, de cultu Dei & prohibito uſu vini Chriſtianorum (c) *Prag.* 353. C. 1693. 4.

7) חדושים obſervatt. novæ in *Ievamoth, Nedarim, Gittim, Bava Kama, Bava Mezia, Bava Bathra, Sanhedrin, Maccoth, Schevuoth, Horajoth, Menachoth, Cholin, Biccuroth, Edijoth, Avoth & Cetuvoth, quæ MSS. exſtant in B. Oppenheimeri*, fol.

 8)

(c) Hoc vinum vocant יין נסך *vinum libaminis,* quo ſignificant primario qvidam viuum omne, quod in uſum idololatricum adhibitum eſt, deinde vero vinum S. Cœnæ, & in univerſum a Chriſtianis præparatum, quia obſcurum eſt, annon illud ad hos uſus ſacros adhibitum fuerit. Vide *Eliam Levitam* in תשבי ſuo loco, & *Schulchan Aruch* Parte II. in הלכות יין נסך, ut & Eiſenmengerum in Judaismo Detecto Parte I. p. 255. & 708.

8) נֵצַח יִשְׂרָאֵל *victoria Iſraëlis*, ubi de prolongatione captivitatis, de redemtione Meſſiæ, excellentia populi Iſraelitici, ac reſurrectione mortuorum ex Gemara & commentariis allegoricis. Conſilium Scriptoris eſt, Judæos calamitate preſſos excitare, & ex ipſa captivitate imminentis liberationis ſpem firmare. *Pragæ* 359. C. 1599. fol. pp. 65. literis quadratis apud *Moſe fil. Bezalel*. In hoc libro multa occurrunt, quorum uſus eſſe poteſt contra Judæos, qualia in exemplari ſuo notaverat B. Esdras Edzardus, inſignis harum literarum ſtator & vindex.

9) נֵר מִצְוָה *lumen præcepti*, ubi de ceremoniis lucernarum (f) in Feſto Encæniorum agitur. Additus hic liber eſt alteri אור חדש qui prodiit *Pragæ* 1600.

10) נְתִיבוֹת עוֹלָם *ſemita mundi ſ. æterna* ex *Ier.* VI. 16. ubi habentur 32. partes ſive ſemitæ ſapientiæ, ad timorem pietatem moresque formandos pertinentes, qui liber partem poſteriorem libri דֶּרֶךְ חַיִּים conſtituit. Prag. 355. C. 1595. fol.

11) תִּפְאֶרֶת יִשְׂרָאֵל gloria Iſraelis ex *Thren.* II. 1. qui non commentarius eſt in Legem, quod poſt Plantavitium tradit Bartoloccius, ſed potius de præſtantia Legis differit, ut & de lege ſcripta & præceptis, iisque rebus quæ ad ſtudium legis requirantur. Scriptio tota abſolvitur 70. capitibus. Venet. 359. C. 1599. 4. teſte ש״י Vidi ego edit. anni 356.

701. ר׳ יהודה מבריעסט ישסקי R. JEHUDA *Braſtitskienſis* (g)

יְהוּדָה יַעֲלֶה *Jehuda adſcendet* ex Iud. I. 2. quo continentur pre-

(f) Ea ſcilicet inter cetera hujus feſti ratio eſt, ut per octo dies, quæ a die 25. menſis *Casleu* incipiunt, veſpere accidantur lucernæ a viris, feminis, ſervis, peregrinis, certis adhibitis precibus & ceremoniis. Vide hanc in rem librum סמ״ג p. 250. b. & *Maimonidem* in זמנים p. 217. ed. Venetæ ubi de הלכות חנוכה exponitur. Ex Chriſtianis de hoc feſto lege imprimis *Jo. Seldenum* lib. III. c. 13. ſq. *de Synedriis*, *Jo. Buxtorfium* Synagog. Jud. c. 28. *Campeg. Vitringa* de Synagoga Vetere lib. I. p. 197. & *Bartolocc.* Tomo I. p. 400. ſqq.

(g) Notatur hic urbs quædam Lithuaniæ, Academia Judaica celebris, quæ *Breſſici*, Latine vero Poleſia vocatur.

Digitized by Google

preces variæ in itinere pronunciandæ *Cracov*. 8. In B. Oppenheim. exſtat ed. *Cracov*. 402. C. 1642.

ר׳ יהודה בן ר׳ ברזילי R. JEHUDA f. R. 702.

BARSILLAI, *Barcinonenſis*, (בַּרְצְלוֹנִי) cujus ſæpe ICti Judæi meminerunt ſub nomine *Al Barcellonitæ*, diſcipulus R. *Iſaaci Alpheſi* A. C. 1070. clarus. Scripſit teſte *Schalſcheleth* p. 40. b.

1) יִחוּס בָּשָׂר *proſapia carnis*, ubi de ritibus & officiis mulierum.

2) סֵפֶר הָעִתִּים *librum temporum* ubi de ritibus feſtorum dierum. *Schalſcheleth* enim diſertis verbis monet, agi in eo בדיני מועד unde deſerendus erit Buxtorfius, qui pro libro Aſtronomico habet, temporum diſcrimina ratione motuum cœleſtium computante.

תִּקּוּן שְׁטָרוֹת *ordinatio contractuum*, ubi de annis ab ingreſſu Alexandri M. in urbem Jeruſalem computandis quæ illuſtris inter Judæos Epocha eſt, agitur, teſte poſt Plantavit. n. 766. Bart. Ab illo Plantavit. n. 373. diſtinguit aliud ſcriptum, quod appellat

מִנְיַן שְׁטָרוֹת *ordinatio contractuum*, quo ait oſtendi, Judæos primum numeraſſe annos ſuos ab exitu ex Ægypto, deinde a Regibus, tandem ab Alexandro Macedone, cui, Hieroſolymis parcenti, promiſerint Iudæi, ſe inpoſterum literas contractuum ab anno ingreſſus ejus in urbem ſignaturos eſſe, qui mos usque ad annum 1000. poſt C. N. duraverit. Facile apparet, Plantavitium hæc ex ingenio magis & tituli ratione conjeciſſe, quam ex rei fundamento pronunciaſſe, unde ipſe tandem ſuſpicatur, eidem *Jehuda* noſtro hoc ſcriptum eſſe tribuendum, nec a תקון שטרות diſtinctum. Qua de re non puto dubitandum, cum *Schalſcheleth* l. c. tantum *Tikkun Schetaroth* cum ceteris duobus memoret, de quo ש״י rectius, ut puto, quam Plantavit. tradit, doceri in eo rationem omnis generis contractus (h) ſcribendi, ut proinde non tam hiſtoricus liber ſit, quam ritualis. Prod. *Tikkun Schetaroth Venet*. & *Amſtelod.* quamvis ש״י neutram harum editionum memoret.

4) Commentationem diffuſam de diſſenſionibus ſive controverſiis Doctorum Geonæorum cum ſuis reſponſionibus eundem ſcripſiſſe teſtis *Schalſcheleth* l. c.

5)

(h) Vox enim hebræa שטר hanc proprie habet ſignificationem, ut inſtrumenta litterarum vel contractus quæcunque denotet.

ſ) אֲרוֹן הָעֵדוּת *arca teſtimonii* ex *Exod.* XXV. 22. i. e. conciones. Hoc volumen MS. exſtat in B. Medicea Pluteo I. n. 41. ubi tamen dicitur per 22. capita argumenta Philoſophica tractare, auctor vero ſimpliciter *Jehuda Philoſophus* vocatur. Meminerunt ejus liber העמור & ארחות חיים item R. *Simeon bar Zemach* in ſuis quæſt. & reſponſ. n. 6. Adde *Iuchaſin* p. 130. b. & *Ganzium* ad an. 5830.

ר׳ יהודה גאון v. infra R. *Iehuda f. Nachman.*

703. ר׳ יהודה בן גבירול R. JEHUDA f. GAVIROL cujus disqviſitiones MSS. hebr. exſtant in B. Bodlejana n. 5427. inter Codd. Pocockianos n. 99.

704. ר׳ יהודה גדליה R. IEHUDA GEDALIA *Levita* ſcripſit הוֹסָפוֹת *additiones* ad librum *Zohar*, teſte Plantavitio, n. 732. & quidem fide Catalogi Pragenſis: ſed præter eum nemo illorum meminit.

ר׳ יהודה בן גנאח R. JEHUDA ben GANNACH Grammaticus Judæorum: v infra R. *Iona f. Gannach.*

705. ר׳ יהודה מגרמיזה R. JEHUDA GARMICENSIS i. e. *Wormatienſis* ſcr. de nominum Cabbaliſticorum uſu ſive de Cabbala practica הקבלה המעשית MS. in B. Vatic.

706. ר׳ יהודה בן דוד R. JEHUDA f. *David*, Sacerdos, ſcripſit ſuper תִּקּוּנֵי קְרִיאַת שְׁמַע vide infra ſub *Moſe Corduero.*

707. ר׳ יהודה בן דוד R. JEHUDA f DAVID, qui interfuit diſputationi cum *Nicolao*, Ex Judæo, Pariſiis Sæc. XIII. habitæ: vide *Iechielis* diſputationem cum Nicolao iſto habitam p. 6. Telorum Igneorum Satanæ B. Wagenſeilii.

708. ר׳ יהודה בר דוד פאסי R. JEHUDA f. DAVID PASSI, cognomine חיוג CHIUG, ex Africa Feſſanus Medicus inter Arabas

Digitized by Google

bas educatus vixit A. M. 4800. C. 1040. quod apparet ex eo, quia R. Gedalias in *Schalſcheleth* p. 39. b. dum varios Judæorum Grammaticos, qui Sæculis 4800. & 4900. floruerunt, recenſet, Jehudam hunc primo loco enumerat. Idem confirmatur teſtimonio *Abraham ben Dior* in calce lib. Kabbalæ, qui eosdem Grammaticos enumerans primum facit itidem noſtrum, hoc inſuper elogio addito, שהעמיד לשון הקודש על בוריו אחר שנשכחה בכל הגולה:
h. e. *ille eſt, qui vindicavit linguam ſanctam puritati ſuæ, poſtquam ejus oblivio ceperat univerſam captivitatem.* In eandem ſententiam concedunt ex Judæis *Elias Levita* præfat. in *Methurgeman*, *Aben Eſra* paſſim, R. *D. Kimchi*, R. *David Iechaja*, R. *Abrah. de Balmis*, R. *Abrah. Zacutus* in *Iuchaſin* & alii, quorum loca legere licebit apud *Io. Morinum* in Opuſculis Hebræo Samaritanis p. 10. ſeq. & in Exercit. Biblicis p. 430. ſq. quibus adde ש"י in Ind. alphabet. Nos unum R. *Davidis ben Iachiæ* locum afferemus, ex libro ejus שקל הקודש cap. 8. ubi hæc leguntur וכמו שהעיד על זה הגדול ר' יהודה ז"ל שהוא המדקדק הראשון הראוי להקרא מדקדק. h. e. *ſicut etiam de hoc teſtatur Grammaticus ille magnus R. Iehuda, quem vocare Grammaticum abſolute par eſt, cum ille ſit primus.* Inde nec mirum eſt, Chriſtianos hanc ei prærogativam præ ceteris omnibus reliquiſſe, inter quos hic nominabo *Andr. Maſium* p. 244. comment. ad Ioſuam. Quod quidem ita accipiendum eſt, ut R. *Iuda Chiug* non ſimpliciter primus omnium de rebus Grammaticis commentatus eſſe exiſtimetur, ſed potius iis, quæ alii ante ipſum ſcripſerant, ſubſidium advocatis, hoc argumentum & plenius & diſtinctius perſecutus eſſe & ad artis formam revocaſſe cenſeatur. Hæc fuit ipſius *Aben Eſræ*, qui tamen eum itidem primum Grammaticum vocat, ſententia, ceu ex eo intelligitur, quod, quando in limine libri *Mosne hallaſchon* aliquam Grammaticorum ſeriem profert, noſtrum Judam ſeptimo demum loco recenſet, quem ordinem etiam in Catalogo Grammaticorum ſupra ſub דקדוק repræſentato obſervaveris. Hæc procul dubio cauſa eſt, cur *Guſtavus Peringerus* in hiſtoria linguæ & eruditionis Arabum p. 139. R. *Saadiam Gaonem* primum Hebræorum Grammaticorum appellet. Scripſiſſe illum lingua Arabica tum ex conſuetudine illius ætatis, qua vixit noſter, tum ex illuſtri teſtimonio Judæi Anonymi apparet, quod Morinus p. 528. Exercitt. Biblic. ex MS. attulit. Uſus enim Morinus eſt Grammatica R. *Iona ben Ganach* ex Arabica in Hebr. L. converſa, cujus interpretationis au-

Digitized by Google

auctor, neſcio quis, in præfatione præmiſſa teſtatur, Jehudam cum Iona aliiſque *Gaonibus* illius ætatis Arabice ſua ſcripſiſſe, quod lingua hæc & elegans & copioſa ſit, & communi etiam vulgi uſu teratur, cum viciſſim Hebraica a pauciſſimis intellecta fuerit, & minus fœcunda. Ibidem etiam Interpretem Hebraicum Iehudæ hujus R. *Moſen* f. *Samuelis Haccohen* f: *Gecatiliæ* appellat: Quod ad ſcripta ejus Grammatica attinet, quatuor potiſſimum libri in Catalogo ſæpius memorato, recenſentur. 1) סֵפֶר הַנּוּחַ liber quietis i. e. de literis quieſcentibus 2) ס' הַכְּפֵל de literis geminatis. 3) ס' הַנִּקּוּד liber punctationis, ubi videtur egiſſe de vocalibus ac genuina vocum punctatione. Confer infra ספר נקוד litera נ. 4) ס' הָרִקְחָה i. e. *liber condimenti*. Eodem modo recenſent Hottingerus p. 44. B. Orient. & ש"י niſi quod titulum libri quarti nonnihil mutent, quem Hotting. ס' הַמֶּרְקָחָה eodem ſenſu vocat, ש"י vero appellat ס' הַהַרְכָּבָה i. e. ut interpretor *de Syntaxi*, qui forte ad ſenſum accommodatior eſt, & propria voce id effert, quod metaphorica ille exprimendum cenſuit. De libro primo ejusque ratione plura leges in *Rich. Simonii* Hiſtoria Critica V. T. lib. I. c. 31. p. 155. ſqq. & in *Io. Morini* Exercitt. Biblic. p. 431. ſqq. qui ex hujus & R. *Ionæ ben Gannach* ſcriptis omnem Grammaticæ Hebrææ originem & fortunam deſcribit, atque eam in rem varia ex illa loca hebr. cum ſua interpretatione affert. Vide v. c. p. 433. 435. 521. 533. 534. &c. & adde Opuſcula Hebræo Samaritica p. 15. ſq. ubi inter cetera obſervat, *librum illum quietis* ſive de literis quieſcentibus in tres àbire partes, quarum prima de quieſcentibus פ"י & פ"א II. de quieſcentibus ע"ו & ל"י III. de quieſcentibus ל"ה & ל"א præcipiat. Ibidem aliquot ex illo libro loca adducuntur. Exſtat enim Codex in Bibliotheca Oratorii Pariſienſis charactere quidem perplexo & colligato, ut ibidem teſtatur, exaratus, ſub hoc titulo: *Hic eſt liber Sapientiæ* Grammat. *L. S. primi & præſtantiſſimi Grammaticorum* &c. interprete *Moſe* f. Gecatiliæ f. R. *Samuelis Sagan*.

Ab hoc libro הַנּוּחַ Hottingerus p. 42. B. Orient. diſtinguit ejusdem אותיות הַסֶּתֶר וְהַמֶּשֶׁךְ h. e. *de literis quieſcentibus & mobilibus*; quod & facit ש"י qui eum in Grammatica מעשה האפוד citari affirmat. Citatur etiam in *Balmeſii* Grammat. Hebr. plag. 5, iii. Equidem

dem non dubito, utrumque librum non niſi titulo a ſe invicem differre, cum *Rich. Simon.* in Hiſt. Crit. V. T. l. c. p. 155. teſtetur, *Iudam* noſtrum ſtatim in limine libri נוקח polliceri, ſe de אותיות הסתר והמשך acturum eſſe, cujus appellationis quæ ratio ſit *Io. Morinus* p. 433. Exercitt. ex MS. ipſo docet. Bartoloccius ceteroquin monet, Kimchium in præfatione ad Grammat. ſuam Hebr. laudare ejus בַּעֲלֵי הָרִפְיוֹן i. e. librum *de remiſſis*, ut vertit Bartoloc. malim ego *de raphatis*, quæ ſcilicet dagheſch leni non notantur; &

בַּעֲלֵי הַכֶּפֶל i. e. *de verbis geminatis* memorare: quæ quidem ſcripta ego ab illis, quæ recenſui, vix puto eſſe diſtinguenda. R. Schabbatæus in ש״י recenſet itidem librum בַּעֲלֵי הַכֶּפֶל i. e. Grammaticam, ut ipſe exponit, tractationem de verbis Geminatis, eumque tribuit R. *Iehuda Chaith* חייט, ubi ſcribere ſine dubio voluit חיוג, cum ad illum Judam חייט, de quo mox dicemus, vix referri poſſe videatur, tanta vero inſuper diverſitas in utroque nomine non detur, ut non facile potuerint permiſceri.

De canticis & hymnis ab eo ſcriptis quæ idem affert, alibi legere me non memini.

Ceterum Grammatica noſtri & de verbis Anomalis L. Hebr. cum Grammatica *Abu Walid Ibn Jannai* i. e. R. *Judæ ben Gannach* Arabice MS. exſtat in B. Bodlej. n. n. 5425. inter Pocockianos Codd. n. 98.

Ejuſdem explicatio vocum Hebr. difficiliorum itidem Arabice ibidem n. 5940. inter Codd. Huntingtonianos n. 194. ſicut n. 195. Grammat. Hebr. ex Arab. hebr. converſa deprehenditur.

Freqvens huius *Jehudæ Chiug* mentio occurrit in Lexico Hebr. MS. R. *Schelomo Parchon*, & in חִבּוּר הַקִּינִים ſeu collectione Grammatica MS. *Simſonis Hannakdan*, de qvibus ſuo loco dicemus,

ר׳ יהודה דרשן R. JEHUDA *Concionator*: vide infra R. *Jehuda Iſaac ben Jacob*.

ר׳ יהודה ויגא R. JEHUDA VEGA, Polonus, 709. ſcripſit

דְּרָשׁוֹת Conciones de reſipiſcentia, eleemoſyna, obſervatione præceptorum fiduciaque in Deum collocanda, Lublini *Sigiſmundo* imperante ſub finem Sæculi XVI. ed.

Digitized by Google

710. ר׳ יהודה וירגה R. JEHUDA VIRGA *Hiſpalenſ.* ſcripſit teſte *Bart.* דברי הימים ליהודים h. e. *Chronicon Judaicum*, idemque a *Salom. ben Virga* in libro שבט יהודה fertur deſcripſiſſe calamitates quasdam Judæorum. Præter hæc Bartoloc. teſtatur in B. Vatic. n. 387. reperiri MS. de inſtrumenti, quod ad explorandam elevationem & declinationem ſtellarum faceret, elaboratione, quæ idem, ſed forte non ejusdem Viri, nomen præ ſe ferat. Noſter religionis cauſa Vlyſſipone trucidatus eſt : v. Schevet Jehuda ed. lat. p. 338.

711. ר׳ יהודה זארקן R. JEHUDA SARKO, cujus epiſtolæ nonnullæ ad diverſos exaratæ exſtant in collectione, quæ dicitur יפה נוף, de quo libro vide ſuo loco ſub lit. י.

712. ר׳ יהודה זבדאה R. JEHUDA SABDAA ſcripſit מכתב התחיה *de reſurrectione mortuorum*, qui libellus una cum Maimonidæ מאמר תחית המתים prodiit Venet. in 8. Hunc Bartoloccius vocat Jehuda סברא *Juda Sabara*, in Catalogo Leidenſi p. 274. n. 2. audit Savara, ש״ appellat זבראה.

713. ר׳ יהודה חורזני R. JEHUDA CHORASENI cujus ארון העדות *arca teſtimonii* ex *Exod.* XXV. 22. MS. eſt inter Codd. Pocockianos n. 104. diciturque complecti Philoſophiam. Parum abeſt, quin hoc ſcriptum tribuendum putem *Jehudæ Alcharisi*, de qvo ſuo loco diximus. *Chariſi* enim & *Choraſeni* parum differunt. Supra etiam hujus tituli librum *Jehudæ f. Barſilai* tribuimus.

ר׳ יהודה חיוג R. JEHUDA CHIUG vide R. *Iehuda ben David Paſſi* (i) fil. *Iacob.*

714. ר׳ יהודה חייט IEHUDA CHAJATH i. e. *Sartor*, qui ad

(i) Hoc nomen inde natum videtur, quia majores ejus vel forte ipſe huic opificio operam dederunt, qui mos apud Judæos olim non fuit inſolens: vide quæ notavi ad *Mardochæum* de Caræis p. 60. In Pandectis Talmudicis ſpeciatim non unus ejusmodi opifex inter Doctores numeratur. Sic R. *Gedalias* in *Schalſcheleth* p. 29. a, tradit, R. Jochananem ſutorem feciſſe calceos & magnum fuiſſe ſapientem, R. *Hoschajam* & *Chananjam* feciſſe calceos pro meretricibus, ibid. p. 32. 1. R. *Joſ. Zephoraus* pellio fuit, teſte *Zemach David* ad an. 4881. Confer *Jo. Morini* Exercitt. Biblicas lib. II. exerc. I. p. 226.

Digitized by Google

ad A. C. 1492. ab auctore Schalſcheleth recte refertur, cum ipſe in præf. ad comm. mox citandum referat, quæ ſibi in exſilio ex Hiſpania, quod in illum annum incidit, evenerint. Scripſit is

מִנְחַת יְהוּדָה *oblatio Iudæ*, ex Malach. III. 4. comment. in lib. מערכת האלהות qui cum ipſo textu Mantuæ 318. C. 1558. & *Ferrar.* eodem anno prodiit.

Eidem בַּעֲלֵי הַכֶּפֶל liber de verbis Geminatis tribuitur, minus recte, ut videtur, qva de re diximus paulo ante ad R. *Iehudam ben David Chiug*.

ר׳ יהודה חיים R. IEHUDA CHAJIM f. R. *Iacob*, Rabbinus quidam Academiæ Francofurt. approbavit editionem libri עשרה מאמרות. 715.

ר׳ יהודה החסיד R. IEHUDA *Hachaſid* i. e. *Pius*, f. R. *Samuel*, ut vocatur in ש״י, Francofurtenſis Germanus, qui obiit An. M. 977. C. 1217. teſte *Iuchaſin* p. 164. b. verſu extremo. Scripſit is 716.

שִׁיר הַיִּחוּד *canticum unitatis*, i. e. de unitate eſſentiæ divinæ, quem ad exemplum libri *Saadiæ Gaon*, qui dicitur ס׳ האמונות ſcriptum eſſe teſtatur *Juchaſin*. In ש״י dicitur Cabbaliſtice agere de unitate, exiſtentia & laude Dei ſub ratione & forma canticorum ſingulis diebus hebdomadis pronunciandorum. Edi ſolet cum libris precum ad uſum Iudæorum Germanorum accommodatis. Præterea vero cum amplo commentario *Iom Tov Lipmanni Mulhuſini* prodiit ſecundum ש״י *Thiengæ* 320. C. 1560. 4. Plantavitius n. 686. cum Buxt. *Friburgi Briſgojæ* editum teſtatur. Non omittendum hic eſt, quod *Iuchaſin* p. 165. a. monet, eſſe, qui dicant, quod R. *Schemuel* f. R. *Iehuda Hachaſid* ſive Pii ſcriptum hoc una cum R. *Bezaleele* elaborarit, *Iudam* vero ſcripſiſſe שִׁיר הַכָּבוֹד *canticum gloriæ*. Auctorem hujus libri multa debere libro *Bechaji* qui dicitur חובת הלבבות ibidem monetur.

Præterea eidem plerumque adſcribitur.

סֵפֶר חֲסִידִים *liber piorum*, qui eſt moralis & Theologicus & ad vitam tum conſiliis tum exemplis piorum formandam unice comparatus, magnæ inter Judæos exiſtimationis Prodiit ille *Bononiæ* 298. C. 1538. 5. *Baſil.* 341. C. 1581. & *Cracov.* anno eodem, quas editt. omnes recenſet ש״י. Buxtorf. & Plantavitius n. 210. memorant *Venetam* ſine anno, quibus acceſſit denique *Sulsbacenſis* 445. C. 1685. 4.

Ex

Digitized by Google

Ex hoc libro ea, quæ ad adulterii pœnas pertinent, *Io. Morinus* hebraice cum verſione ſua latina commentario de Pœnitentia *Venet.* 1702. recuſo p. 673. & 674. ſubjunxit. Fuit in Bibliotheca *Gvil. Anslarii* exemplum manu Viri docti, neſcio cujus, notatum quod patet ex Catalogo p. 12. *Vere pius liber eſt*, inquit *Io. Wulferus* ad Theriacam Judaicam p. 238. *ſcriptumque lectu digniſſimum, ac plane divinum, quod ob graves orationes ſeriaque ad colendam virtutem monita cum Antonini & Senecæ ſcriptis ſæpe confero.*

Scripſit in illum animadverſiones ſive cenſuras *Didacus Humadas*, quæ MSS. exſtant Romæ in Biblioth. Collegii Neophytorum, ceu teſtatur *Imbonatus* p. 34. Biblioth. Lat. Hebr.

Ex Judæis in eundem commentatus eſt quidam סעדיה חלוונא de quo vide infra ſuo loco. Prodiit comm. ſub tit. משנת חסידים Amſtelod. 411. C. 1651. fol.

Hunc librum ſunt qui non Iudæ noſtro, ſed potius *Samueli* Patri ejus, vel ſaltem utrique vindicandum cenſent. Sic ש״י auctorem facit R. *Samuelem* Patrem *Iudæ Chaſid*, addit tamen ipſum filium nonnulla de ſuo addidiſſe. Deinde vero profitetur, ex præfatione libri videri colligendum, quod ipſe Jehuda librum collegerit & elaborarit. Bu. & cum eo Ba. librum a *Samuele* Patre in memoriam filii ſcriptum tradunt, cujus etiam nomen hodie in fronte libri, ex vetuſto MS. aucti & renovati, legatur. Quicquid hujus erit, certe Bartoloccius non audiendus eſt, qui librum tribuit *Abrahamo Cohen* Hiſpano, ad *Schalſcheleth* p. 65. b. provocans: ibi enim *Abrahamus* ille ſcriptum hoc formis tantum exſcribendum curaſſe dicitur. Non magis recte Bartoloc. alibi *Abrahamo Piſano* adſcribit. *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* in præf. ad Exerc. IV. p. 165. Exercitt. diverſi argumenti, *Samueli* adſcribit, ibidemque ſingularem aliquam de *Iuda Pio* noſtro narrationem ex *Schalſcheleth* refert, eandem vero ex aliis Scriptoribus Judæis emendat, quam hic repetere nolo. Librum ipſum ספר חסידים opus non vetuſtum eſſe cenſet *Scaliger* p. 298. epp.

דרכי התשובה de *ratione pœnitentiæ* ſub hujus nomine in B. Vatic. MS. exſtare teſtatur Bartoloc. Suſpicor, forte non vane, excerpta hæc eſſe ex ipſo illo libro ספר חסידים

717. ר׳ יהודה בן קריש R. JEHUDA f. CHARISCH,

Grammaticus Judæorum, ex Africa oriundus, inter primos & antiquiſſimos, qui ſcripſit אב

אב וָאֵם *Pater & mater* ex Ezech. XXII. 7. vide Catalogum Grammaticorum ſupra ſuppeditatum ſub voce דקדוק, ubi quartum tuetur locum, adeoque prior eſt ætate ipſo R. *Iehuda Chiug* qui ſeptimus ibi recenſetur, &, quod paulo ante oſtendimus, Sæculo XI. ineunte vixit. Liber hic nominatus ibi dicitur *liber Genealogiæ*, ex quo colligere poſſis, eum forte rationem derivationis vocum ibi tradidiſſe. Allegatur noſter a R. *Dav. Kimchi* ſub rad. שגה his verbis: *Scribit R. Iona* (ſc. Grammaticus) *nomina R. Iudæ b. Kariſch, quod audierit dicentem Eldad Danitam.* Nomen ejus varie effertur, *Aben Eſra* in מאזני לשון vocat בן חריש & ſic *Simonius* ac *Morinus*, ש״י dicit קֻרַיש at Cl. Le Longius in Catalogo citato *Korſiſch*. Sed hæc tanti non ſunt, ut in iis moremur.

ר׳ יהודה חריזי R. JEHUDA CHARISI vide infra *R. Iehuda f. Salomo Alchophni.*

ר׳ יהודה טאיטצק R. IEHUDA THEITZACK (k) 718.

vel potius *Tichtzack* quæ eſt *Lithuaniæ* urbs ſcr.

שְׁאֵרִית יְהוּדָה *reliquias Iudæ* ex *Ier.* XL. 15. quo libro continetur explicatio & commentatio in מהריק ad Ordinem II. *Turim*, adductis inprimis ICtis Iudæorum illis, quorum in בית יוסף non fit mentio. Accedunt quæſtiones & reſponſiones R. *Ioſephi* טאיטצק *Theſſalonicæ* 365. C. 1605. 4.

ר׳ יהודה בן טבאי R. IEHUDA f. TABBAI: vide Scriptores Miſchnicos.

ר׳ יהודה מטוליטולה R. IEHUDA Toletanus fil. הראש v. ſupra R. *Iehuda* f. *Aſcher*.

ר׳ יהודה יאיר ליאון R. IEHUDA IAIR LEON, 719.

Iair ben Raphael Iair Romanus, Magiſtratum in Synagoga Romana cum aliis quibusdam geſſit A. M. 5421. C. 1661. Recognovit librum

תְּפִלּוֹת יְשָׁרִים *preces juſtorum*, quo continentur preces quotidie per hebdomadem recitandæ cum Pſalmis quibusdam *Venet.* 5421. C. 1661. 12. ed. tertia.

(k) Confer de varia hujus nominis ſcriptione, quæ infra ſub Joſeph טיטצק dicentur.

(i) i. e. *R. Joſeph Caro.*

Digitized by Google

720. ר׳ יהודה יונה בן יצחק R. IEHUDA IONAS f. R. *Iſaaci Ionæ*, ex Iudæo Chriſtianus, & nomine *Io. Baptiſtæ Ionæ* appellatus, Galilæus patria, ex urbe צְפַת ubi natus eſt 5348. C. 1588. 28. Octobr. Hinc Rabbinatus inſignia conſecutus per varias Italiæ urbes Talmudicos Codices explicavit, unde in Poloniam profectus ad Morenatus dignitatem adſpiravit, poſtea vero Amſtelodamo per ſeptem annos forenſes cauſas audiit, ſacrumque Oratorem egit. Hinc Hamburgum a Iudæis vocatus & Iudicis munere perfunctus eſt. Hic primum de mutanda religione cogitavit, & Pontificiam, ſuſcepto Varſaviæ an. 1625. initiationis lavacro, amplexus eſt. Ex eo regno paulo poſt ſingulari quodam fato expulſus in Italiam ſe recepit, & aliquamdiu Chald. linguæ Doctorem in Acadamia Piſana egit, donec Romam delatus non ſolum Lector Hebr. linguæ in Archi Gymnaſio Romano conſtitueretur, ſed aliis etiam muneribus præficeretur. Diem tandem obiit an. 1668. XXVI. Maji memoriæ, dum viveret, adeo tenacis, ut Concordantiarum Hebraicarum vicem ſupplere poſſet. Scripſit adhuc Iudæus

פְּסַק *deciſionem*, in cauſa hæreditatis cujusdam dubiæ. Chriſtianus exaravit

2) לִמּוּד הַמְּשִׁיחִים *Doctrinam Chriſtianam*, quam *Robertus Bellarminus* concinnaverat, noſter autem ex Italica lingua Hebræam reddiderat. (m) Eandem inſtruxit הַגָּהוֹת *annotationibus*, quibus religionis Chriſtianæ dogmata Rabbinorum veterum teſtimoniis confirmat. Prodiit *Rom.* 1654. & 1664. 4. Verſionem illam & notas nonnemo edito ſcripto Italico reprehenderat, cujus exceptionibus apologia ſingulari non edita occurriſſe ſe teſtatur Bartoloc.)

3) Evangelia N. T. quatuor ex Latino Hebraice per eundem verſa cum diffuſa præfatione *Clementi* IX. P. M. inſcripta Romæ typis Congregationis propagandæ fidei lucem viderunt 1668. fol. Locum ex illa præfatione huc pertinentem lege in *Cl. le Longii* Biblioth. Sacra P. I. p. 144. Reliquos Novi Fœderis libros eundem interpretatum eſſe, ſed per fata edere non potuiſſe teſtis eſt Bartol.

Ora-

(m) Confer *Imbonati* Bibl. Lat. Hebr. p. 215. Idem liber Arabice translatus eſt A. C. 1613. a *Victorino Sciallac*: vide *Leonis Allatii* Apes Urbanas p. 250. ubi p. 31. idem elegis Latinis ab *Andr. Bajano* expreſſus & Rom. 1612. 8. editus memoratur.

Digitized by Google

Oratio ejus Hebræa de Meſſiæ adventu & Spiritu S. ſuper Apoſtolos effuſo Hebr. & Latine prodiit ibidem 1653. 4.

MSS. latent

5) כַּנְפֵי יוֹנָה *alæ columbæ* ex *Pſ.* LXVIII. 14. dialogus, quo veritatem religionis Chriſtianæ contra Iudæos ex Scriptura & Rabbinorum veterum ſcriptis vindicat.

6) Dictionarium Rabbinicum & Chaldaicum.

7) Mercurius Linguæ Hebrææ.

8) Tractatus de Nomine Ieſu.

9) Reſpondit etiam ad ea, quæ שפרוט Rabbinus Poſnanienſis contra Evangelium Matthæi ſcripſerat.

10) Cœpit idem ſcribere Bibliothecam Rabbinicam, ſervato temporis ordine, ſed non perfecit: Bartoloccius tamen ejus exemplo ad hunc laborem ingrediendum adductum ſe fatetur, ut vel propterea non parum illi debeatur.

Non dubito noſtrum hunc eſſe illum *Joannem Baptiſtam*, cujus ut Judæi Romæ converſi nomen genuinum fruſtra ſe huc dum qvæſiviſſe ſcribit *Paulus Colomeſius* in epiſt. ad *Iuſtellum*, quæ exſtat in Operibus ejus a Cl. Fabricio junctim optimo conſilio recuſis p. 805. Ibidem monet in Bibliotheca Lambethana exſtare librum rariſſimum, Cardinali *Bernardino Carvajal* dedicatum, ſub tit. *Confutatio Secta Hebraica*.

Ejusdem opera in recognoſcendis iis, quæ ex Hebr. vel Chaldaicis ſcriptis attulerit, uſum ſe eſſe teſtatur Kircherus in Propylæo Agoniſtico Oedipi Ægypt. Cap. III. ſub initium.

ר' יהודה בן יוסי R. JEHUDA f. JOSE, cujus 721.
תֵּיבַת עֵדוּת *arca teſtimonii* MS. eſt in B. Bodlej. n. 3725.

ר' יהודה בן יוסף בן אלפאכר R. JEHUDA 722.
f. JOSEPH f. *Alphachar*, Medicus Toletanus, Kimchii æmulus, ſcripſit tres epiſtolas reſponſorias ad Kimchium pro R. *Salomone* Montispeſſulano, qui cum aliis præter Philoſophiæ ſtudium etiam Maimonidis *More Nevochim* damnaverat. Vide inter epiſtolas Maimonideas p. 46. ſq. & in Append. Inſtit Epiſt. Buxtorfii p. 308. ſq. Confer, quæ dicta ſunt ſub *David Kimchii*.

Digitized by Google

723. ר׳ יהודה בן ר׳ יוסף ברסאני R. JEHUDA f.

R. *Ioſeph Barſani*, ſcripſit comm. in librum Iobi, MS. in Vatic.

724. ר׳ יהודה בן ר׳ יוסף בולאט R. IEHUDA f.

R. *Joſeph Bolat*, Hiſpanus ex urbe *Eſtella* regni Navarræ oriundus, primus ex MS. edidit librum הליכות עולם, quod apparet ex calce libri, ubi in ejusdem laudem diſſerit.

725. ר׳ יהודה בן יוסף מוסקאטו R. JEHUDA f.

Joſeph MUSCATUS vel מוסיקאטו ut in ש״י p. 54. vocatur, qui ibidem p. 31, mendoſe dicitur מוסיקאקו, Doctor & concionator Iudæorum celebris Sæculo XVI. ſcripſit

קול יהודה *vox Iudæ*, ex *Deut.* 34. 7. i. e. comment. fuſus in librum *Coſri*, qui cum libro ipſo prodiit *Venet.* 354. C. 1594. 4. Hottingerus in B. Or. Claſſe I. minus recte inter conciones numerat. Ex illo comment. varia in notas ſuas retulit Buxtorfius, quibus ſuam edit. inſtruxit. Ejusdem eſt

2) ס׳ נפוצות יהודה *liber diſperſionum Iudæ*, ex *Jeſ.* XI. 12. quo continentur conciones 52. bene longæ, ex variis doctrinæ generibus ac ſpeciatim Muſica. *Venet.* 349. C. 1589. Has cum Buxtorfio Bartoloccius Tomo II. p. 42. tribuerat *Ioſepho Muſcato* qui tamen ibidem p. 54. mentem mutavit, poſtquam librum ipſum inſpexerat. Plantavitius *Leonem Muſcatum* ab hoc *Iehuda Muſcato* diſtinxit, præter rem, cum *Iuda* & *Leo* idem apud Hebræos ſignificent, ob comparationem *Iudæ* cum Leone factam *Gen.* XLIX. 9. Conf. infra *Iehuda* פרוונצאלי.

726. ר׳ יהודה בן יוסף מסהגוסה R. IEHUDA f.

Ioſephi Cæſarauguſtanus ſcr. comment. in 195. præcepta affirmativa an. 5020. C. 1460. MS. in Vatic. item de funere & ſepultura ſub tit. אבלות i. e. luctus.

Nec non de בהמות טרפות *animalibus illicitis* & ſeptuaginta generibus macularum, quæ in animalibus dari ſolent.

Denique

Digitized by Google

Denique de *palmite & botro uvarum*, de quibus Num. XIII. 24. Exploratores iſti, ejus judicio, fuerunt octo, qui in duobus vectibus, in modum crucis aptatis, (n) botrum cum palmite, tanquam cruci affixum, portarunt, ſubmiſſis humeris duorum in ſingulis haſtis crucis. Alii tulerunt de ficubus, alii de malogranatis MS. ibid.

ר׳ יהודה בן יוסף R. IEHUDA f. *Ioſeph*, aliis f. *Moſis*, 728.
Hiſpanus, opera Aſtrologica *Ali ben Ragel* Arabis de judiciis aſtrorum, interrogationibus, nativitatibus, revolutionibus & aëris prognoſticis ex Arab. hiſpanice vertit, Latine poſtea tranſlata ab *Ægidio de Tebaldis* & *Petro de Regio*. MS. in B. Urbinat. Alphonſus X. Rex Caſtellæ, cujus juſſu R. Juda interpretationem ſuſcepit, vixit A.C. 1256. v. infra R. *Iehuda f. Moſis*.

ר׳ יהודה בן יחייא בן ר דוד R. JE- 729.
HUDA f. *Iechija f. R. David f. Gedalja Iachija* Vlyſſiponenſis, Sæc. XIV. vixit, Juris æque ac poëſeos aliarumque doctrinarum cognitione clarus, qui per multa ſcripſit conſilia & deciſiones forenſes literis ſymbolicis nomenque ejus ſignificantibus ני״בי i. e. נאם יהודה בן יחייא ſignatas. Compoſuit idem

קִינָה h. e. *lamentationem*, quam Judæi IX. Julii (o) recitare conſueverunt, obviam adhuc in *Machſore* Hiſpanico p. 174. ed. Venetæ 1656. Lege hæc in *Schalſcheleth* p. 65. a. verſu 3.

ר׳ יהודה בן יעקב R. JEHUDA f. JACOB ſcr. 730.

(n) Numerari igitur & hoc poterat inter ſigna crucis apud gentem Hebræam, de quibus exſtat ſingularis diſſ. Vener. *Theod. Daſſovii*, Vittemb. 1695. Confer *Jac. Boſium* in libb. de Cruce Triumphante, qui tamen in hoc argumento ſubinde antiquitatis Hebr. teſtimonio deſtituitur, & *Anton. Bynaeum* in Chriſto Crucifixo cap. I. §. 21. Notabilis imprimis eſt unctio Pontificis Maximi in formam Crucis Andreanæ facta, de qua præter Daſſovium l. c. & Scacchum in Sacris Elæochriſmat. videatur Carpzovius ad Schickardi Jus Regium Hebr. p. 75. *Campeg. Vitringa* lib. II. Obſervatt. Sacr. p. 248. & *Herm. Witſius* lib. II. Miſcell. Sacr. diſſ. II. §. 59. Ceterum de Vva illa Cananæa & mirandis ejus phænomenis vide *Mich. Frid. Beckji* diſſert. ſingularem & *Wagenſeil.* ad Sota p. 702. ſq.

(o) Eſt illud jejunium, qvod vocant תִּשְׁעָה בְּאָב in memoriam exciſi Templi I. & II. inſtitutum, de quo plura hic dicere nihil attinet.

Digitized by Google

על הנהגת הבריאות *de curanda valetudine*, MS. in B. Vindobon. Vide Neſſelii Catalogum MSS. Oriental. n. 99.

731. ר יהודה בן ר יצחק אברבנל R. JEHUDA *f. R. Iſaaci Abarbanelis*, quem *Leonem Hebræum* appellare ſolent, (ſicut & in fronte verſ. Hiſpanicæ *Venet.* 1558. ed. vocatur *Meſtre Levi* (*) *Abarbanel Med. Hebreo,*) Medicus & Philoſophus eximius, filius Iſaaci Abarb. natu maximus, (p) vixit Sæc. XVI. nomenque ſibi comparavit editis *Dialogis tribus de Amore* (q) ſermone Italico *dialoghi di Amore di Leone Hebræo Medico Venet.* 1558. 8. & 1564. 8. itemque 1573.

Iidem *Latine* converſi a *Io. Carolo Saraceno* inſerti ſunt a *Io. Piſtorio* Scriptoribus Artis Cabbaliſt. Tom. I. p. 331. ſqq. ubi Interpres in præfat. monet, librum illum ab auctore lingva nec ſplendida, aut eleganti, nec ſtudioſis omnibus communi ſcriptum eſſe, qui ſibi videatur, totam Ariſtotelicam & Platonicam Philoſophiam una cum ſacrorum voluminum doctrina reconditaque ſcientia complecti. Singulis libris argumenta præmiſit, in margine vero certis lemmatibus ſummam dictorum complexus eſt. Verſio *Latina* eſt elegantiſſima, & Interpres non ſine ratione prædicat, ſe latinitatis curam ſummam habuiſſe. *Nic. Antonius* in B. Hiſp. Nova Tom. II. p. 678. b. teſtatur dialogos illos Latine prodiiſſe *Venet.* 1664. quod vereor, ut recte dicatur: periculum enim eſt, ne ex editione Italica (r) hoc anno 1564. curata Latinam hanc 1664. fecerit. *Gallice* vertit *Dionyſ. Sylveſter* (*Sauvage*) Lugd. 1551. 8. & *Pontus de Tiard. Hiſpanica* debetur *Carolo Monteſa* Romano, qui Cæſarauguſtæ edidit 1584. ſub titulo *Philoſophiæ Univerſalis totius mundi*, teſte *Nic. Antonio* in Biblioth. Hiſpan. Nova T. I. p. 181. & *Imbonato* p. 24. Biblioth. Lat. Hebr.

Alia

(*) Sic & in *Meor Enajim* lib. 3. p. 144. a. vocatur מיסר ליאוני quia ſcil. *Juda* & *Leo* Hebræis idem ſunt, qvod ſæpe monuimus.

(p) Qui cum patre Hiſpania an. 1492. ejectus *Neapoli* primum, deinde *Genua* conſedit teſte *Nic. Antonio* Bibl. Nov. Hiſpan. Tom. II. p. 678. b.

(q) Invenit in illis dialogis, quæ notaret, *Andreas Camutius* lib. II. de Amore cap. 3.

(r) Suſpicor tamen editionem anni 1564. non Italicam, ſed Latinam eſſe, ex verſione forte *Jo. Caroli Saraceni*, quam deinceps *Piſtorius* in Collectione laudata recudi curavit, ut proinde in *Nic. Antonio* typographi vitio annus 1564. cum 1664. ſit permutatus.

Digitized by Google

Alia verſio itidem *Hiſpanica* Anonymi lucem vidit *Venet.* 1568. 4. ut patet ex Catalogo Thuaneo Tom. II. p. 405. ed. Hamburg. Bartoloc. etiam memorat edit. *Hiſpan.* 1593. 4. Cæſaraug. curatam, quam non vidi. Idem in eo ſibi non ſatis proſpexit, quod dialogos illos Latine(*) primo Venet. 1564. editos ſcribit, ac deinde italice converſos: italicum enim exemplum eſt authenticum. Sunt, qui Judam hunc Abarbanelis filium verum dialogorum auctorem eſſe inficiantur, ideo, quod locum quendam a Iudæo non exſpectandum in illis invenerint p. 172. ed. Ital. & p. 524. ed. Lat. in fol. ubi dicit *Enochum, Eliam, inſuperque Ioannem Evangeliſtam quod ad corpus & animam immortales eſſe.* Hoc argumento primus uſus eſt *Iac. Vindetus* de vita functorum ſtatu Sect. 7. p. 138. ed. Anglic. & 119. Roterod. Faſcic. IV. Opuſc. Philol. eumque ſequitur Vener. *Io. Diecmannus* in Theatro Placciano Pſeudonymorum pag. 416. Enimvero Judæus non unus librum ad *Iudam* noſtrum refert, nominatimque *Schalſchelet* p. 64. ubi *Iſaacus Abarbanel* dicitur reliquiſſe filium Sapientem & Philoſophum admirabilem, qui librum Chriſtianum (ספר הנוצרי i. e. ut interpretor, ad mentem & ex principiis Chriſtianorum compoſitum) ſub titulo *Dialogi Leonis Iudæi* ſcripſerit; præterea vero *R. Aſarias* in *Meor Enajim* lib. 3. p. 144. a. qui eum vocat מיסר ליאוני & ex dialogo ejus II. inter Philonem & Sophiam locum affert, quemadmodum cap. XI. p. 59. alium profert, Scriptoremque *R. Iehudam* vocat, ac denique R. *Immanuel Aboab* in *Nomologia* ſua ſive ſermonibus legalibus, p. 74. quem locum lege apud *Placcium* p. 502. Theatri Pſeudonymorum. Ibi docte & excellenter argumentum aliquod perſecutus dicitur noſter *Iehuda,* qui vulgo dicatur *Philo Hebræus* in ſua Philographia univerſali. Ex quibus verbis id etiam intelligitur, quod novo *Philonis* nomine tum ab argumento libri, qui propterea etiam *Philographia* audit, tum forte a *Philonis* nomine, qui cum *Sophia* hic loquens inducitur, inſigniatur. Ceterum quod doctiſſimus *Diecmannus* p. 416. Theatri Placciani Pſeudonymorum ignorare ſe ſcribit, quem *Windetus* l. c. *Iudæ Abarbanelis* nomine indicet, cum famoſus ille Abarbanel *Iſaaci* prænomen gerat, id, quomodo accipiendum ſit, facile nunc intelligitur. Windetus enim non alium voluit, quam *Iudam* noſtrum *Iſaaci* illius filium. Cum itaque, ut ad inſtitutum revertamur, Judæi ipſi huic Abarbaneli acceptum ferant librum, non puto de hac re eſſe dubitandum,

(*) Sic & *Imman. Aboab* p. 303. *Nomologiæ* ait, auctorem Latine hos dialogos ſcripſiſſe, quod vereor, ut recte dicatur.

5) אֲרוֹן הָעֵדוּת *arca teſtimonii* ex *Exod.* XXV. 22. i. e. conciones. Hoc volumen MS. exſtat in B. Medicea Pluteo I. n. 41. ubi tamen dicitur per 22. capita argumenta Philoſophica tractare, auctor vero ſimpliciter *Jehuda Philoſophus* vocatur. Meminerunt ejus liber העמור & ארחות חיים item R. *Simeon bar Zemach* in ſuis quæſt. & reſponſ. n. 6. Adde *Iuchaſin* p. 130. b. & *Ganzium* ad an. 5830.

ר׳ יהודה גאון v. infra R. *Iehuda f. Nachman.*

703. ר׳ יהודה בן גבירול R. JEHUDA f. GAVIROL cujus disqviſitiones MSS. hebr. exſtant in B. Bodlejana n. 5427. inter Codd. Pocockianos n. 99.

704. ר׳ יהודה גדליה R. IEHUDA GEDALIA *Levita* ſcripſit

הוֹסָפוֹת *additiones* ad librum *Zohar*, teſte Plantavitio, n. 732. & quidem fide Catalogi Pragenſis: ſed præter eum nemo illorum meminit.

ר׳ יהודה בן גנח R. JEHUDA ben GANNACH Grammaticus Judæorum: v infra R. *Iona f. Gannach.*

705. ר׳ יהודה מגרמיזה R. JEHUDA GARMICENSIS i. e. *Wormatienſis* ſcr. de nominum Cabbaliſticorum uſu ſive de Cabbala practica הקבלה המעשית MS. in B. Vatic.

706. ר׳ יהודה בן דוד R. JEHUDA f. *David*, Sacerdos, ſcripſit ſuper תִּקּוּנֵי קְרִיאַת שְׁמַע vide infra ſub *Moſe Corduero.*

707. ר׳ יהודה בן דוד R. JEHUDA f DAVID, qui interfuit diſputationi cum *Nicolao*, Ex Judæo, Pariſiis Sæc. XIII. habitæ: vide *Iechielis* diſputationem cum Nicolao iſto habitam p. 6. Telorum Igneorum Satanæ B. Wagenſeilii.

708. ר׳ יהודה בר דוד פאסי R. JEHUDA f. DAVID PASSI, cognomine חיוג CHIUG, ex Africa Feſſanus Medicus inter Arabas

bas educatus vixit A. M. 4800. C. 1040. quod apparet ex eo, quia R. Gedalias in *Schalſcheleth* p. 39. b. dum varios Judæorum Grammaticos, qui Sæculis 4800. & 4900. floruerunt, recenſet, Jehudam hunc primo loco enumerat. Idem confirmatur teſtimonio *Abraham ben Dior* in calce lib. Kabbalæ, qui eosdem Grammaticos enumerans primum facit itidem noſtrum, hoc inſuper elogio addito, שהעמיד לשון הקודש על בוריו אחר שנשכחה בכל הגולה:
h. e. *ille eſt, qui vindicavit linguam ſanctam puritati ſuæ, poſtquam ejus oblivio ceperat univerſam captivitatem.* In eandem ſententiam concedunt ex Judæis *Elias Levita* præfat. in *Methurgeman*, *Aben Eſra* paſſim, R. *D. Kimchi*, R. *David Iechaja*, R. *Abrah de Balmis*, R. *Abrah. Zacutus* in *Iuchaſin* & alii, quorum loca legere licebit apud *Io. Morinum* in Opuſculis Hebræo Samaritanis p. 10. ſeq. & in Exercit. Biblicis p. 430. ſq. quibus adde ש"י in Ind. alphabet. Nos unum R. *Davidis ben Iachia* locum afferemus, ex libro ejus שקל הקודש cap. 8. ubi hæc leguntur וממנו שהעיד על זה הגדול ר' יהודה ז"ל שהוא המדקדק הראשון הראוי להקרא מדקדק. h. e. *ſicut etiam de hoc teſtatur Grammaticus ille magnus R. Iehuda, quem vocare Grammaticum abſolute par eſt, cum ille ſit primus.* Inde nec mirum eſt, Chriſtianos hanc ei prærogativam præ ceteris omnibus reliquiſſe, inter quos hic nominabo *Andr. Maſium* p. 244. comment. ad Ioſuam. Quod quidem ita accipiendum eſt, ut R. *Iuda Chiug* non ſimpliciter primus omnium de rebus Grammaticis commentatus eſſe exiſtimetur, ſed potius iis, quæ alii ante ipſum ſcripſerant, ſubſidium advocatis, hoc argumentum & plenius & diſtinctius perſecutus eſſe & ad artis formam revocaſſe cenſeatur. Hæc fuit ipſius *Aben Eſræ*, qui tamen eum itidem primum Grammaticum vocat, ſententia, ceu ex eo intelligitur, quod, quando in limine libri *Mosne hallaſchon* aliquam Grammaticorum ſeriem profert, noſtrum Judam ſeptimo demum loco recenſet, quem ordinem etiam in Catalogo Grammaticorum ſupra ſub דקדוק repræſentato obſervaveris. Hæc procul dubio cauſa eſt, cur *Guſtavus Peringerus* in hiſtoria linguæ & eruditionis Arabum p. 139. R. *Saadiam Gaonem* primum Hebræorum Grammaticorum appellet. Scripſiſſe illum lingua Arabica tum ex conſuetudine illius ætatis, qua vixit noſter, tum ex illuſtri teſtimonio Judæi Anonymi apparet, quod Morinus p. 528. Exercitt. Biblic. ex MS. attulit. Uſus enim Morinus eſt Grammatica R. *Iona ben Ganach* ex Arabica in Hebr. L. converſa, cujus interpretationis au-

Digitized by Google

auctor, neſcio quis, in præfatione præmiſſa teſtatur, Jehudam cum Iona aliisque *Gaonibus* illius ætatis Arabice ſua ſcripſiſſe, quod lingua hæc & elegans & copioſa ſit, & communi etiam vulgi uſu teratur, cum viciſſim Hebraica a pauciſſimis intellecta fuerit, & minus fœcunda. Ibidem etiam Interpretem Hebraicum Iehudæ hujus R. *Moſen* f. *Samuelis Haccoben* f: *Gecatiliæ* appellat: Quod ad ſcripta ejus Grammatica attinet, quatuor potiſſimum libri in Catalogo ſæpius memorato, recenſentur. 1) סֵפֶר הַנּוּחַ liber quietis i. e. de literis quieſcentibus 2) ס׳ הַכֶּפֶל de literis geminatis. 3) ס׳ הַנִּקּוּד liber punctationis, ubi videtur egiſſe de vocalibus ac genuina vocum punctatione. Confer infra ספר נקוד litera נ. 4) ס׳ הָרִקְחָה i. e. *liber condimenti.* Eodem modo recenſent Hottingerus p. 44. B. Orient. & ש״ר niſi quod titulum libri quarti nonnihil mutent, quem Hotting. ס׳ הַמֶּרְקָחָה eodem ſenſu vocat, ש״ר vero appellat ס׳ הַהַרְכָּבָה i. e. ut interpretor *de Syntaxi*, qui forte ad ſenſum accommodatior eſt, & propria voce id effert, quod metaphorica ille exprimendum cenſuit. De libro primo ejusque ratione plura leges in *Rich. Simonii* Hiſtoria Critica V. T. lib. I. c. 31. p. 155. ſqq. & in *Io. Morini* Exercitt. Biblic. p. 431. ſqq. qui ex hujus & R. *Ionæ ben Gannach* ſcriptis omnem Grammaticæ Hebrææ originem & fortunam deſcribit, atque eam in rem varia ex illa loca hebr. cum ſua interpretatione affert. Vide v. c. p. 433. 435. 521. 533. 534. &c. & adde Opuſcula Hebræo Samaritica p. 15. ſq. ubi inter cetera obſervat, *librum illum quietis* ſive de literis quieſcentibus in tres àbire partes, quarum prima de quieſcentibus פ״י & פ״א II. de quieſcentibus ע״ו & ע״י III. de quieſcentibus ל״ה & ל״א præcipiat. Ibidem aliquot ex illo libro loca adducuntur. Exſtat enim Codex in Bibliotheca Oratorii Pariſienſis charactere quidem perplexo & colligato, ut ibidem teſtatur, exaratus, ſub hoc titulo: *Hic eſt liber Sapientiæ* Grammat. *L. S. primi & præſtantiſſimi Grammaticorum* &c. interprete *Moſe* f. *Gecatiliæ* f. R. *Samuelis Sagan.*

Ab hoc libro הַנּוּחַ Hottingerus p. 42. B. Orient. diſtinguit ejusdem אוֹתִיּוֹת הַסֵּתֶר וְהַמֶּשֶׁךְ h. e. *de literis quieſcentibus & mobilibus*, quod & facit ש״ר qui eum in Grammatica מעשה האפוד citari affirmat. Citatur etiam in *Balmeſii* Grammat. Hebr. plag. 5. iii. Equidem

dem non dubito, utrumque librum non niſi titulo a ſe invicem differre, cum *Rich. Simon.* in Hiſt. Crit. V. T. l. c. p. 155. teſtetur, *Iudam* noſtrum ſtatim in limine libri נוח polliceri, ſe de אותיות הסתר והמשך acturum eſſe, cujus appellationis quæ ratio ſit *Io. Morinus* p. 433. Exercitt. ex MS. ipſo docet. Bartoloccius ceteroquin monet, Kimchium in præfatione ad Grammat. ſuam Hebr. laudare ejus בַּעֲלֵי הָרִפְיוֹן i. e. librum *de remiſſis*, ut vertit Bartoloc. malim ego *de raphatis*, quæ ſcilicet dagheſch leni non notantur; &

בַּעֲלֵי הַכֶּפֶל i. e. *de verbis geminatis* memorare: quæ quidem ſcripta ego ab illis, quæ recenſui, vix puto eſſe diſtinguenda. R. Schabbatæus in ש״י recenſet itidem librum בַּעֲלֵי הַכֶּפֶל i. e. Grammaticam, ut ipſe exponit, tractationem de verbis Geminatis, eumque tribuit R. *Iehuda Chaith* חייט, ubi ſcribere ſine dubio voluit חיוג, cum ad illum Judam חייט, de quo mox dicemus, vix referri poſſe videatur, tanta vero inſuper diverſitas in utroque nomine non detur, ut non facile potuerint permiſceri.

De canticis & hymnis ab eo ſcriptis quæ idem affert, alibi legere me non memini.

Ceterum Grammatica noſtri & de verbis Anomalis L. Hebr. cum Grammatica *Abu Walid Ibn Jannai* i. e. R. *Judæ ben Gannach* Arabice MS. exſtat in B. Bodlej. n. n. 5425. inter Pocockianos Codd. n. 98.

Ejusdem explicatio vocum Hebr. difficiliorum itidem Arabice ibidem n. 5940. inter Codd. Huntingtonianos n. 194. ſicut n. 195. Grammat. Hebr. ex Arab. hebr. converſa deprehenditur.

Freqvens huius *Jehudæ Chiug* mentio occurrit in Lexico Hebr. MS. R. *Schelomo Parchon*, & in חִבּוּר הַקְּרוּנִים ſeu collectione Grammatica MS. *Simſonis Hannakdan*, de qvibus ſuo loco dicemus.

ר׳ יהודה דרשן R. JEHUDA *Concionator*: vide infra R. *Jehuda Iſaac ben Jacob.*

ר׳ יהודה ויגא R. JEHUDA VEGA, Polonus, 709. ſcripſit

דְּרָשׁוֹת Conciones de reſipiſcentia, eleemoſyna, obſervatione præceptorum fiduciaque in Deum collocanda, Lublini *Sigismundo* imperante ſub finem Sæculi XVI. ed.

710. ר׳ יהודה וירגה R. JEHUDA VIRGA *Hiſpalenſ.* ſcripſit teſte *Bart.*
דִּבְרֵי הַיָּמִים לַיְּהוּדִים h. e. *Chronicon Judaicum*, idemque a *Salom. ben Virga* in libro שבט יהודה fertur deſcripſiſſe calamitates quaſdam Judæorum. Præter hæc Bartoloc. teſtatur in B. Vatic. n. 387. reperiri MS. de inſtrumenti, quod ad explorandam elevationem & declinationem ſtellarum faceret, elaboratione, quæ idem, ſed forte non ejuſdem Viri, nomen præ ſe ferat. Noſter religionis cauſa Vlyſſipone trucidatus eſt : v. Schevet Jehuda ed. lat. p. 338.

711. ר׳ יהודה זארקו R. JEHUDA SARKO, cujus epiſtolæ nonnullæ ad diverſos exaratæ exſtant in collectione, quæ dicitur יפה נוף, de quo libro vide ſuo loco ſub lit. י.

712. ר׳ יהודה זבדאה R. JEHUDA SABDAA ſcripſit מִכְתָּב הַתְּחִיָּה *de reſurrectione mortuorum*, qui libellus una cum Maimonidæ מאמר תחית המתים prodiit Venet. in 8. Hunc Bartoloccius vocat Jehuda סבריא *Juda Sabara*, in Catalogo Leidenſi p. 274. n. 2. audit Savara, ש״י appellat זבראה.

713. ר׳ יהודה חורזני R. JEHUDA CHORASENI cujus אֲרוֹן הָעֵדוּת *arca teſtimonii* ex *Exod.* XXV. 22. MS. eſt inter Codd. Pocockianos n. 104. diciturque complecti Philoſophiam. Parum abeſt, quin hoc ſcriptum tribuendum putem *Jehudæ Alcharisi*, de qvo ſuo loco diximus. *Chariſi* enim & *Choraſeni* parum differunt. Supra etiam hujus tituli librum *Jehudæ f. Barſilai* tribuimus.

ר׳ יהודה חיוג R. JEHUDA CHIUG vide R. *Iehuda ben David Paſſi* (i) fil. *Iacob.*

714. ר׳ יהודה חייט IEHUDA CHAJATH i. e. *Sartor*, qui ad

(i) Hoc nomen inde natum videtur, quia majores ejus vel forte ipſe huic opificio operam dederunt, qui mos apud Judæos olim non fuit inſolens: vide quæ notavi ad *Mardochæum* de Caræis p. 60. In Fandectis Talmudicis ſpeciatim non unus ejusmodi opifex inter Doctores numeratur. Sic R. *Gedalias* in *Schalſcheleth* p. 29. a, tradit, R. Jochananem ſutorem feciſſe calceos & magnum fuiſſe ſapientem, R. *Hoschajam* & *Chananjam* feciſſe calceos pro meretricibus, ibid. p. 32. 1. R. *Joſ. Zepharam* pellio fuit, teſte *Zemach David* ad an. 4881. Confer *Jo. Morini* Exercitt. Biblicas lib. II. exerc. I. p. 226.

Digitized by Google

ad A. C. 1492. ab auctore Schalſcheleth recte refertur, cum ipſe in præf. ad comm. mox citandum referat, quæ ſibi in exſilio ex Hiſpania, quod in illum annum incidit, evenerint. Scripſit is

מִנְחַת יְהוּדָה *oblatio Iudæ*, ex Malach. III. 4. comment. in lib. מערכת האלהות qui cum ipſo textu Mantuæ 318. C. 1558. & *Ferrar.* eodem anno prodiit.

Eidem בַּעֲלֵי הַכֶּפֶל liber de verbis Geminatis tribuitur, minus recte, ut videtur, qva de re diximus paulo ante ad R. *Iehudam ben David Chiug*.

ר׳ יהודה חיים R. IEHUDA CHAJIM f. R. *Iacob*, 715.
Rabbinus quidam Academiæ Francofurt. approbavit editionem libri עשרה מאמרות.

ר׳ יהודה החסיד R. IEHUDA *Hachaſid* i. e. *Pius*, f. R. 716.
Samuel, ut vocatur in ש״י, Francofurtenſis Germanus, qui obiit An. M. 977. C. 1217. teſte *Iuchaſin* p. 164. b. verſu extremo. Scripſit is

שִׁיר הַיִּחוּד *canticum unitatis*, i. e. de unitate eſſentiæ divinæ, quem ad exemplum libri *Saadiæ Gaon*, qui dicitur ס׳ האמונות ſcriptum eſſe teſtatur *Juchaſin*. In ש״י dicitur Cabbaliſtice agere de unitate, exiſtentia & laude Dei ſub ratione & forma canticorum ſingulis diebus hebdomadis pronunciandorum. Edi ſolet cum libris precum ad uſum Iudæorum Germanorum accommodatis. Præterea vero cum amplo commentario *Iom Tov Lipmanni Mulhuſini* prodiit ſecundum ש״י *Thienga* 320. C. 1560. 4. Plantavitius n. 686. cum Buxt. *Friburgi Brisgojæ* editum teſtatur. Non omittendum hic eſt, quod *Iuchaſin* p. 165. a. monet, eſſe, qui dicant, quod R. *Schemuel* f. R. *Iehuda Hachaſid* ſive Pii ſcriptum hoc una cum R. *Bezaleele* elaborarit, *Iudam* vero ſcripſiſſe שִׁיר הַכָּבוֹד *canticum gloriæ*. Auctorem hujus libri multa debere libro *Bechaji* qui dicitur חובת הלבבות ibidem monetur.

Præterea eidem plerumque adſcribitur.

סֵפֶר חֲסִידִים *liber piorum*, qui eſt moralis & Theologicus & ad vitam tum conſiliis tum exemplis piorum formandam unice comparatus, magnæ inter Judæos exiſtimationis Prodiit ille *Bononiæ* 298. C. 1538. 5. *Baſil.* 341. C. 1581. & *Cracov.* anno eodem, quas editt. omnes recenſet ש״י. Buxtorf. & Plantavitius n. 210. memorant *Venetam* ſine anno, quibus acceſſit denique *Sulsbacenſis* 445. C. 1685. 4. Ex

אב ואם *Pater & mater* ex Ezech. XXII. 7. vide Catalogum Grammaticorum ſupra ſuppeditatum ſub voce דקדוק, ubi quartum tuetur locum, adeoque prior eſt ætate ipſo R. *Iehuda Chiug* qui ſeptimus ibi recenſetur, &, quod paulo ante oſtendimus, Sæculo XI. ineunte vixit. Liber hic nominatus ibi dicitur *liber Genealogiæ*, ex quo colligere poſſis, eum forte rationem derivationis vocum ibi tradidiſſe. Allegatur noſter a R. *Dav. Kimchi* ſub rad. שנה his verbis: *Scribit R. Iona* (ſc. Grammaticus) *nomina R. Iudæ b. Kariſch, quod audierit dicentem Eldad Danitam.* Nomen ejus varie effertur, *Aben Eſra* in מאזני לשון vocat בן חריש & ſic *Simonius* ac *Morinus*, ש״י dicit קריש at Cl. Le Longius in Catalogo citato *Korſiſch*. Sed hæc tanti non ſunt, ut in iis moremur.

ר׳ יהודה חריזי R. JEHUDA CHARISI vide infra *R. Iehuda f. Salomo Alchophni.*

ר׳ יהודה טאיטצק R. IEHUDA THEITZACK (k) 718.

vel potius *Titbtzack* quæ eſt *Lithuaniæ* urbs ſcr.

שארית יהודה *reliquias Iudæ* ex *Ier.* XL. 15. quo libro continetur explicatio & commentatio in מהריק ad Ordinem II. *Turim*, adductis inprimis ICtis Iudæorum illis, quorum in בית יוסף non fit mentio. Accedunt quæſtiones & reſponſiones R. *Ioſephi* טאיטצק *Theſſalonicæ* 365. C. 1605. 4.

ר׳ יהודה בן טבאי R. IEHUDA f. TABBAI: vide Scriptores Miſchnicos.

ר׳ יהודה מטוליטולה R. IEHUDA Toletanus fil. הראש v. ſupra R. *Iehuda* f. *Aſcher*.

ר׳ יהודה יאיר ליאון R. IEHUDA IAIR LEON, 719.

Iair ben Raphael Iair Romanus, Magiſtratum in Synagoga Romana cum aliis quibusdam geſſit A. M. 5421. C. 1661. Recognovit librum

תפלות ישרים *preces juſtorum*, quo continentur preces quotidie per hebdomadem recitandæ cum Pſalmis quibusdam *Venet.* 5421. C. 1661. 12. ed. tertia.

(k) Confer de varia hujus nominis ſcriptione, quæ infra ſub Joſeph טיטצק dicentur.

(i) i. e. *R. Joſeph Caro.*

Digitized by Google

720. ר׳ יהודה יונה בן יצחק R. IEHUDA IONAS f.
R. *Iſaaci Ionæ*, ex Iudæo Chriſtianus, & nomine *Io. Baptiſtæ Ionæ* appellatus, Galilæus patria, ex urbe צְפַת ubi natus eſt 5348. C. 1388. 28. Octobr. Hinc Rabbinatus inſignia conſecutus per varias Italiæ urbes Talmudicos Codices explicavit, unde in Poloniam profectus ad Morenatus dignitatem adſpiravit, poſtea vero Amſtelodamo per ſeptem annos forenſes cauſas audiit, ſacrumque Oratorem egit. Hinc Hamburgum a Iudæis vocatus & Iudicis munere perfunctus eſt. Hic primum de mutanda religione cogitavit, & Pontificiam, ſuſcepto Varſaviæ an. 1625. initiationis lavacro, amplexus eſt. Ex eo regno paulo poſt ſingulari quodam fato expulſus in Italiam ſe recepit, & aliquamdiu Chald. linguæ Doctorem in Acadamia Piſana egit, donec Romam delatus non ſolum Lector Hebr. linguæ in Archi Gymnaſio Romano conſtitueretur, ſed aliis etiam muneribus præficeretur. Diem tandem obiit an. 1668. XXVI. Maji memoriæ, dum viveret, adeo tenacis, ut Concordantiarum Hebraicarum vicem ſupplere poſſet. Scripſit adhuc Iudæus

פְּסַק *deciſionem*, in cauſa hæreditatis cujusdam dubiæ. Chriſtianus exaravit

2) לִמּוּד הַמְּשִׁיחִים *Doctrinam Chriſtianam*, quam *Robertus Bellarminus* concinnaverat, noſter autem ex Italica lingua Hebræam reddiderat. (m) Eandem inſtruxit הַגָּהוֹת *annotationibus*, quibus religionis Chriſtianæ dogmata Rabbinorum veterum teſtimoniis confirmat. Prodiit *Rom.* 1654. & 1664. 4. Verſionem illam & notas nonnemo edito ſcripto Italico reprehenderat, cujus exceptionibus apologia ſingulari non edita occurriſſe ſe teſtatur Bartoloc.)

3) Evangelia N. T. quatuor ex Latino Hebraice per eundem verſa cum diffuſa præfatione *Clementi* IX. P. M. inſcripta Romæ typis Congregationis propagandæ fidei lucem viderunt 1668. fol. Locum ex illa præfatione huc pertinentem lege in *Cl. le Longii* Biblioth. Sacra P. I. p. 144. Reliquos Novi Fœderis libros eundem interpretatum eſſe, ſed per fata edere non potuiſſe teſtis eſt Bartol.

Ora-

(m) Confer *Imbonati* Bibl. Lat. Hebr. p. 215. Idem liber Arabice translatus eſt A. C. 1613. a *Victorino Sciallac*: vide *Leonis Allatii* Apes Urbanas p. 250. ubi p. 31. idem elegis Latinis ab *Andr. Bajano* expreſſus & Rom. 1612. 8. editus memoratur.

Digitized by Google

Oratio ejus Hebræa de Meſſiæ adventu & Spiritu S. ſuper Apoſtolos effuſo Hebr. & Latine prodiit ibidem 1653. 4.

MSS. latent

5) כנפי יונה *alæ columbæ* ex *Pſ.* LXVIII. 14. dialogus, quo veritatem religionis Chriſtianæ contra Iudæos ex Scriptura & Rabbinorum veterum ſcriptis vindicat.

6) Dictionarium Rabbinicum & Chaldaicum.

7) Mercurius Linguæ Hebrææ.

8) Tractatus de Nomine Ieſu.

9) Reſpondit etiam ad ea, quæ שפרוט Rabbinus Poſnanienſis contra Evangelium Matthæi ſcripſerat.

10) Cœpit idem ſcribere Bibliothecam Rabbinicam, ſervato temporis ordine, ſed non perfecit: Bartoloccius tamen ejus exemplo ad hunc laborem ingrediendum adductum ſe fatetur, ut vel propterea non parum illi debeatur.

Non dubito noſtrum hunc eſſe illum *Joannem Baptiſtam*, cujus ut Judæi Romæ converſi nomen genuinum fruſtra ſe huc dum quæſiviſſe ſcribit *Paulus Colomeſius* in epiſt. ad *Iuſtellum*, quæ exſtat in Operibus ejus a Cl. Fabricio junctim optimo conſilio recuſis p. 805. Ibidem monet in Bibliotheca Lambethana exſtare librum rariſſimum, Cardinali *Bernardino Carvajal* dedicatum, ſub tit. *Confutatio Sectæ Hebraicæ*.

Ejusdem opera in recognoſcendis iis, quæ ex Hebr. vel Chaldaicis ſcriptis attulerit, uſum ſe eſſe teſtatur Kircherus in Propylæo Agoniſtico Oedipi Ægypt. Cap. III. ſub initium.

ר' יהודה בן יוסי R. JEHUDA f. JOSE, cujus 721.
תֵיבַת עֵדוּת *arca teſtimonii* MS. eſt in B. Bodlej. n. 3725.

ר' יהודה בן יוסף בן אלפאכר R. JEHUDA 722.
f. JOSEPH f. *Alphachar*, Medicus Toletanus, Kimchii æmulus, ſcripſit tres epiſtolas reſponſorias ad Kimchium pro R. *Salomone* Montispeſſulano, qui cum aliis præter Philoſophiæ ſtudium etiam Maimonidis *More Nevochim* damnaverat. Vide inter epiſtolas Maimonideas p. 46. ſq. & in Append. Inſtit Epiſt. Buxtorfii p. 308. ſq. Confer, quæ dicta ſunt ſub *David Kimchii.*

ר'

Digitized by Google

723. ר׳ יהודה בן ר׳ יוסף ברסאני R. JEHUDA f.

R. *Joſeph Barſani*, ſcripſit comm. in librum Iobi, MS. in Vatic.

724. ר׳ יהודה בן ר׳ יוסף בולאט R. IEHUDA f.

R. *Joſeph Bolat*, Hiſpanus ex urbe *Eſtella* regni Navarræ oriundus, primus ex MS. edidit librum הליכות עולם, quod apparet ex calce libri, ubi in ejusdem laudem differit.

725. ר׳ יהודה בן יוסף מוסקאטו R. JEHUDA f.

Joſeph MUSCATUS vel מוסיקאטו ut in ש״י p. 54. vocatur, qui ibidem p. 31, mendoſe dicitur מוסיקאקו, Doctor & concionator Iudæorum celebris Sæculo XVI. ſcripſit

קוֹל יְהוּדָה *vox Iudæ*, ex *Deut.* 34. 7. i. e. comment. fuſus in librum *Coſri*, qui cum libro ipſo prodiit *Venet.* 354. C. 1594. 4. Hottingerus in B. Or. Claſſe I. minus recte inter conciones numerat. Ex illo comment. varia in notas ſuas retulit Buxtorfius, quibus ſuam edit. inſtruxit. Ejusdem eſt

2) ס׳ נְפוּצוֹת יְהוּדָה *liber diſperſionum Iudæ*, ex *Jeſ.* XI. 12. quo continentur conciones 52. bene longæ, ex variis doctrinæ generibus ac ſpeciatim Muſica. *Venet.* 349. C. 1589. Has cum Buxtorfio Bartoloccius Tomo II. p. 42. tribuerat *Ioſepho Muſcato* qui tamen ibidem p. 54. mentem mutavit, poſtquam librum ipſum inſpexerat. Plantavitius *Leonem Muſcatum* ab hoc *Iehuda Muſcato* diſtinxit, præter rem, cum *Iuda* & *Leo* idem apud Hebræos ſignificent, ob comparationem *Iudæ* cum Leone factam *Gen.* XLIX. 9. Conf. infra *Iehuda* פרוונצאלי.

726. ר׳ יהודה בן יוסף מסרגוסה R. IEHUDA f.

Ioſephi Cæſarauguſtanus ſcr. comment. in 195. præcepta affirmativa an. 5020. C. 1460. MS. in Vatic. item de funere & ſepultura ſub tit. אבלות i. e. luctus.

Nec non de בְּהֵמוֹת טְרֵפוֹת *animalibus illicitis* & ſeptuaginta generibus macularum, quæ in animalibus dari ſolent.

Denique

Digitized by Google

Denique de *palmite & botro uvarum*, de quibus Num. XIII. 24. Exploratores iſti, ejus judicio, fuerunt octo, qui in duobus vectibus, in modum crucis aptatis, (n) botrum cum palmite, tanquam cruci affixum, portarunt, ſubmiſſis humeris duorum in ſingulis haſtis crucis. Alii tulerunt de ficubus, alii de malogranatis MS. ibid.

ר׳ יהודה בן יוסף R. IEHUDA f. *Ioſeph*, aliis f. *Moſis*, 728.

Hiſpanus, opera Aſtrologica *Ali ben Ragel* Arabis de judiciis aſtrorum, interrogationibus, nativitatibus, revolutionibus & aëris prognoſticis ex Arab. hiſpanice vertit, Latine poſtea translata ab *Ægidio de Tebaldis* & *Petro de Regio*, MS. in B. Urbinat. Alphonſus X. Rex Caſtellæ, cujus juſſu R. Juda interpretationem ſuſcepit, vixit A.C. 1256. v. infra R. *Iehuda f. Moſis*.

ר׳ יהודה בן יחייא בן ר דוד R. JE- 729.

HUDA f. *Iechija f. R. David f. Gedalja Iachija* Vlyſſiponenſis, Sæc. XIV. vixit, Juris æque ac poëſeos aliarumque doctrinarum cognitione clarus, qui per multa ſcripſit conſilia & deciſiones forenſes literis ſymbolicis nomenque ejus ſignificantibus נ״ב i.e. נאם יהודה בן יחייא ſignatas. Compoſuit idem

קִינָה h.e. *lamentationem*, quam Judæi IX. Julii (o) recitare conſueverunt, obviam adhuc in *Machſore* Hiſpanico p. 174. ed. Venetæ 1656. Lege hæc in *Schalſcheleth* p. 65. a. verſu 3.

ר׳ יהודה בן יעקוב R. JEHUDA f. JACOB ſcr. 730.

(n) Numerari igitur & hoc poterat inter ſigna crucis apud gentem Hebræam, de quibus exſtat ſingularis diſſ. Vener. *Theod. Daſſovii*, Vittemb. 1695. Confer *Jac. Boſium* in libb. de Cruce Triumphante, qui tamen in hoc argumento ſubinde antiquitatis Hebr. teſtimonio deſtituitur, & *Anton. Bynaeum* in Chriſto Crucifixo cap. I. §. 21. Notabilis imprimis eſt unctio Pontificis Maximi in formam Crucis Andreanæ facta, de qua præter Daſſovium l. c. & Scacchum in Sacris Elæochriſmat. videatur Carpzovius ad Schickardi Jus Regium Hebr. p. 75. *Campeg. Vitringa* lib. II. Obſervatt. Sacr. p. 248. & *Herm. Witſius* lib. II. Miſcell. Sacr. diſſ. II. §. 59. Ceterum de Vva illa Cananæa & mirandis ejus phænomenis vide *Mich. Frid. Beckii* diſſert. ſingularem & *Wagenſeil.* ad Sota p. 702. ſq.

(o) Eſt illud jejunium, qvod vocant תִּשְׁעָה בְּאָב in memoriam exciſi Templi I. & II. inſtitutum, de quo plura hic dicere nihil attinet.

Digitized by Google

עַל הַנְהָגַת הַבְּרִיאוּת *de curanda valetudine*, MS, in B. Vindobon. Vide Neſſelii Catalogum MSS. Oriental. n. 99.

731. ר׳ יהודה בן ר׳ יצחק אברבנאל R. JEHUDA *f. R. Iſaaci Abarbanelis*, quem *Leonem Hebræum* appellare ſolent, (ſicut & in fronte verſ. Hiſpanicæ *Venet.* 1558. ed. vocatur *Meſtre Levi* (*) *Abarbanel Med. Hebreo,*) Medicus & Philoſophus eximius, filius Iſaaci Abarb. natu maximus, (p) vixit Sæc. XVI. nomenque ſibi comparavit editis *Dialogis tribus de Amore* (q) ſermone Italico *dialoghi di Amore di Leone Hebræo Medico Venet.* 1558. 8. & 1564. 8. itemque 1573.

Iidem *Latine* converſi a *Io. Carolo Saraceno* inſerti ſunt a *Io. Piſtorio* Scriptoribus Artis Cabbaliſt. Tom. I. p. 331. ſqq. ubi Interpres in præfat. monet, librum illum ab auctore lingva nec ſplendida, aut eleganti, nec ſtudioſis omnibus communi ſcriptum eſſe, qui ſibi videatur, totam Ariſtotelicam & Platonicam Philoſophiam una cum ſacrorum voluminum doctrina reconditaque ſcientia complecti. Singulis libris argumenta præmiſit, in margine vero certis lemmatibus ſummam dictorum complexus eſt. Verſio *Latina* eſt elegantiſſima, & Interpres non ſine ratione prædicat, ſe latinitatis curam ſummam habuiſſe. *Nic. Antonius* in B. Hiſp. Nova Tom. II. p. 678. b. teſtatur dialogos illos Latine prodiiſſe *Venet.* 1664. quod vereor, ut recte dicatur: periculum enim eſt, ne ex editione Italica (r) hoc anno 1564. curata Latinam hanc 1664. fecerit. *Gallice* vertit *Dionyſ. Sylveſter* (*Sauvage*) Lugd. 1551. 8. & *Pontus de Tiard. Hiſpanica* debetur *Carolo Monteſæ* Romano, qui Cæſarauguſtæ edidit 1584. ſub titulo *Philoſophia Univerſalis totius mundi*, teſte *Nic. Antonio* in Biblioth. Hiſpan. Nova T. I. p. 181. & *Imbonato* p. 24. Biblioth. Lat. Hebr.

Alia

(*) Sic & in *Meor Enajim* lib. 3. p. 144. a. vocatur מיסר ליאוני quia ſcil. *Juda* & *Leo* Hebræis idem ſunt, qvod ſæpe monuimus.

(p) Qui cum patre Hiſpania an. 1492. ejectus *Neapoli* primum, deinde *Genuæ* conſedit teſte *Nic. Antonio* Bibl. Nov. Hiſpan. Tom. II. p. 678. b.

(q) Invenit in illis dialogis, quæ notaret, *Andreas Camutius* lib. II. de Amore cap. 3.

(r) Suſpicor tamen editionem anni 1564. non Italicam, ſed Latinam eſſe, ex verſione forte *Jo. Caroli Saraceni*, quam deinceps *Piſtorius* in Collectione laudata recudi curavit, ut proinde in *Nic. Antonio* typographi vitio annus 1564. cum 1664. ſit permutatus.

Digitized by Google

Alia verſio itidem *Hiſpanica* Anonymi lucem vidit *Venet.* 1568. 4. ut patet ex Catalogo Thuaneo Tom. II. p. 405. ed. Hamburg. Bartoloc. etiam memorat edit. *Hiſpan.* 1593. 4. Cæſaraug. curatam, quam non vidi. Idem in eo ſibi non ſatis proſpexit, quod dialogos illos Latine(*) primo Venet. 1564. editos ſcribit, ac deinde italice converſos: italicum enim exemplum eſt authenticum. Sunt, qui Judam hunc Abarbanelis filium verum dialogorum auctorem eſſe inficiantur, ideo, quod locum quendam a Iudæo non exſpectandum in illis invenerint p. 172. ed. Ital. & p. 524. ed. Lat. in fol. ubi dicit *Enochum, Eliam, inſuperque Ioannem Evangeliſtam quod ad corpus & animam immortales eſſe.* Hoc argumento primus uſus eſt *Iac. Vindetus* de vita functorum ſtatu Sect. 7. p. 138. ed. Anglic. & 119. Roterod. Faſcic. IV. Opuſc. Philol. eumque ſequitur Vener. *Io. Diecmannus* in Theatro Placciano Pſeudonymorum pag. 416. Enimvero Judæus non unus librum ad *Iudam* noſtrum refert, nominatimque *Schalſcheleth* p. 64. ubi *Iſaacus Abarbanel* dicitur reliquiſſe filium Sapientem & Philoſophum admirabilem, qui librum Chriſtianum (ספר הנוצרי i. e. ut interpretor, ad mentem & ex principiis Chriſtianorum compoſitum) ſub titulo *Dialogi Leonis Iudæi* ſcripſerit: præterea vero *R. Aſarias* in *Meor Enajim* lib. 3. p. 144. a. qui eum vocat מיסר ליאוני & ex dialogo ejus II. inter Philonem & Sophiam locum affert, quemadmodum cap. XI. p. 59. alium profert, Scriptoremque *R. Iehudam* vocat, ac denique R. *Immanuel Aboab* in *Nomologia* ſua ſive ſermonibus legalibus, p. 74. quem locum lege apud *Placcium* p. 502. Theatri Pſeudonymorum. Ibi docte & excellenter argumentum aliquod perſecutus dicitur noſter *Iehuda*, qui vulgo dicatur *Philo Hebræus* in ſua Philographia univerſali. Ex quibus verbis id etiam intelligitur, quod novo *Philonis* nomine tum ab argumento libri, qui propterea etiam *Philographia* audit, tum forte a *Philonis* nomine, qui cum *Sophia* hic loquens inducitur, inſigniatur. Ceterum quod doctiſſimus *Diecmannus* p. 416. Theatri Placciani Pſeudonymorum ignorare ſe ſcribit, quem *Windetus* l. c. *Iudæ Abarbanelis* nomine indicet, cum famoſus ille Abarbanel *Iſaaci* prænomen gerat, id, quomodo accipiendum ſit, facile nunc intelligitur. Windetus enim non alium voluit, quam *Iudam* noſtrum *Iſaaci* illius filium. Cum itaque, ut ad inſtitutum revertamur, Judæi ipſi huic Abarbaneli acceptum ferant librum, non puto de hac re eſſe dubitandum,

(*) Sic & *Imman. Aboab* p. 303. *Nomologia* ait, auctorem Latine hos dialogos ſcripſiſſe, quod vereor, ut recte dicatur,

præcipue cum is *Ioannis* facere mentionem potuerit, non tam ex ſua quam Chriſtianorum ſententia, ad quam ſeſe eum accommodaſſe vel ex teſtimonio *Schalſcheleth* conſtat, niſi dicere malis, ab inquiſitoribus, quorum cenſuræ ſubjici debuit liber, hoc additamenti inſtar eſſe profectum. Meminit etiam *Leonis Hebræi* I. Picus Mirandulanus in Bibl. contra Aſtrologos paſſim v. c. lib. IX. c. 8. p. 454. ubi eum vocat virum inſignem & celebrem Mathematicum, qui quaſi veteribus parum fidens, excogitaverit novum inſtrumentum, cujus etiam canones mathematica ſubtilitate præcellentes ipſe viderit. Adde c. XI. p. 459. & p. 436. Parum certe abeſt, quin hunc noſtrum eſſe cenſeam, niſi cuiquam temporis ratio obſtare videatur, cum Mirandula, an. 1484. defunctus, vix videatur familiaris eſſe potuiſſe huic Jehudæ, Iſaaci Abarb. qui 1507. adhuc vixit, filio. Cum tamen Abarbanel Pater annis 70. major obierit, dubio huic occurri poſſe exiſtimem. Huic etiam libenter tribuerim varia MSS. Medica & Philoſophica, quæ ſub nomine *Leonis* in *Bibl. Medicea* Plut. III. n. 5. quemadmodum & ſupra ſub *Iedaja Happenini* conjeci, commentarium in בחינת העולם qui ſub *Leonis* nomine in B. Vindobon. MS. exſtat, huic videri tribuendum. Noſtri carmen in Patris ſui comm. in *Pirke Avoth* exſtat in limine edit. *Venet.* 327. C. 1567. fol. Forte etiam hujus fuit Bibliotheca, quam Aſarias in *Meor Enajim* divenditam memorat. Vide ſupra *Iehuda Abarbanel.*

732. ר׳ יהודה יצחק בן יעקב R. JEHUDA ISAAC

fil *Iacob*, qui vocatur alias R. *Iehuda* דַרְשָׁן (*concionator*) ex Synagoga חענטשין in Polonia Minore edidit Patris ſui טעמי המסורה & פירוש המסורת, de quo utroque libro dicemus infra ſub *Iacobo f. Iſaac* ut & libellum כוונת ישרות, de quo vide ſuo loco ſub כ.

733. ר׳ יהודה בר יצחק לבית לוי R. JEHUDA f. *Iſaaci Levitæ*, Germanus Francofurtenſis, cujus cura R. *Moſis Nachmanidæ Gerundenſis* elucidatio Pentateuchi Venet. 305. C. 1545. fol excuſa eſt.

ר׳ יהודה בר יצחק R. IEHUDA f. *Iſaaci*, dictus *Leo Mutinenſis*: vide R. *Jehuda Arje de Modena.*

734. ר׳ יהודה בן יצחק R. JEHUDA fil. ISAAC *Levi*

Pentateuchum Hebr. cum brevi comment. ex *Raſchio, Ramban, Aben Eſra* &c.

Digitized by Google

&c. collecto edidit Venet. 306. C. 1546. 4. operas jungente R. *Iechiels fil. Jekuthiel*. Accedunt præcepta Aff. & Neg. una cum indicio Scriptorum, qui ea illuſtrarunt.

ר׳ יהודה הכהן R. JEHUDA Sacerdos, diſcipulus R. 735.
Gerſon compoſuit librum דינים h. e. ritualem, cujus mentio fit in מרדכי Cod. *Schabbath* cap. 10. & in *Bava Mezia* cap. I. Vide *Schalſcheleth* p. 42. Vixit is Sæculo XI. quippe in quod Gerſonis ætas incidit, quem *Iuchaſin* refert ad A. M. 4830. C. 1070.

ר׳ יהודה כהן בן שלמה R. JEHUDA *Cohen* f. 736.
Salomonis Toletanus, ſcr.

מִדְרַשׁ חָכְמָה *expoſitionem ſapientiæ*, i. e. commentationem Philoſophicam in varios libros (non ſolum Phyſicam, quod putat Buxtorfius) Ariſtotelis, aliorumque Philoſophorum, qui in præfatione memorantur, ſpeciatimque Almageſtum Ptolemæi, ſeptem partibus conſtantem, quarum I. ad Arithmeticam, II. ad Geometriam, III. ad Muſicam &c. pertinet. Ibidem invenitur explicatio primæ Paraſchæ Geneſeos, librique Pſalmorum & Proverbiorum. Exſtat liber MS. in Biblioth. Leidenſi, cujus catalogum vide p. 286.

2) מִשְׁפְּטֵי הַכּוֹכָבִים *de judiciis Aſtrorum*, MS. in fol. legitur in Vatic. ſub nomine R. *Judæ Cohen ben Salomonis Cohen Hiſpani Niugath de Toleto*, ut & in B. Bodlejana num. 5378. inter Codd. Pocockianos num. 51. fol.

ר׳ יהודה כלץ R. JEHUDA f. CLATZ vel ſecundum 737.
alios CALETZ aut CALATZ ſcr.

סֵפֶר הַמּוּסָר librum diſciplinæ, ubi de virtutibus politicis & Theologicis agitur per viginti capita, quorum I. de eleemoſyna II. de reſipiſcentia III. de humilitate IV. de precatione &c. diſſerit, Cabbaliſticis commentationibus immiſtis, cum obſervationibus nepotis R. *Moſis f. Clatz. CPoli*, hinc *Mantuæ*: utramque ſine anno memorat ש״ו, at Bartoloc. *Mantuanam* refert ad an. 351. C. 1591. 4. Catalogus autem Bodlej. p. 356. ad an. 1561. Ego vidi in B. Oppenheimeriana *Mantuanam* anni

 320.

Digitized by Google

320. (ſ) C. 1580. & *CPolit.* 297. C. 1539. 4. tum *Cracov.* 358. C. 1598. 4. Plantavitius prænomen facit *Abraham*, quem ſecutus erat, Bartoloc. Tomo I.

738. ר׳ יהודה הלוי R. JEHUDA *Levita*, neſcio quis, ſcripſit

בֶּן זְקֻנִים *filius ſenectutis* ex Geneſ. XXXIII. 3. i. e. liber hymnorum, teſte ש״י forte ideo hoc nomine appellatur, quod ab auctore in ſenectute ſcriptus eſt.

739. ר׳ יהודה הלוי בן דוד R. JEHUDA *Levita f. David*, Germanus, A.C. 1123. per ſomnium monitus ad Chriſtianos tranſiit, *Hermanni* nomen nactus, vide ſupra הירמן.

640. ר׳ יהודה לוי בן ר׳ שבתי R. JEHUDA *Levita* f. R. *Schabbatai*, claruit an. 4900. C. 1140. teſte ש״י in Indice Alphabet. Scripſit

1) אֲרוֹן חֲסָרֶיךָ initium poematis in librum Eſther addito commentario lingua Italica, *Venet.* 369. C. 1609. 8. Recitare illud ſolent Hiſpani ante lectionem Paraſchæ *Deut.* XXV. 17. qvæ antecedit feſtum *Purim.* Hujus qvoqve eſt hymnus Hebraicus cujus, initium eſt מי כמוך quem in feſto *Purim* decantare in memoriam reparatæ ſibi ſalutis Judæi conſveverunt. Illum ſub titulo *Iubili Judaici* ſermone Latino, Germanico ligato, & Hiſpanico ſoluto edidit *Moſes Germanus*, qui eſt *Io. Pet. Speeth*, a Chriſtianis ad Judæos turpiter infeliciterqve dilapſus, Amſtelod. 1700. Confer B. *Martini Diſenbachii* Judæum Converſum p. 137. ſq. ubi etiam leges epiſtolam, qvam *Moſes* ille *Germanus* ad B. D. *Arcularium* cum exemplo interpretationis hujus hymni miſit.

2) מִלְחֶמֶת הַחָכְמָה וְהָעוֹשֶׁר *contentio ſapientiæ & divitiarum* qui alias etiam dicitur מֶלֶךְ רַב *Rex magnus*, ubi ſapientia & divitiæ de principatu inter ſe verſibus diſputantes introducuntur *Cracov.* 306. C. 1546. 8. ſecundum ש״י. Bartoloc. habet ed. *CPolit.* 303. C. 1543. quem vide in B. Oppenheimeri. Idem *Bartoloc.* ait, carmina varii argumenti, cum

(ſ) Eam habuit quoqne B. *Carpzovius*, quod patet ex ejus Introduct. ad Theolog. Judaic. p. 80.

cum commentariis intermixtis eo volumine comprehendi. Noviſſime prodiit *Francof. ad Mœn* 471. C. 1711.

3) מנחת יהודה *oblatio Judæ* ex *Malach.* III. 4. ejusdem generis carmina complecti dicit Bartoloc. at ſecundum ש״י haberi debet pro narratione rhythmica de Viro, qui a ducenda uxore prorſus alienus fuit. Venet. 8. In B. Oppenheimeri exſtat editio *CPolitana.*

4) שירים וזמירות *cantiones & hymni* noſtri hujus, & aliorum; nempe *Salom. f. GAvirol* & *Aben Eſræ* prodierunt *CPoli* 305. C. 1545. 4.

ר׳ יהודה לוי בן שאול R. IEHUDA LEVI fil 741.

SAULIS (t) *Hiſpanus*, floruit ſecundum *Zemach David* anno 4900. C: 1140. æqualis fere *Aben Eſræ*, nonnihil ætate inferioris, qvippe qvi ejus tanqvam defuncti ad Exodi cap. XX. quem commentarium A. M. 4913. C. 1153. adſolvit, ut ipſe in calce teſtatur) meminit. Sunt, qui eum & *Aben Eſram* duarum ſororum filios fuiſſe dicant, nominatim *Iuchaſin* p. 130. b. alii vero *Aben Eſram* noſtri generum faciunt, qvi qvomodo factus ſit, exponit *Schalſcheleth* p. 41. a. Vide etiam R. *Aſariam* in *Meor Enajim* c. 42. p. 136. & *Abarbanelem* in Legem f. 338. col. 4. Poſterius videtur verius. Anno ætatis 50. in terram Sanctam abiiſſe teſtis eſt *Iuchaſin* & *Schalſcheleth* ll. cc. ex quibus poſterior addit, eum portis urbis Hieroſolymorum proximum humique repentem ab Iſmaelita quodam equo oppreſſum eſſe. Fuit is, dum viveret, *Philoſophus magnus*, *Grammaticus*, *Poeta*, *& omni doctrinæ genere inſtructus*, teſte *Schalſcheleth* p. 40. b. ſicut & R. *Iedaja Bedraſchi* idem profitetur, & inprimis hymnos ejus ac poemata admiranda vocat, interpretandi quoque Scripturas facultate ceteros omnes ſupereſſe contendit. Tantæ alioqvin auctoritatis, ut R. *Aſarias* Judæus minime ineptus, ex *Deuter.* XII. 19. Levitæ hujus verba nunquam deſerenda eſſe monet in *Meor Enajim* c. 36. Omitto elogia ejus alia, quæ apud Buxtorfium in præf. ad librum *Coſari* & *Io. Morinum* in Exercitt. Biblicis p. 419. ſqq. legi poſſunt. Has laudes ſibi comparavit (u) ſcripto

(t) Ita vocatur noſter in utraque editione Hebr. CPolit. & Veneta: idem vero Samuelis filius dicitur in libro הקבלה in præfat. *Muſcati* & R. Gedaliæ *Schalſcheleth*, in quibus poſterioribus mendum agnoſcit Buxtorfius præf. ad lib. *Coſari*. Scilicet שאול & שמואל inter ſe paſſim confundunrur.

(u) Huic tum multum tribuunt Judæi procul dubio ideo, quod veritas Legis ſcriptæ contra

ſcripto illa, quod vel primus ipſe conſignavit, vel ſaltem Hebraicum fecit, ſub titulo

סֵפֶר כּוּזָרִי *liber Coſri* vel *Cuſri*, ut vulgo vocatur & a Buxtorfio quoque inſcribitur, rectius liber *Hachoſar* aut *Hachoſari*, ſi Catalogum Bibl. Leidenſis p. 255. n. 23. audimus, appellandus, unde & a *Thoma Hydio* passim *Coſari* & a *Menaſſe ben Iſrael* Cuſari dici ſolet. Continetur hoc libro diſputatio de vera religione, cui occaſionem dediſſe dicitur Rex *Coſaræorum*, qui primo qvidem cum Philoſopho Gentili & Chriſtiano congresſus tandem Judæum advocarit, ejusque argumentis convictus veritatem religionis Judaicæ agnoverit. Colloquium hoc cum Rege iſto habuiſſe dicitur Judæus *Iſaac* סַנְגָּרִי (x) quod primus tradit *Schem Tov* in ספר אמונות Porta II. c. 4. qui eundem ait dialogum ſuum in literas retuliſſe *lingua Arabica* (dicere voluit *lingua Coſaræorum*, quomodo recte emendat *Schalſcheleth* p. 40. b.) unde deinceps a *Iehuda Levita Arabice* ac poſtea a R. *Iehuda Tibbonide Hebraice* translatus fuit. Dialogus ipſe inſtitutus a *Iehuda Levi* annis ante ſuam (ætatem i. e. Sæc. XII. (a)) quadringentis dicitur, Parte I. §. 47. ut proinde in Sæculum VIII. debeat referri.

Ita res habuit, ſi credimus ipſius *Iehudæ* noſtri teſtimonio: ſunt autem Judæi pariter ac Chriſtiani, qui de toto hoc negotio ita ſentiunt, ut diſputationem hanc vel a *Sangari* illo plane, prout nunc exſtat, lingua Coſaræorum deſcriptam putant, quæ eſt ſententia *Schem Tov*, *Schalſcheleth* l. c. & ש״י vel a Jehuda noſtro ad exemplum *Platonis* & *Ciceronis*, qui de ſuo dialogos varios fingentes celebrium Virorum v. c. Catonis & Socratis nominibus eos ſuppoſuerunt, de novo inventam & expolitam cenſent, quæ eſt ſententia R. *Aſariæ* (b) in Meor Enajim c. 45. p. 135. b. *Ganziique* huc

Infideles, & Oralis contra Karæos (vide imprimis p. 196. ſqq edit. Buxtorf.) ab eo adſtructa illis invicte videatur.

(*) qualis ſit hæc regio, non adeo manifeſtum eſt: vide Buxtorf. in præf. ad librum ipſum & in notis p. 5.

(x) Ita refertur res Parte I. libri ipſius §. 1. ſqq.

(a) Alii vocant יהודה אלמנגרי *Jehuda Almangari* præeunte *Schalſcheleth* p. 40. b. R. *Aſarias* vero in *Meor Enajim* Changari חנגרי quod Bartol. legit *Chanagri*, quorum uterque cum ad *Schem Tov*. provocet, qui l. c. סנגרי appellat, manifeſtum eſt, in hac extrema lectione cum R. *Muſcato* & *Buxt*. acquieſcendum, & in prioribus appellationibus vel auctorum, vel librariorum lapſum agnoſcendum eſſe. In ipſo libro nunquam hujus nominis fit mentio, ſed dialogiſta Judæus ſimpliciter vocatur הֶחָבֵר i. e. *ſocius*, ſeu *eruditus*, quem hoc nomine inſignire ſolent Judæi.

(b) *Morinus* p. 419. Exercitt. Biblic. ſcribit ipſum Jehudam noſtrum teſtari, ſe ſcripſiſſe A.

huc inclinantis ad an. 4900. *Jo. Morini* in *Exercitt. Biblicis* p. 419; Bartoloc. T. III.& Cl. *Iac. Baſnagii* Tom. V. Hiſt. Jud. p. 1447.(c) vel media incedunt via, & rem quidem revera geſtam, ſed a Jehuda noſtro variis modis in deſcriptione expolitam & ornatam contendunt, quod inprimis Muſcato in præf. & limine commentarii ſui in librum *Coſri* placuit; vel denique cum *Buxtorfio* in præfat. ad librum ipſum & in Tract. de antiquitate Vocalium p. 332. rem omnem in medio relinquant. *Ganzius* in *Zemach David* ad an. 4900. memorat ſententiam quintam, eorum ſcilicet, qui duplicem ſtatuunt *Jehudam Levitam*, alterum *Seniorem*, qui primum hanc diſputationem ſcripſerit, alterum *Juniorem*, qui in lucem eam protulerit. Mihi quidem, fateor, R. *Aſariæ* & *Morini* ſententia præ ceteris probatur, cum in ipſo tractationis limine R. *Jehuda* noſter non ad ſcriptum aliquod provocet, ex quo ſua hauſerit, ſed ſimpliciter tradat, ſe de rationibus, quibus adverſarii Judæorum confutari poſſint, interrogatum in animum ſibi revocaſſe ea, quæ ab erudito Judæo quondam Regi Coſaræorum propoſita fuiſſe *ex aliis audiverit*. Hinc non temere conjeceris, famam quidem de hac diſputatione inter Iudæos tum temporis percrebuiſſe, (ſive veram, ſive fictam, nunc non diſputo) quam tamen deinceps pro arbitrio ſuo inſtruxerit *Jehuda* noſter, ut hoc modo forte invidiam a diſſentientibus ea ætate exſpectandam eo tutius caveret. Accedit, quod *Morinus* l. c. monet, fieri in hoc libro mentionem belli inter *Perſas* & *Iſmaëlitas* adhuc ferventis, quod certe anno 4500. quo hæc geſta feruntur, jam exſpiraſſe cenſendum eſt, cum ex communi Judæorum calculo Perſarum imperium a Turcis jam anno

M. 4921. i. e. C. 1161. quod ubi dixerit, non invenio, Neque ſcribere hoc certe potuit, cum eo tempore eum jam obiiſſe neceſſe ſit, quia Aben Eſra ejus ad Exodi XX. tanquam defuncti meminit, quem commentarium ſuum anno 4913. i. e. C. 1053. perfectum a ſe eſſe ipſe in calce teſtatur. Ceterum locum illum libri *Coſari* Part. I. §. 47. non adſecutus eſt auctor *Zemach David* ad annum 4900. quando recte quidem Jehudæ noſtri ætatem in hoc tempus referens ignorare ſe profitetur, quomodo hæc ſententia concilianda ſit cum ipſis auctoris verbis §. 47. ubi dicatur vixiſſe anno ד"תק i. e. 4500. Scilicet non recordatus eſt *Ganzius*, verba illa non de *Jehuda* noſtri, ſed primi, qui fertur Scriptoris, nempe *Iſaaci Sangari* accipienda eſſe. Non igitur neceſſe eſt, ut cum ipſo pro תק legamus תתק i. e. 900.

(c) Et tituli ipſius, qui in prima edit. legitur, ubi dicitur quod Jehudas noſter חברו בלשון ערבי h. e. *compoſuerit eum in lingua Arabica*, ubi non legis העתיקו i. e. *converterit*, quod verbum Judæi adhibent, ubi de tranſlatione ſermo eſt,

4420. exſtinctum dicatur. Quæ præterea a Morino ibidem adferuntur argumenta, rem non æque feliciter fictam oſtendunt (d)

Quicquid hujus erit, liber prout *Arabice* a Jehuda noſtro ſcriptus eſt, MS. exſtat in B. Bodlejana n. 5424. inter Codices Pocockianos n. 97. Arabicum exemplum habuit etiam *Iacob Romanus*, qui id literis, CPoli ad Buxtorfium ſcriptis, profeſſus eſt, editurus, ſi per fata licuiſſet, quod ipſe tradit in præf. ad librum *Coſri* e. 2. Ex hac lingua *Hebraice* converſus primum fuit a R. *Jehuda filio Kardaniel* ſed minus feliciter, quod ex aliis audiviſſe ſe ait *Gedalias* in *Schalſchelet h* p. 40. b. Utiliter tamen, ſi exſtaret, cum altera *Tibbonidæ* conferri poſſe patet exemplo R. *Aſariæ*, qui in Meor Enajim p. 116. b. lin. 28. locum quendam ex ea adfert, rectius converſum, quam illa Tibbonidæ hodie legitur. Vide notas Buxtorfii ad Partem II. §. 57. p. 123. Hodie legitur verſio *Hebraica* R. *Iehudæ fil. Saulis Tibbon* (e) celebris illius inter Judæos Interpretis, quem tamen nec ipſum Arabicum contextum ſatis feliciter adſecutum eſſe Jacob Romanus Buxtorfio affirmavit loco modo laudato. Triplex exſtat ejus editio, prima *Fani Fortunæ* juſſu filiorum R. *Ioſephi Iachiadæ* per Gerſonem Soncinatem an. 266. C. 1596. 4. philyris ſedecim in 4. literis quadratis & luculentis expreſſa, ubi in ora paginæ primæ liber a Jehuda Levi Arabice *ſcriptus*, a Iehuda vero *Tibbonide Granatenſi* in caſtro (מגדל) *Lunel* quæ eſt Galliæ urbs, anno 4927. *hebraice* converſus dicitur. Hanc editionem, quam ש״י *CPolitanam* facit, ſecuta eſt *Veneta* 307. C. 1547. 4. & alia ibidem cum קול יהודה qui eſt comm. R. *Iehudæ Muſcato* an. 354. C. 1594. pp. 299. Inter utramque ed. *Venetam* frequens occurrit differentia, quæ inde orta eſt, quod *Muſcatus* præter MSS. quædam exemplaria, hinc inde diſcrepantia, antiquius quoddam exemplar impreſſum (procul dubio Fanenſe illud) ſecutus eſt. Differentiam illam diligenter annotavit *Buxtorfius* in notis ſuis, ex quibus etiam intelliges, in recentiore edit. Veneta ea potiſſimum vel omiſſa vel mutata eſſe,

que

(d) Ait enim contra Karæos ibi diſputari tanquam jam in Oriente celeberrimos, qui tamen anno 4500. demum ſecundum Judæorum calculum ſint exorti. At enimvero tam recentem non eſſe Caraiſmi originem tum ex re ipſa, tum ex Judæorum teſtimoniis eviciſſe me puto in Prolegomenis R. *Mardochai* tractatui de Caræis præmiſſa. Negat præterea Morinus, Sæculo VIII. Judæos de Philoſophia gentilium aut libro *Jezira* & doctrina *Sephirotica* quicquam ſcripſiſſe, de quibus tamen capitibus Parte I. & IV. exponatur. Scilicet & hoc diſputari omnino poſſe & ſolere nemini non conſtat, atque adeo contra venditatam libri ætatem valide adferri non poteſt.

(e) *Schalſcheleth* p. 40. b. minus recte *Schemuel fil. Tibbon* vocat.

quæ Chriſtianos offendere poterant. Hæc ſecuta eſt editio *Hebr. Latina* ex verſione *Io. Buxtorfii* Filii cum ejusdem eruditis notis & diſſertationibus aliquot Rabbinicis latinè converſis *Baſil* 1660. 4.

Novam editionem eamque Arabicam, Hebr. & Latinam molitus olim eſt *Iacobus Romanus*, Iudæus, quod ex Buxtorfii præf. in librum *Cosri* apparet.

Hiſpanica libri verſio a R. *Iac. Abendana* facta Amſtelod. 5423. C. 1663. ſub hoc titulo lucem vidit: *Cuzari libro de grande ſcientia y mucha doctrina* h.e. *liber magnæ ſapientiæ & variæ doctrinæ.* Verſio illa luculenta in 4. exſtat p. 306. de qua ſub *Abendana* dicemus. Addidit Abendana notas, ad auctorem intelligendum facientes. Verſionem hanc *Rich. Simon* ideo præfert Latinæ Buxtorfii; quod hic Maſora, ut ait, faſcinatus, loca quædam aliter vertit, ac debebat. Vide ejus Biblioth. Selectam Tomo I. p. 138. (f) & Epiſtolas Selectas Tom. II. p. 165.

Rich. Simon in B. Sel. I. c. p. 144. monet, viſum ſibi eſſe exemplum hujus libri MS. quod propius ad editionem Venetam priorem accedat, junctumque ſibi habeat commentarium MS. ab illo Muſcati diverſum, ſicut & in ipſo contextu voces quædam explicationis cauſa occurrant. Non dubito, hoc exemplar idem eſſe cum explicatione ſive Paraphraſi libri Cosri, quam *Io. Morinus* in opuſculis Samaritico Hebr. p. 255. in Bibl. Oratoriana MS. latere teſtatur, an. 5185. C. 1425. exaratam, ex qua ibidem locum quendam adfert.

Quis ſit ille commentarius R. *Salom. fil. Menachem*, quem ſub titulo עֵדוּת לְיִשְׂרָאֵל *teſtimonium Iſraelis*, MS. laudat ש״י, dicere non habeo.

2) Idem varios elaboravit hymnos & preces, quarum aliquot leguntur in Machſor Hiſpanico & Romano. Hymnus quidam ejusdem Alphabeticus, quo hiſtoria Eſtheris deſcribitur, ſeorſim *Venetiis* 369. C. 1609. cum verſione Italica editus exſtat quoque in Machſor Romano ed. Bonon. fol. Hymnos hos valde laudat *Imman. Aboab* in Nomologìa p. 279. eosque aliis omnibus præfert. Hinc in titulo ed. Venetæ prioris lib. Coſri vocatur אבי המשוררים.

(f) Ibidem typographi vitio verſio hæc dicitur excuſa A. M. 5923. pro 5423. ſicut pag. 173. editio Buxtorfii refertur in annum 1600. pro 1660.

Digitized by Google

Bartoloccius ait quoque a Buxtorfio noſtro p. 447. tribui librum טעמי מצות *de rationibus præceptorum.* Ille tamen ſeorſim non exſtat ceu Bu. innuere videtur, ſed de ipſo libro *Coſari*, in quo hoc argumentum ſubinde tractatur, accipiendum eſt.

Omiſeram fere monere, quod *David Nieto* in libro מטה דן continuare adgreſſus ſit librum *Coſari*, qua de re ſupra ſuo loco diximus. Idem in præfat. obſervat, majores ſuos diſputare de eo, utrum narratio hæc rei vera ſit an conficta.

742. ר׳ יהודה ליב R. JEHUDA LÖW f. *David* נײמרק, *Hanovienſis* deinde *Berol.* verſatus ſcr.

1) שרש יהודה *radix Judæ*, i. e. Grammatica Hebræa, quæ ſex conſtat ſectionibus in certa capita diſtinctis, quarum I. de literis. II. de vocalibus. III. de Nominibus, i. e. particulis. IV. de Vocibus. V. de Verbis. VI. de ſuffixis Verborum agunt. Francof. ad Mœn. 453. ap. *Io. Wuſtium* C. 1693. 4. edita ad quam Jacobi Altingii Grammatica uſus videtur. Latinam ejus interpretationem, quod ad maximam partem, Cl. *Clannerus* a ſe factam adſervat, quod Amici literis nuper edoctus ſum. Aliam Aharon Margalita, Ex Judæus, ſupra memoratus, fecerat, quam ſibi in Belgio ſurreptam mihi coram conqueſtus eſt. In præfatione præſtantiores Grammaticos Hebr. recenſet, & in calce adfirmat, ſe librum ſingularem *de Accentibus Hebr.* ut & commentarium in illa loca compoſuiſſe, quæ R*aſchius* in commentario tum Biblico tum Talmudico ex principiis Grammaticis explicavit.

2) חנוך בית יהודה *initiatio domus Iudæ*, comm. in *Arba Turim*, Francof. ad Mœn. 468. C. 1608. 4.

3) ראשית בכורים *initium primitiarum*, cujus libri pars poſterior noſtri eſt, quæ conciones exhibet in tria feſta præcipua; prior ejusdem argumenti eſt R. *Chanoch* fil. *Abraham. Amſtelod.* 468. C. 1708. 4.

743. ר׳ יהודה ליב בן יואל R. JEHUDA LÖW fil *Joel*, סג״ל ſeu de tribu Levi, Judex Synagogæ Posnan. Sæculo ſuperiori exeunte claruit, & cum acceſſionibus ſuis, per parentheſin a textu auctoris ſejunctis, recudi curavit פעמה רזא Amſtelod. 458. C. 1698. 8. literis Hebr. quadratis.

ר׳

744. **ר׳ יהודה ליב בר יהושע** R. JEHUDA LÖW f. *Iehoſchua* ſcr.

מלחמה בשלום *bellum in pace* ex 1. *Regg.* II. 5. ש״ר ait ibi recenſeri bella Regis Sveciæ, Pragæ & in Bohemia geſta. Prag. 8. Rectius vero cenſuris, deſcribi hiſtoriam de Semipragenſis urbis expugnatione poſtrema, quam auſpiciis Chriſtinæ Sveciæ Reginæ A. 1648. perfecit Jo. Chriſtoph Königsmarckius. Recuſa illa hiſtoria eſt cum verſ. Latina in *Ioh. Chriſtoph. Wagenſeilii* Exercitt. varii argumenti Exerc. III. pag. 99.

ר׳ יהודה בן מאיר קצינאלבגן v. infra *Schemuel Iehuda f. Meir.*

745. **ר׳ יהודה ליב בן משה** R. JEHUDA LÖW f. *Moſis* ſcr.

שִׁירֵי יְהוּדָה *cantica Iudæ*, quæ in conviviis decantari poſſint, ubi textus literis quadratis & punctatis, expoſitio vero hebr. illi ſubſtrata ſine punctis cum verſione Germanica ex adverſo legitur. *Amſtelod.* 457. C. 1697. 4. In illis multa leguntur de excidio Hieroſolymæ, & ſtructura ejus ac liberatione imminente 7. plag.

746. **ר׳ יהודה ליב בן עובדיה** R. JEHUDA LÖW f. *Obadiæ*, qui eſt auctor libri מנחת יהודה de quo ſupra ſub R. *Iehuda* ſ. אלעזר.

748. **ר׳ יהודה ליב פוחאוויטשר** R. JEHUDA LEV *Pochavitſcher* fil. *Ioſeph*, claruit ſuperiori Sæculo in Synagoga *Pinscenſi*, quæ eſt in dioeceſi Briskienſi in Lithuan. mortuus Hieroſol. ſcr.

דִּבְרֵי חֲכָמִים *verba Sapientum*, ex *Eccl.* IX. 17. qui liber in duas partes diſtinctus eſt, quarum prior ſub titulo דַּעַת חָכְמָה *cognitio ſapientiæ*, ex Eccl. IX. 10. quatuor ſectionibus continetur, quæ agunt de *Sabbato, pœnitentia, cultu & cognitione.* Poſterior pars ſub tit. מְקוֹר חָכְמָה *fons ſapientiæ* ex *Prov.* XVIII. 8. commentatur de ritibus & inſtitutis noſtra ætate receptis inter Judæos, quæ in *Orach Chajim* ſ. Ordine *Schulchan Aruch* expoſita ſunt, ubi variæ occurrunt *Chidduſchim* ſive novellæ obſer-

Digitized by Google

vationes ſub tit. סולת בלולה. Prodiit utraque pars *Hamb.* an. 452. C. 1692. apud *Thom. Roſe* in fol..

748. ר׳ יהודה ליב פרצאוור R. IEHUDA LEV *Parzavar*, celebris ſæculo ſuperiori inclinante, in Synagoga Pinſcenſi, ſcripſit

קְנֵה חָכְמָה *compara ſapientiam,* ex Prov. IV. 7. quæ ſunt conciones in Legem.

דֶּרֶךְ חָכְמָה *via ſapientiæ,* ex *Prov.* IV. 11. Liber moralis & aſceticus, ubi de obſervandis præceptis, ſtudio legis, pœnitentia, totaqve vitæ ratione recte inſtruenda præcipitur, immiſtis concionibus variis ejusdem argumenti.

Utrumque librum laudat *Iehuda Lev f. Ioſeph* פוחאוויטשר in præfat. ad librum ſuum דברי חכמים.

749. ר׳ יהודה ליב בן ר׳ שמואל R. JEHUDA LEV f. *Aaron Schemuel* compoſuit comment. in tract. עוֹלָם קָטוֹן ed. Lublini 4. Idem aliorum tractatuum auctor eſt, ut conſtat ex Præfat. in librum עשרה מאמרות. Sic R. Moſes fil. Salom. Levi aliquot partes עשרה מאמרות in comm. יואל משה explicavit ex illius ſermonibus.

ר׳ יהודה ליווא בן בצלאל vide ſupra R. *Jehuda* f. *Bezalel*.

750. ר׳ יהודה לירמא R. JEHUDA LERMA fil. *Samuel* Hiſpanus, ſcripſit

1) לֶחֶם יְהוּדָה *panis Jehudæ*, i. e. comm. amplus in *Pirke Avoth Sabionet.* 314. C. 1554. 4. & *Venet.* 413. C. 1653. Eum Bartoloccius mendoſe vocat R. *Jehuda ben Schemuel* ערמה Ex hoc comm. *Zeef Wolf* expoſitionem ſuam breviorem τῶν *Pirke Avoth* maximam partem deſumpſit, & in fine commentationem *de Anima* integram ex eodem exhibuit.

2) פְּלֵיטַת יְהוּדָה i. e. *reliquiæ domus Judæ*: ex 2. *Regg.* XIX. 30. i. e. quæſt. & reſponſ. variæ in locos quosdam Talmudicos *Venet.* 406. C. 1646. 4. Tituli ratio hæc eſt, quod hæc ſola collectio ex incendio, quo ſcripta ejus cetera perierant, ſuperſtes manſerit. R. *Simon f. Gerſon* in

Digitized by

in præfat. præmiſſa teſtatur, eundem varias conciones partim in *Paraſchoth* partim in *Haphtharoth* ſcripſiſſe.

ר׳ יהודה מינץ R. JEHUDA MINTZ i. e. *Moguntinus*, cujus, & R. *Meir* Patavini quæſt. & reſponſiones cum tract. de ritibus *Gittim* i. e. dandi libelli repudii, & *Chaliza* i. e. extrahendo calceo Venet. 313. 4. C. 1553. prodierunt. Allegantur illæ in *Meor Enajim* p. 53. b. ubi Scriptor vocatur גדול בדורו *magnus ſua ætate*: vide etiam אור תורה *Menachemi de Lonzano* p. 2. b. 751.

ר׳ יהודה R. JEHUDA, qui communiter vocatur מֵיסֶר לֵיאון *Meſſer Leon Mantuanus*, Orator inſignis, vixit *Mantuæ* 230. C. 1470. & æmulum habuit R. *Ioſeph Kolon*, quorum ſimultates ac contentiones cum Reipublicæ detrimentum afferrent, nec tolli poſſe viderentur, uterque juſſu Ducis, an. 1475. urbe excedere coacti ſunt. Vide *Schalſcheleth* p. 62. Scripſit noſter 752.

1) מִכְלַל יופי *perfectio pulchritudinis*, ex Pſ. L. 2. librum Philoſophicum teſte ש׳י.

2) נופת צופים *liquor favorum* ex Pſ. XIX. 11. i. e. Rhetorica, quam *Coloniæ* (קולוניא) in 4. editam teſtatur ש׳י. Librum hunc laudat *R. Aſarias* Meor Enajim c. II. p. 31. b. ubi eum vocat R. *Iudam* cognomine *Meſſer Leo* civem Mantuanum. Idem lib. 3. c. 20. p. 87. b. monet auctorem hunc multa ex Tullio & Quintiliano deſumſiſſe. Forte hic eſt, cujus MSS. aliquot ſupra n. 716. in calce memoravi.

ר׳ יהודה מרולי R. JEHUDA MAROLI, *Karæus*, cujus Scriptorum partem apud Joſephum del Medico ſe vidiſſe ſcribit R. *Schemuel ad Noſtos Chochma* p. 56. a. ubi addit, multa ejus ſcripta combuſta eſſe in regione ערץ eundemque ſcripſiſſe precationem egregiam, quæ incipiat יהודה שפתי תפתח & recitari ſolent *in Feſto Expiationis*. 753.

ר׳ יהודה מוסקאטו vide R. IEHUDA f. *Ioſeph* MUSCATO.

ר׳ יהודה בן משה ביגה R. IEHUDA f. *Moſche* BIGA ſcr. 754.

מַלְכֵי יְהוּדָה *Reges Iudæ*, i. e. conciones quindecim *Lublin*. 376. C. 1616. 4.

ר׳

עַל הַנְהָגַת הַבְּרִיאוּת *de curanda valetudine*, MS. in B. Vindobon. Vide Neſſelii Catalogum MSS. Oriental. n. 99.

731. ר׳ יהודה בן ר׳ יצחק אברבנאל R. JEHUDA *f. R. Iſaaci Abarbanelis*, quem *Leonem Hebræum* appellare ſolent, (ſicut & in fronte verſ. Hiſpanicæ *Venet.* 1558. ed. vocatur *Meſtre Levi* (*) *Abarbanel Med. Hebreo*,) Medicus & Philoſophus eximius, filius Iſaaci Abarb. natu maximus, (p) vixit Sæc. XVI. nomenque ſibi comparavit editis *Dialogis tribus de Amore* (q) ſermone Italico *dialoghi di Amore di Leone Hebreo Medico Venet.* 1558. 8. & 1564. 8. itemque 1573.

Iidem *Latine* converſi a *Io. Carolo Saraceno* inſerti ſunt a *Io. Piſtorio* Scriptoribus Artis Cabbaliſt. Tom. I. p. 331. ſqq. ubi Interpres in præfat. monet, librum illum ab auctore lingva nec ſplendida, aut eleganti, nec ſtudioſis omnibus communi ſcriptum eſſe. qui ſibi videatur, totam Ariſtotelicam & Platonicam Philoſophiam una cum ſacrorum voluminum doctrina reconditaque ſcientia complecti. Singulis libris argumenta præmiſit, in margine vero certis lemmatibus ſummam dictorum complexus eſt. Verſio *Latina* eſt elegantiſſima, & Interpres non ſine ratione prædicat, ſe latinitatis curam ſummam habuiſſe. *Nic. Antonius* in B. Hiſp. Nova Tom. II. p. 678. b. teſtatur dialogos illos Latine prodiiſſe *Venet.* 1664. quod vereor, ut recte dicatur: periculum enim eſt, ne ex editione Italica (r) hoc anno 1564. curata Latinam hanc 1664. fecerit. *Gallice* vertit *Dionyſ. Sylveſter* (*Sauvage*) Lugd. 1551. 8. & *Pontus de Tiard. Hiſpanica* debetur *Carolo Monteſæ* Romano, qui Cæſarauguſtæ edidit 1584. ſub titulo *Philoſophiæ Univerſalis totius mundi*, teſte *Nic. Antonio* in Biblioth. Hiſpan. Nova T. I. p. 181. & *Imbonato* p. 24. Biblioth. Lat. Hebr.

Alia

(*) Sic & in *Meor Enajim* lib. 3. p. 144. a. vocatur מיסר ליאוני quia ſcil. *Juda* & *Leo* Hebræis idem ſunt, qvod ſæpe monuimus.

(p) Qui cum patre Hiſpania an. 1492. ejectus *Neapoli* primum, deinde *Genua* conſedit teſte *Nic. Antonio* Bibl. Nov. Hiſpan. Tom. II. p. 678. b.

(q) Invenit in illis dialogis, quæ notaret, *Andreas Camutius* lib. II. de Amore cap. 3.

(r) Suſpicor tamen editionem anni 1564. non Italicam, ſed Latinam eſſe, ex verſione forte *Jo. Caroli Saraceni*, quam deinceps *Piſtorius* in Collectione laudata recudi curavit, ut proinde in *Nic. Antonio* typographi vitio annus 1564. cum 1664. ſit permutatus.

Digitized by Google

Alia verſio itidem *Hiſpanica* Anonymi lucem vidit *Venet.* 1568. 4. ut patet ex Catalogo Thuaneo Tom. II. p. 405. ed. Hamburg. Bartoloc. etiam memorat edit. *Hiſpan.* 1593. 4. Cæſaraug. curatam, quam non vidi. Idem in eo ſibi non ſatis proſpexit, quod dialogos illos Latine(*) primo Venet. 1564. editos ſcribit, ac deinde italice converſos: italicum enim exemplum eſt authenticum. Sunt, qui Judam hunc Abarbanelis filium verum dialogorum auctorem eſſe inficiantur, ideo, quod locum quendam a Iudæo non exſpectandum in illis invenerint p. 172. ed. Ital. & p. 524. ed. Lat. in fol. ubi dicit *Enochum, Eliam, inſuperque Ioannem Evangeliſtam quod ad corpus & animam immortales eſſe.* Hoc argumento primus uſus eſt *Iac. Vindetus* de vita functorum ſtatu Sect. 7. p. 138. ed. Anglic. & 119. Roterod. Faſcic. IV. Opuſc. Philol. eumque ſequitur Vener. *Io. Diecmannus* in Theatro Placciano Pſeudonymorum pag. 416. Enimvero Judæus non unus librum ad *Iudam* noſtrum refert, nominatimque *Schalſcheleth* p. 64. ubi *Iſaacus Abarbanel* dicitur reliquiſſe filium Sapientem & Philoſophum admirabilem, qui librum Chriſtianum (ספר הנוצרי i. e. ut interpretor, ad mentem & ex principiis Chriſtianorum compoſitum) ſub titulo *Dialogi Leonis Iudæi* ſcripſerit: præterea vero *R. Aſarias* in *Meor Enajim* lib, 3. p. 144. a. qui eum vocat מיסר ליאוני & ex dialogo ejus II. inter Philonem & Sophiam locum affert, quemadmodum cap. XI. p. 59. alium profert, Scriptoremque *R. Iehudam* vocat, ac denique R. *Immanuel Aboab* in *Nomologia* ſua ſive ſermonibus legalibus, p. 74. quem locum lege apud *Placcium* p. 502. Theatri Pſeudonymorum. Ibi docte & excellenter argumentum aliquod perſecutus dicitur noſter *Iehuda*, qui vulgo dicatur *Philo Hebræus* in ſua Philographia univerſali. Ex quibus verbis id etiam intelligitur, quod novo *Philonis* nomine tum ab argumento libri, qui propterea etiam *Philographia* audit, tum forte a *Philonis* nomine, qui cum *Sophia* hic loquens inducitur, inſigniatur. Ceterum quod doctiſſimus *Diecmannus* p. 416. Theatri Placciani Pſeudonymorum ignorare ſe ſcribit, quem *Windetus* l. c. *Iudæ Abarbanelis* nomine indicet, cum famoſus ille Abarbanel *Iſaaci* prænomen gerat, id, quomodo accipiendum ſit, facile nunc intelligitur. Windetus enim non alium voluit, quam *Iudam* noſtrum *Iſaaci* illius filium. Cum itaque, ut ad inſtitutum revertamur, Judæi ipſi huic Abarbaneli acceptum ferant librum, non puto de hac re eſſe dubitandum,

(*) Sic & *Imman. Aboab* p. 303. *Nomologiæ* ait, auctorem Latine hos dialogos ſcripſiſſe, quod vereor, ut recte dicatur,

præcipue cum is *Ioannis* facere mentionem potuerit, non tam ex ſua quam Chriſtianorum ſententia, ad quam ſeſe eum accommodaſſe vel ex teſtimonio *Schalſcheleth* conſtat, niſi dicere malis, ab inquiſitoribus, quorum cenſuræ ſubjici debuit liber, hoc additamenti inſtar eſſe profectum. Meminit etiam *Leonis Hebræi* I. Picus Mirandulanus in Bibl. contra Aſtrologos paſſim v. c. lib. IX. c. 8. p. 454. ubi eum vocat virum inſignem & celebrem Mathematicum, qui quaſi veteribus parum fidens, excogitaverit novum inſtrumentum, cujus etiam canones mathematica ſubtilitate præcellentes ipſe viderit. Adde c. XI. p. 459. & p. 436. Parum certe abeſt, quin hunc noſtrum eſſe cenſeam, niſi cuiquam temporis ratio obſtare videatur, cum Mirandula, an. 1484. defunctus, vix videatur familiaris eſſe potuiſſe huic Jehudæ, Iſaaci Abarb. qui 1507. adhuc vixit, filio. Cum tamen Abarbanel Pater annis 70. major obierit, dubio huic occurri poſſe exiſtimem. Huic etiam libenter tribuerim varia MSS. Medica & Philoſophica, quæ ſub nomine *Leonis* in *Bibl. Medicea* Plut. III. n. 5. quemadmodum & ſupra ſub *Iedaja Happenini* conjeci, commentarium in בחינת העולם qui ſub *Leonis* nomine in B. Vindobon. MS. exſtat, huic videri tribuendum. Noſtri carmen in Patris ſui comm. in *Pirke Avoth* exſtat in limine edit. *Venet.* 327. C. 1567. fol. Forte etiam hujus fuit Bibliotheca, quam Aſarias in *Meor Enajim* divenditam memorat. Vide ſupra *Iehuda Abarbanel.*

732. ר׳ יהודה יצחק בן יעקב R. JEHUDA ISAAC fil *Iacob*, qui vocatur alias R. *Iehuda* דרשן (*concionator*) ex Synagoga חענטשין in Polonia Minore edidit Patris ſui טעמי & פירוש המסורה׃ המסורת, de quo utroque libro dicemus infra ſub *Iacobo f. Iſaac* ut & libellum כוונת ישרות, de quo vide ſuo loco ſub כ.

733. ר׳ יהודה בר יצחק לבית לוי R. JEHUDA f. *Iſaaci Levitæ*, Germanus Francofurtenſis, cujus cura R. *Moſis Nachmanidæ Gerundenſis* elucidatio Pentateuchi Venet. 305. C. 1545. fol excuſa eſt.

ר׳ יהודה בר יצחק R. IEHUDA f. *Iſaaci*, dictus *Leo Mutinenſis*: vide R. *Jehuda Arje de Modena.*

734. ר׳ יהודה בן יצחק R. JEHUDA fil. ISAAC *Levi* Pentateuchum Hebr. cum brevi comment. ex *Raſchio, Ramban, Aben Eſræ* &c.

&c. collecto edidit Venet. 306. C. 1546. 4. operas jungente R. *Iechiel f. Jekutbiel*. Accedunt præcepta Aff. & Neg. una cum indicio Scriptorum, qui ea illuſtrarunt.

ר׳ יהודה הכהן R. JEHUDA Sacerdos, diſcipulus R. 735.

Gerſon compoſuit librum דינים h. e. ritualem, cujus mentio fit in מרדכי Cod. *Schabbath* cap. 10. & in *Bava Mezia* cap. I. Vide *Schalſcheleth* p. 42. Vixit is Sæculo XI. quippe in quod Gerſonis ætas incidit, quem *Iuchaſin* refert ad A. M. 4830. C. 1070.

ר׳ יהודה כהן בן שלמה R. JEHUDA *Coben* f. 736.

Salomonis Toletanus, ſcr.

מִדְרַשׁ חָכְמָה *expoſitionem ſapientiæ*, i. e. commentationem Philoſophicam in varios libros (non ſolum Phyſicam, quod putat Buxtorfius) Ariſtotelis, aliorumque Philoſophorum, qui in præfatione memorantur, ſpeciatimque Almageſtum Ptolemæi, ſeptem partibus conſtantem, quarum I. ad Arithmeticam, II. ad Geometriam, III. ad Muſicam &c. pertinet. Ibidem invenitur explicatio primæ Paraſchæ Geneſeos, librique Pſalmorum & Proverbiorum. Exſtat liber MS. in Biblioth. Leidenſi, cujus catalogum vide p. 286.

2) מִשְׁפְּטֵי הַכּוֹכָבִים *de judiciis Aſtrorum*, MS. in fol. legitur in Vatic. ſub nomine R. *Judæ Coben ben Salomonis Coben Hiſpani Ningath de Toleto*, ut & in B. Bodlejana num. 5378. inter Codd. Pocockianos num. 51. fol.

ר׳ יהודה כלץ R. JEHUDA f. CLATZ vel ſecundum 737.

alios CALETZ aut CALATZ ſcr.

סֵפֶר הַמּוּסָר librum diſciplinæ, ubi de virtutibus politicis & Theologicis agitur per viginti capita, quorum I. de eleemoſyna II. de reſipiſcentia III. de humilitate IV. de precatione &c. differit, Cabbaliſticis commentationibus immiſtis, cum obſervationibus nepotis R. *Moſis f. Clatz. CPoli*, hinc *Mantuæ*: utramque ſine anno memorat ש״י, at Bartoloc. *Mantuanam* refert ad an. 351. C. 1591. 4. Catalogus autem Bodlej. p. 356. ad an. 1561. Ego vidi in B. Oppenheimeriana *Mantuanam* anni

 320.

Digitized by Google

cum commentariis intermixtis eo volumine comprehendi. Noviſſime prodiit *Francof. ad Mœn* 471. C. 1711.

3) מִנְחַת יְהוּדָה *oblatio Judæ* ex *Malach.* III. 4. ejusdem generis carmina complecti dicit Bartoloc. at ſecundum ש״ש haberi debet pro narratione rhythmica de Viro, qui a ducenda uxore prorſus alienus fuit. Venet. 8. In B. Oppenheimeri exſtat editio *CPolitana.*

4) שִׁירִים וּזְמִירוֹת *cantiones & hymni* noſtri hujus, & aliorum; nempe *Salom. f. GAvirol* & *Aben Eſræ* prodierunt *CPoli* 305. C. 1545. 4.

ר׳ יהודה לוי בן שאול R. IEHUDA LEVI fil 741.

SAULIS (t) *Hiſpanus*, floruit ſecundum *Zemach David* anno 4900. C: 1140. æqualis fere *Aben Eſræ*, nonnihil ætate inferioris, qvippe qvi ejus tanqvam defuncti ad Exodi cap. XX. quem commentarium A. M. 4913. C. 1153. adſolvit, ut ipſe in calce teſtatur) meminit. Sunt, qui eum & *Aben Eſram* duarum ſororum filios fuiſſe dicant, nominatim *Iuchaſin* p. 130. b. alii vero *Aben Eſram* noſtri generum faciunt, qvi qvomodo factus ſit, exponit *Schalſcheleth* p. 41. a. Vide etiam R. *Aſariam* in *Meor Enajim* c. 42. p. 136. & *Abarbanelem* in Legem f. 338. col. 4. Poſterius videtur verius. Anno ætatis 50. in terram Sanctam abiiſſe teſtis eſt *Iuchaſin* & *Schalſcheleth* ll. cc. ex quibus poſterior addit, eum portis urbis Hieroſolymorum proximum humique repentem ab Iſmaelita quodam equo oppreſſum eſſe. Fuit is, dum viveret, *Philoſophus magnus*, *Grammaticus*, *Poeta*, *& omni doctrinæ genere inſtructus*, teſte *Schalſcheleth* p. 40. b. ſicut & R. *Iedaja Bedraſchi* idem profitetur, & inprimis hymnos ejus ac poemata admiranda vocat, interpretandi quoque Scripturas facultate ceteros omnes ſupereſſe contendit. Tantæ alioqvin auctoritatis, ut R. *Aſarias* Judæus minime ineptus, ex *Deuter.* XII. 19. Levitæ hujus verba nunquam deſerenda eſſe monet in *Meor Enajim* c. 36. Omitto elogia ejus alia, quæ apud Buxtorfium in præf. ad librum *Coſari* & *Io. Morinum* in Exercitt. Biblicis p. 419. ſqq. legi poſſunt. Has laudes ſibi comparavit (u) ſcripto

(t) Ita vocatur noſter in utraque editione Hebr. CPolit. & Veneta: idem vero Samuelis filius dicitur in libro הקבלה in præfat. *Muſcati* & R. Gedaliæ *Schalſcheleth*, in quibus poſterioribus mendum agnoſcit Buxtorfius præf. ad lib. *Coſari*. Scilicet שאול & שמואל inter ſe paſſim confundunrur.

(u) Huic tum multum tribuunt Judæi procul dubio ideo, quod veritas Legis ſcriptæ contra

ſcripto illa, quod vel primus ipſe conſignavit, vel ſaltem Hebraicum fecit, ſub titulo

סֵפֶר כּוּזָרִי *liber Coſri* vel *Cuſri*, ut vulgo vocatur & a Buxtorfio quoque inſcribitur, rectius liber *Hachoſar* aut *Hachoſari*, ſi Catalogum Bibl. Leidenſis p. 255. n. 23. audimus, appellandus, unde & a *Thoma Hydio* paſſim *Coſari* & a *Menaſſe ben Iſrael* Cuſari dici ſolet. Continetur hoc libro diſputatio de vera religione, cui occaſionem dediſſe dicitur Rex *Coſaræorum*, qui primo qvidem cum Philoſopho Gentili & Chriſtiano congresſus tandem Judæum advocarit, ejusque argumentis convictus veritatem religionis Judaicæ agnoverit. Colloquium hoc cum Rege iſto habuiſſe dicitur Judæus *Iſaac* סַנְגָּרִי (x) quod primus tradit *Schem Tov* in ספר אמונות Porta II. c. 4. qui eundem ait dialogum ſuum in literas retuliſſe *lingua Arabica* (dicere voluit *lingua Coſaræorum*, quomodo recte emendat *Schalſcheleth* p. 40. b.) unde deinceps a *Iehuda Levita Arabice* ac poſtea a R. *Iehuda Tibbonide Hebraice* translatus fuit. Dialogus ipſe inſtitutus a *Iehuda Levi* annis ante ſuam (ætatem i. e. Sæc. XII. (a)) quadringentis dicitur, Parte I. §. 47. ut proinde in Sæculum VIII. debeat referri.

Ita res habuit, ſi credimus ipſius *Iehudæ* noſtri teſtimonio: ſunt autem Judæi pariter ac Chriſtiani, qui de toto hoc negotio ita ſentiunt, ut diſputationem hanc vel a *Sangari* illo plane, prout nunc exſtat, lingua Coſaræorum deſcriptam putant, quæ eſt ſententia *Schem Tov*, *Schalſcheleth* l. c. & ש״י vel a Jehuda noſtro ad exemplum *Platonis* & *Ciceronis*, qui de ſuo dialogos varios fingentes celebrium Virorum v. c. Catonis & Socratis nominibus eos ſuppoſuerunt, de novo inventam & expolitam cenſent, quæ eſt ſententia R. *Aſariæ* (b) in Meor Enajim c. 45. p. 135. b. *Ganziique* huc

Infideles, & Oralis contra Karæos (vide imprimis p. 196. ſqq edit. Buxtorf.) ab eo adſtructa illis invicte videatur.

(*) qualis ſit hæc regio, non adeo manifeſtum eſt: vide Buxtorf. in præf. ad librum ipſum & in notis p. 5.

(x) Ita refertur res Parte I. libri ipſius §. 1. ſqq.

(a) Alii vocant יהודה אלמנגרי *Jehuda Almangari* præeunte *Schalſcheleth* p. 40. b. R. *Aſarias* vero in *Meor Enajim* Changari חנגרי quod Bartol. legit *Chanagri*, quorum uterque cum ad *Schem Tov*. provocet, qui l. c. סנגרי appellat, manifeſtum eſt, in hac extrema lectione cum R. *Muſcato & Buxt.* acquieſcendum, & in prioribus appellationibus vel auctorum, vel librariorum lapſum agnoſcendum eſſe. In ipſo libro nunquam hujus nominis fit mentio, ſed dialogiſta Judæus ſimpliciter vocatur הֶחָבֵר i. e. *ſocius*, ſeu *eruditus*, quem hoc nomine inſignire ſolent Judæi.

(b) *Morinus* p. 419. Exercitt. Biblic. ſcribit ipſum Jehudam noſtrum teſtari, ſe ſcripſiſſe A.

huc inclinantis ad an. 4900. *Jo. Morini* in *Exercitt. Biblicis* p. 419; Bartoloc. T. III. & Cl. *Iac. Baſnagii* Tom. V. Hiſt. Jud. p. 1447. (c) vel media incedunt via, & rem quidem revera geſtam, ſed a Jehuda noſtro variis modis in deſcriptione expolitam & ornatam contendunt, quod inprimis Muſcato in præf. & limine commentarii ſui in librum *Cosri* placuit; vel denique cum *Buxtorfio* in præfat. ad librum ipſum & in Tract. de antiquitate Vocalium p. 332. rem omnem in medio relinquant. *Ganzius* in *Zemach David* ad an. 4900. memorat ſententiam quintam, eorum ſcilicet, qui duplicem ſtatuunt *Jebudam Levitam*, alterum *Seniorem*, qui primum hanc diſputationem ſcripſerit, alterum *Juniorem*, qui in lucem eam protulerit. Mihi quidem, fateor, R. *Aſariæ* & *Morini* ſententia præ ceteris probatur, cum in ipſo tractationis limine R. *Jebuda* noſter non ad ſcriptum aliquod provocet, ex quo ſua hauſerit, ſed ſimpliciter tradat, ſe de rationibus, quibus adverſarii Judæorum confutari poſſint, interrogatum in animum ſibi revocaſſe ea, quæ ab erudito Judæo quondam Regi Coſaræorum propoſita fuiſſe *ex aliis audiverit*. Hinc non temere conjeceris, famam quidem de hac diſputatione inter Iudæos tum temporis percrebuiſſe, (ſive veram, ſive fictam, nunc non diſputo) quam tamen deinceps pro arbitrio ſuo inſtruxerit *Jebuda* noſter, ut hoc modo forte invidiam a diſſentientibus ea ætate exſpectandam eo tutius caveret. Accedit, quod *Morinus* l. c. monet, fieri in hoc libro mentionem belli inter *Perſas* & *Iſmaelitas* adhuc ferventis, quod certe anno 4500. quo hæc geſta feruntur, jam exſpiraſſe cenſendum eſt, cum ex communi Judæorum calculo Perſarum imperium a Turcis jam anno

M. 4921. i. e. C. 1161. quod ubi dixerit, non invenio, Neque ſcribere hoc certe potuit, cum eo tempore eum jam obiiſſe neceſſe ſit, quia Aben Eſra ejus ad Exodi XX. tanquam defuncti meminit, quem commentarium ſuum anno 4913. i. e. C. 1053. perfectum a ſe eſſe ipſe in calce teſtatur. Ceterum locum illum libri *Coſari* Part. I. §. 47. non adſecutus eſt auctor *Zemach David* ad annum 4900. quando recte quidem Jehudæ noſtri ætatem in hoc tempus referens ignorare ſe profitetur, quomodo hæc ſententia concilianda ſit cum ipſis auctoris verbis §. 47. ubi dicatur vixiſſe anno ד"תק i. e. 4500. Scilicet non recordatus eſt *Ganzius*, verba illa non de *Jehuda* noſtri, ſed primi, qui fertur Scriptoris, nempe *Iſaaci Sangari* accipienda eſſe. Non igitur neceſſe eſt, ut cum ipſo pro תק legamus תתק i. e. 900.

(c) Et tituli ipſius, qui in prima edit. legitur, ubi dicitur quod Jehudas noſter חברו בלשון ערבי h. e. *compoſuerit eum in lingua Arabica*, ubi non legis העתיקו i. e. *converterit*, quod verbum Judæi adhibent, ubi de translatione ſermo eſt.

4420. exſtinctum dicatur. Quæ præterea a Morino ibidem adferuntur argumenta, rem non æque feliciter fictam oſtendunt (d)

Quicquid hujus erit, liber prout *Arabice* a Jehuda noſtro ſcriptus eſt, MS. exſtat in B. Bodlejana n. 5424. inter Codices Pocockianos n. 97. Arabicum exemplum habuit etiam *Iacob Romanus*, qui id literis, CPoli ad Buxtorfium ſcriptis, profeſſus eſt, editurus, ſi per fata licuiſſet, quod ipſe tradit in præf. ad librum *Coſri* c. 2. Ex hac lingua *Hebraice* converſus primum fuit a R. *Jehuda filio Kardaniel* ſed minus feliciter, quod ex aliis audiviſſe ſe ait *Gedalias* in *Schalſcheleth* p. 40. b. Utiliter tamen, ſi exſtaret, cum altera *Tibbonidæ* conferri poſſe patet exemplo R. *Aſariæ*, qui in Meor Enajim p. 116. b. lin. 28. locum quendam ex ea adfert, rectius converſum, quam illa Tibbonidæ hodie legitur. Vide notas Buxtorfii ad Partem II. §. 57. p. 123. Hodie legitur verſio *Hebraica* R. *Iehudæ fil. Saulis Tibbon* (e) celebris illius inter Judæos Interpretis, quem tamen nec ipſum Arabicum contextum ſatis feliciter adſecutum eſſe Jacob Romanus Buxtorfio affirmavit loco modo laudato. Triplex exſtat ejus editio, prima *Fani Fortunæ* juſſu filiorum R. *Ioſephi Iachiadæ* per Gerſonem Soncinatem an. 266. C. 1596. 4. philyris ſedecim in 4. literis quadratis & luculentis expreſſa, ubi in ora paginæ primæ liber a Jehuda Levi Arabice *ſcriptus*, a Iehuda vero *Tibbonide Granatenſi* in caſtro (מגדל) *Lunel* quæ eſt Galliæ urbs, anno 4927. *hebraice* converſus dicitur. Hanc editionem, quam ש״י *CPolitanam* facit, ſecuta eſt *Veneta* 307. C. 1547. 4. & alia ibidem cum קול יהודה qui eſt comm. R. *Iehudæ Muſcato* an. 354. C. 1594. pp. 299. Inter utramque ed. *Venetam* frequens occurrit differentia, quæ inde orta eſt, quod *Muſcatus* præter MSS. quædam exemplaria, hinc inde diſcrepantia, antiquius quoddam exemplar impreſſum (procul dubio Fanenſe illud) ſecutus eſt. Differentiam illam diligenter annotavit *Buxtorfius* in notis ſuis, ex quibus etiam intelliges, in recentiore edit. Veneta ea potiſſimum vel omiſſa vel mutata eſſe, que

(d) Ait enim contra Karæos ibi diſputari tanquam jam in Oriente celeberrimos, qui tamen anno 4500. demum ſecundum Judæorum calculum ſint exorti. At enimvero tam recentem non eſſe Caraiſmi originem tum ex re ipſa, tum ex Judæorum teſtimoniis eviciſſe me puto in Prolegomenis R. *Mardochai* tractatui de Caræis præmiſſa. Negat præterea Morinus, Sæculo VIII. Judæos de Philoſophia gentilium aut libro *Jezira* & doctrina *Sephirotica* quicquam ſcripſiſſe, de quibus tamen capitibus Parte I. & IV. exponatur. Scilicet & hoc diſputari omnino poſſe. & ſolere nemini non conſtat, atque adeo contra venditatam libri ætatem valide adferri non poteſt.

(e) *Schalſcheleth* p. 40. b. minus recte *Schemuel fil. Tibbon* vocat.

quæ Chriſtianos offendere poterant. Hæc ſecuta eſt editio *Hebr. Latina* ex verſione *Io. Buxtorfii* Filii cum ejusdem eruditis notis & diſſertationibus, aliquot Rabbinicis latinè converſis *Baſil* 1660. 4.

Novam editionem eamque Arabicam, Hebr. & Latinam molitus olim eſt *Iacobus Romanus*, Iudæus, quod ex Buxtorfii præf. in librum *Cosri* apparet.

Hiſpanica libri verſio a R. *Iac. Abendana* facta Amſtelod. 5423. C. 1663. ſub hoc titulo lucem vidit: *Cuzari libro de grande ſcientia y mucha doctrina* h.e. *liber magnæ ſapientiæ & variæ doctrinæ.* Verſio illa luculenta in 4. exſtat p. 306. de qua ſub *Abendana* dicemus. Addidit Abendana notas, ad auctorem intelligendum facientes. Verſionem hanc *Rich. Simon* ideo præfert Latinæ Buxtorfii; quod hic Maſora, ut ait, faſcinatus, loca quædam aliter vertit, ac debebat. Vide ejus Biblioth. Selectam Tomo I. p. 138. (f) & Epiſtolas Selectas Tom. II. p. 165.

Rich. Simon in B. Sel. l. c. p. 144. monet, viſum ſibi eſſe exemplum hujus libri MS. quod propius ad editionem Venetam priorem accedat, junctumque ſibi habeat commentarium MS. ab illo Muſcati diverſum, ſicut & in ipſo contextu voces quædam explicationis cauſa occurrant. Non dubito, hoc exemplar idem eſſe cum explicatione ſive Paraphraſi libri Cosri, quam *Io. Morinus* in opuſculis Samaritico Hebr. p. 255. in Bibl. Oratoriana MS. latere teſtatur, an. 5185. C. 1425. exaratam, ex qua ibidem locum quendam adfert.

Quis ſit ille commentarius R. *Salom. fil. Menachem*, quem ſub titulo עֵדוּת לְיִשְׂרָאֵל *teſtimonium Iſraelis*, MS. laudat ש"י, dicere non habeo.

2) Idem varios elaboravit hymnos & preces, quarum aliquot leguntur in Machſor Hiſpanico & Romano. Hymnus quidam ejusdem Alphabeticus, quo hiſtoria Eſtheris deſcribitur, ſeorſim *Venetiis* 369. C. 1609. cum verſione Italica editus exſtat quoque in Machſor Romano ed. Bonon. fol. Hymnos hos valde laudat *Imman. Aboab* in Nomologia p. 279. eosque aliis omnibus præfert. Hinc in titulo ed. Venetæ prioris lib. Coſri vocatur אבי המשוררים.

(f) Ibidem typographi vitio verſio hæc dicitur excuſa A. M. 5923. pro 5423. ſicut pag. 173. editio Buxtorfii refertur in annum 1600. pro 1660.

Bartoloccius ait quoque a Buxtorfio noſtro p. 447. tribui librum טעמי מִצְוֹת *de rationibus praeceptorum*. Ille tamen ſeorſim non exſtat ceu Bu. innuere videtur, ſed de ipſo libro *Coſari*, in quo hoc argumentum ſubinde tractatur, accipiendum eſt.

Omiſeram fere monere, quod *David Nieto* in libro מַטֵּה דָן continuare adgreſſus ſit librum *Coſari*, qua de re ſupra ſuo loco diximus. Idem in præfat. obſervat, majores ſuos diſputare de eo, utrum narratio hæc rei vera ſit an conficta.

742. ר' יהודה ליב R. JEHUDA LÖW f. *David* נֵיימַרק, *Hanovienſis* deinde *Berol.* verſatus ſcr.

1) שֹׁרֶשׁ יְהוּדָה *radix Judæ*, i. e. Grammatica Hebræa, quæ ſex conſtat ſectionibus in certa capita diſtinctis, quarum I. de literis. II. de vocalibus. III. de Nominibus, i. e. particulis. IV. de Vocibus. V. de Verbis. VI. de ſuffixis Verborum agunt. Francof. ad Mœn. 453. ap. *Io. Wuſtium* C. 1693. 4. edita ad quam Jacobi Altingii Grammatica uſus videtur. Latinam ejus interpretationem, quod ad maximam partem, Cl. *Clannerus* a ſe factam adſervat, quod Amici literis nuper edoctus ſum. Aliam Aharon Margalita, Ex Judæus, ſupra memoratus, fecerat, quam ſibi in Belgio ſurreptam mihi coram conqueſtus eſt. In præfatione præſtantiores Grammaticos Hebr. recenſet, & in calce adfirmat, ſe librum ſingularem *de Accentibus Hebr.* ut & commentarium in illa loca compoſuiſſe, quæ R*aſchius* in commentario tum Bibiico tum Talmudico ex principiis Grammaticis explicavit.

2) חִנּוּךְ בֵּית יְהוּדָה *initiatio domus Iudæ*, comm. in *Arba Turim*, Francof. ad Mœn. 468. C. 1608. 4.

3) רֵאשִׁית בִּכּוּרִים *initium primitiarum*, cujus libri pars poſterior noſtri eſt, quæ conciones exhibet in tria feſta præcipua; prior ejusdem argumenti eſt R. *Chanoch* fil. *Abraham. Amſtelod.* 468. C. 1708. 4.

743. ר' יהודה ליב בן יואל R. JEHUDA LÖW fil *Joel*, סג"ל ſeu de tribu Levi, Judex Synagogæ Posnan. Sæculo ſuperiori exeunte claruit, & cum acceſſionibus ſuis, per parentheſin a textu auctoris ſejunctis, recudi curavit פענח רזא Amſtelod. 458. C. 1698. 8. literis Hebr. quadratis.

ר'

ר׳ יהודה ליב בר יהושע R. JEHUDA LÖW 744.
f. *Iehoſchua* ſcr.

מִלְחָמָה בְשָׁלוֹם *bellum in pace* ex 1. Regg. II. 5. ש״י ait ibi re censeri bella Regis Sveciæ, Pragæ & in Bohemia geſta. Prag. 8. Rectius vero cenſuris, deſcribi hiſtoriam de Semipragenſis urbis expugnatione poſtrema, quam auſpiciis Chriſtinæ Sveciæ Reginæ A. 1648. perfecit Jo. Chriſtoph Königsmarckius. Recuſa illa hiſtoria eſt cum verſ. Latina in *Ioh. Chriſtoph. Wagenſeilii* Exercitt. varii argumenti Exerc. III. pag. 99.

ר׳ יהודה בן מאיר קצינאלבגן v. infra *Schemuel Iehuda f. Meir.*

ר׳ יהודה ליב בן משה R. JEHUDA LÖW f. *Moſis* ſcr. 745.

שִׁירֵי יְהוּדָה *cantica Iudæ*, quæ in conviviis decantari poſſint, ubi textus literis quadratis & punctatis, expoſitio vero hebr. illi ſubſtrata ſine punctis cum verſione Germanica ex adverſo legitur. *Amſtelod.* 457. C. 1697. 4. In illis multa leguntur de excidio Hieroſolymæ, & ſtructura ejus ac liberatione imminente 7. plag.

ר׳ יהודה ליב בן עובדיה R. JEHUDA LÖW 746.
f. *Obadiæ*, qui eſt auctor libri מנחת יהודה de quo ſupra ſub R. *Iehuda* f. אלעזר.

ר׳ יהודה ליב פוכאוויטשר R. JEHUDA LEV 748.
Pochavitſcher fil. *Ioſeph*, claruit ſuperiori Sæculo in Synagoga *Pinscenſi*, quæ eſt in dioeceſi Briskienſi in Lithuan. mortuus Hieroſol. ſcr.

דִּבְרֵי חֲכָמִים *verba Sapientum*, ex *Eccl.* IX. 17. qui liber in duas partes diſtinctus eſt, quarum prior ſub titulo דַּעַת חָכְמָה *cognitio ſapientiæ*, ex Eccl. IX. 10. quatuor ſectionibus continetur, quæ agunt de *Sabbato, pœnitentia, cultu & cognitione.* Poſterior pars ſub tit. מְקוֹר חָכְמָה *fons ſapientiæ* ex *Prov.* XVIII. 8. commentatur de ritibus & inſtitutis noſtra ætate receptis inter Judæos, quæ in *Orach Chajim* ſ. Ordine *Schulchan Aruch* expoſita ſunt, ubi variæ occurrunt *Chidduſchim* ſive novellæ obſerva-

Digitized by Google

vationes ſub tit. סולת בלולה. Prodiit utraque pars *Hamb.* an. 452. C. 1692. apud *Thom. Roſe* in fol..

748. ר׳ יהודה ליב פרצאווער R. IEHUDA LEV *Parzavar*, celebris ſæculo ſuperiori inclinante, in Synagoga Pinſcenſi, ſcripſit

קְנֵה חָכְמָה *compara ſapientiam*, ex Prov. IV. 7. quæ ſunt conciones in Legem.

דֶּרֶךְ חָכְמָה *via ſapientiæ*, ex *Prov.* IV. 11. Liber moralis & aſceticus, ubi de obſervandis præceptis, ſtudio legis, pœnitentia, totaqve vitæ ratione recte inſtruenda præcipitur, immiſtis concionibus variis ejusdem argumenti.

Utrumque librum laudat *Iehuda Lev f. Ioſeph* פוחאוויטשר in præfat. ad librum ſuum דברי חכמים.

749. ר׳ יהודה ליב בן ר׳ שמואל R. JEHUDA LEV f. *Aaron Schemuel* compoſuit comment. in tract. עולם קטון ed. Lublini 4. Idem aliorum tractatuum auctor eſt, ut conſtat ex Præfat. in librum עשרה מאמרות. Sic R. Moſes fil. Salom. Levi aliquot partes עשרה מאמרות in comm. יואל משה explicavit ex illius ſermonibus.

ר׳ יהודה ליווא בן בצלאל vide ſupra R. *Jehuda* f. *Bezalel.*

750. ר׳ יהודה לירמא R. JEHUDA LERMA fil. *Samuel* Hiſpanus, ſcripſit

1) לֶחֶם יְהוּדָה *panis Jehudæ*, i. e. comm. amplus in *Pirke Avoth Sabionet.* 314. C. 1554. 4. & *Venet.* 413. C. 1653. Eum Bartoloccius mendoſe vocat R. *Jehuda ben Schemuel* ערמה Ex hoc comm. *Zeef Wolf* expoſitionem ſuam breviorem τῶν *Pirke Avoth* maximam partem deſumpſit, & in fine commentationem *de Anima* integram ex eodem exhibuit.

2) פְּלֵיטַת יְהוּדָה i. e. *reliquiæ domus Judæ*: ex 2. *Regg.* XIX. 30. i. e. quæſt. & reſponſ. variæ in locos quosdam Talmudicos *Venet.* 406. C. 1646. 4. Tituli ratio hæc eſt, quod hæc ſola collectio ex incendio, quo ſcripta ejus cetera perierant, ſuperſtes manſerit. R. *Simon f. Gerſon* in

Digitized by Google

in præfat. præmiſſa teſtatur, eundem varias conciones partim in *Paraſchoth* partim in *Haphtharoth* ſcripſiſſe.

751. ר׳ יהודה מינץ R. JEHUDA MINTZ i. e. *Moguntinus*, cujus, & R. *Meir* Patavini quæſt. & reſponſiones cum tract. de ritibus *Gittim* i. e. dandi libelli repudii, & *Chaliza* i. e. extrahendo calceo Venet. 313. 4. C. 1553. prodierunt. Allegantur illæ in *Meor Enajim* p. 53. b. ubi Scriptor vocatur גדול בדורו *magnus ſua ætate*; vide etiam אור תורה *Menachemi de Lonzano* p. 2. b.

752. ר׳ יהודה R. JEHUDA, qui communiter vocatur מֵיסֵר לֵיאוֹן *Meſſer Leon Mantuanus*, Orator inſignis, vixit *Mantuæ* 230. C. 1470. & æmulum habuit R. *Ioſeph Kolon*, quorum ſimultates ac contentiones cum Reipublicæ detrimentum afferrent, nec tolli poſſe viderentur, uterque juſſu Ducis, an. 1475. urbe excedere coacti ſunt. Vide *Schalſcheleth* p. 62. Scripſit noſter

1) מִכְלַל יוֹפִי *perfectio pulchritudinis*, ex Pſ. L. 2. librum Philoſophicum teſte ש״י.

2) נֹפֶת צוּפִים *liquor favorum* ex Pſ. XIX. 11. i. e. Rhetorica, quam *Coloniæ* (קולוניא) in 4. editam teſtatur ש״י. Librum hunc laudat *R. Aſarias* Meor Enajim c. II. p. 31. b. ubi eum vocat R. *Iudam* cognomine *Meſſer Leo* civem Mantuanum. Idem lib. 3. c. 20. p. 87. b. monet auctorem hunc multa ex Tullio & Quintiliano deſumſiſſe. Forte hic eſt, cujus MSS. aliquot ſupra n. 716, in calce memoravi.

753. ר׳ יהודה מרולי R. JEHUDA MAROLI, *Karæus*, cujus Scriptorum partem apud Joſephum del Medico ſe vidiſſe ſcribit R. *Schemuel ad Noſtos Chochma* p. 56. a. ubi addit, multa ejus ſcripta combuſta eſſe in regione עוץ eundemque ſcripſiſſe precationem egregiam, quæ incipiat יהוה שפתי תפתח & recitari ſolent *in Feſto Expiationis*.

ר׳ יהודה מוסקאטו vide R. IEHUDA f. *Ioſeph* MUSCATO.

754. ר׳ יהודה בן משה ביגה R. IEHUDA f. *Moſche* BIGA ſcr.

מַלְכֵי יְהוּדָה *Reges Iudæ*, i. e. conciones quindecim *Lublin.* 376. C. 1616. 4.

ר׳

755. ר׳ יהודה בן משה R. JUDA f. MOSE ex familia *Gedalja Theſſalonicenſis*, ſcripſit

מסורת תלמוד ירושלמי h. e. indicem rerum in Talmude Hieroſolymit. comprehenſarum, CPoli 333. C. 1573. 4.

756. ר׳ יהודה בר משה בר דניאל R. JEHUDA f. *Moſe*, f. *Daniel* Romanus, ſcr.

1) Expoſitionem Pſalmi XXIX. & quinque ultimorum Pſalmorum quibus הללויה præponitur.

2) Commentatus quoque eſt in 5. Megilloth, quæ omnia MS. exſtant in B. Vatic.

3) Ejusdem ſunt *tractatus* quidam *Philoſophici* ex S. Scriptura, præcipueque rebus geſtis Prophetarum compilati, ubi ſæpe *Thomas Aquinas* ad partes vocatur.

4) Liber ejus *de anima*, & commentarius Philoſophicus *in hiſtoriam Creationis* MS. hebr. exſtat in Bibl. Medicea 4. vide Catalogum a Celeb. Fabricio cum Prodromo Lambeciano editum p. 136. b.

Ab hoc R. *Iehuda b. Moſche* Bartoloccius diſtinguit paulo poſt alium ejusdem nominis, quem vocat ר׳ יהודה בר משה הפילוסוף h. e. R. *Iehudam* f. *Moſe Philoſophum*, quem vero ego eundem eſſe ſtatuo. Quæ enim huic is tribuit opuſcula Philoſophica & Theologica *de hominis intellectione*, *de paradiſo voluptatis*, *de animæ operatione* &c. ea non dubito pertinere ad explicationem *hiſtoriæ Creationis* de qua diximus, vel ſaltem ad tractatus Philoſophicos, quorum ipſe meminit Bartoloc. Taceo eundem hic iterum memorare explicationem Pſ. XXIX. & quinque aliorum, quam tamen noſtro, de quo hic agimus, antea vindicaverat. Supereſt explicatio precum Judaicarum, quam huic adſcribit, & quidem earum, quæ dicantur קדיש & קדושה. Illa ביאור התפלות ſive *expoſitio precum Judaicarum* exſtat MS. in B. Medicea Pluteo II. n. 6. vide Catalogum p. 137. b.

757. ר׳ יהודה בר משה הכהן R. JEHUDA f. MOSIS *Sacerdos*, Toletanus A. C. 1256. juſſu & auſpiciis Alphonſi Regis, *Avicenna*

Digitized by Google

næ ſive *Abu Alchaſin* tractatum de ſtellis fixis 1022. ex Arabico in Latiinum ſermonem (non *Hiſpanicum*, ut ait Bartoloc.) convertit, teſte *Iuchaſin* p. 132. b. fere media & *Schalſcheleth* p. 59. poſt med. conf. Hottingeri Hiſt. Eccleſ. N. T. Sec. XIII. p. 545.

2) Eundem libros Aſtronomicos *Ali Aben Ragel* hiſpanice transtuliſſe ſupra ſub R. *Iehuda f. Ioſeph* monuimus, qui a noſtro hoc *Iehuda f. Moſis* forte non eſt diſtingvendus, cum Bartoloccius teſtetur, eum etiam hoc nomine appellari, quamvis me quidem id usquam legere non meminerim.

3) Ipſum quoque librum de 48. conſtellationibus, quæ ex 1252. ſtellis componuntur, exaraſſe idem Bartoloccius, neſcio qvo auctore, refert. *Iuchaſin* enim & *Schalſcheleth* tacent.

ר׳ יהודה בר משה R. JEHUDA f. *Moſe* ex familia *Hannaarim* ſcr. 758.

תַּפּוּחֵי זָהָב *mala aurea* ex *Proverb.* XXV. 11. i. e. explicatio locorum difficiliorum, quæ occurrunt in comment. Aben Eſræ ſuper Pentateuchum. MS. in B. Vatic.

ר׳ יהודה בר נחמן R. JEHUDA f. NACHMAN, Geonæus, Rector Scholæ Soranæ non Pumbeditanæ, (ut tradit Bartoloc.) in Babylonia conſtitutus A. M. 4515. C. 755. quo munere per tres & dimidium annos eſt perfunctus, teſte Ganzio ad hunc annum, qui eundem memorat cœcum fuiſſe. Ita enim accipienda eſt φράσις וְסַגִּי נְהוֹר הוה *& multus luce fuit* (t) quod *Vorſtius* male reddit: *& fuit magnum lumen*. Scripſit is 759.

הֲלָכוֹת פְּסוּקוֹת h. e. *lectiones deciſas*, quæ continent deciſiones legales ex הלכות גדולות deſumtas, quem librum (*Hilchoth Gedoloth*)

Lll huic

(t) Pervulgatum eſt, Iudæos hoc nomine cœcos κατ᾽ ἀντίφρασιν & quaſi per euphemiſmum appellare, quo etiam inſignitur *Joſephus* quidam, qui communiter creditur auctor Targum in Hagiographa. Plura exſtant inter Judæos cœcorum eruditorum exempla, de quibus legi poteſt *Georg Trinckhuſii* diſſert. ſingularis *Geræ* 1672. 4. & *Bartoloccius* paſſim, v. c. Tom. III. p. 9. 815. & 889. Tom. IV. p. 57. &c. Conf. *Jac. Gutherii* diſſert. ſub tit. *Tireſias* ſeu de cæcitatis & ſapientiæ cognatione, *Camerarii* Horas Succeſiv. Centur. I. c. 37. *Jo. Chriſt. Itterum* de Gradibus Academicis p. 215. ſq. & *Sigiſm. Wilh. Stieſii* ſcriptum vernaculum *Northuſæ* 1702. ed.

huic Jehudæ Nachmanidæ tribuit *Schalſcheleth* p. 36. b. & cum eo R. *Moſes Cotſenſis* in præf. ad librum iſtum, perperam omnino, cum Judæ noſtri in ipſo libro cap. 7. p. 10. col. 1. fiat mentio, ac præterea ab aliis rectius Simeoni קיירא tribuatur, ſub cujus nomine plura hanc in rem dicemus. Ceterum Bartoloccius ter noſtrum memorat, ſemel quidem ſub יהודאי גאון deinde ſub יהודה גאון denique ſub יהודה בן נחמן.

Eidem Hottingerus tribuit נפוצות יהודה qui liber eſt R. *Juda f. Joſeph Muſcati.*

Alii illi adſcribunt lib. בשר על גבי גחלים de quo vide R. *Sam. Levi.*

Plura de noſtro dabunt *Abraham ben Dior* in lib. Cabbalæ ſub Geonaeis ætate III. & *Samuel Algaſæus* in *Toledoth Adam* p. 5.

ר׳ יהודה די נאפולי R. JEHUDA *Neapolitanus*, vide ſupra poſt R. *Jedaja Schemarja.*

760. ר׳ יהודה בן ר׳ ניסן R. JEHUDA f. R. NISAN,

Archi-Synagogus Califfienſis, A. 1687. adhuc ſuperſtes: cujus filius *Benjamin* edidit eius

בֵּית יְהוּדָה *domus Juda*, ubi ſunt novæ obſervationes in illas *Toſephoth* ſive additiones Talmudicas, quæ agunt de *Aggadoth* ſeu narrationibus allegoricis ſex tractatuum Talmudic. qui ſunt *Jevamoth*, *Cethuvoth*, *Kidduſchin*, *Gittin*, *Cholin & Bava Kama:* Soliſbaci 447. C. 1687. 4. Auctor inprimis operam dat, ut dubia ſolvat, quæ Scriptoribus *Toſephoth* vel ex Gemara vel Gloſſa Raſchiana ſubnata ſunt, aut ſubnaſci debuiſſent.

Idem in eosdem Tractatus confecit

חִדּוּשֵׁי הֲלָכוֹת *novas obſervationes in conſtitutiones rituales* quas filius ejus itidem in lucem editurum ſe eſſe recepit, quod & *Deſſav.* 458. C. 1698. fol. factum eſt. Pertinent vero illæ ad octo Codices, nempe ſex iſtos modo laudatos, & præterea binos alios *Bava Mezia* & *Bava Bathra.* Cumque *Aggadoth* ſex priorum Codicum ſingulari illo opere illuſtratæ ab eo fuerint, in poſteriori hoc libro iſtarum explicatio eſt omiſſa, ſi *Bava Mezia* & *Bava Bathra* exceperis, quorum ſcilicet *Aggadoth* ſimul exponuntur. Inſerta nonnulla ſunt ſub initium ex lectionibus R.

Digitized by Google

R. *David*, *Oppenheim* Archi Synagogi Pragenſis, ſub tit. מַעְיַן דָּוִד, ubi leguntur obſervationes in Codd. *Schabbath* & *Beza*, ſed non integros: confer ſupra R. *David Oppenheim*.

761. ר׳ יהודה בר נתן R. JEHUDA f. R. NATHAN, ſive רי״בן diſcipulus Iarchii, ejuſdemque gener, juvenis obiit. Hunc ſoceri commentarios in Talmud Babylonicum, quos ille morte præventus abſolvere non poterat, perfeciſſe tradit Bartoloc. provocans ad Cod. *Maccoth c.* 3. p. 15. In varios tractatus Talmudicos eum commentatum eſſe, & magnam quæſt. ac reſponſ. copiam exaraſſe tradit *Schalſcheleth* p. 49. b. ſub finem, fidem aſſertioni faciens ex מרדכי ſuper *Cholin* cap. VIII.

ר׳ יהודה בר נתן הלוי vide infra R. יודה בר נתן.

ר׳ יהודה סברה R. IEHUDA SABARA; v. ſupra R. Iehuda זבראת.

762. ר׳ יהודה בן ר׳ משה סאלטרו R. JEHUDA f. *Moſis* SALTRO, *Fanenſis*, (מפאנו) incola Venetus, Sæc. XVII. ineunte claruit, & ſcr.

ס׳ מִקְוֵה יִשְׂרָאֵל *de ſpe Iſraelis* ex *Ierem.* XIV. 8. ubi varios caſus circa ritus & inſtituta balneorum legalium, quæ מִקְוָאוֹת vocantur, decidit. Venet. 367. C. 1607. 4. Ibidem animadvertitur in librum משבית מלחמות, de quo vide ſuo loco. Non dubito, eundem hunc eſſe illum R. *Iudam f. Moſche Fanenſem*, qui librum בית מועד R. *Menachem f. Moſche Rabba* Venet. 368. editum commendavit.

763. ר׳ יהודה סומו R. IEHUDA SUMO, citatur in præf. ad שלטי גבורים

ר׳ יהודה מסלוניק R. IEHUDA *Theſſalonicenſis* v. R. *Iudas b. Moſe Theſſalonic.*

764. ר׳ יהודה עוזיאל R. IEHUDA USIEL ſcripſit

בֵּית הָעֻזִּיאֵלִי *domus Uſielis*, i. e. homiliæ 16. in quaſdam Pentateuchi ſectiones, *Venet.* 364. C. 1604. 4. ſecundum ש״ר. *Bartoloc.* conſti-

Digitized by Google

ſtituit annum 360. Eo libro uſus eſt R. *Abrah. fil Gedaliæ* in notis ſuis ad *Ialkuth Schimoni.*

765. ר׳ יהודה ענו R. IEHUDA ANAV f. R. *Benjamin* Medicus ſcripſit

הִלְכוֹת שְׁחִיטָה וּבְדִיקָה *de jugulatione & inſpectione viſcerum animalium*, MS. in Vatic. Vereor ego, ne in nomine ענו ſcriptionis mendum ſit, quod ex conjectura tollere non audeo.

766. ר׳ יהודה עשהאל R. IEHUDA ASAEL f. R. *Elieſer David* מֵהַטּוֹב Italus Ferrarienſis, qui vulgo dicitur *Leone del Bene*, celebris inter ſuos concionator, Ferrariæ 1678. ſexagenario major obiit. Elogium ejus ſepulchrale affert Bartoloc. T. IV. p. 27. Scripſit ille

1) יְהוּדָה מְחוֹקְקִי *Iuda Legiſlator meus*, ex Pſ. LX. 8. qui eſt liber carminibus & epiſtolis elegantibus refertus, ſecundum ש״י qui tamen non meminit, an editus ſit.

2) כִּסְאוֹת לְבֵית דָּוִד *throni domus David* ex *Pſ.* CXXII. 4. ubi agitur de argumentis Theologicis, Philoſophicis, variisque aliis, qualia ſunt creatio mundi, ſeptem firmamenta, orbes cæleſtes, elementa, immortalitas animæ, abſtinentia a ſtudio Philoſophiæ & reliquis doctrinæ generibus, reſurrectio mortuorum, & alii fidei articuli, ratio ſcribendi lingua Sancta, Scriptores librorum, poematum & precum, res futuræ, ritus & leges Turcarum &c. Totus liber in decem domos & quinquaginta portas, diſtinguitur, editusque eſt *Veronæ* 406. C. 1646. 4. Singulis ſectionibus index auctorum ſubjicitur, qui de argumentis iisdem legi poſſint. Bartoloccius refert, Patrem hujus Iudæ librum iſtum elaboraſſe, filioque ſolam editionis gloriam eſſe relinquendam, qui tamen totum laborem ſibi acceptum ferri voluerit. In Catal. B. Leidenſis p. 266. n. 17. hic liber recenſetur diciturque agere de octo ſedibus familiæ Davidis, cum notis *Elieſer David Mebattov*, ſed illa quidem rei ipſi parum reſpondent.

ש״י minus accurate nomen ejus exprimit מה טוב vocibus diſtinctis, quæ rectius junguntur מֵהַטּוֹב i. e. *de bono*, italice *del Bene*.

Confer infra de noſtro ſub *Michaël Raphaël* &c.

767. ר׳ יהודה מפדואה R. IEHUDA *Patavinus*, ſcr. דְּרָשׁוֹת *conciones* teſte Bartol. ר׳

ר׳ יהודה פוקי R. IEHUDA POKI v. ſupra R. *Iehuda b. Elieſer* צלבי.

ר׳ יהודה פְּלוֹנִי R. IEHUDA neſcio quis, qui teſte Gesnero, (in quo tamen fruſtra hoc quæſivi) ad quem provocat Bartoloc. ſub Arcadio & Honorio floruit, obiitque an. 4177. C. 417. & ſcripſit סֵפֶר שָׁרָשִׁים librum Radicum. Procul dubio fallitur Gesnerus, neſcio quo auctore hæc aſſerens, cum Grammaticarum & Lexicorum ætas longe ſit recentior, quam ut tam alte adſurgat, quod patet ex Catalogo Grammaticorum ſupra ſub voce דקדוק allato.

ר׳ יהודה פְּלוֹנִי R. IEHUDA, neſcio quis, cujus librum Cabbaliſticum MS. memorat Bartoloc. Eſt is ſine dubio R. *Iehuda f. Aſcher Toletanus*, quem ſupra ſuo loco monuimus ſcripſiſſe librum ritualem hujus tituli.

ר׳ יהודה בונטני R. IEHUDA PONTANI ſcr. 768.

גורל טוב *ſors bona*, qui liber hebr. MS. exſtat in B. Bodlejana n. 5972 inter Codd. Huntingtonianos n. 226.

ר׳ יהודה פסי R. IEHUDA PASSI cognomine חיוג v. R. *Iudas b. David Paſſi.*

ר׳ יהודה פרובינצאלי R. JEHUDA PROVINCIALIS, quem R. *Aſarias* in *Meor Enajim* c. 60. p. 172. b. tertium ex fratribus eſſe ait, qui ſint ornamentum & lumen Mantuæ. Ibidem laudat ſcriptum ejus נְפוּצוֹת יְהוּדָה i. e. *diſperſiones Iudæ* & ex eo locum de poëſi Hebræorum affert. Parum abeſt, quin putem hunc eſſe R. *Iudam ben Ioſeph Muſcatum*; quem ſub hoc titulo conciones ſcripſiſſe ſupra monuimus. Neque tamen memini, eum unquam *Mantuæ* verſatum eſſe. 769.

ר׳ יהודה צבי R. JEHUDA ZEVI, vulgo LEO de CERVIS dictus, natus *Veronæ*, Romæ autem ſacro baptiſmo initiatus An. 1625. & *Auguſtinus Grimanus* vocatus. Scr. librum Hebraice & Lat. ſub tit. 770.

מַפְתֵּחַ תּוֹרָה קְדֹשָׁה i. e. *clavis legis ſanctæ*, ubi agitur de modo intelligendi & interpretandi linguam Sanctam MS.

Digitized by Google

772. ר׳ יהודה בן קרדניאל R. IEHUDA f. KARDANIEL, ex lingua Arab. vertit hebr. librum *Coſri*, non æque feliciter, ac R. *Iudas Aben Tibbon*. Vide ſupra ſub R. *Iehuda Levi*.

ר׳ יהודה בן קריש R. IEHUDA f. KARISCH: v. ſupra *Iehuda* f. חריש.

773. יהודה קראי IEHUDA Karæus, qui una cum *Abrahamo Medico* in *Aaronis* fil. *Eliæ*, qui *poſterior* vocatur, commentationem de ratione mactandi animalia ſcripſit, teſte *Noſelos chochma* p. 56. a. vide ſupra Abrah. הרואה.

774. ר׳ יהודה מרומא R. IEHUDA *Romanus* ſcr. comment. in פִּסְקֵי ſive *deciſiones* R. *Iſaaci Tiburtini* ſuper Codd. quosdam Talmudicos MS. in Vatic. 4.

775. ר׳ יהודה רופא R. IEHUDA *Medicus*, hic epithalamium quoddam tanta arte compoſuit, ut, ſi legatur, Hebraica pariter ac germanica lingua ſenſum fundat, hujus ſpecimen affert Wagenſeilius ad *Sota* p. 49.

776. ר׳ יהודה בן שאול תבון R. JEHUDA f. SAUL f. TIBBON, (u) Hiſpanus *Granatenſis* (*) vixit Sæculo XII. ineunte & ulterius, quod *Schalſcheleth* p. 41. b. lin. penult. ex eo conficit, quia filius noſtri, *Samuel*, Maimonidæ, qui natus eſt A. C. 1131. æqualis fuit. Eundem vitæ annos longius produxiſſe apparet, ſi vera ſunt, quæ ex MS. Codice interpretationis Hebr. Grammaticæ *R. Iona*, quæ illi debetur p. 1. affert Bartoloc. quod ſcilicet verſionem Partis II. hujus operis in arce (x) *Lunel* An. 4913. C. 1171. perfecerit. Inſigniter de literis Hebraicis is meruit, ſuſcepta feliciter (z) variorum Scriptorum Ara-

(u) Ita vocatur in utraque editione Hebr. libri *Coſari* ab ipſo converſi: unde non audiendus eſt Gedalias in *Schalſcheleth*, qui eum filium *Samuelis* vocat. Conf. Buxtorf. a librum *Coſari* p. 6. Nihilominus tamen in Indice alphabet. ש״י vocatur itidem *Jehuda fil. Schemuel*.

(*) Id traditur in editione Fanenſi libri *Coſari*, de quo ſupra ſub *Jehuda Levi*, unde neſcio, cur in edit. Buxtorfianæ titulo vocetur *Jerichuntinus* niſi quod forte *Jerichunte* vixerit.

(x) Hinc ſe eum cum Samuele filio vidiſſe ſcribit *Benjamin Tudelenſis* p. 6. Itinerarii, quod ille circa idem tempus nempe 1172. exaravit.

(z) Sic *Samuel Tibbonides*, noſtri filius, in præfatione ad verſionem libri *More Nevochim* Pa-

Digitized by Google

rabicorum Latina verſione, unde & in *Schalſcheleth* l. c. רֹאשׁ הַמְּתַרְגְּמִים *princeps interpretum* vocatur, *Samuelem* filium felicem in hoc opere imitatorem nactus. Illum a ſapientia & elegantia ſtyli Hebr. & Arab. Moſes Maimonides in ep. ad filium ejus Sam. noſtri filium ſcripta, quæ exſtat in Buxtorf. Inſtit. Epiſtolari p. 376. commendat. Speciatim illi debetur

1) Verſio Hebr. libri *Coſari* a R. *Iehuda Levita* ſcripti, de qua ſub hujus nomine diximus. (a)

2) R. Bechaji חובות הלבבות, de quo itidem ſuo loco dictum eſt.

3) R. *Jonæ* ben גַּנָּח Grammatici Hebræorum præſtantiſſimi, pars utraque Grammaticæ Hebraicæ ex Arab. verſa. Pars II. quæ *Radicum librum* complectitur, MS. exſtat Romæ in B. Vrbinat. ubi p. 312. auctor teſtatur ſe illius partis tres alias vidiſſe verſiones, unam *Iſaaci bar Judæ* Barcinonenſis, alteram *Iſaaci Levitæ*, tertiam R. *Salomonis f. Parchom*, quæ omnes ipſi minus ſe probant.

4) Eidem a Buxtorfio & Hottingero tribuitur verſio אגרת תחית המתים quam Maimonides Arabice ſcripſerat: ſed hanc *Samueli* filio ejus tribuere vel temporis ratio jubet.

5) אִגֶּרֶת הַמּוּסָר *epiſtolam didaſcalicam* ad formandos filii mores ipſe ſcripſiſſe dicitur a Bartoloccio, neſcio qua fide.

6) רוּחַ חֵן *Spiritus gratiæ*, ipſe quoque nonnullis elaboraſſe viſus eſt, quamvis pro Interprete tantum haberi debeat; vide hunc titulum ſuo loco inter Anonym.

7) Quidam ei tribuunt בן משלי de quo ſcribemus ſub *Schemuel Nagid*.

Non dubito hunc eſſe illum R. *Jehudam fil. Saul f. Tachum* (lege *Tibbon*) cujus tractatus quidam Hebr. MSS. in 4. exſtare dicuntur in B. Medicea Plut. II. n. 45. Laudat noſtrum Buxtorfius, in præf. ad librum *Cosri* e. b.

ר׳ יהודה בן שבתי vide ſupra *Iehuda Levi f. Schabtai*.

ר׳

trem ſuum vocat אבי המעתיקים i. e. *Patrem Interpretum*, ibique profitetur ſe verſionibus, ex Arabico a Patre factis, ad interpretationem ſuam perficiendam uſum eſſe.

(a) *Schalſcheleth* p. 40. b. Interpretem vocat R. *Schemuel fil Tibbon*, minus recte quod ſuo loco videbimus.

777. ר׳ יהודה בן שלמה בן אלחפני R. JEHUDA f. *Salomonis* f. *Alchophni* cognomine חֲרִיזִי *Poeta*, Hiſpanus, qui vixit Sæc. XII. variaque ex Arabica lingua in Hebraicam tranſtulit, ac præterea poeſeos facultate polluit, quo nomine laudatur a R. *Immanuele* c. 9. libri המחברות. Vertit ille

1) R. *Moſis Maimonidæ More Nevochim* quæ tamen verſio alteri, a R. *Samuele ben Tibbon* elaboratæ, poſtpoſita fuit, iis de cauſis, quas infra ſub *Maimonide* exponemus, ubi etiam intelligetur, indicem argumentorum ſive lemmatum, quæ ſingula libri capita in compendio ſiſtunt, a noſtro confectum retineri, & in limine edit. Sabionetenſis 313. C. 1553. exſtare.

2) אִגֶּרֶת הַמּוּסָר epiſtola didaſcalica ex Ariſtotele a *Salom. Chariſi* Arab. conſcripta, a filio ejus, qui noſter eſt, Hebr. converſa exſtat in B. Vindob. conf. ſupra ſub אלי.

3) ס׳ הַנֶּפֶשׁ *liber de anima*: vide, quæ diximus ſub *Abrah. f. Chasdai*.

4) מַחְבֶּרֶת אִיתִיאֵל qui liber alias dicitur תַּחְכְּמוֹנִי vide ſupra ſub איתיאל ubi nonnulli aliorum errores emendantur.

5) מוּסְרֵי הַפִּילוֹסוֹפִים *inſtitutiones Philoſophorum*: vide ſupra חנניה f. *Iſaaci*, ubi etiam monui, hunc librum eſſe, qui ſub *diſcurſuum Hebraicorum* titulo *Iudæ Chariſio* inſcriptus recenſeatur in Catalogo MS. Anglic. inter Codd. Pocockianos n. 47. & 49.

6) רְפוּאוֹת גְּוִיָּה *de medelis corporis*, i. e. carmina in laudem Medicinæ MSS. memorantur in ש״י & exſtant MSS. in B. Bodlej. inter Codd. Laudanos n. 1535. ubi etiam edita leguntur, ut patet ex Catal. Bodlej. p. 368. qui tamen nec annum nec locum memorat. *Mich. Neander* in Catalogo libb. Erotematibus L. Hebr. ſubjuncto p. 560. refert, librum hunc *Venetiis* prodiiſſe, & comparari poſſe cum *Hortulo Sanitatis*. Eundem librum Bartoloccius ſub R. *Iehuda* f. *Iudæ Chariſi* appellat שִׁירָה עַל הָרְפָאוֹת i. e. *carmen in artem Medicam* utraque prodiiſſe teſtatur *Venet*. 4. Vidi ego editionem *Ferrar*. 312. 8. & *Venet*. 279. C. 1519. utramque in B. Oppenheimeri.

7) Verſionem commentariorum Maimonidis in Miſchnajoth cun-

Digitized by Google

eundem ingreſſum quondam eſſe , ſed non niſi quod ad Ord. זרעים perfeciſſe ſub *Maimonide* oſtendemus.

Ceterum hic monendum eſt, Bartoloccium minus recte memorare R. *Iebudam Alcbariſi f. Iebudæ*, qui diſtinctus ſit a noſtro hoc f. *Salomonis*, quod patet partim ex eo, quia apud Judæos1 prius illud nomen non obſervatur, partim vero inde intelligitur, quia ipſe Bartoloc. eadem fere ſcripta ſive verſiones utrique tribuit. Sic מחברות איתיאל cujus verſionem tribuit Chariſio f. Judæ , idem eſt cum תחכמוני quem adſcribit *Chariſio f. Salomonis*, nec diſtinguendus quoque eſt, quod perperam ipſe facit ibidem ſub *Chariſio f. Iudæ*, a libro carminum, quem ab eo ſcriptum ait ſub nomine חבר הקיני & איתן האזרחי. Hi enim illi ſunt, qui in libro מחברות loquentes introducuntur. Vide quæ diximus ſupra ſub איתיאל. *Ænigmata & Apophthegmata Philoſophorum*, quæ *Chariſio f. Iudæ* inſcribit, ſunt מוסרי הפילוסופ׳ de quibus ſub noſtro hoc diximus. Denique idem *Chariſio f. Iudæ* verſionem Maimonidæ *More Nevochim* repudiatam acceptam fert , noſtro vero huic f. Salomonis Indicem argumentorum: at enimvero utrumque eidem deberi, nec quidquam hic eſſe diſcriminis, niſi quod verſio ipſa rejecta , index capitum vero approbatus ſit, ex iis, quæ de Maimonide dicentur, manifeſta fient.

778. ר׳ יהודה בן שלמה R. JEHUDA f. SALOMONIS, filius, ut videtur, *Salomonis Iſaacidæ* i. e. *Raſchii*, qui Cod. MS. Bibl. Hebr. quem *Capnio (Reuchlinus)* BibliothecæBadenſi quondam legavit, in uſum R. Abrah. ben Eſræ deſcripſit, ceu ex calce ejus apparet judice Jo. Buxtorfio in Catalectis p. 153. qui in eo veſtigiis Avi ſui inſtitit, quem hac de re conſultum ita ſtatuiſſe teſtis eſt *Schickardus* p. 6. præfat. ad *Bechinath Happeruſchim*. At Celeb. *Io. Henr. Majus* ipſo Codice inſpecto & re maturius deliberata obſervavit, nec annum expreſſum eſſe , nec nomen ejus, in cujus gratiam exaratus ſit, niſi per A.... *ben Meir*. Vide ipſum in Vita Reuchlini p. 530. & Cl. *Iac. le Long* in Biblioth. Sacra Parte I. p. 69. ſq. Proinde adhuc dubitari quoque debet, num ad filium *Jarchii* referendus ſit Codex.

ר׳ יהודה בן שמואל חסיד vide ſupra R. *Iebuda Chaſid*.

ר׳ יהודה בן שמואל לירמה R. JEHUDA f. SAMUEL LERMA Hiſpanus v. ſupra *Jebuda Lerma*.

779. ר׳ יהודה בן שמואל אברבנל R. JEHUDA fil. *Samuelis* ABARBANEL, Sec. XVI. floruit, illius, ut puto, *Samuelis* filius, qui *Iſaacum Abarban.* Patrem habuit. Scripſit is

לְכׇל חֵפֶץ *omnium deſiderio inſerviens* ex *Ecclef.* III. 1. ubi exponit rationem omnis generis literas v. c. libellos repudii, contractus, Iuris Matrimonii, emtionis, venditionis &c. exarandi. *Venet.* 312. C. 1552. 4. Hunc librum *Plantavitius* n. 284. & *Cavius* in Theatro Anonymorum Placciano p. 701. a. R. *Elieſeri Mimmeli* falſo tribuunt, cum in præf. ipſa veri auctoris, quem diximus, nomen afferatur.

780. ר׳ יהודה בן שמריה R. IEHUDA f. SCHEMARIA Cabbaliſta ſcr.

מִקְוֵה יִשְׂרָאֵל *Spes Iſraelis*, ex *Jer.* XIV. 8. lib. Cabbaliſt. qui laudatur in Catalogo libb. qui exſtat in calce libri *Jezira* ed. Mantuanæ: ibidem ut & in ש״י vocatur שמריה ut quem Buxtorfius appellat, שמעיה.

ר׳ יהודה בן תבון v. paulo ante R. Jehuda f. *Schemuel* f. Tibbon.

781. ר׳ יהודה בן תכן R. JEHUDA f. TACHAN claruit A. 4880. C. 1120. & filius ejus tempore Maimonidis, quod patet ex epiſtolis eorum excuſis & per Judæos diſperſis. Ita legitur in Ganzii *Zemach David* ad an. 4880. unde repetiit Bartoloccius. Sed aut valde fallor, aut legi hic debet תבן *Tibbon* pro תכן quamvis ita etiam præter *Vorſtianam* verſionem textus Hebr. edit. noviſſimæ Francofurt. ſcriptum hoc nomen exhibeat. Etenim R. *Jehuda Tibbon* vixit hac ætate cum filio, quod ex iis patet, quæ ſupra ſub *Iehuda* f. *Schemuel f. Tibbon* diximus: neutrius autem alibi a *Ganzio* fit mentio, qui eos ob nominis celebritatem, tot verſionibus partam, non videtur prorſus neglexiſſe: ne dicam facilem eſſe & obviam בן תבן cum תכן permutationem; nec obſervari apud alios בן תכן mentionem, ut fictus & chimæricus auctor vel ideo debeat videri,

782. יהודית JUDITHÆ hiſtoria Judæis etiam memoratur v. c. Pſeudo *Philoni Alexandrino*, in Chronico ſive libro Temporum, qui exſtat

Digitized by Google

exſtat in Collectione Annii Viterbienſis latine, atque inde ab *Aſaria* hebraice inſertus eſt ſuo *Meor Enajim* c. 32. hinc vero Latine converſus legitur apud Vorſtium ad *Zemach David* p. 310. ubi *Ioſua* eo tempore Sacerdos Summus hanc hiſtoriam deſcripſiſſe & in divini hujus beneficii ac reparatæ ſalutis memoriam feſtum ſingulare, de quo *Seldenus* etiam p. 133. lib. III. de Synedriis Hebræorum disquirit, inſtituiſſe fertur. Meminit ejusdem rei & libri *Gedalias* in *Schalſcheleth* p. 24. & Ganzius in *Zemach David* ad an. 3622. & alibi, p. 75. & 175. ed. Vorſtianæ necnon R. Aſarias in *Meor Enajim* c. LI. & XXXIV. qui una cum *Schalſcheleeb* provocat ad *Medraſch*, cujus teſtimonio uſus ſit R. *Niſſim* in cap. II. Tract. *Schabbath*, in quo uno (*Medraſch*) hujus rei fiat mentio his verbis: *Filia Jochanan, ducem hoſtium caſeo cibavit, ut eum inebriaret, & ſic poſtea præcidit caput ejus, & fugerant omnes. Propterea mos eſt in feſto Chanucha veſci caſeo.* Vide hæc & aliorum loca apud *Io. Seldenum* l. c. & apud *Scip. Sgambatum* Archiv. V. T. p. 410. ſq. Sed hi quidem omnes Scaligero viſi ſunt hujus rei geſtæ notitiam ex Chriſtianis Scriptoribus hauſiſſe. Nihilominus tamen librum Judithæ a Judæis Chaldaico ſermone olim lectum eſſe teſtatur *Hieronymus* præf. in librum Judith, quem & ipſe ex hac lingua Latine convertit. Hinc & *Huetius* in Demonſt. Evangel. Prop. IV. p. 363. ſq. Chaldaice primum ab incerto auctore exaratum contendit. *Hebraice* apud eos exſtitiſſe negat Origenes in ep. ad *Africanum*, nec hodie exſtare crediderim, cum nusquam ejus ab ipſis mentio fiat. Certe *Schabtai* p. 84. ש״י nihil de libro habet, niſi quod in eo tradatur hiſtoria liberatorum e Græcorum dominatu Judæorum. B. *Aug. Pfeiferus* qvidem in *Critica Sacra* p. 355. affirmat, exſtare terſam editionem Hebraicam libri *Iudith*, ſed a recentiori procul dubio manu Judæi cujusdam profectam. At vereor vehementer, ne memoria lapſus ſit Vir alioquin doctiſſimus, vel *Seb. Munſteri* conjecturæ nimis multum tribuerit, qui in præfat ad Tobiam Hebr. & Lat. *utinam*, inquit, *& Hebraice Jehudith exemplar liceret invenire, quod absque dubio CPoli a Judæis æque ut Tobiæ exemplar typis eſt multiplicatum.*

Quando hæc res geſta ſit, ignorare ſe profitetur *Ganzius* l. c. ad an. 3622. & ibidem *Haſmonæorum* ætate eveniſſe refert לפי דברי הפייטן המיסד יוצר (b) של חנוכה h. e. *ſecundum verba Poetæ, qui fecit hymnum* (יוצר)

(b) יוצרות vocant Judæi illos hymnos, qui precationi, quæ incipit יוצר אור in feſtis

(יוצר) *in feſto Encæniorum* (*ſ. dedicationis Templi*) *recitandum.* *Vorſtius* hic nullo ſenſu vertit *juxta verba poëtæ a fundamento effigientis dedicationem templi.* Scilicet res ita habet: in feſto Encæniorum canunt Judæi hymnos quosdam in quibus & Maccabaicæ victoriæ & ſalutis per Juditham reparatæ mentio fit; hos ſubinnuit *Ganzius*, quos ſeorſim editurus erat B. *Matthias Frider. Beckius* cum verſ. ſua & notis teſte Celeb. *Fabricio* Biblioth. Græc. lib. III. p. 742. ſq. qui ibidem plura de hoc libro attulit.

783. ר׳ יהונתן הכהן R. JONATHAN *Sacerdos*, cujus animadverſiones in aliquot tractatus *Alpheſi* cum ipſo hoc opere prodierunt *Venet.* 312. C. 1552, fol. Eidem ש״י tribuit librum נַעֲשֶׂה וְנִשְׁמָע *faciemus & audiamus*, tanquam comment. amplum in legem MS. Forte idem eſt, cujus חדושים *novellæ obſervationes* in Tractatus Talmudicos varios MSS. exſtant in B. Oppenheimeri 4.

784. ר׳ יהושע בועז R. JEHOSCHVA BOAS מברוך ſcr.

קצור מָרְדְּכַי compendium rituum & inſtitutorum quæ in ipſo libro מרדכי majore recenſentur *Cremon.* 317. fol. & 8. C. 1557.

Idem opus *Alpheſi* variis animadverſionibus ex aliorum ſcriptis collectis inſtruxit, quæ cum ipſo opere prodierunt *Sabionetæ* 314. C. 1554. fol.

Idem curavit edit. Talmudis Venetam 309. C. 1549. fol.

785. ר׳ יהושע R. JEHOSCHVA Præſes Curiæ & Archiſynagogus Cracov. ſcr. ש״ת i. e. quæſt. & reſponſiones, quæ MSS. exſtant in B. Oppenheimeri fol.

786. ר׳ יהושע בן ביבאש אלרקי R. JOSUA f. BIUASCH ALRAKI, ut vocatur Bartolocc. vel rectius *Joſua Ibn Veibeſch* ut Hottingero & Schabbatæo in ש״י qui appellat יושע ווייבאש. Scripſit is Arabice

גָּרְכֵם הַמַּעֲלוֹת i. e. *faſtigium graduum* ex 2. *Regg.* IX. 12. qui liber a R. *Ioſeph Vidal* hebr. translatus MS. exſtat in B. Vindobon. v. Catal. Neſſe-

nonnullis tempore matutino interjici ſolent: vide inter Anonymos יוצרות ſuo loco.

ſelii p. 152. n. 68. ubi dicitur eſſe Herbarium Arabicum, Hebraicum & Hiſpanicum. Habuit etiam MS. *Hottingerus*, quod patet ex ejus Biblioth. Orientali p. 40. Bartoloccius bis eundem memorat Scriptorem nempe p. 775. & 779. Tomi III. ac priori quidem loco Catalogo Vindobon. uſus eſt, poſteriori vero Hottingeri B. Or. ex cujus fide refert, titulum libri fuiſſe קאנון סגיר. Qvod ſi locum ipſe inſpexeris, videbis Hottingerum ibi duos Tomos MSS. variorum librorum recenſere, qvorum altero & quidem loco ſecundo ait contineri *canonem* illum *minorem*, tertio vero loco *Herbarium* noſtri, quo nomina qualitates & operationes herbarum tradantur. Hujus nullum affert titulum, quem Bartolocc. ex num. 2. mutuatus eſt. Ceterum idem *Hottingerus* cognomen Scriptoris non אלרקי ſed שלרקי appellat.

יהושע זעליג JEHOSCHUA SELIG ſcr. 787.

שִׁיר יְהוֹשֻׁעַ *Canticum Joſua.* Canticum Hebraicum rhythmicum ex ſeptem alphabetis conſtans, ita ut ſingulæ literæ Hebr. per ſeptem ſtrophas ſibi invicem ſuccedentes usque ad finem alphabeti repetantur. Hoc recitari ex mente auctoris debet tribus feſtis majoribus & Sabbato quoque poſt prandium, totumque eo pertinet, ut Divinum Numen celebretur, ejusque gratia & ſpeciatim liberatio ex exſilio imploretur. Additæ ſunt & aliæ preces. Libellus *Amſtelod.* 423. C. 1663. 8. editus & duabus philyris abſolvitur: ſcriptoris nomen carmini extremo eſt innexum.

ר׳ יהושע בן ר׳ יהודה R. JOSUA f. R. *Iuda* 788.

Karæus, ſcripſit

1) ס׳ בְּרֵאשִׁית qui alias etiam vocatur בְּרֵאשִׁית רַבָּה *Geneſis magna*, i. e. diffuſus commentarius isque Philoſophicus in Geneſin per qvæſtiones & reſponſ. qui MS. exſtat in Biblioth. Leidenſi v. Catal. p. 284. n. 11. inter Codd. Warneri, ſicut ibid. n. 21. idem, ni fallor, Codex ſub tit. *Geneſis magnæ* recenſetur.

2) Commentatio de gradibus conjugii prohibitis in ead. Biblioth. v. p. 286. n. 45.

3) ס׳ יָשָׁר *liber recti* eidem tribuitur a Mardochæo Karæo in tractatu, quem nuper ex MS. edidi p. 116. quo dicitur in omnia præcepta commentatus. Hunc ſe inprimis ſecutum eſſe R. *Elias ben Moſe* in præ-

 fat.

Digitized by Google

ſat. ad librum ſuum ritualem profitetur, teſte *Seldeno* p. 21. de Uxore Hebræa. Confer Cl. *Io. Gothofr. Schuparti* Exercitatt. de Karæorum Secta p. 97.

4) Idem in totam Legem, Prophetas & Hagiographa commentatus fertur a Mardochæo l. c. ubi vide quæ in notis attuli, ex quibus intelliges ישוע בן עלי i. e. *Ieſua* vel *Iehoſchua* (hæc nomina enim Judæis promiſcue uſurpantur) *ben Eli* non eſſe diſtingvendum a noſtro *Ioſua ben Iehuda*, de quo etiam legi meretur *Seldenus* de Uxore Hebr. c. III. & pag. 19. ubi is oſtendit, hunc Joſuam in nonnullis capitibus, ad leges de inceſtu pertinentibus, a *Ioſepho Vidente*, Præceptore ſuo, abiiſſe, ſed paucos deinde nactum eſſe ſectatores.

ישוע בן יוסף vide יהושע בן יוסף.

789. יהושע בן ישראל בנבנשתי JEHOSCHUA f. ISRAEL *Benbenaſte*, judex, (הדיין) ſcripſit

1) אָזְנֵי יְהוֹשֻׁעַ *aures Ioſua* ex *Exod.* XVII. 14. qvo libro quatuor & ſexaginta conciones in Paraſchas Legis & aliæ nuptiales partim, partim funebres comprehenſæ ſunt. *CPoli* 437. C. 1677. fol. Memorat ש"י librum hunc in Spicilegio.

2) שְׂדֵה יְהוֹשֻׁעַ *ager Ioſua* ex 1. *Sam.* VI. 19. comm. in omnes *Aggadoth* Talmudis Hieroſolymit. cujus tamen ea tantum pars, quæ ad Ordinem זרעים pertinet, prodiit CPoli fol.

3) שַׁעַר יְהוֹשֻׁעַ *porta Ioſue* ex 2. *Reg.* XXIII. 8. in qvo variæ extant quæſtiones & reſponſ. ſecundum ordinem *Arba Turim*. Hunc librum non puto editum, quia ש"י nec annum nec locum editionis memorat: auctorem ibi ſimpliciter vocat R. Joſua הדיין i. e. *Iudex*.

790. ר' יהושע לוי R. JOSUA LEVITA ſcr.

מַנְהִיג עוֹלָם i. e. *director mundi*, qui eſt liber ritualis, oſtendens ritum obſervandi Legem per univerſas mundi partes, teſte *Plantavitio*, ex quo repetit Bartoloc. Vix dubitem, eundem eſſe librum, quem ſupra ſub nomine *Abrahami f. Nathan* recenſuimus, obſervantes ibidem, eum ab aliis *Abrahamo* iſti, ab aliis R. *Elijakimo* ejus genero tribui. Hic nunc ac-

Digitized by Google

accedit *tertius*, cui adſcribi forte debeat. Certe aliquem hujus nominis de hoc argumento ſcripſiſſe probabile mihi fit ex Catalogo MSS. B. Medic. a Cl. Fabricio edito p. 126. b. ubi Pluteo I. 28. dicitur exſtare *Ioſuæ* מעשה ſive tractatio de feſtis & ceremoniis Judaicis editum in 4. quem ab hoc *Manhig Olam* vix putem eſſe diſtingvendum. Ceterum Bartolocc. infra R. *Ioſephum Toletanum* hujus Scripti auctorem vocat. Geſnerus titulum effert *Curſus ſeculi*, adeoque videtur legiſſe מִנְהַג עולם quomodo & ש״ע effert. Idem Geſnerus huic tribuit *librum itinerum* qui mihi natus videtur ex הליכות עולם cujus auctor eſt *Iehoſchua fil. Ioſeph Levita*. Utrumque librum dicit editum eſſe Venetiis.

ר׳ יהושע בן לוי R. JEHOSCHUA fil. *Levi*: vide inter Miſchnicos.

ר׳ יהושע הלורקי R. JEHOSCHUA HALORKI, 791.

gente *Hiſpanus*, ex Judæo Chriſtianus & Benedicti Papæ Medicus, mutato nomine inter Chriſtianos *Hieronymus de S. Fide* appellatus. Diſputatio huic interceſſit An. C. 1412. præſente Bened. XIII. ſive Petro de Luna, cum Judæis, eo ſucceſſu, ut prælectis binis ejus libris ex præſentibus Judæis 5000. ad CHRISTI Sacra converſi ſint. Totam rem retulit *Hieronymus Surita* lib. XII. c. 46. Annalium Aragonenſium & ex eo *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſpan. Vet. Tom. II. p. 133. Judæi quoque ejus faciunt mentionem, ſpeciatimque *Salomon ben Virga* in שבט יהודה p. 225. ed. Latinæ *Georg Gentii* & *Schalſcheleth* p. 113. b. qui tamen uterque tum in aliis, quæ, prior inprimis, in Judæorum gratiam & laudem commenti ſunt, errarunt, tum ſpeciatim in definiendo anno, quem dixerunt A. M. 5113. i. e. C. 1353. qui potius ſtatuendus erat annus 1412. quod præter *Lemonium* (c) ad *Var. Sacra* p. 851. oſtendit Bartoloccius. Ex ſcriptis Judæorum & aliunde diſſerit etiam de hoc negotio *Io. Henr Hottingerus* in Hiſtor. Eccleſiaſt. N. T. Sæc. XIV. p. 833. Ceterum *Ioſuam* hunc ſive *Hieronymum* in ea diſputatione, ſpeciatimque ubi traditionem de mundo per ſex millia annorum duraturo urget, minus feliciter verſatum eſſe oſtendit *Chriſtoph. Helvicus* in *Elenchis Iudaicis* p. 275. ſq. & relata ſumma illius diſputationis, quæ ab Hieronymo omiſſa erant, ſupplet. Recte vero p. 278. ob-

(c) Idem l. c. textum putat corruptum & pro קי״ג legi vult תי״ג minus convenienter, quia hic poſterior numerus reſponſurus eſſet A. C. 1653. Præſtat itaque hic lapſum Chronologicum Judæi agnoſcere.

Digitized by Google

obſervat, Hieronymum non tam re vera in hoc contentionis momento palmam ceſſiſſe Judæis, quam Judæorum Hiſtoricum præter rei veritatem in fraudem Hieronymi totam narrationem ſubdole depravaſſe. *Quis autem credat,* inquit, *doctum illum Hieronymum ad nugas Rabbinicorum ita obmutuiſſe, ut cogeretur ad aliud argumentum progredi?*

Libri ejus duo, alter quidem *de refellendis Iudæorum erroribus*, alter *adverſus Talmud Iudaicum* adhuc exſtant, quorum poſterior ſeorſim a primo editus eſt Tiguri 1552. ſub titulo *de Iudaicis erroribus ex Talmud*, inde recuſus *Hamburgi* apud Jac. Rebenlinum 8. ſine anno notato. Idem vero liber una cum altero *de convincenda Iudæorum perfidia* duodecim capitibus conſtans lucem vidit *Francofurti* an. 1602. ſub tit. *Hebræomaſtix, vindex impietatis & perfidiæ Judäicæ, quo deteguntur ac firmiſſimis argumentis refutantur enormes & nefarii Judæorum eorumque Talmud errores atque ſuperſtitiones:* Accedit appendicis loco *Nicolai de Lira* quæſtio de probatione Adventus Chriſti per Scripturas a Judæis receptas. Uterque legitur etiam in Biblioth. Patrum Tom. XXVI. p. 528. Inter *Ant. Auguſtini* Codd. MSS. iidem quoque exſtiterunt teſte *Nic.* Antonio l. c. ſub tit. Hieron. a S. Fide Artis Medicæ Magiſtri diſp. contra Judæos Dertoſæ habita, præſente Papa Benedicto & ejus curia, convocatiſque majoribus Rabbinis totius Hiſpaniæ, anno ſalutis 3413.

Ægre hoc ſcriptum feciſſe Judæis, vel inde patet; quod duo illi ſcripta opponenda cenſuerunt, quorum alterum R. *Iſaaci Nathan* תּוֹכַחַת מַטְעֶה i. e. *reprehenſio ſeductoris*, alterum *Vidal ben Levi* קֹדֶשׁ קָדָשִׁים i. e. *Sanctum Sanctorum* inſcribitur. Neutrum horum exſtat, ut ex ש״י apparet, qui utrumque ut ineditum memorat. Confer Buxtorf. p. 465. 470.

Video præterea memorari epiſtolam *Ioſuæ Halorki* ad *Salomonem Hallevi* qui religionem Chriſtianam in urbe Avenionenſi amplexus erat. Exſtat illa MS. cum aliis ſcriptis huc pertinentibus in Bibl. Leidenſi, cujus Catalogum vide p. 289.

De ſcripto quodam ejus, ut videtur Medico dicam infra ſub *Joſeph Halorki.*

Ceterum obiter poſt alios hic obſervo, B. *Matthiam Waſmuthum*, Virum alioquin de literis Hebraicis meritiſſimum, in Vindiciis S. Hebr. Script. p. 43. ſq. dormitaſſe, quando hunc *Hieronymum* non ſolum cum *Hie-*

Hieronymo Stridonenſi Doctore Sæculi IV. confudit, ſed & cognomen quod noſter geſſit *de Sancta Fide*, pro libri inſcriptione habuit, notatus ideo a *Io. Eberb. Busmanno* in Corollario Exercitat. de antiquis Hebræorum literis ab Esdra in Aſſyriacas mutatis an. 1675. Helmſtad. ed. & V. C. *Io. Mollero* in Homonymoſcopia p. 577.

Iudæi in *Scheveth Iehuda* p. 225. nomen ejus exprimunt per מסר גירונימו די סנתה פי i. e. *Ieronymo de Santa Fe*, ac more ſuo, advocato ſubſidio Cabbaliſtico ראשי תיבות inde exſculpunt convicium מְגַדֵּף i. e. calumniator. Cordatius hic egit & eadem opera omnem hanc artem eluſit *Schalſcheleth* p. 133. b. qui eum vocat יהושע הדולקי typographi, ut puto, vitio. *Scheveth Jehuda* enim, vocat הלורקי, unde *Hottingerus* l. c. & alii forte ejus exemplo, *Lodiceum* vocant noſtrum, qui pro ר legiſſe videntur ד. Ex recentioribus præter citatos de hac diſputatione legi poſſunt *Io. Chriſtoph. Wagenſeilius* proleg. ad Tela ignea Satanæ p. 77. ſq. *Mart. Difenbachius* in Judæo Converſo p. 205. & *Jac. Basnage* in Hiſtoria Judaica Tomo V. p. 1874.

ר׳ יהושע בן ר׳ יוסף הלוי vide infra R. *Jeſchua ben R. Joſ. Hallevi.*

792. ר׳ יהושע בן סרוק R. JEHOSCHVA f. SARUK vixit A. M. 3539. ante C. N. 221. ut ex R. *Samuele Algazao* in lib. *Toledoth Adam* tradit Bartolocc. qui duos eum libros ſcripſiſſe ex ejusdem fide affirmat. Eſt is בן סירא Eccleſiaſtici Scriptor unde ש״י p. 74. librum בן סירה recenſens ait auctorem vocari ישוע בן סירה vel יהושע בן סרוק Idem in Jnd. alphab. eum refert ad an. 3448.

יהושע בן פרחיה JEHOSCHVA f. *Perachja*, quem Judæi SERVATORIS noſtri diſcipulum fuiſſe fingunt: vide inter Miſchnicos.

793. ר׳ יהושע פלק בן ר׳ אלכסנדר R. JEHOSCHVA PELECK f. *Alexandri*, claruit Sæc. XVII. ineunte ſcr.

1) בֵּית יִשְׂרָאֵל *domus Iſraelis*, comment. in *Arba Turim*, qui duas complectitur expoſitiones, quarum prior ſub nomine דְּרִישָׁה exhibet ſententias veterum inter Judæos ICtorum inter ſe diſceptantes additis variis deciſionibus novellis, poſterior ſub titulo פְּרִישָׁה explicat

cat contextum טורים & commentarium qui dicitur בית יוסף. Ordo I. an. 395. C. 1635. Secundus vero an. 398. C. 1638. prod. Lublini fol. reliqui duo adhuc MSS. latent. Bartoloccius hunc Tomo IV. appellat פלקי Compendium hujus commentarii exſtat MS. in B. Oppenheimeri 4. in qua etiam Tomi illi duo inediti leguntur.

2) מְאִירַת עֵינַיִם *illuminans oculos* ex *Pſ.* XIX. 9. commentarius ſuccinctus in Ordinem Turim, qui dicitur חֹשֶׁן מִשְׁפָּט & comprehendit ſummatim omnes ICtorum Iudaicorum de ritibus, eo comprehenſis, ſententias *Prag.* 366. C. 1606 & 388. C. 1628. *Cracov.* 430. C. 1670. & *Wilmersdorf.* eodem anno, ac denique ibidem an. 450. C. 1691. una cum שִׂפְתֵי כֹהֵן fol.

794. יהושע אבן שועיב. JEHOSCHVA Aben *Schoeb* ſcripſit librum qui ejus nomine (d) appellatur אֶבֶן שׁוּעִיב qui complectitur conciones in Legem, teſte ש״ש ed. *Cracov.* 333. fol. C. 1573. vel, ut alii ſupputant 348. C. 1578. In Oppenheimeriana B. exſtat CPolit. 262. C. 1502. *Buxtorf.* in B. Rabb. *Plantavitius* n. 12. & *Cavius* apud Placcium p. 680. Theatri Anonymorum legunt אֶבֶן שׁוּעִי (quod in eodem Theatro vertitur *lapis clamoris mei* ſenſu nullo, ſaltem huc non pertinente) ſed *Hottingerus* p. 5. B. Oriental. recte monuit, legendum eſſe, ut nos ſcripſimus.

795. יהושע שלמה בן ישראל JOSUA SCHELOMO f. *Iſrael*, cujus cura Codicis Hebr. integri prima, ut videtur, editio lucem vidit *Soncini* 248. C. 1488. fol. Vide Cl. le Long Biblioth. Sacr. Parte I. p. 96.

796. ר׳ יואב בן ברוך ד״ל פּאטילי R. IOAB f. BARUCH delli PIATELI Senis Morenatu ſeu Doctoris officio defunctus ſcr.

Præfatt. in librum מרגליות טובות Venet. 1665. 8. & in מדרשת קהלת יעקב ibid. ed. in 8. Molitus quoque eſt catalogum

(d) Nec inſolens ſane eſt libros auctorum nomine appellari; ſic v. c. אבודרהם eſt libri notiſſimi titulus, ut Scriptoris nomen eſt.

Digitized by Google

gum Scriptorum omnium quibus שאלות ותשובות ſive Conſilia Forenſia debentur. In *Schalſcheleth* p. 63. b. memoratur quidam *Jehuda delli Piatelli*, qui Sæculo XVI. vixerit.

ר׳ יואב הקטן R. IOAB HAKKATON ſive *Parvus* 797.
ſcripſit expoſitionem Pſ. LXXII. MS. in B. Vatic.

ר׳ יואל הלוי R. IOEL *Levita*, Germanus, unus ex illis 798.
qui ſcripſerunt מרדכי.

יואל משה IOEL MOSES : vide infra R. *Menachem Aſarias Immanuel.*

יואל סירקס IOEL SIRCKS fil. *Samuelis* caput Acade- 799.
miæ & Pater ſive Præſes Senatus *Cracov.* obiit 401. C. 1641. teſte *Zemach David* continuato p. 47. a. ſcr.

בית חדש *domus nova Deut.* XX. 5. comment. in *Arba Turim*, in quo recentiorum inter Iudæos ICtorum ſententias affert & explicat. *Cracov.* ab an. 339. ad 399. C. 1631. 1639. fol. ed. 4. tomis.

2) משיב נפש *reducens ſ. recreans animam*, comm. in lib. Ruth *Lublin.* 386. C. 1616. teſte ש״י. In Catalogo Hinckelmanniano video memorari annum 381. C. 1621.

פי׳ תפלה על פי הסוד comment. in preces myſticus ejusdem MS. eſt in B. Oppenheimeri fol.

יואל אבן שועיב IOEL Ibn SCHOEB, ſive SUEB, 800.
qua ratione is a *Menaſſe ben Iſrael* nominari ſolet, Hiſpanus Aragonenſis, ſcr.

1) נורא תהלות *formidabilis laudibus*, ex *Exod.* XV. 11. expoſitio in Pſalmos diffuſa & in quatuor partes diſtincta. Theſſalonic. 329. C. 1569. 4. Plantavitius n. 444. hujus tituli librum recenſens eum R. *Moſi Almoſnino* tribuit & conciones complecti affirmat: deinde vero librum נורא תפלות memorat fide Catalogi Pragenſis, ſub nomine *Nun Saib*, eumque præcipere ait de oratione & ejus apud Deum efficacia. Poſteriorem librum ex noſtro fictum eſſe patet, nec obſcurum eſt nomen *Nun Saib* ex בן שעיב oriri facile potuiſſe, prænomine prorſus negle-

neglecto. Nihilominus tamen Bartoloccius litera כ chimæricum illum Scriptorem ſervavit, quod ſuo loco oſtendemus; ſicut & idem ſub R. *Moſe Almoſnino* נורא תהלות memorat, minus recte, ut puto, cum non niſi unum hujus tituli ſcriptum, quod noſtro *Aben Schoeb* tribuitur, exſtet.

2) עולת שבת *holocauſtum Sabbati*, ex *Num.* XXVIII. 10. i. e. conciones Sabbaticæ in Legem. *Venet.* 337. C. 1577. Hic commentarius eſt, quem *Plantavit.* n. 550. אבן סוביב nomine miſere corrupto tribuit.

3) קול בוכים *Vox flentium* ex *Jobi* XXX. 31. qui eſt comment. in Threnos *Abrahami Galante*, cum additionibus a noſtro profectis recuſus eſt *Venet.* 349. C, 1589. 4. Neque enim dubitandum eſt, has acceſſiones, eidem *Ioëli ben Schoeb*, cujus reliqua ſunt, eſſe tribuendas, quamvis ש״י in Indice alphabetico Scriptorum auctorem additionum illarum, tanquam a priore diſtinctum, recenſeat.

801. יואל neſcio quis, cui verſio Hebraica libri fabularis Indorum *Culila & Dimna* quem ſub tit. Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης (e) ſeu *Speciminis Sapientiæ Indorum veterum* edidit *Seb. Gottfrid. Starckius Berol.* 1697. 8. Verſionem libri illius Hebraicam memorat verſio *Germanica* & *Italica*, cujus etiam membrana eleganter deſcriptæ, ſpem factam ſibi a quodam eſſe profitetur *Starckius* in præfat. Plura de libro hoc affert inexhauſtæ Vir doctrinæ *Io. Albertus Fabricius* in lib. I. Biblioth. Gr. Parte II. p. 460. ſq.

802. יואן אבן משואה IOANNES Ibn MESVE i. e. *Moſes* ſecundum interpretationem *Io. Leonis Africani* de Viris illuſtribus Arabum apud Hottingerum in Bibliothecario Quadripart. c. 3. p. 249. vel etiam *Meſſiæ aſſecla* ſive Chriſtianus, ut Hottingerus l. c. explicat. Noſter hic fuit Medicus celebris, cujus varia extant ſcripta, quorum nonnulla ex Arabico Hebr. converſa a R. *Theodoro Iom Tov* MSS. in Vatic. exſtant, qualia ſunt tract. *de febribus*, de adſtringentibus, roborantibus, & ſolventibus medicamentis, ut & dialogus inter *Dinam & Iacobum* Patrem, nec non *de morbis mulierum.* Fuerunt hujus nominis tres, iique ſin-

(e) Suſpicor fere, verſionem illam Hebraicam illud eſſe ſcriptum, quod nunc ſub nomine משלי סנדבר olim vero ſub nomine בן לעגה ובן תגלה inter Judæos circumlatum fuit: qua de re plura dicentur infra ſub סנדבר.

Digitized by Google

ſinguli Chriſtiani, ſed diverſis ſectis, quæ in Oriente tum erant, addicti. Cuinam ex illis hæc ſcripta hebr. tranſlata tribuenda ſint, vix dixerim, quos alioquin diſtinguere a ſe invicem conatus eſt *Herm. Conringius* in *Introd. ad Artem Medicam* p. 65. Confer V. C. *Io. Mollerum* in Homonymoſcopia p. 253. Anton. van der Linden de Scriptor. Medicis p. 383. & *Hottingerum* l. c. Schabtai in ש"ר p. 71. n. 50. noſtrum appellat יוחנן משוע eique tribuit ſcripta Medica *de urina febribus* aliisque. Ejusdem liber Medicus in tres partes diviſus MS. eſt in Bibl. Regis Gall. hebr. teſte *Labbeo* Bibl. Nov. p. 276.

יואן מיקאס v. IOSEPH NASSI.

ר' יודא R. IUDA, vel IODA, neſcio quis, ſcr. 803.

אִגְרוֹת *epiſtolas* ſuper tract. יבמות ſive de lege fratria & Leviratu MS. in B. Vatic.

ר' יודא דרשן R. IUDA *Darſchan*: vide ſupra R. *Iehuda Iſaac fil. Iacob.*

ר' יודא ווליריאו R. IUDAS VALERIUS vide R. *Samuel* f. R. *Iuda Valerius.*

ר' יודא ליווא בן בצלאל R. IUDA LEVA f. BEZALEL v. R. *Iehuda* f. *Bezalel.*

ר' יודא מינץ v. R. IEHUDA MINTZ f. *Moguntinus.*

ר' יודא בר נתן הלוי R. IUDA bar *Nathan Levita* ſcripſit in לבוש אדר היקר R. *Mardochæi Levi*, cujus nomen vide. 804.

ר' יודא בר שלמה R. IUDAS bar SCHELOMO, *Hiſpanus*, hunc Bartolocc. ex lingua Arab. hiſpanice vertiſſe ait librum מוסרי הפילוסופים Non eſt dubium, eundem hunc eſſe R. *Iehudam ben Schelomo Alchophni Chariſi*, quem ſupra ſuo loco diximus hunc librum ex Arabico *hebraice*, pro quo Bartoloc. hic ſcribit *hiſpanice*, vertiſſe. 805.

יוחנן IOCHANAN Archiſynagogus in terra Sancta an. 3990. C. 1300. cui tribuitur Talmud Hieroſolymit. de quo vide recenſionem Talmudis. 806.

Digitized by Google

807. יוחנן אלמאן IOANNES ALMAN *CPolitanus*, ut ait Bartoloc. deinde vero inclinante Sæculo XV. in Italia verſatus *Io. Picum Mirandulanum* literis Hebr. inſtruxit teſte *Schalſcheleth* p. 63. b. in fine. Scripſit is

1) חֵשֶׁק שְׁלֹמֹה *deſiderium Salomonis* ex 1. *Regg.* IX. 19. i. e. expoſitionem Cantici Cantic. quem librum Bartoloc. infra tribuit R. *Schelomo Duran*, quod nomen vide

2) עֵינֵי הָעֵדָה *oculi congregationis* ex *Num.* XV. 24. comment. in legem. Vtrumque poſt *Schalſcheleth* memorat ש״י, ſed neutrum puto editum, quamvis Ba. priorem *Venet.* 383. C. 1623. 4. prodiiſſe aſſeveret, quod ex confuſione hujus libri cum alio ejusdem tituli, ſed diverſiſſimi argumenti, qui *Venetiis* 377. lucem vidit, factum puto. Commentarius hujus tituli in *Ieſaiam*, quem Buxtorfius Theſſalonicæ editum monet, non hujus eſt, ſed R. *Salomonis* f. *Iſaaci*, de quo ſuo loco dicemus.

808. ר׳ יוחנן בן אהרן יצחק R. IOCHANAN f. *Aaron Iſaac*, formis exſcribi curavit R. *David fil Avi Simra* מָגֵן דָּוִד cum præfat. ſua Amſtel. 473. C. 1713. 4.

809. יוחנן אדריאן IOANNES ADRIANUS van EMBDEN ſive *Embdenſis Friſius*, Ex Iudæus, baptiſatus *Francofurti* ad Mœnum anno 1607. edidit Wittebergæ anno MDCX. epiſtolam Germanicam ſub tit. Send-und Warnungs-Schreiben h. e. *epiſtola Monitoria* ad pervicaces *Iudæos* in 4. Annum converſionis ejus 1607. Iun. X. memorat *Lersnerus* in Chronico Francofurtenſi lib. II. c. 9. p. 40. librum vero laudat *Serpilius* in Iudæo Perverſo & Converſo, p. 8 ac potiſſimum B. *Mart. Difenbachius* cui hæc debemus p. 172. *Iudæi Converſi.*

810. יוחנן אנדריאס IOANNES ANDREAS, Judæus converſus, cujus

אִגֶּרֶת epiſtola parænetica ad Synagogam Judæorum, qui provinciam incolunt, Hebr. exſtat Pariſ. 1552. 8. edita plagula una, qua hortatur Judæos, ut Chriſti Sacra amplectantur, variisque teſtimoniis baptiſmi neceſſitatem ad ſalutem conſequendam evincit.

יוחנן

Digitized by Google

810. יוחנן בפתיסתא די איסטי JOANNES

BAPTISTA d' ESTE, gente Hebræus,ſed ad Chriſti Sacra converſus, in Luſitania vixit Sæc.XVII. ibique ſcripſit Luſitanice

1) *Conſolationem Chriſtianam Iudæi miſeri*, inſtar Comment. in Pſalmos litteralis. *Vlyſſipone* 1616. 4.

2) *Dialogum Catecheticum* inter Rabbinum & diſcipulum exScriptura & Rabbinis fideliter deductum, ib. 1621. 4. Teſtatur hoc *Nic. Antonius* Bibl. Hiſpan. Nov. Tom. II. p. 353.

יוחנן בפתיסתא יונה vide ſupra *Iehuda Ionas f. Iſaaci.*

811. יוחנן בפתיסתא מרומה JOHANNES

BAPTISTA *Romanus* ſive *Elianus*, natione Ægyptius, patria Alexandrinus, religione Judæus, *Elias* nomine, ab avo materno *Elia Levita* puer inſtitutus, & in Germaniam ductus eſt. Inde vero Venetias reverſus, agnita an. 1551. religionis Chriſtianæ veritate, Lingvam Hebr. & Arabicam Romæ docuit, an. 1589. die 3. Martii defunctus. Converſionis hæc fuit occaſio: cum peragratis variis regionibus Venetias proficiſceretur, fratrem a Chriſto Servatoris ſacris, quæ amplexus is erat, retracturus, conſvetudine Andr. Fruſii illectus ipſe quoque inter Chriſtianos nomen ſuum eſt profeſſus, & in Jeſuitarum ordinem cooptatus. Scripſit is italice

1) Doctrinam Chriſtianam cum iconibus myſteriorum fidei, quæ in varias linguas tranſlata eſt.

2) Catechiſmum L. Hebr. Arab. Maronit. quo Oriental. Hæretic. errores refutantur, a *Io. Bruno* conſcriptum.

3) Concil. Trident. Arab. tranſtulit & octoginta Canones Concil. Niceni ex Arab. Latinos fecit (f) Conf. de eo Philip. Alegambe de Scriptor. Soc. JEſu p. 225. ſqq.

יוחנן

(f) Legatur de eodem Sacchinii Hiſtori Societ. JEſu Rom. 1652. ed. & *Rich. Simon* in Bibl. Selecta Tom. I. p. 148. ubi eum ait lingvam Hebr. Arab Lat. Hiſpan. German. & Turcicam calluiſſe, & a Papa Pio IV. Roderico, ejusdem Ordinis Viro, an. 1561. ad Patriarcham Coptorum cum Nuncii auctoritate miſſo, ſocium adjunctum fuiſſe. Noſter hic Elias præfuit editioni commentarii in Jobum a R. Meir Arama ſcripti, quod ſuo loco monebimus.

812. יוחנן הרצוגע IOANNES HARZUGE, Iudæus converſus, qui primus Novum Teſtam. ex verſione Lutheri German. Rabbinicis literis in uſum Iudæorum edidit *Gracov.* 1540. fol. Vide בריה חדשה inter Anonymos.

813. יוחנן די וולידוליט IOCHANAN de *Vallidolid* i. e *Valliſoletanus*, a patria dictus, ex Iudæo Chriſtianus, Sæc. XIV. vixit & ſcripſit

De concordia Legum, quem librum ſæpe laudat *Alphonſus Spina* in Fortalitio Fidei, ut lib. III. conſiderat. IV. argumento IV. p. 117. 155. 169. 170. 171. 173. & 183. In eodem Fortalitio Fidei mentio fit *declarationis* ejus (h. e. ביאור) ſuper gloſſam R. *Abrab. Aben Eſra* in decem præcepta Legis: vide lib. II. Conſid. IV. argum. 4. p. 418. Adde *Nic. Antonii* Biblioth. Hiſpan. Vet. Tomo II. p. 104.

814. ר׳ יוחנן טריויס R. IOCHANAN TREVES i. e. *Tarviſinus* A. C. 1560. & ſcr. comment. *in Machſor Germanorum* & Italorum, ut tradit ש״י p. 41. n. 131. ex *Schalſcheleth*, ubi idem inveneris p. 56. b. & 65. b. Titulus fuit קִמְחָא דַאֲבִישׁוּנָא i. e. ut poſt *Morinum* Exercitt. Biblic. p. 188. vertit *Plantavitius* n. 618. *farina ex frumento toſto*, vel ut Buxtorfius, *farina electa.* (g) Idem ſuſpicatur eſſe librum legalem ex citatione a *Morino* facta, quæ ita habet: *Hæc ſententia* (de jejunio (h) ſcilicet, octavo die menſis Thebeth ob factam τῶν LXX. translationem celebrando) *cum Judæorum animos invaſiſſet, in Calendarium ipſorum involavit, & poſtea qui ipſorum Evchologia ſive preces annuas digeſſerunt orationem digeſſerunt pro illo jejunii die, qua anguſtia Judaici ſpiritus propter legem græce translatam deſcribitur, ut videre eſt in libro* קמחא דאבי שונא.

ר׳

(g) אבשונא Talmudicis notat frumentum in fornace exſiccatum, cujus farinam ollis purgandis adhibere ſolebant, quod ex Tract. *Peſachim* fol. 40. 1. monet Buxtorfius in Lexico. Hinc tituli ratio facile redditur, quod ſcil. hic commentarius ad illuſtrandum & quaſi expoliendum *Machſor* referatur.

(h) De hoc jejunio infra ſub שבעים זקנים dicemus.

Digitized by Google

ר׳ יוחנן יהודה R. IOCHANAN IEHUDA ALA- 815.
TRINO cujus exſtant.

וִדּוּיִים וּתְפִלּוֹת *confeſſiones & preces*, quibus additæ ſunt preces R. *Nathan Iedidja.* Venet. 388. 4. C. 1628. teſte ש״ט, quod ita eſt intelligendum, ut Confeſſio major opera Iochananis italice, una cum canticis quibusdam R. *Nathan* hebr. & ital. eo volumine exhiberi exiſtimetur. Confer ſupra *Bechai b. Ioſ.*

ר׳ יוחנן יצחק הלוי R. IOCHANAN ISAACUS *Le-* 816.
vita, Germanus ex Iudæo Chriſtianus (i) & Profeſſor *Colonienſis*, Sæc. XVI. medio floruit, & ſcripſit

1) מְבוֹא אִמְרֵי שֶׁפֶר *Introductio ad verba elegantia*, ex *Geneſ.* XLIX. 21. h. e. ut titulus habet, abſolutiſſimæ in Hebr. L. Inſtitutiones accuratiſſime in uſum ſtudioſæ juventutis conſcriptæ, ex quibus non tantum nomina declinare & verba inflectere, h. e. ſimplicis Grammaticæ rationem, ſed & pure loquendi & ſcribendi viam ex nomenclatura, quam laborioſe congeſſimus, ex dialogis, ex epiſtolis, aliisque rebus, quas phraſibus hinc inde ex Bibliorum & Rabbinorum libris petitis conſcripſimus, deproment. Colon. 1553. 4. In his Inſtitutt. *Obadiæ* & *Ionæ* Prophetia Hebr. & Lat. legitur. Grammatica illa in duos libros diſtincta & plurimis in locis aucta, ac nominatim diffuſo de Accentibus tractatu inſtructa quartum, ceu titulus tradit, prodiit *Antwerp.* 1564. 4. apud *Chriſtoph Plantinum.* Vidi etiam laudari edit. *Antvverp.* anni 1570. 4.

2) *Meditationes Hebr.* in artem Grammat. per integrum librum *Ruth* explicatæ, una cum aliarum rerum nonnullis acceſſionibus, hujus linguæ tironibus cumprimis utilibus & neceſſariis. Colon. 1558. 4. Ibi ſingulis 4. capitibus libri Ruth *hebr. & lat.* excuſis ſubjunguntur analyſis & notæ. Deinde p. 44. ſqq. exſtant caſtigationes errorum a *Io Förſtero* (k) &

(i) In præfatione ad Grammat, ſuam Hebr. ed. *Colon.* 1553. ſcribit, ſe Academiæ Lovanienſi multum debere ob initium divinæ lucis, qua familia ſua ſit illuſtrata.

(k) Nimis acerbum ſe noſter cenſorem præſtat, ſive id ex arrogantia, Judæis, etiam converſis, ut plurimum familiari, quæ etiam in præfat. Rittangelii ad *Solennia Judaorum* gem. edita, utramque facit paginam, ſive ex odio in Forſterum fuit profectum, quipperquem in præfat. ad Lexicon ſuum & in Lexico ipſo paſſim nimium Rabbinorum con-

Digitized by Google

circa voces in libro Ruth occurrentes commiſſorum, qui nonnunquam recte, interdum inique reprehenduntur.

3) Tabulæ in Grammat. Hebr. auctore *Nic. Clenardo* a noſtro correctæ & aptiori ordine digeſtæ una cum ejusdem & *Io. Quinquarborei* annotationibus ed. quinta Colon. 1571. 8.

4) *Defenſio Veritatis Hebraicæ* Gvilielmi Lindani tractatui de optimo genere interpretandi oppoſita, in qua textus Hdbraici auctoritatem adſtruit & vindicat non operoſe minus quam erudite, ut vel ipſi R. *Simonis* Hiſt. Crit. V. T. lib. III. c. 17. p. 85. *doctiſſima* vocetur (l) Prod. Colon. 1558.

5) *Malachiam* Hebr. & Lat. *Colon.* an. 1563. 8. editum, quem Cl. *le Long* in Bibl. Sacr. Parte I. p. 132. *Stephano Iſaaco* Profeſſori Colon. vindicat poſt Lipenium in B. Theologica, Joanni noſtro tribuerim, cum *Stephani Iſaaci* alibi mentionem non inveniam.

6) *Maimonidis* epiſtolam Aſtrolog. ad Maſſilienſes, ut & R. *Iudæ Aben Tibbon* (cui a quibusdam tribui ſolet) *Phyſicam*, quæ inſcribitur רוח חן Latine converſas idem edidit, ut ſuis locis dicemus. In utroque opuſculo interpretandi aliquam ſibi nominis gloriam judice Huetio de Claris interpretibus p. 232. peperiſſet, niſi ſimplicem Ebraismi formam comtæ latinitatis ſtudio peremiſſet.

7) In Gramm. ſua plag. O. p. 1. ed. *Colon.* ait, animum ſibi fuiſſe edendi epiſtolas Hebr. omnes cum verſ. Lat. quas per 4. vel 5. annos ad eruditos ſcripſerit, una cum quibusdam Ciceronis epiſtolis. Præfuit quoque editioni Lexici Pagniniani a Plantino curatæ, quod in præf. ad ed. Grammaticæ *Antwerp.* an. 1564. teſtatur ipſe.

817. ר׳ יוחנן הכהן IOCHANAN *Haccohen* i. e. Sacerdos, ſcr expoſitionem in Codices aliquot, quos explicat Rav *Alphes*, ut ſuper *Eruvin.* vide in *Rav Alphes* ed. Venet. fol. 1521.

יואן משוע v. ר׳ יוחנן משואר

818. יוחנן בן מאיר R. IOCHANAN fil. MEIR ex urbe *Maritſch* (מוריטש) Poloniæ majoris oriundus, cujus cura R. *Moſis Iſarles* דרכי משה

temtum præ ſe ferre viderat, Confer quæ olim ſcripſi in Hiſtoria Lexic. Hebr. pag 99. ſqq.

(l) Laudatur etiam a *Riveto* in Iſagoge ad Scripturam Sacr. c. VIII. §. 28.

Digitized by

משנה prodiit *Sulſbac.* 452 C. 1692. fol. cujus etiam præfatio & notæ marginales ſub titulo אורח מישור *ſemita recta*, accedunt in quibus contextus *Iſarles* illuſtratur & a librariorum mendis purgatur.

819. יוחנן סאנטאמן IOANNES de S. AMANDO, Medicus Gallus, Sæculi XVI. ſcripſit opuſcula Gallica varia, quæ *Io. Anton. Van der Linden* de ſcriptis Medicis recenſet. Pars illorum Hebr. converſa extat MS interpréte R. *Iſaaco ben Abrahâm Cabrit.* Gallo. Plantavit. n. 223 teſtatur, librum illum univerſas rei Medicæ definitiones complecti & a ſe poſſideri.

820. יוחנן סטיפנוס ריטנגל IOHANNES STEPHANUS RITTANGELIUS, ex Iudæo Chriſtianus, quæ communis eſt eruditorum ſententia, (m) vel ſi præfat. ad Bilibram Veritatis audias p. 69. *Bamberga* (n) *ortus, ac in Pontificia religione educatus, ſed ad Iudaos dilapſus, a quibus* Hamburgi *fuerit circumciſus*, *deinde vero* Gedani a *Ni-*

(m) Probabile tamen mihí ſit, Rittangelium non magis fuiſſe Judæum, quam *Nicolaum Lyram*, quem falſo inter Judæos referri infra oſtendemus. Ita ut ſentiam, efficiunt excerpta ex epiſtola Medici Germani ad Medicum Belgam data, quæ ſuppeditat *Baelius* in Dictionario Tomo III. p. 3185. ex quibus intelligitur, Scriptores, qui hoc tradunt, partim inter ſe diſſentire, partim manifeſto falſa v. c. de *Nigrino* tradi, præterea vero ab *Ahaſuero Brand* Mareſchallo quondam, & ſingulari Patrono Rittangelii relatum eſſe, quod Rittangelius fuerit Pontificius, qui elegantioribus ſtudiis ſatis innutritus & CPolin profectus cum Rabbinis illius loci familiariter per duodecim annos verſatus ſit, inde vero reverſus ad Reformatorum religionem acceſſerit, & ægre admodum aliquando tulerit, cum circumciſionem ſibi a quodam objici audiret. Plura in hanc rem legi poſſunt l. c. quæ certe non parum me movent, ut Iudaiſmum ejus vel ex odio, quod inſectatione Virorum præſtantiſſimorum conciliaſſe ſibi videtur, vel ex penitiori literarum & rerum Judaicarum peritia confictum putem, præcipue, quando recogito, primo quidem Rittangelio vivo Judaiſmum nunquam fuiſſe exprobratum, deinde vero nulla hujus rei veſtigia in ſcriptis ejus exſtare, ac denique iis doctrinæ generibus inſtructum uideri Rittangelium, quæ a Iudæo non temere exſpectes. Sic & Mardochæus in Tract. de Karæis, quando Rittangelium in Lithuania ſuorum ſcripta evolviſſe teſtatur, p. 54. cum laude ejus meminit, minime facturus, ſi Judaiſmum eum deſeruiſſe cognitum habuiſſet. V. C. *Jac. Bernardus*, qui in *Novis Reip. Liter.* 1699. Aug. p. 212. *Rittangelium* Ex Judæum dixerat, in iisdem an. 1702. p. 679. profitetur, eſſe in illa, quam diximus, epiſtola rationes, quæ rem dubiam faciant.

(n) Vel potius *Forchemio*, quæ eſt urbs diœceſeos Bambergenſis in Franconia: Vide memoratam modo epiſtolam in *Baelii* Additionibus ad Tom. III. Dictionar. p. 3185. b.

Digitized by Google

Nigrino (o) ſacris Chriſtianorum iterum initiatus. Id certum eſt, fuiſſe eum Profeſſorem Lingvæ Hebr. Regiomontanum extra ordinem, & vixiſſe adhuc an. 1652. 31. Maji, quo librum ſuum de precibus Judæorum feſtis Electori Brandenburgico dedicavit, in qua etiam de valetudine ſua maxime infirma & curationis ſpem eludente conqueritur. Dum vixit, operam ſuam in exponendis Iudæorum antiquitatibus, & probanda ex eorum ſcriptis religionis Chriſtianæ veritate collocavit, cujusmodi ſcripta cum Amſtelodami formis exſcribenda curaturus eſſet, atque hoc conſilio Regiomonte illuc abiret, a prædonibus ſibi erepta èſſe teſtatur in dedicat. ad librum Jezira. Edidit ille

1) ספר יצירה *librum Iezira* cum verſione Latina & notis, *Amſtelod.* 1642. 4. de qua editione ſupra diximus p. 27. Addimus hic M. *Io. Matthæum* ſive, quod verum auctoris nomen eſt, *Io. Iacobum Zimmermannum* in Orthodoxia Böhmii defenſa p. 65. fundamentum myſteriorum Böhmiſticorum in libro Jezira Rittangeliano poſitum eſſe affirmare, contra quem vide B. *Difenbachium* in Judæo convertendo p. 95. & Converſo p. 174. itemque in ep. ad M. *Holtzhauſen* hujus Capiſtrato Böhmicolarum Rabulæ ſubjuncta, p. 412. ſqq.

2) *Libram Veritatis, qua Irenopolitæ cujusdam Ariani innumeri in citandis Scripturæ Doctorumque utriusque Judaicæ & Chriſtianæ Eccleſiæ, contra æternum & per ſe ſubſiſtentem λόγον auctoritatibus errores aut falſitates accurate expenduntur a Joh. van der Wayen* cum ejusdem Tractatu *de Paſchate Iudæorum* Franequeræ 1698. 8. recuſam. Prioris ſcripti occaſio ipſi ſubnata eſt ex notis ad librum *Jezira* p. 81. ſqq. in quibus cum *Φράσιν* Targumicam מימרא דיהוה de Meſſia interpretandam eſſe recte ſtatuiſſet, Anonymus quidam Socinianus, qui *Conradus Vorſtius* eſſe creditur, poſt *Jonam Schlichtingium* in animadverſionibus *Georg. Vechneri* concioni in Joannis Evangeliſtæ cap. I. oppoſitis, in *Diſceptatione de Verbo vel Sermone Dei Irenopoli* 1646. 8. edita & cum *Bilibra Veritatis* de, qua mox, recuſa hanc ſententiam confutare adgreſſus eſt, cujus vindicias in hac Libra Veritatis *Rittangelius* ſuscepit. (p)

3)

(o) Idem ſcribit *Chriſtoph Hartknochius*, in Hiſtoria Eccleſiaſtica Pruſſica p. 641. unde ſua hauſiſſe videtur auctor Bilibræ Varit. in præfat.

(p) Pro Rittangelii ſententia pugnant *Joſephus Voiſinius* tum in notis ad *Raymundi Martini* Pugionem Fidei, tum in diſput. de S.S. Trinitate adverſus Anti-Trinitarium Anonymum *Pariſ.* 1647. 8. *Petrus Allixius* in Judicio Antiquitatis Judaicæ adverſus Unita-

Digitized by Google

3) Tractatus ille *de Paſchate*, quem cum *Libra Veritatis* recuſum diximus, *Hebraicus* & *Latinus* eſt ex verſione Rittangelii, qui *Regiomonti* an. 1644. 4. ſub titulo סֵדֶר הַגָּדָה שֶׁל פֶּסַח i. e. *Liber Rituum Paſchalium* Hebr. *Lat.* & præterea *Germ.* adjunctis hinc inde figuris ejusdem cura prodierat, & eo pertinet, ut cerimonias hymnosque, quibus Paſcha ſuum celebrare ſolent Iudæi, deſcribat; de quo tractatu, Judæis perfamiliari, plura dicemus inter Anonymos ſub הגדה של פסח. In calce accedit ritus פדיון הבכורים *de redemtione primogenitorum*.

4) *Solennitates feſtæ, precesque & orationes loco ſacrificiorum cum aliis cerimoniis in Eccleſia Judaica die primo Novi Anni receptis* germ. expreſſæ *Regiom.* 1652. 4. Ibi ea omnia, quæ in *Machſor* Germanorum ſub initium de ritibus feſtis Novi anni exſtant, κατὰ πόδα germanice converſa leguntur, interſperſis ſubinde rituum variorum & phraſium ritualium expoſitionibus, & excurſionibus longioribus v. c. de myſterio SS. Trinit. qualis in veterum Iudæorum monumentis occurrat, ut & de diverſitate precum contra Schereri concionem quandam, in qua is B. Lutherum errorum poſtulaverat. Animus ipſi fuit, reliquorum feſtorum ſolemnia & preces eodem modo interpretati, cui conſilio fata interceſſerunt. Præmiſſa ſunt prolegomena diffuſa, in quibus præſtantiſſimorum Virorum, *Kircheri*, *Scaligeri*, *Schickardi*, *Vorſtii*, *Lempereurii*, *Vechneri*, *Slevogti*, *Miſlentæ* errores in rebus Iudæorum eorumve locis latine vertendis commiſſos & ex ſcriptis eorum hinc inde decerptos ut plurimum recte quidem, in univerſum tamen maligne, ni fallor, & invidioſe reprehendit.

5) *Veritas Religionis Chriſtianæ in Articulis de Trinitate & Chriſto ex Scriptura Rabbinis & Cabbala probata*, quam cum ſua *Limborgianæ Reſponſionis* Di-

rios, qui liber ex Anglicano germanice converſus in 4. prodiit *Berol.* 1707. 4. *Rob. Fleming*, Anglus in Chriſtologia ſua Tomo I. p. 139. ſq. ne de noſtratibus dicam, qui hoc argumento paſſim contra Judæos uſi ſunt, quos lege laudatos a V. C. *Jo. Jac. Schudtio* in Trifolio Hebræo p. 224. Diſſentientes quidem Libræ iſti Rittangelianæ oppoſuerunt *Bilibram Veritatis & Rationis* de מימרא דיי *Freiſtadii*, ut titulus ſeu vere *Amſtelod.* 1700. 8. ed. ſed illius exceptionibus ſolide & erudite ſatisfecit doctiſſimus & conjunctiſſimus Collega meus *Sebaſtianus Edzardus* in Diſſert. *de Verbo Subſtantiali* Hamb. 1700. 4. quam laudat & ſuo quoque ſuffragio confirmat *Richardus Kidderus*, Epiſcopus quondam *Bathonienſis & Wellenſis* in præfatione Parti III. Demonſtrationis Meſſiæ anglice editæ præmiſſa.

Digitized by Google

Diſcuſſione ex MS. edidit *Io. van der Waeyen Franeqv.* 1699. 8. p.90. Specimen hoc eſt Tractatus illius, cujus in præfat. ad librum *Iezira* & *Solennitates Judæorum feſtas*, itemque in ipſo hoc Tractatu paſſim ſpem fecit. Eo enim omnia Chriſtianæ religionis capita (q) etiam minima quoad ipſos apices, ut ait, ex antiquiſſimis Iudæorum monimentis probaturus erat. Hujus commentationis philyras octoginta in promtu ſibi eſſe affirmat *Rittangelius* in Precibus Supplicibus Electorali Brandenb. anno 1650. oblatis, quarum copiam in variis Germaniæ Academiis fruſtra ſe quæſiviſſe ſcribit *Steudnerus* in *Judaico* A. B. C. p. 372. ſqq. Hanc tractationem edi vehementer volebat *Io. Wulferus* in not. ad Theriacam Iudaic. p. 382. In hoc, quod diximus, Specimine Pars I. duos de S. *Trinitate* & *de Chriſto* articulos perſequitur: Pars II. vero de Iudæorum Cabbala exponit, ſecundum quam Scripturam interpretantur, iisdem omnino verbis, quibus idem argumentum explicaverat in notis ad librum *Iezira* p. 27. ſqq.

6) *Epiſtolas amœbæas* Rittangelii noſtri & Iudæi cujúsdam Amſtelod. de Geneſ. XLIX. 10. ex MS. cum Lat. verſione exhibet Wagenſeilius in Telis Igneis Satanæ p. 328. ſqq. ubi p. 327. Rittangelianas illas ſupra modum teraſs, nitidas comtasque eſſe affirmat.

7) Centurias multas epiſtolarum Hebraicarum ad præſtantiſſimos Iudæos in variis regionibus degentes ſe ſcripſiſſe, iisdem valde probatas, ipſe ſcribit apud Wagenſeilium l. c. p. 370.

8) Sub *Benedicti de Monte Oro Barabrante* & *Nathanis Neſtoli Pagetii* in variis ſcriptis & carminibus ſe latuiſſe ipſe teſtatur in notis ad librum

Iez

(q) Ejusmodi ſcriptum reliquit etiam Vir Cabbalæ Judaicæ, ſi quisquam alius, peritiſſimus Baro de Roſenroht, quo omnia, quæ de Servatore inde ab Annunciatione ad Baptismum ejus ab Evangeliſtis tradita ſunt ex Judæorum monumentis deduxit, quod ſubtit. *Meſſias Puer* apud ipſum auctorem vidit Illuſtris *Leibnitius:* vide *Tenzelii* Dialogos menſtruos anni 1690. p. 1145. Adde an. 1689 p. 482. Omitto alios antiquioris & recentioris memoriæ, qui argumentis ejusmodi & teſtimoniis domeſticis Judæos feliciter oppugnarunt, quorum præcipuos laudat B. Difenbachius in *Judæo Convertendo* p. 94. ſqq. & *Converſo* p. 144. Adde illis eruditiſſimum Collegam meum *Georg. Eliezerem Edzardum* in notis ad Capita, quæ edidit, Talmudica, in quibus magna ſelectiſſimorum ejusmodi locorum copia occurrit, & V. C. *Jo. Meyeri* diſſert. *Theolog. de myſterio SS. Trinitatis, ex ſolius VT. libris demonſtratam, atque ex veterum & recentiorum Rabbinorum præſertim Cabbaliſtarum rariſſimis monumentis illuſtrata Hardervici* 1712. 4. cujus telæ pertexendæ ut ſpem fecit, ita maximopere orandus eſt, ut impleat. Cabbaliſtica quædam pro SS. Trinitate teſtimonia habet etiam *Jacobus Altingius* Heptade VII. Diſſert. p. 214. Tom. V. Opp.

Digitized by Google

Iezira pag. 28. Confer Theatrum Pſeudonymorum Placcianum pag. 118. b.

9) Tractatum *de Comprivignis* a ſe conſcriptum, neſcio an editum, videri jubet in tr. de Veritate Relig. Chriſt. p. 89.

Ceterum arrogantiorem fuiſſe noſtrum tum ex impotentiori alios caſtigandi libidine apparet, quam in præfat. ad *Solennia Iudaorum ſacra* & alias exercuit, tum vero etiam ex eo intelligitur, quod Iudæorum quorundam de ſe judicium, quo inde *a Iohanne Baptiſta ad ſuam ætatem neminem cum Ioanne noſtro Rittangelio comparari poſſe* dixerunt, ipſe repetit apud *Wagenſeilium* l. c. In ſcriptis ſuis uſum ſæpius eſſe libro Cabbaliſtico præſtantiſſimo R. *Schaphtel Horwitz*, qui dicitur שפע של, ita ut ſæpe nomen & titulum libri omittat, ſæpe etiam mutet, obſervavit B. *Abrahamus Hinckelmannus* p. 34. Detectionis Fundamenti Bohmiani. Quæ tamen omnia egregiis ejus in rem & antiquitatem Iudaicam æque ac Chriſtianam meritis nihil detrahunt.

יוחנן פורטיאוס IOANNES FORTIUS *de Horta*, ſive 821.

Hortenſius, Ex Judæus, ſcripſit hebraice de myſtica literarum ſignificatione, cujus ſpecimina quædam vide in *Athanaſ. Kircheri* Oedipo Claſſ. II. f. 114.

יוחנן פרידריך מינטיס IOANNES FRIDERI- 822.

CUS MENTES, Judæus Luſitanus converſus, ſcripſit

Reſponſionem ad duas quæſtiones, quarum I. eſt, cur tam pauci Judæi convertantur (r) nonne mediis idoneis adhibitis, plures converti poſſint? Gryphiſw. 1705. v. Nova Literaria Maris Balth. 1705. Nov. p. 32.

יוחנן פאולוס אושטאכיאוס JOANNES PAULUS EUSTACHIUS: vide R. *Menachem* f. *Jacob de Nola*.

יוחנן פפרקורן JOANNES PFEFFERKORN, vide infra *Pfefferkorn*.

יוחנן קמפר IOANNES KEMPER vide *Moſes de Cracovia*.

יוחנן

(r) Hujus rei cauſas dederunt & alii, v. c. *Eiſenmengerus* in Judaiſmo Detecto Parte II. p. 1017. ſqq. *Wagenſeilius* in Spe Liberationis Iſraelis p. 99. ſq. *Jo. Wulferus* ad Theriacam Judaicam p. 333. ſq. & *Difenbachius* in Iudæo Convertendo p. 132. ſq.

Digitized by Google

823. יוחנן קסירים IOANNES XERES ex Iudæo Chriſtianus inter Iudæos vocatus *Jonæ fil. Jacob Xeres*, *Sophia*, Barbariæ urbe, oriundus, Hebr, Chald. & Arab. linguæ peritus, peragrata bis Hiſpania & ter Luſitania, tandem in Angliam delatus V. C. *Petri Allixii* opera anno 1709. CHRISTI *Servatoris* ſacra amplexus eſt, & paulo poſt edidit lingua Anglicana

Allocutionem ad Iudæos, qua rationes exponit, quibus ad nomen inter Chriſtianos profitendum adductus ſit. *Londini* 1711. 8. plag. 4. Lectio ipſius opuſculi & inprimis explicatio variarum prophetiarum manifeſtum facit, auctorem pleraque debere laudato Allixio. Confer Acta Erudit. Lipſienſ. 1712. p. 270. ſq.

824. יוחנן שלמה IOANNES SALOMO, Polonus, relicta patria & Iudæorum religione, Chriſtianorum ſacra amplexus eſt *Gedani* 1656. ediditque poſtea

Demonſtrationes XXXVIII. quibus apodictice evincitur IESUM CHRISTUM verum & æternum cum Patre & Spiritu S. Deum eſſe, ante ſæcula in V. T. quoque agnitum cultumque, cum hiſtoria colloquii inter illum & *Io. Botſaccum* Francof. 1660. 4. Antea vero idem ediderat 1658. compoſitam in carcere *Confeſſionem* ſermone Hebr. Chaldæo & Germanico. Conſtitutus poſt converſionem fuit Prof. L. Hebr. in Gymnaſio Gedanenſi.

825. יוחניטיאוס IOHANNITIUS, cujus commentarius in Artem parvam Galeni hebr. MS. eſt in Bibl. Vindobon v. Catalogum MSS. Orient. Neſſelii n. 78. Non diſtinguendus hic eſt a חנין fil. *Iſaaci* ſub cujus nomine vide plura.

826. יוליאוס קונרד אוטו IULIUS CONRADUS OTTO, Ex Iudæus, & quondam inter ſuos Doctor, deinde vero inter Chriſtianos Prof. L. Hebr. Altorfinus, homo fraudis plenus, tandemque ad Iudæos reverſus, de cujus fortuna obituve nihil præterea relatum legi. Nomen is inter Iudæos habuit *Naphthali Margolith* i. e. *Margaritha*, quæ illuſtris eſt inter Iudæos familia, & nonnullos habuit CHRISTI ſacris vindicatos; vide *Colomeſii Cimelia* p. 176. Noſter ille ſcripſit

1)

Digitized by Google

1) *Grammaticam Hebræam* methodice digeſtam Norimb. 1605. 8. cum uſu Linguæ S. ex capite I. Geneſeos & Rabbin. Abbreviat.

2) *Dictionarium Radicale* idem edere cœpit *Norimb.* fol. ſed non perfecit, cujus titulus ita habet: *Lexicon Radicale ſive Theſaurus coronam S. Scripturæ complectens, in quo juxta ordinem alphabetarium ponuntur nomina, verba, ſerviles & radicales literæ & voces inde derivatæ, & radicales cognatæ, quæ cum in Hebraica lingua, tum in Talmud & aliis Rabbinorum ſcriptis exſtant.* Specimen illius operis, typis expreſſum, exſtat apud Vener. *Valent. Erneſtum Læſcherum*, qui idem plenius deſcribit in Commentario de Cauſis Linguæ Hebr. p. 169. ubi inter cetera hæc legas: *In curſu operis pagina quælibet in duo latera dividitur, quorum prius voces Biblicas, alterum Rabbinicas ſiſtit, perdiligenter citatis ad marginem Rabbinorum locis. Quævis radix principio Rabbinica dialecto, dehinc latine explicatur, diligenter diſcretis variis ſignificationibus.*

3) גָּלֵא רָזַיָּא *revelator arcanorum* ex *Dan.* II. 29. ſive, ut ipſe titulus habet, *occultorum detectio* h. e. *monſtratio dogmatum, quæ omnes Rabbini recte ſentientes ante & poſt CHRISTI nativitatem de unitate eſſentiæ divinæ, Trinitate perſonarum, & de Meſſia poſteritati reliquerunt &c. Addita eſt conſignatio nominum omnium Rabbinorum, qui ſcriptis claruerunt, cum annotatione temporum Talmud cœpti, aucti, variasque mutationes & vias fortunæ paſſi. Stetini* 1613. 4. & antea *Norimb.* 1605. 4. Tota tractatio in quatuor abit libros, quorum I. varia veterum Rabbinorum loca de Meſſia & Evangelio, parabolisque Evangelicis ſimilibus affert: II. loca Scripturæ de SS. Trinitate, ſpeciatimque de Meſſia agentia, III. falſas & impias doctrinas Talmudicas. IV. Rabbinos, qui ante & poſt C. N. vixerunt, commemorat. Quæ quidem omnia Latino & Germanico ſermone, ex adverſo illi oppoſito, deſcribuntur. In catalogo illo nihil ſingulare obſerves, qui potius, præterquam quod mutilus eſt, paſſim incautum lectorem in errorem inducit, cujus rei exemplum apponemus ſub שמואל הקטן. In univerſum vero hoc libro Scriptor animi malitiam denudaſſe viſus eſt eruditis, eo quod & locis veterum fictis, & argumentis minus idoneis uſus eſt, ut ridendos Judæis propinaret Chriſtianos. Huc ſpectant *Io. Chriſtoph. Wagenſeilii* verba in notis ad Sota p. 765.

Digitized by Google

Sic omnino, inquit, *perſuaſus ſum : non habuit aliud conſilium bipedum nequiſſimus, cum Chriſtianam religionem ſimularet, & ſacrum ac deteſtabilem librum ſuum meditaretur, quam, ut ſpecie juvandi Chriſtianam fidem, illam Judæis redderet contemtiſſimam. Sperabat enim, fore, ut Chriſtiani argumentis ſuis ineptiſſimis, & per merum jocum ac ludibrium ſuppeditatis cupide adverſus Judæos uterentur atque ſic illorum riſui ſe exponerent & ſibilis.* Conferatur idem p. 119. ad Tela Ignea Satanæ, *Io. Wulferus* ad Theriacam Judaicam p. 382. & *Io. Friſchmuthus* in diſp. de Proſopographia Meſſiæ cap. II. §. 2. ubi locus ex MS. *Theod. Hackſpanii* epiſtola affertur, quo is teſtatur hoc libro varia afferri ex Talmude loca, quæ in eo fruſtra quæras. Nuper etiam V. C. *Jo. Meyerus*, eximius harum literarum Stator, in diſſert. de Myſterio SS. Trinit. ex V. T. probando p. 17. illuſtre fraudis Ottianæ exemplum attulit. Videtur homo ſubdoli ingenii adverſus has inculpationes juſtiſſimas munire ſe in præfatione voluiſſe, in cujus calce hæc legas: *Tandem etiam benevolum Lectorem monendum duxi, me omnia illa, quæ ſcripſi, non ex recentiore illa editione Talmud, Baſileæ excuſi, quem librum Judæo ex veteri Talmud congeſſerunt, & Chriſtianis hodie obtrudunt, excerpſiſſe, ſed ex veteri, vero & genuino, quem etiam librum, ut & alia Rabbinorum præclara & utiliſſima ſcripta non ſine magno labore & præſentiſſimo vitæ periculo in uſus meos comparavi.* Malam hominis fidem ex ipſis Ottonis MSS. quæ apud Altorfinos adhuc ſervari memorantur, elucere teſtatur *Thom. Bangius* in Cœlo Orientis p. 53.

Ab hoc libro diſtinguendum eſſe alium ὁμώνυμον ex iis apparet, quæ ſuo loco ſub גלי רזיא inter Anonymos dicentur.

827 ר׳ יום טוב R. JOM TOV cujus cognomen latet, qui obiit an. 135. C. 1375. teſte *Juchaſin* & *Schalſcheleth* p. 58. a. fine. Huic tribuitur

מַגִּיד מִשְׁנֶה (s) *indicans duplum* ex *Zachar.* IX. 12. (Plantavitius n. 314. minus recte vertit *Interpres ſecundus*) i. e. comm. in Maimonidis *Jad Chaſaka*, cum quo ſæpius prodiit, ut ſuo loco dicemus. Ab aliis, teſte

(s) Alluſit ſic ſimul ad titulum Operis Maimonidei, quod vocatur משנה תורה in cujus ſcilicet illuſtratione verſatur.

Digitized by Google

teſte *Schalſcheleth* l. c. auctor vocatur *Meſſer Vidal Toloſanus* in Catalaunia. Alii commentationem hanc tribuunt R. *Jom Tov* f. *Abraabami* proxime ſequenti.

ר׳ יום טוב בן אברהם R. JOM TOV f. 828.

ABRAHAM, qui per compendium literarum dicitur הריטב״א quem nonulli, inter quos eſt etiam ש״י *Plantav.* & *Bu.* eundem faciunt cum priore, diſſentiente *Schalſcheleth* p. 58. a. & ejus exemplo *Zemach David*, ex quibus prior tradit, accepiſſe ſe a R. *Meir Patavino*, quod poſterior hic prioris viduam duxerit. Ex quo ſimul intelligitur, utrumque eodem tempore vixiſſe, quod etiam ex eo confirmatur, quia ipſe in ſcriptis ſuis, ad quæ *Schalſcheleth* provocat, teſtatur præceptores ſe habuiſſe R. *Salomonem ben Adrath* & R. *Moſen Nachmannidem*, ſicut alibi in Hilchot *Tephillin* cap. 3. refert, audiviſſe ſe R. *Iſaacum* f. *Scheſchat* & dictum *Salomonem*. Quicquid hujus erit, ſcripſit ille

1) ס׳ הַזִּכָּרוֹן *librum memorialem* in gratiam libri Maimonidis *Iad chaſaka* ſcriptum, cujus doctrina commendatur. MS. in Vatic. 4.

2) חִדּוּשִׁים *novellas explicationes* dictorum quorundam Talmudic. quæ exſtant in *En Iſrael Venet.* 1625. fol. ed. Illæ per literas nominis initiales הרי״טבא indicantur. Ceterum ejus חדושים curis repetitis ſcriptas in Codd. *Cetuvoth Poſnaniæ* & in Cod. *Schevuoth Amſtelodami* latere teſtis eſt Schabbatæus in ש״י. Chidduſchim ejus in Cod. *Eruvin* habet MSS. *Oppenheimerus*.

3) חִדּוּשִׁים ejuſdem in *Bava Mezia* prodierunt cum quæſt. & reſponſ. *Moſis Galante* Venet. 368. fol. C. 1608.

4) חִדּוּשִׁים in *Kidduſchin* Sabionetæ 313. C. 1553. fol.

5) כֶּתֶר שֵׁם טוב *corona boni nominis*, comm. in Legem non editus: quem enim Bartoloc. *Venet.* 361. C. 1601. fol. editum ait is, non ad noſtrum ſed ad R. *Schem Tov* pertinet.

6) מִגְדַּל עוֹז *turris valida* ex Pſ. LXI. 4. comment. in Maimonidæ *Iad chaſaka*, qui cum libro ipſo aliquoties prodiit.

Eidem Bartoloccius tribuit חֻקּוֹת הַדַּיָּנִים *ſtatuta Iudicum*, de ratione adminiſtrandi juſtitiam, præter rem, quod paulo poſt ſub *Iom Tov Aſchbili* oſtendemus. In *Kircheri* Oedipo Claſſe II. Gramm. p. 84. citatur *Iom Tov Abramides*, qui non videtur a noſtro diverſus.

Digitized by Google

829. ר׳ יום טוב אשבילי R. JOM TOM ASCHBILI ſcripſit teſte *Iuchaſin* p. 133. b.

1) חקות הדיינים *ſtatuta Iudicum*, i. e. de ratione juſtitiam adminiſtrandi, quem tamen Bartoloccius ὁμωνυμίᾳ deceptus *Iom Tov* proxime antecedenti, alii R. *Meir Rotenburgenſi*, alii, ut *Schalſcheleth*, R. *Salomoni* f. טדראס ut ש״י ſcribit, vel potius בן טוראת ut in *Iuchaſin* l. c. legitur, tribuunt. Vixit ſæculo XV. ineunte.

2) חדושים ſive novellas explicationes ejusdem in Gemaram, comment. & Toſephoth tractatus *Ioma* MS. recenſet ש״י ubi ſemel recte dicitur אשבילי deinde vero mendoſe אלשב״ילי.

830. ר׳ יום טוב הכהן IOM TOV *Sacerdos* ſcr. præfationem in עולת שבת cum ipſo libro excuſam *Venet*. 5337. C. 1577. fol.

831. ר׳ יום טוב ליפמן הלוי R. JOM TOV LIPMAN *Hallevi* HELER (העליר) f. *R. Nathan*, f. *R. Moſis Wallerſtein*, (t) gener R. *Aaronis* Germani Pragenſis, Pragæ vixit Sæc. XVII. ineunte, & ſcr.

1) מלבושי יום טוב h. e. *veſtimenta Jom Tov* ſ. diei feſti, comm. in priores libros לבושים R. *Mardochai Iaphe* MSS.

2) שאלות ותשובות reſponſa juridica MSS.

3) תוספת יום טוב *additiones Iom Tov* ſive commentationes Miſchnicæ magnæ inter Judæos exiſtimationis, *Prag*. 1617. cum textu Miſchnæ & comment. Bartenoræ *Cracov*. 403. C. 1643. 4. iterumque *Amſtelod*. apud *Dav. Tartas* an. 445. C. 1685. ſqq. 4. Ex his accuratas ejus commentationes in titulum *de Iugi ſacrificio* & de *Feſto Expiatorio* cum Lat. verſione promiſit Vener. *Theod. Daſſovius* in Novis Literar. Maris Balthici 1705. p. 88. ibique multa hactenus incognita & ab aliis Hebræis præterita cum aliorum Hebræorum correctione magna copia recenſeri obſervat, ut iſte Scholiaſtes merito primus habeatur inter eos qui

(t) *Wallerſtein* appellatur ab urbe patria, quæ ſita eſt hoc nomine in diœceſi *Oettingenſi*. Eſt is procul dubio ex celebri illa inter Judæos *Lipmannorum* familia, ex qua Lipmannus, auctor *Nizzachon*, ortus quoque fuit, ſicut etiam *Hackſpanius* plures hujus nominis contra Chriſtianam religionem ſcripſiſſe ſuſpicatur in limine tractatus de Uſu Libb. Rabbin. & Talmudic.

Digitized by Google

qui in Miſchnam commentati ſint. Eas additt. auctor A. C. 1617. ætatis 38. perfecit.

4) תּוֹרַת הָאָשָׁם *lex ſacrificii pro peccato* eſt comm. diffuſus in librum תורת חטאת MS. in Bibl. Oppenheimeri fol.

5) מַעֲדַנֵּי מֶלֶךְ וְלֶחֶם חֲמוּדוֹת *deliciæ Regis & panis deliciarum* ex *Geneſ.* XLIX. 10. & *Dan.* X. 3. ubi exſtat: אשר"י i. e. expoſitio R. Aſcher in Tract. *Berachoth*, & *Halachoth Ketannoth* in Tract. *Cholim*, *Biccuroth*, & *Nidda*, cum comment. Raſchii & duobus commentariis Noſtri, quorum alter ſub titulo מערני מלך ſubtiliter de variis ſententiis huc pertinentibus diſputat, & menda varia corrigit: alter ſub tit. לחם חמודות ſententias illas diverſas conciliat, novasque adfert expoſitiones. Prod. *Prag.* 388. C. 1628. fol. Ejusdem מערני מלך comment. in *Aſcheri* ſuper partem Ordinis *Neſikim* Prag. 379. C. 1619. fol. Eadem ratione commentatus quoque eſt in totum Ordinem *Moed*, *Naſchim* & *Neſikim* MS. in B. Oppenheim.

6) דַּרְכֵי הוֹרָאָה *via demonſtrationis* (u) quo oſtenduntur ritus & conſuetudines circa cibos licitos & illicitos, ut & deciſiones cauſarum, in quibus diſſentiunt ICti, commentatio diffuſa. MS.

7) גִּבְעַת הַמּוֹרֶה *collis More* ex *Iudic.* 7. 1. expoſitio R. *Ioſephi bar Hallevi* in *More Nevochim*, cum animadverſionibus noſtri hujus Prag. 372. C. 1612. 4.

8) צוּרַת בֵּית הַמִּקְדָּשׁ *forma domus ſanctuarii*, ubi tota tabernaculi ſtructura cum ſingulis conclavibus ratione longitudinis & latitudinis exponitur additis figuris. Prag. 362. C. 1602. 4. plag. 9. recuſ. *Francof. ad Mœn.* 1714. 4. Confert ille inprimis *Raſchii* interpretationem, & ſubinde corrigit, multa qnoque de templo Salomonis commentatur.

ר' יום טוב ליפמן מלהוזין JOM TOV LIPMAN MULHUSINUS: vide infra ליפמן.

(u) הוראה Talmudicis notat proprie doctrinam ex certis præmiſſis collectam: quam in rem vide *Halichoth Olam* ed. Lempereur p. 50. & 87.

832. ר׳ יום טוב המקובל JOM TOV *Cabbaliſta*, ſcr.

1) כֶּתֶם פָּז *aurum purgatiſſimum* ex *Cantic.* V. 11. liber Cabbaliſt. ut patet ex catalogo in calce libri *Jezira* ed. Mantuanæ 322. C. 1562.

2) כֶּתֶר זָהָב *corona aurea*, itidem Cabbaliſt., quem *Schabtai* editum teſtatur *Lublini* 374. C. 1614. 4.

833. ר׳ יום טוב עטיאס R. JOM TOV ATHIAS ſumtibus ſuis edi curavit Biblia Hiſpanica V. T. ſtudio *Abrahami Usque* curata *Ferrar.* 5313. C. 1553. fol. Non autem ipſe una cum *Abrah. Usque* vel *Eduardo Pinel* vel vertit, vel verti curavit, quod Bartoloc. ſcribit Tom. III. p. 785. Vide ſupra דוארט פיניל

834. ר׳ יום טוב קרקוסה R. JOM TOV. CARCOSA interfuit diſputationi Judæorum cum *Hieronymo a S. Fide* habitæ: vide שבט יהודה p. 227. ed. Gentii.

835. ר׳ יום טוב שלון R. JOM TOV SCHALON

לֶקַח טוב *doctrina bona* ex *Prov.* IV. 2. comment. in lib. *Eſther* CPoli ed. 4.

836. ר׳ יונה בן גנאח R. JONA ben GANNACH f. R. *Marini*, Medicus Hiſpanus, Cordubenſis vixit A. M, 4881. C. 1121. Hunc plenius *Abu Walid Marun Ibn Gannachi* (quo nomine ſupra noſtrum appellavit Bartoloc. lit. ו׳) *Cordubenſ.* vocandum eſſe monet *Eduardus Pocockius* præf. ad comm. in Joëlem verſionis Latinæ d. 3. ubi etiam obſervat eum a *Kimchio* citari ſub nomine R. *Iona*, ab *Aben Eſra* vero v. c. ad *Hoſea* cap. II. ſub nomine R, *Marini*, (x) ſub quo etiam laudatur in *Michlal Iophi*: v. quæ ſcribam infra ſub *Marinus*. Alias etiam vocatur R. *Jonas* cognomine *Maran* f. *Ganach*. Hunc in re Grammatica multis laudibus efferunt Judæi, ſpeciatimque *Aben Eſra* & *Kimchi*, quorum ille in præf. ad lib. מאזנים eum vocat חכם חרשי הלשון רב על חושבי מחשבות

(x) *Marinus* vocatur minus recte; hoc enim *Patris* ejus nomen eſt, ceu ex adducendo inferius *Gedalia* loco conſtabit.

Digitized by Google

מחשבות i. e. *artificem linguæ ſapientiſſimum, omnis ingenioſæ cogitationis* Magiſtrum. Sic & *Ephodæus* in præf. ad Grammaticam ſuam eum appellat הרופא המדקדק השלם אביר המדקדקים h. e. *Medicum & Grammaticum perfectiſſimum, omniumque Grammaticorum præſtantiſſimum.* Vnde & *Pocockius* eundem virum certe maſcule doctum ac tantæ inter Judæos auctoritatis vocat, ut Grammaticorum Princeps appelletur. Idem quoque in commentariis ſuis ſæpe eum ad partes vocat ex MSS. cum Scriptorum ejus nihil exſtet formis expreſſum. Ex Judæis vero *Kimchius* hujus imprimis vitula arāvit, quod teſtatur *Pocockius* præf. ad Portam Moſis p. 8. unde & ejus in *Kimchii* ſcriptis atque hinc in *Michlal Iophi* frequens eſt mentio. In Catalogo Grammaticorum, ſupra ſub voce דקדוק exhibito, n. 9. dicitur ſeptem libros conſcripſiſſe, quorum ſeptimus dicatur *liber Radicum coopertus Sapphiris*, quod idem totidem verbis tradit *Aben Eſra* in præf. ad lib. *Moſnajim.* Inde idem monet ש״י titulo סֵפֶר הַהַשָּׂגָה i. e. *liber animadverſionis*, quem ait eſſe librum Grammaticum præſtantiſſimum, præter quem idem ſcripſerit, ס׳ ההכלמה, ס׳ ההערה, ס׳ השרשים & ס׳ ההשואה. Hic notandum eſt, ש״ץ l. c. noſtrum hunc *Iehudam* appellare, quod etiam in Indice alphabet. repetit, atque adeo eum a *Iona* diſtinguit, quod fieri non debet. Reliquis præſtantius eſt opus Grammaticum in duas partes diſtinctum, quorum altera dicta eſt ס׳ הָרִקְמָה *opus phrygionicum*, ubi agitur grammatice de *Nomine Voce & Verbo*, altera inſcribitur ס׳ שָׁרָשִׁים *liber radicum*, ſive dictionarium vocum Hebræarum Arabice explicatarum. Totum enim opus pro more illius ſæculi *Arabice* exaratum eſt, qua lingua etiam adhuc MS. exſtat in B. *Bodlejana* n. 5377. inter *Pocockianos* n. 50. ſicut ibidem n. 98. ejusdem & R. *Iuda Chiug* Grammat. ac de verbis anomalis linguæ Hebr. 4. & n. 100. *Iona* noſtri Grammatica & Lexicon ibidem Arab. MS. memoratur.

Idem opus *Hebraice* eſt translatum, quod apparet ex Cod. MS. Hebr. lacero quidem illo, & ſitu plurimo paſſim ſqualente, quo pars ejus prior nempe ס׳ הרקמה continetur, quoque beneficio *Hardii*, Regii quondam in tribunali Pariſienſi Conſiliarii beneficio uſus eſt *Jo. Morinus*, u ipſe fuſius teſtatur p. 527. *Exercitt. Biblicarum & Rich. Simonius* in Catalogo Auctorum Hiſtor. Crit. V. T. ſubjuncto. Pars poſterior in illo Codice deſideratur, quæ tamen itidem Hebr. translata a R. *Juda Aben Tibbon*, cui forte & prior, cujus interpres non nominatur a Morino,

Digitized by Google

iterumque *Cracov.* 377. C. 1617. 4. *Amſtelod.* 387. C. 1627. 16. una cum ס׳ התשובה, de quo paulo poſt סוד התשובה myſterio pœnitentiæ, & קרבן תענית oblatione jejunii. *Prag.* 323. 357. 367. & 465. quæ quinque poſteriores ſunt in B. Oppenheim.

4) דָּת הַנָּשִׁים *lex mulierum* ubi de Officiis earum, quæ ſunt neceſſaria ob immunditiem ſeparatio, placentarum oblatio & accenſio lucernarum. *Venet.* & *Cracov.* 369. C. 1609. 8.

5) סֵפֶר הַיִּרְאָה *liber timoris*, ubi de timore Dei præcipitur. Editus quoque eſt ſermone Hebræo Germanico Tiguri 306. C. 1546. teſte *Hottingero* (qui tamen annum omiſit) p. 30. B. Orient. ubi etiam teſtatur ſe habere MS. Prodiit idem cum

6) שַׁעֲרֵי תְשׁוּבָה *porta pœnitentiæ*, i.e. commentatio de pœnitentia ob quæcunque peccatorum genera agenda, & quomodo humilitati ſtudendum ſit. *Venet.* 304. C. 1544. & *Cracov.* 341. C. 1581. 4. Plantavitius n. 713. hunc librum adſcribit R. *Ionæ de Praga*, idem vero n. 244. tribuit R. *Ionæ Gerundenſi*, Bartoloccius autem R. *Ionæ Catalaunenſi*, minus recte, quod ſtatim videbimus: idem & cum eo Cl. Basnage T. V. Hiſt. Jud. minus p. 1773. feliciter ſuſpicatus eſt, libellum *de timore Dei*, quem *Menaſſe ben Iſrael* in Catalogo librorum Hiſpanic. de rebus Iudaicis ſcriptorum in limine libri de reſurrectione mortuorum legendo, a *Dav. Cohen* hiſpanice translatum memorat, eſſe hunc noſtrum, cum potius ſit verſio tractationis *de timore Dei*, quæ in libro ראשית חכמה legitur.

7) Commentarium in *Proverbia Salom.* ש״י adſcribit *Rabbenu Ionæ* quem Gerundenſem noſtrum puto, qui κατ' ἐξοχὴν hoc nomen fert, R. *Becbai* illi ſe in limine libri ſui opponere dicitur in ש״י.

ר׳ יונה R. JONA incola *Catalaunenſis*, quem a priori *Iona Gerundenſi* (z) diſerte diſtinguit *Schalſcheleth* l. c. monetque Aragoniæ Regem commiſiſſe noſtro huic caſum quendam moralem (ita interpretor דין המוסר) decidendum qui ideo conſilium a Iona Gerundenſi requiſiverit, quomodo in hoc negotio ſibi ſit verſandum. Huic Bartoloccius omnia illa ſcripta, quæ nos Gerundenſi adſcripſimus, tribuit, ſi primum & tertium excipias. Cum vero ש״י & ipſæ quoque librorum illorum inſcriptiones Gerundenſem faciant auctorem, Schalſcheleth autem al-

(z) Alioquin enim Gerundenſis a Catalaunenſi non diſtinguendus videri poterat, cum *Gerunda Catalanniæ* oppidum ſit.

Digitized by Google

alteri illi ne unum quidem librum vindicet, neſcio, qui Bartoloccius ita ſtatuerit.

839. ר׳ יונה בר יוסף R. JONA f. *Ioſeph*, ſcripſit

קול יונים *vox columbarum* ex *Nahumi* II. 8. quo libro conciones de captivitate Judæorum continentur *Theſſalonic.* 4. ed. teſte ש״ר & Plantavitio quorum neuter annum memorat.

יונה בי יעקב קסירים vide ſupra יוחנן קסירים.

840. ר׳ יונה בן עזרא R. JONA f. ESRA, quem Grammaticam ſcripſiſſe & in Legem ac Prophetas commentatum eſſe ſcribit *Henr. Mauroy* p. 231. Apologiæ pro Judæis Chriſtianis teſte *Bart.* Vereor ego, ne *Mauroy* Jonam b. Eſra exſculpſerit ex *Jona ben Ganach*, celebri Judæorum Grammatico, de quo diximus, quamvis hunc commentarios ſcripſiſſe antiquitas non teſtetur. Vnde rectius forte ſuſpiceris, *Abraham ben Meir Aben Eſram* hic innui, in cujus prænomine facile labi potuit: hunc enim & Grammatic. commentarios Biblic. ſcripſiſſe conſtat.

841. ר׳ יונה צרפתי R. IONA GALLUS ſcripſit

על הנפש *de anima*, MS. in B. Vatic. 8.

842. ר׳ יונה תאומים (a) R. JONA TOMIM *Pragenſis*, pater domus judicii in Synagoga Metenſi, claruit Sæc. XVII. medio, multosque habuit diſcipulos. Vide *Zemach David* p. 47. a Scripſit

קִיקָיוֹן דְיוֹנָה *cucurbita Jonæ*, ex *Ionæ* IV. 6. quo libro comprehendit expoſitiones novas in varios Gemaræ tractatus, ſpeciatim in *Schabbath*, *Beza*, *Eruvin*, *Megilla*, *Cetubboth*, *Gittin*, *Kidduſchin*, *Ievamoth*, *Bava Kama*, *Metzia*, & *Bathra*, *Schevuoth* & *Choli*. *Amſtelod.* 430. C. 1670. fol. Hunc librum V. C. *Iac. Henr. van Baashuyſen*, Prof. Hanovienſis, recudi curavit *Hanov.* 472. C. 1712. fol.

יונתן

(a) תאומים Hebræis denotat *gemellos*, unde ſuſpicor, noſtro nomen hoc tributum fuiſſe, quod gemino partu eſſet editus.

Digitized by Google

יונתן JONATHAN Summus Sacerdos & Dux Judæorum, 843.
ſcripſit *epiſtolam ad Spartiatas* pro ineundo fœdere cum Lacedæmoniis, quæ exſtat 1. Maccab. XII.

ר׳ יונתן R. JONATHAN fil. *David*, *Miniſter Synagogæ Lunel* 844.
(b) (שליח עבור) floruit Sæc. XIII. & ſcripſit epiſtolam ad R. *Moſen Maimonidem* de opere ejus Talmudico *Iad Chaſaka*, ad quam Maimonides reſpondit. MS. in B. Vatic. 4. Reſponſoria epiſt. Maimonidæ edita quoque exſtat in R. *Ioſephi del Medico* נובלות חכמה p. 92. ſq. Vide etiam מגדל עז, commentarium in *Iad chaſaka*.

יונתן בן עוזיאל JONATHAN UZIELIDES, Paraphraſta, de quo infra ſub תרגום una cum ceteris Paraphraſtis dicetur. 845.

ר׳ יונתן בן ר׳ יעקב R. JONATHAN f. R. JACOB 846.
claruit Sæculo XVII. inclinante, & ſcr.

קֶסֶת יְהוֹנָתָן *calamus Ionathanis*, *Ezech.* IX. 2. liber moralis & ritualis *Dyrenfurti* 4. ſine addito anno editus. Auctorem in expugnatione Budenſi captum redemerunt Judæi Niclasburgenſes in Moravia. Vide Bibliothecam Novorum librorum germanice editam (Bücher-Saal) Parte IX. p. 703.

ר׳ יוסי אלכסולי R. JOSE ALCASULI ſcripſit precationem quandam, cui multum tribuunt Judæi. Exſtat illa in Ordine precum pro diebus calamitoſis quos נוֹרָאִים, *horribiles*, vocant Judæi, ſecundum ritum Hiſpanorum. Venet. 396. C. 1636. 847.

ר׳ יוסי בן חלפתא דצפורי R. JOSE vel JOSÆUS fil. CHELPETA (quem *Chalaphta Morinus* & alii quidam, *Buxtorfius* au- 848.

(b) *Lunir* ſcribit *Bartoloc.* ſed ſcribere voluit *Lunel*, quæ eſt Occitaniæ urbs: conſtat enim Rabbinos Gallos Maimonidi controverſiam de libro Jad *Chaſaka* moviſſe, qui interprete hoc uſi ſunt. Vide plura infra ſub *Moſe fil. Maimon*, & de ipſa urbe lege, quæ ſcribentur ad *Schelomo f. Iſaac.*

Digitized by Google

autem *Chilpetha* vocant,) *Zipporenſis*, æqualis R. *Simeonis f. Gamlielis* Senioris, R. Meir & *Eliezeri s*, præceptor vero R. *Iehudæ Sancti* A. C. 130. floruit. Ita ſtatuunt *Iuchaſin* p. 43. a. *Schalſcheleth* p. 32. a. & *Zemach David* ad an 3881. Exercuit is artem coriariam, ſed tantæ tamen inter ſuos auctoritatis fuit, ut illius deciſio inter diſſentientes ſemper obtineret, ceu traditur in *Halichoth Olam* Tract. V. c. 1.(c) *Erubbin* c. 4. f.64. b. item in הלכות גדולות f. 120. & *Iuchaſ.* p. 43. a. Et quotiescunque R. *Ioſe* ſimpliciter (סתם) memoratur, toties noſter hic intelligitur, teſte *Zemach* & Juchaſin l. c. cum alioquin non deſint alii hujus nominis v. c. *Ioſe ben Ioeſer*, *Ioſe Sacerdos*, *Ioſe Galilæus* &c. Huic Judæi communiter acceptum ferunt librum Hiſtoricum, qui illis vocatur

סֶדֶר עוֹלָם *Ordo ſeculi* ſive *mundi*, hodie autem appellatur

סֶדֶר עוֹלָם רַבָּא *Ordo ſæculi*, i. e. *Chronicon Majus*, ad differentiam

סֶדֶר עוֹלָם זוּטָא i. e. *Chronici Minoris*, quorum prius hiſtoriam mundi ex Sacro fere Codice (d) pauciſſimis exceptis, inde a prima rerum origine usque ad bellum *Bar Cochba*, qui ab *Adriano* Imp. proſtratus eſt, annis poſt excidium Templi 52. deſcribit, poſterius vero iisdem in compendium miſſis hiſtoriæ filum usque ad M*ar Sutra*, qui anno 452. poſt deſtructum Templum h. e. A. C. 522. vixit, ſubjunctis adhuc octo generationibus deducit. Prius *Chronicon* ſive *Majus Ioſæo* noſtro Chronographi Judæorum laudati in univerſum omnes tribuunt, quibus & accedit R. *Aſarias* in *Meor Enajim* c. 19, prioribus paſſim alias oculatior (e), & non temere in eorum verba jurans. His præſidium naſcitur ex ipſa Talmudis Gemara, ubi סדר עולם nunc ſimpliciter nunc addito *Ioſæi* nomine citatur. Hinc *Iuchaſin* p. 36. b. lin. 1. ſcribit: וסתם סדר עולם ר

(c) Eandem fere noſtri ætatem *Eliezer* ſive *Elaſar* Wormatienſis, quem alii *Garmiſenum* ſive *Geramicenum* ex Hebr. גרמיזא vocant, ſuſpicatus eſt ex eo, quod vox prima, a qua *Seder Olam* incipit, מאדם ratione literarum numerum 86, ſi tota vox inſtar unitatis addatur, afficiat, qui naſcitur etiam ex voce יוסי.

(d) Adeo ut *Morinus* p. 232. *Exerc. Bibl.* reliqua, quæ addantur, tribus aut quatuor periodis contineri, nihilque aliud, quam portantorum Hiſtoricorum inſanam congeriem afferri adfirmet.

(e) Plus tamen ille quam ceteri viderunt, eo quod varias acceſſiones & interpolationes in eo libro agnovit, ceu paulo poſt monebitur.

Digitized by Google

ר׳ יוסי h. e. *ſi ſimpliciter allegatur* סדר עולם intelligitur יוסי. Conferatur idem p. 43. a. Additur vero etiam Joſæi nomen in *Maſſechet Elilim* cap. 1. in *Nidda* f. 46. 2. מאן תנא סדר עולם ר׳ יוסי i. e. *quis docuit Seder Olam? R. Ioſe.* Alibi vero diſerte verba ex *Seder Olam* allegantur, quæ eodem tenore in ſuperſtite hujus tituli libro exſtant; v. c. in *Nidda* l. c. & *Ievamoth* cap. VIII. (conf. *Raym. Martini* Pugionem Fidei p. 447. ed. Lipſ.) hæc leguntur: והתניא בסדר עולם אשר ירושו אבותיך וירשתה ירושה ראשונה ושניה יש להן שלישית אין להן i. e. *Nonne traditio eſt in* Seder Olam: introducet Dominus *in terram, quam poſſederunt Patres tui, & poſſidebis eam. Poſſeſſio prima & ſecunda erit eis: tertia vero non erit.* Eadem legis in *Seder Olam Rabba* c. 30. p. 90. ed. Cl. *Meyeri.*

Alius locus allegatur ad *Schabbath* IX. f. 88. (ceu obſervavit *Seldenus* de Jure Naturæ & Gent. p. 328.) his verbis, quæ latine tantum adferemus: *Legitur in Seder Olam:* Menſis *Niſan, in quo ex Ægypto profecti ſunt Iſraelitæ, die XIV. eos Paſchata ſua immolaſſe & in XV. exiviſſe, qui erat veſpera Sabbati.* Confer hæc cum cap. V. Seder Olam hodierni, p. 15. ed. *Meyerianæ* & eadem ibi inveneris. Propterea & Chriſtiani plurimi in eandem abierunt ſententiam, v. c. *Ioſephus Scaliger* de Emendat. Temporum lib. V. p. 445. *Io. Seldenus* loco modo laudato & Bibliothecarum Rabbinic. Scriptores in univerſum omnes. Interceſſerunt vero alii, ætatis longe recentioris veſtigia in Chronico illo Majori ſibi inveniſſe viſi, ex quibus *Gilb. Gembrardus* in ep. Dedicator. latinæ ſuæ verſioni præmiſſa, librum ait eſſe Anonymum, & ſententiam quidem veterem, methodum autem recentem, & quæ A. C. 1000. non excedat, hoc inprimis uſus argumento, quod a Rabbinis duntaxat 409. annorum v. c. *Raſchio, Kimchio, Aben Eſra* citatur. Eum ſecutus eſt *Io. Morinus* in Exercitt. Biblicis lib II. exerc. I. c. 2. p. 227. vario nec contemnendo doctrinæ apparatu contendens, ætatem Scriptoris & libri trecentis & amplius annis obſignato Talmude cujus ætatem in A. C. 707. refert, inferiorem eſſe. Scriptorem Talmude poſteriorem ſtatuit quoque eximius Chronologiæ vindex *Petrus Allixius*, Morinianis fere argumentis uſus, in ep. ad R. *Iac.* PH. quæ cum dialogo ejus de duplici adventu Meſſiæ prodiit. Cl. *Iac. Baſnage* in Hiſtoria Judæorum Tomo III. p. 333. originem ſcriptionis hujus in Sæculum XII. ſeu annum 1053. poſt excidium

Digitized by Google

Templi, qui A. C. 1124. reſpondet, rejicit, forte ideo, quod utriusque Chronici eundem putaret eſſe auctorem: Minoris enim Scriptor teſtatur a devaſtato templo ad ſuam ætatem effluxiſſe annos 1053. B. *Gabriel Groddeckius* in Theatro Anonymorum Placciano p. 710. in Sæculum ſaltem V. poſt C. N. referendum cenſet, eo quod in Gemara (cujus ætas in idem Sæculum incidit) ad Cod. *Schabbat* f. 88. citetur. Inter hoscum *Morinus* præcipue in adſtruenda libri origine recentiore elaborarit, Cl. *Io. Meyerus* in eruditis ſuis notis ad *Seder Olam* p. 242. ſq. argumenta ejus & diſſentiendi rationes ſub examen revocavit.

Si meum qualecunque judicium interponendum fuerit, non putem cum ratione ad Morini exemplum dubitari poſſe, quod liber aliquis ſub titulo *Seder Olam* & forte etiam ſub nomine Joſæi ante Pandectas Talmudicos exſtiterit. Quod enim Morinus l. c. p. 23. excipit per סדר עולם, quem in Talmude hinc inde citari non negat, vel prorſus non intelligi librum ſingularem, eumque hiſtoricum, vel certe plane alium, quam qui nunc exſtat, id enimvero confidenter magis quam vere dicitur. *Librum* enim innui vel ex interrogatione illa מאן תניא סדר עולם *quis docuit, vel tradidit Seder Olam*, quam antea allegavimus, patet, *hiſtoricum* vero fuiſſe loca ex eo citata evincunt; ab eo denique, qui hodie in manibus verſatur, non eſſe diſtinctum, ex convenientia verborum innoteſcit. Unde & mire ſe torquet, & ne ſic quidem quidquam promovet *Morinus*, quando p. 232. cauſam reddere conatur, unde tanta inter locum Talmudicum, in *Nidda* f. 46. b. ex Seder Olam allatum & caput XXX. τῦ Seder Olam ſimilitudo intercedat. Ait ſcilicet, utrinque verba ex Scriptura petita eſſe. Enimvero ut de fundamento ſermonis, quod præbet locus Biblicus *Deuter.* XXX. 5. id recte adfirmatur, ita certe expoſitio & accommodatio hujus loci, quæ utrinque eſt eadem & iisdem verbis concepta caſu contingere non potuit, ſed indicium præbet certiſſimum, quod vel Talmud ex *Seder Olam* vel hoc ex illo mutuam deſumſerit. Prius vero factum eſſe diſerta libri allegatio evincit, niſi dicere velis, Judæum aliquem recentiorem locis illis Talmudicis primum excitatum fuiſſe, ut compendium aliquod Chronologicum ſub titulo *Seder Olam* & ſub nomine *Ioſæi* elaboraret, & illi ad fidem faciendam locos iſtos ex Talmude insereret, quod Latinis quibusdam ſcriptis v. c. tractatui Pſeudo Ciceronis de Conſolatione uſu veniſſe novimus. Hoc autem qui ſuſpicetur, habet quod aliqua ſaltem ra-

ratione probet, præcipue cum nihil obſtet, quo minus eo tempore, quo Judæi majorum ſuorum traditiones diligentius adſervare & in literas referre incipiebant, compendium aliquod Chronologiæ Sacræ concinnari potuerit. Sicut igitur negare nolim, ante Talmud exſtitiſſe ſcriptum hujus tituli, quod *Ioſæi* nomen, vel ex vero, vel falſo præ ſe tulerit; ita non temere adfirmem, eandem ejus, que nunc eſt, formam ac conditionem fuiſſe, ſed potius ex tenuoribus initiis, ſenſim magis magisque auctum & interpolatum præſentem formam excreviſſe crediderim. Ita ut ſentiam, efficit inprimis R. *Aſarias* in *Meor Enajim* cap. XIX. ubi monet, ex comparatione Codicum hujus libri MSS. ſibi innotuiſſe, varias acceſſiones & interpolationes a recentiore manu repetendas, inter quas ſpeciatim memorat locum, p. 91. ed. Meyerianæ, ubi poſt verba: *deinde ſubduc & computa* &c. in MS. ſuo hæc invenit addita: *deprebendes annos 762. ab excidio Templi numeratos & 1117. ſecundum ſupputationem Græcorum ſeu contractuum.* Quæ quidem verba ſi a primo hujus libri Scriptore profecta credantur, ejus ætas tantum abeſt, ut in Sæculum II. Aeræ Chriſtianæ cadat, ut potius ad annum 834. rejicienda ſit. Hac *Aſariæ* obſervatione inprimis utitur *Morinus* l. c. p. 230. ibidem vero tacet, ipſum Aſariam non ad auctorem ſed interpolatorem operis hæc referre; nec id immerito, cum hiſtoricæ inprimis ſcriptiones acceſſionibus & interpolationibus variis ab omni memoria obnoxiæ fuerint. Firmat ſententiam meam *Seder Olam Sutba*, qui Chronicum majus in compendio, ſed cum continuatione exhibet. Ipſa quoque nominis *Ioſæi* allegatio, quæ aliquoties in Seder Olam Rabba occurrit v. c. p. 1. 81. 85. 91. &c. ubi legis: *R. Ioſe dicit*, fidem facere poterat, (ee) ſcriptionem hanc ex ejus & aliorum, quæ exſtabant, obſervationibus collectam eſſe, ſicut v. c. p. 10. *Iochananis* p. 11. *Ioſuæ*, *Eliezeris*, p. 21. R. *Ioſe fil Iehudæ*, ſententiæ & teſtimonia, nullius autem, quam noſtri, frequentius allegantur.

Quicquid hujus erit a *Ioſæo* ita, prout nunc legimus, profectum non eſſe quædam evincunt, quæ in calce de rebus, ea fere, qua *Ioſe* vixit, ætate geſtis, adeo præter hiſtoriæ fidem referuntur, ut ab æquali, niſi putidiſſimo & rerum omnium imperito Scriptore non exſpectes. Manifeſtum hoc nobisque ſimul otium fecerunt *Morinus* l. c. p. 228. Cl. *Alli-*

(ee) Neque tamen negarim R. *Joſe*, etiamſi ipſe ex parte auctor ſit, nomen ſuum exprimere potuiſſe, quod doctiſſimus *Morinus* negat, atque hinc νοθείας argumentum ducit. Nam & Sacri Scriptores in ſuis commentationibus ſua ipſi nomina commemorare ſolent.

Allixius in epiſtola laudata, & Cl. *Meyerus* in notis ad librum ipſum v. c. p. 452. 507. 820. & 1042.

Unum ſupereſt argumentum, quo & *Morinus* & *Allixius* l. c. demonſtrare annituntur, Chronicon hoc ad *Ioſæum* nulla ratione referri poſſe, teſtimonium ſcilicet *Schalſcheleth* p. 39. b. ubi hæc leguntur verba: מחבר סדר עולם רבא וזוטא היה בדור הזה שכן אומר בחבורו שהיה אז שנת דתת״א לבריאה אלף נ״ג לחרבן והעלים שמו׃ h. e. *auctor Seder Olam Rabba & Suta fuit hac ætate* (nempe qua vixit R, *Chasda f. Iſaac Sprot*) *quia ait in commentatione ſua, quod tunc fuerit annus 4801.* (f) *ab O. C. qui eſt 1053. ab excidio Templi; idem vero nomen ſuum diſſimulavit.* Hinc efficit *Morinus*, auctorem Chronici vixiſſe anno Chriſt. 1124. Sed recte jam monuit Cl. *Meyerus*, verba *Schalſcheleth* non de *compoſitione* ſed *conjunctione*, quod ſcilicet eo ſæculo Chronicon majus minori jungi primo cœperit, accpienda eſſe, adeoque ad eum referenda, cui hæc conjunctio debeatur. Recte hæc dici ex eo patet, quod *Schalſcheleth* paulo ante, nempe p. 32. a. diſertis verbis Ioſen noſtrum auctorem סדר עולם fecerit, & in ſæculum II. poſt C. N. retulerit, a quo proinde tam putidam contradictionem aliquot paginarum intervallo, circa librum non vulgarem, non facile exſpectes. Accedit, quod verba, quæ afferuntur in limine *Seder Olam Sutha* (non *Rabba*) pagina ſcilicet 96. legantur, ut proinde ad illius tantum auctorem ſpectent, cum, ſi de *Rabba* ſeu *Chronico Majore* ſermo ipſi fuiſſet, ex calce ejus, in qua bellum *Barcochba* refertur, certa temporis epocha non minus deduci potuiſſet. Porro ſequeretur, utriusque Chronici auctorem eundem putaſſe ſcriptorem *Schalſcheleth*, quod nec ipſe nec quisquam cogitaverit, cum epitomaſtes & continuator libri amplioris primo ejus auctore omnino inferior ætate reputari debeat. Nihil video hic excipi poſſe, niſi ſi dicatur, per סדר עולם, priori loco in *Schalſcheleth* memoratum, intelligi alium, quam *Seder Olam Rabba*. Id vero gratis aſſumeretur, cum *Schalſcheleth* non aliud *Seder Olam*, quam quod in Talmude ſub Ioſæi nomine excitatur, innuat, illud vero a S. O. Rabba non eſſe diſtinctum, ex allegationi-

(f) Ita *Gedalias* l. c qui ibidem ei reſpondere ait annum 1053. ante excidium Templi, qui tamen non cum anno mundi 4801. ſed 4881. comparari debebat, cum Aera Excidii Templi II. ex Judæorum mente in annum 3828. cadat. Hinc nec ſubjungere debebat Gedalias, alios eum referre ad an. 4881. ipſe enim hoc implicite dixerat. Ceterum annus hic everſi templi reſpondet A, C. 1124.

Digitized by Google

nibus Talmudicis, contextui hodierno reſpondentibus, paulo ante patuit.

Pauca nunc addenda ſunt de ipſo *Seder Olam Sutha*, cujus auctorem anno 4884. C. 1124. vixiſſe verba paulo ante ex limine libri citata evincunt. Nihilominus tamen *Zemach David* ad an. 4881. ætatem Scriptoris incertam eſſe pronunciat, ideo, quod in fine libelli, ultimo loco appellatur *Mar Sutra* ad annum poſt excidium Templi 452. C. 522. deinde vero ſubjunguntur octo tantum generationes, quæ certe 602 annos non efficiunt, qui ad producendos annos 1124. requiruntur, ſed infra dimidium ſubſiſtunt. Præterea auctor nullos omnino Sæculi X. XI. aut XII. Scriptores memorat, quos, ſi tam recenti ætate vixiſſet, non videbatur fuiſſe neglecturus. Hinc igitur conficit *Zemach David*, antiquiorem eſſe Scriptorem, & quidem aliquem ex Geonæis (quos Sæculo poſt C. N. XI. deſiiſſe conſtat) quod ibidem teſtimonio R. *Sinai fil. Bezaleelis* confirmat.(g) Verba vero illa, in limine libri de anno mundi 4881. exſtantia, a recentiore Scriptore ad marginem notata fuiſſe cenſet, tanquam ſuæ ætati convenientia, quæ deinceps librarius incurioſus in contextum retulerit. *Morinus* p. 132. Exerc. Biblic. additamentum hoc non vult agnoſcere cum *Zemach David*, *ſed ſuſpicatur potius irreptionem in fine libri, in verbis ſcilicet ſuperfluis, quæ nullo nexu cum antecedentibus jungantur.* Sed de his ſtatuat quisque, quod volet, nobis ſuffecerit oſtendiſſe, inter Judæos de ætate æque ac auctore *Seder Olam Sura* diſputari, nec proinde conjecturam *Morini* ex nota hac temporis, in iſto compendio obvia, ad novitatem τȣ̃ *Rabba* argumentantis adeo firmum eſſe.

Utrumque Chronicon prodiit *Hebraice Mantuæ* 284. C. 1514. 4. (non in 8. quam formam *Mantuanæ* editioni tribuit *Rich. Simon* in Catalogo Auctorum Hiſt. Crit. V. T. addito) in qua præterea legitur מגלת תענית & R. *Abrahami ben Dior* liber Cabbalæ plagulis 13. Omnes illi libri deinceps recuſi ſunt Baſil. 340. C. 1580. 8. per *Ambroſ. Frobenium*, vitioſe admodum, ita ut integræ periodi deſiderentur. Hac prior eſt *Veneta* 305. C. 1545. 4. apud Marc. Ant. Juſtinianum. Noviſſima eſt *Amſtelod.* 471. C. 1711. 4. *Veneta*, quam dixi, manu Viri docti notata exſtitit in *Bibl. Gvil. Anslarii*, cujus Catalogum vide p. 128.

(g) Ibidem monet, auctorem, quicunque ſit, priorem eſſe R. *Joſepho Tov Alam* (cui in additamentis ad *Juchaſin* p. 164. acceptus fertur) quippe qui Sæculo demum XI. *Gerſoni* æqualis vixerit.

mus, quibus addes Judæorum & Chriſtianorum quorundam teſtimonia, quæ Cl. Meyerus ſuæ editioni præmiſit. *Nicolaus* quidem *Abramus* in Pharo V. T. lib. XX. c. 22. *tanti apud Iudæos* ait *eſſe momenti*, *ut proxime ad canonicos accedat*; nonnulli tamen eorum in ejus verba non jurant, quod eruditiſſimus *Allixius* in laudata ad Judæum epiſtola oſtendit. Ex Chriſtianis ἀνιςορησίαν ejus præter Morinum & Allixium paſſim in notis caſtigavit *Meyerus*, aliquoties nobis laudatus.

ר׳ יוסי בן יוסי R. JOSE f. JOSE *Sacerdos magnus*, ſcripſit 849.

סֵדֶר הָעֲבוֹדָה *ordinem ſervitutis*, ſive *cultus*, i. e. certam precandi formulam pro diebus terribilibus ſecundum ritum Hiſpanorum, in quorum Machſor exſtat.

ר׳ יוסי בן שם טוב R. JOSE f. SCHEM TOV vide infra R. *Joſeph f. Schem Tov.*

יוסף JOSEPHUS *Iacobi* filius, Patriarcha, cujus nomini varia 850. falſo inſcribuntur. Præter Teſtamentum enim quod inter reliqua XII. Patriarcharum Teſtamenta, de quibus diximus ſub *Benjamine*, legitur, paſſim a Patribus *Precatio* ejus quædam memoratur, v. c. *ab Origene* apud Euſebium VI. 11. Præparat. & aliis, quorum loca exhibet eruditiſſimus *Io. Albertus Fabricius* p. 761. ſqq. Codicis Pſeudepigraphi V. T. qui & in ſequentibus p. 771. *Colloquium*, quod ipſi cum uxore Potipharis interceſſiſſe fingunt Talmudici *Ioma* c. 3. f. 35. col. 2. ex Latina verſione Clariſſ. conjunctiſſimique Collegæ mei *Georg. Eliezeris Edzardi* exhibet, & p. 785. memorat librum Magicum *Speculum Ioſephi* a Trithemio laudatum, ut de ceteris non dicam.

ר׳ יוסף R. IOSEPH, neſcio quis, ſcripſit Rabbinico germa- 851. nica dialecto

מַעֲשִׂיּוֹת וְסִפּוּרִים מִן מַלְכֵי יִשְׂרָאֵל h. e. *relationem de rebus geſtis Regum Iſraëlis*, qui liber compendium eſt ſcripti alius, cujus meminimus ſupra ſub R. *Gerſon* f. *Aſcher*.

ר׳ יוסף R. IOSEPH tanquam auctor libri בַּעַל הַלָּשׁוֹן 852. ſimpliciter memoratur a *Marco Marino* in præf. ad Arcam Noæ, & a Barto-

Digitized by Google

toloccio itemque ש״י. Plenius is vocatur R. *Ioſeph* f. *Iebuda Sacuth*, quod nomen vide. Confer quæ ſcripſi ſupra poſt Catalogum Grammaticorum ſub voce דקדוק.

853. ר׳ יוסף R. IOSEPH, *Sacerdos*, Maimonidæ diſcipulus, adeoque Sæculo XIII. clarus, quem Maimonides tanti fecit, ut in ejus gratiam librum *More Nevochim* conſcriberet, ipſique dedicaret. Epiſtola illa dedicatoria legitur etiam in Buxtorfii Inſtit. Epiſtol. p. 362. & alia ad eundem p. 365.

Idem auctor eſt commentarii Arabice ſcripti in *Canticum Canticorum*, quiMS. eſt in B. Bodlej. n. 5392. Laudatur illa expoſitio in *Schalſcheleth* p. 50. a. verſu primo: confer *Eduard. Pocock.* in præf. ad Portam Moſis, *Hottingerum* Hiſt. Eccleſ. N. T. Sæc. XII. p. 254. & in Bibl. Orient. p: 94. *Guſtavum Peringerum* in Hiſtoria eruditionis & Linguæ Arabum p. 142. ſq. & *Imman. Aboab* Nomologiam p. 281. qui opus admirabile vocat.

ר׳ יוסף אבן לב R. JOSEPHUS Aben LEV, v. Joſeph fil. לב.

ר׳ יוסף אבן מגעס vide infra R. *Joſeph ben Meir Levi*.

854. ר׳ יוסף אבלג R. JOSEPHUS ABALEG, Judæus Hiſpanus, ex urbe Veleſa ad diſputat. cum Hieronymo a S. Fide inter ceteros Judæos habendam vocatus: vide *Scheveth Jehuda* p. 227. ed. Lat.

855. ר׳ יוסף בן אברהם R. JOSEPH fil. ABRAHAM Caræus, CPolitanus, vixit circa Sæculum XVI. medium & Aſtronomiæ peritus expoſuit doctrinam de Novilunio ab Aarone Poſteriore in lib. מצות traditam, ut & tabulas Aſtronomicas R. *Eliæ Byzant.* aliaque plura: vide נובלות חכמה p. 56. b.

856. ר׳ יוסף בן ר׳ אברהם בן דית R. JOSEPH fil. R. *Abraham* f. *Deth* vel *Dajith* ſæculo XVI. ineunte floruit, teſte *Schalſcheleth* p. 63. b. l. 14. ſcripſitque

שַׁעֲרֵי צֶדֶק *portæ juſtitiæ*, ex Pſ. CXVIII. 19. cujus argumentum tacetur. R. *Schabtai* in ש״י duplicem hujus tituli librum memorat, alterum Cab-

Cabbaliſticum Anonymi, alterum itidem Cabbaliſt. à R. *Joſeph Karnitol* exaratum & editum *Rivæ Tridenti* 321. C. 1561. 4. Uter horum cum noſtro ſit comparandus, vix dixerim.

ר׳ יוסף בן אברהם אבן וואקר R. JO- 857.
SEPH f. *Abraham* VAKAR, cujus

שִׁיר הַיִּחוּד *hymnus unitatis*, Cabbaliſtici argumenti, excuſus eſt cum libro precum ex ritu Judæorum Germanorum, Amſtelod. & Venet. 4. confer infra R, Joſeph ווקר

ר׳ יוסף בן אברהם הכהן R. JOSEPH fil. *A-* 858.
braham, Sacerdos, ex *Romania* (מרומניא) (i) ſcripſit

מְשׁוּעוֹת אֵל *ſalutes Domini*, ex Pſ. 68. 21. ubi de ritibus in feſto Tabernaculorum celebrando receptis, *Venet.* 364. C. 1604. 4. In catal. Bodlej. p. 363. hic liber dicitur continere explicationes vocis *Hoſchana.* Ibidem ei tribuitur tanquam cum eodem libro edit. טַעַם לְמוֹסִף תַּקָּנוֹת שַׁבָּת *ratio pro auctione ordinationum Sabbati* & liber זִכְרוֹנוֹת *commemorationum* i. e. Chronicon duabus partibus 1554. 8. ſine mentione loci. At enimvero hic poſtremus tribui debebat R. *Joſeph fil. Joſuæ* de quo infra ſuo loco.

ר׳ יוסף בן אדרת R. JOSEPH F. ADDERETH Hi- 859.
ſpanus interfuit diſputationi Judæorum cum Hieron. a. S. Fide v. *Schebeth Iehuda* p. 227. ed. Lat.

ר׳ יוסף אוטלינג R. IOSEPH OTLING, qui Indicem 860.
rituum, qui in libro מרדכי גדול tractantur, addidit editioni *Rivæ Trident.* 319. fol. C. 1559.

ר׳ יוסף אזובי R. JOSEPHUS ÆSOPIUS f. HYSSO- 861.
PÆUS, Poeta, Hiſpanus Perpinianenſis, ſcripſit

(i) i. e. *Romandiola*, Italiæ provincia: nomen hoc in ש״ר p. 40. recte ſcribitur, in Indice vero alphabetico mendoſe legis מגירמניא i. e. Germania.

1) סֵפֶר הַמִּלּוּאִים *librum impletionum* ſive *conſecrationum*, ſive *ſupplementorum*, de argumento, neſcio quo: tacuerunt enim illud Buxtorfius & ש״ר.

2) קַעֲרַת כֶּסֶף *ſcutella argentea* ex *Num.* VII. 13. liber moralis, idemque rhythmicus, verſibus 130. ſecundum pondus ſcutellæ, loco Scripturæ citato memoratæ, conſtans, quo inſtruitur filius ejus, quomodo adverſus conjugem, liberos & familiam gerere ſe debeat. Prod. *CPoli* 293. C. 1533. 8. unde forte Plantavitius auctorem ipſum CPolitanum eſſe ſuſpicatus eſt. Prodiit etiam cum verſ. Lat. *Jo. Merceri* Pariſ. 1559. 8. ut recte habet Bartoloc. & Colomeſ. p. 48. Galliæ Orient. *Imbonatus* p. 120. b. Biblioth. Latino Hebr. Pariſ. 1568. 8. ש״ר vero p. 108. an. 1561. cum verſ. Lat. editum ſcribit, additque *Venet.* etiam 1578. 8. vulgatum eſſe. Alia *Reuchlini* verſio olim exſtitit, ſi fides habenda eſt *Mich. Neandro* in Catalogo librorum Erotematibus L. Hebr. ſubjuncto p. 570. ubi ait, Canticum hoc *Joſephi Eſopæi* continere ſententias morales, & latinitate a Reuchlino donatum prodiiſſe *Hagenoæ* apud *Thom. Anshelmum*. Libellus idem MS. exſtat in B. Vatic. 4. in ejusmodi Codice, qui ejusdem tract. *de conjunctione & oppoſitione luminarium* p. 125. comprehendit, teſte Bartoloccio. Hic Tom. IV. memorat carmen R. *Schemuelis ben Ioſeph* אזובי ſub titulo קערת כסף. Plantavitius n. 624. laudat R. *Salomonem Ezuvi*, Synagogarcham ex Carpentoratenſi Liburnenſem, ſuum quondam præceptorem, qui ex noſtri hujus *Ioſephi* proſapia ſit.

862. ## ר׳ יוסף אישקאפה R. IOSEPH ISCHKAPHA,

caput captivitatis & Pater domus judicii in Synagoga Smyrnenſi, ſcripſit

ראש יוסף *caput Ioſephi*, i. e. comment. in *Turim* tribus in fol. voluminibus, quorum primum prodiit *Smyrnæ* 418. C. 1658. fol. & pertinet ad ritus paſchales, & jejunium quod dicitur תִּשְׁעָה בְּאָב itemque novi anni, Expiationis, Tabernaculorum, Encæniorum & Purim.

Alterum, quod refertur ad Ordinem *Choſchen Miſchpath*, ſpeciatim exponit de Judicibus, teſtibus, literis contractuum &c. ibidem 419. C. 1659. fol. ap. *Abrah. f. Iedidja Gabbai.*

Tertium denique pertinet ad Seder *Seraim*, ibidem excuſum in fol. ſi credimus ש״ר quod tamen nunquam exſtitiſſe mihi affirmavit R. *David Oppenheimer*, Archiſynagogus Pragenſis qui diu fruſtra id quæſivit.

Digitized by Google

ר׳ יוסף אלבו R. JOSEPH ALBO, *Hiſpanus* gente, patria *Sorianus*, interfuit diſputationi, quæ inter Hieronymum a S.Fide & Judæos interceſſit an. 1412. hinc & quædam ejus ad Hieronymi argumenta reſponſio refertur in narratione illius diſputationis in *Scheveth Jebuda* p. 269. ſq. edit. Lat. Cumque quod ſupra ſub *Ioſua Halorki* diximus, Judæi ex hac pugna inferiores diſcederent, *Albo* noſter adductus fuit, ut ad confirmandos ſuorum animos ſcriptum contra Chriſtianam religionem exararet ſub tit. 862.

סֵפֶר עִקָּרִים *liber fundamentorum* (k) ſive *articulorum* fidei Judaicæ, quos ad tria capita (l) revocavit, nempe *exiſtentiam Dei, Legem Moſis*, doctrinamque *de præmiis & pœnis* vitæ imminentis. Scripſit hunc librum teſte *Iuchaſin* p. 134. a. poſt med. & *Zemach David* p. 147. ed. Latinæ an. 185. C. 1425. obiitque 1430. quamvis *Gedalias in Schalſcheleth* p. 61. & cum iis ex aliorum ſententia *Plantavitius* obitum ejus referat in annum 1390. Editus eſt liber in quatuor partis diſtinctus *Soncini* 247. C. 1487. *Arimini* anno 1522. 4. qui annus in ש״י omiſſus memoratur in Catal. Bodlejano p. 15. *Venet.* 281. C. 1521. apud *Bombergium*, iterumque ibidem apud *Io., de Phari* 304. C. 1544. quam edit. memorat Bartoloc. ſolus, reperitur vero in B. Oppenheimeri, in qua etiam vidi *Theſſalonic.* an. 281. C. 1521. ac *Lublini* 357. C. 1597. 4. Adde *Venet.* 384. C. 1624. Librum illum alii latine redditum reliquerunt, alii vertendum promiſerunt: ad priores referendus eſt *Matthias Elias*, ceteroquin ignotus, cujus translationem ab Illuſtri *Winckelmanno* adſervari teſtatur *Jo. a Lent* in Theologia Judaica p. 18. comparata cum p. 153. *Conr. Graſeri* verſio Latina in Bibliotheca ejus cum ceteris MSS. apud filium Thorunienſis Gymnaſii Rectorem delituiſſe teſtatur *Meelfuhrerus* in Acceſſionibus ad Almeloveenii B. Promiſſam & Lat. p. 39. B. *Gabriel Groddeckius*, Profeſſor quondam Gedanenſis in Novis Literariis Maris Balthici 1700. Febr. p. 37. numeratur inter eos, qui verſionem tentarint, ſed minus recte, cum ipſe in literis ad Cl. *Anckerſenium* id negarit, rumorisque originem inde re-

(k) *Reuchlinus* & *Geſnerus* verterunt *librum Radicum*, non alio, credo, ſenſu, quam quem nos alia voce expreſſimus, unde forte excuſari magis quam reprehendi a Bartoloccio debebat.

(l) Confer B. *Carpzovii* differt. de tredecim Articulis Fidei Iudaicæ, quæ inter diſſertatt. ejus Academicas recuſa eſt; adde infra *Moſes Maimonides*.

repetierit, quod aliquando plagulas quaſdam verſionis a B. *Scherzero* inceptæ, a ſe correctas amico cuidam oſtenderit. Obſervat hoc V. C. *Bernhardus Raupachius* in Oratione de utilitate peregrinationis Danicæ p. 12. & in not. p. 39. ubi præterea monet, *Buxtorſium, Hulſium & Scherzerum* (quibus addiderim *Jo, Andr. Eiſenmengerum* in Judaiſmo detecto paſſim) quædam illius libri vertiſſe, nunc vero eundem laborem ſub manibus habere Cl. *Matthiam Ansgarium* ſive *Anckerſenium*, Profeſſorem Hafnienſem, qui illius verſionis ſpem fecit in *Spicilegio defectus Lexicorum Rabbinic. Hafn.* 1705. edito p. 9. ſicut ante eum Vener. *Io Muhlius*, Antiſtes Holſatiæ Ducalis, eadem opera ſit plene perfunctus, quam tamen ad alia vocatus ſecundis curis ſubjicere non potuerit. Vener. *Io. Steenbuchium*, Hebrææ olim linguæ, nunc Theologiæ Profeſſorem Hafnienſem verſionis ſpem feciſſe ex Novis Literar. Maris Balthici an: 1705. p. 56. apparet, quæ cur non fuerit divulgata, ipſe p. 291. Examinis verſionis Vernaculæ docet. Grotius in epiſtolis ſuis p. 14. & 111. optat, ut interpretatio quædam exſtaret. Inter editiones Hebraicas ea eſt varietas, ut V. C. *Io. Wulferus* ex *Lublinenſi*, quam diximus, in notis ad Theriacam Judaicam p. 126. locum quendam reſtituat, quem in editione *Veneta* anni 1624. fruſtra requiras. (m) Ex libri lectione apparet, eum potiſſimum in confutandis dogmatibus, quæ Pontificiæ Eccleſiæ fere propria ſunt, verſari: unde *Gilbertus Genebrardus* illius & R. *Dav. Kimchii* exceptiones contra Chriſtianæ fidei articulos, ſpeciatimque Miſſam allatas latine exhibuit & ſtrictim confutavit Pariſ. 1566. 8. Judæos multum illi tribuere vel ex elogio *Philoſophi divini*, quo in *Zemach David* ad an. 5185. mactatur, apparet, ne dicam, R. *Gedaliam f. Salomonis* eundem librum cum commentario diffuſo *Venet.* 378. C. 1618. fol. ſub titulo *Arboris plantatæ* edidiſſe cum ipſo textu, quod ſupra ſuo loco obſervavimus. Addo hic, quod *Beughemius* in Incunabulis Typographiæ p. 6. monet, R. Ioſ. Albo arborem plantatam ſeu librum fundamentorum relig. Iudaicæ contra Chriſtianos hebr. prodiiſſe *Arimini* 1486. 4. Crediderim, eam editionem *Ariminenſem* exhibere tantum *Albonis* contextum ſine commentario, qui proprie *arbor plantata* dicitur, cum ש״י *Ariminenſem* ſo-

(m) Mirum hoc videri non debet, cum liber hic ex parte adverſus religionem Chriſtianam directus ſit, ut proinde loca in eam injuria vel inquiſitorum, vel Judæorum ſibi rebusque ſuis timentium opera ſint omiſſa: & vidi ſane Codices quoſdam editos, in quibus loca ejusmodi jam excuſa diligenter inducta & deleta erant.

Digitized by

ſolius libri ſine anno memoret, & ſtatim *Venetam*, quæ comment. additum habet, ſubjungat.

Chriſtiani quoque auctori doctrinæ laudem reliquerunt; ſic *Andr. Maſius* in Indice auctorum Iudaic. ſubjuncto commentario in Ioſuam, *doctum* vocat *librum & ex media Philoſophia ſcriptum. Hugoni Grotio* ad Matthæi V. 20. *acerrimi judicii Iudæus* audit. Enimvero omnem hanc laudem inſigni animi malignitate detriviſſe ac deturpaſſe exiſtimandus eſt. Lege præterea de hoc libro *Io. Buxtorfii* Synagogam Iudaicam cap. I. MS. eſt inter *Huntingtonianos* in B. *Bodlej.* n. 304.

Præter hunc librum alius illi, & quidem vernacula (h. e. Hiſpanica) lingua conſcriptus adverſus Epiſcopum ſive Pontificem (הגמון) tribuitur in *Iuchaſin* p. 134. a. non addita libri inſcriptione.

Sic & ש"י eidem vindicat librum מֵאָה דַפִּין i. e. *centum folia*, quo itidem de articulis fidei commentatus ſit, procul dubio ex fide *Schalſcheleth* p. 61. a.

ר' יוסף בן אליהו R. IOSEPH f. ELIÆ, Sacerdos 863.
juſtitiæ Archiſynag. זאסליו quod Volhyniæ opidum eſt Sæculo XVII. ineunte claruit & ſcr.

1) יְסוֹד יוֹסֵף *fundamentum Ioſephi*, i. e. comment. literalis & Cabbaliſt. in *Pirke Avoth Cracov.* 398. C. 1638. 4.

2) רֶכֶב אֵלִיָּהוּ *currus Eliæ* liber ex variis libris Moralibus, veteribus & recentt. collectus, & ſecundum ordinem ſententiarum *Pirke Avoth* diſpoſitus, ita ut ex ſingulis ſectionibus Miſchnicis conſectarium Morale deducatur. *Cracov.* eodem anno 4.

ר' יוסף בן אלכסנדר R. IOSEPH Goſel f. ALEXAN- 864.
DRI cognomine *Witzenhauſen* (n) dictus, unde in ש"י pag. 85. plenius vocatur *Ioſeph Gozel f. Alexander Witzenhauſen*, ex conſilio *Ioſephi Athiæ* V. T. in dialectum Judæo-Germ. convertit, quod deinde prodiit ex *Athiæ* officina *Amſtelod.* an. 439. C. *1679.* fol. V. C. *Iacobum le Long* conſueta & laudatiſſima induſtria hic deſtituit, quando in Biblioth. Sac. Parte II. p. 271. verſionem hanc Germ. diſtinguit a verſione *Ioſ. Athiæ*, quam ait prodi-

(n) Dictus ita eſt a patria, urbe ſcilicet in Heſſia inferiori ſita: quemadmodum recte Judæi ſæpius nomen a patria ferunt.

prodiiſſe 1670. fol. Enimvero nec prodiit unquam verſio Germ. ex Athiæ officina ante an, 1679. ceu diſerte monetur in titulo, & in Privilegio Ordinum Belgii, quod annum 1676. præfert, nec *Athias* ullam unquam fecit, ſed illam *Ioſephi* fil. *Alexandri* (cujus nomen itidem in titulo & præfat. expreſſum eſt) verſionem excudi tantum curavit, eumque a R. *Meir* שטערין Archiſynagogo Germanorum Amſtelodamenſi & R. *Schabtai*, auctore, שפתי ישינים reviſam, qui poſterior operam inprimis dedit, ut ejusmodi adhiberentur voces, quæ a Iudæis Germanis quibuscunque intelligerentur. Confer *Conclave librorum novum* (Neuer Bücher-Saal) Parte XXV. p. 788. Ceterum recuſa eſt hæc verſio *Amſtelod.* 447. C. 1687. fol. & literis Germanicis expreſſa in *Bibliis Pentaplis* Wandesbeci prope Hamburgum 1711. 4.

865. ר׳ יוסף בן ר׳ אלעזר R. IOSEPH f. R. ELEASAR,

Hiſpanus, Iudex Synagogæ Cæſarauguſtanæ, ſcripſit

לוחות מַהַתְּקופות *tabulas ingreſſus Solis in quatuor puncta Cardinalia* A. M. 5095. C. 1335. MS. in B. Vatic. 4.

866. ר׳ יוסף בר אלחנן R. IOSEPH f. ELCHANAN *Heilbronnenſis*, (היילפרון) claruit Sæc. XVI. & ſcripſit

1) אֵם הַיֶּלֶד *mater pueri* ex *Exod.* II. 8. liber Grammaticus, in uſum puerorum, quo verborum conjugationum, nominumque flectendorum ratio exponitur. *Prag.* 8. tum alias, tum an. 453. C. 1693. & 463. C. 1703.

2) מְאִירַת עֵינַיִם *illuminans oculos*, ex *Pſalm.* XIX. 9. quo continetur compendioſa expoſitio 613. præceptorum, ſecundum Maimonidem. Hunc librum memorans *Plantavitius* n. 304. auctorem vocat *Ioſephum Havelperon* & cum eo *Cavius* apud *Placcium* in Theatro Anonym. p. 702. ubi pro *Habesperon* legi debit *Havelperon*, quod effictum eſt ex היילפרון.

3) קוֹל הַקּוֹרֵא *vox legentis*, ex *Iſ.* XL. 3. Grammatica parva in uſum puerorum *Cracov.* 8. illius meminit *Elias Levita* in libro בחור. Hunc librum Bartoloc. infra tribuit ficto cuidam auctori R. *Ioſeph* עליפרון

ר׳

Digitized by Google

ר׳ יוסף אלפואל v. infra R. *Joſ.* f. *Iſaac Alpual.*

יוסף אלקרקסני vide infra Ioſeph קרקסני.

ר׳ יוסף בן אספאק R. JOSEPH f. ASPACK Medicus, ſcr. de ratione morbos ex inſpecta urina cognoſcendi, MS. in Vatic. 4. n. 368. p. 76. 867.

ר׳ יוסף בן אפרים קארו R. IOSEPH f. *Ephraim* KARO: vid. R. Joſeph קארו.

ר׳ יוסף אשכנזי R. IOSEPH *Germanus*, ſcripſit 868.

כֶּתֶר תּוֹרָה *corona Legis*, lib. Cabbaliſticus, ut patet ex indice libb. Cabbaliſtic. libro *Jezira* ed. Mantuanæ ſubjuncto. Hunc omiſit ש״י. Exſtat alius ejuſdem tituli, quo explicantur 613. præcepta *CPoli* 296. editus, ſed ille ſcriptus eſt a R. *David* f. *Salomon Vidal*, de quo ſuo loco diximus. Unde Buxtorfius ab ὁμωνυμίᾳ ſibi non cavit, quando illum noſtro huic *Ioſepho* tribuit.

ר׳ יוסף בכור שור R. JOSEPH BECHOR SCHOR (o) quo nomine vocatur in ש״י & Catalogo Bibl. Leidenſis p. 284. n. 17. i. e. R. *Ioſeph primogenitus bos*, alluſione, ut puto, facta ad *Deuter.* XXXIII. 17. ſcr. 869.

חִדּוּשֵׁי הַתּוֹרָה i. e. novellas explicationes Cabbaliſticas in Pentateuchum quæ MSS. exſtant in B. Leidenſi, inter Codd. Warnerianos p. 284. n. 17.

ר׳ יוסף ביבאס R. JOSEPH VIVAS vel *Veibes*, ſcripſit carmen in laudem libri *Jad* & ipſius Maimonidis, quod in calce opp. Maimonid. *CPoli* 5269. C. 1509. fol. editorum exſtat. 870.

ר׳ יוסף בחרן R. JOSEPHUS BACHRAN, Judæus Aſtronomus in Aſſyria Sæc. XII. vixiſſe dicitur, eo tempore, quo *David Eldavid* Meſſiam ſe venditavit; vide *Scheveth Iehuda* p. 166. verſ. Lat. 871.

Sss 2 ר׳

(o) *Bartoloc.* minus recte legit בחור שור & vertit *juvenis bos.*

872. ר׳ יוסף ברצלוני R. IOSEPH *Barcinonenſis* ſcripſit Arabice

מַרְפֵּא נַפָּשׁוֹת i. e. *medela animarum* ſive *ſanans animas*, liber moralis, hebraice, Interprete neſcio quo, converſus. Memoratur Buxtorfio Hotting. Bartol. & ש״ו.

873. יוסף בן גוריון IOSEPH fil. GORIONIS (a) ſeu GORIONIDES, quem Iudæi alias יוסיפון (b) vocant, Iudæis idem videtur cum *Flavio Ioſepho Matthatiæ* filio, unde & in *Iuchaſin* vocatur יוסף בן מתתיה בן גוריון, ſicut etiam auctor ipſe, quamvis *Gorionidem* ſe ubique appellet, nihilominus tamen *Ioſephus* ille celebris Hiſtoriographus videri cupit, v. c. p. 257. ed. Breithaupti ubi hæc legis: *Anno Imperii 134.* (c) *ego Ioſephus Sacerdos, Gorionis Sacerdotis filius, natus ſum, idem ille, qui Ioſephus Iudæus nominatur, de quo dicitur, quod librum Bellorum Domini ſcripſerit, qui ſexta pars eſt hujus libri &c.* & ſæpe alias. (d) Unde nec mirum adeo videri debet, quod eadem ſit Iudæorum ſententia, v. c. *Abrahami Conat* in præf. & R. *Tam* (*) in animadverſione editioni CPolit. præmiſſa, *Ganzii*

(a) Hujus mentio fit in Tract. *Taanith* c. 3. fol. 19. & alias, diciturque ille fuiſſe *Nicodemi* frater, dives & magnæ auctoritatis, ut propterea Joſephum illum a Joſepho Arimathæenſi non diſtinguendum putent *Jac. Altingius* de Schilo lib. IV. c. 23. p. 309. ſq. & *Jo. Jac. Huldricus* in notis ad *Toldos Jeſchu* p. 92. Joſephus quoque Gorionidæ meminit v. c. de Bello Judaico lib. II. c. 42. & IV. 20.

(b) Nominis hujus יוסיפון ex *Joſepho* deducti rationem reddit R. *Tam* in animadverſ. editioni CPolit. ſecundæ & ſequentibus aliis præmitti ſolita. Ait ſcilicet יוסיפון eſſe nomen diminutivum, modeſtiam præ ſe ferens. Ipſe Scriptor *Joſephi* & *Joſipponis* nomen pro eodem haberi voluit, ceu patet ex cap. 67. p. 293. ed. Gagnerii, ubi ita: *Hæc dicit* Joſeph ben Gorion, *ipſe eſt* יוסיפון JOSIPPON, *nomine quidem diminutivo* Joſippon, *ſed appellatur apud Græcos* יוסיפוס Ἰώσηπος, *apud Latinos autem* יוסיפוס Joſippus. . . . *Et appellaverunt eum* Joſippon *in titulum dignitatis & laudis, quia tunc unctus fuit unctione militari.* Quomodo *Joſippus* ſit nomen diminutivum & ſimul titulus dignitatis exponit R. *Tam* in præfat. laudata.

(c) Compara locum hunc cum p. 350. 352. & 751. & non parum pugnantia deprehendes, quod *Zemach David* non diffitetur ad an. 3757. Adde Gagnerii præfat. p. 21. qui oſtendit ex narratione Joſippi, de anno ſuo natali & ceteris vitæ intervallis conſeqvi eum tempore Excidii 190. annos ætatis habuiſſe.

(d) Quæ de ſe & rebus ſuis noſter narrat, ea diligenter collegit Cl. Gagnerius in præf. ſua p. 19. ſqq. conferri etiam poteſt Index Breithauptianus.

(*) Hic R. *Tam* in præfat. illa ſua ait, Joſephum apud Græcos inveniri ex Hebr. tranſlatum, a

zii in *Zemach David* ad an. 3757. & 3829. R. *Aſarias* in Meor Enajim p. 87. & *Schabbataus* in ש״י qui tamen fatetur, Ioſephum illum, qui in Chriſtianorum manibus verſetur, Hebraico illo eſſe pleniorem. (e) Hanc Iudæorum ſententiam ſequuntur ex Chriſtianis nonnulli, ſed perpauci, nominatim *Seb. Munſterus* & V. C. *Io. Fridericus Breithauptus* in præfationibus, quas uterque editionibus ſuis præmiſerunt, qui quidem non felicius hiſtoriam hanc *Flavio* illi *Ioſepho*, quam V. C. *Io. Harduinus* hujus ſcripta impoſtori cuidam Sæculi XIII. poſt C. N. vindicare adgreſſi ſunt. His addi debet *Io. Wilb. Zieroldus* in Introduct. ad Hiſtor. Eccleſ. p. 275. In contrariam vero ſententiam diſceſſerunt plures, qui & *Ioſephum Gorionidem* a *Flavio Ioſepho fil. Matthia*, Hiſtorico celebri, diſtinxerunt, & Ioſephum illum, qui Hebraice exſtat, Gorionidæ ætate longa inferiorem eſſe recte judicarunt, recentiorem quendam Scriptorem Ioſephi nomen aſſumſiſſe exiſtimantes, qui Ioſepho vel Græco vel potius (f) Latine converſo ita uſus ſit, ut pro arbitrio alia omitteret, interpolaret alia, alia quoque ex ſcriptis recentioribus & fabuloſis adderet. Ita pridem ſtatuerunt *Gilb. Genebrardus* lib. II. Chronographiæ ad A. C. 69. & *Anton. Poſſevinus* in Apparatu, *Io. Bodinus* in Indice Hiſtoriarum *Methodo legendi hiſtorias* ſubjuncto, *Io. Druſius* de Trihæreſio Iudæorum c. 8.

quibus appellatur Ἰώσηπος, interprete *Strabone*: reperiri etiam Latine converſum apud Romanos, quibus vocetur *Goſippus*, ex interpretatione *Gregorii* Pontificis M. Judæorum tempore *Sebaſtiani Cæſaris* amici.

(e) Meminerunt præterea noſtri ex Judæis R. *Saadias Gaon* in Daniel. IX. 27. Bibl. Buxtorfian. p. 895. 1. *Raſchi* comm. in Danielem ſæpiſſime, v. c. ad cap. V. 1. VI. 29. &c. *Abraham ben Eſra* comm. in *Daniel* II. 29. IX. 27. R. *Abraham ben Dior* in libro Cabbalæ Parte III. de Regibus domus II. p. 117. ed. Baſil, *Dav. Kimchi* comm. in Haggæi II. 7. & 10. & libro Radicum voce משך & פנג. R. *Moſes Nachmanides* in *Geneſ.* L. 9. R. *Bechai* ad *Geneſ.* L. 8. Iſaac *Abarbanel* aliquoties, ut & liber *Juchaſin* & *Schalſcheleth* aliquoties: quæ loca Cl. Gagnerius præfationi ſuæ ſubjecit.

(f) Ex Latina Joſephi verſione ſua eum deſumſiſſe ex eo veri ſit ſimile, quod alios quoque Scriptores Latine converſos adhibuit, & ea occaſione in varios errores prolapſus eſt. Sic p. 46. ed. *Gagner.* & p. 98. ed. *Breithaupti* Hammoni *canina* tribuitur *barba* ex homonymia vocis Latinæ *canis*, quam cum ille de *capillis* ex ſenio albeſcentibus interpretari deberet, adeoque vertere per *barbam canis conſpicuam*, ipſe de *cane* animali accipiens convertit זקן ולב. Sic alibi *Antiochum Pium* hebr. פיאוס vocat p. 147. ed. Gagner. prout ſcilicet in Latino Codice invenit, quem alioquin החסיד vocaturus erat. Ita p. 169. *Alexandram* Reginam prophetiſſam facit, ex his Latinis Joſephi verbis male, quæ Gagnerii ſuſpicio eſt, intellectis: *Et quæ præponeret futuris præſentia.*

Ioſ. Scaliger in Elencho Trihæreſii cap. IV. *Iſaacus Caſaubonus* Exerc. XIII. Anti Baron. n. 36. & Exerc. XVI. n. 154. *Gerh. Io. Voſſius* de Hiſtor. Græcis lib. II. p. 137. *Anton. Hulſius* in Theolog. Iud. lib. I. Part. I. p. 128. ſq. *Conſtant. l' Empereur* præf. ad Tract. *Middoth*, *Wilh. Henr. Vorſtius* ad Zemach David p. 282. qui eum ad Caroli M. tempora refert, *Io. Morinus* in Exercitt. Biblicis, lib. II. exerc. 1. cap. 3 *Io. Gagnerius* in præf. erudita ad Pſeudo Gorionidæ verſionem ac V. C. *Iac. Basnage* in Hiſtoria Iudæorum Tom. V. p. 1540. ne de doctiſſimo *Io. Rainoldo* Tom. I. p. 1241. ſqq. & Tom. II. p. 304. Prælectionum de Apocryphis V. T. B. *Gabr. Groddeckio* in Theatro Anonymorum Placciano p. 696. & Cl. *Io. Buxtorfio* p. 339. Catalectorum Philolog. Theolog. dicam. Et habent ſane illi rationes idoneas ita ſentiendi, cum ipſe Ioſephus Græcus a Gorionide ſatis ſe diſtinguat, lib. II. c. 42. de Bello Iudaico, ſicut & lib. V. c. 1. obitum ejus memorat. Præterea idem ſe filium *Matathiæ*, nusquam vero *Gorionis* appellat, nec dici poteſt, utroque eum nomine appellatum fuiſſe, niſi id diſerto ipſius Ioſephi teſtimonio conſtet. *Flav. Ioſephus* Sacerdotem ſe profitetur: noſter diſerte ſe talem negat p. 242. G. & 464. B. *Ioſippon* cum *Ioſepho* pugnat, quando cap. 95. ed. Gagnerii, & lib. VI. c. 55. p. 867. ed. Breithaupti refert, Gorionem, quem Patrem ſuum fingit, ex carcere una cum uxore ſua & filio *Bonin* egreſſum eſſe, ac viginti menſibus poſt capta Hieroſolyma diem obiiſſe. At enimvero Ioſephus viciſſim IV. 20. de Bello Iudaico tradit, Gorionem ante quam urbs obſidione cingeretur, ab hominibus tyrannidem adfectantibus oppreſſum miſere & trucidatum eſſe; idemque fratrem ſuum non *Bonin*, ſed *Matthiam* in Vita ſua appellat; unde & Cl. *Breithauptus* in notis ſuis profitetur, harum rerum nihil apud Ioſephum memorari, quod tolerari forte poterat, niſi contraria adferentur. Porro, *ſi conjicere licet*, (verba habes Gagnerii ex præfatione ejus p. 25.) *ex multis, quæ ille ſive de populorum, Provinciarum, navium, montium & fluviorum modernis nominibus, ſive de novis variarum linguarum idiotismis, quos frequenter uſurpat, ſive denique de moribus ritibusque gentium, præcipue Romanorum recentiorum, ſuis per totum operis decurſum ſcriptis conſignavit, omnino fatendum eſt, eum, qui talia ſcripſerit, multis centenis annis poſt Templi II. excidium vitam produxiſſe.* Ita in limine ſtatim memorat Francos, Franciam, Seinam fluvium, Bretones & Bretaniam, Seinam fluvium, Bulgar, Turcos, Ongros, Toſcanam

Digitized by Google

nam, Engleſe, Alemaniam, Lombardos, Tevero, Po, Daniam, quam alibi Danmarkam vocat, ubi non ſolum nova aliquot nomina, ſed recentiores & vernaculas ex variis linguis appellationes deprehenderis. Addit his Cl. *Gagnerius* in Cl. *Clerici* Bibl. Sel. Tom. XXV. Parte I. p. 75. ex cap. 21. p. 65. nomina אלחן & אלסאר i. e. *Cham* Tartarorum & *Czaar* Moſcorum. Vidit etiam noſter ſeptem Reges coronis a Cæſare ornatos & Senatus Romani juſſu electos: memorat etiam Præfectum magnum Romæ, Patrem Præfectorum omnium, qui Romæ *Pater* Græcis vero פטרון appellaretur: quibus verbis Electores Imperii Romani, & Papam denique ipſum indicari nemo non intelligit. Lege omnem hanc ſolennitatem fuſius expoſitam apud *Ioſippon* p. 341. ſq. ed. Gagnerii & 667. ſq. ed. Breithaupt. Accedit, uſum eſſe noſtrum Scriptoribus ætatis longe recentioris, quam quæ ad tam remotum temporis intervallum referri poſſit, quod paulo poſt intelligemus. Denique ſententiæ huic præſidium naſcitur ex allegationibus, quæ in ſcriptis inferiorum Sæculorum demum deprehenduntur. In Talmud certe nullum ejus exſtat veſtigium, quod certe hoc magis mireris, cum alius liber hiſtoricus, nempe סדר עולם, quem a *Ioſeph ben Chelpetha* profectum tradunt Talmudici, aliquoties allegatur, ceu ſupra oſtendimus, qui tamen Scriptor Joſepho Gorionide integro ſæculo inferior eſt, cujus proinde major procul dubio ratio habita a Talmudicis foret, ſi tunc exitiſſet. Poſt Talmudicos Scriptores allegatur primum, non a R. *David Kimchio*, (g) ceu in Theatro Anonymorum Placciano p. 696. traditur, nec ab *Abrahamo Levita ben Dior* (h) in libro *Cabbala*, qui ſcripſit Sæculo XI. medio

(g) Is præterea eodem in loco dicitur ſcripſiſſe an 1380. forte per typographi vitium pro 1180. eo enim fere tempore Kimchium clauiſſe ſupra oſtendimus.

(h) Ita ſtatuit *Jo. Morinus* & alii, quod non magis recte dicitur, quam in Theatro Anonymorum l. c. p. 696. b. negatur, ullam ibi ejus fieri mentionem. Diſerte enim memoratur in limine Partis III. ספר הקבלה quæ de Regibus Iſraelitarum ſub Templo II. exponit, his verbis: ואלה דברי מלכי ישראל בבית שני כפי מה שמצאנו בספר יוסף הכהן בן גוריון i. e. *hæ ſunt res geſtæ Regum Iſraelis ſub Domo ſecunda, prout invenimus in libro Joſephi Sacerdot. fil. Gorion.* Taceo, totam illam narrationem compendium *Joſippi* exhibere quod ſupra oſtendimus ſub *Abraham ben Dior.* In eo tamen recte Theatrum Anonymorum l. c. animadvertit in *Munſterum*, quod in præfat. ſua ad Joſephum ר״י בן illum cujus mentio fit in calce Partis I. ס׳ הקבלה interpretatur per: ר׳ יוסף

dio, ſed a R. *Saadia Gaon* (i) Seculi X. fere medii Scriptore, de quo primus, quod ſciam, monuit Cl. G*agnerius* in præfat. ſua p. 28. Neque objici hic poteſt, in loco hoc, quam nota (*i*) exhibet, non librum ſed nomen tantum Scriptoris memorari: res enim ipſa, quæ a Saadia refertur, ex Gorionidæ libro omnino petita videtur p. 321. ed. G*agner*. & 614. ed. Breithaupti ubi hæc legis: *Et conſtituit illum*(*Veſpaſianus*) לשר *in Principem & magnum inter Principes ſuos*, *&c.* Accedit, *Saadiam* referre hiſtoriam *Habacuci* cibos *Danieli* ferentis, & Eunuchi illius cuſtodis *Belſcbaſaris*, quam debere videtur Gorionidæ p. 10. ed. G. & 36. ed. B. Niſi itaque hæc a recentiori manu forte Interpretis, qui ex Arabico hebraicum fecit, *Saadiæ* addita ſuſpiceris, non immerito hinc de ætate, in quam Scriptor incidit, judicium formari poteſt.

Cum enim *Saadias* circa A. C. 936, ſcripſerit, neceſſe eſt, ut liber Pſeudo Gorionidæ minimum exſtiterit Sæculo IX. poſt C. N. a qua ſententia non procul diſcedit *Vorſtius* ad *Zemach David* p. 281. ubi noſtrum ad Caroli M. ætatem judicat referendum , ſicut & G*agnerius* p. 27. ea, quæ de coronatione retulit loco antea laudato, a Scriptore in Carolo M. & aliis forte ejus Succeſſoribus viſa eſſe ſuſpicatur. Longius eum removet *Morinus* p. 233. poſt A. C. milleſimum demum commentationem ejus innotuiſſe adfirmans.

Quidquid hujus erit, id certe ex dictis conſtabit , ſcriptum eſſe ſuppoſitum & medii ævi , nec habere diſſentientes idonea opinionis ſuæ præſidia.

Quod enim *Munſterus* & alii ajunt Ioſephum illum Flavium, omnino hebraice ſciviſſe, librum ipſum elegantiori ſtylo ſcriptum , quam qui in recentem Hebraiſmum cadat præterea vero a Iudæis v. c. *Kimchio* citari, quod non niſi ex Hebraico contextu fieri potuerit, loca denique illa, quæ recentiorem ætatem ſapiant, ab interpolatoris (k) cujusdam

בעל זכרונות, quod tamen ſcriptionis compendium potius de רבי יוחנן זכאי cujus ibidem paulo antea meminerat, accipi debet.

(i) Locus ita habet latine, ad *Dan.* IX. 27. Et roborabit fœdus multis: i. e. Rex Romæ poſt domum (deſolatam) percutiet fœdus cum urbibus & oppidis ex Iſraele ſeptimana una. & multos accipiet ſecum, ut ſint ipſi ליועצים in conſiliarios ולשרים & in principes exercitus, כגון יוסף בן גוריון הכהן ſicut Joſephum ben Gorion Sacerdotem & ſocios ejus.

(k) Id ex Judæis primus, quod ſciam, monuit R. *Aſarias* in *Meor Enajim* cap. 19. ex Chriſtianis vero in univerſum omnes, *Munſterus* imprimis & *Breithauptus*, ex cujus Indice id

Digitized by Google

dam manu eſſe repetenda; ea cauſam certe non juvant: cum Hebraicam linguam (l) callere neque tamen adhibere eam potuerit, qui in Romanorum gratiam ſe potiſſimum ſcripſiſſe profiteatur; dictio elegans quidem ſit, ſed nec ſatis caſtigata, nec ab ætate inferiori aliena; (m) Iudæi vero illi, qui ejus meminerunt, novi ſint & a Ioſephi ætate valde ſejuncti; tota denique hiſtoriæ ſtructura novitatis veſtigiis ita ſit diſtincta & perſperſa, ut bonam operis partem perdas, ſi interpolationes & acceſſiones, quas vocant, ſuſtuleris. *Breithauptus* pro eadem ſententia in præf. ſua urget inprimis accuratam & prolixam arietum penſilium & curulium deſcriptionem, qualis nec inveniatur alibi, nec a quoquam niſi *αὐτόπτῃ* proficiſci potuerit; (vide lib. VI. c. 15. ed. *Breith.* & c. 70. p. 302. ed. *Gagnerii*) poſtea præclarum de *Johanne Baptiſta* teſtimonium lib. V. c. 45. quale a recentiori Iudæo non exſpectes; *Reineſium* inſuper in epiſt. ad Seb. Snellium n. 9. inter eas, quas *Chriſtophorus Arnoldus* de teſtimonio Flaviano edidit, veri putaſſe ſimile, jam Sæculo I. aut II. poſt C. N. verſionem Ioſephi Hebraicam exſtitiſſe, *Baronium* quoque in Annalibus memorare MS. Ioſephi Codicem in Bibl. Vatic. obvium. Enimvero deſcriptio illa ex antiquiorum narrationibus (n) peti facile potuit, neque videtur admodum eſſe accurata, cum arietes pondere quodam humum depreſſos referat; teſtimonium de *Ioanne Baptiſta* legitur lib. XVIII. 7. Antiquitt. quod recentior hic Scriptor augere facile potuit ex iis, quæ a Chriſtianis forte perceperat. (o) Reineſii vero de verſione Hebraica judicium conjectura innititur, nec PſeudoGorionidem juvat, quem ipſe pro ſuppoſito habuit; MS. denique Vaticanum a Caſaubono merito in dubium

patet: Cl. *Gagnerius* pleraque loca in *Animadverſionibus* ſuis ad edit. Breithauptian. repetiit.

(l) Vide infra ſub *Joſepho fil. Matathiæ.*

(m(Multa enim occurrunt barbara & exotica, v. c. *Hippodromus, amphitheatrum, Crucidæ Legiones* &c. deinde *Maimonidæ* & *Abarbanelis* ſtilus non minus elegans eſt aut Biblicus, quamvis recentiorum Scriptorum: Conf. Theatrum Anonym. Placcianum p. 696. & Cl. *Gagnerii* præf. p. 32.

(n) *Sic Gagnerius* in Tom. XXV. B. Selectæ p. 52. ad oculum oſtendit, impoſtorem hanc deſcriptionem partim ex genuino Ioſepho lib. III. 9. de *Bello Jud.* partim ex *Vegetii* IV. 14. & 15. de Re Militari, partim ex ingenio ſuo petiiſſe.

(o) Hoc eo magis veri fit ſimile, quia ipſa Evangelii verba, ceu *Breith.* fatetur, repetit: quod nemini inſolens aut a Judæorum rationibus alienum videri debet, cum plura alia ex Novi Inſtrumenti tabulis in Talmud tranſtulerint, qua de re in recenſione Talmudis dicemus.

by Google

vocatum fuit, qua de re ſub *Ioſepho fil. Matathiæ* dicemus. Quæ præterea a Cl. Breithaupto pro antiquitate ſcripti ex lib. II. c. 9. ubi de *Nectanebo* (p) Ægypti Rege, & ex lib. I. c. 2. ubi de *Zepho*, Eliphaſi filio, aliquid refertur, memorantur, eorum prius ex Latina verſione libri *de rebus geſtis* Alexandri M. cujus auctor Sæculo VII. vel VIII. poſt C. N. vixiſſe videtur, petitum eſt, quod Cl. *Gagnerius* ad oculum oſtendit, poſterius vero Rabbinicam ſapit fabulam, ex Targum Jonath. & Talmude Babyl. derivatam. Confer Cl. *Io. Clerici* Bibliothecam Selectam Tomo XXIII. p. 194. ſqq. & Cl. *Gagnerium* in Animadverſionibus ſuis ad Cl. *Breithaupti* editionem Gorionidæ, Bibliothecæ Selectæ doctiſſimi Clerici Tomo XXV. Parte I. p. 43. ſqq. inſertis, quibus inter cetera Breithaupti argumentis reſpondetur. Cl. *Breithauptus* quidem cauſam contra Cl. *Clericum* tueri adgreſſus eſt in præf. ad Raſchii comm. Latine verſum in libros Hiſtoricos *Gothæ* 1714. 4. editum, erudite, fateor, ſed cauſæ culpa minus ſolide. Præcipuum ſententiæ præſidium in poſſeſſione *γνησιότητος* quærit, in quam Gorionidem miſerit communis Judæorum, idoneorum teſtium, conſenſus, de quo proinde non niſi ſolidis & perſpicuis rationibus dejici poſſit, præcipue cum oſtendi non poſſit, quis tandem librum illum & qua de cauſa Gorionidæ ſuppoſuerit. Sed quis tandem eſt ille communis Judæorum conſenſus? non alius, niſi paucorum quorundam, eorumque reſpectu ætatis Gorionidæ recentiorum, Sæculi ſcilicet a C. N. X. & ſequentium: illine igitur idoneum de tam remotæ ætatis libro judicium ferre poſſunt, ejusmodi præſertim homines, qui omnia ſua *κειμήλια* putant, & antiquitatis titulo ornare conſueverunt? Nihil igitur obſtabit, quo minus librum ספר יצירה & alia ejusmodi ſcripta Cabbaliſtica Abrahamo & antiquiſſimis Scriptoribus tribuamus, pro quorum *γνησιότητι* longe major teſtium numerus propugnat. Cur, quæſo, nullum in Talmude, cur nullum apud *Hieronymum, Epiphanium* aliosve Scriptores Eccleſiaſtic. hujus rei eſt veſtigium? Quod enim *Euſebius* libros de Bello Jud. lingua patria a Joſepho primum ſcriptos teſtatur, id ipſi etiam Joſepho, in limine idem adfirmanti, credimus: quis vero præſtiterit, Hebraica id factum eſſe lingua, nec potius Syro Chaldaica, quæ tum temporis recepta erat? imo quis crediderit, eosdem hos eſſe libros, quos nunc hebraice legimus, & in quibus tot cum Joſepho pugnantia, tot fabuloſa & re-

(p) Ipſe Cl. *Breith.* in verbis ſuis p. 90. hanc narrationem, quam pro *γνησιότητι* Scriptoris adfert, ab interpolatore repetendam putat.

rejicula ipſe agnovit *Breithauptus*. At hæc, inquies, ab interpolatore profecta ſunt: ſed quis hæc dixerit, tacentibus Judæis omnibus, & in poſſeſſione γνησιότητος eum omni ex parte confirmantibus, ſi unum exceperis *Aſariam*, Sæculi XVI. medii Scriptorem? Quis nominarit illum interpolatorem, quis cauſam interpolationis adæquatam attulerit? Ita ſua ipſa vineta cædit Cl. Breithauptus, quando auctorem operis, Gorionidæ ſuppoſiti, diſerte ſibi nominari, & cauſas præterea hujus conſilii exponi cupit. Quæ poſtulata ſi æqua forent, en tibi innumeros ex antiquitate tum Sacra tum profana impoſtores ſuæ vindicatos integritati, quorum ſcilicet & nomina & conſilia nos latent: neque ipſe V. C. cauſam haberet, cur Gorionidem argueret interpolationis. Iudæos denique idoneos in hac cauſa, præſertim propria, teſtes nemo admiſerit, qui eos hiſtoriæ omnis, ex qua hæc res decidi debet, ignaros, & Critico acumine, ſi forte Aſariam, Eliam Levitam, & pauciſſimos alios exceperis, deſtitutos eſſe, meminerit. Evidentia denique argumenta contra γνησιότητα nemo amplius deſiderabit, qui recogitaverit tot fabulas ex recentioribus Scriptoribus petitas, tot pugnantes cum Ioſepho ſententias &c. quas interpolatori tribuere velle eſt totum opus huic vindicare. (q)

Recens itaque Scriptor eſt, idemque & Ioſepho illo antiquo & aliis partim antiquis partim recentioribus rerum geſtarum commentariis uſus, ex quibus ipſe lib. I. c. 21. p. 67. ed. Breith. & p. 28. ed. *Gagnerii* memorat *Nic. Damaſcenum* (r) *Strabonem Cappadocem*, *Titum* (Livium) טוגטס *Togtam* (s) Hieroſolymit. (quem Cl. Breithauptus p. 68. ex *Timagenis* nomine confictum non præter rem ſtatuit, cum *Timagenes* hic a Ioſepho Græco lib. II. contra Appionem duobus illis *Nicolao* & *Strabani* jungatur, & פורפיוס *Porophium*, pro quo *Porphyrium* legit Breithauptus, *Paulum* vero *Oroſium* innui, neſcio quam recte, ſuſpicatur *Gagnerius*. His accedit præter libros Perſarum, Medorum, Macedonum, Græcorum &c. quos hinc inde citare ſolet, *liber Generationum Alexandri* (t) quem a Ma-

(q) Hæc breviter ex ſtudio veritatis cum Cl. *Breithaupti* venia dixiſſe licuerit, cujus alioquin doctrinam & induſtriam promeritis laudibus non defraudamus.

(r) Fuit hic Imperatoris Auguſti æqualis, & Vitæ ejus Scriptor, de quo lege, ſi placet, *Hugonis Grotii* epiſtolas Parte I. n. 264. P. D. *Huetium* in Demonſtr. Evang. Prop. IV, c. 2. n. 40. & Celeb. J. A. *Fabricium* Biblioth. Græc. lib. II. p. 652. & Lib. III. p. 306.

(s) Longius a veſtigiis ſcriptionis recedit *Gagnerius*, qui *Trogum Pompejum* innui putat.

(t) De eo libro infra pluribus dicemus ſub בטולמי.

a Magis Ægyptiis ſcriptum ad partes vocat p. 94. ed. Gagnerii & p. 152. ed. Breithaupti, & totum fere ad verbum ex Latino exemplari hiſtoriæ ſuæ inſeruit, quod ex Codice Biblioth. Bodlej. MS. num N. E. 2. 8. inſtituta per ſingulas paginas comparatione manifeſtum fecit Cl. *Gagnerius* in editione ſua Latina lib. II. Hanc vero hiſtoriam recentiorem ætatem & Monachi cujusdam ingenium ſapere & res ipſa oſtendit, & pridem monuit *Gerh. Io. Voſſius* de Hiſtoricis Latinis lib. III. p. 654.

His præſidiis innixus Auctor Opus ſuum in libros VI. diſtinctum ita perfecit, ut lib. I. variarum gentium, præcipue Europæarum, Imperiique Romani, potiſſimum vero res Iudæorum ſub Templo II. usque ad ejus excidium a *Tito* profectum, ex Apocryphis potiſſimum ſcriptis *Danielis*, *Eſtheris*, *Eſræ*, *Machabæorum* libris & *Joſepho* perſequatur: libro II. Alexandri M. geſta enarret: lib. III. cujus duo priora capita ex *Hieronymi* Chronico Euſebiano deſumta eſſe, *Gagnerius* oſtendit, usque ad finem operis Hiſtoriam Iudaicam ex Machabæorum libris, & Ioſephi Latini Antiquitatibus ac deſcriptione Belli Iudaici deſcribat.

Editiones exſtant variæ, nempe (u) *CPolitana* anni 250. C. 1490. ab *Abrahamo Conath* Judæo, cujus elogium Joſepho datum ſuæ præfationi inſeruit *Munſterus*, & ibidem 270. C. 1510. qua uſum ſe profitetur *Jo. Morinus*. In poſteriore illa exſtat etiam R. *Tam* (x) *fil. Dav. Iachija* de *Gorionide* & ejus ſcripto animadverſio, quæ in ſequentibus editionibus Hebr. omnibus comparet, unde præter rationem in Actis Erud. an. 1690. p. 301. editio *Francof.* 1690. 12. illi accepta fertur, qui tunc jam ante duo fere Sæcula obierat. Hinc verſio *Venet.* 304. C. 1544. per *Cornel. Adelkind* (in qua editione locum quendam, quo *Meſech* pro Tuſciæ incolis qui Chriſtiani ſunt, venditantur, omiſſum ex MSta quadam Judæi nota ſupplet,

(u) Ante *CPolitanam* illam aliam exſtitiſſe & quidem *Turcicam* ex verbis Aſariæ p. 87. a. conſequitur, quæ ita habent: narratio illa, quæ in libro VI de Veſpaſiano præſente Ioſepho in Cæſarem inaugurato, non niſi in edit. *Turcica* (תוגרמה) & inde in *Veneta* legitur in editione enim *Germanica* & duabus editt. præcedentibus *Abrah. Conath* non exſtat quidquam illius, "אין בו שמץ מנהו". Hinc etiam conſequitur, utramque edit. Veneta priorem ab Abrah. Conatho fuiſſe curatam, quamvis in poſteriore anni 270. cura quoque R. *Tam*, cum ejus animadverſione in fine acceſſerit, in qua cum dicatur, hanc editionem librum illum methodo laudabiliori & perfectiori *quam cæteras priores exhibere*, conficitur, aliam eſſe CPolitana anni 250. priorem.

(x) Eum *Morinus* p. 235. Exerc. B. vocat R. *Tham fil. Laduni*, atque adeo titulum honoris, qui in Patrem R. *Tham* cadebat, pro cognomine accepit. Scriptum enim fuit ר' תבם בן לארוני דוד i. e. *R. Tham filius Domini mei Davidis* &c.

Digitized by

plet Vener. *Io. Wulferus* in notis ad Theriacam Judaicam p. 243. Porro *Cracov.* (y) 355. C. 1595. & *Francof. ad Mœn.* 450. C. 1690. 12.

Hebraice & Latine cura *Seb. Munſteri,* (z) cujus verſio cum notis ſeparatim accedit, ad fidem CPolitanæ, ceu ipſe in præf. profitetur, Baſil. 1541. fol. ita qvidem expreſſa, ut duobus primis capitibus cum magna tertii parte, quæ ſcilicet Munſtero videbantur ab alio addita eſſe, reſectis, omiſſo etiam capitis VII. fine, & neglectis iis omnibus, quæ libro II. de hiſtoria Alexandri M.| fuſe referuntur, pluribus quoque aliis hinc inde truncatis vel mutilatis, vel ad exemplum Joſephi Græci aut Latini correctis, totus liber VI. qui de *Bello Iudaico* exponit, & 34. capitibus conſtat, deſideretur, quem alia ſe occaſione daturum in fronte editionis ſuæ promittit *Munſterus*, ſed nunquam præſtitit. Unde ſimul patet, exemplar Hebr. quo uſus eſt Munſterus, non fuiſſe in fine mutilum, ceu ſuſpicatur Morinus p. 234. ſed extremam illam partem deliberate fuiſſe omiſſam. In editione hac curanda uſum ſe ait *CPolitana* Munſterus, & quidem ita: *ut alia non reddiderit, quam quæ in codice illo inveniantur,* ſi excipias ea, quæ in limine ſe deſtinato conſilio omiſiſſe ipſe monet. Quod ſi itaque plena fides hic tribuenda eſt Munſtero, cum Gagnerio dicendum fuerit, in editione *CPolitana* ea itidem, quæ in Munſteriana, fuiſſe omiſſa, ab Editore *Abrah. Conath*, eo forte conſilio, ut fraus impoſturæ non innoteſceret Chriſtianis. Id vero ſuſpicari tantum poſſumus de priore CPolit. anni 250. cum poſterior anni 270. eodem modo, quo *Veneta* & aliæ plenæ *Joſippi* editiones hodie comparatæ ſunt, delineetur a *Morino* p. 234. Cum vero utraque CPolitana *Abrahamo Conath* debeatur, quod R. *Aſarias* in Meor Enajim teſtatur p. 87. a. (vide ſupra not. u) nec cauſam videam, cur poſteriorem priore pleniorem edere voluerit, Munſterum de induſtria cetera quoque illa ſuſtuliſſe potius, quam in CPolitana priore non inveniſſe crediderim, præcipue, cum veri fiat ſimile, Munſterum editione poſteriore anni 270. (ipſe enim nullam memorat) tanquam propiore ſuæ ætati uſum eſſe. Munſterus præterea diviſionem operis pro arbitrio mutavit: cum enim CPolitana anni 270.

(y) *Cracov.* & *Venetam* prorſus conſentire adfirmat Cl. *Gagnerius* in præfat. p. 5. & diſſentire eas vel illo exemplo patet, quod Cl. Triglandius in diſſertat. de Caræis attulit pag. 55. ſeq.

(z) Titulus eſt: *Joſephus Hebraicus diu deſideratiſſimus, & nunc ex CPolitano exemplari juxta Hebraiſmum opera Seb. Munſteri verſus, & annotationibus atque collationibus illuſtratus.*

& ceteræ, quæ illam ſecutæ ſunt Hebraicæ omnes, nec minus Hebræo-Germanica in ſex libros diſtincta libro I. capita V. libro II. capita octo. libro III. capp. tria lib. IV. capp. octodecim, lib. V. ſeptem, libro denique VI. reliqua omnia usque ad caput XCVII. (tot enim capitibus totum opus abſolvitur) exhibeat; *Munſteriana* libro I. ſolum caput III. ed. CPolit. idque mutilatum, libro II. caput IV. & V. libro III. caput XVI. & novem alia omiſſis, quæ inter V. & XVI. interjiciuntur, ac libro IV. & V. reliqua omnia, quæ usque ad finem capitis LXIII. leguntur, repræſentet, ut proinde is non ſolum librorum ſed & capitum diviſionem pro lubitu mutarit. Quod quidem minus recte factum videtur, cum illa diviſio, in ed. CPolit. obvia, non tam editori, (a) quam ipſi Scriptori operis debeatur, quod patet ex cap. III. p. 27. ed. Gagnerii, & p. 66. ed. Breithaupti, ubi totam ejus Seriem ipſe delineat. Idem confirmatur ex libro Juchaſin qui p. 140. Paulinæ hiſtoriam memorans citat lib. VI. c. 66. ubi tamen legi debet c. 62, & fol. 141 allegat lib. VI. c. 63. Eandem diviſionem in MS. ſuo invenit *Raym. Martini*, ceu patet ex ejus *Pugione Fidei* Parte II. c. 4. ubi allegat c. XCII.

Aliam *verſionem Latinam*, quæ ad fidem exemplarium Hebræorum integri Pſeudo Gorionidæ, eodem ordine optimo conſilio dedit V. C. *Joannes Gagnier*, A. M. gente Gallus, qui nunc in Anglia commoratur, *Oxon* 1706. 4. pp. 542. qui Hebraismum, quoad fieri poteſt, ſectatur in notis brevis eſt, ſed eruditus, in textu ea quæ Ioſippon aliis debet, Italico, quæ ſibi ipſi, diverſo charactere, exprimit, locis, unde ſua hauſit, ad oram notatis, in qva præterea lemmata argumentorum, de quibus agit auctor, conſpiciuntur, ne dicam de comparatione, quæ per totum librum II. de rebus Aldxandri exponentem cum MS. Latino Bodlejano ejusdem argumenti inſtituitur. Præmiſſa quoque optimo conſilio eſt R. *Tam* præfatio Latine converſa.

Hanc ſecuta eſt alia *Hebræo-Latina* Nobiliſſimi ICti, *Io. Friderici Breithaupti*, Conſiliarii Cæſarei & Gothani, *Gothæ* 1707. 4. quæ ad fidem editionis Venetæ, mutata tamen diviſione & librorum & capitum, nitidis formis expreſſa eſt, & in notis, quæ ſingulis paginis ſubjiciuetur, ſuccinctis(diffuſiores enim alias ſe daturum qromiſit) comparationem inſtituit cum ed. CPolit. & Munſteriana, *Ioſephi* item & *Hegeſippi* commen-

(a) Editor quidem R. *Tam* in præfat. ſe illius ordinis auctorem venditat, quod, utut largiri velimus, ipſius tamen in libros ſex diſtinctionis fundamentum ab auctore ipſo jactum eſt,

mentariis Hiſtoricis. Interpretatio ſatis fida eſt, & perſpicua notæque nunc ad illuſtrandum nunc ad confirmandum auctorem referuntur (b) Miſerat ille jam anno 1700. Specimen aliquod hujus ſuæ verſionis, *Gotha* editum, ad eruditos, nihil vero inaudiverat de Interpretatione *Gagneriana*, quam anno demum 1710. ab ipſo auctore ſe accepiſſe teſtatur in præf. ad Latin. verſionem *Raſchii* in Prophetas. Ordinem librorum & capitum a Breithaupto prorſus mutatum eſſe modo monuimus, qui cum ordine in ed. Anglicana & Hebraicis omnibus obſervato, conciliabitur, ſi obſervetur,

librum I. Ioſippi *Gagneriani* produci usque ad lib. II. c. 9. Breith. p. 90.
librum II. - - - - ad lib. II. c. 23. p. 152.
librum III. - - - usque ad lib. III. c. 3. p. 177.
librum IV. - - - usque ad lib. IV. c. 16. p. 309.
librum V. - - - usque ad lib, V. c. 1. p. 351.
librum VI. a p. 351. his verbis כר ך אמר יוסף usque ad finem.

Dialecto *Rabbinico-Germanica* Joſippon prodiit *Pragæ* in 4. ſine mentione anni, quam edit. laudat B. *Carpzovius* ad Schickardi Jus Regium p. 27. hinc *Amſtelod.* 421. C. 1661. 8. cum expoſitione locorum quorundam breviuſcula, contextui ipſi per parentheſes inſerta, & effigie Impp. quorundam ac Virorum illuſtrium, de quibus ſermo eſt: accedit in fine בבא ברך de quo ſuo loco *Francof. ad Mœn.* 451. C. 1692. 8. & 468. C. 1708. 8. Alia verſio Germanica *Michaelis Adami*, Ex Judæi, *Tiguri* prodiit literis Hebr. 306. C. 1546. 4. vide *Neandri* Erotemata L. Hebr. p. 409. In Theatro Placciano Anon. p. 697. ed. CPolit. & deinde Tigurina memoratur ubi pro CPolit. legenda eſt *Conſtantienſis*. *Geſnerus* enim *Conſtantiæ* 1545. prodiiſſe ſcribit.

Anglicanam Pet. Morwini interpretationem Gorionidæ ibidem laudari video, mendoſe, cum *Baleus* Parte II. Scriptorum Anglic. p. 113. ad quem provocatur, non de Gorionide, ſed de Joſephi Græci libris de B. Judaico loquatur.

MS.

(b) Suas in hanc editionem & verſionem Animadverſiones Latine ſcriptas Cl. *Gagnerius* inſerendas curavit anno 1712. Bibliothecæ Selectæ Cl. *Clerici* Tom. XXV. Parte I. p. 43. ad 118. una cum epiſtola ad Cl. Breithauptum ſcripta. In illis primo quidem argumenta *Breith.* pro γνησιότητι Gorionidæ refellit, deinde vero quædam in verſione loca notat minus recte, ut fieri ſolet, ſenſum Scriptoris exprimentia, obſcura denique nonnulla denuo illuſtrat. Eas nondum vidiſſe videtur Cl. Breith. qui alioquin in præfat. ad poſtremum Volumen verſ. Latinæ comment. *Raſchii* 1714. editum procul dubio reſpondiſſet.

MS. exemplari, editioni CPolitanæ 1510. ſimili uſus eſt *Raym. Martini* in Pugione Fidei Parte II. c. 3. p. 220. & cap. IV. p. 260. ed. Pariſ. ubi nullam in ſententiis aliquam in vocibus & phraſibus differentiam obſerves. In Vatic. Cod. membranaceum n. 408. deprehendi teſtatur B. in quo p. 72. b. & 81. legatur *Flavii Joſephi* nomen, paſſim vero recentiora variarum regionum nomina occurrant. Quæ quidem res videtur occaſionem feciſſe *Baronio* Tom I. Annalium A. C. 34. ut exemplum hoc pro Flavii Joſephi Antiquitatibus hebr. converſis haberet.

Exſtant præterea quædam hujus *Joſippi* Compendia, interque ea unum *Seb. Munſteri* cura *Wormatiæ* 1529. 8. apud *Petrum Schæferum* iterumque *Seb. Lepusculo* annitente *Baſileæ* 1559. 8. cum acceſſionibus variis recuſum, de quo ſupra p. 40. ſq. ita dictum fuit, ut manifeſtum fieret, *Abrahamum ben Dior* hujus compendii eſſe auctorem. Atque ille quidem nonnulla aliunde adſumſit, quod ipſe in limine profitetur, ubi ſe ſua in libro Joſephi & aliis libris rectis inveniſſe profitetur. *Germanice* idem converſum eſt a *Georg. Wolfio*, Paſtore Grimmenſi, primum *Magdeb.* 1561. 4. hinc *Francof.* 1613. 8. editum, in cujus titulo dicitur interpretatio hæc recognita, & notis marginalibus inſtructa eſſe, additis *Joſephi* & *Hegeſippi* locis, in quibus fuſius eadem referuntur.

Verſio *Germ.* totum compendium Munſterianum exacte refert usq; ad p. 221. ubi legitur locus ex *Philonis* libello de Temporibus usque ad p. 224. Hinc p. 225. ſq. ſequuntur hiſtoriæ variæ de calamitatibus & ſeditionibus Judæorum, denique de Talmude, Cabbala & Targumim, itemque an Talmud abolendum, & quomodo cum Judæis agendum ſit, disputatur.

Compendium *Hebræo German.* per feminam Iudaicam אידל filiam *Moſis R. Mendel Cracov.* 430. C. 1670. 4. editum laudat ש״ו p. 68. n. 53. *Pars Joſippi* & quidem poſtrema, quam *Munſterus* in ed. *Baſil.* 1541. omiſerat, Latine prodiit ſtudio *Dav. Kyberi* Argentorati 1550. 8. ſub titulo *Hiſtoria Belli Iudaici ex Ioſepho Hebræo, quem Iudæi hodie vocant* Joſephon. Eam Gallice a *Franc. Belleforeſto* translatam legimus in veteribus Joſephi editionibus Gallicis.

Arabicum compendium ſub titulo *libri Machabæorum II. ex translatione Hebræorum* exſtat in calce Polyglottorum *Pariſ.* & *Londin.* ubi confer præfat. *Pariſ.* ut & *Ant. Van Dalen* de Ariſtea p. 136. & *Barthol. Herbelotum* in Biblioth. Orient. p. 863. a. Similis Cod. Arab. MS. in Bodlej. in 4. in-

inter Codd. *Marſchallianos* n. 139. inde ab Adamo uſque ad excidium Templi II. progreſſus, & anno 1223. ſcriptus invenitur, itemque alius in fol. inter *Huntingtonian.* n. 238. qui ab hiſtoria *Zephonis* fil. *Eliphaz* incipiens in excidio Templi adquieſcit. Utrinque auctor vocatur *Ioſeph fil. Carion.*

Hebraicum compend. MS. papyraceum ſolum excidium Hieroſolymit. deſcribens, A. C. 1461. exaratum inter *Huntingtonianos* n. 345. deprehenditur, in quo teſte *Gagnerio* in calce monetur, *Titum* Joſepho dediſſe inſulam quandam in *Tiberi* medio ſitam, in ipſa urbe Roma, in qua *Ioſephus* & domum pro familia ſua & Synagogam exſtruxerit.

Hujusmodi compendia a Judæis innui putarunt eruditi, v. c. *Ioſ. Scaliger* Elencho Trihæreſii p. 44. & ejus expmplo *Nic. Serarius* aliique, quando laudari vident ספר בן גוריון הארוך i. e. *librum Gorionidæ longum* ſive amplum, & הקצר ſive *curtum*, v. c. in *Iuchaſin* f. 14. & 140. 141. Sed Cl. *Gagnerius* primus, quod ſciam, opportune monuit, *Ioſephum* illum *amplum* eſſe *Flavium Ioſephum*, qui Græce exſtat, & mole omnino ſuperat Pſeudo Gorionidem, *curtum* vero ſeu ſuccinctum *Pſeudo Gorionidæ* (c) illi reſpondere. Quæ enim p. 14. *Iuchaſin* memoratur hiſtoria *Helenæ Reginæ* proſelytæ, in *Ioſepho* Græco lib. XX. 2. uerſ. Lat. exſtat, in Hebræo vero fruſtra quæritur, ſicut f. 14. Sacerdos, qui tempore Alexandri M. vixit, *Iddo* vocatur ex *Ioſepho Græco* ſeu *Longo*, quem Hebræus appellat חוניה. Confirmatur hoc teſtimonio ש״י p. 28. n. 25. ubi ait: אבל היוסיפון לנוצרים הוא יותר גדול i. e. *Ioſephus Chriſtianorum amplior eſt.* Sicut & R. *Tham* in præfatione ſua ad Joſephum ſcribit, Joſephum in Romanorum gratiam ſcripſiſſe librum יותר גדול i. e. *majorem* Hebraico, qui ab illis גושיפוש מאיור *Ioſephus Major* vocetur.

Eduard. Bernardus in Specimine Joſephi ſui an. 1691. edito pollicetur, ſe *Ioſepho* ſuo additurum eſſe Gorionidem Arabicum vel Hebr. cum verſ. Latina, quæ tamen ſpes cum ipſo exſpiravit.

Plura noſter ſcripſiſſe videri vult, quod generatim innuit cap. LV. p. 243. (466. B.) Speciatim vero memorat:

Uuu 1)

(c) Habent & alia nomina, quibus *Joſephum Græcum* ab *Hebræo* diſtinguunt, illum quidem יוסיפון לרומיים i. e. *Joſephum Romanis ſcriptum*, vel יוסיפון לנוצרים i. e. *Joſephum Chriſtianorum*, hunc autem יוסיפון לישראל i. e. *Joſephum Iſraelitis ſcriptum*, vel יוסיפון העברי *Joſippon Hebræum*, vel יוסיפון אשר אצלינו *Joſippon qui apud nos eſt*, vocitant ea

1) *librum Hiſtoricum* לְרוֹמִיִּים *in gratiam Romanorum*, cap. III. p. 27. & c. 42. p. 188. quem p. 171.

סֵפֶר הַגָּדוֹל *librum magnum* appellat, cui vaticinia quædam de excidio Romæ ſe adtexuiſſe ibidem ſcribit.

3) ס׳ חָכְמַת יוֹסֵף *librum Sapientiæ Ioſephi* c. 55. p. 237. (452. B.)

4) ס׳ תוֹכָחוֹת וּמְרִיבוֹת *librum refutationum & controverſiarum*, contra Scriptores Gentiles, qui Judæos calumniati ſunt. Forte hic alluditur ad libros contra Appionem.

5) קִינוֹת i. e. *Threnos* quoque carmine ſcripſit, quorum nonnulli ipſi Operi Hiſtorico inſerti ſunt, id quod ſpecimine quodam oſtendit Cl. *Gagnerius* p. 452. Vide edit. Breith. p. 886.

Ultimo loco monendum eſt, Iudæos adhuc hodie de Pſeudo-Gorionide hoc magnifice ſentire, inductos, ut puto, inſigni elogio, R. *Tam fil. Iechija* in præfatione, quæ in edd. tum *Hebræis* tum *Hebræo Germ.* hodie conſpicitur. In ea enim magnifica hæc verba leguntur: *Hujus libri verba omnia ſunt juſtitia & veritas, neque perverſitas ulla invenitur in eo. Cujus quidem rei ſignum eſt, quod propius accedat ad Prophetiam, quam ceteri omnes libri, qui poſt Scripturas Sacras editi ſunt Siquidem ante Miſchnam & Talmud ſcriptus fuit. Adde, quod ſuper Virum illum fuit manus Jehovæ, dum hunc librum componeret, & parum abeſt, quin ejus verba ſint verba Viri Dei.* Sed huic merito opponitur R. *Aſariæ de Rubeis*, Iudæi κριτικωτάτου, judicium in Meor Enajim lib. III. c. 19. p. 86. b. ubi ita: *Sicut nobis videtur, in quibusdam locis corruptum eſſe Flavium Joſephum, qui ſcriptus eſt in uſum Romanorum; ita quidam ex noſtris Sapientibus oculos ſuos aperuerunt, legentes Joſephum Hebræum, cujuscunque etiam ſit editionis, eumque intus corruptum eſſe animadverterunt, quia variæ generationes ei manus ſuas immiſerunt ſive amplificando explicationes ſive addendo hiſtorias apud alios inventas, quod fieri non debebat.* Ibidem exemplis quibusdam huic adſertioni fidem facit, quæ Latine converſa leges inter teſtimonia *Seder Olam* a Cl. *Io. Meyero* præmiſſa. *Abarbanelis* de *Ioſepho* locus, qui in ejus מַעְיְנֵי יְשׁוּעָה f. 65. Fonte X. palma 7. legitur, ubi & adulationis adverſus Romanos, & contradictionum adverſus Scripturam arguitur, nonnullis minus recte pertinere ad Pſeudo Gorioni-

nidem exiſtimatur, cum ad Græcum ſpectet, id quod vel ex initio cenſuræ apparet his verbis conceptæ; *Ego vero dico*, inquit, *numerum hunc, quem nomine Ioſephi memorant*, (ſcilicet *Beda* & *Africanus*) *falſum eſſe: non enim ſic exſtat in libro filii* Gorionis (en! quomodo Joſephum iſtum Græcum ab Hebræo diſtinguat,) *qui inter nos eſt. Et quamvis concederemus illis, Ioſephum hoc ſcripſiſſe, non tamen id apud nos receptum eſt: multa enim ſcripſit cum perverſione veritatis, & contra Scripturæ teſtimonium, aucupandæ Romanorum gratiæ cauſa &c.* Locum integrum vide apud *Vorſtium* ad *Zemach David* p. 286. & *Voiſinium* ad Raym. Martini Pugionem Fidei p. 303. ed. Lipſ. & 242. Pariſ. Ex recentiſſimis Hebræis *Dav. Nieto*, Archiſynagogus Londinenſis, & Doctor inter ſuos Medicus, cujus מטה דן ſupra ſuo loco recenſuimus, candide faſſus eſt Cl. *Io. Gagnerio*, ſe Scriptorem hunc pro plano & impoſtore ſemper habuiſſe. Vide Cl. Clerici Bibl. Sanct. Tom. XXV. Part. I. p. 43.

Non omittenda eſt expoſitio loci cujusdam Pſeudo Gorionidæ 874.
noſtri de *Karæis, Serario, Druſio, Munſtero*, ipſique *Scaligero* non ſatis intellecti, quam dedit *Iac. Triglandius* in diatriba de Karæis p. 55. ſq.

ר׳ יוסף גיקטיליה R. JOSEPH GECATILIA (vel ut alii, ſpeciatimque *Hottingerus* Sæc. XII. Hiſt. Eccleſ. N. T. p. 257. vocat *Gictilia*, vel ut *Bartolocc. Gigatella*) per compendium הרי״ג dictus, *Hiſpanus*, unde Kirchero ſimpliciter vocatur *Joſephus Caſtilienſis* in Oedipo Tomo I. p. 173. & alibi, exſul vixit Sæculo XV. extremo, quem in Gemara & Cabbala ad miraculum usque verſatum fuiſſe ait *Schalſcheleth* p. 63. b. l. 2. unde & plerumque vocatur הַמְקוּבָּל הָאֱלֹהִי *Cabbaliſta divinus*, (d) miraculis quoque inter ſuos illuſtris, quia in *Juchaſin* dicitur בַּעַל הַנִּסִּים i. e. θαυματεργός. Scripſit ille

1) גִּנַּת אֱגוֹז *hortus nucis*, (e) ex *Cantic.* VI. 11. qui liber ſecundum

(d) Præclare quoque de noſtro ſenſit *Reuchlinus* lib. I. Cabbalæ, ubi hæc legis: *Mea tamen ſententia nemo unquam de iſta ſcripſit arte usque dudum artificioſius, nemo diſtinctius, nemo lucidius, quam* R. Joſeph bar Abraham *Caſtilienſis, civis Salemitanus, tria hujus facultatis Volumina ſtudioſe molitus, quibus omnem Cabbaliſtarum inſtitutionem fecit clariorem: primum de dictionibus: ſecundum de literis & tertium Volumen de punctis.*

(e) Ex hoc libro varias de Vocalibus obſervationes adfert *Buxtorfius* de antiquitate Vocalium p. 59. ſqq.

dum ש״י in tres partes diſtinctus 1) de nominibus ſanctis ſive divinis, 2) de 22. literis 3) de vocalibus & accentibus diſſerit, & quidem Cabbaliſtice. *Bartoloccius* poſt *Plantavit*. n. 115. (qui eum vocat R. *Joſ. bar Abraham*) tradit, agi ibi de tribus Cabbalæ ſpeciebus, *Gematria*, *Notarikon*, *Temura*, quæ indicentur per literas vocis גנת initiales. Enimvero his ſpeciebus Cabbalæ utitur ille quidem, ſed ita ut ad præcipuum inſtitutum, quod diximus, accommodentur. Prod. *Hanov*. 375. C. 1615. fol.

2) סֵפֶר הַכָּבוֹד *liber gloriæ*, itidem Cabbaliſticus, ſed MS. cujus tituli librum *Schalſcheleth* p. 53. b. הריטבא i. e. *Jom Tov bar Abrahami* vel R. *Jehudæ filio Iſaaci* tribuit: noſto adſcribit ש״י. *Bartoloccius* monet MS. exſtare in Bibl. Leidenſi inter Codd. Scaligeri. At in Catalogo B. Leidenſis p. 277. video inter Codd. Scaliger. tantum memorari excerpta ex libro *Joſ. Gecatiliæ de nominibus Dei*, libri vero כבוד nullo verbo fit mentio, quemadmodum nec conſtat, utrum ille de Nominibus divinis exponat.

3) לוּחַ *tabulam* ſive אִילָן *arborem*, quæ doctrinam Cabbaliſticam in compendio repræſentat ש״י.

4) לִקּוּטִים *collectiones*, lib. Cabbaliſt. de nominibus divinis ש״י. Forte hic eſt ille liber, qui ex Catalogo Leidenſi modo fuit memoratus.

5) מֶרְכָּבָה יְחֶזְקֵאל *currus Ezechielis*, cum comm. Gecatiliæ MS. ſec. ש״י, quem Bartolocc. poſt Plantavitium n. 414. Venetiis editum ſcribit ſine anno & typographi nomine. Idem Tomo IV. tanquam ἀνώνυμον recenſet פֵּירוּשׁ הַמֶּרְכָּבָה שֶׁל יְחֶזְקֵאל i. e. *expoſitionem currus Ezechielis* Cabbaliſt. quæ non diverſa mihi ab hac Gecatiliæ videtur.

6) פֵּירוּשׁ עַל הַגָּדָה פֶּסַח expoſitio ritualis conſtitutionis de feſto Paſchatos Venet. 8. ed. ſecundum ש״י In Catal. B. Bodlej. p. 3. video memorari edit. in 4. ſine loco & anno Bartoloc. MS. in Vatic. 4. laudat: legitur etiam MS. fol. in B. Oppenheimeri.

7) שַׁעַר הַנִּקּוּד *porta punctationis*, ubi de vocalibus Cabbaliſtice agitur una cum סוֹד הַחַשְׁמַל *Ezech*. I. 4. in libro ארזי לבנון p. 33. 41. exſtant auctore Gecatilia noſtro.

8) פעולות וסגולות מקובלות למהרי גיקטיליה citantur MS. in *Noſtos chochma* p. 195.

9)

9) שַׁעַר הַשָּׁמַיִם *porta cœli* ex *Gen.* 28. 17. itidem lib. Cabbaliſt.

10) שַׁעֲרֵי אוֹרָה *portæ lucis*, i. e. compendium Theologiæ Cabbaliſticæ, quo ſpeciatim de Nominibus & Attributis divinis, ac decem *Sephiroth* &c. diſſeritur. *Rivæ Trid.* 321. C. 1561. 4. *Mantuæ* eodem anno 8. *Venetam* ſine anno laudat ש״י in cujus Spicilegio monetur, prodiiſſe etiam cum comment. *Matathiæ* דלאקרש (*de Lacrat.*) *Cracov.* !357. 4. pro quo legi debet 354. C. 1594. quæ in Biblioth. Hinckelmanniana fuit, & a Buxtorfio ac Bartoloc. memoratur. Pars libri latine reddita exſtat ex Pauli Riccii verſione libro IV. de cœleſti Agricultura inter Scriptores Cabbaliſticos *Io. Piſtorii* p. 138. ſq. Totus vero converſus legitur Tomo I. Kabbalæ denudatæ; confer præfationem ad illum Tomum ubi hæc legas: *Schaare Ora a Riccio quondam carptim translatus hic exhibetur, quantum fieri ob infinitas repetitiones potuit, integer & correctior ſed ordine alphabetico ob commoditatem inquirendi.*

Hic eſt liber ille, quem *Archangelus a Burgonovo* p. 53. Apologiæ pro doctrina Cabbaliſt. expoſuiſſe ſe ſcribit: vocatur ibi corrupte *Sera bora* & exponitur *portæ lucis.* Hanc expoſitionem ſuam, quæ tamen, quod quidem ſciam, non exſtat, allegat ipſe in commentario ſuo ſuper argumentis Cabbaliſticis, qui exſtat p. 743 Scriptorum Cabbaliſtic. *Jo. Piſtorii.* In Catal. Bodlej. p. 365. tribuitur hic liber R. *Joſepho Caſtilienſi*, i. e. *Hiſpano*, qui noſter eſt. MS. habuit *Plantavitius*, ceu teſtatur n. 704. talem etiam ſervat B. Medicea quod ex Catalogo ejus p. 137. ed. Cl. Fabricii apparet, ubi legitur ita Pluteo II. n. 5. *liber ſine nomine, Cabbaliſtica & Philoſophica tractans Hebr. MS. Inſcriptio eſt appoſita*; portæ lucis, *neſcio, qua ratione.*

Andr. Maſius in Indice Scriptorum Hebr. commentario in Ioſuam addito, tribuit hunc librum *Joſepho Nyctelo* cui etiam adſcribit שערי צדק qui eſt *Joſeph Karnitoli.* Scilicet Maſius pro ג legit נ i. e. ניקטילה & legit *Nyctelo* alterum vero librum eidem tribuit, quia cum priore junctim fuit editus.

Video in Catalogo B. Medic. laudato, Pluteo II. n. 15. & 18. afferri ſub noſtri nomine מַעְיַן הַחָכְמָה *fons ſapientiæ*, neſcio quam recte.

ר׳ יוסף גרשון vide infra R. JOSEPH *fil. Mardochai* GERSCHON.

ר׳ יוסף בן דוד פראנקו R. JOSEPH f. David 875.

FRANCO reliquit

שֻׁלְחַן הַפָּנִים *menſa facierum*, ex *Num*. IV. 7. i. e. *Schulchan Aruch* in vernaculam (Italicam) linguam tranſlatus & punctis inſtructus. *Venet*. 362. C. 1602. 4.

876. ר׳ יוסף הריין בן ר׳ יעקב R. JOSEPH *Judex* f. R. *Iacobi* fil. סהל Hiſpanus, Poeta inſignis, creatus Rab *Cordubæ* A. M. 4873. C. 1113. ſcripſit teſte *Schalſchel*. p. 40. b.

עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרוֹת *decem verba* i. e. expoſitio Decalogi. Ibidem is meminit

R. *Ioſephi haddajan f. R. Iſrael ben Sahal*, qui vixerit A. M. 4840. Forte hic nepos eſt ex fratre R. *Iacobi* & patruelis hujus *Ioſephi*.

Buxtorfius in Append. Bibl. Rabb. memorat librum Philoſophicum עוֹלָם קָטָן i. e. *Microcoſmus* ſub *Ioſephi* nomine ante ipſum Maimonidem exaratum, quem noſtri eſſe ſuſpicatur Bartoloccius: at ש״י tribuit R. *Ioſepho* צדיק de quo ſuo loco infra

877. ר׳ יוסף בן ווקאר R. JOSEPH f. VAKAR ſcr. *de fundamentis Artis Cabbaliſt*. MS. in Bibl. Leidenſi inter MS. Scaligerana p. 275. Non dubito, eundem hunc eſſe cum R. *Ioſeph* f. *Abraham Aben Vakar*, de quo ſupra diximus. ש״י hunc librum recenſens agere inquit de *decem Sephiroth*, auctoremque, vitio typographi, ut puto, vocat ווקיר.

878. ר׳ יוסף בן דון דוד בן יוסף יחייא R. JOSEPH f. *Don* DAVID, f. *Ioſeph* JACHIJA cujus integrum nomen, ceu ipſe in limine commentarii in Danielem profert, eſt *Ioſeph fil Don David, fil. Ioſeph, fil. David, fil. Salomonis, fil. Principis Davidis, fil. Gedaliæ, fil. Salomonis, fil. Rav Ioſeph, fil. Iudæ, filii Don Iechijæ, ex nobiliſſimis Iehudæ dominantibus in exſulem populum Hieroſol. qui in Hiſpania vivit Ulyſſipone*. Simpliciter vocari plerumque ſolet *Ioſeph Iacchiades*. Natus hic *Ulyſſipone* vixit Sæculo XVI. ineunte, obiitque anno mundi 5299. C. 1539. ætatis 45. intemperie ſtudiorum confectus, teſte filio ejus in *Schalſcheleth* p. 66. a. Docuit ille publice in Synagoga Imolenſi, ſcripſitque libros varios, nempe

1) דֶּרֶךְ חַיִּים *via vitæ* ex *Ier*. XXI. 8. in quo varia loca Gemaræ allegorice propoſita explicavit.

2)

Digitized by Google

2) נֵר מִצְוָה *lumen præcepti* ex *Prov.* VI. 23. quo ſingula præcepta expoſuit, eorumque cauſas & rationes monſtravit. Utrumque librum cum tribus Talmudis exemplaribus *Patavii* perſecutorum injuria flammis deletum eſſe, ut præter paucas philyras nihil ſuperſit, teſtatur *Schalſcheleth* l. c.

3) תורה אור *lex lux* ex *Prov.* VI. 23. ubi de animæ beatitate, paradiſo, Gehenna & ſæculo futuro commentatur. *Bonon.* 298. C. 1538. 4. itemque *Venet. Lublini* & *Ferraræ.* *Maſius* in Indice Scriptorum Judaic. commentario in Joſuam addito auctorem vocat *Joſephum Davidis filium* libellum vero doctum, in quo tamen ſint plures Judaicæ nugæ. *Plantavitius* minus recte appellat n. 741. תורת אור librumque ait eſſe moralem & concionatorium. *Bart.* paulo poſt hunc librum *Ioſepho* cuidam *Hiſpano* tribuit: vide יוסף ספרדי.

4) Præterea vero ſcripſit comment. in quinque *Megilloth* & Hagiographa qui *Bononiæ* (f) prodierunt 298. fol. C. 1538. teſte ש״י & *Schalſcheleth*: Bartoloccius monet prodiiſſe *Maſſæ in Tuſcia* 288. C. 1528. quod non puto factum. Ita vero viſum fuit Bartoloccio ex verbis, quibus colophonem commentationi ſuæ impoſuit auctor: *Finis impoſitus fuit operi feſto paſchatis anno 288. Maſſæ in Tuſcia, cum fugerem procellas plagarum, quæ erant in Romandiola regione peregrinationis meæ*: quæ non de editione ſed elaboratione accipienda eſſe patet. Comm. ſeu potius paraphraſis *in Danielem*, quam auctor in præf. ſcripſiſſe ſe profitetur, ut Judæis ſpem imminentis liberationis faceret, cum Lat. verſione & animadverſionibus *Conſtantini Lempereur* prodiit cum animadverſionibus illius in quibus tum Jachiades ſæpe caſtigatur, tum prophetia ipſa exponitur Amſt. 1633. 4.

Comm. in Eccleſiaſten MS. eſt in B. Medicæ Pluteo I. n. 3. vide Catalogum p. 136. Ibi enim pro *Aven Iachin* legendum eſt *Aven Iachija*. Titulus illius commentarii effertur: פרי צדק עץ חיים i. e. *fructus juſtitiæ, arbor vitæ.* Ibidem Pluteo II. n. 10. exſtare dicitur Don *Ioſ. ben Lagion* (lege *ben Iachija*) comm. in *Cethubim* (Hagiographa) & *Megilloth*, impreſſus.

Præter hos libros Plantavitius n. 39. noſtro tribuit אור עַמִּים *lux*

(f) Atque id recte tradi inſpectio ipſa oſtendit. Ceteroquin totus comment. ita comparatus eſt, ut ſingulis libris prolegomena, ad hiſtoriam eorum pertinentia, præmittantur, deinde vero ipſorum commatum expoſitio ſequatur. In calce 5. *Megilloth* ait ſe commentationem in illos libellos abſolviſſe *Imolæ* in Romandiola an. 287. C. 1527.

lux populorum, qui liber cum nec in *Schalſcheleth* l. c. nec ab aliis Scriptoribus inter libros noſtri recenſeatur, contra vero ejusdem tituli liber in ש"י tribuatur R. *Obadiæ fil. Jac. Sporno*, lapſum hic putem Plantavitium. Vide *Obadias* (עבדיה f. Jac. ספורנו.

Ipſe Jachiades in præf. ad paraphraſ. in Danielem promittit expoſitionem *Eſræ & Chronicorum*.

ר' יוסף היין vide infra R. *Joſeph* חיון.

ר' יוסף היילפרון R. JOSEPH *Heilbronnenſis* v. R. *Joſ. fil Elkanan Heilbronn*.

879. ר' יוסף ווידאל בנבנשתי R. JOSEPH VIDAL *Benbenaſte* Hebraice convertit librum quendam R. *Ioſeph ben Vivaſch Alraki*, cujus nomen vide.

880. ר' יוסף בן ווירגא R. JOSEPH f. VIRGA Hiſpanus ſcr.

שְׁאֵרִית יוֹסֵף (g) *reliquiæ Ioſephi* ex *Amoſi* V. 15. complectitur regulas & obſervationes generales ad rectius intelligendum Gemaræ ſtylum facientes & in libro הליכות עולם ac ספר כריתות omiſſas, *Adrianopoli* 314. C. 1554. 4. *Mant.* 353. C. 1593. pp. 44. cum licentia Superiorum. Accedit huic edit. Index rerum, qui in priori edit. non exſtabat.

In libro שבט יהודה v. c. p. 173. & p. 109. verſ. lat. ſub *Ioſ. Aben Virga* nomine hiſtoriæ quædam referuntur, qui tamen a noſtro diſtinguendus eſt, quippe qui auctorem libri *Scheveth Iehuda* ætate ſuperat.

881. ר' יוסף זרקא R. JOSEPH SARKA claruit ſæc. XV. quod apparet ex *Schalſcheleth* p. 63. Ibi fere jungitur Eliæ Levitæ. Scripſit is Italice Grammaticam ſub tit. רַב פְּעָלִים *magnus operationibus* vel *conjugationibus*, ut Bartoloccius vertit. rectius, ni fallor, verteris *Magiſter verborum*. Vide quæ ſcripſi ſupra in annotationibus ad Catalogum Grammticorum ſub voce דקדוק & ibi obſervatis adde, quod in Catal. illo Grammat. Hebraico, quem deinde nactus ſum, liber vocetur רב פעלים. ר'

(g) In præfat. auctor ſcribit, animum ſibi primum fuiſſe, librum hunc ſuum inſcribendi שֵׁבֶט מִישׁוֹר *virga ſeu ſceptrum rectitudinis*, quem tamen titulum ut ambitionis plenum, deinde cum hoc permutarit.

Digitized by Google

ר׳ יוסף בן חביב R. JOSEPH f. CHAVIV, Hiſpanus, 882.
Sæc. XIV. vixit & ſcripſit comment. in aliquot Codices Opp. Rav *Alphes* ſub titulo
נִימוּקֵי יוֹסֵף *obſervationes* ſive *ſtrictura Ioſephi.* Pertinent illæ ſpeciatim ad הֲלָכוֹת קְטַנּוֹת *conſtitutiones parvas* & exſtant in fine Tract. I. Tomi I. ed. Venet. & alias. Vide R. *Iſaac ben Iacob Alphes*, & *Schalſchelet* p. 61.

ר׳ יוסף חזק R. JOSEPH CHASECK, quem in Chrono- 883.
logia de annis Orbis conditi ſecum conſentientem laudat *Aſarias* Meor Enajim Tract. III. c. 35. p. 109. b. confer *Vorſtii* not. ad Ganzium p. 224.

ר׳ יוסף חיואן R. JOSEPH CHIVAN, vixit *Vlyſſipone* 884.
Sæc. XV. exeunte & ſcr.
מִלֵּי דְאָבוֹת *Sermones Patrum*, comment. in Pirke Avoth, *Venet.* 365. C. 1605. apud *Dan. Saneti*, cum licentia Superiorum pp. 68. *Buxtorf.* etiam *Cracov.* memorat. In titulo dicitur hunc librum ſcripſiſſe *Vlyſſipone* 230. C. 1470.
Ejuſdem comm. in Pſalmos *Io. Morinus* p. 121. Exercitt. Biblic. & ex eo *Plantavit.* n. 566. allegat, nec minus *Bartolocc.* qui addit eum cum explanatione Kimchii in Pſalmos prodiiſſe *Theſſalonia* 382. C. 1522. fol. Plantav. n. 360. librum מילי דאבות recenſens auctorem mendoſe vocat חַיּוּן.

ר׳ יוסף בן ר׳ חיים R. JOSEPH f. R. CHAIIM, 885.
Gallus, *Adrianopoli* floruit Sæc. XIII. & ſcripſit
1) בֶּן יוֹסֵף *filius Ioſephi* ex *Gen.* XLIX. 22. comm. literalis in Legem, Rabbinorum dictis inſperſis.
2) יַד יוֹסֵף *manus Ioſephi* ex *Geneſ.* XLI. 42. i. e. conciones quatuor vel quinque in ſingulas Paraſchas Legis, conciones item aliæ in ſponſalia, circumciſionem, dies feſtos, Novum Annum, feſtum Expiationis &c. *Venet.* 376. C. 1616. fol. apud *Bragadinos* & *Amſtelod.* apud Ioſ. Athiam 1690. iterumque ibid. 1700.
3) מַטֵּה יוֹסֵף *tribus Ioſephi* ex *Num.* XXXVI. 5. conciones 30. in nuptias, circumciſionem, luctum &c.

4) מִכְתַּב אֱלֹהִים *ſcriptio Dei* ex *Exod.* XXXII. 16. MS. argumenti neſcio cujus, quod non memorat ש״י.

5) פֶּלֶג אֱלֹהִים *rivus Dei* ex Pſ. LXV. 10. quo explicantur Codd. quidam Talmudici, v. c. *Schevuoth*, *Ievamoth*, *Avoda Sara*, ritusque varii.

6) ראשׁ יוֹסֵף *caput Ioſephi*, i. e. conciones in Legem. Nullus horum præter ſecundum editus eſt.

886. ר׳ יוסף בן ר׳ חיים R. IOSEPH f. R. CHAIIM, ſcr. commentarium in decem Sephiroth, Ferrar. 316. 4. C. 1546. Hunc a priori diſtinguit ש״י in Indice Alphabet. Scriptorum, Bibliothecæ Rabbin. ſubjuncto.

887. ר׳ יוסף חכם R. JOSEPH *Sapiens*, Karæus, vixit Sæculo X. R. *Saadiæ Gaon* æqualis, contra quem librum הַמָּאוֹר i. e. *luminis* exaravit, eo conſilio, ut illius argumentis, quibus traditiones adſtruere conatus erat, reſponderet. Meminit ejus *Iac. Triglandius* in diſſ. de Karæis p. 188.

888. ר׳ יוסף חמיץ R. JOSEPH CHAMITZ ſcr.

1) אור עוֹלָם *lux mundi* ex Jeſ. LX. 19. Cabbaliſtici argumenti.

2) יוֹדְעֵי בִינָה *gnari intelligentiæ* ex 1. *Chron.* XII. 32. comment. in *Zohar*, usque ad p. 33. cætera eodem modo perſecutus eſt *Moſes Zacuta*.

3) ראשׁ יוֹסֵף *caput Ioſephi*, quem ejus librum allegatum ſe legiſſe teſtatur ש״י.

4) תְּבוּאַת שֶׁמֶשׁ *proventus Solis* ex *Deuter.* XXXIII. 14. neſcio cujus argumenti. Nullum horum prodiiſſe puto, quia ש״י cui notitiam eorum debeo, nusquam editionis meminit.

ר׳ יוסף טאיטצק R. IOSEPH THEITZAK: vide paulo poſt R. Joſeph טיטצאק.

889. ר׳ יוסף טוב עלם בן ר׳ שמואל R. JOSEPH TOV ALEM f. R. *Schemuel*, floruit Sæc. XI. inclinante: *Schalſche-*

Digitized by Google

ſcheleth enim p. 42. a. l. 2. eum R. Abrahami חייא, *Ganzius* autem ad an. 4830. R *Gerſonis* Senioris æqualem faciunt. Scripſit is varia, quorum tamen nihil ætatem tulit

1) בֶן פּוֹרָתָא ſive, ut alii legunt בֶן פּוֹרַת ex Geneſ. XLIX. 22. ubi de rebus & caſibus forenſibus diſquirit.

2) סֵדֶר תַּנָּאִים וַאֲמוֹרָאִים catalogum doctorum Miſchnicorum & Gemaricorum, qui allegatur in סמ"ג h. e. *libro præceptorum magno* inter præcepta negativa n. 138.

3) הֲלָכוֹת גְּדוֹלוֹת *deciſiones magnas*, ut patet ex eodem libro n. 100.

4) פֵּירוּשׁ עַל הַתּוֹרָה comm. in Legem citatus in שערי ציון.

5) Denique reſponſa Juridica varia exaravit: vide hæc omnia in *Schalſcheleth* l. c.

Ejus ſæpe meminit *Raſchi*, ſpeciatimque ad cap. I. *Cetuvoth*.

6) Quidam ei tribuunt *Seder Olam Sutha*, qua de re diximus ſupra ſub *Ioſe ben Chelpetha*.

ר' יוסף בן ר' טוביה R. IOSEPH f. R. TOBIÆ, 890.

per compendium literarum הר"יבט qui vixit tempore R. *Salomonis ben Addereth* i. e. A. M. 5040. C. 1280. teſte *Schalſcheleth* p. 58. a. med. ubi etiam teſtatur, ſe a diſcipulis R. *Meir* Patavini audiiſſe, quod vocatus ſit R. *Ioſeph Tov Alem* (עלם) quod quidem Bartoloccius ita interpretatur, ut eundem putet cum eo *Ioſ. Tov Alem* f. *Samuelis*, quem paulo ante ex *Schalſcheleth* monuimus vixiſſe Sæc. XI. inclinante, ut proinde Scriptor *Schalſcheleth* ratione temporis habita ſibi non conſtare videatur. At enimvero non video, cur non duo nomine *Ioſephi Tom Alam* dici potuerint, adeoque *Schalſcheleth* non ad priorem illum, quem diximus, reſpexerit, ſed ad alium recentiorem, præcipue, cum Patris (*Samuelis*) nomen hic non memoretur.

ר' יוסף מטוליטולה R. IOSEPH TOLETANUS 891.

ſcripſit

מְנַהִיג עוֹלָם *ductorem* ſ. *rectorem mundi*, i. e. de ritibus Synagogarum Hiſpanic. Gall. German. Ital. & Catalauniæ ut & de origine cauſa & fine omnium rituum Judaicorum, MS. in B. Vatic. fol. Non du-

dubito, idem eſſe ſcriptum, quod ſupra Bartoloc. cum Plantavitio R. *Iehoſchua Levi* tribuit: conſule quæ ibi dicta ſunt.

892. ר׳ יוסף טיטצק R. JOSEPH TEITZAK (h) (quem Bartolocc. טִיטָֿצַאק R. Schabtai in ש״י nunc cum *Schalſcheleth* טאיטצק nunc טיטצק nunc טיטאצאק, Catalogus denique B. Leidenſis p. 269. n. 52. *Iaitazack* & n. 56. *Taitzack* appellant) vixit Sæculo XV. extremo. Fuit enim inter eos, qui an 1492. Hiſpania ejecti ſunt, abiitque hinc Theſſalonicam, ubi egit inter ſuos & jus dixit, teſte *Schalſcheleth* p. 63. b. l. 11. Confer *Imman. Aboab* Nomologiam p. 301. ubi itidem vocatur *Taitazack* diciturque floruiſſe *Theſſalonicæ* an. 1523. Scripſit ille:

1) comm. in קֹהֶלֶת Eccleſiaſtem ſub tit. פּוֹרַת יוֹסֵף *fertilis ramus Ioſephi* ex *Gen.* XLIX. 22. *Venet.* 359. C. 1599. 4. ap. *Dan. Zanetum.*

2) expoſitionem aliquot Pſalmorum, quæ prodiit cum *Iedaja Happenini* comment in Pſalmos *Venet.* 353. C. 1593. 4. ap. *Dan. Zanetum.*

3) Comm. in *Danielem* & 5. *Megilloth* ſub titulo לֶחֶם סְתָרִים *panis abſconſionum* ex *Prov.* IX. 17. *Venet.* 368. C. 1608. 4. ap. *Io. de Gara.* Bartolocc. tantum quinque Megilloth explicari ait, minus recte.

4) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *reſponſa Iuridica*, quæ ſola commemorat *Schalſcheleth*. Illa prodierunt cum libro שארית יהודה *Theſſalonicæ* 365. C. 1605. 4. vide ſupra ſub *Iehuda* טאיטצק.

893. ר׳ יוסף מטראני R. JOSEPH de TRANI f. *Moſis*, ex *Zapheth* Galilææ ſcripſit

1) צָפְנַת פַּעְנֵחַ *revelator arcanorum*, ex *Gen.* XLI. 45. conciones in Paraſchas Pentateuchi & feſta quædam *Venet.* 408. C. 1648. fol. & *Francof. ad Viadrum* 454. C. 1694. 4.

2) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *Reſponſa Iuridica*, tribus voluminibus, quorum I. complectitur quæſt. & reſponſ. 152. varii argumenti, CPoli 401.

(h) Confer de nomine hoc ſupra ſub *Jehuda* טאיטצק. In Theatro Anonymorum Placciano ubi de Scriptoribus Hebr. agitur, hoc nomen effertur *Teutonicus*, quaſi *Teutſch* foret pronunciandum, quod minus mihi ſit veriſimile, cum ſic more Judæorum appellandus fuiſſet אשכנזי.

Digitized by Google

401. C. 1641. fol. II. habet quæſt. 111. ad tres priores Ordines *Turim* ſpectantes & diſpoſitas Venet. 410. C. 1650. f. III. complectitur quo 124. relatas ad IV. Ordinem *Turim*, cum חדושים ſive novellis expoſitionibus ſuper *Gemaram*, *Raſchi* & *Toſephoth* Tractatuum *Cetuvoth* & *Kidduſchin* nec non ſuper הרן & הריף. *Venet.* eodem anno. Ejuſdem *Chidduſchim* in Cod. *Cholin* MS. habet *Oppenheimerus*.

ר׳ יוסף בן ר׳ יאודה R. JOSEPH f. R. *Iehuda*, f. 894.
R. *Samuel*, f. R. *Ioſeph de Nubes*, ex urbe *Nicopoli*, ſcripſit præfationem in librum *Abrah. Azuz*, qui dicitur לֶחֶם אַבִּירִים editum *Venet.* 365. C. 1605. fol. apud *Io. de Gara*.

ר׳ יוסף יביץ vide infra R. *Ioſeph* יעבץ.

ר׳ יוסף ידידיה R. JOSEPH IEDIDIA f. *Benjamin* 895.
Karml (קרמי) ſcr.

כְּנַף רְנָנִים *ala pavonum*, ex Iob. XXXIX. 13. i. e. ordo precum per totum annum ex more Synagogarum Italicarum diebus Sabbati & feſtis recitandarum, commentario illuſtratus. *Venet.* 387. C. 1627. 4.

ר׳ יוסף בן יהודה זכות R. JOSEPH f. IEHU- 896.
DA *Sacut*, Grammaticus Iudæorum, qui vixit A. M. 5040. i. e. C. 1280. ſcripſitque librum ſub tit. *Magiſter linguæ* vide Catalogum Grammaticorum ſub voce דקדוק n. 25. & adde notas ſubjunctas. Eundem catalogum poſtea Vener. Ungeri beneficio Hebraice deſcriptum accepi, ubi nomen noſtri exprimitur per Ioſeph fil. Ioſedec....

ר׳ יוסף בן יהושע R. IOSEPH f. IOSUÆ, f. *Meir fil.* 897.
Iudæ, Hiſpanus, Chronographus magni nominis (i) inter Iudæos, claruit Sæc. XVI. medio & ſcr.

דִּבְרֵי הַיָּמִים לְמַלְכֵי צָרְפַת h. e. *Chronicon bellorum*, inter Reges Galliæ & Turcas geſtorum, expeditionum item a Chriſtianis & Turcis in terram S. factarum, tum vero calamitatum ac exſiliorum, quæ Iu-

(i) Laudatur ſpeciatim ab *Imman. Aboab.* p. 305. Nomologiæ.

ר׳ יוסף בן יעבין R. IOSEPH ſ. IABEZ Sæc. XVI. 901.
ſcripſit
1) אור הַחַיִּים *lux vitæ*, ex Iob. XXXIII. 3.
2) יְסוֹד הָאֱמוּנָה *fundamentum fidei*, qui uterque junctus eſt ejusdem
3) מַאֲמַר הָאַחְדוּת *tractatui de unitate Dei Ferraræ* 314. C. 1554. & *Lublini* 349. C. 1596. 4. Priores illi duo exponunt de præceptis & timore Dei, præterea vero Philoſophiæ ſtudium diſſuadent. ש״י monet, auctorem teſtari, ſe
4) Commentarium in *Pirke Avoth* ſcripſiſſe.
5) Comm. in *Pſalmos* Theſſalon. an. 531. C. 1571. 4. ed. memorat *Bart.* tacentibus aliis.
6) חַסְדֵי יְהוָה *benignitates Domini*, ex Pſ. XXCIX. 2. i. e. conciones ed. CPoli 4. quem librum Bartol. Joſepho יבין (ita ſcribit) tribuit, eumque a Ioſ. יעבץ male diſtinguit.

ר׳ יוסף בן יעקב JOSEPH f. JACOB, Judæus con- 902.
verſus, deinde *Paulus Chriſtianus* vocatus: vide infra פאולוס.

ר׳ יוסף בן יעקב רישר R. JOSEPH f. JA- 903.
COB RISCHER frater R. *Sanvel* (זנוויל) ſcripſit
גִּבְעוֹת עוֹלָם *colles ſæculi*, ex *Gen.* XLIX. 26. MS. in B. Oppenheimeriana Hanoveræ, fol.

ר׳ יוסף בן יעקב שליט R. IOSEPH f. IACOB 904.
Germanus, qui lib. מוסרי הפילוסופים indice inſtruxit, *Riv. Trid.* 322. C. 1562. ed. 4.

ר׳ יוסף בר יעקב R. IOSEPH f. IACOB, qui A. C. 905.
1156. ex *Aben Eſra* autographo deſcripſit commentarios & ipſius Aben Eſræ & aliorum in Scripturam S. non editos, qui Codex fuit in Biblioth. *Gvil. Anslarii*, cujus Catalogum vide p. 36.

ר׳

mach David legit *Schitenes*, cognomine אביתור *Abitbur*, diſcipulus R. *Moſis* captivi floruit *Corduba* A. M. 4750. C. 990. In totum Talmud Babylonicum juſſu אלחכיכם *Alchachim* Regis Turcarum Arabice convertit, quod tradunt *Abrah. fil. Dior* p. 70. libri Cabbalæ *Schalſcheleth* p. 38. b. & *Ganz* in *Zemach David* ad annum 4757. Cumque idem ſibi ideo multum tribueret, oppoſuit ſe R. *Henocho filio Moſis* captivi, qui Patri in principatu ſucceſſerat: quo factum eſt, ut Judæi Cordubenſes in partes ſciſſi, alii quidem *Joſephi* noſtri, alii vero *Henochi* cauſam tuerentur: qui poſterior tamen numero faventium valens Joſephum tandem ſacro fulmine percuſſit, & in exilium miſit. Refert hoc præter laudatos *Iuchaſin* p. 126. 2. Adde etiam *Hottingerum* in Hiſtor. Eccleſ. N. T. Sæc. XI. p. 496.

ר׳ יוסף בן יצחק בן עזרא R. JOSEPH f. ISAACI f. ESRA claruit Sæc. XVII. ineunte, & ſcr. 911.

1) ס׳ מַשָּׂא מֶלֶךְ *de onere* ſive *vectigali Regio*, quod eſt compendium libri a R. *Joſeph Iſchkapha* ſcripti ſub titulo ראש יוסף de quo ſupra diximus. Prod. *Theſſalonicæ*, 5361. C. 1601. fol. quam alii faciunt 1606. ita Bartoloc. At ש״י non tam compendium totius illius operis, quam eam illius partem comprehendere ait, quæ de vectigalibus & tributis annuis, Regi præſtandis, æſtimandisque in hoc negotio diverſis Synagogis exponat, &, quomodo rationes vel ſecundum inſtituta vel ſecundum conſuetudinem ſubduci debeant, oſtendit.

2) עַצְמוֹת יוֹסֵף *oſſa Joſephi* ex *Exod.* XIII. 19. i. e. explicatio Codicis *Kidduſchin*, ex *Gemara*, *Raſchi*, *Toſephoth*, R. *Alphes*, *Maimonide*, *Haroſch* &c. hauſta, una cum novis quibusdam regulis, ad intelligendam Gemaram facientibus, ut & de tredecim modis Legem explicandi. *Theſſalonicæ* 361. C. 1601. fol. & *Berol.* 459. C. 1699. Unde vel minus plene vel minus accurate librum recenſent, qui cum Buxtorfio pro libro *quæſt. & reſponſ. Juridicarum* habent, vel cum *Plantavitio* n. 522 de cura mortuos rite ſepeliendi exponere ajunt, vel denique cum *Bartoloccio* explicationem tantum Cod. *Kidduſchin* ſine regularum, quas diximus, expoſitione ibi legi aſſeverant.

יוסף בן יצחק קמחי vide infra R. *Joſeph Kimchi*.

ר׳ יוסף בן יקר R. JOSEPH f. JAKAR claruit Sæc. XIV. & ſcr. 912.

Digitized by Google

ר׳ יוסף הכהן R. IOSEPH *Sacerdos* ſcripſit 916.

דִּבְרֵי הַיָּמִים i. e. *Chronicon*, quo calamitates gentis ſuæ tempore expeditionis Hieroſolymit. & alias obortas recenſet: citatur in *Schalſcheleth* p. 110. b. *Ganz* in *Zemach David* paſſim v. c. ad 5293. Non dubium eſt, hunc eundem eſſe cum R. *Ioſepho f. Ioſue*, de quo ſupra, quamvis Bartoloccius diſtinguat. Illius meminit etiam *Menaſſe b. Iſraël* in *Spe Iſraelis* p. 53. hominemque fide dignum appellat.

ר׳ יוסף בן כספי R. IOSEPH f. CASPI, *Barcinonenſis*, 917.

Grammaticus Iudæorum & cetera quoque eruditus Sæculo XIII. vixit poſt *Davidem Kimchium*, cui in Catalogo Grammaticorum ſupra ſub voce דקדוק exhibito proximus collocatur. Scripſit is

1) אוֹצַר יְהוָה *theſaurus Domini* ex *Joſ.* VI. 19. comm. in Legem MS.

2) גְּבִיעַ כֶּסֶף *Scyphus argenteus*, ex *Gen.* 44. 2. comm. in *More Nevochim* MS.

3) כְּלִי כֶּסֶף *vas argentum*, ex *Gen.* 24. 28. neſcio cujus argumenti.

4) כַּפּוֹרֵי כֶּסֶף *cochlearia argentea*, comm. in Threnos.

5) מְנוֹרַת כֶּסֶף *candelabrum argenteum* ex 1. Paral. XXVIII. 15. cujus ipſe meminit in comment. in Maimonidis *More*.

6) עַמּוּד כֶּסֶף *columna argentea*, ex *Cant.* III. 10. i. e. comm. in Maimonidis *More Hannevochim*, MS. in B. Vatic. teſte *Bartoloccio*. At ש״ך memorat ejusdem

7) עַמּוּד כֶּסֶף i. e. *columna argentea*, quo contineantur conciones in quasdam Pentateuchi Paraſchas. Cum igitur tituli hi procul dubio ejusdem libri ſint, neſcio, utri horum ratione argumenti indicandi major fides debeatur. Ego fere ſteterim a partibus ש״ך præcipue cum ab eo גביע כסף tanquam commentarius in dictum librum memoretur.

8) צְרוֹר הַכֶּסֶף *faſciculus argenti*, ex *Prov.* VII. 20. opus Logicum ex ſcriptis *Abumaſſar* & *Averrois* compilatum MS. in Vatic.

9) שַׁרְשְׁרוֹת כֶּסֶף (k) *catenulæ argenteæ* ex *Exod.* 28. 14. dictionarium

(k) Ad ſenſum itaque magis quam ad voces hujus tituli reſpexit *Abendana*, quando p. 1. col. 1. in notis ad *Michlal Jophi* & alias *Caſpii* noſtri שרשים, i. e. *Radices*, ap-

rum omnium radicum Hebræarum , quibus (l) unica ſignificatio eaque primaria ſive formalis tribuitur. Exſtat MS in B. Angelica in ædibus S. Auguſtini Ord. Eremitarum Romæ exaratum an. 1519. ש״י obſervat, eum in confutando *Kimchio* ſedulum eſſe, librum vero ipſum eodem ſenſu שַׁרְשׁוֹת כֶּסֶף ex *Exod.* 28,14. *Radices argenteas*, appellat. De hoc libro confer *Marc. Marinum* præf. ad arcam Noæ, *R. Simon* in Catalogo Auctorum Hiſtoriæ Crit. V. T. ſubjuncto profitetur ſe dictionario ejus hebr. ex Cod. MS. B. Oratorii Pariſ. uſum. Confer quæ ipſe dixi in Hiſtoria Lexicorum Hebraic. p. 48. ſq. Speciminis cauſa quædam ex Cod. MS. doctiſſimi *Georg. Eliezeris Edzardi* adferemus. Exemplum illud imperfectum eſt, & tantum usque ad radicem נגש in litera נ deductum, ac præterea ab initio mutilum: incipit enim a radice ברא. Codex hic in forma quarti ordinis fuit olim Guil. Coddæi. Nomen Scriptoris paſſim occurrit v. c. p. 20. ubi ita: אמר אבן כספי vel etiam dicitur אמר המחבר. Atque hæ quidem formulæ tunc inprimis occurrunt , cum fuſior eſt auctor in exponenda aliqua radice, v. c. ſub radice חנן & ברא ubi differentiam vocis חנן & רחם item ברא & עשה explicat, quod & alias fecit. Allegat etiam paſſim *Jonam ben Ganach*, *Jehudam Chiug*, & alios Grammaticos, ut & dicta Rabbinorum. Radicem זרק ita explicat: זרק מיוחד להשלכת דבר לח או דומה לו לא להשליך אבנים כי לא יאמר לזרוק אבנים ומורה הניחו שם לכלי שבו קובץ הדבר הנזרק כמו דם והדומה לו כאמרו את הסיפים ואת המזרקות· מזרקי כסף· ובלשון נקבה ויעיו ומזרקותיו· ואולם מן הפעלים אם מן הקל וחצי הדם זרק על המזבח· וזרקתי עליכם מים טהורים· ואמר גם שיבה זרקה בו· כי השיבה לבכון השערות· ויודע כי זה לזקן כצר שנזרקק בן לחות מקרי והפליגו הנביאים ללמדנו זה בשמושם· ואמרו וזרקו משה השמימה עלפי הכבשן מצר היות האבק ההוא נמשך ומתפשט כמו שיעשן

pellat, quod & facit *Morinus* l. c. ſicut & auctor ipſe per שרשות ad שרשים quemadmodum per כסף ad Caſpii nomen alluſiſſe videtur.

(l) Quod inſtitutum per ſe egregium eſt, & a Lexicographis Chriſtianis, ſpeciatim *Forſtero Auentrio*, præcipue autem noſtra memoria a *Guſſeto* & Vener. *Caſp. Neumanno* ulterius provectum. Marini tamen judicio noſter hoc ipſo adductus videtur, ut ſæpe contraria adfirmaret,

כמו שיעשו המים ומורה שלא נזכר פועלו כי מיטרה לא זורק עליו.

Præter illud Lexicon Bartoloccius aliud ejusdem ſub titulo אוצר לשון הקדש *theſaurus Linguæ Sanctæ* recenſet, i. e. ut ait, dictionarium vocum S. Scripturæ hebr. cum Lat. verſione, MS. in Vatic. 4. n. 412. Vix dubito, idem eſſe hoc Lexicon cum priori, cui Interpres alium forte titulum præſcripſerit.

10) תורת יהוה *lex Domini*, comm. in Legem MS.

11) comm. ſuper Aben Eſræ comm. in Pentat. Grammaticus & Philoſ. MS. Vatic. n. 36. fol.

12) comm. in X. prædicamenta Ariſtotelis.

13) explicationem librorum Platonis de Republ. quos tres Bartolocc. in Vatic. MSS. reperiri teſtatur.

ר' יוסף בן לב R. JOSEPH fil. (m) LÖW Rector Synagogæ Theſſalonic. & CPolitanæ, floruit A. M. 5250. C. 1490. v. *Schalſcheleth* p. 63. b. fine, ubi eundem teſtatur tres libros *Reſponſorum Juridicorum* ſcripſiſſe, quorum tamen quatuor nunc exſtant. Liber I. in duas partes diſtinctus eſt, quarum prior de ritibus ad res uxorias pertinentibus, poſterior de pecuniariis exponit, utraque vero in decem ſumma capita diviſa 128. quv. & reſponſ. comprehendit, in fine denique exhibet novellas explicationes in *Raſchium* & *Toſephoth* Codicis *Gittin*, *CPoli* in fol. ed. 916.

Liber II. habet qvv. 88. in Ordinem אבן עזר qui eſt III. *τῶν Turim* cum novellis expoſitionibus Codicis *Avoda Sara*, *CPoli* 326. C. 1566. fol.

Liber III. quu. 121. conſtat, in calce vero leguntur novæ explicationes Cod. *Gittim*. *CPoli* 333. C. 1573. fol.

Liber IV. itidem quæſt. ac præterea novellas in Cod. *Kidduſchin* & *Avoda Sara* exhibet, modico volumine *Venet.* 4. ed. 336. C. 1576. & *Pferd.* 452. C. 1692.

Ejusdem tractatum מסוגיות הגמרא (lege מסוגיות הגמרא) h. e. de uſu & conſuetis Gemaræ formulis *CPoli* editum memorat Bartoloccius, quod ab aliis fieri non memini.

(m) Hic in Catalogo Bodlejano editorum librorum p. 365. vocatur R. *Joſeph f. David Levita*. Filius לב *Lev* vocatur in *Schalſcheleth* p. 63. b. ed. *Veneta* & ש"ך quod nomen in ed. *Amſtelod.* p. 50. a. exprimitur per לביא.

917. ר׳ יוסף הלבן R. JOSEPH HALLABAN i. e. *Albus*, cum cujus animadverſionibus in Partem I. & II. operis לבושים R. *Mardochai Japhe* totum opus prodiit *Prag.* 370. C. 1610.

918. ר׳ יוסף הלוי R. JOSEPH *Levita*, סופר *Scriba* ſcripſit præfat. in librum R. *Elieżeris fil. Nathan*, ſub tit. אבן העזר *Pragæ* 370. C. 1610. edit.

919. ר׳ יוסף הלוי R. JOSEPH *Levita*, vulgo dictus יהוסף f. *Rav Samuelis Hallevi ben Gecatilia Cordubenſis*, qui Legem Moſis per univerſam Hiſpaniam inter Iſraëlitas propagare conatus eſt A. M. 4800. C. 1040. Rege Granatenſi conatus ſufflaminante. Vide *Scheveth Iehuda* p. 8. *Schalſcheleth* p. 39. b. & *Abrab. ben Dior* in lib. Cabbalæ.

920. ר׳ יוסף הלוי R. JOSEPH *Levita*, qui interfuit diſputationi Judæorum cum Hieronymo a S. Fide habitæ v. *Scheveth Iuda* p. 229. ed. Lat.

921. ר׳ יוסף הלורקי R. JOSEPH HALLORKI ſcr. duplicem commentar. de Medicina in librum antiquioris Medici Anonymi, qui MS. eſt in Bibl. Cardinalis Caſanatæ Romæ. Ita Bartoloc. ſed non dubito, hunc eſſe *Ioſuam Halorki*, Ex Judæum, de quo ſupra diximus. Fuit enim is Medicus, & facilis eſt nominis *Ioſeph* & *Ioſua* confuſio.

יוסף דלקראט vid. infra *Ioſeph ben Matatia de Lakrat.*

922. ר׳ יוסף בר מאיר הלוי R. JOSEPH f. *Meir*, *Levita*, fil. MEGAS, Hiſpanus Cordubenſis, qui in deciſionibus aliquando vocatur יְהוֹסֵף natus A. M. 4837. C. 1077. diſcipulus הרי״ף i. e. R. *Ioſephi Alpheſi*, præceptor ipſe Maimonidis, defunctus A. 4901. C. 1141. vide *Schalſcheleth* p. 40. b. & Ganz ad hunc annum. De hoc *Maimonides* in præf. ad *Seder Seraim* ex verſ. Latina ed. Surenhuſianæ d. b. ubi de ſuis in Miſchnam commentariis, ita: *collegi igitur, quidquid incidit in manus meas ex iis, quæ pater meus p. m. aliique accepta tulerunt Doctori noſtro Ioſepho Le-*

Digitized by

Levita, *cum Viri iſtius in Talmude peritia ad ſtuporem* (*novit Deus*) *redactura ſit illum*, *qui ipſius dicta & profundas ſpeculationes perpenderit*, *ut parum abſit*, *quin dicam* (2. Regg. XXIII. 25.) *ante eum non fuit*, *qualis ipſe Rex*, *in via ejus iſta*. Sic Ganzius l. c. teſtatur, eum in varios Codd. Talmudicos commentarium ſcripſiſſe.

ר׳ יוסף מובנר vide R. *Ioſeph* נויבנר.

ר׳ יוסף דיל מדיגו R. JOSEPH del MEDICO v. R. *Ioſ. Salom. del Medico*.

ר׳ יוסף מוסקאטו. R. IOS. MUSCATO: v. R. *Iehuda f. Ioſeph Muſcato*.

יוסף בן מרדכי JOSEPH fil. MARDOCHÆI *Gensburg*, Archiſynagogus Briſcenſis in Lithuania, Sæculo ſuperiore, ſcr. 923

ס׳ לֶקֶט יוֹסֵף *collectio Ioſephi* ex *Gen.* XLVII. 15. Eſt libellus locorum communium, qui ſecundum titulos alphabetico ordine diſpoſitos, quales ſunt *Adam*, *Abraham*, *Aaron*, *Biccurim* &c. varia affert loca ex diverſis libris collecta, in uſum concionatorum. *Prag.* ſine anno plag. 4½.

ר׳ יוסף בן מרדכי R. JOSEPH f. MARDOCHÆI, *Cracovienſis*, qui ſcripſit præfationem ad librum חזוק אמונה R. *Iſaaci f. Abrahami* & ex mandato ipſius auctoris vulgavit, ceu ipſe profitetur p. 8. edit. a Wagenſeilio in Telis Igneis Satanæ curatæ. 924

ר׳ יוסף בן מרדכי גרשון R. IOSEPH fil. MARDOCHAI *Gerſon*, (n) cujus exſtat 925

שְׁאֵרִית יוֹסֵף *reliquiæ Ioſephi* ex *Amoſi* V. 15. i. e. quv. & reſp. itemque illuſtrationes libri מרדכי quod ad Ordinem *Neſikin*, & Cod. *Berachoth* ut & Ord. *Moed* & partem Ord. IV. *Turim*, *Cracov.* 350. C. 1590. 4. Eum Bartoloccius inferius vocat ר׳ יוסף קץ pro כץ i. e. כֹּהֵן צֶדֶק *Sacerdos juſtitiæ*, quod ipſe minus recte pro nomine proprio habuit, ſecurius ſecutus *Vorſtium* in verſione *Ganzii* p. 158. Ex Ganzio autem intel-

(n) Videri poterat hic idem cum antecedente: ſed ætas utrumque ſejungit: cum noſter hic jam ante Sæculum XVII. ſcripſerit, prior vero ille poſt annum demum 1616. quo liber חזוק אמונה eſt exaratus, ſuam in illum præfationem exararit.

Digitized by Google

telligas fuiſſe hunc noſtrum Rectorem & Præſidem judicii in Synagoga Cracovienſi per 50. circiter annos, tandemque obiiſſe an. 351. C. 1591. fere octogenarium.

926 ר׳ יוסי מורזינטי R. IOSEPH MARSINTI cujus פיטום הקטורת (o) *mixtura ſuffitus* prodiit cum R. *Abrah. Iagel* מושיע חוסים ubi de peſtilentia per preces amovenda agitur. *Ven.* 347. C. 1587. & 364. C. 1604. 8.

927 ר׳ יוסי בר משה R. JOSEPH f. MOSIS *Karæus* ſcr. epiſtolam in defenſionem Karæorum ſub tit.

קריה נאמנה *urbs fidelis*, ex *Ieſ.* l. 26. inter MSS. Warneriana in Catal. B. Leidenſ. p. 285. n. 29. Lege *Io. Godofr. Schuparti* Exercit. de Karæis p. 94.

ר׳ יוסף בר משה מטראני R. IOSEPH f. *Moſis Tranenſis* vide ſupra R. *Ioſeph* מטראני.

928 ר׳ יוסי בר משה R. IOSEPH f. *Moſis*, *Gallus*, ſcripſit

ספר המספר *lib. de numero*, i. e. Arithmeticam, MS in B. Vatic. 4.

929 ר׳ יוסי בר משה מקרעמניץ R. IOSEPH f. *Moſis Cremnitzenſis* floruit Sæc. XVII. ineunte & ſcr.

ביאור *explicationem* in סמ״ג h. e. ס׳ מצות גדול R. *Moſis Coezenſis Venet.* 365. C. 1605. 4. apud *Io. de Gara*: pertinet vero tantum ad præcepta negativa 283. reliquis neglectis. Eidem ש״י tribuit comm. in שערי דורא *Prag.* 369. & in comm. Raſchii ſuper legem ibidem 375. C. 1615. 4.

930 ר׳ יוסי בן משה R. IOSEPH f. MOSIS, concionator *Premislenſis* nepos Abrahami Germani, ex ſtirpe Raſchii cujus

1) כתובת פסים prodiit cum libro חלוקה דרבנן, quem titulum vide. Ejusdem eſt

2)

(o) Hoc notatur alias certa precum formula, ad exempulm Num. XVII inſtituta, quam Judæi tum quotidie ad omne mali genus, tum ſpeciatim ad peſtilentiam amovendam pronunciare ſolent.

Digitized by Google

צָפְנַת פַּעְנֵחַ חָדָשׁ *revelator arcanorum novus* ex *Geneſ.* XLI. 45 quo comprehenduntur conciones ſeu meditationes variæ allegoricæ de diverſis argumentis ſecundum alphab. diſpoſitis, quorum primum eſt אדם וחוה *Adam & Eva*, de quibus quindecim diverſas affert meditationes. II ארץ ישראל *terra Iſraëlis*, de qua *ſex*, & ſic de ceteris usque ad titulum תשובה *pœnitentia.* Prodiit liber *Francof. ad Viadr.* 452. C. 1692. 4. pp 60. 4.

יוסי בן מתתיה JOSEPHUS fil. *Matthatiæ* ſive Mat- 931
thiæ, FLAVII prænomine a *Flavio Veſpaſiano*, cui libertatem debebat, appellatus, Hieroſolymis anno I. Caji Caligulæ lucem videre cœpit, quod ex Vita ab ipſo deſcripta patet. De ſcriptis hujus, ad illuſtrandas Antiquitates & res Judaicas pertinentibus non eſt, quod quidquam hic dicamus, cum præter cæteros otium nobis fecerit Vir doctiſſimus & induſtrius *Io. Albertus Fabricius* in Bibliotheca Græca lib. IV. c. VI. p. 228. ſqq. Novam præſtantiſſimi hujus Scriptoris editionem orbis literatus propediem debebit Viro Celeberrimo mihique amiciſſimo *Io. Hudſono*, qui cumuli inſtar eruditas ſuas in Ioſephum curas ceteris ſuis, iisque inſignibus in rem literariam, meritis addet. Ad noſtrum inſtitutum propius ſpectaret, disquirere, utrum *Ioſephi Gorionidæ* commentatio Hiſtorica noſtro cum Judæis & Chriſtianorum perpaucis adſcribenda ſit: ſed ea opera ſupra ſub יוסף בן גוריון perfuncti nobis videmur.

Libros VII. de Bello Judaico patria primum lingua, (h. e. vel pure Hebraica, vel, quæ tum temporis recepta erat, Syro-Chaldaica.) (p) ſe ſcripſiſſe ipſe teſtatur in limine his verbis: *προυθέμην ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν Ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλών, ἃ τοῖς ἄνω βαρβά-*

(p) Hæc enim Judæis recepta erat tempore Servatoris noſtri, quem eadem in communi ſermone uſum eſſe multi oſtenderunt. Vide ex noſtratibus B. Pfeifferum in Critica Sacra p. 64. ſq. & Vener. *Valent. Ern. Læſcherum* in Commentario de cauſis L. Hebr. p. 388. ſeq. Adde Cl. *Basnagium* in Exercitatt. contra Baronium p. 388. ſq. & *Waltonum* in Apparatu ad Biblia Polygl. Prolegom. XIII. §. 5. Sunt qui Joſephum Hebraice ſcripſiſſe negent, ideo quod Hebraismi imperitus fuerit, quæ ſententia inter cæteros eſt *Huetii* p. 419. Demonſtrat. Evang. *Jo. Vorſtii* in Philolog. Sac. Part. I. p. 47. *Jac. Basnagii* in epiſtola adverſus Rich. Simonem p. 177. & *Jac. Guſſeti* in Lexico Hebr. ſub radice צנף not. D. Contrariam ſententiam veriorem eſſe oſtenderunt *Jac. Uſſerius* in Epiſtolis ep. 267. & inprimis *Humfredus Hody* lib. III. cap. 1. p. 222. ſqq. de Textibus Originalibus Scripturæ S.

ροις τῇ πατρίῳ συντάξας, ἀνέπεμψα πρότερον, ἀφηγήσασθαι. Adde *Euſebii* Hiſtor. Eccleſ. lib. III. c. 9. Hunc forte locum in animo habuit *Sixtus Senenſis*, quando, in *Bibliotheca Sancta* lib. IV. p. 273. Ἀρχαιολογίαν ſive libros XX. Antiquitatum Judaic. Hebraice primum a Joſepho ſcriptos adfirmat, notatus ideo a B. *Thoma Ittigio*, egregio quondam harum literarum ſtatore in prolegom. ad *Joſephum* Lipſ. edit. p. 12. Quibusdam Hebraicus Codex harum Antiquitt. MS. ex Gr. translatus, in B. Vatic. latere viſus eſt, ex quo Cardinalis *Baronius* ad A. C. XXXIV. n. 226. p. 210. præclarum illud de CHRISTO Servatore teſtimonium ſubdola manu ſublatum eſſe primus, ni fallor, ſcripſit, adſentientibus *Huetio* Demonſtr. Evang. Prop. III. §. 12. p. 56. Comite Windiſchgretſio, apud *Chriſtoph. Arnoldum* in Epiſtolis de Teſtimonio Flaviano p. 249. & Cl. *Breithaupto* in præf. ad Gorionidem ſuum c. 2. viciſſim vero narrationis fidem non præter rem in dubium vocantibus *Iſaaco Caſaubono* Exerc. XVI. Anti-Baron. ſect. 154. p. 677. Cl. *Io. Clerico* in Bibl. Sel. Tom. XXIII. Parte I. p. 173. & Cl. *Io. Gagnerio* in præf. ad Gorionidem ſuum p. 5. qui non immerito ſuſpicatur, Hebræum hunc Joſephum eſſe Pſeudo-Gorionidem illum, quem Bartoloccius in Vatic. MS. latere ſcribit, atque ita delineat, ut cum Gorionide illo prorſus conſpirare intelligas. Quæ ſuſpicio inde quoque præſidium accipit, quod Bartoloccius tam diligens MSS. Hebraicorum in B. Vatic. ſcrutator nusquam Codicem Flavii Ioſephi MS. memoret. Et fieri potuit, ut αὐτόπται qui memorantur, Flav. Ioſephum videre ſibi viderentur, quibus oſtendebatur Gorionides.

Quæ de Joſephi ſcriptis Græcis a Judæo quodam Sæculo I. vel II. poſt C. N. hebraice converſis conjectando profert *Thomas Reineſius* in epiſt. IX. apud *Chriſtoph. Arnoldum* l. c. illa conjecturæ locum tuentur quidem, ſed fidem non faciunt. R. *Schabbataus* tamen in ש״י p. 66. n. 5. teſtatur exſtare *Joſippon*, qui יוסעפוס vocari ſoleat, ex Lat. lingua hebr. translatum, & manu quidem ſcriptum. Id vero eruditi Actorum Lipſienſium Collectores anni 1690. p. 302. eo forte argumento dictum ab auctore ſuſpicantur, quod Joſephi Antiquitates ab *Aſaria*, ad quem eodem in loco provocat ש״י, in *Meor Enajim* ſæpius videret allegari, quem tamen conſtat frequenter ad partes vocare libros Latine exaratos, v. c. *Euſebii Chronicon*, *Plinium*, *Beroſum*, *Philonem*, *&c.* Et mirum videri poterat Judæos Joſephum Græcum Hebraice convertiſſe, qui ſcripta, patria lingua ab ipſo exarata, habere ſibi videbantur.

Cete-

Ceterum *Ioſephi* noſtri oratio, qua populares ſuos adducere conatus eſt, ut ſe *Tito*, Hieroſolymam obſidione cingenti, dederent, inſerta eſt hebraice libro Judæorum Hiſtorico שבט יהודה, quem Gentius ſub *Hiſtoria Judaica* nomine Latine edidit. Vide ibi n. 179. ubi *Titus* eam Orationem Romam miſiſſe dicitur.

Ex Judæis Joſepho noſtro multum tribuunt *Menaſſe ben Iſrael*, qui eum p. 151. Conciliatoris *Hiſtoriographum magnæ auctoritatis & fidei* vocat ut *& R. David Ganz* & *Aben Eſra*: vide Voiſinii notas ad *Raym. Martini* Pugionem Fidei p. 302. ed. Lipſ.

ר׳ יוסף בן מתתיה די לקראט R. JOSEPH 932

f. *Matathiæ de Lakrat* ſcr.

חדושים *novellas expoſitiones* in Tract. *Erubbin* teſte ש״ץ Lublini 4.

ר׳ יוסף די נוביש R. JOSEPH de NOVISCH præmiſit 933

præfationem in librum *Abrah. de Boton*, cui titulus eſt לחם משנה ed. Venet. 366. fol. C. 1606.

ר׳ יוסף נויבנר R. JOSEPH NEUBNER ſcripſit 934

1) נֶפֶשׁ אָדָם *de anima hominis* MS.

2) צֳרִי הַנֶּפֶשׁ *opobalſamum animæ*, ibidem MS. neſcio cujus argumenti: de ſcripto ὁμωνύμῳ vide ſuo loco ſub צ inter Anon.

3) קוֹל תּוֹדָה *vox gratiarum actionis* ex *Jer.* l. 10. ubi ſingulis corporis humani membris, quæ a Judæis 248. numerantur, ſingula præcepta affirmativa, quorum itidem ſunt 248. accommodantur, MS. Bartoloccius hunc unum librum ex Hottingeri B. Orient. p. 36. memorat, auctoremque vocat מובנר quod ex ש״ץ emendandum putavi.

ר׳ יוסף נחמיאש R. IOSEPH NACHMIASCH 935 ſcripſit

אור עוֹלָם בִּתְכוּנָה *lux mundi in Aſtronomia*, quem librum *Petrus Rivier* Patavii ſe vidiſſe affirmavit, teſte *Bart.*

ר׳ יוסי נשיא R. JOSEPH NASI i. e. *Princeps*, ex Chriſtiano Iudæus A. C. 1580. ſcr. 936

Digitized by Google

יוֹסֵף בֶּן פּוֹרָת ex *Gen.* XLIX. 22. diſputatio, quam cum Chriſtiano quodam de capitibus religionis habuerat. *CPoli* 337. C. 1577. 4. Dum Chriſtianus eſſet, vocatus eſt *Io. Mica,* teſte Hottingero p. 21. B. Orient. In Catal. Bodlej. p. 365. ubi hic liber recenſetur, Chriſtianus ille, cum quo diſputatio ſuſcipitur, dicitur vocatus פלפלא חריפא quod vereor, ut recte dicatur, cum ea phraſis Rabbinis idem ſit, quod Latini dicunt *diſputationem acutam.* Illæ igitur voces appellativæ pro Nomine Proprio perperam habitæ ſunt.

937 ר׳ יוסף סאמיגא R. JOSEPH SAMIGA ſcr.

1) דֶּרֶךְ יָמִין *via dextera,* liber moralis & concionatorius, qui ſine loci annive mentione prodiit in 4.

2) מִקְרָאֵי קֹדֶשׁ *convocationes ſanctitatis*, ex *Levit.* XXIII. 2. itidem moralis, diſtinctus in partes duas, quarum prior capp. 14. de præſtantia præceptorum Dei, poſterior capitibus 21. de ſtudio illa obſervandi, commodisque ex eorum obſervatione redundantibus exponit. *Venet.* 346. C. 1586. 4. apud Jo. de Gara. Ita Bartoloc. poſt Plantavit. n. 407. At ש״י rectius monet, partem priorem agere de præceptis, timore item & amore Dei, poſteriorem vero de rationibus & cauſis præceptorum ad feſta & ritus pertinentium. Bartolocc. paulo poſt eundem librum recenſet & novum auctorem יוסף סימיסי format. Recuſus eſt liber *Francof. ad Mæn.* 436. C. 1676. & 466. C. 1706. Ex hoc opere credo deſumtum librum de amore & timore Dei, qui MS. memoratur in Catal. B. Bodlej. n. 5242. Laudat librum *Dav. de Pomis* præf. ad librum ſuum *Zemach David.*

3) פּוֹרַת יוֹסֵף *ramus fertilis Ioſephi* (q) ex *Gen.* XLIX. 22. i. e. comment. in הרי״ף i. e. *Alphesi* & הר״ן R. *Niſſim* ſuper tract. *Cethuvoth* & partem *Cholin*, itemque in *Toſephoth* tractatus *Cetuvoth*, tum etiam in *Beza*, *Sevachim*, ac aliorum tractatuum ſectiones nonnullas. *Venet.* 350. C. 1590. 4. Bartolocc. *Venetam* anni 303. C. 1543. memorat, nec in recenſione ſatis accuratus eſt, quam ex ש״י & libro ipſo emendavi.

ר׳ יוסף סגי נהור R. JOSEPH SAGI NAHOR i. e. *Cæcus*: v. ſuo loco ſub תרגום.

ר׳ יוסף בן כטנאס vide ſupra R. *Ioſeph* f. *Moſe* f. כטנאס.

ר׳

(q) *Plantavitius* n. 533. minus recte legit פּוּרַת יוֹסֵף & vertit: *torcular Joſephi.*

Digitized by

ר׳ יוסף סמיגגא vide ſupra R. *Ioſeph* סאמיגגא.

ר׳ יוסף סימיגי R. JOSEPH SEMIGE cui Bartoloccius tribuit מקראי חדש quem paulo ante recte adſcripſerat R. Joſ. סאמיגגא quod nomen vide.

938 ר׳ דון יוס׳ ספרדי R. DON JOSEPH *Hiſpanus*, cui poſt Buxtorf. p. 423. B. Rabb. Bartolocc. tribuit librum תורה אור *Bonon. Ferraræ, Venet. & Lublini* editum, quo auctor ad ſtudium Talmud. cohortetur, a Philoſophia vero avocet. Eſt is auctoris R. *Ioſeph* f. *David* f. *Iachija*, cui ipſe Bartoloccius paulo ante adſcripſerat: vide quæ ibi diximus.

939 ר׳ יוסף סיגל R. JOSEPH SEGEL i. e. סגן לויה Antiſtes Leviticus, cui Plantavitius n. 656. tribuit quu. & reſponſ. *Theſſalonicæ* editas, fide Indicis Expurgator. Romani & Catalogi Pragenſis. Fuerunt plures, *Joſephi* nomine, Reſponſorum ejusmodi Juridicorum Scriptores: Forte hic eſt *Joſeph Karo*, cujus quæſt. *Theſſalonicæ* fol. prodierunt.

940 ר׳ יוס׳ בן סרוק R. JOSEPH f. SARUCK ſuis ſumtibus edi curavit librum העטור *Venet.* 368. C. 1608. fol. de cujus auctore vide infra R. *Iſaac bar Abba de Maſſilia.* Idem *Joſephus* pleroſque libros *Moſis Alſchechi* edendos curavit, qui eodem fere tempore lucem viderunt.

941 ר׳ יוס׳ סרסה R. IOSEPH SARSA edidit לקח טוב i. e. *doctrina bona* ex *Prov.* IV. 1. expoſitio commentarii *Aben Eſræ*, quam ש״י CPoli prodiiſſe teſtatur, anno non notato.

942 ר׳ יוס׳ עברי R. IOSEPH *Hebræus*, ſcr. Bibliothecam Mathemat. Francof. 1635. editam, ut Bartoloc. ex Labbei Bibliotheca Bibliothecarum obſervat. Vide librum ex ed. *Anton. Teiſſerii* p. 207.

943 ר׳ יוס׳ בן עוזיאל R. IOSEPH f. UZIEL (r) diſcipulus Ieremiæ ſcr.

(r) Neſcio an hic ſit ille *Joſ. fil. Uſiel*, quem, ut diſcipulum R. *Iſaac Aboab*, qui in Hiſpa-

Digitized by Google

ס׳ יצירה supplementum libri *Jezira*, MS. teſte ש״י Habuit etiam MS. *Andr. Maſius*, quod patet ex Indice auctorum in calce comm. in Ioſuam qui commentarii inſtar eſſe ait. Prodiit nunc *Amſtel.* 472. C. 1712.

ר׳ יוסף עליפרון R. IOSEPH AULIPRON cui Bartoloc. tribuit קול קורא non memor, eundem hunc eſſe, quem antea recte vocaverat R. *Joſeph f. Elchanan* היילפרון ubi vide quæ ſcripſi.

944 ר׳ יוס׳ עטיאס R. IOSEPH ATHIAS, typographus Amſtelod. qui a *Io. Worthingtono* in ep. ad Lightfootum, p. 179. Opp. ejus poſthumorum legenda, peſtilentia obiiſſe dicitur. Hic eſt, cujus cura potiſſimum prodierunt *Biblia Hebraica*, quæ ſtudio *Io. Leusdenii*, cum ejusdem Summariis & præfatione primo quidem 1661. & altera vice correctius 1667. Amſtelodami lucem viderunt in 8. De utraque lege V. C. *Iac. le Long* Bibliothecam Sacram Parte I. p. 116. ſq. Quamvis igitur Athias potiorum & doctiorum, qui Amſtelodami erant, opera adjutus, tam correctum Sacrum Codicem dederit, ut ſecundum ſententiam B. *Henrici Opitii* in præfat. ad Biblia ſua Hebraica priorum omnium induſtriam editione illa poſteriore vicerit, negari tamen non poteſt, quod doctiſſimus *Daniel Erneſtus Iablonskius* in præf. ad Biblia ſua p. 2. expertus notavit, editionem illam in literis quidem perraro, in vocalibus frequentius, in accentibus ſæpiſſime aberrare. Quæ cauſa eſt, cur *David Clodius* in præfatione ad ſuam, quam curavit, editionem, 600, *Iablonskius* vero l. c. bis mille Sphalmata a ſe ſublata eſſe forte non præter rationem publice profeſſi ſint. Dignus tamen non erat Athias, qui ob operam hanc diligenter navatam tam acerbis *Sam. Mareſii* vocibus & criminationibus in ep. ad Amicum 1669. edita p. 9. exciperetur, quas pari fere ratione retudit *Athias* edito ſcripto breviuſculo ſub tit. *Cæcus de Coloribus h. e. Joſ. Athiæ juſta defenſio contra ineptam abſurdam & indoctam reprehenſionem Viri Celeb. D. Sam. Mareſii* &c. Inſeruit illud integrum V. C. *Thomas Crenius* Animadverſionibus ſuis Hiſtorico Philolog. Parte II. p. 121. ſq. ex quo inter cetera quoque intelligas, Belgii Fœderati Ordines, quibus Athias Biblia inſcripſerat, dono ipſi dediſſe auream catenam cum numismate aureo ab ea pendulo. Præcipuum *Mareſii* ἔγκλημα erat, quod ad

nia Sæculo XV. inclinante vixit, memorat *Immanuel Aboab* p. 300. Nomologiæ ſuæ Hiſpanice ſcriptæ.

Digitized by Google

ad Pſalmum XXII. 17. voci כארי in margine non appoſuerit *Keri* כארו (s) Ceterum ipſam hanc vindicationem non tam *Athiæ* ipſi, quam *Leusdenio* vindicandam eſſe ſuſpicatur *Iac. Altingius* Tomo V. Opp. p. 374.. quia Athias, a Conſulibus interrogatus, reſponſionis auctorem ſe eſſe negavit. De quinque illius editionis ſphalmatibus *Gerhardus Mejerus*, Antiſtes hodie Bremenſis meritiſſimus, olim monuit ſingulari diſſertat. *Wittenbergæ* 1687. 4. vulgata. Id denique notandum eſt, in exemplis ipſius editionis anni 1669. varietatem lectionum interdum obſervari, cujus exempla quædam attulit *Iablonskius* in præf. ad Biblia p. 4. in notis, (t) addita etiam diverſitaiis origine, quæ tamen ad omnia exempla accommodari non poteſt.

Idem *Athias* ex officina ſua edidit *Biblia Hiſpanica*, ad fidem edit. Ferrarienſis prioris a R. *Sam. de Cazeres* exacta & emendata, Amſtelod. 421. C. 1661. 8. item *Biblia Germanica* ex Iudæorum verſione Hebraicis literis expreſſa, ibidem 439. C. 1679. fol. de quibus alias dicemus, ubi de variis Codicis S. editionibus agetur. Denique *Anglica* quoque *Biblia* typis exſcribi curaſſe fertur, ita quidem, ut omnes formas poſt deſcriptam plagulam ſuis ſingulas loculamentis reſtitueret, ſed integras & conjunctas, prout ſingulæ philyræ requirebant, ſervaret, ut pro lubitu plura exemplaria excudi poſſint. Narrat rem V. C. *Iac. le Long* in Biblioth. Sacra Parte II. p. 336. ex Cl. *Ottii* fide, qui idem a typographo quodam Tigurino, tanquam

(s) Sed id quidem reprehendi non debebat in Athia, cum Maſorethæ hunc locum inter ceteros, in quibus permutationem ו cum י occurrere monuerunt, non numerarint, quod maligne ab ipſis factum eſſe ſtatuit *Jo. Morinus* in Exercitt. Biblicis p. 391. unde nec in aliis editionibus illius factum eſt indicium. Eſſe autem Codices MSS. in quorum contextu pro כארי legatur כארו monet l. c. Morinus, & poſt eum *Martianeus* in notis ad hunc Pſalmi locum, qui ſpeciatim in Codice Colbertino poſteriorem lectionem obſervatam ſibi refert, & contra *Rich. Simonem*, qui idem negaverat, adſtruit in continuatione Tract. I. de veritate Scripturæ S. Ceterum plurimi de hac voce commentati ſunt, ex quibus præ ceteris videbis B. *Aug. Pfeifferum* in Dubiis Vexatis, & in Critic. Sac. p. 144. *Eduard. Pocockium* ad Portam Moſis p. 57. ſqq. *Steph. Le Moyne* ad varia Sacra p. 525. ſqq. & noviſſime *Aug. Calmetum* in diſſertatione commentario in Pſalmos præmiſſa.

(t) Cauſa hæc eſt, quod Athias, qui primum 4500. exemplaria excudenda ſtatuerat, facto jam impreſſionis initio & 4. aut 5. plagulis excuſis quingenta alia prioribus addere decrevit, ut proinde poſtliminio eædem plagulæ denuo prelo fuerint ſubjectæ, neque a Leusdenio reviſæ. Enimvero in aliis quoque locis, quæ 5. illis plagulis primis non continentur, varietates quasdam deprehendi in diverſis exemplaribus recte monuit l. c. *Jablonskius*.

quam oculato teſte, acceperat. Ipſe quoque ex Amici literis intellexi, ipſummet Athiam de horum Bibliorum exemplaribus 1000000. & amplius a ſe divenditis gloriatum eſſe, quod certe fidem omnem ſuperare videtur. Ego ſaltem fruſtra huc dum quæſivi aliquem, cui exemplum illius editionis oculis uſurpatum fuerit.

945 ר׳ יוסי ענבי R. IOSEPH ANABI ſcr. allegoricam commentationem de Adamo & Eva, paradiſo voluptatis, ſerpente & fructu arboris vetitæ. MS. in B. Vatic. 4.

946 ר׳ יוסי בן ר׳ עקיבה בער R. IOSEPH fil. R. AKIBA *Bäbr*, qui in variis locis Rabbini dignitate conſpicuus & adhuc ſuperſtes, Amſtelodami privatam agit vitam, cujus prælectiones in librum Mechiltæ laudat R. *Moſes Francofurtenſis* in præf. ad commentarium ſuum in librum *Mechilta*.

947 ר׳ יוסי בן עקנין R. IOSEPH f. ACANIN ſcr. Arabice de menſuris, quarum mentio eſt in lege ſcripta & orali: MS. exſtat in B. Bodlej. inter Codd. *Pocockianos* n. 5393. quo & ipſe uſus eſt in notis ad Portam Moſis c. 9. p. 362.

948 ר׳ יוסי ערון R. IOSEPH ARUN ſcr. comment. in lib. יצירה quem MS. ſe habere teſtatur Plantavitius n. 548.

994 ר׳ יוסי פאלקירא R. JOSEPH PALKEIRA ſcr.

1) וִיכּוּחַ diſputationem inter Senem & juvenem de moribus formandis, MS. in B. Vatic. 4.

2) רֵאשִׁית חָכְמָה *initium ſapientiæ*, ex *Prov.* IV. 7. lib. Philoſoph. ex Platone & Ariſtotele collectus MS. teſte ש״ר At hanc collectionem Bartoloccius tribuit R. *Sebem Tov ben Ioſeph Palkeira*.

950 ר׳ יוסי מפאדוואה R. JOSEPH *Paravinus*, ſcriptum quoddam a R. *Moſe Provinciali* italice compoſitum & MS. in B. Vatic. dedicavit *Did. Hurtado de Mendoſa*. Cum ejusdem commentario הגדה של פסח prodiit Venet. in 4. teſte ש״ר.

ר׳

ר׳ יוס׳ בן פודרת R. JOSEPH ben PODAT (*) cujus מעשה i. e. *hiſtoriam* MS. nec dum editam *Gilbertus Gaulminus* in notis ad libros de vita & morte Moſis ſub tit. מעשה יוסף בן פודרת aliquoties allegat, v. c. p. 284. 291. 292. & 391. 951

ר׳ יוס׳ פינסו R. IOSEPH PINSO 952

1) אסירי התקוה *vincti exſpectationis Zach.* IX. 12. i. e. parabolæ & fabulæ carmine expreſſæ de vita in juventute recte agenda *Amſtelod.* 428. C. 1668. 8.

2) פרדס שושנים *paradiſus Liliorum*, forte per alluſionem ad *Cant.* IV. 13. Comœdiæ Hebraicæ. Amſtelod. 8.

ר׳ יוס׳ פיסו R. JOSEPH PISO, ut diſcipulus R. *Iſaaci Aboab*, qui claruit Sæculo XV. inclinante, laudatur ab eruditione ab *Imman. Aboab* p. 300. Nomologiæ, diciturque floruiſſe prope *Theſſalonicam* & *CPolin.* 953

ר׳ יוסף פלט R. JOSEPH PALLAT, ſive *Peleth* vixit Sæculo XII. obiitque A. M. 4965. C. 1205. & reſpondit ad objectiones R. *Abrahami* אב ב״ר (u) pro Maimonide. Vide *Iuchaſin* p. 132. a. & *Schalſcheleth* p. 51. 954

ר׳ יוסף פלקירא vide paulo ante Joſeph פאלקירא.

ר׳ יוסף בן פסכי R. IOSEPH f. PASCI auctor fictus a Bartoloc. ex Ioſeph f. *Caſpi* hic enim auctor eſt libri כלי כסף quem huic *ben Paſci* tribuit.

ר׳ יוסף פראנסיס R. JOSEPH FRANCIS claruit Sæculo XV. & ſcr. comm. in librum *Iedajæ Happenini*, 955

בחינת עולם & ejusdem בקשר qui cum libro ipſo prodiit *Ferrar.* 312. C. 1552. 4. vide ſupra ידעיה הפניני.

Aaaa ר׳

(*) Videri poterat legendum eſſe *Joſeph ben Porath*, ut alluderetur ad *Gen.* XLIX. 22. ſed Gaulminus ſemper *Podath* ſcribit.

(u) i. e. Abraham, *præſes Curiæ* (אב בית דין) de quo legi poteſt præf. ad librum אבודרהם.

956 ר' יוסף פרדו R. IOSEPH PARDO (x) Hiſpanice A. C. 1610. vertit librum R. *Bechaj* חובת הלבבות eumque ſub *Maimonide* nomine edidit. Vide ſupra בחיי.

יוסף פרנקו בן דוד v. ſupra *Ioſeph b. David Franco.*

957 ר' יוסף פרנקו סררנו R. JOSEPH *Francus Serranus* Pentateuchum Hiſpanice convertit, & edidit Amſtelod. an. 5455. C. 1695. 4.

Idem Canticum Cantic. cum Targum edidit *Amſtelod.* 443. C. 1683. 8. Credo, hunc eum eſſe *Ioſ. Franco*, quo ſe in Talmudicis præceptore uſum ſcribit Eiſenmengerus in Indice Scriptorum, Judaiſmo detecto præmiſſo, litera מ ad lib. *Magen Abraham.*

958 ר' יוסף הפרסי R. JOSEPH HAPPARSI i. e. *Perſa.* כְּלִי פָז *vas auri ſolidi*, ex *Iob.* 28. 17. ubi de compoſitione inſtrumenti Mathematici, MS. in Vatic.

959 ר' יוסף הצדיק R. IOSEPH ZADDICK i. e. *Juſtus.*

עולם קָטוֹן *de microcoſmo* h. e. de hominis dignitate & natura, cujus libri meminit *Maimonides* in ep. ad R. *Sam. Aben Tibbon.* Confer infra R. *Menachem Aſarias Mippano.* Hic procul dubio eſt, ex quo inter ceteros *Salomon Almoli* quædam in librum ſuum פתרון חלומות transtuliſſe dicitur: vide infra ſuo loco.

960 ר' יוסף צרפתי R. IOSEPH ZARPATI i. e. *Gallus.*

בֶּן יוֹסֵף *filius Ioſephi*, comm. in Legem ex dictis Rabbinorum, MS. ש"י.

961 ר' יוסף צרפתי R. IOSEPH ZARPATI i. e. *Gallus*, qualis

(x) Supra hanc verſionem Bartoloc. cujus exemplum & ipſe ſecutus ſum, tribuit R. *David ben Ioſeph Pardo*: ſuſpicor autem *Joſepho* huic rectius tribui, cum *David* ille anno 1686 ediderit, quod ſupra diximus, librum שלחן טהור inter quem & 1610. annum tantum eſt intervallum, ut alter quidem liber Patri *Joſepho*, alter *Davidi* recte tribui poſſe videatur.

Digitized by

lis fuit origine ſive gente, patria vero *Feſſanus Afer*, Sæc. XVI. per plures annos *Rabbi* & *More* in Synagoga Romana, tandem ad CHRISTI ſacra converſus A. C. 1552. dictusque *Andreas a Monte*, poſtea ſub initium Sæculi XVII. defunctus. Scripſit contra Iudæos Italice

מְבוּכַת הַיְּהוּדִים *confuſionem Judæorum*, quo libro capita religionis Chriſtianæ ex Scriptura S. & veterum Rabbinorum ſcriptis demonſtrat. Liber ipſe MS. exſtat in Bibl. Collegii Neophytorum Romæ in fol. Illi ſua debere videtur *Fabianus Fiocchi* in dialog. Italic. de fide.

Supereſt etiam epiſtola ejusdem MS. ſub tit.

אִגֶּרֶת שָׁלוֹם i. e. *epiſtola pacis* ſive *pacifica*, quam hebr. & italice ſcriptam ad diverſas Synagogas, nominatimque ad Romanam miſit, hoc conſilio, ut iisdem argumentis, quibus in priori ſcripto uſus eſt, Meſſiam jam veniſſe oſtenderet, & exceptiones in contrariam ſententiam afferri ſolitas confutaret.

Oratio ab eodem habita ſub nomine *Andreæ de Monte* Julio III. inſcripta exſtat in 4.

רִ׳ יוֹסֵף קָארוֹ R. JOSEPH KARO, f. *Ephraim*, Hiſpanus, ab A. M. 5300. C. 1540. ad 5335. C. 1575. Rectorem Academiæ in urbe *Sapheth* egit, & an. 1575. obiit, quod conſtat ex fine Tomi IV. *Jad Chaſaka* edit. Venetæ 1576. Unde patet, quod, ſi revera Hiſpanus fuit, ad ſeram ſenectutem pervenerit, cum neceſſe ſit, ut ante annum 1492. quo Iudæi ex Hiſpania migrare juſſi ſunt, naſceretur: niſi etiam malis, eum ideo Hiſpanum vocatum eſſe, quod Hiſpanis Parentibus natus eſſet. Confer de noſtro *Imman. Aboab* Nomologiam p 309. ubi eum a ſapientia vitæq; probitate laudat, præterea vero ejus commentationes MSS. profundam doctrinam complectentes & divinitus illi revelatas vidiſſe ſe ſcribit. Adde *Schalſcheleth* p. 65. a. & Ganzium ad an. 5335. Is apud ſuos in tanto pretio fuit, ut מוֹפֵת הַדּוֹר *portentum ſæculi* diceretur. Scripſit ille 962

1) בֵּית יוֹסֵף *domus Ioſephi*, ex *Gen.* L. 8. commentar. in ארבע טוּרִים tomis quatuor comprehenſos, quo ex variorum ICtorum inter Judæos ſcriptis, quæſitis item & reſponſis, quæ usque ad ipſius ætatem prodierunt, ea colligit, quæ ad inſtituta ritusque ſingulos in *Turim* intelligendos pertinent *Sabionetæ* 313. & 319. fol. C. 1553. & 1559. iterumque cum no-

Digitized by Google

novellis quibusdam obſervationibus & rituum explicationibus ejusdem, quæ in Ordine *Choſchen miſchpath* figura manus ad marginem ſunt notatæ, Venet. ab anno 324. ad 327. C. 1564 - 1567. ac repetita vice ibidem 334. C. 1574.

Præterea cum acceſſionibus *Meſchullam* קפמן ex recentioribus libris collectis, *Sabioneta* 349. C. 1589. fol. quam Catal. Bodlej. *Venetam* facit. Cum iisdem acceſſionibus denique *Cracov.* 375. C. 1615. lucem vidit, annotatis, quæ ſubinde citantur, Gemaræ locis, ut conſtet, qua pagina requiri debeant.

2) בֶּדֶק הַבַּיִת *fiſſura domus*, ex 2. *Regg.* XII. 7. additamenta ad ipſius librum בֵּית יוֹסֵף, quibus alia quidem ſupplentur, corriguntur alia, alia confirmantur *Theſſalonicæ* 365. C. 1605. *Venet.* 366. C. 1606. apud Zanet pp. 68. cum licentia Superiorum & *Cracov.* ſine anno notato in 4.

כֶּסֶף מִשְׁנֶה *argentum duplum* ex *Gen.* XLIII. 12. ſeu מִגְדַּל עוז *turris fortitudinis* comment. in Maimonidæ יד חזקה additus editioni hujus Operis Venetæ 334. C. 1574. fol. Oſtendit ibi, quo libro capiteve Talmudis ſingulæ doctrinæ in hoc opere explicatæ contineantur: propterea etiam titulum operi fecit, quaſi *argentum Miſchnæ*. In hunc exſtat ſupercommentatio R. *Abrah de Boton*. Bartoloc. monet, Buxtorfium ipſi præterea tribuere

כַּפּוֹת כֶּסֶף i. e. *cochlearia argentea*, tanquam comm. in Threnos, ego vero illius libri mentionem apud ipſum non reperio, niſi quod *Joſ. Caſpi* hujus inſcriptionis & argumenti librum adſcribat: unde, forte ob prænominis ὁμωνυμίαν a confuſione duorum auctorum ſibi non cavit Bartoloccius. R. *Aſarias* in *Meor Enajim* c. 23. allegat Noſtri obſervationes in *Iad* tanquam ineditas, auctoremque vocat *virum inſignis ingenii & doctrinæ*.

4) כְּלָלֵי הַגְּמָרָא *regulæ Gemaræ*, vel כללי התלמוד comment. in librum *Halichoth Olam*. *Venet.* 399. C. 1639. cum libro ipſo, & 1598. 4.

5) מַגִּיד מֵישָׁרִים *annuncians recta* ex *Ieſ.* XLV, 19. i. e. interpretationes partim myſticæ partim literales in ſacrum Codicem, partibus duabus, quarum prior usque ad Levit. XIV. 1.- i. e. ſectionem de leproſo producitur, *Lublin.* 406. C. 1646. ap. *Abrah. fil. Kalonymi* pp 78. cura *Iſaaci f. Sam.* Hieroſol. & *Amſtelod.* 466. C. 1706. 4. Poſterior totum Co-

Digitized by

Codicem Sacrum perſequitur, ed. *Venet.* 414. C. 1654. 4. & *Amſtel.* 468. C. 1708. Comm. noſtri hujus in Legem MS. exſtat in Collegio Mertonenſi apud Oxonienſes. v. Catalogum MSS. Anglic. hujus Collegii n. 330. Allegatur ſæpe in *Ialkuth Rubeni Gadol.*

6) פְּלֵיטַת בֵּית יוֹסֵף *reliquiæ domus Ioſeph* ex 2. *Regg.* 19.30. complectitur *quu. & reſpp.* ſive *Reſponſa Iuridica*, & allegatur in lib. כנסת הגדולה. Forte titulum hunc libro fecit auctor, quod ad ſupplendum בית יוסף pertineret.

7) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſtiones & reſponſ.* in partem tertiam de judiciis & ritibus uxoriis ſecundum ſeriem Ordinis III. Turim, *Theſſalonicæ* 358. C. 1598. fol.

8) שְׁאֵרִית יוֹסֵף *reliquias Ioſephi*, Buxtorf. in Append. Biblioth. memorat ſub Noſtri nomine, tanquam ſuper *Talmud* ſcriptum. Cum vero nec in ש״י nec alibi hujus mentionem fieri videam, crediderim, titulum libri hujus formatum eſſe ex ſimili, quem modo produximus פליטת בית יוסף, qui idem certe infert.

9) שֻׁלְחָן עָרוּךְ *menſa inſtructa*, *Ezech.* XXIII. 41. Compendium commentarii ejus in *Arba Turim*, qui dicitur בית יוסף unde & appellari ſolet סֵפֶר הַקָּצָר *liber brevis* ſive *contractus*. Leguntur enim ibi omnia inſtituta eodem ordine, quo in majori opere *Beth Ioſeph* fuſius expoſita ſunt, brevibus quibusdam theſibus comprehenſa, ſtilo plano & ad Hebraismum purum proxime accedente. Prod. *Venet.* 327. C. 1567. & ib. 334. C. 1574. fol. iterumque & antea 315. C. 1555. 8. quas edit. recenſet ש״י. Bartoloccius affert *Cracovienſem* ſine anno, ac præterea *Venetam* 325. C. 1565. 4. quod ad tres priores partes, quibus quarta acceſſit an. 1566. 4. In B. Oppenheimeri vidi edit. Venet. anni 338. & 358. C 1598. 8.

Poſtea idem liber cum additionibus, animadverſionibus ac novellis expoſitionibus ritibusque ac cerimoniis in Judæorum Germanorum Synagogis receptis, lucem vidit, cura *Moſis Iſarles* (איסרלס) *Cracov* 338. C. 1578. ibidem 340. C. 1580. & 354. C. 1594. fol. porro 367. C. 1607. *Cracov.* 379. C. 1619. 4. *Hanov.* 387. C. 1627. 8. *Venet.* 353. C. 1593. 8. & ibid. an. 1637. quæ memoratur in Catal. Bodlej. p. 142. *Amſtelod.* 401. C. 1641. 8. & antea 392. C. 1632. ac noviſſima *Berolini* 459. C. 1699. 8.

Digitized by Google

Hic *Moſes Iſarles* acceſſiones ſuas ex ICtorum Judæorum ſcriptis, poſt editum בית יוסף vulgatis compilavit, & vulgo Judæis appellari ſolet בַּעַל הַמַּפָּה *auctor mappæ*, quippe qui menſam iſtam mappa inſtruxerit, conf. *Moſe Iſarles.* Porro idem opus recuſum eſt cum iisdem *Iſarles* animadverſionibus & R. *Moſis ben Levi* בְּאֵר הַגּוֹלָה de quo ſub ipſius nomine dicemus, Amſtelod. 422. C. 1662. 8. & 458. C. 1698. *Italica* libri verſio ſub tit. שֻׁלְחָן הַפָּנִים *menſa facierum* cura *Joſephi ben David Franco.* *Venet.* 362. C. 1602. 4.

Præterea partes quædam hujus operis ſeorſim editæ ſunt, v. c. ſuper ארח חיים ſeu partem Primam cum duplici comment. צְבִי הִירש quorum alter dicitur עטרת צבי, alter נחלת צבי *Cracov.* 306. C. 1546. fol. de quo ſuo loco. Sic יורה דעה quæ eſt pars II. cum טורי זהב qui eſt comment. R. *David* f. *Samuelis* Lublin. 406. C. 1646. fol. & cum שפתי כהן R. *Schabtai* f. *Meir* itidem commentario diffuſo Cracov. 406. C. 1646. & cum utroque comm. *Wilmersdorf.* 437. C. 1677. fol.

Tum אבן עזר cum R. *Moſis* Præſidis judicii in Synagoga Briſcenſi, comm. qui dicitur חֶלְקַת מְחוֹקֵק *Cracov.* 430. C. 1670. fol. & cum R. *Zevi Hirſch* comm. ſub tit. נַחֲלַת צְבִי *Venet.* 421. C. 1661. fol.

Denique חשן משפט cum comment. qui apud hebræos magni fit, *Joſua Peleck*, qui dicitur מְאִירַת עֵינַיִם *Prag.* 366. C. 1606. ib. 388. C. 1648. *Cracov.* 430. C. 1670. *Wilmersdorf.* 430. C. 1670. fol. nec non cum comm. R. *Schabtai* f. *Meir* ſub tit. שִׂפְתֵי כֹהֵן *Amſtelod.* 423. C. 1663. fol. ac denique cum utroque hoc comm. nempe *Meirath Enajim* & *Siphthe Cohen* Furthi 451. C. 1691. fol. Monendum quoque eſt, *Buxtorfium* de Abbreviaturis p. 25. ſcribere, ארח חיים librum magnum eſſe quem compoſuerit *Joſ. Karo*, & ex quo alius compoſitus ſit in formam aphoriſmorum & theſium, cui titulus שלחן ערוך. Quæ quidem verba *Nic. Antonii* in B. Hiſpan. Nov. T. I. p. 618. occaſionem dederunt ſuſpicandi, eſſe librum ארח חיים ab ea parte τῆ *Schulchan Aruch*, qui eodem modo vocatur, diſtinctum, & a noſtro exaratum. Talis autem non exſtat, & Buxtorfius, ſi quid video, pro ארח חיים dicere voluit בית יוסף ex quo opere majori Schulchan Aruch contractum eſſe monuimus. Idem Buxtorf. memorat noſtri משנה תורה tanquam

quam qui contineat traditt. Talmudic. & Legem Oralem *Venet.* 337. f. quod repetunt Hottingerus & Nic. Antonius: ſed is quidem vix diſtinguendus videtur ab ejus כסף משנה de quo ſupra: hic enim cum ad Maimonidæ lib. משנה תורה pertineat, hinc factum puto, ut poſteriori hoc nomine vocaretur.

ר׳ יוסף קארו R. JOSEPH KARO, a priori diſtinctus, 963
& ætate non nihil ſuperior, quem auctor *Schalſcheleth* p. 64. a. poſt med. memorat inter Sapientes Terræ Sanctæ, ſed qui nihil ſcripſerit.

ר׳ יוסף קארקיש R. JOSEPH KARKES, qui voca- 964
tur *Bartoloccio* rectius *Ioſeph Alkarkeſeni* (אלקרקסני) (quod alii legunt *Alkarkaſnai*) Karæus, qui inter principes Karæorum doctores numeratur. Vide R. *Mardochai* Karæi tractatum de Caræis p. 139. ubi ejus סֵפֶר נִצָּנִים i.e. *liber florum* ex *Cantic* II. 12. commemoratur. Confer notas meas ibidem & p. 114. lit. h. Videtur ſcriptum hoc controverſias Karæorum & Rabbanitarum tractaſſe, unde forte idem hic exiſtimandus eſt, quem *Abrah. ben Dior* in calce libri Kabbalæ cum *Anane*, Karæorum quondam principe, conjungit ſub nudo *Karkeſeni* nomine, niſi malis hic intelligi *Iac. f. Iſaac Karkeſeni*, qui in modo laudato *Mardochai* tractatu p. 114. memoratur.

ר׳ יוסף קולון R. IOSEPH KOLON, vel, ut קֹלן ש״י 965
Gallus, vixit Sæc. XV. medio & obiit *Pavia* 5246. C. 1486. teſte Schalſcheleth p. 62. b. l. 1. & *Zemach David* ad hunc annum, ſcripſitque שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſtiones & reſponſiones* 194. quæ non *Cracov.* quod *Plantavitius* tradit, ſed *Venet.* ſecundum ש״י an. 279. C. 1519. 4. prodierunt, recuſæ deinde cum Indice & clave rituum ac inſtitutorum (דִּינִים) ſecundum ordinem *Iad Chaſaka* Maimonidis, *CPoli* & *Cremonæ* 317. C. 1557. fol.

In Catalogo MSS. B. Medic. p. 137. b. n. 57. edit. præſtantiſſimi Fabricii commemoratur *Ioſephi Colon* comm. in tractatus quoſdam Rabb. Hebr. in fol. editus, quem ab his Reſponſis Iuridicis diſtinguendum non puto.

In

Digitized by Google

In *Schalſcheleth* l. c. traditur, eum per compendium litterarum vocari מהרר"יק multosque habuiſſe diſcipulos, qui quæſtiones has poſt fata ejus collegerint. Ibidem legas, tantas ipſi cum R. *Iehuda*, Mantuæ tum degente, qui alias vocatur *Meſſer Leon*, inimicitias interceſſiſſe, ut ipſa Synagoga in partes ſcinderetur, & uterque Ducis Mantuani juſſu urbe excedere juberentur.

966 ר' יוסף קורקוס R. JOSEPH KORKOS, per compendium literarum dictus רי"ק varia ſcripſit de Juribus Judaicis, quæ MSS. latere dicuntur apud *Raphaelem Corcos*, teſte Bartoloccio Tom. III. p. 821. ſq. qui in ſequentibus de illa familia diligentius commentatur, eo quod plures ex illa CHRISTO nomen dederint.

967 ר' יוסף קמחי R. JOSEPH KIMCHI f. R. *Iſaaci*, pater *Davidis* & *Moſis*, *Hiſpanus*, Narbonæ, quæ tum temporis Hiſpanis parebat, commoratus, claruit A. M. 4920. C. 1160. filiis ſuis eruditione inferior, ut teſtatur *Schalſcheleth* p. 54. a l. 5. ubi tamen ſcripſiſſe dicitur ס' הָאֱמוּנָה & הַזִּכָּרוֹן quorum prior

ס' האמונה i. e. *liber de fide*, teſte ש"ץ contra Chriſtianos diſputat, ſicut poſterior

ס' הַזִּכָּרוֹן *liber memorialis* Grammaticus eſt, unde & in Kimchii *Michlol* & in Balmeſii Grammat. v. c. S. 2. citatur. Vidi illum MS. in B. Oppenheimeri 4. Confer Catalogum Grammaticorum ſupra ſub voce רקדוק exhibitum, ubi multos libros Grammaticos & inter alios ס' האמונה ſcripſiſſe dicitur.

3) ס' הַבְּרִית *liber fœderis* &

4) ס' הַגָּלוּי *liber revelatus* eidem tribuuntur in ש"ץ, tanquam MS. qui de fide commententur, ſicut &

5) מִלְחֲמוֹת הַשֵּׁם *bella Domini*, ex Num. 21. 15. acerbe contra Chriſtianam religionem diſputat, cui Chriſtianos occurriſſe teſtatur R. *Schem Tov* ben *Iſaac Sprot* in libro, quem dixit אבן בוחן de quo infra ſuo loco. Idem appellatur etiam מלחמת מצוה h. e. *bellum ſuper præceptis*, ut & ס' נצחון *liber Victoriæ*.

Confer infra R. *Schem Tov f. Iſaaci*, & quæ ſcribentur ſub R. *Iacobo f. Ruben*.

6)

6) שֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ *Siclus ſanctuarii*, qui alias vocatur מִבְחַר הַפְּנִינִים (y) quo continentur cantiones rhythmicæ. MS. in B. Bodlej. inter Codd. Pocockianos n. 74. ubi tamen in Catalogo p. 276. adſcribitur R. *Iſaaco Kimchio*, per errorem, ut puto, omiſſo prænomine *Joſephi*.

7) Comm. in *Jeremiam* MS. exſtat in Biblioth. Durlacenſi ex dono *Jo. Reuchlini*, qui illum Romæ duobus aureis Rhenanis emerat. Vide Vitam ejus a Cl. Jo. Henr. Majo deſcriptam p. 537. Codex eſt papyraceus in forma quarti ordinis.

ר׳ יוסף מקנדיאה R. JOSEPH *Cretenſis*: v. infra R. *Joſ. fil. Schelomo Cretenſ.*

ר׳ יוסף כץ R. JOSEPH KETZ, *Cracovienſis*, is eſt R. *Joſeph ben Mardochai Gerſon* de quo ſupra.

ר׳ יוסף קציריס R. JOSEPH de CAZERES, v. infra *Jacob de Cazeres*.

ר׳ יוסף מקראקא R. JOSEPH *Cracovienſis*: vide ſupra R *Joſeph f. Mardochai*.

ר׳ יוסף קרניטול R. JOSEPH KARNITOL vel 1968

קרניטולי ut ש״י vocat, qui floruit 5260. C. 1500. teſte Plantavitio n. 709. qui eum a *Reuchlino* de Cabbala laudari recte monet poſt Buxtorfium. Scripſit

שַׁעֲרֵי צֶדֶק *portas juſtitiæ* ex Pſ. CXVIII. 18. i. e. introductio in Cabbalam, ubi & de divinis Nominibus & de decem Sephiroth agitur *Rivæ Trid.* 321. C. 1561. 4. & *Mantuæ* eodem anno in 8. ſi credimus Bartoloccio: nam poſteriorem illam edit. non adduxit ש״י. *Andr. Maſius* in Indice libb. Hebraic. qui ſubjunctus eſt commentario ejus in Joſuam de hoc libro ita: *liber prorſus Cabbaliſticus, in quo ea doctrina, quæ in PORTA LUCIS* (שערי אורה) *de quo libro ſupra dixi, veluti inchoata erat, abſolvitur. Eſt autem utriusque libri idem auctor R. JOSEPH cognomento NYCTELO: cujus etiam pauca quædam Cabbaliſtico more ſcripta de notis vocalibus Nominis divini apud me ſunt.* Ubi neſcio, cur Maſius libri auctorem vocet *Ioſ. Nyctelo*, quem omnes Bibliothecarum Rabbin. Scriptores & cum iis ש״י *Karnito-*

(y) Alioquin notus eſt ejusdem tituli liber R. *Jedaja Happenini*, qui, cum ætate poſterior ſit, a Kimchio noſtro eum forte mutuum ſumſit.

Digitized by Google

toli cognomine appellant, ſicut liber שערי אורה non hujus *Ioſephi*, quod idem ſibi perſuadet, ſed *Ioſ. Gecatiliæ* eſt, ut ſupra oſtendimus.

ר׳ יוסף קרקסני vide ſupra R. Joſeph קארקיס.

970 ר׳ יוסף הרואה R. JOSEPH *Videns*, Karæus, qui in argumento de inceſtibus a rigore Karæorum antiquiorum nonnihil remiſit, ut apparet ex R. *Mardochæi* tractatu de Karæis p. 26. & *Io. Seldeno* de *Uxore Hebræa* lib. I. c. IV. p. 12. ſq. In eodem Mardochæi tractatu p. 115. noſtro huic tribuitur

סֵפֶר מִצְוֹת גָּדוֹל h. e. *liber magnus præceptorum*, diciturque fuiſſe filius *Iacobi Karkeſeni*. Ibidem p. 121. quidam ex eo locus affertur, quo R. *Moſes Byzantinus* uſus erat. Plura de eo in notis ad laudatas Mardochæi paginas commemoravi, quibus adde locum R. Schemuel in animadverſione ad נובלות חכמה p. 56. a. ubi ait, ſe vidiſſe apud *Ioſephum del Medico* libros hujus Joſephi MSS. in quibus exponat doctrinam diviniorem & confutat errores Philoſophorum, ac de præceptis divinis egregie commentetur.

ר׳ יוסף בן שאול אישקאפה vide ſupra R. Joſeph אשקאפה

ר׳ יוסף בן שטנאס vide ſupra R. *Joſeph* f. סטאנס.

971 ר׳ יוסף שטאטהאגן R. JOSEPH STADTHAGEN ſive plenius *Ioſeph fil. Simſon Metenſis*, incola urbis *Statthagen*, quæ ſita eſt in Comitatu Schaumburgenſi, ſcr.

דִּבְרֵי זִכָּרוֹן *verba memorialia*, alludens ad *Num.* X. 10. qui lib. prodiit *Amſtelod.* 465. C. 1705. fol. partibus duabus, quarum prior in tres potiſſimum partes diſtincta præcipit 1) de ritu jugulandi animalia, 2) de ratione pœnitentiæ. 3) varia veterum dicta & diverſa Scripturæ oracula exponit: poſterior itidem 1) de ritibus explorandi animalia 2) de mediis pœnitentiæ, eleemoſyna & precibus 3) de veterum dictis & Scripturæ locis variis commentatur.

972 ר׳ יוס׳ שלום R. JOSEPH SCHALUM claruit Sæculo XVII. & ſcr.

1)

Digitized by Google

1) אִמְרֵי נוֹעַם *verba jucunda*, ex *Prov.* XXIII. 8. i. e. cantica, preceſque ſupplices ad varia argumenta accummodatæ per totum annum & peſtilentiæ quoque tempore, ut & ſub tempus circumciſionis & ſponſaliorum adhibendæ. Amſt. 393. C. 1633. 8.

2) דֶּרֶךְ תָּמִים *via integri* ex Pſ. CI. 20. animadverſiones ſuper הרי״ף i. e. R. *Ioſeph Alpheſi* & ejus interpretes, quæ prodierunt *Venet.* 382. C. 1622. fol. in collectione, quæ dicitur תומת ישרים de qua fuſius diximus ſub *Benjamin Abraham* מוטאל.

ר׳ יוסף שליט ריקיטי R. JOSEPH SCHALITH 973
REKITI, incola urbis *Sapheth*, in Galilæa ſuperiore

חִבּוּר מַעֲשִׂיּוֹת *collectio hiſtoriarum Midraſchoth & Aggadoth*, in cujus calce etiam legitur מַעֲשֵׂה יְרוּשַׁלְמִי *hiſtoria Hieroſolymitani*, *Veronæ* 407. C. 1647 8. ita Bartoloccius. In ש״י ſub tit. מעשה ירושלמי editio illa ſine nomine editoris recenſetur, diciturque præter *hiſtoriam Hieroſol.* de qua diximus ſupra ſub *Abraham* f. *Maimon* comprehendere מעשה בוסטנאי.

ר׳ יוסף בר שלמה R. IOSEPH f. *Salomonis* clarus 974
Sæc. XIV. ſcribere cœpit comment in *Canticum*, quem perfecit filius an. 5148. C. 1388. v. R. *Elijakim ben Schelomo*. In B. Oppenheimeriana exſtat Codex MS. fol. qui comprehendit R. *Ioſ. fil. Schelomo* comm. in *Iobum* & *Canticum*, quem non dubito eundem eſſe cum noſtro. Ibidem compendioſe ſcribi dicitur per ר״י.

ר׳ יוסף שלמה בן יחייא R. IOSEPH f. SALOMONIS f. JACHIIA vide ſupra R. *Joſeph f. Jachija.*

ר׳ יוסף בן שלמה R. JOSEPH f. SALOMONIS 975
concionator Poſnanienſis, Sæc. XVII. ſcr.

וַיְלַקֵּט יוֹסֵף *& collegit Joſeph* ex *Gen.* 47. 17. i. e. collectiones & diſſertationes in Legem, quibus additus eſt alius liber ויכלכל יוסף *& ſuſtentavit Joſeph*, ex *Gen.* XLVII. 12. ubi habentur ejusdem expoſitiones & conciones in Legem. MSS. ſecundum ש״י.

Digitized by Google

976 ר׳ יוסף שלמה דיל מדיגו R. JOSEPH SALOMO del MEDICO, ſive רופא, *Cretenſis*, Philoſophus, Mathematicus & Medicus inter Iudæos celebratiſſimus, filius *Eliæ del Medico*, per compendium dictus יש״ר (z) vixit *Amſtel.* circa A. C. 1630. Mentio ejus fit in *Zemach David* continuato p. 47. a. (a)

סֵפֶר אֵילִים *liber Elim* ex *Exod.* XV. 27 in quo variæ quæſtiones Phyſicæ, Theologicæ, Cabbaliſt. & Mathematicæ *Joſepho* noſtro proponuntur a R. *Zemach bar Nathan.* Liber nomen inde tulit, quod in duodecim fontes & ſeptuaginta palmas diſtinctus eſt, quæ Elim ex deſcriptione Moſaica olim ratio fuit. Additur pars II. ſub tit. מַעְיַן גַּנִּים *fons hortorum* ex *Cant.* IV. 15. in ſectiones 12. diviſa, quibus reſpondetur ad quæſtiones in priore propoſitas, ubi varia argumenta Philoſophica inprimis vero Mathematica pertractantur. In ש״י quatuor ejus partes potiſſimum conſtituuntur, quarum I. ſit יְסוֹד הַיְסוֹד *fundamentum fundamenti*, h. e. de fundamento Aſtronomiæ II. חֻקּוֹת שָׁמַיִם *ſtatuta cælorum*, ubi de quæſtionibus Aſtronomicis III- גְבוּרוֹת יְהוָה *potentia Dei*, ubi *de ſphæris & orbibus ſtellarum.* IV מַעְיָן חָתוּם *fons obſignatus*, ubi de paradoxis quibuſdam Aſtronomicis ſive Mathematicis in uniuerſum. Hinc vel emendari vel ſuppleri poſſunt, quæ Bartoloccius minus accurate de hoc libro tradidit. Prod. *Amſtel.* apud *Menaſſe ben Iſrael* 389. C. 1629. 4. pp. 83. iterumque 452. C. 1692. 4. non vero, quod Bartoloccius habet, A. C. 1618. Verſionem Lat. hujus libri ab *Athanaſ. Kirchero* factam eſſe teſtatur Imbonatus pag. 9. Biblioth. Lat. Hebr. quæ tamen non prodiit.

Ipſe *Joſephus* noſter p. 82. libri *Elim* & inde ש״י teſtatur, ſe ſcripſiſſe 1) מַגֵּד שָׁמַיִם *annuncians cælos* ubi de variis inſtrumentis Aſtronomicis conficiendis 2) תַּעֲלוּמוֹת חָכְמָה *abſcondita* ſapientiæ, ubi de ratione præſtringendi & faſcinandi oculos, variiſque arcanis Cabbaliſticis, præſtigiis Dæmonum, veneficiis & Magicis, ſomniis, eorum interpreta-

ra-

(z) Hinc factum eſt, ut in Catalogo Bodlej. p. 355. יָשָׁר *fil. Eliæ* vocetur, tanquam יש״ר prænomen ſit, ubi iſti tribuuntur excerpta, libro תעלומות חכמה comprehenſa, quæ tamen deinde ſub nomine *Joſephi del Medico* iterum recenſentur.

(a) Vocatur ibi Aſtronomus magnus, diciturque præter librum *Elim* & *Taalumoth Chochma* varias admirandas ſcriptiones reliquiſſe.

Digitized by Google

tatione, Chiromantia item & Phyſiognomia: confer ipſius Joſephi præfationem ad lib. מצרף לחכמה 3) אותיות השמים *ſigna cœlorum* h. e. de natalitiis thematibus ſtruendis. 4) לחם אבירים *panis fortium*, de variis quæſtionibus difficilioribus. 5) מגלה עמוקות *revelans profunda*, ubi de Alchymia & abſconditis naturæ, ſive arcanis Phyſicis. 6) מקור בינה *fons intelligentiæ*, ubi aphoriſmos Hippocratis hebraice tranſlatos exhibuit. 7) עצם השמים ubi confutavit Quintam Ariſtotelis eſſentiam, argumentis ejus ſingulis, quibus in libro de Cœlo uſus eſt, ad examen revocatis. 8) עמודי שמים *columnæ cœli*, de Syſtematibus Copernici & Ptolemæi, quæ inter ſe conferuntur. 9) גן נעול *hortus clauſus*, ubi de capitibus fidei. At iſti quidem libri, ſi partem libri *Taalumoth chochma* exceperis, lucem non viderunt, qua digni omnino videbantur, cum ex ceteris Viri ſcriptis non vulgaris antiquæ & recentioris Philoſophiæ cognitio in eo fuiſſe videatur.

2) בחינת הדת *examen Legis*, liber Patris hujus Joſephi, *Eliæ del Medico*, cui juncta ſunt varia *Joſephi* noſtri, *Eliæ filii*, ſcripta, nempe pars libri תעלומות חכמה ut & ejusdem מצרף לחכמה cum aliis ſcriptis, Cabbaliſtici potiſſimum argumenti, *Baſil.* 389. C. 1629. 4. Quoniam ad hanc collectionem ſubinde provocabimus, operæ pretium eſt, eam hic accuratius recenſere. Titulus illius Latinus, qui præter hebraicum in frontiſpicio legitur, ita habet: *Collectanea decerpta per Magiſtrum* R. Samuelem Germanum, *ex magno opere Abſconditorum Sapientiæ, quod quidem exaſciavit, nondum tamen undique expolivit vir clariſſimus, omniſcius* ϗ παντοπλανὴς Joſeph del Medico Cretenſis, *quibus adjecti ſunt aliquot tractatus delectabiles ex ſcriptis magnorum Virorum, ut ſequens pagina demonſtrat.* Tota collectio dividitur in Tomos II. quibus alii duo impoſterum addendi promittuntur, qui lucem tamen non viderunt. Prior exhibet

1) בחינת הדת de quo diximus, usque ad p. 8.

2) *Saulis Sacerdotis* epiſtolam de *Elia* illo, ejus quondam præceptore p. 9. 10.

3) מצרף לחכמה de quo paulo poſt dicemus, p. 10. ad 36.

4) Epiſtolæ Hieroſolymis miſſæ de vita, ſapientia & ſcriptis *Iſaaci Loriæ* p. 37-49.

 5)

Digitized by Google

5) Hiſtoria ejecti Zaphetæi ex femina obſeſſa Dæmonis mali p. 49.

6) Tract. עולם קטן in compendium redactus, qui eſt R. *Menachem Aſariæ Fanenſis*, & libro ejus עשרה מאמרות continetur, usque ad pag. 53.

7) קִצּוּר עוֹלָם הַתִּקּוּן *Ioſephi del Medico* p. 53. b. - 55.

8) דְּרוּשׁ אָדָם קַדְמוֹן expoſitio Cabbaliſtica *de Adam Kadmon*, ex libris *Iſaaci Loriæ*, a R. *Simſone* Hieroſolymis miſſa ad p. 59.

9) שֶׁבֶר יוֹסֵף *fractura Ioſephi*, de variis argumentis Cabbaliſt. tractatio Ioſephi noſtri usque ad p. 78.

10) קַבָּלַת ר' יִשְׂרָאֵל סָרוּג *doctrina ſeu traditio Iſrael Sarug*, quam ex ore Loriæ accepit usque ad p. 85.

11) R. *Moſis Nachmanidæ* epiſtola pro *Maimonidæ* Jad chaſaka & More Nevochim p. 85-89.

12) R. *Antoli* epiſtola ad Maimonidem cum hujus reſponſione p. 89-91.

13) Maimonidæ epiſtola excommunicatoria, Sacerdotem reſpiciens, qui uxorem repudiatam duxerat: ut & epiſt. ejus ad *Jonathanem* item epiſtola in regiones Auſtrales miſſa, ac denique tract. ejusdem de reſurrectione mortuorum p. 91-104. Integer tomus conſtat paginis 110.

Tomus poſterior exhibet *Ioſephi* noſtri נוֹבְלוֹת חָכְמָה i.e. *decidui fructus ſapientiæ* & נוֹבְלוֹת אוֹרָה *decidui fructus lucis*, cum longiore præfat. collectoris *Samuelis*, cui inſerta quoque eſt epiſtola R. *Ieſaiæ*, de doctrina Loriæ.

Tractatio tota Cabbaliſtica eſt & ad mentem Loriæ accommodata, ac ſecundum numerum literarum vocis אלהים foliis (עלים) 36. continetur, produciturque usque ad p. 195. Interjicitur p. 164. לוח הַמַּלְבּוּשׁ & de ratione צירוף הָאוֹתִיּוֹת de quibus Cabbaliſtis multus eſt ſermo. Pagina 195. a.& b. exſtat catalogus librorum Cabbaliſticorum, non editorum. Hinc rhythmi R. *Saadiæ Gaon* de ſingulis Alphabeti Hebr. literis, quoties illæ in Codice Sacro occurrant; ac denique p. 198. usque ad finem liber *Ioſephi* noſtri ſub titulo כֹּחַ יְהוָה *virtus domini*, qui pertinet ad rectius intelligendam Cabbaliſtarum de פרצופים, מלבוש, variisque mundis doctrinam. Totus hic tomus abſolvitur paginis 208. Hunc puto eſſe librum, de quo ita *Naphthali Iacob Elchanan* in

Digitized by Google

in præf. ad librum ſuum *Emeck Hammelech*: *Vidimus librum, quem compoſuit quidam diſcipulorum meorum* והוא יש״ר והאלהים עשה את האדם בקש חשבונות רבים h. e. *Deus hominem fecit Rectum* (hic eleganter & ſalſe auctor per vocem יש״ר quo nomine per compendium appellari *Ioſephum* noſtrum monuimus, noſtrum ſubindicat) *ſed ille quæſivit cogitationes multas, dum ſubduxit mihi libros, incepitque a me diſcere parum, abſtulit vero philyras complures, quas ex Terra Iſraelitica advexeram, ex quibus collectaneis ille librum compoſuit, opinionibus ſuis auctum.* Ex quo apparet *Naphthali* illi primario hanc ſcriptionem acceptam ferri debere. Addit ibidem, eum ſibi ſurripuiſſe האלפאביתות של הרל״א i. e. alphabeta 231. Cabbaliſtica variata, & ad doctrinam *Loriæ* illuſtrandam facientia, ac in lucem protuliſſe, quæ quo minus ipſe ederet, religione ſe prohibitum ait, quæ deinde in שעשועי המלך i. e. in libro עמק המלך p. 5. ſqq, explicarit. Hæc ipſa vero alphabeta in Joſephi noſtri libro poſt pag. 164. exſtant.

3) בִּטּוּחוֹת חָכְמָה *fiducia in ſapientia*, quo libro in compendio exhibetur doctrina Cabbaliſtica ex ſcriptis *Moſis Corduero*, ſpeciesque Cabbalæ nominatim *Gematria* & *Raſche Tevoth* exponuntur. Mentio ejus fit in præf. ad מצרף להכמה.

4) בָּשְׂמַת בַּת שְׁלֹמֹה *Baſchmath filia Salomonis* ex 1. Regg. IV. 13. quo libro ſelectiora ejus ſcripta de variis ſcientiis comprehenduntur, diſtincto in quatuor lapidum ordines, parabolisque variis, ænigmatibus, arcanisque Philoſophicis referto MS.

5) יַעַר לְבָנוֹן *Sylva Libanon* ex 1. *Regg.* 7. 2. cujus variæ ſunt partes, quarum prima dicitur בְּאֵר שֶׁבַע ubi de variis ſcientiis, nominatim Logica, Rhetorica, Theologia Naturali, & Philoſophia generatim, Arithmetica item, Aſtronomia, arte nautica, Agricultura, Botanica, Zoologia & variis Animalium generibus præcipitur. Præmiſſa eſt præfatio ſub titulo פִּי הַבְּאֵר *os putei*, quæ de ratione ſtudia tractandi, linguisque & libris, quibus opus ſit, præcipit. In calce libri exſtat tractatus ſub tit. פֶּלֶג אֱלֹהִים *rivus Dei*, ubi inter cetera de moribus legibus & inſtitutis apud varias gentes receptis. Opus hoc diffuſius auctor ipſe deinde in compendium redegit, & vocavit בְּאֵר אַחֶרֶת *fontem alium*. Utrumque exſtat MS.

6)

6) לֵבַב חָכְמַת *cor ſapientiæ*, ubi explicantur loca Talmudica ad res Medicas pertinentia, ac præterea de herbarum viribus, adjuratione dæmonum præſtigiis Magorum &c. diſſeritur. Allegatur in libro ejus מצרף לחכמה.

9) פירוש על אִילָן *comm. in arborem Cabbaliſticam* MS. in B. Oppenheimeri.

10) רְפוּאוֹת תְּעָלָה *medicinæ emplaſtri ſive curationis*, ex *Ier.* XXX. 13. commentatio Medica ex variis Medicorum ſcriptis, ab eodem collecta, quæ ipſam medendi artem tradit, & pharmacopœorum ſcientiam perſequitur, ut illius ope unusquisque artem Medicam addiſcere *αὐτοδιδάκτως* poſſit. MS. Hujus libri ipſe meminit in libro *Elim* p. 81. Eum recenſens R. *Schabtai* in ש״ש addit, eundem Aphorismos Hippocratis ex Græco hebraicis rhythmis expreſſiſſe, qui legantur in calce libri באר מים חיים de quo dicemus ſub R. Iiſſachar בער f. *Iuda Löw*.

11) תַּעֲלוּמוֹת חָכְמָה *abſcondita ſapientiæ*, cujus pars prodiit in בחינת הדת v. num. 2.

976 ר׳ יוס׳ בן שמואל גקטיליה R. JOSEPH f. SAMUELIS *Gecatilia*, vixit A. M. 4800. C. 1040. legemque docuit in Hiſpania æque ac aliis regionibus, & a ſingularibus beneficiis, quibus Iudæos mactarit, laudatur in *Schalſcheleth* p. 39. b. ubi nulla fit ſcripti mentio.

977 ר׳ יוס׳ בן שמואל צרפתי R. JOSEPH f. SAMUELIS, *Gallus*, ſcr. præfationem in Biblia Rabbinica. *Venet.* 1525. fol.

978 ר׳ יוס׳ בן שמואל הקטן R. JOSEPH f. SAMUELIS, *Parvus*, cognomine צָעִיר *humilis*, ſcripſit præfationem & ſcholia in librum הישר.

2) כְּתֹנֶת יוֹסֵף *tunica Ioſephi*, ex *Geneſ.* XXXVII. 31. cujus ipſe meminit p. 122. notarum ad laudatum librum.

979 ר׳ יוס׳ בן שמואל R. JOSEPH f. SAMUELIS edendum curavit

סֵפֶר

סֵפֶר מְסוֹרֶת *librum Maſoræ*, quo exemplis 35. oſtendit, nullam vocem aut *Φϱάσιν* rem ve ullam in Scriptura occurrere, aut repeti, fruſtra, ſed certo conſilio certisque de cauſis afferri. Prodiit *Venet.* 367. 4. C. 1607. apud *Io. de Gara* cum licentia ſuperiorum pp. 20. *Hottingerus* p. 7. Bibl. Orient. nomen auctoris cum *Plantavitio* n. 379. quem etiam ſecutus eſt *Bartoloccius*, nomen auctoris ita, ut ſcripſimus, efferunt, rectius omnino & titulo ipſi, convenienter, quam ש״י ubi & in libro & in Indice alphabetico legis דייס.

ר׳ יוסף בן שמואל טוב עלם vide ſupra R. *Ioſeph Tov Alem.*

ר׳ יוסף בן ר׳ שם טוב R. JOSEPH f. R. 980
SCHEM TOV, *Hiſpanus*, vixit A. M. 5180. C. 1420.

1) דַּעַת עֶלְיוֹן i. e. *cognitio Dei*, ex *Num.* XXIV. 16. liber Philoſophicus, MS. ſecundum ש״י qui ex Buxtorfio hauſiſſe videtur.

כְּבוֹד אֱלֹהִים *gloria Dei*, ex *Joſua* VII. 19. ubi agitur de præſtantia hominis & Legis Moſaicæ, & doctrina Moralis ex ſcriptis Ariſtotelis tractatur, iis, quæ cum fide Judaica conciliari nequeunt, confutatis. *Ferrar.* 316. C. 1556. 4. R. Aſarias in *Meor Enajim* c. 22. p. 91. b. allegat ejus præfat. in commentarium ſuum ſuper Ethica Ariſtotelis, quem ab hoc libro, de quo agimus, non puto eſſe diſtinctum. Noſtrum enim in Ethicam Ariſtotelis commentatum eſſe, ex iis patet, quæ ſupra ſub *Ariſtotele* n. 16. diximus p. 221. (c)

3) עֵין הַקּוֹרֵא *oculus Lectoris*, ex *Judic.* XV. 19. ubi præcipit de ratione concionandi, MS. Bartoloccius noſtrum hunc appellaverat R. יוסי f. *Schem Tov*, cui præter עין הקורא tribuit דעת עליון deinde vero poſteriorem hunc librum ſub R. *Ioſeph f. Schem Tov* repetit. Non dubi-

Cccc

(c) Bartoloc. Tom. III. p. 830. b. ubi de noſtro diſſerit, ſcribit, eum Arabice commentatum eſſe in Ethica Ariſtotelis, cum tamen ſcripſerit *hebraice*: hac enim lingua MS. exſtat, quod ſub Ariſtotele diximus. Idem *Bartol.* noſtro tribuit comm. in *More Nevochim*, qui adſcribendus potius erat R. *Schem Tov f. Joſ. Schem Tov*; ſecutus hac in re eſt auctorem *Schalſcheleth* p. 62. b. præter rem, ut puto, cum ipſius commentarii titulus auctorem non *Joſephum Schem Tov* ſed *Schem Tov filium Joſephi* appellet, unde & ש״י illi tribuit, qui viciſſim comm. in Ethicam R. *Joſ. Schem Tov* adſcripſit. Buxtorfius in B. Rabb. p. 365. auctorem comm. in Ethicam & More Nevochim noſtrum quoque Pronunciavit; at idem tamen p. 461. ubi noſtri עין הקורא recenſet, ait eum fuiſſe patrem illius, qui *More* illuſtrarit.

Digitized by Google

bitandum puto eundem hunc eſſe auctorem, qui nunc *Ioſe*, nunc *Ioſeph* eodem ſenſu dicitur. Nihilominus tamen & ש״י librum דעת עליון quem in opere ipſo p. 18. tribuerat R. *Ioſeph f. Schem Tov*, in Indice alphabetico adſcribit R. *Ioſe ben Schem Tov*, eumque a Joſeph ben S. T. diſtinguit.

4) Denique & huic acceptum fero *commentarium*, qui ſub hoc nomine exſtat in epiſtolam פריפוט דוראן quod nomen vide infra

981 ר׳ יוס׳ בן שיניאור הכהן R. JOSEPH f. SCHENIOR *Sacerdos*, ſcr.

מִנְחַת כֹּהֵן *munus Sacerdotis*, *Levit.* VI, 16. tractatus *Maſorethicus*, ad Pentateuchum pertinens, quo oſtenditur primo quidem ordine alphabetico, quæ voces plene vel defective ſcribi debeant, ut & quomodo eadem vox ſecundum Keri & Cethib habeat, deinde vero idem traditur ſecundum ordinem Paraſcharum Pentateuchi. Prod. קוריגשמי prope *CPolin*, 358. C. 1598. 4. Auctor a Buxtorfio ceterisque Rabbin. Bibliothec. Scriptoribus & a Cl. le Long. B. Sac. P. II. p. 416. vocatur בן שניאור: nos ſcriptionem ש״י ſecuti ſumus cum nomen שיניאור inter Iudæos etiam alias occurrat.(d) Acute ab auctore de hoc argumento diſſeri monet *Rich. Simonius* in Disquiſitionibus Criticis c. 3. p. 20.

982 ר׳ יוס׳ ששון R. JOSEPH SASON ſcr.

שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן *oleum lætitiæ* ex Pſ. XLV. 8. liber Maſorethicus MS. quem R. Menachem Lonzano in limine libri Or Tora, qui in ejus שתי ידות exſtat, & ſæpe alias allegat ac in calce libri eo ſe inprimis uſum eſſe profitetur. Hic addendus eſt Scriptoribus Maſorethicis Judæorum, quos laudat Cl. le Long in Biblioth. Sac. Parte II, p. 415. ſq. ed. Lipſ.

יוסיפון vide ſupra *Ioſeph ben Gorion*.

983 יאשיה JOSCHIA Præſes Curiæ Cracov. Sæculo XVII. medio ſcripſit

מָגֵן שְׁלֹמֹה *clypeus Salomonis*, quo libro, non edito, reſpondit ad animadverſiones, quæ Toſephoth in Raſchium fecerunt. V. *Zemach David* continuatum p. 47. a.

ר׳ יאשיה בועז מברוך R. JOSCHIA BOAS MIBBARUCH vide ſupra R. יהושע *Boas*.

ר׳

(d) Sic ſupra n. 373. recenſuimus *Ben Schenier Aben Jachija* tract. de Scacchi ludio.

Digitized by

ר׳ יחוניה בן אברהם R. JECHONIA f. *Abrabam* ſcripſit 984

קול שׂשׂון *vox gaudii*, ex *Jerem.* VII. 34. quem Plantavitius n. 616. ex Catalogo Veneto de rerum felicitate agere ait. Ex ש״י apparet, eſſe Aſtrologicum, qui de fatis ex ſiderum influxu præſignificandis exponat.

יחזקאל די קסטרו EZECHIEL a CASTRO, Medicus, quem ſuſpicor ex celebri illa, arte Medica, familia hujus nominis Iudaica fuiſſe, ſcr. 985

Amphitheatrum Medicum, in quo morbi omnes, quibus impoſita ſunt nomina ab animalibus, raro ſpectaculo debellantur: Lib. I. *Veron.* 1646. 4.

Ignem lambentem, Hiſtoriam Medicam, Proluſionem Phyſicam. ib. 1642 8. v. *Mercklini* Lindenium Renov. p. 267.

יחייא אלבטרק IECHIIA ALBATRACK, ſcripſit quædam in Ariſtotelem: vide ſupra p. 221. n. 19. & 22. 986

בן יחייא JACHIADES, vide ſupra R. *David ben Gedalja Jachija.* v. *R. Dav. ben Schelomo Ioſ. Iachija.* v. *Ioſeph ben David ben Ioſeph.* v. *Ioſ. b. Iachija.*

יחייא בן יאיש R. DON JACHIJA f. JAISCH, R *Scherira Gaon* æqualis, Sæc. XI. vixit A. M. 4756. potens & dives, quem Judæi ex ſemine Davidis prognatum credunt, defunctus A. M. 4800. C. 1100. teſte *Schalſcheleth* p. 39. qui etiam monet, illius ætate adhuc exſtitiſſe celebris illius familiæ genealogiam. Confer *Hottingeri* Hiſtoriam Eccleſ. N. T. Sæculo XI. p. 502. ſq. 987

ר׳ יחיאל R. JECHIEL, pater R. *Aſcher*, auctoris האשרי, defunctus A. M. 5028. C. 1268. teſte *Juchaſin* p. 132. & *Zemach David* ad hunc annum. Is eſt, cujus diſputatio cum *Nicolao*, qui a Judæis ad Chriſtianos tranſierat, ex MS. Cod. Argentoratenſi Hebraice, ſed a fine mutila, cum verſ. Latina a *Io. Chriſtoph. Wagenſeilio* exhibetur in Telis Igneis Satanæ. *Nicolaus* ille, quod ex p. 5. diſputationis illius apparet, antea dictus eſt דונין, quemadmodum ex eadem cognoſcitur, *Nicolaum* controverſiis 988

Digitized by Google

ſiis Judaicis, ad Regem & Senatum tanquam judices delatis, hanc diſputationem quæſiviſſe. Allegatur p. 7. *Hioronymus*, tanquam qui totum Talmud didicerit. Ceterum in tota diſputatione illa nihil aliud agitur, quam ut varia de JESU, in Talmude memorato, objiciantur R. *Jechieli*, qui tamen reſpondet, negando (e) ea de JESU Nazareno intelligi debere.

989 ר׳ יחיאל R. JECHIEL frater R. *Iacobi Aſcher*, qui *Turim* ſcripſit, nonnullis creditur auctor libri תניא; vide ſupra R. *Iehuda ben Benjamin*.

יחיאל בן אוריאל vide ſupra *Avi Iaafar Ibn Thophail*.

990 ר׳ יחיאל אשכנזי R. IECHIEL *Germanus*, ſcripſit

הֵיכַל יְהוָה *palatium Domini*, ex 1. *Sam.* I. 9. ubi de decem *Sephiroth* & earum nominibus variis, aliisque arcanis Cabbaliſticis. *Venet.* 4. ap. *Dan. Zanetum.* In calce R. *Ioſ. Gecatiliæ* myſteria Cabbaliſtica cum expoſitione Loriæ ſuper Pentecoſtes feſtum exſtant. *Mehlführerus* in Acceſſionibus ad Almeloveenii Biblioth. Prom. & Latentem p. 151. teſtis eſt, B. Wagenſeilium molitum eſſe verſionem Latinam libri היכל יהוה ad antiquitates Hebraicas pertinentis, quem noſtrum hunc putarem, niſi argumenti diverſitas aliud ſtatuere juberet. Neque tamen exſtat in univerſum hujus tituli liber, qui ejusmodi argumentum perſequatur: nam qui ſub eodem memoratur alius in Catalogo librorum libro יצירה edit. Mantuanæ ſubjuncto, is itidem Cabbaliſticus eſt.

991 ר׳ יחיאל בן ר׳ ידידיה R. JECHIEL JEDIDIA nepos R. מיכל (de quo ſtatim) מארפטשיק ſcripſit

מִנְחָה חֲדָשָׁה *oblatio nova* i. e. comm. in *Pirke Avoth*, ex variis libris collectus *Lublini* 336. C. 1576. 4.

992 ר׳ יחיאל לוריא R. JECHIEL LORIA, *Germanus* in lucem protulit ס׳ חֲרֵדִים R. *Eleaſaris fil. Accari*, *Venet.* 1601. 4.

993 ר׳ יחיאל בן יהודה R. IECHIEL f. *Iehuda Levi* קראכמאל

(e) De hac re quid habendum ſit, in recenſione Talmudis diſquiremus: in contrariam noſtro ſententiam præter alios diſputavit *Meelführerus* in duabus diſſert. de Jeſu in Talmude.

קראכמאל (*Krochmel*) *Cracovienſis*, qui cum animadverſionibus ſuis edidit avi ſui R. *Chajim Krochmel* מקור חיים de quo ſupra ſuo loco.

ר׳ יחיאל מיכל R. JECHIEL MICHEL fil. *Arje* Antiſtes Leviticus Synagogæ *Caliſienſis*, ſcr. 994

שַׁעֲרֵי שָׁמַיִם *portas cœlorum*, ex *Gen.* 28. 17. i. e. conciones variæ ſecundum argumentorum ſeriem per octodecim ſectiones diſpoſitæ. *Prag.* 435. C. 1675. 4.

יחיאל מיכל בן אברהם JECHIEL MICHAEL f. *Abraham* Levita, *Epſteinenſis*, edidit lingua Rabbinica German. ס׳ דֶּרֶךְ הַיָּשָׁר לְעוֹלָם הַבָּא *librum viæ rectæ ad vitam futuram* in quo per 40. capita rudes potiſſimum homines ea docentur, quæ ad doctrinam de anima, vita pie agenda, ac morte feliciter obeunda &c. pertinent. Francof. ad Mœn. 473. C. 1713. 8. 15. plagg. Exhibet fere compendium eorum, quæ in libro שני לוחות הברית leguntur, quod in titulo ſcripti admonetur. 995

ר׳ יחיאל מילי R. JECHIEL MELI claruit Sæc. XVI. inclinante: 996

תַּפּוּחֵי זָהָב *poma aurea*, ex *Proverb.* XXV. 11. compendium libri ראשית חכמה de quo diximus ſub *Elia f. Moſche de Vidas*, una cum aliis acceſſionibus ex libro מעין גנים, & הנהגות הר״אש de quibus libris ſuo loco. *Mantuæ* 383. C. 1623. 8. per generum ejus Dav. f. Moſis משער אריה. In Catal. Bodlej. p. 355. præter hanc alia ejusdem anni, ſine loco notato memoratur.

ר׳ יחיאל בן ר׳ יקותיאל R. JECHIEL f. R. JEKUTHIEL ſcr. 997

מַעֲלוֹת הַמִּדּוֹת *de præſtantia virtutum*, qui liber ex *Medraſchim* & aliis ſcriptis collectus doctrinas morales varias, virtutis ſtudium commendantes, complectitur. Non dubito hunc eundem eſſe, qui una cum R. *Iehuda fil. Iſaaci* Levita Pentateuchum hebr. cum ſuccincto commentario ex *Raſchio*, *Nachmanide*, *Aben Eſra* & aliis collecto edidit *Venet.* 306. C. 1546. 4. Nihilominus tamen ש״ו in Indice Alphab. eos diſerte diſtinguit.

998 יחיאל בן משולם JECHIEL fil. MESCHULLAM cum præfat. ſua in lucem edidit Salom. Loria librum ירִיעוֹת שלמה *Venet.* 370. C. 1610. 4.

999 ר׳ יחיאל מפיסארו R. JECHIEL *Piſaurenſis* Philoſophus, Medicus & Theologus ex Judæo Chriſtianus ſcripſit an. 1582. lingua Italica conciones quasdam in concione Judæorum eodem ſermone habitas, Florentiæ in Eccleſiæ S. Crucis. Prodierunt Florent. 1585. 4.

1000 ר׳ יחיאל מפרישי R. JECHIEL *Pariſienſis*, diſcipulus R. *Iudæ Hachaſid* A. M. 5018. C. 1238. a literarum ſtudio & doctrina, inprimis vero a Cabbalæ Practicæ ſcientia laudatur maxime in *Schalſcheleth* p. 57. a. ubi etiam ſingularia nonnulla referuntur, quæ illius ope præſtiterit, v. c. quod candelam ex oleo alendam accenderit veſpera Sabbati, quæ inde ab eo tempore per integram hebdomadem ſine oleo lucem præbuerit. Videri hic poterat idem cum ſuperiore, cujus diſputationem cum Nicolao commemoravimus, cum & ætas & commorandi locus reſpondeat, ſicut & propterea Bartolocc. Append. ad Tomum III. Biblioth. p. 945. in hanc conjecturam venit, ſed, cum in *Zemach David* diſerte diſtinguantur a ſe invicem, aliter hic ſtatuendum eſſe cenſuerim, niſi forte ille in hoc capite videatur deſerendus.

1001 יחיאל בן צבי JECHIEL fil. ZEVI ex Synagoga Kawalenſi in Volhynia librum *Salom. Algaſi* מעלפת ספירים cum præfat. ſua ſecundum edidit *Amſtelod.*

1002 ר׳ יחיאל בן ראובן R. JECHIEL f. RUBEN ſcripſit עֲשָׂרָה יְרִיעוֹת *decem cortinæ*, ex *Exod.* 26. v. 1. ubi agitur de Calendario Judaico, Novilunio, Solſtitio & Sphæris cæleſtibus &c. *CPoli* 301. C. 1541. 4.

1003 ייבא סבא & ייסע סבא JIBA SABA & JISA SABA, neſcio quis: utriusque סִפְרָא i.e. liber citatur in libro תקוני זוהר ad *Geneſ.* V. 1.

ר׳

Digitized by

ר׳ ימין R. JAMIN Judæus, qui librum primum Chronico- 1004
rum Arabice convertit, quæ interpretatio MS. in fol. minori recenſetur in Catalogo B. Segverianæ p. 22. Ex Cl. le Long Bibl. Sac. T. I. p. 231. collegeris, utrumque librum Paralipomenon ibi converſum exſtare, quod tamen catalogus non dicit.

יעקב IACOBUS *Patriarcha*, cui nonnulla tribuuntur, quæ a 1005
diffuſæ lectionis Viro, *Io. Alb. Fabricio* in Pſeudepigrapho V. T. p. 435. ſq. recenſentur. Sunt illa

1) *Scala Iacobi*, ab Ebionæis ficta, in qua exponit ſomnium de ſcala ad cœlum pertingente, de qua Geneſ. XXVIII. v. Epiphanium lib. I. Sect. 30.

2) *Teſtamentum* ad exemplum genuini illius, de quo Geneſ. XLIX. confictum & a *Gelaſio* rejectum, quod ex verbis ejus in Decreto Gratiani diſt. XV. cap. *Sancta Romana* apparet.

3) *Inſcriptio lapidis* poſt viſam ſcalam cœleſtem erecti, de qua *Sixtus Senenſis* lib. 2. Biblioth. Sanctæ.

4) *Pſalmi* quidam: nam in *Bereſchith Rabba* ſect. 68. traditur per quatuordecim annos in Academia Semi & Heber latuiſſe, in domo vero Laban quindecim Cantica Graduum compoſuiſſe.

5) *Preces veſpertinæ*, quas ſub noctem recitant Iudæi: illas temere ei adſcribi cum linguam Syro Chaldaicam, qua ſcriptæ ſunt, tum excidium templi, aliasque res ætate Iacobi longe inferiores, quarum ibi mentio ſit, evincere recte obſervavit *Scipio Sgambatus* in *Archivis V. T.* p. 202. ſq.

6) Idem ſingulari libro deſcripſit venditionem primogenituræ ab Iſaaco fratre ſibi factam, ſi credimus libro רז״יש p. 52.

ר׳ יעקב R. IACOB ſcripſit vocabularium ſive Lexicon vo- 1006
cum S. Scripturæ difficiliorum. MS. B. Vatic. fol. membr.

ר׳ יעקב R. JACOBUS neſcio quis, de quo ſcripſi ſupra 1007
ſub אבן צוהר. Forte ille eſt *Iacob Antoli*, de quo ſuo loco.

אבו יעקב ABU JACOB *Karæus*, cujus 1008

שְׁאֵלוֹת *quæſtiones*, quas Sapientibus tam in Iſraele, quam inter gen-

gentes proponit. MSS. eas habuit *Iac. Triglandius*, quod patet ex ejus Catalogo librorum Oriental. p. 24.

1009 ר׳ יעקב בן אבא R. IACOB F. ABBA qui librum quendam Aſtronomicum Alfergani hebr. convertit: vide, quæ ſcripſi ſub אלפרגני. Hic eſt R. *Iac. Antoli*, de quo ſuo loco, ſub R. *Iac. f. Simſon.*

1010 ר׳ יעקב אבנדאנה IACOBUS ABENDANA, *Hiſpanus*, primum *Amſtelod.* hinc *Londinenſis* Archi Synagogus, ISAACI de quo poſtea, frater, an. 1685. defunctus, ceu tradit V. C. *Ioannes Mollerus* in Iſagoge ad Cherſoneſum Cimbricam Parte II. p. 96.

Hujus eſt verſio Hiſpanica libri *Coſari*, quam notis ſuccinctis inſtructam edidit *Amſtelod.* 423. C. 1663. 4. pp. 306. In notis illis p. 50. & 63. allegat librum ſuum ſub titulo *Inſtructio in fide Iudaica*, ubi inter cetera produxerit loca V. T. in quibus præmia ſpiritualia memorentur. Notæ illæ interdum ſunt diffuſiores, in univerſum vero Scriptoris mentem egregie illuſtrant. Adhibuit etiam comment. R. *Muſcati*, ceu patet ex p. 253. ubi tamen ab eo diſcedit, ſicut p. 178. & p. 130. laudat. In verſione nunc edit. Venetam priorem, nunc poſteriorem, in qua nonnulla in gratiam Chriſtianorum omiſſa vel inſerta ſunt, ſecutus videtur: ſic in limine ſtatim, ubi in Veneta illa & Buxtorf. legitur, in hac diſputatione excipi Chriſtianos (חוץ מן הנוצרים) nihil tale, ſicut nec in Veneta priore, in verſ. Hiſp. inveneris. Sic. p. 7. ed. Buxtorf. ex *Veneta* priore memoratur bellum לאדום ולישמעאל i. e. *inter Idumæos* (i. e. inter Chriſtianos) *& Turcas*, & cum hac conſpirat verſ. Hiſpanica, quamvis in Veneta poſteriore pro Edom legatur פרס i. e. *Perſa*, quod iterum factum eſt p. 9. Viciſſim vero quæ p. 9. ed. Buxtorf. ex ed. priore Venet. inſerta ſunt & in poſteriore deſiderantur, in verſione quoque fruſtra quæruntur.

Hic Miſchnam integram una cum commentariis *Maimonidæ* ac *Bartenoræ* hiſpanice vertit, quam translationem in multis locis aditu difficillimis comiter viam ſibi monſtraſſe profitetur *Surenhuſius*, de his literis, vel ipſo illo opere, egregie promeritus p. 5. præf. ad Miſchnam. Unde patet, Bartoloccium, quem & alii ſecuti ſunt, minus recte noſtro huic Latinam Miſchnæ verſionem tribuere, quæ accepta potius ferenda erat *Iſaaco* fratri, de quo infra commentabimur. Hanc verſionem in ma-

manibus ſuis eſſe, eandemque facile ſive hac, ſive Latina lingua, edi poſſe teſtatur *Franc. Mercurius Helmontius* in præfat. ad Alphabetum vere Naturale *Solisbaci* 1667. 12. ed. Eandem per integrum annum tenuiſſe *Io. Chriſtoph. Wagenſeilium* teſtatur *Mehlführerus* in Acceſſionibus ad Almeloveenium p. 129. ubi addit tanta eſſe molis, ut illi bajulando vix unus ſufficiat.

Idem Spicilegio ſuo inſtruxit celebrem illum literalem commentarium מכלל יופי editum Amſtelod. 445. C. 1685. fol. in quo ea inprimis Kimchii loca literis Rabbinicis minuſculis exprimuntur, ad quæ auctor *Sal. ben Melech* in contextu commentarii ſui obiter provocaverat.

Diſputatio epiſtolaris inter *Anton. Hulſium* & noſtrum hunc *Abendanam*, ubi de gloria majore Templi diſquiritur, hebr. & Lat. prodiit Lugd. Bat. 1669. 4. recuſa deinceps in calce *Nuclei Prophetici* ibid. 1683. 4. Conſtat illa quinque Hulſii & tribus Abëndanæ epp. Hebr. Latinis.

ר׳ יעקב אבואלעפיא R. IACOB ABVALAPHIA 1011

approbavit libros binos R. *Ioſephi Pinto*, quod nomen vide. Floruit Sæc. XVI. medio, & laudatur ab *Imman. Aboab* p. 310. Nomologiæ.

יעקב בן אברהם IACOB fil. ABRAHAM CPolita- 1012

nus, cujus epiſtola de Synagogis & Scholis hodiernorum Iudæorum Hieroſolymit. ad Rev. Cnollium ſcripta legitur in Relationibus Innoxiis 1713. p. 438. alia p. 438. alia p. 442. ubi de Scholis CPolit.

ר׳ יעקב אברהם בן עטר R. IACOB ABRA- 1013

HAM f. ATAR ſcr. commentar. in Raſchi ſuper legem, qui teſte ש״י MS. eſt Amſtelod.

ר׳ יעקב בן אברהם צריק R. IACOB f. ABRAHAM *Iuſtus*, vide infra R. IACOB צריק.

ר׳ יעקב בן אהרון בנימין R. IACOB f. AA- 1014

RON *Benjamin*, ſcr.

נחלת אבות *hereditas Iacobi*, comm. magnus in comm. Raſchii ſuper Pentat. ubi oſtenditur, quid *Raſchi* ex *Talmude* utroque, *Mechiltas Siphra*, & ceteris libris hauſerit. *Cracov.* 402. C. 1642. f.

Digitized by Google

1015 יעקב מאורליאנש IACOBUS *Aurelianenſis* Gallus (f) occiſus A. M. 4950. C 1190. Hic ab auctoribus *Toſephoth* ſolet appellari ר"ת *Rabbenu Tam*, quo nomine etiam vocatur Raſchii nepos, nec ullo indicio, ut *Schalſcheleth* monet, conſtare poteſt, uter horum innuatur. Eſt ille inter auctores τῶν *Toſephoth*. Confer quæ ſcribentur ſub *Iacobo* מרומרוג & *Iacobo* תם.

1016 ר יעקב אלבא R. IACOB ALBA ſive *de Alba* ſive *Albo* ut in Ind. τοῦ ש"י vocatur, Monteferratenſis, diſertus in Synagoga Florentina concionator, qui vixit ineunte Sæculo XVII. & vivus adhuc תולדות יעקב h. e. *generationes Iacobi* ex *Gen.* XXXII. 2. *Venet.* 369. C. 1609. 4. apud Jo. de Gara edidit. Confer infra R. *Iac.* עלו.

1017 ר' יעקב בן ר אלחנן היילברון R. JACOB f. R. *Elchanan*, *Heilbronnenſis*, librum מצות נשים *præcepta mulierum*, ubi de ſeparatione ob menſtrua, &c. germanice præcipitur, unde & titulum fert *Weiberbuch*, in italicum ſermonem converſum ed. *Venet.* 412. C. 1652. 4. apud Io. Imbertum. *R. Schabbatæus* in ש"י interpretationem quidem memorat, ſed auctorem tacet. Vide quæ ſcripſi ſupra ſub בנימין מארדונו.

1018 ר' יעקב בר אליה הלוי R. JACOB f. ELIÆ *Levita*, Teplicenſis, librum סליחות i. e. *precum* germanice redditum edidit *Pragæ* fol.

1019 ר' יעקב בן ר' אליעזר R. JACOB fil. R. ELIESER Grammaticus Sæculo XIII. clarus, quod patet ex Catalogo Grammaticorum ſupra p. 339. exhibito, ubi ante Kimchium collocatur. Dicitur ibidem inter ceteros libros Grammaticos ſcripſiſſe ס' השלם i. e. *librum perfectum*; ita enim malo nunc legere, cum ſupra legerim ס'

(f) In *Schalſcheleth* quidem p. 50. poſt med. ad גליל אנגלטירה h. e. ut interpretor, Angliam, refertur, ſed contra omnes Geographiæ rationes.

Digitized by Google

ס׳ הַשָּׁלוֹם & verterim *liber pacis*. Forte ex priori illo *Kimchius* mutuum ſumſit titulum ס׳ מכלול quo Grammaticam ſuam appellavit. Hic ab *Abrahamo Balmeſio* citatur paſſim in Grammatica v. c. p. 4. & X. 8. ita quidem ut vocetur R. *Jacob fil. Eleaſar*. Unde fere in conjecturam venio, illum R. *Iac.* fil. אלעזר de quo ſtatim dicemus , a noſtro hoc non eſſe diſtinguendum.

ר׳ יעקב בר אליקים R. JACOB f. ELIJAKIM, 1020

הילפרון edidit epitomen commentarii R. *Abarbanelis* in *Pirke Avoth* & hiſtoriam Paſchalem *Lublini* 364. C. 1604- ita Bartoloc. At ש״י auctorem vocat ר׳ יעקב הערצקש Confer quæ dicentur ſub *Iſaaco Abarbanele*. Noſtro huic tribuerim ego נַחֲלַת יַעֲקֹב *hereditas Jacobi* i. e. quæſ. & reſp. cum explicatione locorum quorundam in *Toſephoth* Talmudicis. Patav. 389. C. 1629. 4. Nam ש״י tribuit R. *Iacobo* היילפרון qui in Catal. Bodlej. p. 328. perperam vocatur *Jacob Helpadon* (היילפרון)

ר׳ יעקב בן אלעזר R. JACOB f. ELEASAR ſcr. 1021

פַּרְדֵּס רִמּוֹנִים ex *Cantic.* IV. 13. *hortus malogranatorum*, item

עֲרוּגַת הַבֹּשֶׂם ex Cantic. V. 12. *areola aromatica* ubi de parabolis & ænigmatibus.

גַּן עֵדֶן *hortus Eden* ex Gen. II. 8. *de anima*. Tres hos noſtro huic a nemine tribui video, ſi exceperis Bartoloccium, qui etiam monet, tertium MS. exſtare in Vaticana, deſcriptum a *Moſe Kimchio* an. 142. C. 1382.

ר׳ יעקב בן אמרם R. JACOB fil. AMRAM, claruit Sæculo XVII. & contra Chriſtianos ſcripſit hebr. 1022

שַׁעַר אֱמֶת *porta veritatis*, quem librum anno 1634. ſcriptum ex *Radulphi Cudworthi* Bibliotheca accepit , ejusque contra N. T. exceptiones confutavit *Richardus Kidderus* , Epiſcopus quondam Bathonienſis & Wellenſis, in Parte III. Demonſtrationis Meſſiæ anglice ſcriptæ cap. III. qui in præfat. teſtatur, ſcripto hoc religionem Chriſtianam tam acerbe oppugnari, ut ſimile illi exemplum non exſtet, nec inpoſterum ſit exſpectandum. Citatur idem liber a V. C. *Petro Allixio* in præf. ad epiſtolas de duplici Adventu Meſſiæ.

Digitized by Google

ר׳ יעקב אנטולי vide R. JACOB f. SIMSON *Antoli.*

1023 **ר׳ יעקב בר אשר בן יחיאל R. JACOB f.** ASCHER f. *Iechiel* Germanus a libro, quem fecit, בַּעַל טוּרִים (g) i. e. *auctor Turim* dictus ex Germania in Hiſpaniam abiit, & Toleti A. M. 5100. C. 1340. ut ex Ordine *Orach Chajim* ſub finem Hilchot *Roſch chodeſch* n. 427. p. 80. col. 2. ed. *Hanov.* apparet, ſcripſit

אַרְבַּע טוּרִים i. e. *quatuor Ordines*, ex Exod. XXVIII. 17. quo opere collegit inſtituta & leges Judæorum omnes, quæ vel in Gemara vel in ſcriptis Juris Iudaici peritorum ceteris exſtant. Quatuor totius operis partes eſſe voluit, quæ ſingulæ iterum in certas הֲלָכוֹת *conſtitutiones*, hae vero in certa *capita* ſive *ſectiones* סִימָנִים diſtinguuntur. *Ordo primus* (טוּר אֶחָד) vocatur אֹרַח חַיִּים *ſemita vitæ* ex Pſ. XVI. 11. *Secundus* יוֹרֶה דֵעָה *docebit ſcientiam* ex *Ieſ.* XXVIII. 9. *Tertius* אֶבֶן הָעֶזֶר *lapis auxilii* ex 1. *Sam.* VII. 12. IV, חֹשֶׁן מִשְׁפָּט *pectorale judicii* ex *Exod.* XXVIII. 15.

Ordo I. *Orach Chajim* conſtat conſtitutionibus 27. & partibus tribus, quarum I. præcipit, quomodo homo inde a tempore, quo lectum reliquit usque ad tempus, quo eundem repetit: gerere ſe debeat. *II.* ritus & leges ad Sabbatum pertinentes, cum benedictionibus & precationibus per totum diem perficiendis exponit. III. inſtituta ad Novilunium & feſta per totum annum celebranda pertinentia explicat.

Ordo II. *Iore Dea* conſtans 31. conſtitutionibus rationem omnium rituum, hac ætate receptorum, ex fundamentis ſuis deducit, ſpeciatimque conſtitutiones de cibis licitis & illicitis explanat.

Ordo III. *Even Eſer*, conſtitutt. 5. de legibus uxoriis, libello repudii, calceo Leviratus jus violanti exuendo, ſponſalibus item, & literis contractus matrimonialis continet.

Ordo IV. *Choſchen miſchpath* 38. conſtitutt. ubi de officiis & ritibus ad forum ſive judicia & Iudices relatis, ut & de jurejurando, commerciis, & ſimilibus agitur. Prodiit totum opus *Venet.* 282. C. 1522. 4. *Cracov.* 299. C. 1539. *Auguſtæ Vind.* (אויגשבורג) 306. C. 1546. Has editio-

(g) Pro nomine proprio habuit *Jo. Coccejus*: vide Memorias Trevultienſes 1710. Mart. p. 379. Non magis recte V. C. *Jo. Harduinus* opus *Turim* Maimonidi adſcripſit, notatus ideo in *Dialogo inter Irenæum & Euſeb.* qui in Opp. ejus Selectis p. 411. legitur.

editiones habet ש״י at Bartol. affert aliam *Soncinatum* 241. C. 1481. *Fani Fortunæ* 276. C. 1516. quibus adde *Hanov.* 374. C. 1614. fol. Cum animadverſionibus R. *Abraham ſ. Avigador Pragæ* 300. C. 1540. fol. cum variis animadverſionibus aliis & Indice rituum omnium. *Cremon.* 318. C. 1558. fol.

In Bibl. Oppenheimer. vidi edit. *CPolit.* 300. C. 1540. & *Riv. Trid.* 321. C. 1561. In Catal. Bodlej. affertur *CPolit.* 1545. (quam a. 1540. non puto diſtinctam) & alia ibidem curata ſine mentione anni.

Præterea lucem vidit idem opus cum commentario R. *Ioſeph Karo*, qui dicitur בית יוסף (de quo vide ſuo loco,) *Sabionet.* 319. C. 1559. & *Venet.* 324. - 327. C. 1564. - 1567. iterumque ib. 334. C. 1575. ac denique *Sabionet.* 349. C. 1589. Tum vero etiam cum R. *Ioel Sircks* comment. ſub tit. בֵית חֹדֶש *Cracov.* 391 - 399. C. 1631. - 1639. Noviſſime omnium lucem vidit totum opus una cum בית יוסף & בדק הבית R. *Ioſ. Karo* ac דרכי משה R. *Moſis Iſarles* Berol. 462. & 463. C. 1702. & 1703. fol. tomis 4.

Seorſim quidam Ordines prodierunt: Sic in Catal. B. Leidenſ. p. 252. n. 4. video memorari ארח חיים cum בית יוסף *Venet.* fol. ed. tertiæ editum inter Codd. Scalig. ſicut ibid. p. 278. n. 11. inter Codd. Warnerian. recenſetur Ordo I. & II. *Venet.* editus, ſine anno notato. Ordo II. *Jore Dea* cum comm. *Joſuæ Peleck* f. *Alexandri* ſub titulo בֵית יִשְׂרָאֵל qui revera duplex eſt, ut apparet ex iis, quæ ſub nomine Interpretis diximus. Prod. *Lublin.* 395. C. 1635. fol.

Ordo III. *Even Eſer* cum ejuſdem commentario duplici ib. 398. C. 1638.

Ordo I. & IV. ab eodem ſimili ratione illuſtrati MSS. ſuperſunt.

Ordo *Orach Chajim* cum triplici commentario ſub titulo מָגִנֵּי אֶרֶץ *clypei terræ* ſive *defenſores terræ* ex Pſ. XLVII. 10. prodiit. Hoc enim libro comprehenduntur obſervationes trium Rabbinorum in iſtum Ordinem, ita quidem, ut contextu in media quaque pagina poſito, alterum marginem impleat R. *David Oſtrenſis* מָגֵן דָּוִד *ſcutum Davidis*, de quo ſuo loco, alterum vero R. *Abrahami Abbali Segel* מָגֵן אַבְרָהָם *clypeus Abrahæ* in extrema denique ora conſpiciatur R. *Menachem Mendel* עֲטֶרֶת זְקֵנִים *corona ſenum.* *Dyrenſ.* 1712. fol. Duo illi commentarii priores diffuſi prodierunt jam *Dyrenſ.* 1692. tertius vero in altera demum edit. acceſſit.

Compendium *Orach Chajim* & *Jore Dea* debetur R. *Davidi Pardo*, cujus nomen vide.

De *Arba Turim* ſecundum literarum ſeriem diſpoſito vide infra ſub *Iſrael f. Schemuel* & ſupra ſub *Jekuthiel Koſman*. Nonnulla ex opere *Turim* latine convertit Cl. *Aaron Margalita*, Ex Judæus, cujus nomen vide.

2) כֶּתֶר שֵׁם טוֹב *corona boni nominis*, cujus tituli liber R. *Jac. ben Aſcher* nomen præ ſe ferens, MS. in B. Regis Galliæ exſtans recenſetur a Labbeo p. 291. Bibl. Nov. MSS. an noſtri ſit, non ſatis exploratum habeo. Vide quæ ſupra ſcripſi ſub *Abrahamo de Kolonia*.

Jacobi noſtri notulæ marginales in Pentateuchum ſub titulo בעל הטורים addi cœperunt Bibliis Rabbinicis ed. *Veneta* anni 1549. quas & editiones hanc ſecutæ exhibent. Eædem leguntur in Pentateucho Hebr. cum comm. Raſchii & R. *Ezechiæ f. Manoæ* ed. *Venet*. 284. C. 1524. fol. & in Pentat. Hebr. Chald. qui cum comm. *Raſchii* & *Chaſſekuni* Baſil. 366. C. 1606. ac deinde *Cracov*. fol. prodiit. In illis ſubtiliores quædam ac Cabbaliſticæ potiſſimum expoſitiones leguntur. Exſtant quoque ſeorſim *CPoli* 274. C. 1514. 4. ap. *Sam. ben Nachmias Venet*. 1544. ap. *Io. de Phari* pp. 65. & 1607. 4. ed. In has commentationes cenſuras MSS. reliquit *Didacus Lopez de Meſſa*, Hiſpanus ex Soc. Jeſu, adhuc in Collegio Neophytorum Romano inveniendus, teſte *Imbonato* p. 35. In B. Rabb. Buxtorf. p. 463. memorantur פרפראות R. *Jacobi*, i. e. ut ibidem explicatur, expoſitiones minutæ Cabbaliſt. ſed illæ a noſtri commentationibus hic memoratis non videntur diſtinguendæ, præſertim cum in titulo diſerte פרפראות vocentur. Pro compendio libri *Arba Turim* habuit *Plantavitius*, minus recte.

De anno, quo noſter obierit, diſſentiunt Judæi: *Juchaſin* enim p. 133. b. ait obiiſſe an. 5088. die 9. *Chisvan* i. e. C. 1328. quem ſequitur *Schalſcheleth* p. 60. b. at *Zemach David* eum anno 130. C. 1370. adhuc in Germania ſuperfuiſſe ſcribit.

ר׳ יעקב הבדרשי R. JACOB *Bederſenſis*, cui *Gantzius* ad an. 6058. tribuit בְּחִינַת עוֹלָם *examen ſæculi*, errans in prænomine, quod ידעיה efferendum erat: vide quæ dicta ſunt ſupra ſub ידעיה הפניני.

ר׳ יעקב בר בונם קאפלמן v. infra R. *Iacob Cappelman bar Bonem*.

1024 ר׳ יעקב בן ביבש R. IACOB ben VIVASCH ſcr. אגרות

אגדות התלמוד (h) *narrationes allegoricas Talmudis*, ut teſtatur poſt Buxtorfium. Bartoloccius neſcio quam recte.

1025 ר׳ יעקב בי רב R. JACOB BE RAB (i) Princeps captivitatis in terra ſancta, in qvam ex Hiſpania Sæc. XVI. profugus conceſſerat: hujus aliquæ ſunt partes in libro

1) לקוטי שושנים *collectiones liliorum* ex *Cantic.* VI. 2. qui liber præter *Moſis* במהורא collectiones in Prophetas priores hujus *Iacobi* & *Meir Aramæ* ſimiles complectitur. Venet. 362. C. 1602. 4. ap. *Dan. Zanetum* & ibidem, ſi Bartoloccio fides ap. *Io. de Gara* 367. C. 1607. 4. Idem Bartoloc. minus recte totum librum *Iacobo* noſtro adſcribit, aitque regulas ibi præſcribi ad rectius intelligendum Prophetarum ſtylum, de quo ex ש״י rectius retulimus. Confer *Schalſcheleth* p. 63. b.

2) שאלות ותשובות *quæ. & reſponſiones* cum novis obſervationibus in Cod. *Kidduſchin* & *Ketuvoth* Venet. 423. C. 1663. 4. Poſteriorem hunc librum recenſens ש״י auctorem vocat יעקב בי בר רב quem circa priorem vocaverat *Jacob* בי רב.

1026 ר׳ יעקב בעלין R. JACOB BALIN edidit cum præf. ſua ס׳ עברונות *Francof. ad Viadr.* 451. C. 1691. 4.

1027 יעקוב ברוקס IACOB de BRUCKS, Rabbi converſus, cujus *de fide* dialogus cum *Mich. Cromero* Paſtore Cunitzenſi habitus exſtat in calce libri Anti-Judaici *Victoris a Carben* an. 1550.

1028 ר׳ יעקב גינצבורג R. JACOB GENTZBURG Archiſynagogus Friburgenſis, vixit Sæc. XVII. ineunte & laudatur a claris quibusdam, quos habuit, diſcipulis in *Zemach David* continuato p. 46. b.

1029 ר׳ יעקב בן גרשום R. JACOB ben GERSOM cum acceſſionibus ſuis edidit R. *Schem Tov ben Joseph Palkeira* צרי היגון ר׳ *Prag.* 372. C. 1612. 4.

(h) *Buxt. & Barr.* ſcribunt הגדות ſenſu eodem: promiſcue enim utraque ſcriptio adhibetur, noſtra tamen eſt communior & Talmudica.

(i) Bartoloc. legi etiam poſſe cenſet בריאב *Bariav*, præter rem, & contra Judæorum morem.

1030 ר׳ יעקב בר דוד יום טוב R. JACOB f. DAVID JOM TOV, ſcr.

1) על התכונה *de Aſtronomia*, ubi primo tabula exſtat de diebus ad phebotomiam eligendis deinde de annorum computo exponitur. MS. in B. Vatic. 4.

2) לוחות על התכונה tabulæ Aſtronomicæ, ſecundum hypotheſes R. *Abraham bar Chija*, & R. *Levi ben Gerſom*, MS. ibid. 4.

1031 ר׳ יעקב בר דוד בר יוסף טוביה R. JACOB f. DAVID f. *Ioſeph* f. *Tobiæ* ſcr.

ספר על התכונה librum Aſtronomicum, MS. in B. Vatic. 4.

1032 ר׳ יעקב בן ר׳ דוד בן יחייא R. JACOB f. R. DAVID f. *Iachija* cognomine *Rabbenu Tam*, (k) Medicus Sultani Solimanni, claruit *CPoli* 1530. ſecundum *Schalſcheleth* p. 65. Ille librum תהלות לדוד, quem pater imperfectum reliquerat, abſolvit: vide ſupra *David ben Schelomo ben Iechija*. Confer de noſtro infra ſub R. *Tam fil. David Iachija*.

1033 ר׳ יעקב בן דוד מרקריאה R. JACOB f. *David Marcaria* Sæc. XVI. inclinante ſcripſit epiſtolam dedicatoriam in lib. *Iſaaci Karo* qui dicitur תולדות יצחק.

1034 ר׳ יעקב בן דוד פרוונצאל R. JACOB f. DAVID *Provincialis* de Maſſilia, laudavit librum אגור *Venet.* 306. C. 1546. ed.

1035 ר׳ יעקב מדומרוג R. JACOB ex urbe *Domrog* in Gallia vixit Sæculo XII. variaque ſcripſit de ritibus legalibus, ut teſtatur *Schalſcheleth* p. 40. b. provocans ad ש״ת *reſponſa Iuridica* R. *Sal. f. Adderetb*. Ibidem monet, ex quu, & reſp. R. *Scheſchath bar Zemach* ſect. 7. in-

(k) Forte hoc cognomen accepit ad exemplum R. *Jacobi Tam*, de quo infra dicemus, ob manſuetudinem, Jacobææ ſimilem, a qua *Jacobum* illum *Tam* ſeu *perfectum* dictum eſſe infra ſuo loco monebimus.

intelligi, hunc fuiſſe Raſchii ex filia nepotem, quod tamen ipſe falſum putat, cum R. *Abrah. ben Dior* in libro Kabbalæ hujus faciens mentionem non meminerit *Raſcbii* avi. R. *Schabtæus* in Indice Scriptorum alphabetico ad ש״י hunc *Jacobum* *Domrogenſem* cum *Aurelianenſi*, de quo paulo ante diximus, eundem facit, & alio quoque nomine רבינו תם צרפתי *Rabbenu Tam Gallum*, vocat p. 73. n. 34. ubi ejus *quæ.* & *reſp.* recenſet: conf. quæ dicentur infra ſub *Jac.* תם.

1036 יעקב דילישקאש R. JACOB DELISCHKAS ſcripſit אִמְרֵי נֹעַם *verba jucunda* ex *Prov.* XVI. 20. comm. eſt literalis allegoricus & Cabbaliſt. ſuper legem, in quo interdum obſcuriora loca *Aben Eſra* & *Raſchii* explicantur. *CPoli*, 300. C. 1540. *Cremona* 326. C. 1556. *Cracov.* 358. C. 1598. 4. Hunc librum Bartoloc. Tomo I. poſt Plantavit. n. 64. ut *ἀνώνυμον* recenſet, deinde vero T. III. p. 843. auctorem vocat *Jacob* ווליתקאש minus recte, ſicut nec *Buxtorfius* in B. audiendus eſt, qui adſcribit *Obadiæ Salomo.* Rectius ש״י vindicat noſtro huic.

1037 ר׳ יעקב הערצקש R. JACOB HERTZSCK Sæc. XVII. ineunte clarus ſcr.

קִצּוּר אֲבַרְבַּנְאֵל *compendium Abarbanelis*, ſcilicet commentariorum, quos ſcripſit in *Pirke Avoth* & in הגדה פסח *Lublini* 364. C. 1604. 4. confer, quæ ſcribam ſub R. *Iſaaco Abarbanele.*

1038 ר׳ יעקב ווייל R. JACOB VEIL (l) vixit Sæc. XV. medio, quia a R. *Dav. Ganz* refertur ad an. 5220. C. 1460. Exſtant illius שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת reſponſa Iuridica 192. una cum tractatu ejusdem שְׁחִיטָה וּבְדִיקָה de mactatione & inſpectione animalium ut appareat, vitione quodam laborent, an minus. Accedunt novæ quædam obſervationes ex libro אגודה & R. *Menachem Merſeburgenſii* (ita enim legi debet מירזבורג quod *Bartoloccius* minus recte expreſſit *de Rasborg*) Prod. *Venet.* 283. C. 1623. & *Hanov.* 370. C. 1610. 4. quas editt. memorat ש״י. Bartoloccius habet unam eamque *Venetam* apud *Cornel.*

 Adel.

(l) Non *Vavil*, ut pronunciari poſſe putat *Bartol.* præter morem ſcribendi & pronunciandi Judæis receptum: duplex enim ו apud illos noſtro V vel W reſpondet.

Digitized by Google

Adelkind 309. C. 1549. 4. MSS. exſtant quæſt. & reſpp. illæ in B. Oppenheimeri fol.

Tractatus vero שחיטות ובדיקות (m) his quæſtionibus ſubjunctus, ſeorſim prodiit cum animadverſionibus & explicatione R. *Salom. Luria Venet.* 361. C. 1601. 4. & cum obſervationibus R. *Zevi f. Iſaac Iacob* & additionibus quibusdam *Moſis Iſarles Cracov.* 391. C. 1631. & ibidem ſæpius, ut & *Pragæ* aliquoties in 4. & Amſt. 471. C. 1711. pagg. 20.

Porro cum ejusdem R. *Zevi* obſſ. & acceſſionibus novisque aliis rituum horum explanationibus, accedente a latere verſione Germanica, *Cracov.* 404. C. 1644. 4.

Cum animadverſionibus *Liberman* fil. *Ioſeph* Prag. 406. C. 1646. 4.

Cum notis & illuſtratione R. *Sam. Iiſſachar Beer* ac verſione Germ. ex adverſo. *Wilmersdorf.* 430. C. 1670. 4.

Cum animadverſ. R. *Kadiſch* ex prioribus ICtis ſelectis ſub titulo מאמר קדישין *Lublini*, & *Amſtelod.* 437. C. 1677. 4.

Cum notis R. *Schmaliki Prag.* & Amſtelod. 428. C. 1668. 4.

Exſtat etiam editio libri *Dyrenfurtenſis* 1701. 4. & Francof. ad Mœn. 460. 4. C. 1700.

Adde, quæ dicentur ſub *Moſe f. Mardochai Brunswig* (Brunsvicenſis.)

Ceterum ex familia illa *Veieliana* quidam ad CHRISTI ſacra, & quidem ad Pontificios, ſe converterunt, nempe *Lud. Compiegne de Veil* & *Carolus Maria de Veil*, uterque vero deinde ad Anglicanam Eccleſiam tranſierunt. De utroque ſuo loco dicemus ſub *Ludov. Compiegne* & ſub *Carolo* (lit. ק) *de Veil.*

1039 ר' יעקב ושילה R. JACOB VASCHILO cujus שערי חיים *porta vitæ* i. e. comm. in Raſchium ſuper legem MS. eſt in B. Oppenheimeri fol.

1040 ר' יעקב וויליתקאש R. JACOB WILITKASCH, huic tribuit Bartoloccius librum אמרי נעם quem nos vindicavimus paulo ante R. Jac. ווילישקאש.

1041 ר' יעקב חאגיז R. JACOB CHAJIS f. *Samuelis*, floruit A.

(m) De Judaica illa ratione animalia rite mactandi, & deinde viſcera eorum explorandi, & num per leges comedi poſſint, dijudicandi expoſuit ex noſtratibus M. *Godofr. Ludevici* in ſingulari diſſ. *Schleuſingæ* 1710. 4. habita.

Digitized by

A. M. 5207. C. 1447. & fuit inter Judæos ex Hiſpania exſules, teſte *Schalſchelet* p. 63. b. primus omnium deinde Rav Academiæ *Vigiana* Hieroſolymis conſtitutus, ſcr.

תְּחִלַּת חָכְמָה *initium ſapientiæ* ex *Eccleſ.* I. 16. qui prodiit junctus libro R. *Simſonis fil. R. Iſaaci* מקינון, cui titulum fecit ספר כריתות cui quæ deſunt quod ad regulas intelligendæ rectius Gemaræ inſervientes, ea hic ſupplentur, (n) ſicut & multa alia acceſſionis vice ad libros argumenti ſimilis, שארית יוסף, הליכות עולם & יבין שמועה afferuntur. Prod. *Veronæ* 407. C. 1647. 8.

2) עֵץ חַיִּים (o) *arbor vitæ* ex *Gen.* II. 9. i. e. comm. in *Miſchnam*, quo ſuccincte comprehenditur *Gemara*, gloſſa *Raſchii* & *Toſephoth*, ut & interpretationes & novæ obſeruationes aliorum. In Ordine *Seraim & Tahoroth*, ubi deſinit gloſſa *Raſchii*, ejus vices ex aliis Interpretibus ſupplentur, ibidemque, ſi gloſſa *Raſchii* in locos Miſchnæ alibi in Gemara memoratos exſtet, ea inde in locum proprium transfertur. In magno apud Judæos pretio eſt hic commentarius, & prodiit cum ipſa *Miſchna* & *Raſchii* comment. *Liburni* 412-416. C. 1672-1676. 8. ſex tomis in 8. apud *Jedidjam fil. Iſaac Gabbai* cum licentia Superiorum. *Bartoloccius* hunc librum tribuit R. *Iacobo* filio *Samuelis*, tanquam diſtincto ab hoc noſtro, a quo tamen non eſt ſejungendus, cum hic iqſe fuerit filius *Samuelis*.

3) Comment. ejus in אַזְהָרוֹת prodiit *Venet.* 4. teſte ש״י.

4) צְרוֹר הַמּוֹר *faſciculus myrrhæ*, ex Cantic. I. 13. quo tria media

&

(n) Academia illa privatorum quorundam, nempe *Abrahami Iſraelis & Jacobi Viga*, Fratrum, ſumtibus Hieroſolymis inſtructa eſt, ad doctrinam inter Judæos amplificandam, quæ tamen hac ætate florere deſiit. Vide plura de ea in *Relationibus Innoxiis* an. 1713. p. 429. ex R. *Moſis Chagis* שפת אמת.

(o) Commentario *Raſchii*, qui accedit, hinc inde a *Chagiſio* noſtro quædam per parentheſes inſerta ſunt majoris perſpicuitatis cauſa: Tomo I. præmittitur præfatio ברכי המשנה ſive *de tota Miſchnæ conditione*, item בדרך פסק הלכה h. e. *unde deciſio conſtitutionis alicujus petenda*, una cum *Maimonidæ* tractatu de Prophetia. In fine quoque p. 163. ſqq exſtat illuſtratio ex *Bartenora* & *Maimonide* petita ad illuſtrandam ערוגה, cujus mentio fit cap. III. *Celim.* Tomus hic *Veronæ* impreſſus eſt, ceu ex præf. IIdo tomo præmiſſa patet, unde poſtea *Liburnum* digreſſus noſter reliquos ibi tomos excudi fecit. Tomo II. præfixa eſt præfatio למ״ל מלאכות i. e. de 39. operibus, quæ die Sabbati facere non licet. Tomo IV. in calce accedit cap. VIII. ex comm. Maimonidæ ſuper *Pirke Avoth.* Tomo V. præfatio Maimonidæ in Ord. *Kiddaſchin*: Tomo VI. præf. ejusdem in *Tahoroth* præmittitur.

Digitized by Google

& rationes ſe cum Deo conjungendi traduntur, tribus partibus. Hunc memorat ש״י ſine loco vel anno editionis, unde ſuſpicor non prodiiſſe.

Idem varia *ἀνέκδοτα*, præcipue quæſt. & reſponſ. ut & הלכות קטנות בתנין reliquit. Vide *Relationes Innoxias Theol.* anni 1713. p. 411.

1042 ר׳ יעקב בן חביב בן ר׳ שלמה R. JACOB f. CHABIB f. *Salomonis*, clar. an. 5252. C. 1492. Hiſpanus, ſcr.

עין יעקב *fons Iacobi* (p) ex *Deut.* XXXIII. 28. qui hodie plerumque vocatur עין ישראל & in duas abit partes, quarum prior eundem habet titulum, ut vel *En Iacob* vel *En Iſrael* dicatur, poſterior vero nunc בית יעקב i.e. *domus Iacobi*, nunc בית ישראל vocari conſuevit. Totum opus exhibet narrationes hyperbolicas, in utroque Talmude obvias, quas אגדות appellant, ita quidem ut prior pars ad tres priores ordines, poſterior ad tres poſteriores referatur, addita ex *Aruch* difficiliorum vocum interpretatione. Prodiit *Theſſalonicæ* & *Venet.* ap. *Marc. Ant. Iuſtinianum* 306. C. 1546. fol. tum *Venet.* 326. C. 1566. ap. *Georg. de Caballis*, nunc ſub nomine עין nunc ſub titulo בית ישראל. Cum priore inſcriptione lucem vidit *Venet.* 385. C. 1625. apud Bragadinos quæ editio reliquis præferenda videtur Bartoloccio, forte ideo, quod criminationes & convicia varia in Servatorem noſtrum, Chriſtianos &c. eructata ſuperiorum juſſu ſublata ſint, cujus rei ſpecimina quædam affert *Bartoloccius* Tom. III. p. 846. ſqq. In Catalogo B. Leidenſis p. 253. n. 29. laudatur editio in fol. in membrana ſine loco & anno memorato, quam Theſſalonicenſem eſſe ſuſpicor. Has editt. habet Bartoloccius; in ש״י & plenius & accuratius recenſentur, nempe *Cracov.* 374. C. 1614. & 379. C. 1619. 8. *Veronenſis* in 24. ſine anno.

Præterea cum comment. *Raſchi*, *Toſephoth* & novellis obſervationibus R. *Moſis Nachmanidæ* R. *Iom Tov f. Abraham*, ut & R. *Niſſim Venet.* 307. C. 1547. & *Cracov.* 403. C. 1643. in fol. itemque *Veronæ* 409. C. 1649. 8.

Cum commentariis dictis ac præterea cum indice hiſtoriarum in limine libri collocato *Proſtitii* 363. C. 1603. fol. & *Prag.* 428. C. 1668. fol.

(p) *Buxtorf.* & ejus exemplo *Bartoloc.* vertit *oculus Jacobi*, minus recte, ceu pridem obſervavit B. *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* in epiſtola de infundibulo ſuo p. 87.

Digitized by Google

fol. Illis addi debet præter *Cremonenſem.* 409. C. 1649. 2. tomis in 12. editio *Amſtelod.* nitidiſſime curata 446. C. 1686. fol. iterumque ibidem 458. C. 1698. 12. cum excerptis commentariorum dictorum.

Poſtea vero cum iisdem, quos antea recenſuimus, commentariis prodiit *Berolini* 469. C. 1709. fol. quibus acceſſerunt חדושי אגדות *novellæ expoſitiones* hiſtoriarum Talmudic. הרש"בא i. e. R. *Schemuel fil. Elieſeris* & מאור עינים R. *Ioſiæ Pinto,* qui tantum explicavit eas Aggadoth, quæ in עין יעקב, priore voluminis parte, continentur, quæ expoſitio una cum comm. Raſchii & ipſo libri textu primum prodiit *Venet.* 403. C. 1643. fol. de quo ſuo loco diximus. Congeſſit hæc R. *Iſaac Meir Franckel* (פרנקיל) Taceo varias hujus edit. prærogativas, quæ in titulo ipſo fuſe exponuntur, quæque faciunt, ut ipſa nunc reliquis omnibus merito præferatur. Hanc ſecuta eſt *Berolin.* alia anno 1712. duobus in 8. tomis, quæ commentariorum illorum excerpta exhibet, cura *Salomonis Salman fil. David* facta.

Optima omnium ex antiquioribus *Pragenſis* An. 1668. fol. videtur Vener. *Theodoro Daſſovio* in epiſtola dedicatoria eximiæ commentationis de Reſurrectione mortuorum, cui inprimis ſeſe probavit Index, ex quo intelligatur, ubi parabolarum Talmudicarum explicationes cum in hoc tum in aliorum ſcriptis explicatæ legantur.

Indicem parabolarum alphabeticum in idem opus edidit R. *Iehuda Arje* ſive *Löw, Mutinenſis* ſub titulo בית לחם *Venet* 388. C. 1628. fol. qui in poſterioribus editionibus acceſſit. Vide quæ ſub hujus nomine diximus, unde etiam intelligetur, eundem in libro בית יהודה eas hiſtorias Talmudicas, quæ in *En Jacob* omiſſæ erant, explicaſſe, ut ſupplementi inſtar eſſe poſſit.

Ex *Schalſcheleth* p. 63. b. l. 5. apparet, *Jacobum* noſtrum opus hoc non perfeciſſe, quam operam præſtitit filius ejus *Levi.*

Bartoloccius de hoc libro agens, commemorat librum דרכי נועם qui ab auctore *Schalſcheleth* p. 28. b. cuidam בן חביב ſine prænomine tribuatur. Eſt is R. *Moſche ben Chabib*, de quo ſuo loco dicemus.

לוח מאמרים *index tractatuum* in *En Iſrael Venet.* 1632. 8. editus memoratur in Catal. B. Bodlej. p. 2. b.

ר׳ יעקב חגיז vide paulo ante R. Jac. b. חאגיז.

1043 ר׳ יעקב חייט R. JACOB CHAIJAT, quem commentarium in *Pirke Elieſer*, ſibi non viſum, ſcripſiſſe teſtatur *Vorſtius* præfat. ad latinam ſuam illius libri verſionem.

1044 ר׳ יעקב בר חיים R. JACOB f. CHAJIM ſcripſit בֵּית יַעֲקֹב *domus Jacobi* i. e. commentar. in lib. *Coſri*, quem ſe citatum inveniſſe ſcribit *Buxtorfius* p. 323. Bibl.

1045 ר׳ יעקב בן חיים R. JACOB f. CHAJIM (q) *fil. Iſaaci f. Adoniæ*, Tunetenſis, qui, *Venetiis* Sæc. XVI. exul Maſoram magnam & parvam ex Codd. MSS. collegit, qualis in Bibliis Rabbinicis tum *Bombergii* tum aliorum reperitur, cum præfat. ubi etiam de lectionum varietate diſſerit, & inter cetera loca quædam affert, in quibus lectio Talmudis a Maſorethica diſſentit: hanc præfationis partem hebr. & Lat. exhibet *Claud. Cappellanus* in Mari Rabbinico infido (r) Part. II. c. 4. & in fine capitis integræ præfationis cum verſ. Lat. aliquando edendæ notiſque illuſtrandæ ſpem facit.

Ejusdem דַּרְכֵי הַנִּקּוּד וְהַנְּגִינוֹת de ratione punctationis & pronunciationis in iisdem Bibliis legitur, ubi agit de vocalibus, accentibus & aliis Hebraicæ lectionis momentis. De Maſoretico illo R. *Iacobi* commentario præclare judicat *Io. Buxtorfius* in *Tiberiade* c. XIX. ubi eum ait ingenti labore, ſtudio immani, & vigilantia horribili Maſoram magnam ex tanta confuſione in eum ordinem digeſſiſſe, quamvis non diffiteatur, innumeros errores relictos eſſe, quorum magnam partem in ſua editione correxerit. Conf. *Io. Morini* Exercitt. Biblic. p. 284. ſq. & 556. ſq. qui tamen ut de toto opere Maſoretico, ita de utriusque Jacobi æque ac *Buxtorfii* egregiis conatibus minus benigne judicat. Confer, quæ ſuo loco de Maſora dicentur.

1046 ר׳ יעקב בן חיים צמח R. JACOB fil. CHAJIM *Zemach*, diſcipulus *Iſaaci Loria* Sæc, XVII. claruit & ſcr.

ס׳

(q) Hoc nomen *Chajim* Cl. *Basnage* Tomo V. Hiſtor. Iud. p. 2031. minus recte idem putat eſſe cum *Joachim*.

(r) Liber hic *Pariſ.* primum 1667. editus, recuſus eſt in Opuſculis Hiſtoricis & Philolog. *Roterod*, in 8. editis Faſciculo X.

Digitized by Google

ס׳ נָגִיד וּמְצַוֶּה *liber ducis & præcipientis*, ubi ſiſtitur compendium rituum & inſtitutorum Judaic. una cum eorum rationibus ex ſcriptis (s) *Iſaaci Luriæ* collectis. *Amſtelod.* 472. C. 1712. 8. apud *Iſaaco Abrab.* פינייא.

ר׳ יעקב טאוס R. *Iacob ben Ioſeph Tavos.*

ר׳ יעקב טוביה v. *Iac. f. Dav. f. Ioſ. Tobiæ.*

ר׳ יעקב בר טודרוס R. IACOB f. *Todros* per compendium ריבט dictus, commentatus eſt in librum R. *Meir ben Todros Hallevi*, quem vide. 1047

ר׳ יעקב יהודה אריה R. IACOB IEHUDA *Arje* i. e. *Leo* (t) ſive quo nomine uſus eſt, *Leonitius*, *Hiſpanus*, primo *Hamburg.* deinde *Amſtelod.* cœtus Rabbinus ac *Medioburgi* verſatus, qui Sæc. XVII. fere medio claruit & ſcr. 1048

1) תַּבְנִית הֵיכָל *de ſtructura Templi Salomonis* ſive plenius *Libellus effigiei templi Salomonis in quo fabricæ & omnium ejus vaſorum inſtrumentorumque, quibus olim adminiſtrabatur, ſtructura ac forma breviter deſcribitur, cujus orthographicum typum cuilibet curioſo viſendum exhibet auctor.* (u) Hanc commentationem is primum lingua Hiſpanica ſcripſit & ex illa hebr. converſam ſub memorato titulo edidit *Amſtelod.* 410. C. 1660. 4. pag. 38. ap. *Iehudam f. Mardoch.* Latina illius verſio, a *Io. Sauberto* Auguſti Principis Brunſvicenſis & Luneburg, juſſu facta, prodiit cum figuris a Sauberto additis *Helmſtad.* 1665. 4. Ante *Hebraicam* æque ac *Latinam*, iſtam edi-

(s) In titulo libri dicitur collectus ex Scriptis *Salomonis Loria*, at MS. Oppenheimerianum rectius appellat *Iſaacum Loria.* Noſtri hujus מְשִׁיבַת נֶפֶשׁ *reſtituens animam*, ex Pſalm. XIX. 8. quem itidem ex *Loriæ* diſciplina conſcripſit, MS. exſtat in eadem Bibliotheca Oppenheimer.

(t) Hinc in ש״י vocatur *Jac. Jehuda Leon*, unde in *Actis Erudit. Lipſienſ.* an. 1697. p. 450. *Jac. Jehuda Leo* a *Jac. Jehuda Arje* minus recte diſtinguitur, quod etiam fit a *Schabbatao* in ש״י, qui librum n. 1. recenſitum R. *Jac. Jehuda Arje*, eum vero, qui n. 5. exſtat, R. *Jac. Jehuda Leon* tribuit, imo deinde quoque in Indice alphabet. tanquam diſtinctos memorat.

(u) Libri hujus quatuor ſunt partes, quarum I. de Templo in genere. II. de forma ejus & ſtructura. III. de conditione vaſorum ejus, & IV. de ædificiis templo contiguis diſſerit. Accedit index alphab.

Digitized by Google

ditionem *Gallica* prodiit ex *Hiſpanico* auctoris contextu concinnata, quod *Saubertus* in præfat. ad verſionem ſuam tradit, ubi ab *Esdra Edzardo*, tum temporis magno horum ſtudiorum per Germaniam ſtatore, nunc piæ memoriæ, monitum ſe profitetur, quod ipſe (*Edzardus*) ex Iudæo Luſitano intellexerit, librum *hiſpanice* primum conſcriptum eſſe ab auctore, ea lingua vero nunquam editum in ſcriniis ejus deliteſcere. Cl. *Iac. Basnage* Hiſtor. Iud. Tom. V. p. 2118. idem de textu Hiſpanico authentico a Luſitano quodam, ſed falſo, ſcribi ait, cum Gallicus potius ſit, neſcio quo argumento nixus. Mihi certe veriſimile non fit, Iudæum Hiſpanum gallico ſermone quidquam commentari voluiſſe. Unde patet linguam לע״ז ſive vernaculam, cujus in titulo verſ. Hebr. mentio fit, non de *Gallica*, ut videri poterat, cum interpretatio Gallica ne verbo quidem de authentico alio textu quicquam referat, ſed de *Hiſpanica* lingua intelligendum eſſe. *Gallica* illa verſio lucem vidit *Amſtel.* 1643. pagg. 88. ſub titulo; *Portrait du Temple de Salomon:* ſed illa quidem imperfectior eſt & ab Hebræo prorſus diſcrepans, quod recte obſervat Saubertus. Ceterum ipſam hanc delineationem majoris, quod de eodem argumento editurus erat, operis compendium eſſe, ex ipſius *Leonis* præfatione, quam præmiſit, apparet, quemadmodum & *Saubertus* in præf. ad verſionem ſuam plenum in illum commentarium cum ſpicilegio quarundam figurarum editurum ſe pollicetur, additurus præterea epitomen ab ipſo Leone de templo, vaſis ſacris, veſtituque Sacerdotum conſcriptam & unico folio comprehenſam. Sed neutri per fata promiſſa exſolvere licuit. Libellus ipſe laudatur a *Wortingtono* in epiſtola ad *Lightfootum*, quæ exſtat in hujus Opp. poſthumis p. 196.

2) Tractatus *de Cherubinis* (x) Latine Amſtelod: 1647. 4. pp. 23. & *Hiſpanice* ibidem 414. C. 1654. 4.

3) *Delineatio Tabernaculi Moſis* hiſpan. *Amſtelod.* 414. C. 1654. 4. & Belgice ſub titulo *Afbeeldinge van den Tabernackel* ib. 1647. pp. 43.

4) Tract. *de Arca Fœderis* Amſtelod. 413. C. 1653. 4.

5) קֹדֶשׁ הִלּוּלִים *ſanctitas laudum* (y) ex *Levit.* XIX. 24. i. e. liber

(x) Duplicem habeo hujus tractatus editionem, alteram *Amſtelodamenſem* illam, alteram *Helmſtad.* (ut ſuſpicor ex typorum forma, meum enim exemplum & ab initio & a fine mutilum eſt) cum præfat. Autoris, quæ in *Amſtelod.* deſideratur: in poſteriore ea, quæ prior habet, fuſius deducta ſunt per ſex capita, & paginas 56. ſi exceperis ea, quæ in meo exemplo deſideratnur.

(y) Ipſe auctor in titulo *Hiſpanice* vertit *Las Alabanças de Santitad* i. e. *laudes Sanctitatis*:

Digitized by Google

ber Pſalmorum Hebraice cum oppoſita ex adverſo latere verſione *Hiſpanica*. Textui ſubſternitur Paraphraſis Hiſpan. cui ſubjectæ ſunt notæ. Amſtelod. 431. C. 1671. 8. pp. 458. Huic operi *Iſaacus Orobio* præmiſit epiſtolam approbatoriam in qua de reliquis noſtri ſcriptis (z) diſſerit, de quibus etiam ſtrictim monet V. C. *Gvil. Surenbuſius* p. 8. præf. ad Opus Miſchnicum, ex qua didici, eundem *Miſchnam* edidiſſe cum punctis, reliquiſſe autem filio ſuo quæſtiones varias ineditas ad aſſerenda ea, quæ de Templi fabrica ſcripſerat, ut & ad perſpiciendos ritus circa ſacrificia quotidie olim in Templo offerenda. Cl. Basnage in Hiſt. Iud. T. V. p. 2118. addit, eundem magnam curam in explicandis locis Talmudis allegoricis collocare: præterea vero ineditum, reliquiſſe librum Hiſpanicum ſub titulo: *Theatrum figurarum, intelligentiæ difficiliorum locorum Talmudis neceſſariarum*: ut & *diſputationes, quæ ipſi cum Theologis Chriſtianis interceſſerint*. Conf. de noſtro *Nicol. Antonii* Bibl. Hiſpan. Novam Tom. II. p. 327.

ר׳ יעקב בן יהודה לנדו R. IACOB f. Iehudæ 1048

LANDO vel לנדא Germanus (a) ſed Turini in Italia an. 5240. C. 1480. teſte *Schalſcheleth* p. 62. a. verſatus, ſcr.

סֵפֶר אֲגוּר *librum collectum*, in quo per compendium & ſuccincte explicantur ritus cujuscunque generis & inſtituta apud Iudæos recepta, v. c. de precibus funebriis *Tephillin*, de Sabbato & feſtis, animalibus mactandis & inſpiciendis, ablutione vaſorum &c. idque ſecundum ordinem *Arba Turim*, maximam vero partem ex *Orach Chajim*, aliqua etiam ex *Iore Dea* & *Even eſer*. Prodiit ſecundum apud heredes *Soncinates* 286. C. 1526. In calce operis exſtat סֵפֶר חָזוֹן *liber viſionis*, ubi leguntur ænigmata quædam & quæſita difficiliora ex Gemara & JCtis Judæorum veteribus ſoluta. Prodiit etiam *Venet.* 306. C. 1546. 4. apud Marc. Anton. Juſtinianum & *Prag.* 369. C. 1609. Plantavitius auctorem n. 14. Biblioth. ſuæ *Arje Lando* vocat, & librum ipſum *Soncini* prodiiſſe affirmat, qui non tam *Soncini*, quam *Soncinatum* cura editus in titulo dicitur, adeoque *CPoli*, ubi illi aliquando commorati ſunt, lucem vidit. Librum ספר חזון

Fff f

præmiſit idem præfationem generalem de Pſalmorum conditione, & regulis ad illorum interpretationem neceſſariis.

(z) Inter reliqua memorat quoque ejus *conciliationes quæſtionales* illarum difficultatum, quæ circa fabricam Templi occurrere cuiquam poſſint.

(a) *Pragenſem* vocat *Plantavitius*, ſicut & in ea urbe quidam ejus liber prodiit.

חזון Plantavitius, bis tanquam diverſum, n. 191. & 193. recenſet. In ש״י auctor libri אגור vocatur R. *Iacob* לנדא f. *Schemuel* & liber dicitur prodiiſſe *CPoli*, *Pragæ* & *Venet*. 306. Ab eodem vero ſuo loco recenſetur ספר חזון isque tribuitur R. *Iac. f. Iudæ Lando*, (qua ratione nos Scriptorem appellavimus) libellus autem ipſe editus fertur *Venet.* & *Prag.* 369. C. 1609. 4. Ex quo apparet ש״י diverſos ſtatuiſſe utriusque libri Scriptores: ſicut & in Indice Scriptorum alphabetico eadem diſtinctio occurrit: unde malim in hujus ſententia acquieſcere & filio *Samuelis* librum אגור, filio vero Iudæ lib. חזון tribuere, quamvis Bartoloccius teſtetur, ſe librum ipſum poſſidere. *Plantavitius* n. 14. Bibl. auctorem minus recte vocat *Arje Lando*, quem ëmendaturus Bartoloc. idem hoc nomen Tomo I. p. 431. collocavit, atque adeo de eodem auctore & libro bis, nempe T. I. ſub אריה & T. III. ſub יעקב exponit. Priori loco recte p. 436. obſervat, Plantavitii errorem ex eo ortum, quod *Jacobum* hunc fil. *Jehuda* ex more Judæorum appellatum videret אריה i. e. *Leo*, quam nominis permutationem ibidem minus feliciter inde repetit, *ne exoſi habeantur Iudæi a Chriſtianis, qui nomen Iuda valde abhorreant.*

Enimvero genuina ratio derivanda eſt ex eo, quod Geneſ. XLIX. 9. Juda comparetur cum גור אריה i. e. *juvene Leone*, ſicut Judæi alia quoque ſuorum nomina in illorum animalium nomina transferre ſolent, cum quibus in eodem capite comparantur: ſic נפתלי appellant הירש, quia cum hoc comparatur v. 21. Idem Bartol. de libro חזון ter agit, nempe ſub *Iac. Iebuda Lando*, tum ſub. *Iac.* מפאויה i. e. *Ticinenſi* ac denique inter Anonymos T. IV. p. 309. ex *Hottingero*, ubi dicit eſſe librum ænigmatum.

1049 ר׳ יעקב בן יהודה בן קאשטאל R.

JACOB fil. JEHUDA fil. KASTIEL Hiſpanus Alcalenſis vixit an. 5261. C. 1501. & *Magiſtri Brunonis* Longoburgenſis *de Chirurgia* librum ex Latino Hebræum fecit, qui exſtat MS. in Vatic. 8.

1050 ר׳ יעקב בן יוסף R. IACOB fil. IOSEPHI דַּיָּן i. e. *Iudex* & quidem *Bambergenſis*, claruit Sæculo XVII. inclinante, & ſcr.

מִנְחַת יַעֲקֹב *oblatio Iacobi*, qui comment. in R. *Moſis Iſſarles* librum תּוֹרַת חַטָּאת *Pragæ* 449. C. 1689. fol. cum ipſo *Iſſarles* libro recu-

recuſus. Atque hic quidem partem libri hujus priorem conſtituit; poſterior vero vocatur

תּוֹרַת שְׁלָמִים quaſi *lex ſacrificiorum completoriorum*, & ſiſtit ſupplementum libri prioris, ex *Moſis Iſarles* Schulchan Aruch & R. *Schabtai ben R. Meir* שפתי כהן depromtum, & de fluxu mulierum menſtruo variisque ad cibos ſpectantibus dubiis præcipiens, quod notis ſuis noſter illuſtravit, & in fine reſponſiones ad quæſtiones quasdam ſibi propoſitas ſubjunxit.

ר׳ יעקב בן יוסף קיצינגן R. IACOB fil. IOSEPH *Kitzingenſis* ſcr. 1051

חַג פֶּסַח *feſtum paſchatis* Cracov. in 4. ap. Iſaac ben Iac. Proſtitz pp. 31. ſine mentione anni; in calce dicitur elaboratum an. 357. C. 1597. quo anno data quoque eſt copia excudendi, unde forte eodem anno prodiit. Sub initium exſtat carmen rhythmicum novum ad feſtum Paſchatos accommodatum, quod deinde auctor totum explicans omnes ritus Paſcha celebrandi exponit, qua in re Patris quoque obſervationibus ſe uſum fatetur. Carmen illud incipit: סדר ביום שלחנא Præmittitur præfatio diffuſa, in qua ratio redditur variorum rituum cerimonialium. In calce accedit קֵץ הַפְּלָאוֹת *finis mirabilium* ex *Dan.* XII. 6. ubi variorum computi de anno adventus Meſſiæ (b) atque adeo libertatis reſtituendæ afferuntur, & falſitatis convincuntur pp. 4.

ר׳ יעקב בן יוסף תאווס R. IACOB fil. IOSEPH TAVOS ſ. *Tawaſius*, ſive *Tauſenſis*, Iudæus, cujus verſio Perſica Pentateuchi ex Hebræo facta cum textu Hebr. & verſionibus *Chaldæa* & *Arabica*, charactere Hebræo expreſſa prodiit *CPoli* 306. C. 1546. fol. Illa verſio textus originalis veſtigiis ſatis fideliter inſiſtit, & pauca ad perfectæ interpretationis laudem deſiderat, judice Illuſtri *Huetio* de Claris Interpretibus p. 107. 1052

ר׳ יעקב יחיאל לואנז R. IACOB IECHIEL LOANS, 1053

(b) De hoc tempore conjecturis adſequendo Judæi admodum fuerunt ſolliciti, quod patet quoque ex *Schalſcheleth* p. 36 *Maimonidæ* epiſtola ad regiones Auſtrales, R. Aſaria in *Meor Enajim* p. 138. ſqq. & *Jo. Andr. Eiſenmengeri* Judaiſmo detecto Parte II. p. 579. Multus quoque in hoc argumento eſt ספר פליאה.

Digitized by Google

ANS, Iudæus, Doctor Medicus, & Eques auratus, Sæculo XV. clarus, & nobis hoc loco vel ideo memorandus, quod *Io. Reuchlinus*, primus Hebraiſmi in Germania inſtaurator, eum ſe primum in literis Hebraicis præceptorem habuiſſe teſtetur, cum legationis munere ad Fridericum III. Imperatorem Eberhardi Probi juſſu defungeretur: vide ejus præfat. ad libros tres de Rudimentis L. Hebr. *Phorcæ* 1506. fol. edd. De literis Reuchlini ad noſtrum Hebraicis lege *Rich. Simonis* Epiſtolas Select. Tomo III. p. 169.

ר' יעקב יחייא R. IACOB IACHIJA: vide R. *Iacob* qui dicitur *Rabbenu* THAM.

1054 ר' יעקב בן יצחק R. IACOB fil. ISAACI, *Germanus*, qui anno 1612. adhuc ſuperſtes fuit, auctorque eſt pervulgati illius & communiſſimi inter Iudæos libri, qui dicitur

1) צְאֶינָה וּרְאֶינָה (c) *exite & ſpectate*, ex *Cantic.* III. 11. ſeu ut Iudæi & Chriſtiani plerumque efferunt contracte *Zenorennna*, qui eſt comm. potiſſimum literalis, ex variis *Medraſchim*, *Aggadoth*, *Raſchio*, *Nachmanide*, *Bechai*, *Chaſſekuni*, *Zeror Hammor*, *Toledoth Iſaac* &c. ita dialecto Rabbinico-German. collectus, ut interpretatio hæc ipſis commatibus Scripturæ germanice converſis ſubjiciatur. Prodiit ſæpius v. c. *Lublini*, *Praga*, tum alias, tum 409. C. 1649. in cujus titulo auctoris nomen eſt expreſſum *Baſil.* 382. C. 1622. *Amſtelod.* 408. C. 1648. apud *Imman. Benbeniſte*, & ibid 429. C. 1669. *Wilmersdorfii* & *Francof. ad Mœn.* tum alias, tum 453. C. 1693. fol. *Sulsbaci* 452. C. 1692. *Francof. ad Viadr.* 460. C. 1700. fol. & *Dyrenfurti* 1700. fol. *Cracovienſem* quoque edit. memorat *Buxtorfius*. Spectat hic comm. ad Pentateuchum, 5. *Megilloth* & *Haphtharoth*, non vero ad ſolum *Leviticum*, quod ex *Hottingero* ſcribit *Bartoloc.* *Io. Saubertus* Paraſcham I. latine translatam edidit.

2) ס' מַגִּיד *liber exponens* vel *exponentis* (forte ex Pſ. 147. v. 19.) comment. itidem Hebr. germ. ejus generis, qui ad Prophetas utriusque Ordinis & ceteros Sacri Codicis libros, quos Hagiographos vocant, ſpectat, ita quidem, ut textui Hebr. punctatis & quadratis literis expreſſo ſubjiciatur, a latere vero Raſchii legatur commentarius. Chronicorum volumen non habet expoſitionem Germanicam, ſed ſolum Raſchianum comm.

(c) Sub hoc titulo Rev. *Pet. Sigism. Pape* Berolini 1713. 4. edidit commentationem de loco Jo. III. 8. ubi per πνεῦμα putat rectius Spiritum S. quam ventum intelligi.

Digitized by Goo

comm. exhibet. Prodiit *Lublini* 383. 387. C. 1627. ſqq. 2. voll. fol. apud *Zevi fil. Abrab. Kalonymus.* *Prag.* 336. C. 1576. 2. voll. tum 430. C. 1670. 452. C. 1692. & 466. C. 1706. *Wilhelmsdorf.* 449. & 450. C. 1689. & 1690. 2. voll. & *Amſtelod.* 459. C. 1699. 3. voll. 12. In Prophetas priores tantum lucem vidit *Amſtelod.* 436. C. 1676. fol. Confer de utroque hoc opere *Io. Bened. Carpzovium* in prolegom. ad comm. in lib. *Ruth* p. 14. & B. Wagenſeilii præf. ad inſtitutionem de dialecto Rabbinico-Germ. E. 4. b. qui valde Interpreti Scripturæ commendat.

3) מֵלִיץ יוֹשֶׁר *interpretans recte*, expoſitio nova itidem Rabbinico German. ſuper Paraſchas Legis, ex libro עקידה, *Alſchecho*, libro כלי חמדה, כלי יקר, דברי שלום, & aliunde collecta. *Lublini* 382, C. 1622. & *Amſtelod.* 446. C. 1686. fol.

4) שֹׁרֶשׁ יַעֲקֹב *radix Iacobi*, qui liber clavis eſt & index locorum quæ ſedes ſunt & fundamentum rituum & inſtitutorum, quæ in *Schulchan Aruch*, & quidem Ordine *Iore Dea*, libriſque *quæſt. & reſponſ.* exponuntur, ſecundum literarum ſeriem. *Cracov.* 345. C. 1585. 4.

ר׳ יעקב בן ר׳ יצחק R. IACOB fil. R. ISAAC, 1055

Præſes Curiæ in Synagoga *Zawmerenſi* in tractu Cracovienſi, (צווזמר) claruit an. 376. C. 1616. Scripſit ille

פירוש המסורה *expoſitio Maſoræ*, qua lux affunditur Maſoræ Biblicæ ad exemplum R. *Eliæ Levitæ* in שברי לוחות ita ut quæ ille omiſit, ſimul ſuppleantur. Auctor enim primum in univerſum Maſoræ rationem exponit, deinde obſervationes Maſoreticas in Pentateuchum præponit, easque tum quod ad compendia ſcriptionis, tum quod ad ellipticas loquendi formulas explicat. Prod. primum auctore vivo *Lublini* 376. C. 1616. hinc per filium *Iehuda* auctius 405. C. 1645. tum *Amſt.* 410. C. 1650. 4. hinc ibidem an. 463. C. 1703. 8. apud *Caſpar* שטען pp. 17. cura R. *Benjamin fil. Iechiel Michel*, tandemque cura *Aaronis Margalithæ* Ex Judæi, Halis Saxonum 471. C. 1711. 4. apud *Moſen fil. Abraham*, plagulis tribus. Priores duæ edd. additum habent טַעֲמֵי הַמָּסוֹרָה i.e. *rationes Maſoræ*, ubi reconditus obſervatt. quarundam Maſoret. ſenſus eruitur, qui libellus auctior ſeorſim cum expoſitione ænigmatis Aben Eſræ de אהוי prodiit Amſt. 1651. 4. pp. 8.

ר׳ יעקב בן יצחק לוי R. JACOB fil. ISAAC. 1056

דִּבְרֵי אָגוּר *verba Agur*, Prov. XXX. 1. Gramm. hebr. *Venet.* 1604. 4.

Digitized by Google

1057 ר׳ יעקב בן יצחק הלבן R. JACOB fil. ISAACI

Laban, i. e. *Albus*, claruit Sæculo XIII. & ſcripſit

ספר דינים *librum de Iuribus & inſtitutis Iudaicis*, qui citatur in Tur *Orach chajim* n. 586. Confer *Schalſcheleth* p. 51. a.

1058 ר׳ יעקב יצחק לוצאטי R. JACOB fil. *Iſaac* LUZATI, claruit Sæculo XVI. Sapheta ſuperioris Galilææ urbe oriundus & ſcr.

1) כַּפְתּוֹר וָפֶרַח *malogranatum & flos*, ex *Exod.* XXV. 32. qui alias etiam dicitur ס׳ כַּוָּנוֹת הָאַגָּדוֹת i. e. *ſenſus interior narrationum allegoricarum*. Auctor in eo loca hyperbolica in utroque Talmud, *Medraſchim*, libro *Zohar*, libris hiſtoriarum (מעשים) & alibi obvia morali vel alio ſenſu a literali abeunte induere conatur. *Buxtorf.* librum hunc, quem egregium & jucundum vocat, ἀνωνύμως recenſet; *Plantavit. Iacobo Polono* minus recte tribuit, & *Venetam* ed. memorat, nusquam quod ſciam, laudatam. Exſtat autem *Baſileenſis* 341. C. 1581. 4. ap. *Ambroſ. Froben*, & *Amſtelod.* 469. C. 1709. 4. Auctor nomen non tam expreſſit diſerte, quam ſubinnuit in titulo per Φράσιν ישרש יעקב (*radicare faciet Iacob*) ex *Ieſ.* XXVIII. 6. luculentius vero in calce expreſſit. Confer Theatrum Anonymorum Placcianum p. 700.

2) קְהִלַּת יַעֲקֹב *congregatio Iacobi*, ex *Deuter.* XXXIII. 4. commentatio in varias ſectiones Talmudicas, *Theſſalonic.* 344. C. 1584. 4.

1059 ר׳ יעקב בן יצחק ספירה R. JACOB fil. *Iſaac* SPIRA claruit Sæc. XVII. ineunte, & ſcripſit

בְּאֵר מַיִם חַיִּים *fons aquarum viventium* ex *Geneſ.* XXVI. 19. qui liber duos complectitur commentarios, alterum ſub titulo אֶבֶן יַעֲקֹב *lapis Iacobi*, qui illuſtrat *Raſchium* ſuper Legem, alterum ſub tit. פִּי הַבְּאֵר *os putei*, qui refertur ad textum Scripturæ ipſum. *Cracov.* 376. C. 1616. fol.

1060 ר׳ יעקב בן יצחק צהלון R. JACOB fil. *Iſaaci* ZAHALON, Romanus, arte Medicus, & Doctor (מורה) Synago-

gæ

Digitized by

gæ Ferrarienſis, natus an. 5290. C. 1630. variiſque doctrinæ generibus innutritus in medendi arte acquievit. Scripſit

1) אוצר חַיִּים *theſaurus vitæ*, opus Medicum in 12. libros diſtinctum.

2) אור הַדַּרְשָׁנִים *lux concionatorum*, (d) ſive de arte concionandi, cum Indice ſententiarum ſive tractationum (מאמרים) omnium, quæ in Jalkut exſtant. Indicem hunc ש״י p. 94. appellat קול יַעֲקב *vox Iacobi* ex Gen. 27. 2. qui alterum אור הדרשנים prorſus non commemorat.

3) ס׳ יְשׁוּעוֹת יַעֲקב *liber ſalutum Iacobi* ex Pſalm XLIV. 5. comm. in *Ieſaiam*.

4) מוֹרָשָׁה קְהִלַּת יַעֲקב *liber hæreditatis congregationis Iacobi*, ex *Deuter*. XXXIII. 4. expoſitio in tres priores Tractatus libri *Iad Chaſaka*, nempe *Madda*, *Ahaba* & *Semanim*.

5) ס׳ מַרְגָּלִיּוֹת טוֹבוֹת *liber margaritarum pretioſarum*, compendium libri חוֹבוֹת הַלְּבָבוֹת in triginta lectiones diviſum, ut per menſem abſolvi legendo integrum poſſit. *Venet*. 425. C. 1665. 8. & Amſtelod. 1708. 8. Ibidem leguntur variæ precandi formulæ, ſingulis ſectionibus accommodatæ, in calce vero omnia præcepta tam negativa quam affirmativa ſuccincta explicantur.

6) תִּתֵּן אֱמֶת לְיַעֲקב *dabis veritatem Iacobo* ex *Micha* VII. 20. conciones in omnes ſectiones Pentateuchi.

7) Summam quoque *Thomæ Aquinatis* in compendium redegit ſermone hebraico. Nihil horum præter ſextum prodiit, reliqua ab auctore MSS. ſervari teſtatur Bartoloccius, ſicut & ש״י eorum omnium, ſi ſeptimum exceperis, meminit p. 49. n. 225. Adde R. Joab f. Baruch מלפואטילי præfationem libro מרגליות טובות præmiſſam.

ר׳ יעקב בר יקותיאל קפמן R. IACOB f. 1061

Iekuthiel KOFMAN ſcr.

עֵדוּת יַעֲקב *teſtimonium Iacobi*, ex *Pſalm*. LXXVIII. 5. quo compre-

(d) Hunc libri titulum fecit Bartol. T. III. 852. qui cum præterea titulum alterum קול יְהוּדָה tanquam libri a priore diverſi inſcriptionem afferat, ſed ſine commemoratione argumenti, patet ſane, ejusdem ſcripti duos fuiſſe titulos, quorum alter ab auctoris nomine, alter ab uſu libri ſit petitus.

Digitized by Google

prehendit ſigna quaſi mnemonica (סימנים) 613. præceptorum, ita ut oſtendat, totidem eſſe literas in Decalogo, quot ſint præcepta (nempe 613.) commemoratis literis ſingulis, quibus ſingula præcepta reſpondeant.

1062 ר׳ יעקב בר יקר R. IACOB fil. IEKAR ſive *Iakar*, Gallus, *Raſchii* Magiſter: adeoque Sæc. XII. clarus (e) vide *Schalſcheleth* p. 48. b. Hunc putant intelligi, quando *Raſchi* in commentariis ſuis allegat מוֹרִי הַזָּקֵן i. *Magiſter meus ſenex.* Hujus decreta, per Iudæorum ſcripta hinc inde diſperſa, maximi fiunt, & ſolicite obſervantur.

Eſt & alius hujus nominis, R. *Iacobus ben Aben Iekar* Medicus, qui ſumtibus ſuis *Samuelem ben R. David Aben Nachmias* Typographum CPolit. adjuvit, ut Lexicon ערוך *CPoli* 1516. edere poſſet.

1063 ר׳ יעקב בן ירמיה מתתיה הלוי R. IACOB f. IEREMIÆ, *Matathias Levita*, librum הַיָּשָׁר germanice converſum edidit *Francof. ad Mœn.* 433. 1673. 8. ita quidem ut ex ſingulis Paraſchis in calce certi uſus deducantur: vide titulum ישר.

1064 ר׳ יעקב בן ישראל בבית לוי R. IACOBUS f. *Iſrael*, Levita, ſcr.

שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæ. & reſponſ.* in duas partes diſtinctas, quæ iterum in decem ſumma capita & 124. ſectiones abeunt. Quædam eorum jam prodierant an. 372. C. 1612. junctim vero lucem viderunt *Venet.* 392. C. 1632. fol.

1065 ר׳ יעקב כהן R. IACOBUS *Sacerdos*, ſcr. comment. in lib. *Iezira*, ut tradit Card. *Bona* in notitia auctorum in *Pſalmodia divina* citatorum lit. p. 592. *Geſnerus* eidem tribuit explicationem Nominis Sancti.

1066 ר׳ יעקב כהן מוגייאסין R. IACOB *Sacerdos* fil. *Mugiaſſin* (f) ſcripſit

Gram-

(e) Anachroniſmum igitur non levem committit *Gantzius*, quando eum jam anno 4836. C. 1070. obiiſſe tradit, & nihilominus Raſchii facit præceptorem.

(f) Bartol. minus recte appellat *Margiaſſin*.

Digitized by

Grammaticam Samaritanam ex Oriente a Poſtello allatam & valde ab eo celebratam. Vide Geſnerum, qui Poſtelli verba ita recenſet: *In Grammaticis Hebraicis nihil habeo pretioſius uno Samaritanæ Grammatices h. e. vere Hebraico libro, a Sacerdote Saulo f. Mugiaſſin olim ſcripto, in quo poſitis exemplis Samaritanis Arabice & Arabica methodo explicatur Grammatica Hebræa priſca.*

ר׳ יעקב לוי R. IACOB LEVITA, per compendium dictus מהרי״ל i. e. מוֹרֵנוּ הָרַב ר׳ יַעֲקֹב לֵוִי, *Germanus*, vel ſecundum alios *Polonus* aut *Lithuanus Vilnenſis*, quem ש״י appellat R. *Iacob* f. *Moſe* סג״ל i. e. Antiſtitem Leviticum, & Patrem domus judicii in Synagoga Moguntina (מגענצא) obiit anno 5187. C. 1427. ut apparett ex ipſo libro מהר״יל in limine *Hilchoth* פסח atque inde teſtatum reliquit R. *Dav.* *Ganz* ad annum citatum, ubi ſimpliciter vocatur R. *Iacob* סג״ל מוילין i. e. *Vilnenſis*, Antiſtes Leviticus, quod *Vorſtius* nullo ſenſu legit *Iacob MovilinSajel*, quem ſequitur Cl. Basnage Tom. V. Hiſt. Iud. p. 2044. Scripſit ille librum, qui nomine auctoris plerumque vocatur 1067

מהר״יל *Mahari1*, qui eſt סֵפֶר מִנְהָגִים *liber*, quo omnes ritus a Iudæis per totum annum recepti ediſſeruntur addita vocum difficiliorum interpretatione. Prodiit *Sabionet.* 316. C. 1576. quam ed. habet Oppenheimerus: (in Catal. Bodlej. p. 351. laudatur ed. Sabionetenſis anni 1556. 4.) *Cremonæ* 326. C. 1586. & *Lublini* anno 350. C. 1590. 4. iterumque cum acceſſionibus ex libris antiquis ritualibus, ad Synagogas Germanicas relatis, ac novis obſervationibus R. *Hirtz*, Patris domus judicii Synagogæ Francofurt. *Hanoviæ* 388. C. 1628. 8. ac denique *Francofurti* 448. C. 1688. 12. Librum hunc *Plantavitius* n. 330. tribuit R. *Jacobo Veil*, auctori libri שחיטות ובדיקות ſive de mactatione & inſpectione animalium, deceptus forte convenientia vocis וייל cum ווילין, quarum prior cognomen *Jacobi Veil*, poſterior patriam *Jacobi* noſtri nempe *Vilnam* infert. Sic & Buxtorf. p. 115. de Abbreviaturis minus recte מהרי״ל interpretatur per R. *Jacob Levita Veilenſis*.

2) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *reſponſa Iuridica* 233. *Sabioneta* 316. C. 1556. *Cracov.* eodem anno & *Hanov.* 370. C. 1610. 4. quas editiones memorat ש״י. Bartoloccius unam affert, eamque *Venetam* 370. pro

qua *Hanovienſem* puto ex ש"י reſtituendam. Exſtat tamen in B. Oppenheimeriana *Veneta*, ſed anni 309. C. 1549. In Catal. Bodlej. memoratur editio *Veneta* 1619. & 1632. 4. Hic eſt, cujus qvv. & reſpp. *Theſſalonic.* (lege *Sabionet.*) editas memorat Bartoloccius ſub nomine R. *Jac.* סג"ל non recordatus, ſe illarum ſub hoc nomine jam feciſſe mentionem.

3) ביאורים *illuſtrationes* Ordinis *Jore Dea* MSS. in B. Oppenheimeri in 4.

Notandum denique eſt, noſtrum hunc cum præceptoribus ſuis R. *Schalom* atque R. *Kadeſch* primum fuiſſe, qui nomine *Morenu* diceretur, ut notat Ganz l. c.

1068 ר' יעקב לוי R. IACOB LEVI, Iudæus Pragenſis, Bernæ Helvetiorum an. 1697. ſacro lavacro tinctus eſt, & ſcripſit

אִגֶּרֶת אַהֲבָה *epiſtolam amoris*, de qua vide *Io. Buxtorfii* Profeſſoris hodie Baſil. Catalecta Theologico-Philologica p. 280.

1069 ר' יעקב הלוי R. IACOB LEVI ſcripſit carmen in laudem libri אֱמֶת וֶאֱמוּנָה quod cum libro ipſo prod. *Venet.* 307. C. 1547. 12.

1070 ר' יעקב לומברוזו IACOB LOMBROSO, *Hiſpanus*, Medicinæ Doctor, edidit

Biblia Hebræa cum præfatione & commentario Grammatico, quem dixit מלא כף נחת ex *Eccl.* IV. 6. *Venet.* 399. C. 1639. 4. juſſu Commiſſariæ *Io. Vendramini* per *Io. Martinellum*, quam editionem a Iudæis Orientalibus laudari teſtis eſt *Rich. Simon* in Disquiſitionibus Criticis p. 54. ubi etiam recte obſervat, voces & phraſes contextus paulo difficiliores ſermone Hiſpanico explicari. Unde intelligitur ſimul, quomodo accipienda ſint ejus verba, quando lib. III. Hiſtor. Crit. V. T. p. 22. ed. Lat. tradit, eum *Hiſpanica* Biblia cum brevibus notis literæ ſenſum explanantibus ediddiſſe. Edidit enim non verſionem Bibliorum Hiſp. ſed textum Hebræum, hinc inde in notis Hiſpanice explicatum, ſicut & ipſe Simon in Indice Autorum Hiſtoriæ Crit. ſubjecto eandem edit. ſed Hebraicam recenſet. Præmittitur præf. exponens de vocalibus & accentibus omnibusque

Digitized by

buſque ad lectionem Hebr. neceſſariis. In Pentateuchum diffuſior eſt commentarius, in ceteros libros, ſi Iobum exceperis, brevior, utrinque eximius. Bartoloccius voces Scripturæ difficiliores vernacula lingua (i. e. *Hiſpanica*) ſed characteribus Hebræis explicaſſe eum teſtatur, Venet. 399. C. 1639. 12. ſed & illud de notis illis literalibus, quibus Hebræum textum munivit, procul dubio eſt explicandum. Ex illis obſervationibus eas, quæ ad Pſalmos intelligendos pertinent, excerptas & in compendium redactas ceteris Rabbinicorum commentariorum excerptis addidit V. C. *Henr. Iac. van Baasbuyſen*, cum quibus Pſalmorum librum vulgavit Hanov. 1712. 12.

Idem contra librum V. *Hugonis Grotii* de Veritate Religionis Chriſtianæ, qui Iudæis oppoſitus eſt, exaravit librum, quem dixit *Propugnaculum Iudaiſmi*, quod *Io. a Lent* in Theologia Iudaica Moderna p. 136. ab Amſtelodamenſibus MS. aſſervari teſtatur. Ejuſdem ſcripti meminit *Philippus Limborchius* in Collatione cum erudito Iudæo, qui & in comment. ad Acta Apoſtolorum v. c. p. 85. in epiſt. ad Hebræos exceptionibus quibuſdam ejus ſatisfacit. Antea vero in præfat. ad illum comment. ubi *Iudæ* prænomine minus recte vocatur, monuerat, ſe Lombroſii librum MS. ab *Iſaaco Orobione* nactum eſſe.

ר׳ יעקב לוצאטו v. R. IACOB f. *Iſaac Luzaſto.*

ר׳ יעקב דילישקאש vide ſupra R. IACOB DELESCHKAS.

ר׳ יעקב ליאון v. ſupra R. *Iac. Iehuda Arje.*

ר׳ יעקב לנדו vide ſupra R. *Iacob ben R. Iuda Lando.*

ר׳ יעקב בן ר׳ מאיר R. JACOB f. R. MEIR ex 1071
provincia גיאן ſcr.

צְנִיף מְלוּכָה *cidaris regni*, ex *Jeſ.* LXII. 3. lib. *Cabbaliſticus*, qui recenſetur in Catalogo librorum Cabbaliſt. ſubjuncto libro יצירה ed. Mantuanæ 1562.

ר׳ יעקב בן ר׳ מאיר בן ר׳ שמואל R. JACOB fil. R. *Meir* fil. *Schemuel Domrogenſis*, vide ſupra R. *Jacob* מדמרוג.

ר׳ יעקב די מירקאדו R. IACOB de MERCADO 1072

in lucem protulit R. *Moſis Iſrael de Mercado* comm. in Eccleſiaſt. & Pſalmos *Amſtel*, 1653. 4.

1073 ר׳ יעקב בן מכיר בן תבון R. JACOB f. *Machir* f. TIBBON, quem ש״י appellat nude R. *Jac. ben Machir*, claruit Sæculo XIV. ineunte (g) & ſcr.

1) עַל הַתְּכוּנָה *de Aſtronomia*, qui MS. eſt in Vatic. 4.

מַלְמַד הַתַּלְמִידִים i. e. *ſtimulus diſcentium. Plantavitius* cum Buxt. legit מְלַמֵּד הַתַּלְמִידִים i: e. *docens diſcipulos* ſenſu parum diverſo: noſtra lectio ſe probavit etiam *Hottingero* p. 6. Biblioth: Orient. & *Bartoloccio*. Idem Plantavit. n. 362. librum Grammaticum eſſe ſuſpicatur, forte interpretatione innixus, qui tamen potius eſt liber concionum MS. quibus inter cetera Philoſophiæ ſtudium commendatur, concionatoribus in pretio, ut teſtatur ש״י.

3) רוֹבַע יִשְׂרָאֵל *quadrans Iſraelis*, ex *Num*. XXIII. 10. i. e. de quadrante Aſtrolabii MS. in Vatic. Exſtat etiam cum commentario inter Codd. Laudanos, ex quo exemplari edere hunc tractatum parabat *Eduard. Bernardus* Tomo X. Synopſeos veterum Mathematic. cujus delineationem cum Vita Bernardi edidit *Thomas Smith* p. 26.

4) Vertit etiam libros ſeptem Elementorum Euclidis, de quo ſuo loco.

1074 ר׳ יקעב מנטינו R. JACOB MANTINUS, qui Buxtorfio vocatur *Mantenu*, Philoſophus & Medicus, gente Hiſpanus, æqualis R. *Obadiæ Sforno* & *Auguſtini Juſtiniani* (h) Epiſcopi Nebienſis, qui an. 5310. C. 1550. obiit, teſte *Schalſcheleth* p. 65. b.

1) Paraphraſin Averrois de partibus & generatione Animalium ex hebr. latine a ſe converſam, & Leoni X. inſcriptam, Rom. 1521. fol. Ibi ipſe teſtatur, ſe expoſitionem R. *Levi* ſuper iiſdem *Ariſtotelis* libris ex Hebr. latinam feciſſe paulo poſt edendam.

2) Averrois paraphraſin ſuper Platonis libros de Republica Romæ 1539. 8. & in Tom. III. Opp. Ariſtotelis Venet. 1560. 4.

3) Ejusdem interpretationes in Organum cum

4)

(g) Patet hoc ex Codice MS. de quo ſupra fecimus mentionem ſub Ariſtotele pag. 210. num. 9.

(h) Natus hic eſt *Genuæ* an. 1470. & obiit an. 1536. Vide *Pet. Baelii* Dictionarium Hiſtorico Criticum Tomo II. pag. 1711. ſq. & *Mich. Juſtinianum* de Scriptoribus Liguribus p. 16. ſqq.

Digitized by Google

4) Interpretatione in Poſteriora Analytica, in Topica, in Rempubl. in Phyſica, in epitomen Metaphyſicæ, Venet. 1562. 8.

5) Ejusdem interpretat. ad Introductionem Porphyri, ad Prædicamenta, libros de Interpretatione, in Poëticam &c. Venet. 1552, in ed. Opp. Averrois,

6) Ex Arabico latine interpretatus eſt c. XXIX. tertii Canonis Fen primi Avicennæ & quartum Fen primi ejusdem. Venet. 1530. 8. Ettelingæ 1531. 8. & Hagenoæ 1532.

Laudat hunc Amatus Luſitanus Centuria I, Curatione I. in ſcholiis, ubi ſimul teſtatur, eum partes quasdam Avicennæ, nempe I. Fen primi libri & quartæ primi & I. Fen quarti interpretatum fuiſſe, ſed deinde per Patritium Venetum ab eodem inſtituto avocatum eſſe.

Eidem tribuitur verſio Latina libri *More Nevochim*, ut & præfationis Maimonidæ in *Maſſechoth Avoth* quam *Bartol. Bonon.* 1526. 4. prodiiſſe ſcribit, Lege de noſtro *Nic. Antonii* Biblioth. Hiſpan. Novam Tomo I. p. 467.

ר׳ יעקב מרגלית R. IACOB MARGALITHA ſcri- 1073
pſit epiſtolam Hebr. ad *Io. Reuchlinum*, quæ exſtat inter reliquas epiſtolas ad eum ſcriptas & editas *Tiguri* 1558. 8. Eſt is ex celebri Margalitharum gente, de qua alibi diximus.

יעקב בן מרדכי IACOB fil. MARDOCHAI, exſul ex 1076
Fulda (פולר) ac deinde Swerinium in Poloniam majorem delatus adhuc ſuperſtes ſcripſit

שושנת יעקב *lilium Jacobi* (forte per alluſionem ad *Hoſ.* XIV. 9) ubi tradit doctrinam Chiromanticam & Metoposcopicam, *Amſtelod.* 466. C. 1706. 4. 4. plag.

ר׳ יעקב בן מרדכי R. IACOB fil. MARDOCHAI 1077
per compendium dictus ר״י Aſtenſis in Pedemontio Poeta, ſcripſit epitomen libri ראשית חכמה *initium ſapientiæ*, A. C. 1580. quæ deinde Venetiis edita eſt. Vide ſupra R. *Eliam* f. *Moſche de Vidas*.

ר׳ יעקב מרקריא R. IACOB MARCARIA *Me-* 1078
dicus Sæc. XVI. & *Typographus* Trident.

Digitized by Google

1) סֵפֶר עִבְּרוּנוֹת *liber computi Aſtronomici*, ubi tota Calendarii Iudaici ratio exponitur, adeoque de Solſtitiis, Æquinoctiis, intercalatione &c. ut & de Chriſtianorum feſtis agitur *Rivæ Trid.* 321. C. 1561. 4. Idem liber cum animadverſionibus R. *Dav.* f. *Iacob* מלאמאו addita etiam aliorum feſtorum apud Chriſtianos receptorum, quas illi חגאות (i) vocant, & nundinarum delineatione, recuſus eſt *Lublini* 400. C. 1640. 4. Prodiit etiam *Francof. ad Viadr.* 451. 4. C. 1691. cura *Iac.* בערלין in B. Oppenheimer. vidi ed. *Lublinenſ.* 375. C. 1615.

2) *Pentateuchum* cum Targum & Raſchii comm. editum idem inſtruxit notis ſuccinctis ex מזרחי excerptis: Rivæ Trid. 321. C. 1561. fol.

3) Bartoloccius eidem tribuit פֵּירוּשׁ בְּהַגָּדַת הַפֶּסַח commentar. in Narrationem myſticam de Paſchate, quam in limine libri זבח פסח *Abarbanelis Riva Trid.* 1561. fol. edit. exſtare teſtatur.

4) Edidit R. *Levi Gerſonidæ* comm. in 5. Megilloth cum præf. Rivæ Trid. 320. C. 1560. 4. & alios ejusdem libros, de quibus ſuo loco, ut & R. Schelomo f. Gavirol תִּקּוּן מִדּוֹת הַנֶּפֶשׁ *Riv. Trid.* 1562.

Ceterum *Plantavitius* n. 498. auctorem vocat מקריאה Makriam minus recte, qui dicendus erat מרקריאה quomodo etiam a ש״י ſi unum locum nempe p. 57. exceperis, appellatur. Sic nec video, cur idem Plantavitius noſtrum non tam pro auctore quam editore libri primi haberi voluerit.

1079 ## ר׳ יעקב בן ר׳ משה הלוי R. JACOB f. R.

Moſe Levita, Sæc. XVII. medio clarus, ſcripſit carmen in laudem libri *Meor Enajim*, & in alium בינה לעתים. Fuit is Rav Venetus & carmina illa anno 1643. compoſuit.

1080 ## ר׳ יעקב בן משה סג״ל R. JACOB fil. MO-

SIS, *Antiſtes Leviticus*, præſes Curiæ Moguntinæ, qui per compendium vocarur מהר״יל. Vide ſuprà R. *Iacob Levi*.

ר

(i) חָגָּא *Terrorem* notat Hebræis, nominatim *Jeſ.* XIX. 17. quæ vox cum affinis ſit voci חָג i. e. feſtum, mali ominis cauſa a Judæis de Chriſtianorum feſtis adhibetur, ſicut eadem aliis quoque vocibus ignominiæ plenis appellant: Vide *Eiſenmengeri* Judaismum Detectum Parte I. p. 557. ſq. & conjunctiſſimum Collegam meum *Georg. Eliezerem Edzardum* in notis ad cap. I. *Avoda Sara* p. 313. ſq.

Digitized by

ר׳ יעקב בן משה בן עכסאי R. JACOB 1082

fil. *Moſis*, f. ACHSAI, cognomine *Badreſchi* (בדרשי) quem Bartolocc. עכסאי vocat, & *Barcinonenſem* facit, ac *Maimonidæ* in Miſchnam commentarium hebraice transtuliſſe teſtatur, provocans ad MS. ipſius verſionis Codicem, qui an. 5058. C. 1298. exaratus in B. *Vatic.* exſtet. Enimvero non integrum is comm. transtulit, ſed partem, quæ ad Ordinem *Naſchim* pertinet, quod ex iis patebit, quæ infra ſub *Moſche ben Maimon* dicemus n. 1. Saltem ex hoc codice innoteſcit ætas auctoris in Sæc. XIII. incidens. Unde & non dubito, noſtri eſſe epiſtolam ad *Salom. ben Adereth*, quæ legitur in *Talmude* Babyl. ed. Cracov. poſt præf. ad cod. *Jevamoth* cum reſponſ. Salom. Hanc *Bartol.* Tom. IV. p. 503. Jacobo fil. עכסאי tribuit, tanquam qui a noſtro ſit diverſus.

ר׳ יעקב בן נפתלי vide ſupra *Aaron f. Moſche.*

ר׳ יעקב בן מתתיה R. JACOB fil. MATTHIÆ, 1083

cognomine טריוס *Wormatienſis*, primus edidit librum סור מרע *Prag.* 375. C. 1615. 8. de quo libro diximus ſub R. *Iehuda Arje* Mutinenſi.

ר׳ יעקב נגדן R. JACOB NEGDAN, per compen- 1084

dium ר״ן dictus, quem Bartoloccius in libro אגור Halachoth *Roſch Chodeſch* n. 575. ait citari ita, ut ſibi videatur fuiſſe Aſtronomus. Crediderim ego potius, eum eſſe R. *Iacobum* הנקדן i. e. *punctatorem*, (k) qui ibidem ר״ן dictus laudatur ab Elia Levita in שברי לוחות Nomen נגדן certe nihili eſt, & facile ex נקדן formari potuit.

ר׳ יעקב נפתלי בן יהודה R. IACOB f. NAPH- 1085

THALI fil. *Iehuda*, ſcr.

דֶּרֶךְ יָשָׁר *via recta*, ex *Proverb.* XIV. 12. quo libro continentur preces more Cabbaliſtico formatæ, una cum compendio rituum ex *Schulchan Aruch*, *Cracov.* 8. & *Berol.* 460. C. 1700.

ר׳

(k) נַקְדָנִים ſive *punctatores* vocant Judæi eos, qui textui ſacro a סוֹפְרִים ſive librariis quod ad conſonantes deſcripto, vocalium & accentuum notas adpingunt, quod officium interdum, ſed raro ab eodem viro ſuſtinetur. Vide quæ hanc in rem diſſeruit eruditiſſimus *Dan. Erneſtus Jablonsky* præfat. ad Biblia ſua Hebr. §. 32. ſq.

Digitized by Google

ר׳ יעקב נקרן vide paulo ante R. *Jacob* נגרן.

ר׳ יעקב סאמיגה vide R. *Joſeph* סאמיגה.

1086 ר׳ יעקב סיגל R. JACOB SEGAL, quem *Bartolocc.* ait *quaeſt. & reſponſ.* ſcripſiſſe, *Theſſalonicae* editas. Non dubium eſt, hic innui R. *Jacobum fil. Moſche Levi*, qui communiter appellatus eſt R. *Jacob Levi*, ſub quo nomine de eodem ſupra diximus. Nomen סיגל formatum eſt ex compendioſa ſcriptione סג״ל i. e. סְגַן לְוִיָּה *Antiſtes Leviticus*, qualis fuit ille *Jacob*, cujus etiam exſtant *quaeſtiones & reſponſiones*, non quidem *Theſſalonic.* ſed *Sabionetae* editae.

1087 ר׳ יעקב סיפולתי R. JACOB SEPHOLTI, (l) cui הֵיכַל הַקּוֹדֶשׁ *templum ſanctitatis* tribuit *Bartol.* ſine mentione vel argumenti vel editionis. Exſtat hujus tituli liber, qui eſt R. *Moſche ben Maimon Albaz*, de quo infra ſuo loco. De altero illo nusquam quidquam inveni.

1089 ר׳ יעקב ספורנו R. JACOB SPHORNO ſcr. אִגֶּרֶת הַטְּעָמִים *epiſtolam de Accentibus*, Venet. 360. C. 1600. ap. *Io. de Gara* editam.

1090 ר׳ יעקב סרזינה R. JACOB SARSINA ſcr. ס׳ נִקּוּר *libellum de perfoſſione*, quo oſtendit, quomodo nervus ex ex femore cujusvis animalis extrahi, & viſcera perquiri debeant, teſte poſt *Plantav. Bartoloccio* quorum neuter editionis meminit. Vereor ego, ut hic ſit liber peculiaris.

ר׳ יעקב עכסאי R. JACOB ACHSAI vide paulo ante R. *Iſaac* f. *Moſche Achſai*.

1091 יעקב בן עוזיאל JACOB fil. UZIEL, Doctor Medicus edidit hiſpanice poema Heroicum de Davide. *Venet.* 1624.

ר׳

(l) Suſpicor fere, ſcribere *Bartol.* voluiſſe vel debuiſſe ספוליתי i. e. *Spoletinus* ut ſcilicet a nobili illa civitate, tanquam a patria vocaretur.

Digitized by Google

ר׳ יעקב עלו R. JACOB ALU ſcr. 1092

תולדות יעקב *generationes Iacobi*, i. e. conciones, *Venet.* editas, ceu poſt *Buxtorfium* teſtatur *Bartolocc.* Suſpicor, eundem eſſe hunc librum, quem ejusdem & tituli & argumenti ſupra tribuimus R. *Iacobo Alba*, qui itidem *Venet.* editus eſt. Certe עלו nusquam video memorari.

ר׳ יעקב מפאויאה R. JACOB TICINENSIS: vide ſupra R. *Iacob* f. *Iehuda Lando*, qui a noſtro non eſt diſtinguendus, quoniam is *Ticini* commoratus fuit.

ר׳ יעקב באן R. JACOB PAHN ſcr. 1093

קצור compendium libri חובת הלבבות ed. *Prag.* iterumque *Venet* 415. C. 1655. in 16.

ר׳ יעקב מפארינצו R. JACOB de PARENTIO, 1094

Typographus Venetus, ſcripſit epiſtolam ſuper comment. Abarbanelis in Pentat. *Venet.* 339. C. 1579. ed.

ר׳ יעקב פולאק R: IACOB POLACK, ut ſcribit 1095

Schalſcheleth p. 61. b. fine i. e. *Polonus*, ut recte vertit *Bartol.* vel פאלק ut ſcribit *Gantzius* ad an 5260. unde *Vorſtius* in verſione minus recte vocat *Falck.* Fuit is Archiſynagogus Pragenſis, & obiit circa annum 290. C. 1530. teſte *Ganzio*, qui eidem acceptam fert ſubtilem diſputandi rationem, in Scholis Judæorum hodie receptam. *Schalſcheleth* l. c. teſtatur, eum fuiſſe præſidem Synagogæ in regno פולקיאה.

ר׳ יעקב פידאנקי R. JACOB FIDANKE, *Hiſpanus* 1096

diu Hamb. verſatus obiit *Londini* an. 459. C. 1709. die quarto menſis *Elul* ſive *Auguſti*: hujus curæ debetur

1) Repetita editio מכלל יופי *Amſtelod.* 444. C. 1684. fol.

2) Editio nova commentarii *Abarbanelis* in Prophetas priores, cum additamentis *Hamb.* 447. C. 1687. fol. apud *Thom. Roſe*.

Digitized by Google

1097 **ר׳ יעקב צדיק** R. IACOB ZADDICK i. e. *Iuſtus* fil. ABRAHAM claruit in Terra Sancta Sæculo XVII. ineunte, & mappa quadam ampliore delineavit fines Terræ Iſraelis, ejusdemque montes, ſaltus, flumina, torrentes, lacus, urbes, vicos, munimenta, vias, additis etiam prœliis aliisque rebus geſtis, quæ deinceps libello ſingulari Latino, notis numerorum Latinis in tabula, quam diximus, expreſſis, reſpondenti fuſius explicantur. Uſus hoc libro eſt *Io. Henr. Hottingerus* in Hiſtor. Orientali p. 192. Prodiit *Amſtelod.* 381. C. 1621. ſecundum *Bartoloc.* vel ſecundum ש״י p. 47. an. 391. C. 1631.

ר׳ יעקב בן צמח vide ſupra R. *Iacob fil. Chajim Zemach*.

1098 **ר׳ יעקב קאפיל** R. JACOB KAPHEL fil. *Zevi Margalith* de *Lamira* claruit Sæc. XVII. medio, & ſcr.

מַרְאוֹת יַעֲקֹב *viſiones* ſeu *ſpecula Iacobi*, ubi in folio expanſo repræſentantur 32. exercitia ſpiritualia, memoratis 13. virtutibus & totidem vitiis, & additis præterea ſex aliis Judæorum præceptis, quorum obſervatione quotidiana tota lex præſtetur. *Venet.* 422. C. 1662. in Typograph. Vendramina opera *Venturi ben David*.

1099 **ר׳ יעקב קאפיל בן שמואל** R. JACOB KAPHEL fil. *Schemuel*, ſcr.

עוֹמֶק הֲלָכָה *profunditas Halacha* h. e. *conſtitutionis*, ubi expoſuit *Halachoth* Talmudis difficiliores, additis, quæ lucem affundant, figuris. *Cracov.* 358. C. 1598. 4. Liber eſt rariſſimus, quam in Bibliotheca Bodlejana & minoribus Oxonienſibus aliis fruſtra quæſitum in Cantabrigienſi tandem ſibi ut κειμήλιον ſingulare oſtenſum fuiſſe ſcribit Venerab. *Theodorus Daſſovius* in diſſert. de Signis Crucis §. 10.

R. *Iac. Kapol* aliquoties, ſed in argumento Aſtrologico laudat, *Gaffarellus* in Curioſitatibus Inauditis, ed. Lat. p. 178. 205. 225. & 283. quem non diſtinctum a noſtro eſſe eo adducor, ut credam, quod ibidem p. 212. vocatur *Iacobus ben Schemuel*. Eundem tamen librum, quem hic recenſui, eſſe non crediderim, eo quod huic cum Aſtrologia nihil videatur fuiſſe commune.

Digitized by Goo

יעקב מקורבאל R. JACOB CORBELENSIS (m) 1100
Gallus, Cabbaliſta, floruit Sæc. XIII. Maimonidæ fere æqualis, unde & in animadverſ. ad cap. II. *Hilchot* שחיטה libri *Iad chaſaka* noſtri fit mentio. Scripſit

בַּעֲלֵי הַחֲלוֹמוֹת *domini ſomniorum*, h. e. *ſomniantes*, ubi de explicandis ſomniis diſſeritur: MS.

ר׳ יעקב קנסינוס R. JACOB CANSINOS, *Africanus*, 1101
Cranenſis, gente Hebræus, Regius in ea urbe, quam in ora Africi maris Hiſpano tenet milite, Interpres, edidit a ſe hiſpanice verſum opus R. *Moſis Almoſnini* de los eſtremos y grandezas de CPola, *Madriti* 1638. 4. Vide *Nicol. Antonii* Bibl. Hiſpan: Nov. Tom. II. p. 353, ex quo Bartoloc. ſua hauſit, qui tamen, neſcio qua de cauſa, nomen effert per Jac. קאנץ *Cantz* pro *Canſinos*.

ר׳ יעקב קניזל R. IACOB KANISAL, cujus com- 1102
mentarium in Pentateuchum cum tribus aliis, qui ſunt R. *Sam Almoſnino Moſes Albelda*, & *Aaron Abu Aldari*. CPoli in fol. editum teſtatur ש״י p. 63. n. 105.

ר׳ יעקב קפמן vide R. *Iacob ben Jekuthiel Koffman*.

ר׳ יעקב די קציריס R. JACOB de CACERES (n) 1103
Hiſpanus Iudæus, qui ex Gallico *Gvil. Salluſtii Bartaſii* carmine converſos Hiſpanice edidit

Los ſiete dias de la Semana ſobre la Creacion del mundo, h. e. ſeptem dies hebdomadis creationis mundi, Amſtel. 5372. C. 1612. 8. Conf. *Nic. Antonii* Bibl. Hiſpan. Nov. Tom. I. p. 467. Hujus credo eſſe filium *Danielem de Cazeres*, qui approbationem Conciliatoris R. *Menaſſe ben Iſrael* in Pentateuchum libro ipſi præmiſit.

יעקב קראי IACOB KARÆUS Rabban Synagogarum 1104
Hhhh 2 Ægy-

(m) *Corbel* oppidum eſt a Pariſiis parum remotum: *Bartol.* noſtrum ait in *Schalſcheleth* vocari מקוברייל i. e. *de Cobrel*: ſed hanc ſcriptionem fruſtra ibi quæſiveris.

(n) Eum Nic. Antonius l. c. minus recte *Carceres* vocat. Eundem alibi *Joſephi* prænomine dictum inveni.

Digitized by Google

Ægypti Sæculo XVII. ineunte, cujus meminit נובלות חכמה pag. 56. b.

1105 **יעקב בן ראובן** IACOB fil. RVBEN, *Karaus*, Sæculo XIII, medio claruit, quod inde conjectura aſſequor, quia in Mardochæi tract. de Karæis p. 141. proxime ante *Aaronem fil. Ioſephi* Karæum, inclinante Sæc. XIII. clarum, memoratur, diciturque ſcripſiſſe

סֵפֶר הָעוֹשֶׁר *librum divitiarum*, qui ſit ſuccinctus in Legem commentarius: Illum tamen non ad ſolam Legem, ſed integrum Codicem Sacrum ſpectare apparet ex Catal. B. Leidenſ. p. 283. n. 1. ubi diſerte hic liber in totam Scripturam commentari, ibique inter Codd. Warnerianos manu exaratus latere dicitur, ſicut & p. 287. n. 52. ejusdem in libb. *Joſ. Sam. Regg. Ierem.* & *Hagiographa* commentarius recenſetur. Conſentit ש״י p. 60. a. & R. *Schemuel Germanus* in nota ad librum נובלות חכמה p. 56. a. ubi eum ſe apud *Ioſephum del Medico* MS. vidiſſe teſtatur. Confuderunt hunc librum cum alio ejusdem tituli *de lapidibus pretioſis* agente, *Bartolocc.* & *Plantavit.* n. 503. qui tribuendus erat R. *Benjamini fil. Iacobi*, ceu ſupra ſuo loco oſtendimus. Non minus errat Bartolocc. quando noſtro huic Karæo adſcribit librum היכל יהוה & מלחמות יהוה qui ad ſequentem ſunt referendi. Confer notas meas ad *Mardochæum* p. 140.

1106 **ר׳ יעקב בן ראובן** R. IACOB f. RUBEN Cabbaliſta ſcripſit

הֵיכַל יְהוָה *Atrium Domini*, lib. Cabbaliſt. qui laudatur in calce libri *Iezira* ed. Mantuanæ, ubi Catalogus ſcriptorum quorundam Talmudic. exſtat. Bartoloccius dubitat, utrum forte proxime ſuperiori tribuendus ſit, quod facturus non erat, ſi priorem illum Karæum eſſe compertum habuiſſet. Eidem tribuit ש״י

2) מִלְחֲמוֹת יְהוָה *bellus Domini*, ex *Num.* 21. v. 15. aitque eſſe diſputationem de fide Chriſtianorum inſtitutam inter duos, quorum alter dicatur מיחד alter מכחד ſectionibus 12. Exſtat MS. in B. Bodlej. n. 3718.

1107 **ר׳ יעקב רומני** R. IACOB ROMANUS, CPolitanus incola, ſcripſit

Digitized by

1) מאזני משקל *ſtatera ponderis* ex *Ezech.* V. 1. i. e. Proſodia Hebraica, in qua genera carminum Hebraicorum mille trecenta quadraginta octo proponi teſtatur Buxtorfius in Bibl. p. 362. ex ſpecimine, quod ab auctore ſibi miſſum ſcribit, opere ipſo nondum edito. Deinde vero prodiit *CPoli* in 4. ſi credimus ש״ר ubi tamen annus non additur.

2) Eundem R. *Ionæ Aben Gannach* librum Grammaticum ספר הקירוב והישר ex Arab. Hebraice converſum *CPoli* edidiſſe teſtatur idem.

3) Libri *Coſri* Arabicam, Hebraicam & Latinam editionem eundem molitum eſſe, ex ipſius literis ad ſe perſcriptis refert Buxtorfius in præf. ad ſuam libri *Coſri* editionem.

4) Huic quoque maximam partem acceptum ferri debet Supplementum Bibl. Rabb. Buxtorfianæ, quod Buxtorf. Filius repetiit, ac illius editioni Baſil. 1640. addidit: vide præfationem illi præmiſſam. Iudæum hunc a doctrina & ingenuitate laudat *Pocockius* ad Portam Moſis p. 90.

1108 ר׳ יעקב רוסאליס R. IACOB ROSALES, Mathematicus & Philoſophus, Medic. Doctor & Comes Palatinus Cæſareus, vixit Hamburgi Sæculo XVII. fere medio, ſcripſit

Armaturam Medicam ſive modum diſcendi Medicinam per hiſtorias Zacutinas, editam in Tomo II. Opp. Zacuti.

Ejusdem *Poculum Poeticum* in Zacuti laudem, quod in Zacuti Opp. exſtat lib. IV. & V. de Medicorum Principum hiſtoria.

Carmen intellectuale Latinum Elegiacum ſubjunctum eſt libro *Menaſſe ben Iſrael* de Termino Vitæ; Non dubito eundem hunc eſſe, quem *Bartol.* ſcribit, fata quædam futura carminibus Heroicis deſcripſiſſe.

1109 ר׳ יעקב בן רפאל הבירת לוי R. JACOB fil. RAPHAEL *Levita*, Poſnenſis, cujus eſt

מנחת יעקב *oblatio Jacobi*, ex *Malach.* III. 4. i. e. comm. in Miſchnam tractatus *Schabbat*, & explicatio Cabbaliſtica canticorum & hymnorum, qui exſtant in תקוני שבת, de quo libro vide infra ſub R. *Iſaaco Luria.* *Pragæ* repetita vice edit. in 4. & alias

1110 ר׳ יעקב הריקנאטי R. JACOB REKANATENSIS ex

Digitized by Google

celebri R. *Menachem Rekanat.* gente oriundus, R. Gedaliæ præceptor, qui ex ejus fide quædam de Menachemo refert in *Schalſcheleth* p. 61. b.

1111 ר׳ יעקב בר שבתי R. JACOB fil. SCHABBATAI, cognomine חזקוני (o) ſcr. in comm. *Raſchii* ſuper Pentateuchum. MS. in B. Urbinat. 4. teſte Bartoloccio.

1112 ר׳ יעקב שור R. JACOB SCHOR, Præſes Curiæ Briſcenſis in Lithuania, ſcr.

פלפלא חריפתא על מסכת סנהדרין h. e. disquiſitionem acutam in Tr. *Sanhedrin Amſtelod.* 453. C. 1693. 4. In calce accedunt obſervationes quædam paucæ in *Cetuvoth.*

1113 ר׳ יעקב בן שלמה R. JACOB f. SALOMONIS aliis f. *Simſon* : hic & R. *Juda* ſcripſerunt epiſtolas על היבום ſive *de lege fratria* MS. in Vatic. 8.

1114 ר׳ יעקב בן שלמה R. JACOB f. *Salomonis* ſcripſit

לקוטים collectanea de rebus CHRISTI Regis, quibus explicatur, quicquid Judæi de CHRISTO Rege tradunt: ex hebr. latine converſa edidit *Gilb. Genebrardus* cum Chronico Hebræorum minore Pariſ. 1572. 8. non 1527. ut Bartol. per typographi errorem.

1115 ר׳ יעקב בן שלמה מאטאלון R. JACOB f. *Salomonis*, MATALON ſcr.

שְׁאֵרִית יַעֲקֹב *reliqvias Jacobi*, ex *Michæ* V. 6. i. e. commentationes variæ myſticæ. Junctus illis eſt liber תּוֹלְדוֹת יַעֲקֹב & prodiit *Theſſalonicæ* 357. C. 1597. fol.

1116 ר׳ יעקב בן שלמה R. IACOB fil. SALOMONIS ſcripſit

בֵּית יַעֲקֹב *domus Iacobi*, ex *Ierem.* II. 4. qui in tres tractatus diſtinctus eſt, quorum I. ſub tit. בית יעקב explicat ea, quæ Iacobo Patriarchæ eveniſſe Geneſeos liber teſtatur,

II.

(o) Forte ille eſt ex familia *Chiskja* illius, qui librum חזקוני elaboravit.

II. ſub titulo יְשׁוּעַת יַעֲקֹב *ſalus Iacobi*, commentatur de decem plagis Ægyptiorum, quibus affligebantur, cum poſteri Jacobi libertati vindicandi eſſent.

III. קְהִלַּת יַעֲקֹב *cœtus Iacobi*, ubi de quibusdam legis divinæ præceptis, quibus Jacobi familia ad religionem initiata fuit, ut de fine bonorum malorumque. Hunc Cod. MS. in Biblioth. Regis Gall. n. 173. exſtare teſtatur *Groddeckius*, in Theatro Anonymorum Placciano p. 722.

ר׳ יעקב בן שלמה בן חביב v. ſupra R. *Iacob Chaviv ben Schelomo.*

ר׳ יעקב בן שמואל R. IACOB fil. SAMUELIS, 1117

cui Bartoloccius tribuit עֵץ חַיִּים *arbor vitæ*, i. e. comm. in Miſchnajoth, non memor, eum ſe ſupra ſub R. *Iacob* חאגיז commemoraſſe, qui ab hoc nullo modo eſt diſtinguendus: vide, quæ ibi ſcripta ſunt.

ר׳ יעקב בן שמואל R. IACOB fil. *Samuelis*; ge- 1118

ner R. *Iſaaci*, qui Synagogæ præfectus & Iudicii præſes *Zausmeri* (צויסמר) in tractu Cracovienſi fuit: ſcripſit

בֵּית יַעֲקֹב *domus Iacobi*, ex *Ieſ.* II. 5. h. argutæ ſolutiones variæ quæſtionum variarum ritualium *Dyrenfurti* 1696. fol.

ר׳ יעקב בן שמואל לנדו Vide ſupra R. *Iacob ben Iehuda Lando.*

ר׳ יעקב בן שמואל קפלמן R. JACOB 1119

f. *SAMUELIS Kappelmann*, מברישאך, *Briſaco* vel *Friburgo Briſgojæ* oriundus ſcripſit

אֹהֶל יַעֲקֹב *tentorium Iacobi*, ex *Gen.* XXXI. 34. comm. in R. *Ioſ. Albo* עקרים ed. *CPoli* 359. C. 1599. *Baſil.* 344. C. 1584. 4. & *Friburgi Briſgojæ* (q) in 4. teſte ש״ר. Labitur Bartoloccius, quando Tomo I. p. 88. & Tomo IV. p. 329. ad *Buxtorfium* teſtem provocans tradit, librum hunc eſſe pro concionibus & *ἀνώνυμον*: nam nec *Buxtorfius* hoc affirmat, ſed nobiscum conſentit p. 309. Biblioth. & ipſe *Bartolocc.* rectius ſtatuerat Tom. III. p. 866.

ר׳

(q) Vereor, ne hæc poſtrema editio ficta ſit ex Targum τῶν 5. *Megilloth*, quod R. *Jacob bar Bonem Cappelmann* elaboravit, & *Friburgi Bisgojæ* edidit: neque enim alias editionem hanc libri אהל יעקב allegatam inveni, & obvia eſt hæc confuſio.

1120 **ר׳ יעקב בן שמעון** R. JACOB fil. *Simeonis*, Karæus, confutavit R. *Ieſchua* ſive *Ioſua f. Iudæ* Karæi tractatum de gradibus conjugii prohibitis, qui tractatus ex Arabico hebr. verſus MS. exſtat in Bibl. Leidenſi, cujus Catalogum vide p. 286. n. 48. Eundem puto eſſe librum, quem *Triglandius* habuit MS. ut patet ex ejus Catalogo libb. Orient. p. 24. n. L. ubi memoratur liber Karaiticus, ex Arab. L. translatus, qui complectatur quæſtiones & reſponſ. *Iacobi ben Simeon*. Miror, illius non fieri mentionem in Mardochæi tractatu de Karæis, unde forte conjectura aſſequi licet, hunc *Iacobum* non fuiſſe Karæum, ſed potius Rabbanitam adeoque ex ſuæ ſectæ principiis, quæ a Karæorum placitis longe ſejuncta erant, contra Karæum illum diſputaſſe. Alioquin conſtat ipſos quoque Karæos de hoc momento inter ſe diſſenſiſſe. Ex hoc videtur effictus R. *Iac. fil. Schelomo*, de quo paulo ante n. 1113.

1121 **ר׳ יעקב בן שמשון אנטולי** R. IACOB fil. *Simſon* ANTOLI *Hiſpanus*, gener R. *Sam. Aben Tibbon* (r) vixit ſub Imperatore Friderico II. Sæc. XIII. & interpretatione variorum librorum ex aliis linguis ſuſcepta inclaruit. Sic *Lambecius* Tomo I. Commentar. Vindobon. p. 183. recenſet Codicem Tengnagelianum, quo ſequentia ſcripta ab eo hebr. converſa continentur:

Compendium Logices *Maimonidæ* : *Porphyrii* Iſagoge in quinque voces cum expoſitione *Averrois*: Categoriæ *Ariſtotelis* cum comm. *Averrois*: Ariſtoteles de interpretatione, cum comm. Averrois: *Abu Nezar Alpharabi* Philoſophi Arabis de Syllogiſmo Demonſtrat. lib. I. & II. cum comm. *Averrois*: hæc omnia ab eo converſa ſunt An. 4992. C. 1232.

Alphragani liber de motibus cœlorum & choreis planetarum ex ejusdem interpretatione exſtat MS. in B. Vatic. 4. quemadmodum & ibidem *Ariſtotelis* de 10. prædicamentis & ejusdem libri duo *de Interpretatione* prior quidem ſub tit.

מַצְרֵף לַכֶּסֶף *purgans argentum* ex *Proverb.* XVII. 3. poſterior ſub tit. מְלִיצָה MSS. inveniuntur. *Huetius* de Claris Interprett. p. 206. *Alfragani*, inquit, *Chronologica & Aſtronomica Elementa de Arabicis ita Ebraica fecit R. Iacob filius Antolii, ut Ioannis Hiſpalenſis interpretatione veriorem & ex parte meliorem dederit.* Idem

(r) Plenius hic in Cod. MS. Vindobon. de quo ſupra ſub אבן רשד inter ſcripta Aſtronomica diximus, vocatur *Jacob fil. R. Aba Mari f. R. Simſon f. Antoli.*

Digitized by

Idem varia Averrois convertit v. ſupra אבן רשד.

מַלְמַד הַתַּלְמִידִים *ſtimulus diſcipulorum*, ſive expoſitio Philoſoph. in Pentat. quam librum *Bartol.* ſupra R. *Iac. ben Machir* tribuerat, nunc noſtro huic tribuit, & MS. in B. Vatic. fol. exſtare ait: in priori ſententia, quam etiam ש״י tuetur, perſiſtendum puto. Videri tamen poterat hic liber & alius auctoris & diverſi argumenti eſſe, & forte idem cum סֵפֶר הַמְלַמֵּד ſeu potius הַמְלַמֵּד *liber docentis*, quem ש״י tribuit R. *Simſoni* בֶּן אַבְטַלְיוֹן de Grammatica & Logica exponentem. Fieri enim potuit, ut pro *Simſone Abtalion* legeretur *Simſon Antoli*. Sed hæc illis inveſtiganda ſunt, quibus MS. oculis uſurpare datum eſt.

ר׳ יעקב בר שמשון R. IACOB f. SIMSON, ex 1122
Liburnia Auſtriæ (s) provincia, qui epiſtolas de lege fratria ad alios ſcripſit. Vide ſupra R. *Iac. ben Schelomo.*

ר׳ יעקב שפירה v. R. *Iacob ben Iſaac Spira.*

ר׳ יעקב ששון R. IACOB SASON ed. Ordinem pre- 1123
cum per totum annum hebr. auctiorem & correctiorem *Venet.* 8.

ר׳ יעקב ששפורטש R. IACOB SCHESCHPORTES 1124
ſ. *Sexportas*, ſcripſit

1) הֵיכַל הַקֹּדֶשׁ *atrium ſanctitatis*, ex *Iona* II. 5. i. e. explicatio myſtica & Cabbaliſtica precum Judaicarum cum animadverſionibus R. *Aaron* הסבעוני ex libro *Sohar* collectis. Amſtelod. 413. C. 1653. 4. R. *Schabtai* in ש״י auctorem vocat R. *Moſen f. Maimon* אלב״אז in editione vero cum Bartol. quem ſecuti ſumus, conſentit. In Catalogo Hinckelmanniano p. 89. auctor vocatur *Iac. Sprotes* i. e. ששפורש.

2) עֵדוּת בְּיַעֲקֹב *teſtimonium in Iacob*, ex Pſ. LXXVIII. 5. cujus ut & *Benjaminis Muſſaphia* reſponſa Iuridica de hæreditate ex bonis viduæ cujusdam defunctæ capienda prodierunt *Amſtelod.* 432. C. 1672. 4.

3) תּוֹלְדוֹת יַעֲקֹב *generationes Iacobi*, ex *Gen.* 37. 2. Index locorum S. Scripturæ, qui in Talmude Hieroſolymit. exponuntur, editus una cum *Toledoth Aaron* in edit. *Amſtelod.* 1652. 4. apud Schemuel fil. Iſrael Soero (סואירו) Denique inſertus quoque eſt libro בית אהרן.

Iii i ר׳

(s) Ita *Bartol.* qui quam Auſtriæ provinciam hic velit, non intelligo.

1125 ר׳ יעקב בר ששת R. JACOB fil. *Scheſchath* ſcr.

מֵשִׁיב דְּבָרִים נְכוֹחִים *reſpondens verba recta*, i. e. conciones in varia dicta Talmudica, quarum quædam philoſophice ſcriptæ ſunt. MSS.

1126 ר׳ יעקב תם R. JACOB TAM qui vocari ſolet Rabbenu TAM (תם) ben R. *Meir* ben R. *Schemuel*, *Raſchii* ex filia nepos, an. 4940. C. 1170. defunctus, quem ob manſuetudinem Jacobeæ ſimilem (v. Gen. XXV. 27.) תָּם h. e. *perfectum* & *lenem* vocatum eſſe ajunt. Huic tribuunt

1) סֵפֶר הַיָּשָׁר *librum recti*, ex *Ioſ*. X. 13. ubi de juribus Judaicis & argumentis moralibus in univerſum ſpeciatimque de creatione univerſi, pœnitentia & timore Dei &c. per octodecim tractatus *Cracov*. 346. C. 1586. 4. pp. 28. apud *Iſaacum f. Aaronis Proſtitz*, cui editioni addit ש״י *Venetam* 304. in 8. ſimulque monet eſſe *Iacobi Tam* מאורליאנש i. e. *Aurelianenſis*, qui ſcripſerit *Toſephoth*. Vidi ego *CPolit*. & *Amſtelod*. 468. C. 1708. in B. Oppenheim. *Andr. Maſius* in Catalogo Auctorum Judaic. qui eſt in calce comm. in Joſuam, docte & minime vulgariter hoc libro de fundamentis & myſteriis cultus divini agi affirmat.

2) ס׳ הַפְּסָקִים i. *liber deciſionis* ſive *ſententiæ*, qui forte itidem de Juribus Hebraicis diſſerit, & citatur in animadverſione 7. ad cap. IX. Halachoth ס׳ תורה qui exſtat in Maimonidis *Jad chaſaka*.

3) תּוֹסָפוֹת וּפִלְפּוּלִים עַל הַגְּמָרָא h. e. *additiones & acutæ diſputationes in Gemaram*, quæ ut a diverſis Galliæ Rabbinis profectæ ſunt, ita inprimis magna earum pars noſtro accepta ferri debet, qui teſte *Schalſcheleth* ſemper intelligendus eſt, quando allegatur ר״ת i. e. *Rabbi Tam*.

4) Eidem tribuunt quidam librum בשר על גבי גחלים de quo dicemus inter Anonymos, & *Schalſcheleth* p. 52. a. l. 3. teſtatur, ſe a R. *Meir Patavino* accepiſſe, quod audiverit ex Præceptoribus ſuis, hunc R. *Tam* librum iſtum nomine R. *Sam. Levitæ*, cui alias tribui ſolet, exaraviſſe.

5) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſt. & reſponſiones* noſtro ſub nomine R. *Jacobi Domrogenſis* adſcribit ש״י conferrique jubet מהריק ſect. 52.

6) Eidem אִגֶּרֶת הַתְּשׁוּבָה *epiſtolam de pœnitentia*, poſt Plantavitium vindicat *Bartoloccius*, quam R. *Ionæ Gerundenſis* eſſe ſupra evicimus

Con

Confer de noſtro *Schalſcheleth* p. 51. b. in fine & 52. a. ubi eum vocat Sapientem magnum, & ingenii fœcundiſſimi, cui acumine & ſtudio propugnandæ veritatis nemo fuerit ſimilis. Adde *Juchaſin* p. 131. a. fere media, & confer, quæ dicta ſunt ſupra ſub R. *Jacobo* מאורליאנש & R. *Jacob* מדומרוג unde conſtabit, diſſenſum hic eſſe inter Judæos, cum alii Jacobum noſtrum, quem Juchaſin *Domrogenſem* vocat, *Aurelianenſem* conſtituant. Interim non dubitandum puto, duos fuiſſe hujus nominis, id quod diſerte monet *Schalſcheleth* p. 52. b. quorum alter, ſive is ſit *Aurelianenſis* ſive *Domrogenſis*, idem ſit cum R. *Tam* noſtro *Jarchii* nepote.

ר׳ יעקב תאמירלש R. JACOBUS TAMERLAS, 1127

Cabbaliſta, natus *Vormatia* & deinde *Cremnitii* hinc *Vindob.* verſatus Sæc. XVII. ſcripſit

. סִפְרָא דִצְנִיאוּתָא דְיַעֲקֹב *librum Zeniutha f. verecundiæ Jacobi* (alludere videtur ad lib. צניאותא qui eſt in *Sohar*) quo comprehendit interpretationes Legis Cabbaliſticas, variaſque regulas ad Cabbalam rectius intelligendam facientes ſuppeditat *Amſtelod.* 429. C. 1669. 4. pp. 40. apud *Dav. de Caſtro* תרטאס. In calce libri dicitur ſupereſſe comm. ejus in Pentateuchum & 5. *Megilloth* item in utramque אדרא, ut & in dicta Talmudis utriusque, in *Zohar* & varia loca Biblica.

יעש ſive בן יאש filius IAESCH, cujus comm. in lib. 1128

I. *Avicennæ* MS. eſt in B. Urbinat. fol.

יפת הלוי JAPHETH LEVITA, Karæus, Sæc. XIII. 1129

cujus

1) *Comment.* in Exod. Levit. Judic. utrumque Samuelis & Regum, item in XII. Prophetas minores MS. exſtat in Bibl. Leidenſi inter Codd. Warneri, ceu patet ex Catalogo p. 286. n. 37. ſicut ibidem p. 283. comm. ejus in Exodum & Levitic. Huic a R. *Mardochæo* in Tract. de Karæis p. 116. tribuitur comm. in Legem, ac præterea

2) סֵפֶר הַמִּצְוֹת *liber præceptorum*, quem puto diverſum ab ejusdem tituli ſcripto, quod manu exaratum in B. Leidenſi exſtat ſecundum Catalogum p. 286. n. 44. ubi R. *Said ben Iepheth* & R. *Levi ben Iepheth* tanquam anctoribus vindicatur.

3) זִכְרוֹן הַדָּתוֹת *hiſtoria ſectarum* eidem adſcribitur a Mardochæo p. 139. ubi dicitur quoque appellari ס' נְעִימוֹת.

4) Eundem in decem articulos Karæorum fundamentales commentarium ſcripſiſſe, neſcio quo auctore, teſtatur *Triglandius* de Karæis p. 151. qui forte ab illo ס' המצות de quo n. 2. non eſt diſtinctus.

Triglandius l. c. affert Karæi cujusdam verba, quibus hic *Iapheth Aben Eſram* dicitur habuiſſe diſcipulum, unde etiam de ætate ejus judicium ferri poteſt. Neque id gratis adfirmari vel ex eo patet, quod Aben Eſra Japhetum noſtrum allegat ad *Hoſ.* III. 4. & V. 3. & 5. & alibi ſub nomine יפת בן עלי, quem a noſtro non eſſe diſtinctum ex Mardochæi tractatu p. 139. patet, ubi plenius vocatur *Iapheth Levi ben* עלי *Levi.*

R. *Schemuel Germanus* in not. ad נובלות חכמה p. 56. a. monet, ſe apud R. *Ioſephum del Medico* vidiſſe ſcripta *Iapheti Levitæ* & *Ioſephi* filii ejus, quæ exponant *de Lege, Scriptura, præceptis & inſtitutis.*

1130 ר' יפת בן צעיר R. JAPHETH fil. ZAIR itidem *Karæus*, quem in R. Mardochæi tractatu de Karæis p. 106. & 209. atque inde a Triglandio in diatriba de Karæis p. 35. & 95. allegari video, ita quidem, ut ex ſcripto ejus non nominato hiſtoria ſectæ Karaiticæ exponatur, unde parum abeſt, quin hunc eundem ſtatuam cum R. *Iapheth Hallevi* proxime antecedente, quem de ſectis commentatum eſſe vidimus. Obſtat tamen nominis diverſitas.

1131 יצחק ISAACUS, Patriarcha, *Abrahami* filius, quem Hebræi communiter auctorem faciunt

תְּפִלַּת מִנְחָה *precationis pomeridianæ*, ſicut & eundem, cum a periculo mortis, a Patre juſſu divino ſibi imminentis, liberatus eſſet, pronunciaſſe ferunt illas preces, quarum initium eſt ברוך מחיה מתים *Benedictus, qui vivificat mortuos.* Vide *Pirke Elieſer*: confer *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. lib. II. p. 198.

1132 ר' יצחק R. ISAAC, neſcio quis, qui a nonnullis ſcripſiſſe dicitur librum בָּרוּךְ שֶׁאָמַר: vide quæ dicentur infra ſub R. *Simſon ben Elieſer.*

1133 ר' יצחק R. ISAAC. cujus comment. Arab. MS. in *Pircke Avoth*

Avoth laudatur in Catalogo B, Bodlej. n. 5390 una cum ejuſdem comment. in *Iobum.*

1134 ר׳ יצחק R. ISAAC, neſcio quis, cujus eſt

עץ החיים *arbor vitæ*, ex Gen. II, quem MS. habuit Wagenſeilius, qui ejus paſſim facit mentionem. Sic p. 3. notarum ad librum *Sota* hæc ejus verba leguntur: *Poſſidemus Codicem membranaceum prorſus inæſtimabilem, qui* עץ החיים *inſcribitur; eo R. quidam ISAACUS (alia vel de ſorte auctoris, vel de ætate, qua ſcripſit, hactenus perveſtigare haud licuit) univerſi Talmudis epitomen fecit, vel potius Maimonidis Iad ab erroribus quibusdam liberatum, & innumeris obſervationibus, quæ ibi deficere videbantur, auctum recenſuit, ſi, quod fati ſiniſteritas operuit hactenus & uſui ſubtraxit, publici juris fieret, inſigne opus, næ habitura eſſet ſanctior Philoſophia, cur ſibi gratularetur: nihil enim in ſacris profanisque Judæorum rebus eſt, quod illo non contineatur, & ſufficit dicere, propoſitum fuiſſe auctori, ut ſuperaret Maimonidem, neque ſpe & egregiis auſibus illum excidiſſe.* Omitto locos alios, qualem etiam inveneris p. 219. ad Tela Ignea Satanæ, ubi codicem hunc veterem & inæſtimabilem vocat, ac ex eodem precationem Judaicam ſatis celebrem עלינו plenius exhibet. Errat *Chriſtophorus Wallich*, Judæus converſus, quando in deſcriptione vernacula Synagogæ Judaicæ B. *Jo. Frider. Mayeri* p. 57. hunc librum tribuit R. *Aaroni fil. Joſephi* Karæo. Nam quem hic librum ſub iſto titulo ſcripſit, longe diverſi eſt argumenti, de quo ſuo loco diximus.

1135 ר׳ יצחק R. ISAACUS, neſcio quis, Senatui Judæorum Germanorum, Amſtelodamenſium a conſiliis, & Eccleſiæ Scriba, cui Talmudicorum ſcriptorum notitiam & in arte pingendi ac ſculpendi ſcientiam tribuit Cl. *Surenhuſius* p. 8. præf. ad Opus Miſchnicum, qui multum ſibi in Miſchna edenda opus eum attuliſſe fatetur.

1136 ר׳ יצחק R. ISAACUS ex Judæo Chriſtianus, ante Sæc. XIII. vixit, cujus *librum fidei* Jac. Sirmondus edidit *Pariſ.* 1630. 8. Agit imprimis de SS. Trinitate & Incarnatione Filii Dei.

1137 ר׳ יצחק בר אבא ISAAC bar ABBA, *Maſſilienſis* claruit A. M. 4942. C. 1182. teſte *Juchaſin* p. 132. a. l. 1. ſcr.

inepte malunt (u) *Aboab*, diſcipulus R. *Iſaaci Kanpanton*, ex Caſtellæ regno An. 1492. ejectus in Luſitania A. M. 5253. C. 1493. ætatis 60. obiit, teſte auctore *Iuchaſin* p. 134. a. fine, ubi eundem præceptorem ſuum appellat. Confer de noſtro *Imman. Aboab* Nomologiam p. 209. & inprimis p. 286. ubi eum *Rabbi* abſolute per totam Hiſpaniam dictum eſſe ſcribit, & libros ejus recenſet. Scripſit ille

1) מְנוֹרַת הַמָּאוֹר *candelabrum luminaris* ex *Exod.* XXXV. 14. & *Num.* IV. 9. qui eſt liber moralis, in ſeptem lucernas (v. *Exod.* XXV. 37.) ſive tractatus diſtinctus, quorum ſinguli in certa capita abeunt. Sic v. c. in lucerna prima de rebus illicitis fugiendis, de ſtudio & concupiſcentia divitiarum &c. diſſeritur. Diſtinguitur etiam in tres partes, quarum I. vocatur שלחן הפנים. II. מנורת המאור. III. ארון העדות. Liber ille in tanto apud Judæos pretio eſt, ut publice in ſcholis prælegatur, & familiari teratur uſu, cum veterum doctrinam & ſententias ex Gemara Aggadoth & Medraſchim collectas referat. Scriptus eſt liber an. 230. C. 1470. teſte *Ganzio in Zemach David*, & prodiit *Venet.* 304. C. 1544. fol. pp. 332. aqud *Cornel. Adelkind*, & ibid. auctior 355. C. 1595. fol. apud *Io. de Gara*, item *Cracov.* 457. C. 1597. fol. ac tertia vice *Venet.* 383. C. 1623. fol. ex qua editione ſublata ſunt varia loca in MESSIAM ſanctiſſimum injuria. Hanc editionem *Mantuanam* vocat ש״י quam Bartolocc. *Venetam* facit, at in Catalogo B. Bodlej. p. 4. affertur *Mantuana* anni 323. C. 1563. Lucem quoque vidit *Francof. ad Man.* 447. C. 1687. fol. plag. 48. ac denique *Amſtelod.* 461. C. 1701. cum comment. diffuſo, qui textui ſubſtratus eſt, R. *Moſis fil. Simeonis*, ſub tit. נֶפֶשׁ יְהוּדָה *anima Iuda*. MS. exſtat in Bodlejana n. 3756. fol.

2) מְנוֹרַת זָהָב *candelabrum aureum* eidem tribuit *Eiſenmengerus* in Indice Scriptorum, Judaiſmo detecto præmiſſo, cujus nemo præter eum meminit, tanquam a noſtro exarati. Exſtat ceteroquin liber alius מנורת המאור R. Iſraelis *Cracov.* ſine anno editus, ex quo quinque capita ſub titulo מנורת זהב כלה translata ſunt in librum ראשית חכמה. Fieri forte potuit, ut hoc ipſum Eiſenmengero occaſionem daret, noſtro huic librum מנורת הזהב tribuendi.

3) נְהַר פִּישׁוֹן *fluvius Piſon* (x) ex *Geneſ.* I. conciones partim in Scri-

(u) Rectius omnino *Aboab* legitur, quam *Abuab*, ceu in Actis Erudit. Lipſienſ. Tomo II. Suppl. p. 44. monetur, & inde quoque confirmatur, quod *Immanuelis Aboab* Nomologia nomen hoc ita omnino ſcriptum repræſentat.

(x) Hunc librum ab auctore adhuc juvene ſcriptum eſſe teſtatur *Aboab* p. 286. Nomologiæ.

Scripturam partim in dicta Talmudica habitæ. *CPoli* 289. C. 1529. 4. In Catal. B. Bodlej. p. 4. annus dicitur 1538.

4) Eidem R. Schabtai in ש״ש p. 44. tribuit librum ſecundum Decalogum diſpoſitum, qui Indicem ſiſtit rituum & inſtitutorum omnium ex idoneis Talmudis utriusque locis deducendorum; additus eſt duplex commentarius, alter ſub tit. אֲרוֹן הָעֵדוּת *arca teſtimonii*, ex *Exod.* 25. 22. ubi veterum Doctorum ſententias repetit, alter ſub tit. שֻׁלְחַן הַפָּנִים *menſa facierum*, ex *Lev.* IV. i. e. explicatio *Orach chajim*. Liber non prodiit, ſed legi de eo poteſt præfatio ad בית יוסף ad quam etiam ש״ש provocat.

5) פירוש comm. in *Pentateuchum* (y) exſtat in ed. Pentateuchi *Veneta* anni 308. C. 1548. & *Cracov.* 347. fol. in qua & Raſchii & Nachmannidæ comment. leguntur. Non dubito, hunc eſſe comment. illum MS. qui in partem legis ſub nomine *Abubab* in B. Bodlej. n. 5908. inter Huntington. n. 162. exſtare dicitur.

5) Plantavitius eundem in מזרחי (z) ſcripſiſſe, neſcio quo auctore, teſtatur; & vereor equidem, ne dicere voluerit in *Raſchium*, vel potius in *Nachman*.

6) Aboab p. 287. Nomologiæ tradit, vidiſſe ſe commentationes noſtri MS. in Sectiones quasdam Talmudicas, eundem vero in ſenectute commentari cœpiſſe in *Arba Turim*, ſed non perfeciſſe deſtinata; formaſſe autem diſcipulos & multos & egregios.

1140 ר׳ יצחק אבוהב ISAAC ABUAB ſive ABOAB, ex Breſchia ortus, Præſes Senatus Synagogæ Hiſpan. Amſtelod. Sæc. XVII. inclinante, qui ſcripſit hiſpan.

1) *Paraphraſin in Pentateuchum*, commentario ſuccincto literali mixtam, & in Paraſchas ſive Sectiones Judæis receptas diſtinctam, quibus ſingulis lemmata præmittuntur, totam cujuscunque Paraſchæ ſummam repræſentantia. Prodiit ſub tit. *Parafraſis commentado ſobre el Pentateuco*, Amſtelod. 5441. C. 1681. fol. In præfatione extrema auctor promittit *Philoſophiam Legalem*, qui tractatus forte non diſſimilis futurus erat illi,

(y) Vel potius, quod *Ganzius* l. c. & Aboab p. 287. monent, in *Nachmanida* commentarium ſuper Pentateuchum.

(z) Fieri enim hoc per temporis rationem non potuit, cum *Abubav* obierit an. 1493. *Eliau Miſrachi* vero ſuas in Raſchium animadverſiones tribus tantum annis ante hoc tempus, nempe an. 1491. exararit.

Digitized by Google

illi, quem ſub titulo *Nomologia* itidem hiſpan. dedit *Imman. Aboab*, de quo infra ſub עמנואל *Abubab* dicemus.

2) Noſter in Cabbala egregie verſatus librum Cabbaliſt. Abrahami Cohen אירירה, quem dixit בית אלהים, hebr. converſum edidit Amſtel. 415. C. 1655. nec non ejusdem שער השמים Conf. ſupra *Abrab. Coben Irira.* Lege de eo *Barrios* Vitam *Iſaaci Huzick* & Cl. *Iac. Basnage* Hiſtor. Judaic. T. V. p. 2105. qui monet eundem triumphum Moſis carmine Heroico celebraſſe.

ר׳ יצחק אבנדאנה R. ISAAC ABENDANA, JACOBI, de quo ſupra, frater, Doctor Medicus, Linguæ Hebr. in Academia Oxonienſi quondam Interpres: 1141

Hic *opus Miſchnicum* latine convertit, quod ſex voluminibus in forma quarti ordinis nitide deſcriptum, & prelo paratum inter MSS. Codd. Biblioth. Cantabrigienſis aſſervatur, meis quondam oculis uſurpatum. Confer quæ ſupra ſub *Iacobo Abendana* diximus. Ex hujus colloquio ſummam ſe lætitiam hauſiſſe, & in ipſo magnam animi moderationem circa Doctrinam Chriſtianam ſenſiſſe prædicat Vener. *Io. Wulferus* p. 45. ad Theriacam Iudaicam. Sic & Vener. *Theodorus Daſſovius* in Novis Literariis Maris Balthici an. 1705. p. 18. teſtatur, ſe verſionem ſuam Codicis *Menachoth*, quæ Miſchnam non minus quam Gemaram repræſentat, cum doctiſſimo hoc Iudæo recognoviſſe: cujus editionem ut eo tempore ſperare juſſit, ita orandus omnino eſt Vir harum literarum peritiſſimus ut in publicam lucem proferat. Ceterum verſionis hujus ante, quam ab Abendana noſtro perfecta eſſet, mentionem fecerunt *Wagenſeilius* in epiſtola de infundibulo ſuo p. 129. ſicut & illius indicium fecerat *Jo. Henr. Ottius* in epiſtola ad *Jo. Lightfootum* quæ in hujus Operibus Poſthumis exſtat p. 174. b.

דון יצחק אברבנאל R. DON ISAAC ABARBANEL, (a) quem alii vocant *Abrauanel*, (*) *Abarbanel, Abarbinel, Abarbenel*, 1142

(a) Solus quod ſciam, *Jo. Sanbertus* p. 187. Palæſtræ Theolog. eum vocat *Barbanellam*, forte ideo, quod vocalem nominis initialem pro articulo haberet.

(*) *Franc. ab Huſen* in præf. ad Abarban. comm. in Hoſeam ſtatuit, rectiſſime dici *Abrabanelem*: vel potius *Abrabbanelem*, eo quod ipſe ſe in proœmio XII. Prophetarum vocet *Abrabaniel*, uti & Patrem ſuum in proœmio ad *Jeſaiam*, hoc ipſo pro compoſito ex

benel, *Abrabaniel*, *Abrabinael*, &c. filius *Judæ* F. Samuel F. Judæ, F. Joſephi, F. Judæ, (quod ipſe in præf. ad comm. in Prophetas priores profitetur) per compendium ſcriptionis הרר״יא i. e. *Rabbi Don Iſaac Abarbanel* ex ſtirpe Davidis Regia, ſi ipſum & Cives ejus audimus, oriundus. Ita enim diſertis verbis R. *Menaſſe ben Iſrael* in *Spe Iſraelis* p. 91. *ita*, inquit, *Don Iſaac Abarbanel* ex ſtirpe *David oriundus*, *Regum Luſitaniæ apud Hiſpanos conſiliarius*; quemadmodum & p. 92. de uxore, quam ex illa gente habeat, gloriatur, quod iterum facit in Dedic. lib. de immortalitat. animæ. Lege etiam, quæ idem habet in Conciliatore Qv. LXV. ad Geneſ. & ipſum *Abarbanelem* ad Zachar. XI. f. 293. ubi hoc ſpeciatim ex fide R. *Iſaaci ben Geath* (*) affirmat. In eandem ſententiam Thomas Philoſophus cum Alphonſo Rege Hiſpaniæ diſputans a *Salom. ben Virga* in *Schevet Jehuda* p. 39. ſq. ed. Lat. Gentii introducitur. Quo factum puto, ut *Hugo Grotius*, ex ſingulari, ut *Wagenſeilius* in præf. ad Tela Ignea Satanæ p. 74. cenſet indulgentia, eum in not. ad lib. I. cap. II. §. 6. de Jure B. & P. *Illuſtriſſimum* vocet. Sicut & Judæi ac ſpeciatim R. Aſarias in Meor Enajim paſſim eum vocat *Principem* & p. 139. b. *Sapientem & Politicum magnum*. Quod quidem commentum præter ceteros explodunt *Jo. Hornbeckius* de convertendis Judæis lib. II. p. 139. Ill. *Pet. Dan. Huecius* in Demonſtrat. Evangel. Prop. IX. c. IV. §. 14. & *Bartoloccius* Bibl. Rabb. Part. III. p. 886. ſq. Et multum certe huc facit illuſtre libri in *Abrah. ben Dior* Sepher Hakkabbala f. 69. col. 1. teſtimonium, quo affirmatur poſt an. 1154. in Hiſpania ex ſtirpe Davidis neminem ſuperfuiſſe. Patriam is habuit *Ulyſſiponem* Luſitaniæ, quam ipſe in proœmio ad lib. 1. Regg. *patriam terram* vocat, urbem, natus Anno mundi 5197. C. 1437. Charus is Alphonſo V. fuit & negotiis aulicis tractandis ab eo admotus, in qua dignitate perſtitit usque ad annum ætatis XLV. qui *Alphonſo* finem vitæ, Johanni II. heredi imperium, Abarbaneli vero, qui heredem mini-

Ab, *Rabban* & *El* habendum eſſe innuens. *Menaſſe ben Iſrael*, cujus uxor ex gente Abarbanelis orta fuit, eum vocat *Abarbinel*. Cl. van *Baashuyſen* in præf. ad ſuam edit. comm. in Pentateuch. mavult legere vel *Abarbaniel*, idque ex laudata auctoris) in Jeſaiam præf. vel *Abarbanel*, ex conſueta Judæorum lectione & ipſo antiquiſſimo titulo elegantis editionis comm. in Pentat. ubi vocatur אברבנל ſine י *Jo. Coccejus* nunc *Abarbanelem*, nunc *Abarbanielem* vocat.

(*) Hunc patrem *Abarbanelis* ſtatuit Cl. *van Baashuyſen* ex comm. ejus ad *Zach.* XI. f. 293. col. 4. ed. Lipſ. ubi illius teſtimonio utitur ad originem ſuam ex familia Davidica repetendam. Enimvero nec ex loco illo id evincitur, nec per temporis rationes adfirmari poteſt, cum Iſaac ille Sæculo XI. floruerit, quod patebit ex iis, quæ infra dicemus de *Iſaaco b. Geath*.

nimie faventem habebat, exilium & calamitatem attulit. Ipſe de hac fortunæ converſione diſſerit in præfatt. ad comm. in lib. *Joſuæ* & 1. lib. Regg. Confer Gentii Hiſtor. Iudaic. ſect. LI. Abiit ita in Hiſpaniam, ibique quod in *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 64. ipſe tradit, commentarios in Scripturam diviniorem ſcribere aggreſſus eſt, paulo poſt vero a *Ferdinando* Catholico, ut ex præf. in 1. Regg. patet aulicis officiis admotus eſt, quæ geſſit usque ad an. 1492, quo ipſo cum Rex religionis cauſa Judæos regno pellendos judicaret: anno æt. 55. ſolum iterum vertere coactus abiit *Neapolin* in Italiam An. 1493. ubi Ferdinandi ac deinde Alphonſi Regis gratiam ſibi conciliavit. Cum vero non longo poſt tempore Carolus VIII. Galliæ Rex, Ferdinando fatis functo, regnoque Neapolitano ſibi vindicato, Alphonſum regno pelleret, noſter cum eo Meſſenam in Siciliam profectus, poſt hujus vero obitum in varias ſedes, *Corcyram* primo, hinc 1496. *Monopolin*, Apuliæ urbem, tum vero *Venetias* ſe cum filio Ioſepho contulit, ibique lites inter Luſitaniæ Regem & Venetorum Rempublicam coortas compoſuit, magnam hoc ipſo nominis famam, ſi credimus Menaſſæ ben Iſrael in *Spe Iſraelis* p. 91. adeptus. Hic itaque tandem A. M. 5268. C. 1508. æt. (b) 71. relictis filiis *Jebuda*, Medico & Poeta, *Joſepho* & *Samuele*, (c) defunctus, & non ſine funebri pompa ab ipſis Venetiarum magnatibus ducta, Patavii ſepultus eſt. De his & aliis vitæ ejus (d) momentis, præter laudata loca, legatur præfatio מעני ישועה & in comm. ad Deuteron.

Scripta Noſtri, quæ pleraque ad illuſtrandum Codicem Sacrum pertinent, ſecundum libros Biblicos nunc recenſenda aggrediemur. *Comm. in Pentateuchum* (e) Venet. 5339. C. 1579. fol. apud *Jo. Aloyſ. Bragadinum* cura R. *Sam. Archevolti* & ib. 5364. C. 1604. recuſ. Exſtat etiam Veneta 344. C. 1584. qua uſus eſt *Jo. Andr. Eiſenmengerus* in Judaiſmo ſuo Detecto ut & *Io. Bened. Carpzov.* hanc Inquiſitorum cura interpolatam & caſtratam eſſe exemplo oſtendit V. C. *Io. Wulferus* in eruditis animad-

 ver-

(b) Unde apparet, dici cum *Nic. Antonio* Tomo I. Bibl. Hiſp. Nov. p. 628. non poſſe, quod noſter anno 1520. Patavinus fuerit L. Hebr. Profeſſor: neque certe id dicit Buxtorfius p. 100 de Abbreviaturis Hebr. ad quem is provocat. Annum illum emortualem confirmat *Imman. Aboab* p. 302. Nomologiæ.

(c) de tribus illis filiis legatur *Aboab* l. c. p. 303. & *Bartol.* p. 881. de *Jebuda* primogenito & erudito diximus ſupra ſuo loco.

(d) Præcipua vitæ ejus momenta per annos in tabula digeſta habes apud Bartoloccium T. III. p 887. ſq. & hinc apud V. C. *Jo Henr. Majum* in diſſert. ſingulari infra citanda.

(e) Verſionem Latinam commentarii hujus in cap. I Geneſeos promiſit nuper *Jo. Henr. Lederlinus*, Profeſſor Argentorat. de literis & Academia meritiſſimus.

Digitized by Google

verſionibus ad Theriacam Judaicam p. 206. Priores duas commemorat Bartoloccius & poſt eum alii, unam tantum nempe 339. habet R. *Schabtai* in ש״י quem forte ſecutus V. C. *Henr. Iac. van Bashuyſen* in Gymnaſ. Hanov. Profeſſor Theologiæ & Philolog. meritiſſimus, unam tantum illam exſtare exiſtimavit, ex qua idem hunc comm. ſed correctiorem & cum citationibus locorum S. Script. & Talmudis marginalibus indicibus item & variis interpunctionum notis, Iudæis alias inuſitatis, optimo conſilio & eximia cura recudi fecit Hanov. 1710. fol. Accedit in calce compendium illius comm. in uſum prælectionum Rabbinicarum, quo ſumma capita tanquam per lemmata ordine indicantur. Ex hoc comm. Io. Buxtorf. F. diſſertatt. quasdam lat. converſas cum libro Coſri ed. v. c. diſſ. de *lepra veſtimentorum* ex *Lev.* XIII. 47. *de lepra ædium* ex *Lev.* XIV. 33. *de poëſi vett. Hebr.* ex *Exod.* XV. item de principio anni & conſecratione Novilunii ex *Exod.* XII. 1. quam poſtremam diſſ. Hebr. & Lat. exhibet. Diſſ. de כרת ſive excidii pœna ex Num. XV. 30. quam diſſertationi de Sponſalibus Baſil. 1652. 4. ed. addidit. Idem Diſſertationibus ſuis Philologico Theologicis p. 417. ſq. inſeruit diſſ. I. de longævitate primorum Parentum ex comm. ejus ad Geneſ. V. II. p. 423. ſq. de ſtatu & Iure Regio ex comm. ad Deuter. XVII. 14-20. & 1. Sam. VIII. 1. Sic ex comm. ejus ad Exod. II. 10. de Moſis nomine diſſerit p. 486. ſq. Procemium in Levit. *Lud. Compiegne de Veil* verſioni tract. Maimonidei de Sacrific. adjecit, hebr. & Lat. Hunc Henr. Iac. van Bashuyſen *Campeigne de Veille* appellat eumque præfatt. Abarbanelis in ſingulos Moſis libb. edidiſſe & Lat. vertiſſe ait in præf. ad comm. Abarban. in Pentat. Ego vero eum præfat. in Leviticum ſolam vertiſſe memini.

2) *Comm. in Deuteronomium* ſub tit. מַרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנֶה *currus ſecundani* ex *Gen.* XLI. 43. ſeorſim editus *Sabionetæ* A. M. 5311. (f) C. 1551. apud *Tobiam Puam* cum Indice locorum Script. & rerum & cum integro in Pentat. comm. recuſus (g) *Ven.* 339. C. 1579. fol. Hunc in Deuteronom.

(f) Ita recte ש״י quam in B. *Edzardiana* vidi; Bartoloccius mendoſe habet annum 301. C. 1541. Cl. *Majus* in Vita *Abarbanelis* p. 14. per typographi, puto, vitium, anno 1531.

(g) Adeoque hic comm. ab eo, qui hodie ceteris in Pentateuchum uno volumine junctus exſtat, non eſt diſtinctus, quod ex eo ſuſpicari aliquis poterat, quod Cl. van *Baashuyſen* in præf. ad editionem comment. in Pentat. inter reliqua Abarbanelis ſcripta, quorum editionem inpoſterum adgreſſurus ſit, etiam מרכבת המשנה memorat, ſicut & ibidem aliorum ſpem facit, quæ tamen ætatem non tulerunt, ut proinde animus ipſi fuiſſe videatur, non tam recudenda ejus ſcripta memorare, quam, quæcunque ſub

Digitized by Google

nom. comm. Ulyſſipone ſe componere aggreſſum eſſe, deinceps in fuga amiſiſſe, tandem vero Venetiis, ubi eum A. C. 1496. abſolvit, recepiſſe ipſe teſtatur in præf. Ceterum in repetitis illius commentarii editionibus ſublata varia eſſe, quæ in Sabionetenſi illa legantur, ex his V. Rever. *Io. Wulferi* verbis apparet; *Incidi ego*, inquit ille in animadverſ. ad Theriac. Iudaic, p. 138. *non ita pridem in Marcevet hammiſchne &c. Sabionet. an. 1551. quo ipſo plurima in Chriſtianam fidem directa reſtitui poſſunt, quæ per Alex. Scipionem R. E. Inquiſitorem, (ut manus hominis ad calcem libri indicat) tam obſcuro atramento obliterata erant, ut in æternis manſura fuiſſent tenebris, niſi arte quadam vim atramenti correxiſſemus, bene fortunante Mercurio.* Idem eodem loco varia loca ex hac edit. reſtituta ad fidem aſſertioni faciendam exhibet.

*3) *Comment. in Prophetas priores Neapol.* teſte ש״י 5253. C. 1593. fol. recuſ. Lipſ. 1686. fol. priori editione correctior & ad uſum multis nominibus accommodatior, annitente B. *Aug. Pfeiffero*, Prof. tum temporis Lipſ. & *Frider. Alb. Chriſtiani*, Ex Judæo, qui varia menda ſuſtulit, verſus Biblicos & loca ex aliis Scriptoribus citata in margine adjecit, verba Abarban. interpunxit, & Indicem rerum Latinum addidit. (h) Ab hac diſtincta eſt ed. *Hamb.* à R. *Jac. Fidanqve* ſpicilegio quodam obſervationum aucta 1687. fol. Quæ in limine comm. in 1. lib. Regum de Judæis ex Hiſpania pulſis commemorat, ea in *Scheveth Iehuda* repetita p. 319. ſqq. ed. Gentii latine leguntur. In comm. ad cap. IX. libri Judicum idem de Abimelecho fuſius diſſeruit, quæ latine converſa & obſervationibus ſuis illuſtrata ſub tit. *Prudentiæ Civilis Rabbinicæ ſpecimen* edidit Celeberr. *Jo. Franc. Buddeus* Jenæ 1693. 12. Ex iisdem commentt. varias diſſertt. lat. converſas ſuis in SederOlam notis inſeruit V. C. *Io. Meyerus*. *Io. Buxtorf.* Diſpp. ſuis PhilologicoTheolog. addidit p. 450. ſq diſſ. de Iudicum & Regum in V. T. differentia ex præf. Abarban. in Ioſuam ex qua idem p. 496. ſq. de tripertita librorum Biblic. apud Judæos diviſione diſſerit. Sicut antea p. 445. ex comm. ejus ad 1. Sam. VIII. 1. ſq. ejus de ſtatu & Jure Regio ſententiam latine exhibuerat. Deinde ibid. p. 457. etiam legis de miraculoſa ſtatione Solis tempore Joſuæ ex comm. ad Joſ. c. X. & p. 477. aliam de peccato Davidis numerantis populum ex comm. ad 2. Sam.

nomine ejus vel edita vel deperdita ferantur, recenſere, exemplo *Zemach David* p. 151. Verſ. Vorſt.

(h) Hæc adeo elegans eſt, ut nullam unquam elegantiorem libri Judaici editionem exſtitiſſe credat Cl. *van Baashuyſen* in præf. ad comment. in *Pentat*, ubi *Aug. Pfeifferus* per lapſum facile obvium *Daniel* vocatur.

Sam. XXIV. Porro p. 490. ſq. Idololatriæ variis ſpeciebus ex comm. ad 2. Reg. XVII. 7. ſq.

Quæ ad 1. Sam. XXXI. pro defendenda Saulis autocheiria attulit Abarbanel, ea cum Lat. verſione, notis & confutatione Rev. *Ionæ Corn. Schrammii* prodierunt *Helmſtad.* 1700. 4. plag. 4. Comm. in Prophet. priores latine vertiſſe Virum eruditiſſ. *D. Io. Rendtorfium* teſtatur *Imbonatus* Biblioth. Lat. Hebr. p. 418.

4) *Comm. in Prophetas poſteriores Piſauri* 271. C. 1511. & apud *Soncinates* 280. C. 1520. in Italia fol. & *Amſtelod.* 401. C. 1641. fol. & elegantior & duplici Indice auctior.

Quæ in caput Ieſ. LII. v. 13. & ſqq. totumque cap. LIII. attulit Abarbanel, ea Hebr. edidit & (i) confutavit *Conſtantinus L'Empereur* Lugd. Bat. 1631. 8. additis illis, quæ Alſchechus habet & quæ Simeon e veterum commentariis collegit; recuſ. *Franequ.* 1687. 8.

Simili ratione *Seb. Schnellius* ſingulari diſſertatione illa quæ Abarbanel ad cap. XXXIV. Ieſaiæ & Obadiæ prophetiam contra Chriſtianos ſcripſit latine exhibuit & confutavit *Altorf.* 1647. 4. Sic & Io. Buxtorf. F. integram ejus in comm. ad Ieſ. XXXIV. diſſert. de eo, quod per *Edom* Romani & Chriſtiani intelligantur, latinam dedit in mantiſſa ad lib. *Coſri* p. 389. ſq. Periocham bene longam, qua ad *Ier.* III. 16. 17. de Arca Fœderis diſſerit Abarbanel, B. Io. Bened. Carpzovius in diſſert. de eo, quonam arca fœderis pervenerit, Hebr. & Lat. exhibet, V. Diſpp. ejus Acad. p. 93. ſq.

Comm. ejus in Hoſeam (k) (*Haggæum* apud Cl. Majum typographi errore legis) una cum præf. in XII. Prophetas minores cum verſ. Lat. quæ ſenſum ſectatur, & notis in lucem protulit *Franc. ab Huſen* Lugd. Bat. 1687. 4.

Zephanias a Pſeudhermenia Abarbanelis vindicatus per *Brandanum Henr. Gebhardi* Gryphiswald. 1701. & 1702. per varias diſſert. junctim deinde editas lucem vidit.

Obadiam & vertendum & confutandum ſibi ſum ſit poſt *Sebaldum Schnellium*, de quo modo diximus, *Auguſtus Pfeiferus* quam operam inſcripſit *Tract. Philologico-Anti Rabbin. ſiſtentem verſionem & examen Don Iſaaci Abarbanelis ad Obadiam*, *Vittenb.* 1664. & 1670. 4. recuſ. T. II. Opp. ejus Phi-

(i) Non addidit is, quod nonnullos tradidiſſe video, verſionem Latinam commentarii Abarbanelis & reliquorum; ſed textum Hebræum Biblicum denuo convertit, addita fuſiore ψευδερμηνειῶν confutatione.

(k) Comm. in Hoſeam cum ipſo textu Biblico prodiit Hebraice *Groningæ* 1676. 4.

Digitized by Google

Philologic. p. 1081. ſq. ubi ſpeciatim oſtenditur, Chriſtianos non eſſe Edom. (*)

Ionam convertit & notis illuſtravit *Io. Palmeroot* Prof. LL. Oc. Upſalienſ. duabus diſſertationibus, quarum prior 1696. poſterior 1699. lucem vidit. Eundem *Io. Rendtorfius* V. C. latine a ſe verſum ſervat teſte Imbonato Bibl. Lat. Hebr. p. 418. Idem ſed ſine verſ. cum aliis comment. excuſus eſt *Francof. ad Mœn.* an. 1697. 4. a Cl. *Burcklino.*

Nahum & Habbacuc debentur *Io. Diederico Sprechero*, qui uterque *Helmſtad.* eodem anno, nempe 1703. 4. Hebraic. & Lat. ſine notis prodierunt. *Habacuc* ex verſ. Sprecheri *Traject. ad Rhen.* 1710. 8. recuſus eſt. Utrumque comm. in binos hos Prophetas lat. verſum, ac priorem quidem quoad partem potiorem, poſteriorem vero integrum V. Cl. *Io. Meyerus* notis ſuis ad Seder Olam p. 1027. ſqq. inſeruit, qui in ſqq. potiores ejusdem in *Zephaniam, Haggæum, Zachariam & Malachiam* obſervatt. lat. exhibet. Commentar. in Prophetas latine a Profeſſore quodam Rabbiniſmi Vienneuſi, Ex Judæo relapſo, converſum memorat V. C. *Iac. Basnage* T. V. Hiſtor. Iud. p. 2144. Vide quæ ſcribentur ſub *Friderico Alb. Chriſtiani.*

Haggæus Lat. legitur in B. Scherzeri Trifol. Orientali Lipſ. 1663. tum 1672. ſub tit. *Operæ pretii*, ac denique cura V. C. *Io. Georg. Abichtii* 1705. ſub tit. *Selectorum* Rabbinico-Philolog. ed. 4.

5) *Comment. in Danielem* ſub tit. מעיני ישועה *fontes ſalutis* ex Jeſ. XII. 3. in duodecim fontes & totidem partes diſtinctus & in Chriſtianos imprimis injurius an. 311. C. 1551. 4. ſine mentione loci prodiit, atque id quidem *Buxtorfius*, & ש״י *CPoli*, *Bartoloccius* vero p. 878. Part. III. ex qualitate characterum, chartæ & ornamento frontiſpicii apud hæredes *Soncinates* factum ſuſpicatur. Cum Buxtorfio facit R. *Schabtai* in ש״י qui etiam juxta cum aliis teſtatur recuſum *Amſtelod.* 407. C. 1647. 4. quam editionem habet etiam Bartoloccius, qui perperam, ut puto, addit alteram *Amſtelodamenſem*, nempe anni 404. Primam editionem *Ferrariæ* an. 1550. (pro 1551.) curatam ſcribit *Plantavitius*. I. B. Carpzovius in diſſ. ad Dan. VII. 13. c. III. §. 2. dubius hæret utrum *CPoli* an *Ferrar.* prodierit. Ego vidi edit. *Neapolit.* in B. Oppenheimeri, anni C. 1497. 4.

(*) Chriſtianos nomine Edom a Judæis appellari oſtenderunt Eiſenmengerus in Judaiſmo detecto Parte I. p. 636. ſq. & Parte II. p. 350. & 795. *Jo. Jac. Huldricus* ad *Toldos Jeſchu* p. 110. B. *Hoſmannus* in *Judæo difficulter convertendo* p. 154 Cl. *Jo. Jac. Schudtius* in Judæo Chriſticida p. 116 ſq. & p. 197. *Trifolii*, *Hottingerus* in Smegmate Orientali c. 8. p. 338. & *Buxtorf.* Lexic. Talm. p. 29 ſq.

4. Librum hunc ab Anton. Hulſio in appendice libri de Meſſia ſive Part. I. *Theolog.* ſua *Iudaicæ Bredæ* 1653. 4. editum, minus accurate ſcribit Bartoloccius, cum p. 528. nihil aliud ex hoc libro Hebr. & Latine addita confutatione legatur, quam quæ ab Abarbanele de LXX. hebdomadibus Danielis diſputata ſunt. Hunc librum latine quondam vertiſſe *Io. Buxtorfium F. Menaſſe ben Iſrael* lib. III. Sect. 6. de Termino vitæ teſtatur his verbis: *Si quis autem omnes Hebræorum controverſias videre deſiderat, quæ inter eos moventur circa explicationem prædictionum, quæ in Daniele leguntur, is adeat Abarbanelis tractatum* מעיני הישועה, *quem doctiſſimum Virum Buxtorfium Lat. vertiſſe intelligo.* Quo quidem loco lecto B. *Io. Müllerus*, Paſtor quondam Hamburg. in epiſtola ad Buxtorf. ſcripta petit, ut quædam ex illa verſ. Latina ſecum communicentur. Lege epiſtolam hanc inſertam Catalectis Theologico-Philolog. V.C. *Io. Buxtorfii*, p. 442. ubi etiam p. 443. idem Mullerus pro eis, quæ deſideraverat, miſſis gratias agens addit, Judæos illum librum miris laudibus extollere, ſed ſecum communicare noluiſſe. Conferatur idem in præf. ad Lectorem Judaiſmo detecto præmiſſam, & p. 26. Judaiſmi, ubi etiam Buxtorfii verſionem ſecum ait communicatam. Sic & *Theoph. Spizelius* in Specimine Bibl. Univ. ubi de *Abarbanele*, latinam Buxtorf. verſionem ſe deſcripſiſſe teſtatur, quæ etiam in Catal. Bibl. Spizelii inter MSS. n. 147. recenſetur. Quæ is fonte VIII. palma IX. f. 49. ad Dan. VII. 13. contra Servatorem noſtrum diſputat, ea cum verſ. Lat. & confutatione exhibet *Io. Bened. Carpzovius* in diſſ. ad eundem locum quæ eſt IX. inter diſp. ejus Academicas. Sic *Anton. Hulſius* in appendice Theologiæ Iudaicæ ex hoc noſtri libro Iudicium Abarb. de LXX. Hebdomad. Daniel. hebr. & Lat. exhibet ac deinde confutat. De libro ipſo lege Conſtant. l' Empereur in præfat. Paraphraſi Joſ. Jachiadæ in Danielem præmiſſa. Ceterum in præfatione hujus libri & vita & ſcripta Auctoris explicate traduntur.

Cetera Noſtri ſcripta ſecundum literarum ſeriem nunc recenſebimus: Sequitur itaque

6) זֶבַח פֶּסַח *ſacrificium Paſchatis*, h. e. commentatio de ritibus feſtum Paſchatos celebrandi, qui præſcribuntur in libro הגדה של פסח de quo ſuo loco: hujus editiones ſequentes commemorat ש״ך *CPolit.* 256. C. 1496. *Venetam* 305. C. 1545. 4. ap. Iuſtinianum *Cremonenſ.* 317. C. 1557. ap. Vinc. Conti & *Biſtrovitzii* 353. C. 1593. ſingulas in forma quarti ordinis. Bartoloccius *CPolitanam* in an. 5266. typographi ut puto, errore retulit; idem vero ed. *Rivæ Trid.* 321. C. 1561. laudat,

dati Cl. Majus cum Buxtorf. p. 336. *Cremonenſem* anni 337. (l) & *Monopolitanam* anni C. 1496. minus recte laudat. Compendium hujus commentarii prodiit in edit. Veneta libri הגדת פסח an. 5424. fol. C. 1664. teſte ש״י. De alio compendio vide paulo poſt ſub נחלת אבות. In præfatione iſti comment. præmiſſa Auctor vitam ſuam delineat.

7) במפעלות אלהים *opera Dei*, ex Pſ. LXVI. 5. ubi de creatione mundi contra eos, qui illius æternitatem adſtruunt, & aliis Dei operibus philoſophice diſſerit, & varia Maimonidis loca in *More Nevochim* illuſtrat. Prod. *Venet.* 352. C. 1592. 4. & decem tractatibus abſolvitur.

8) משמיע ישועה *præco ſalutis* ex Jeſ. LII. 7. quo libro diverſa ſeptendecim Prophetarum, ut ait ש״י, vaticinia de Meſſia prolata affert, eademque non, ut Chriſtiani facimus, ſpirituali ſenſu de Servatore noſtro, ſed potius de redemtione adhuc imminente intelligenda eſſe probare conatur. Laudat R. *Schabtai* editt. duas nempe *Neapolit.* 286. C. 1526. fol. & *Amſtel.* 407. 4. pro qua dicere debebat 404. C. 1644. quæ eſt pagg. 84. Bartoloccius priorem illam apud R. *Judam de domo Gedaliæ* prodiiſſe ait, nec loci meminit, quem ignorari ſcribit B. *Carpzovius* Introd. ad Theolog. Iudaic. c. X. §. 5. *CPoli* vero curatam Cl. Majus ſuſpicatur. Sicut & Jo. B. Carpzov. in diſp. II. p. 92. Diſpp. Academ. de eo, quonam arca fœderis pervenerit, teſtatur, *CPolitanam* ed. in Biblioth. Acad. Argentor. exſtare. Tertia denique eaque potiores tantum prophetias exhibens (*) ſuperioribus annis ad ed. Amſtelodamenſem, cujus ipſum titulum exhibet, *Helmſtadii* non Cl. *Herm. von der Hardt*, quod ab aliis tradi video, ſed Summe Rev. *Jo. Friderico Wincklero*, cujus ut olim in Gymnaſium ita nunc in Eccleſiam Hamburgenſem egregia exſtant merita, ſine notato loco vel anno edit. in fol. plagulis 10. prodiit. Hunc librum latine olim converterat Vir Rever. *Jo. Wulferus*, cujus induſtria hoc nomine laudatur a Bartoloccio in Append. ad Tom. III. p. 946.

(l) Sic & *Bartol.* p. 880. Tomo III. annum Judaicum 337. memorat, ſed per typographi vitium, quod ex addito A. C. 1557. qui certe non anno 337. ſed 317. reſpondet, per ſe intelligitur. *Monopolitana* illa inde nata eſt, quod in calce ed. CPolit. dicitur, auctorem hunc commentarium compoſuiſſe *Monopoli* A. C. 1496.

(*) Nempe excerpta hæc in uſum prælectionum Rabbin. ſelecta erant, exhibentque prophetiam primam *Bileami* usque ad p. 5. ed. Amſtelod. Tertiam *Jeſaiæ* & quidem locum ejus *primum* & *ſecundum* usque ad p. 10. ed. *Amſt.* hinc locum *octavum* a p. 20. ad 22. porro locum XII. a p. 27. ad 29. poſtea locum quintum & decimum a p. 30. ad 32. Sequiur prophetia *Obadiæ*, quæ in ordine eſt *Nona*, a p. 50. b. ad 62. tum decima *Michæ* p. 62. b. ad. 63. ac denique XVII. *Danielis* unius paginæ dimidiæ 83.

Digitized by Google

946. b. (ubi typographi culpa *Wlſen* vocatur) & *Rud. Mart. Mehlführero* in Acceſſionibus ad Almeloveenii Biblioth: promiſſam & latentem p. 157. Ante illum idem fuit conſilium *Jo. Adami Scherzeri*, & *Dan. Crameri*, quod ex utriusque literis ad Jo. Buxtorfium F. datis patet, quæ exſtant in *Jo. Buxtorfii* digniſſimi Nepotis Catalectis Theolog. Philol. p. 155. ſq. *Cramerus* quidem ob frequentem repetitionem ſemel iterumque dictorum conſultum putavit, non tam opus integrum quam compendium quoddam ejus lat. exhibere. Specimen verſionis illius libri & quidem quod ad Bileami vaticinium lat. converſum & præſide *Jo. Bened. Carpzovio* diſputantium more Lipſ. 1692. ventilatum inter Præſidis diſpp. Academicas recuſum eſt, qui in præf. ſpem facit verſionis totius libri. Quam itaque illi ſpem fecerunt, eam cumulate & cum ſucceſſu implevit V. C. *Jo. Henr. Majus* F. paternis veſtigiis in ornandis literis & antiquitatibus ſacris præclare inſiſtens, edita integri hujus tractatus verſione Lat. Francof. ad Mœn. 1712. 4. cui præter Vitam Abarbanelis, ex qua etiam nos profeciſſe non diffitemur, emendationes textus Hebraici, qui in edit. *Amſtelodamenſi* paſſim male habitus erat, ſubjunxit, præterea vero notas & animadverſiones in eundem exſpectari juſſit.

9) נַחֲלַת אָבוֹת *hereditas Patrum* ex *Proverb.* XIX. 14. vel 1. *Regg.* XXI. 3. i. e. comment. in *Pirke Avoth* in gratiam filii *Samuelis* (v. ipſum in comm. ad Prophet. poſter. p. 204. col. 4.) elaboratus prodiit *Venet.* 305. C. 1545. 4. apud *Marc. Ant. Juſtinian.* cum ipſo contextu & *Maimonidis* in eundem comment. poſtea recuſ. ibid. an. 327. C. 1567. fol apud *Georg. de Caballis* antea vero *CPoli* una cum libris ejus ראש אמנה. & זבח פסח 266. C. 1506. quam alii ut Catal. B. Bodlej. minus recte referunt ad an. 1511. Compendium hujus comm. una cum compendio libri זבח פסח per Jacobum הערצקש editum eſt *Lublini* 364. C. 1604. teſte ש״ו. At Bartolocc. auctorem compendii vocat R. *Iacob bar Elijakim Hailpron.* Atque hoc puto idem eſſe cum eo, quod Cl. *Majus* tribuit R. *Iſrael Haſſiphroni.* *Plantavitius* n. 446. *Biblioth. Rabbin.* tribuit hunc librum itidem Abarbaneli, monet vero eadem opera, in Catalogo Veneto adſcribi *Moſi* Ægyptio, h. e. *Maimonidi*, nec ipſe quicquam definit, eo quod librum non viderit. Enimvero nihil hic eſt dubitandum, cum cauſa varietatis hujus tantum in eo poſita mihi videatur, quod Maimonidis comm. una cum Abarbanelis curis junctim editus ſit. In præf. ad hunc comm. auctor hiſtoriam continuatæ Judaicæ traditionis

tra-

Digitized by Google

nectit, quam latine a ſe converſam V. C. *Gvil. Surenbuſius* optimo conſilio præfationi ſuæ in Tom. IV. Miſchnæ inſeruit. *Gvido Fabric. Boderianus* in Dictionario Syro Chald. affirmat, commentarium illum tantum ad caput IV. hujus Codicis ſpectare, notatus ideo a Bartoloccio. Nic. Antonius in B. Hiſp. Nov. T. I. p. 629. comm. Abarban. in *Pirke Avoth* ab ejus נחלת אבות tanquam brevi ejusdem libri explicatione præter rem diſtinguit.

10) עֲטֶרֶת זְקֵנִים *corona ſenum*, ex *Prov.* XVII. 6. pertinet inprimis ad explicandum *Exod.* XXIII. 28. & prod. *Sabionet.* 317. C. 1557. apud *Tobiam Pua f. Eliez.* Non dubito, mendum eſſe, quando in Catal. B. Bodlej. laudatur editio Sabion. an. 1575. 4. Ibidem vero ſimul agitur de promiſſionibus, quæ factæ ſunt Patribus, de præſtantia item ac ratione Prophetiæ, totaque tractatio 25. capitibus abſolvitur.

11) ראש אֲמָנָה *caput fidei*, ex Cant. IV. 8. de articulis fidei Judaicæ capp. XXIV. contra Maimonidis de hoc argumento ſententiam commentatur, & reliquorum quoque Rabbinorum de iis ſententias examinat tantum abeſt, ut de Sacrificio Paſchali & hereditate Patriarcharum quod *Plantavitius*, a Jo. Bened. Carpzovio in diſſ. de articulis fidei Judaicæ c. III. §. 5. reprehenſus, putat, exponat. Prodiit *CPoli* ſecundum ש״י 255. C. 1495. ſecundum *Bartoloccium* vero rectius (m) 266. C. 1506. quam poſteriorem vidi in B. Oppenheimeri, quæ etiam habet *Sabionet.* 317. C. 1557. tum *Venet.* 305. C. 1545. 4. & *Cremon.* 317. 4. quas editt. laudat R. *Schabtai* l. c. In Catalogo B. Bodlej. p. 1. laudatur edit. *Neapolit.* ſine anno *Gvil. Henr. Vorſtius* librum iſtum lat. ſed minus feliciter & obſcurius converſum cum notis ad cap. XIII. & XIV. edidit Amſtelod. 1638. 4. una cum *Maimonidæ* libro de Fundamentis Legis. *Marci Marini Brixiani* cenſuræ in eundem MSS. in Collegio Neophytorum Romæ exſtare dicuntur à *Car. Ioſ. Imbonato* Bibl. Lat. Hebr. p. 156.

12) תְשׁוּבוֹת *reſponſiones* ad duodecim quæſita R. *Schaul*, Sacerdotis *Venet.* 334. C. 1574. 4. editæ, de quibus infra ſub שאול הכהן dicemus. In his difficilia quædam loca libri *More Nevochim* illuſtrantur, unde non dubito, has reſponſiones intelligendas eſſe, quando a *Menaſſe ben Iſrael* p. 62. *de Reſurrect.* citatur comment. ejus in quædam capita *More Nevochim* Bartoloc. itaque minus recte inter inedita numeravit.

(m) Hæc editio additos habet duos alios *Abarbanelis* libros, nempe נחלת אבות & זבח פסח.

Ultimo loco commemoranda ſunt ſcripta vel deperdita vel ſaltem non edita, quæ ſunt

13) יְשׁוּעוֹת מְשִׁיחוֹ *ſalutes Meſſiæ* ex Pſ. XXVIII. 8. quem ipſe commemorat in *Schalſcheleth* p. 44. b. deperditum vero teſtatur præf. ad *Majene haijeſchua*. Eo expoſita erant dicta vett. Rabbinorum de Meſſia, quæ in Talmude exſtant. Hunc cum מעיני ישועה & משמיע ישועה conjunctum uno nomine מגדול ישועות ex 2. Sam. XXI. 51. dixerat auctor: vide *Schalſcheleth Hakkabbala* l. c.

14) לַהֲקַת הַנְּבִיאִים *congregatio Prophetarum* ex 1. *Sam.* XIX. 20. ubi de prophetia Moſis & reliquorum Prophetarum agitur, ex parte etiam Maimonidis More Nevochim confutatur. Plantavit. n. 285. Biblioth. Rabb. perperam legit: לִקְהַת נְבִיאִים. Hunc librum ſubſtituit alteri מַחֲזֵה שַׁדַּי i. e. *viſio omnipotentis*, quem ex Luſitan. profugus perdidit. Conf. præfatio editionis ad *Majne hajeſchua* & ipſe *Abarban.* in hoc lib. p. 18. col. 4. ut & in præf. ad comm. in Prophetas priores f. 3. ubi ait, ſe in eo de diſcrimine gradus Prophetiæ & Spiritus S. fuſe egiſſe.

15) יְמוֹת הָעוֹלָם *liber dierum Seculi*, quo omnes populi Judaici calamitates & fata duriora ab Adamo ad ſuam ætatem perſequi inſtituerat, vid præf. ad מעיני ישועה conf. *Carpzov.* Introd. ad Theol. Jud. p. 81. ubi videtur pro edito habuiſſe.

16) צֶדֶק עוֹלָמִים *juſtitia Seculorum* ex *Dan.* IX. 25. in tres tractatus diſtinctus, quorum I. de mundo hoc perituro, & ritibus in feſto novi anni & expiationis receptis; II. de mundo altero ſive animarum paradiſo & gehenna; III. de reſurrectione mortuorum præmiis & pœnis diſſerit. Vide ש״י & præf. ad מעיני ישועה. Ipſe Abarbanel illius libri meminit tanquam imperfecti in cap. IV. libri *Nachaloth Avoth*, periiſſe vero ait *Pocockius* ad Portam Moſis cap. VI. p. 89.

17) ס׳ שָׁמַיִם חֲדָשִׁים *liber cælorum novorum* ex Jeſ LXV. 17. ubi de creatione mundi agitur, & eadem opera cap. XIX. Partis II. *More Nevochim* illuſtratur. Conf. ipſe in *Schalſcheleth hakkabbala* p. 64. Diſſertationis cujuſdam ſuæ contra *Maimonidem* de curru Ezechielis ipſe meminit in *Maine haijeſchua* Fonte II. Palma II. Nic. Antonius B. Hiſp. Nov. T. I. p. 629. ex Indice quodam librorum Hebr. B. Barberinæ recenſet quoddam noſtri ſcriptum ſub tit. בן זומא quod idem vertit ſal-

Digitized by Google

Salvator Sperantium. Enimvero בן זומא eſt initium atque adeo titulus capitis IV. *Pirke Avoth*, nec ullo modo verti poteſt, ut fecit *Antonius* per *Salvatorem ſperantium* quod Hebr. dixeris מושיע חוסים. ſub quo titulo exſtant duo apud Hebræos libri, alter *Iſaaci f. Sal. Iabetz* alter *Abrah. Jagel.* Error inde videtur ortus, quod *Nic. Anton.* proxime ante hunc librum recenſuerat נחלת אבות monueratque Gvid. Fabric. Bodezianum illud habere pro comm. in cap. Ben Zuma. Buxtorfius in Bibl. Rabb. p. 295. Opera Abarbanelis omnia in Turcia edita his verbis commemorat: *Intellexi nuper, integrum Abarbinelem in Turcia duobus magnis voluminibus excuſum, nactum eſſe amicum meum, Gvalterum Keuchenium, Rectorem Scholæ Hanovianæ. Quod ſi verum, eſt, quod ſibi gratuletur, nam liber eſt ſumme commendabilis, ſed nunquam nobis viſus.* Sic & *Conſtant. L' Empereur* in not. ad Ὁδοιπορίαν *Moſis Kimchii*: *confirmor*, inquit, *expoſitione Abarbinel, quem auctorem nuper mihi transmiſit cognatus meus David de Willem, quem in Oriente a Syris & Arabibus ſibi comparavit.* Ceterum V. C. *Henr. Iac. van Bashuyſen* Prof. Hanovienſis cum in ſingulari Programmate 1708. edito tum in præf. ad Comment. Abarbanelis in Pentateuchum non ita pridem, ut ſupra monuimus, editum, effecturum ſe pollicetur, ut integer Abarbanel exſtet, ita ut comm. in Pentateuchum Tomum I. comm. in Prophetas priores Lipſiæ recuſus Tomum II. comm. in Prophetas poſteriores ex edit. *Amſtelod.* Tomum III. ac denique minores ejusdem tractatus iique raro obvii a Noſtro recudendi Tomum IV. conſtituant. Cui quidem conſilio præclaro proſperos ſucceſſus & faventem applauſorum copiam ex animo apprecamur. Laudavimus ſupra diſſertationes quasdam Abarbanelis a Buxtorfio latine editas; has vero plures MSS. exſtare ejusdem opera converſas teſtatur *Theophilus Spizelius* in Specimine Biblioth. Univerſalis v. c. *præfat. in Deuteron. præfationes in lib. Joſuæ, Judicum, Samuelis, Regum, Jeſaiam & Ierem. diſſ. de libro Legis*, quem Hiskias Sacerdos invenit 2. Regg. XXII. 8. (Illa legitur nunc in *Catalectis* Jo. Buxtorfii Nepotis p. 356. qui alias inpoſterum ſe daturum pollicetur) *de nube operiente tentorium conventus* ad Exod. XL. 34. de nomine Moſis &c. Sic & C. *Io. Meyerus* varias Abarbanelis diſſertatt. nunc integras, nunc ex parte, notis ſuis ad Seder Olam inſeruit.

Elogia, quæ & Judæi & Chriſtiani in Abarbanelem plena manu contulerunt, repetere hic nolim, præcipue cum Cl. Majus in vita Abarbanelis p. 20. - 35. in iis colligendis diligentiſſimum ſe præſtiterit. Addes illis, ſi placet, nervoſum *Nic. Antonii* in præf. ad Bibl. Hiſpanicam ju-

Digitized by Google

dicium his verbis conceptum: *Iſaacus Abrabanelius, ſi a natura eum expendas, ingenioſiſſimus, ſi a ſtudiis doctiſſimus, ſi ab induſtria totus labor, idem tamen Chriſtiani nominis, ſi quis alius infenſiſſimus hoſtis ac perverſiſſimus veri calumniator.* Inprimis multus in ejus laude eſt V. C. *Io. Meyerus* cum in præfat. tum in notis ad *Seder Olam.* In præf. enim inter cetera apud ipſum legenda hæc ſcribit: Inter ceteros vero Hebræorum Interpretes ingenii ſubtilitate & eruditione excellit Iſ. Abarbanel, qui vere dici poteſt deſiiſſe nugari, quod de Maimonide olim dixit Scaliger. Nemo *δυσνόητα* & *ἄπορα*, quæ inſolubilia dici ſolent, felicius ſolvit Abarbanele, quo nomine ille optime meretur de ſacris literis &c. &c. B. *Aug. Pfeifferus* in præf. comm. ejus ad Prophet. priores ſubtilitatem ingenii, dexteritatem judicii, *εὐμεθοδείαν*, *πολυμάθειαν* & *ῥᾳδιομάθειαν* in eo prædicat. Quamvis autem Judæi in univerſum præclare de ejus meritis ſentiant, fuit tamen ex ipſis Judæis, qui eum pro nudo variarum ſententiarum compilatore & Raſchii ſpeciatim plagiario haberet, quod ex Judæi cujusdam ore ſe percepiſſe teſtatur *Richardus Simon* in epiſtolis ſelectis Tom. III. p. 10.

Plura de Noſtro legi licet ex Judæis in R. *Gedaliæ* Schalſcheleth Hakkabbala p. 44. ſq. R. *Dav. Ganz* in Zemach David Part. I. f. 61. *Imman. Aboab* in Nomologia p. 302. ſq. & auctore præf. ad Majne haijeſchua; ex Chriſtianis vero legere juvabit Bartolocc. Tom. III. Bibl. Rabbin. p. 873. - 888. cujus deſcriptionem repetiit V. C. *Adrianus Relandus* in Analectis Rabbin. p. 110. 141. Acta Erudit. Lipſ. an. 1686. p. 531. ſqq. *Nic. Antonium* in Biblioth. Hiſpan. Nov. Tom. I. p. 627. *Morerii* Dictionar. Univerſ. & qui nonnullos utriusque errores emendavit, diligentiſſimum *Pet. Baelium* in Dictionario Hiſtorico & Critico Tom. I. p. 29. ſq. *Chriſtoph.* denique *Hendreichium* in Pandectis Bandenburg. Noviſſime omnium & diligentiſſime eodem labore perfunctus eſt V. C. *Io. Henr. Majus* Fil. in Vita Abarbanelis *Præconi Salutis* latine verſo & Francof. ad Mœn. 1712. 4. edito ſubjuncta. Judicia diverſorum collecta quoque ſunt in *Bibliothecario nullis partibus addicto*, qui vernacula lingua editur, Parte VII. p. 549. ſqq.

יצחק אברבנאל nepos *Iſaaci* proxime antecedentis a beneficentia Judæis Ferrarienſibus tempore terræ motus, qui A. C. 1571. accidit præſtita laudatur a R. *Azaria* p. 9. lib. I. *Meor Enajim* Ex eadem gente fuiſ-

fuiſſe videtur יהודה אברבנאל cujus Bibliothecam laudat *Aſarias* lib. 3. Meor Enajim c. 55. p. 110. b.

ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC f. *Abraham*, per 1143
compendium literarum ריצבא qui eſt unus ex auctoribus *Toſephoth* & obiit Anno 4035. C. 1175. ſecundum *Schalſcheleth* p. 55. & *Iuchaſin.*

ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC f. ABRAHAM, 1144
Karæus CPolit. vixit Sæc. XVI. medio, qui explicavit loca difficiliora libri מובחר Aaronis Prioris, teſte נובלות חכמה p. 56. b.

ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC fil. *Abraham*, Po- 1145
lonus gente, quod ex eo colligere mihi poſſe videor, quod eorum Scriptorum frequenter faciat mentionem, qui in Polonia vixerunt & ſcripta ſua ediderunt. Vixiſſe illum Sæculo XVII. ineunte ex iisdem, quos allegat, Scriptoribus apparet, librum vero anno ætatis 60. exaraſſe ipſius editoris, cui nomen fuit *Joſeph fil. Mardochai*, teſtimonio conſtat pag. 4. præfationis ſicut in libro ipſo pag. 342. A. C. 1616. ſcriptionem hanc a ſe conſignatam eſſe ipſe auctor teſtatur. Appellavit illud

חִזּוּק אֱמוּנָה *Munimen fidei*: Scriptum peſtilentiſſimum in duas abit partes, quarum prior capp. 50. ſi præfationem audimus, *rationibus claris, divinis, excogitatiſſimis, magnifice conſtructis, perfectis, convincentibusque* (legis B. Wagenſeilii verſionem) doctrinam Judaicam confirmare, poſterior vero capp. 100. Chriſtianam arroſis ſcilicet variis N. T. locis, ſecundum ordinem librorum diſpoſitis, deſtruere conatur. Editor præter ſummam capitum nihil addidit.

Liber ipſe manu exaratus in paucorum manibus fuit, donec *Wagenſeilius* in urbe Africæ, cui *Septæ* nomen eſt, eum a Judæo dono ſibi datum in Germaniam perferret, & *Telis Igneis Satanæ* cum latina ſua verſione insereret. In evolvendo ſcripto ipſo deprehendi, præter Judæos, v. c. *Joſ. Gorionidem* p. 63. 153. &c. *Iſaacum Aramam* p. 103. *Abarbanelem* p. 104. allegari paſſim *Chronicon magnum* Chriſtianorum Lingua Polonica excuſum, p. 41, 452. præcipue vero *Simeonem Budni* (n) Anti Trinica.

(n) De homine hoc Sociniano, ſed qui ob denegatum Chriſto Servatori divinum cultum a

Digitized by Google

carium famoſum, tum in comment. in Danielem p. 72. 90. 330. tum in verſione Sacræ Scripturæ p. 125. 438. (quæ prodiit an. 1572. 4.) vide p. 387. tum in comm. ad *Ierem.* p. 258. & ad *Eſram* p. 260. ad *Zachar.* p. 354. & ad N. T. p. 363. 371. tum in libro איברוני p. 177. & 471. quem p. 132. recentiſſimum Chriſtianorum Scripturæ Interpretem & p. 145. doctiſſimum appellat, quamvis p. 450. & 460. eundem corruptæ S. Scripturæ, ex calumnia quidem magis, quam rei veritate, reum agat. Præter hanc verſionem allegat etiam aliam, quæ *Briſcæ* in Lithuania, & *Cracoviæ* Polonice lucem viderit, p. 347. confer p. 366. Ciet quoque *Nic. Parutæ* (o) librum Lat. de uno vero Deo p. 119. & *Mart. Zachwitzii* (p) dialogos Polonice ſcriptos p. 119. 125. 180. 185. 230. & 392. & Sermonem trium dierum: tum *Mart. Lutheri* ſequaces p. 59. 107. 371. & 373.

Poſt edit. *Wagenſeilii* primum Judæorum opera prodiit *Amſtelod.* 465. C. 1705. 12. pp. 124. (*) Non exſtat ſcriptum, teſte Wagenſeilio, *quod Iudæos magis in erroribus ſuis confirmet, & agnitionem veritatis impediat; quo enim recentius, eo nequius, ferocius, & ad fucum faciendum aptius eſt.* Hinc mirum non eſt, Judæos ſolicite fovere, quemadmodum B. *Io. Mullerus* in præfat. ad Iudaismum Detectum teſtatur, eum Hamburgi *Hebræa Hiſpanica* imo & *Germanica* lingua ſcriptum circumferri & oſtentari. Illum ipſe habuit *Mullerus* & quidem gloſſis *Gabrielis filii Aaronis* illuſtratum, ceu patet ex Indice Scriptorum, qui libro laudato ſubjectus eſt, & ex epiſt. ad *Io. Buxtorfium*, quæ exſtat in Catalectis Theologico-Philologg. V. C. *Io.*

ceteris Unitariis cœtu ſuo ejectus eſt an. 1584. vide *Sandii* Bibliothecam Anti-Trinitariorum p. 54. 55. quæ etiam ex his noſtri citationibus ſuppleri poteſt. Verſionem ejus Bibliorum Polonicam ceteris præferendam cenſet Judæus noſter p. 387.

(o) Non meminit hujus libri *Sandius* l. c. p. 85. ubi *Parutam* circa annum 1546. in agro Veneto prope Vincentiam vixiſſe ſcribit.

(p) Vel potius Czechovitii, Miniſtri tandem Lublinenſis an. 1608. defuncti, cujus dialogi XIII. de variis religionis Articulis prodierunt 1575. 4. v. *Sandium* l. c. p. 51.

(*) In hujus editionis titulo monetur, librum ipſum a *Wagenſeilio* jam editum eſſe, unde procul dubio illud exemplum in ſubſidium adſumſerunt editores: ſed occurrit tamen paſſim varietas. Sic v. c. in prooemio Wagenſeil. p. 1. l. 5. legit: כי הוא מקום עולמו הוא יהוה at in Amſtelod. rectius & plenius ita: כי הוא מקום עולמו. ואין העולם מקומו. Sic Wagenſeil. l. 15. באור הנחנו ubi Amſtelod. plenius באור אש הנחנו. Omitto alias majoris momenti varietates, quarum ope editio Wagenſeil. multum emendari poteſt; Sicut & Amſtelod. in interpunctionibus majorem curam & diligentiam probat.

Io. Buxtorfii, Prof. Baſil. p. 443. ſicut & in ipſo opere Anti-Judaico eum paſſim refellit, inprimis p. 1327. Præter *Mullerum* autem optimo conſilio perditiſſimi Scriptoris calumnias retuderunt ex parte *Iacobus Gouſſet*, Profeſſor quondam Groninganus, in *Ternione* Controverſiarum adverſus Iudæos *Dordraci* 1688. 8. ed. in quo tria capita libri hujus ex verſione *Wagenſeilii* exhibentur & confutantur, nempe cap. XII. ubi de Gen. XII. 15. cap. XIV. ubi de *Gen.* XLIX. 10. & c. XXI. ubi de *Ieſ.* VII. 14. & IX. 5. Plenior libri refutatio poſt ejus obitum una cum diſputatt. ſex in epiſt. ad Hebr. prodiit Amſtelod. 1712. fol. Deinde Vener. Gryphisvvaldenſium Theologus, *Brandanus Henr. Gebhardi* Centum illa loca N. T. quæ Judæus hic parte II. libri calumniando detorſerat, diſputantium more vindicavit, & junctim edidit *Gryphisvvald.* 1699. 4. quam operam idem ſequentibus annis per varias diſputationes præſtare cœpit locis Propheticis, *Zephaniæ* potiſſimum, itemque aliis, quos in Judaicæ doctrinæ præſidium idem parte priore inflexerat. Denique & Rever. *Io. Philippus Storr*, Paſtor Heilbronnenſis, libro vernaculo de *Virtute fidei Evangelicæ* (Evangeliſche Glaubens-Krafft) quo divinitatem JESU Nazareni adverſus Judæos ſolide adſtruxit, in parte altera tractationis potiora *Fortalitii* illius præſidia deſtruit & evertit. Alia quædam libri capita hinc inde a variis ſub examen revocata ſunt, nominatimque a *Rich. Kiddero* in Demonſtratione Meſſiæ Anglice ſcripta, & Vener. *Alberto Joach. Krackevitz*, Profeſſore Roſtochienſi in diſſert. de Sepulchris Patriarcharum, ubi vindicatur locus *Actorum* VII. 15. 16. contra *Chiſſuck Emuna* Part. I. c. 45. & II. c. 63. Confer etiam V. C. *Jac. Basnage* Tomo V. *Hiſtor. Judaicæ* p. 2066. & Tom. VI. p. 163. ſq. qui animadvertit in Bartoloccium, cujus judicio auctor 1674. (q) vixit. MS. legitur in B. Bodlej. n. 3719. & in Leidenſi inter MSS. Warneriana.

ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC fil. ABRAHAM, 1146
ſcripſit

ס׳ תולדות *librum generationum*, i. e. comm. in Geneſin *Francof. ad Viadr.* 451. 4. C. 1691.

ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC fil. *Abraham*, adhuc ſuperſtes, qui librum רזיאל primus ex MS. cum præfat. ſua edidit 1147

Mmmm

(q) Non dicit id *Bartoloc.* Tomo III. p. 873. dicere vero id viſus eſt Cl. *Basnage*, quia allegat Catalogum MSS. Bibliothecæ Leidenſis, quem an. 1674. ait editum: hanc temporis notam Basnagius ad auctorem, *Iſaacum ben Abrah.* retulit.

dit Amſtelod. 461. 4. C. 1701. vide quæ ſcripta ſunt ſub. אדם Idem auctius edidit librum זוהר חדש de quo ſuo loco ſub *Schimon ben Iochai.*

1148 **ר׳ יצחק בן אברהם** R. ISAAC fil. ABRAHAM cujus commentarium in Eccleſiaſten MS. in B. Vatic. in fol. exſtare teſtatur *Bartol.*

ר׳ יצחק בן אברהם חיות R. ISAAC fil. ABRAHAM CHAJUT vide infra R. Iſaac חיות.

1149 **ר׳ יצחק בן הראבד** R. ISAACUS fil. *Abrahami bar David Hallevi*, junioris, per compendium dictus ר״י cujus tanquam Scriptoris meminit מִגְדַל עֹז ſuper Harambam in fine c. 3. *Hilchoth Tephillin.* Laudatur quoque a *Rekanati* comm. in Legem ſect. וישב ubi mira de eo narrantur. Confer *Schalſchleth* p. 53.

1150 **ר׳ יצחק בן אברהם בן יהודה עקריש**

R. ISAAC fil. *Abraham*, f. *Iudæ* AKRISCH

קוֹל מְבַשֵּׂר *vox annunciantis*, quo conatur oſtendere, Judæos etiam nunc in præſenti exſilio alicubi terrarum regnum & *αὐτοκρατορίαν* habere, adeoque refert primo, quæ de decem tribuum, ultra flumen *Sabbatjon* habitantium, ſtatu audiverit ex aliis, tum vero, quæ ipſe tandem compererit in itinere *CPoli* in Ægyptum An. 322. C. 1562. ſuſcepto. Eidem libro inſeruit epiſtolam R. *Chasdai bar Iſaaci* ben שפרוט ad Joſephum Coſaræorum Regem, & hujus ad illam reſponſionem. Hæc de libro iſto refert Buxtorfius in præf. ad librum *Cosri* b. 2. ubi utramque, quam dixi, epiſtolam ex ipſo illo libro exhibet. Non dubito, eſſe hunc librum, quem ש״י noſtro huic tribuit ſub titulo מַעֲשֵׂה בֵּית דָּוִד בִּימֵי פָרַס h. e. *hiſtoria domus Davidis tempore Perſarum*, quem idem teſtatur agere de fluvio *Sambatione* & germanice translatum eſſe. Memorat is edit. Baſileenſem in 4. ſine anno, quod etiam facit *Bartoloccius*, qui & cum Plantavitio n. 391. *Cracovienſem* hebræam recenſet, quam Buxtorfium adhibuiſſe crediderim. *CPolitanam* ego vidi in B. Oppenheimeri. Video hunc librum charactere Rabbino-Germanico expreſſum memorari in Catalogo libb. Hebr. Erpeniano, ſed ſine mentione loci, quo editus

Digitized by Google

ditus ſit. Sic & Buxtorf. in Theſauro Grammat. L. Hebr. p. 643. memorat מעשה דוד בימי פרס germanice editum, in quo agi ait de quodam R. *Boſthenai*, de 10 tribubus ultra fluvium Sanbatjon, & de Rege Alcozar. Quo ipſo confirmatur, quod antea dixi librum קול מבשר ab hoc non eſſe diſtinctum.

ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC f. ABRAHAM 1151

Chajim Jeſchurun, Præſes Senatus (אב בית דין) in Synagoga Judæorum Hiſpanorum Hamburgi סֵפֶר הַזִּכְרוֹנוֹת *librum memorialem*, ab incerto auctore ſcriptum, typis imprimi curavit *Pragæ* 4. Complectitur ille ritus inſtituta & ceremonias Judæorum ſecundum præcepta Affirmativa & Negativa diſpoſitas, diſtinctusque eſt in varia capita. Vener. *Jo. Wulferus* in notis ad Theriacam Iudaicam monet, hunc librum germanice a Judæis vocari *Memorialbuch* vel *Memorbuch*, ex quo inter cetera illi ſingulis Sabbatis certas pagellas legant in eorum memoriam, qui pro confeſſione nominis divini martyrium pertulerint, aut gentis ſuæ excidium, perſecutiones ac exſilia redemerint, & a gravioribus vectigalibus vindicarint. Ibidem formulas hujusmodi ipſe exhibet. Ipſe ſcripſit

פָּנִים חֲדָשׁוֹת *facies novas*, quo libro comprehendit omnes obſervationes novellas in ritus & conſtitutiones Judaicas, quæ in libris Reſponſorum Juridicorum (שו״ת) ſcriptisque ICtorum Judaicorum, quæ poſt librum בית יוסף prodierunt, leguntur. Sequitur auctor ordinem *Arba Turim* Venet. 411. C. 1651. 4.

Ejusdem לֶקֶט הַקֶּמַח *collectio farinæ* epitome *Orach chajim* & *Iore Dea* Amſtelod. 1707. 8. Confer infra R. *Iſaac Chajim Jeſchurun*.

ר׳ יצחק אדרבי R. ISAAC ADARBI 1152

דְּרוּשִׁים expoſitiones varias, ut & שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *reſponſa Iuridica*. Vide *Schalſcheleth* p. 65. a. confer infra R. *Iſaac ben Samuelis Adarbi*.

ר׳ יצחק בן אהרן R. ISAAC fil. AARONIS ſcr. 1153

ס׳ הָעִבּוּר *librum intercalationis*, cujus meminit R. *Aſarias* in *Meor Enajim* c. XL. p. 130. b. teſtaturque ſe librum illum vidiſſe inter libros *Ioſephi f. Schelomo* חזק. Adde p. 131. a. med. & 132. b.

Digitized by Google

1153 יצחק אוזיאל ISAAC UZIEL concionator Synagogæ Amſtelod. Sæc. XVII. medio, præceptor *Menaſſe ben Iſrael*, qui illi ſe ſucceſſiſſe ſcribit in libro de Termino vitæ p. 236.

1154 ר׳ יצחק אונקנירא R. ISAAC ONKENIRA vel ONKENIRO (r) claruit Sæc. XVI. medio, & ſcr.

1) אֲיֻמָּה כַּנִּדְגָּלוֹת *terrifica ut copiæ vexillatæ*, ex *Cantic.* VI. 1. ubi parabolæ variæ ad uſum moralem accommodantur; citatur in libro *Caphtor*, & *CPoli* apud *Iſaac f. Iac. Iabetz* editus eſt anno non notato, recuſusque *Berolini* 461. 8. plagg 5. Scriptionis ratio hæc eſt, ut carmen rhythmicum & morale fundamenti loco præmittatur, ac deinde in ſequenti comment. itidem rhythmico fuſius explicetur.

2) פֹּרָת יוֹסֵף *ramus fertilis Joſephi*, ex *Geneſ.* XLIX. 22. ſcriptum contra Chriſtianos, itidem CPoli editum, ſed in multo apud Judæos pretio, quod poſt *Hottingerum* p. 22. Bibl. Orient. monet *Bartoloccius*. Habet etiam ש״י.

3) צָפְנַת פַּעְנֵחַ *revelator arcanorum*, ex *Gen.* XL. 45. qui eſt commentarius in librum R. *Nachſon*, cui titulus eſt ראומה, ubi de mactandis & explorandis animalibus agitur. *CPoli* 326. C. 1566. 4. Buxtorf. in Append. B. Rabb. commentarium illum pro ipſo libro de dicto argumento exponente habet, quod ex re ipſa & ש״י emendavimus.

1155 יצחק אורוביאו ISAACUS OROBIO, (s) Hiſpanus Sæc. XVII. claruit, diuque Judaismum diſſimulans in Academia Salmanticenſi, Philoſophiæ eo ſucceſſu operam dedit, ut ibi Metaphyſices ageret Lectorem: Inde vero Hiſpali Medicinæ operatus in Inquiſitionis manus incidit, unde poſt tres annos liberatus Toloſam, ac tandem Amſtelodamum, conceſſit, ubi in circumciſione *Balthaſaris*, quod habuerat, nomen cum *Iſaaci* permutavit, tandemque obiit 1687.

Hujus argumenta pro Judaismo in fraudem Chriſtianæ doctrinæ pro-

(r) Ita nomen hoc ſcriptum referunt libri edit. *Bartoloc.* ſcribit אנגיאנירא & legit *Onghianera*, i. e. ut interpretatur *ungula nigra* ש״י ſemel nempe p. 60. n. 5. ſcribit אנקנירו.

(s) Plenius ſe ipſe vocat *Iſaacum Orobio de Caſtro*, Philoſophum Medicum, in Elogio R. *Iac. Iuda Leonis*, quod illius verſioni Pſalmorum Hiſpanicæ præmiſit.

Digitized by Google

prolata & recenſentur & confutantur a *Philippo Limborchio* in *Collatione amica cum erudito Judæo*, qui eſt noſter ille Orobio, *de veritate Religionis Chriſtianæ*, Goudæ 1687. 4.

Ejusdem eſt *Certamen Philoſophicum propugnatæ veritatis divinæ ac naturalis adverſus Jo. Bredenburgii principia*, latino & Belgico ſermone, Amſtelod. 1684. Conſtat, *Bredenburgium* illum, CivemRoterodamenſem, contra Spinoſam edidiſſe Roterod. 1675. *Enervationem tractatus Theologico-Politici, una cum demonſtratione Geometrico ordine diſpoſita: Naturam non eſſe Deum.* In qua re cum communi omnium judicio feliciter verſatus eſſet, ſuis tamen ipſe argumentis diffiſus poſtea in Spinoſæ ſententiam ſeceſſit, ſingularique ſcripto oſtendere aggreſſus eſt, unum tantum eſſe Ens, idque neceſſario exiſtens. Hujus ſcripti non editi exemplum cum in manus *Franc. Cuperi* incidiſſet, typis illud cum animadverſionibus ſuis exprimi is belgice curavit, Atheismi Bredenburgium convicturus. Cumque hic viciſſim cauſam ſuam tueri ſuſtineret, præter alios *Orobio* hic partibus Cuperi ſe junxit, & commemorata commentatione judicium ſuum interpoſuit. Vide hæc fuſius ediſſerentem *Baelium* Tomo III. Dictionarii Hiſtorico-Critici p. 2774. not. De vita vero noſtri traduntur nonnulla in Bibliotheca Univerſali V. C. *Jo. Clerici* Tom. VII. p. 248. ſq. & Cl. *Jac. Basnagii* Hiſtoria Judaica Tom. V. p. 2113. ſq.

ר׳ יצחק R. ISAAC cognomine אייזק שטיין i. e. *Eiſack* 1156

Stein, (t) in Germania, floruit Sæculo XVI. & ſcripſit

ביאור על סמ״ג illuſtrationem libri præceptorum magni, cum ipſo textu editi *Venet.* 5307. C. 1517. fol. & alias. Vide *Schalſcheleth* p. 64. b. init.

ר׳ יצחק אייזק בן דוד שיק R. ISAAC *Eiſack* 1157

f. *David Schiek explicationes ejus literales Legis*, *Venet.* an. 375. C. 1615. 4. editas teſtatur ש״י.

ר׳ יצחק אלבלג R. ISAAC ALBALAG vixit Sæculo 1158

XIV. & librum *Abu Achmed Algazali* de variis opinionibus Philoſophorum ex Arabico Hebraicum fecit, notisque illuſtravit An. 5067. C. 1307. MS.

(t) Is in Catalogo Bodlejano vocatur minus recte *Iſaac Satin*, nec rectius *Bartoloccio* audit *Jeſick Sciatijan*.

MS. in B. Vatic. 4. Bartoloccius bis hujus meminit, ſemel ſub אלבלג deinde ſub יצחק. Memoratur ille in R. *Schem Tov* præf. ad librum אמונות. Confer paulo poſt *Iſaac* אלקלג.

1159 ר׳ יצחק אלבר R. ISAAC ALBO, *Ratisbonenſis*, frater R. *Petachiæ*, qui ſcripſit itinerarium a B. *Wagenſeilio* cum Lat. verſione editum in Exercitatt. ſex varii argumenti p. 164. Eſt ille ex auctoribus *τῶν* תוספות & diſtingui debet a R. *Iſaaco* Seniore: utrumque enim diſtinguit Schalſcheleth. Confer Wagenſeilii præf. ad Exercit. IV. citatam p. 164.

1160 ר׳ יצחק אלחדעף R. ISAAC ALCHADEPH i. e. *Gibboſus* Hiſp. Sæc, XV.

1) אֹרַח סְלוּלָה *ſemita ſtrata*, ex *Prov.* XV. 19. ubi de Kalendario, feſtis, reliquisque huc pertinentibus agitur. MS. in Vatic.

2) לְשׁוֹן הַזָּהָב *lingua aurea*, ex *Ioſ.* VII. 21. ubi de nominibus & ratione menſurarum in Scriptura Sacra obviis, *Venet.* 4.

3) מַעֲשֵׂה חשֵׁב *opus artificis*, Exod. XXVI. 1. 31. liber Arithmeticus. MS.

Hujus *Iſaaci Alchadeph* Bartoloccius iterum alibi meminit ſub nomine R. *Iſaac f. Zadick* cognomine אלחדיף ubi eum ait ſcripſiſſe tabulas Aſtronomicas contra tabb. R. *Imman. f. Iacobi* MSS. in B. Vatic. fol. ibidem primum, quem hic recenſuimus, librum vocat דֶּרֶךְ סְלוּלָה ex *Ier.* XVIII. 15. quas ait eſſe tabulas ab eo A. C. 1482. ſcriptas. Idem ſub R. *Iſaac ben Schelomo Zaddick* noſtrum iterum memorat, eique adſcribit librum novum כְּלִי חֶמְדָּה *inſtrumentum deſiderabile* ex 2. *Chron.* XXI. 20. ubi de compoſitione Aſtrolabii exponat MS. Hunc librum alibi non inveni, qui enim alius ſub hoc titulo exſtat, is eſt R. *Samuelis f. Abraham* & diverſi argumenti.

1161 ר׳ יצחק בר אלי בן איתר R. ISAAC bar ALI ben *Ethar*, ſcr. *de ſecretis mulierum* MS. in Vatic. 4.

ר׳

Digitized by Google

ר׳ יצחק בר אליה שני נצבה R. ISAAC 1162

f. ELIÆ *Schene Nitzcha* ſcripſit
מֵאָה שְׁעָרִים *centum menſuræ*, ex *Gen.* XXVI, 12. quo libro centum præceptorum Moſaicorum explicatio continetur, edita *Theſſalonicæ* 5303. C. 1543. ita Bartoloccius. In ש״י hujus tituli liber recenſetur auctore non memorato, diciturque complecti centum conciones in legem editas CPoli. Non dubitandum eſt, eundem eſſe hunc librum, quem ex Bartoloc. attulimus; editio enim illa Theſſalonicenſis anni 303. exſtat in B. Oppenheimeriana, in qua tamen CPolitanam non vidi, ut proinde mendum in ש״י agnoſci debeat.

ר׳ יצחק בן אליעזר R. ISAAC fil. ELIESER Sæc. 1164
XVII. ſcr.
סֵפֶר הַגַּן *librum horti*, qui eſt moralis & aſceticus, ſecundum ſeptem hebdomadæ dies diſpoſitus, & editus *Pragæ* 372. C. 1612. ac poſtea german. ibidem 4. ut & *Amſtelod.* 423. C. 1663. & *Pferdæ* 452. C. 1692.

ר׳ יצחק בן אלעזר פערליש R. ISAAC fil. 1165

Elieſar PERLES ex familia *Alteſchüler* inquilinus Pragenſis, edidit
תִּקּוּן מוֹצָאֵי שַׁבָּת *conſtitutio exitus Sabbati*, Amſt. 410. C. 1650. 8. pp. 7. Ibi exhibentur cantica quædam ſub finem Sabbati adhibenda cum expoſitionibus & meditationibus Cabbaliſt. Ea ſe in ſcriniis patris ſui inveniſſe ſcribit *Iſaac* noſter.

ר׳ יצחק בן אליעזר בן שלמה R. ISAAC 1166

f. ELIESER f. *Salomonis*, cognomine *Leo Hiſpanus*, ſcripſit
מְגִלַּת אֶסְתֵּר i. e. commentarium in librum *Eſther* compilatum ex Gemara & tractatibus Maimonidæ *Venet.* 325. C. 1565. apud *Io. de Gara*: ita Bartoloccius, minus quidem recte, quod intelliges ex iis, quæ infra ſcribentur ſub R. Iſaac ליאון ben *Elieſer*, qui a noſtro non eſt diverſus.

ר׳ יצחק בן אליקום R. ISAAC f. ELIKUM *Poſ-* 1167
nanienſis, (מפוזנא) ſcr.

Digitized by Google

לב טוב *cor bonum* ex *Prov.* XV. 15. compendium religionis Judaicæ germ. lingua exaratum, quo oſtenditur, quid homo inde a teneris annis ad mortem usque agere debeat. *Prag.* 380. C. 1620. *Cracov.* 401. C. 1641. 4. *Sulsbaci*: *Amſtelod.* 430. C. 1670. & 466. C. 1706. *Francof. ad Mæn* 1682. fol. *Vilmersdorf.* 433. C. 1673. in fol. *Dyrenf.* 1700. fol. ibidemque 1701.

1168 ר׳ יצחק אלפועל R. ISAAC ALPUAL ſcr.

נופת צופים *liquor favorum*, ex *Pſ.* XIX. 11. liber Cabbaliſt. ex tribus Cabbalæ ſpeciebus, *Gematria, Tſiruphim* & *Raſche Tevoth CPoli* 339. C. 1579. 4.

ר׳ יצחק אלפסי vide infra R. *Iſaac f. Jacob Alphesi.*

1169 ר׳ יצחק אלקלג R. ISAAC ALCALEG, cujus Logica MS. inter Codd. Laudanos in B. Bodlejana n. 1533. 4. exſtat. Vereor ne idem hic ſit cum *Iſaaco Albaleg*, de quo paulo ante, cum *Albaleg* & *Alcaleg* facile confundantur.

ר׳ יצחק בן אמרם vide infra R. *Iſaac ben* עמרם.

1170 ר׳ יצחק ארובאש R. ISAAC ARUVASCH fil. *Chananjæ* ſcr.

זִבְחֵי צֶדֶק *victima juſtitiæ*, ex *Deuter.* XXXIII. v. 19. quo libello rhythmice exponitur ratio mactandi & explorandi animalia. *Venet.* 1667. 12.

1171 ר׳ יצחק אשכנזי R. ISAAC *Germanus*, ſcripſit expoſitionem Codicis Talmud. *Cholin* itemque על אִסּוּר וְהֶיתֵּר *de licitis & illicitis*, MS. in B. Vatic. 4. Neſcio an hic ſit, quem ut Cabbaliſtam & Joſ. Caro æqualem Sæculo XVI, *Saphetæ* in Galilæa vixiſſe & miracula patraſſe ſcribit *Aboab* p. 309. *Nomolog.*

1172 ר׳ יצחק R. ISAACUS, itidem *Germanus*, ſcripſit carmina in laudem *Sabbati & trium refectionum Sabbaticarum*, quæ exſtant in libello precum Iudaicarum Venet. 16. Eadem leguntur in libro נוף יפה ר p. 40. ſq. una cum cantico tempore matutino recitando p. 39. b.

Digitized by Google

ר׳ יצחק R. ISAAC *Germanus*, alius, cognomine מה״רי i. e 1173
Morennu Harav Iſaac ſcripſit

מַרְפֵּא נֶפֶשׁ *medicina animæ*, liber moralis, additus compendio libri ראשית חכמה *Venet.* 360. C. 1600. 8.

ר׳ יצחק R. ISAAC *Germanus*, dictus האר״י i. e. האשכנזי 1164
ר׳ יצחק Germanus R. Iſaac, cujus epiſtolæ variæ de Cabbala Judæorum exſtant Tomo I. תעלומות חכמה. Ita Bartoloccius, quem miror non monuiſſe, quod hic ſit celebris ille Cabbaliſta R. *Iſaacus Loria*, de quo paulo poſt pluribus dicemus. Neque tam epiſtolæ hujus *Iſaaci*, quam meditationes ex ore ejus exceptæ ibi leguntur. (u)

ר׳ יצחק בנימין וואלף R. ISAAC BENJAMIN 1175
Wolf, ſcripſit

נַחֲלַת בִּנְיָמִן *hereditas Benjaminis* ex *Ioſuæ* XVIII. 20. *Amſtelodam.* 1682. f.

ר׳ יצחק בישרבו מרומה R. ISAAC BITER- 1176
BO *Romanus*, ſcr. *librum de Duello*; poſteri ejus ad CHRISTI, Domini noſtri, ſacra ſe converterunt *Zachiæ* nomine dicti, & tum Medicinæ, tum Juris arte clari.

ר׳ יצחק ברוך בן אלכאליה R. ISAAC f. 1177
BARUCH, f. ALCALAJA, *Cordubenſis*, natus 4795. C. 1035. unus ex familia nobilium Judæorum, quos Titus, expugnatis Hieroſolymis, captivos abduxerat. Hujus tanta fuit doctrina, ut anno 4829. C. 1069. æt. 34. Archiſynagogus Cordubenſis & Rabbinorum princeps a Judæis conſtitueretur, deinde vero a Rege Granatenſi *Mathematici* titulo vocaretur, ut diſciplinis Mathematicis ipſum imbueret. Obiit tandem 4854. C. 1094. æt. 59. Scripſit

(u) Provocat inprimis ad p. 57. תעלומות חכמה: quæ vero ibi de *Loria* & rebus ejus geſtis legitur epiſtola, ea non ab ipſo *Loria*, ſed a R. *Schelomone Schlemel* ſcripta eſt, cujus nomen diſerte exprimitur in calce epiſtolæ p. 39. b.

Digitized by Google

Ultimo loco commemoranda ſunt ſcripta vel deperdita vel ſaltem non edita, quæ ſunt

13) יְשׁוּעוֹת מְשִׁיחוֹ *ſalutes Meſſiæ* ex Pſ. XXVIII. 8. quem ipſe commemorat in *Schalſcheleth* p. 44. b. deperditum vero teſtatur præf. ad *Majene haijeſchua*. Eo expoſita erant dicta vett. Rabbinorum de Meſſia, quæ in Talmude exſtant. Hunc cum מעיני ישועה & משמיע ישועה conjunctum uno nomine מגדול ישועות ex 2. Sam. XXI. 51. dixerat auctor: vide *Schalſcheleth Hakkabbala* l. c.

14) לַהֲקַת הַנְּבִיאִים *congregatio Prophetarum* ex 1. *Sam.* XIX. 20. ubi de prophetia Moſis & reliquorum Prophetarum agitur, ex parte etiam Maimonidis More Nevochim confutatur. Plantavit. n. 285. Biblioth. Rabb. perperam legit: לְקֻחַת נְבִיאִים. Hunc librum ſubſtituit alteri מַחֲזֵה שַׁדַּי i. e. *viſio omnipotentis*, quem ex Luſitan. profugus perdidit. Conf. præfatio editionis ad *Majne hajeſchua* & ipſe *Abarban.* in hoc lib. p. 18. col. 4. ut & in præf. ad comm. in Prophetas priores f. 3. ubi ait, ſe in eo de diſcrimine gradus Prophetiæ & Spiritus S. fuſe egiſſe.

15) יְמוֹת הָעוֹלָם *liber dierum Sæculi*, quo omnes populi Judaici calamitates & fata duriora ab Adamo ad ſuam ætatem perſequi inſtituerat, vid præf. ad מעיני ישועה conf. *Carpzov.* Introd. ad Theol. Jud. p. 81. ubi videtur pro edito habuiſſe.

16) צֶדֶק עוֹלָמִים *juſtitia Sæculorum* ex *Dan.* IX. 25. in tres tractatus diſtinctus, quorum I. de mundo hoc perituro, & ritibus in feſto novi anni & expiationis receptis; II. de mundo altero ſive animarum paradiſo & gehenna; III. de reſurrectione mortuorum præmiis & pœnis diſſerit. Vide ש״י & præf. ad מעיני ישועה. Ipſe Abarbanel illius libri meminit tanquam imperfecti in cap. IV. libri *Nachaloth Avoth*, periiſſe vero ait *Pocockius* ad Portam Moſis cap. VI. p. 89.

17) ס׳ שָׁמַיִם חֲדָשִׁים *liber cælorum novorum* ex Jeſ LXV. 27. ubi de creatione mundi agitur, & eadem opera cap. XIX. Partis II. *More Nevochim* illuſtratur. Conf. ipſe in *Schalſcheleth hakkabbala* p. 64. Diſſertationis cujusdam ſuæ contra *Maimonidem* de curru Ezechielis ipſe meminit in *Maine haijeſchua* Fonte II. Palma II. Nic. Antonius B. Hiſp. Nov. T. I. p. 629. ex Indice quodam librorum Hebr. B. Barberinæ recenſet quoddam noſtri ſcriptum ſub tit. בן זומא quod idem vertit ſal-

Salvator Sperantium. Enimvero בן זומא eſt initium atque adeo titulus capitis IV. *Pirke Avoth*, nec ullo modo verti poteſt, ut fecit *Antonius* per *Salvatorem ſperantium* quod Hebr. dixeris מושיע חוסים, ſub quo titulo exſtant duo apud Hebræos libri, alter *Iſaaci f. Sal. Iabetz* alter *Abrah. Jagel.* Error inde videtur ortus, quod *Nic. Anton.* proxime ante hunc librum recenſuerat נחלת אבות monueratque Gvid. Fabric. Bodeтianum illud habere pro comm. in cap. Ben Zuma. Buxtorfius in Bibl. Rabb. p. 295. Opera Abarbanelis omnia in Turcia edita his verbis commemorat: *Intellexi nuper, integrum Abarbinelem in Turcia duobus magnis voluminibus excuſum, nactum eſſe amicum meum, Gvalterum Keucbenium, Rectorem Scholæ Hanovianæ. Quod ſi verum, eſt, quod ſibi gratuletur, nam liber eſt ſumme commendabilis, ſed nunquam nobis viſus.* Sic & *Conſtant. L' Empereur* in not. ad Ὁδοιπορίαν *Moſis Kimchii: confirmor*, inquit, *expoſitione Abarbinel, quem auctorem nuper mihi transmiſit cognatus meus David de Willem, quem in Oriente a Syris & Arabibus ſibi comparavit.* Ceterum V. C. *Henr. Iac. van Bashuyſen* Prof. Hanovienſis cum in ſingulari Programmate 1708. edito tum in præf. ad Comment. Abarbanelis in Pentateuchum non ita pridem, ut ſupra monuimus, editum, effecturum ſe pollicetur, ut integer Abarbanel exſtet, ita ut comm. in Pentateuchum Tomum I. comm. in Prophetas priores Lipſiæ recuſus Tomum II. comm. in Prophetas poſteriores ex edit. *Amſtelod.* Tomum III. ac denique minores ejusdem tractatus iique raro obvii a Noſtro recudendi Tomum IV. conſtituant. Cui quidem conſilio præclaro proſperos ſucceſſus & faventem applauſorum copiam ex animo apprecamur. Laudavimus ſupra diſſertationes quasdam Abarbanelis a Buxtorfio latine editas; has vero plures MSS. exſtare ejusdem opera converſas teſtatur *Theophilus Spizelius* in Specimine Biblioth. Univerſalis v. c. *præfat. in Deuteron. præfationes in lib. Joſuæ, Judicum, Samuelis, Regum, Jeſaiam & Ierem. diſſ. de libro Legis*, quem Hiskias Sacerdos invenit 2. Regg. XXII. 8. (Illa legitur nunc in *Catalectis* Jo. Buxtorfii Nepotis p. 356. qui alias inpoſterum ſe daturum pollicetur) *de nube operiente tentorium conventus* ad Exod. XL. 34. de nomine Moſis &c. Sic & C. *Io. Meyerus* varias Abarbanelis diſſertatt. nunc integras, nunc ex parte, notis ſuis ad Seder Olam inſeruit.

Elogia, quæ & Judæi & Chriſtiani in Abarbanelem plena manu contulerunt, repetere hic nolim, præcipue cum Cl. Majus in vita Abarbanelis p. 20. - 35. in iis colligendis diligentiſſimum ſe præſtiterit. Addes illis, ſi placet, nervoſum *Nic. Antonii* in præf. ad Bibl. Hiſpanicam ju-

Digitized by Google

dicium his verbis conceptum : *Iſaacus Abrabanelius , ſi a natura eum expendas , ingenioſiſſimus , ſi a ſtudiis doctiſſimus , ſi ab induſtria totus labor , idem tamen Chriſtiani nominis , ſi quis alius infenſiſſimus hoſtis ac perverſiſſimus veri calumniator.* Inprimis multus in ejus laude eſt V. C. *Io. Meyerus* cum in præfat. tum in notis ad *Seder Olam.* In præf. enim inter cetera apud ipſum legenda hæc ſcribit: Inter ceteros vero Hebræorum Interpretes ingenii ſubtilitate & eruditione excellit Iſ. Abarbanel , qui vere dici poteſt deſiiſſe nugari, quod de Maimonide olim dixit Scaliger. Nemo δυσνόητα & ἄπορα, quæ inſolubilia dici ſolent, felicius ſolvit Abarbanele , quo nomine ille optime meretur de ſacris literis &c. &c. B. *Aug. Pfeifferus* in præf. comm. ejus ad Prophet. priores ſubtilitatem ingenii, dexteritatem judicii , εὐμεθοδείαν , πολυμάθειαν & ῥᾳδιομάθειαν in eo prædicat. Quamvis autem Judæi in univerſum præclare de ejus meritis ſentiant, fuit tamen ex ipſis Judæis , qui eum pro nudo variarum ſententiarum compilatore & Raſchii ſpeciatim plagiario haberet, quod ex Judæi cujusdam ore ſe percepiſſe teſtatur *Richardus Simon* in epiſtolis ſelectis Tom. III. p. 10.

Plura de Noſtro legi licet ex Judæis in R. *Gedalia* Schalſcheleth Hakkabbala p. 44. ſq. R. *Dav. Ganz* in Zemach David Part. I. f. 61. *Imman. Aboab* in Nomologia p. 302. ſq. & auctore præf. ad Majne haijeſchua; ex Chriſtianis vero legere juvabit Bartolocc. Tom. III. Bibl. Rabbin. p. 873. - 888. cujus deſcriptionem repetiit V. C. *Adrianus Relandus* in Analectis Rabbin. p. 110. 141. Acta Erudit. Lipſ. an. 1686. p. 531. ſqq. *Nic. Antonium* in Biblioth. Hiſpan. Nov. Tom. I. p. 627. *Morerii* Dictionar. Univerſ. & qui nonnullos utriusque errores emendavit, diligentiſſimum *Pet. Baelium* in Dictionario Hiſtorico & Critico Tom. I. p. 29. ſq. *Chriſtoph.* denique *Hendreichium* in Pandectis Bandenburg. Noviſſime omnium & diligentiſſime eodem labore perfunctus eſt V. C. *Io. Henr. Majus* Fil. in Vita Abarbanelis *Praeconi Salutis* latine verſo & Francof. ad Mœn. 1712. 4. edito ſubjuncta. Judicia diverſorum collecta quoque ſunt in *Bibliothecario nullis partibus addicto* , qui vernacula lingua editur, Parte VII. p. 549. ſqq.

יצחק אברבנאל nepos *Iſaaci* proxime antecedentis a beneficentia Judæis Ferrarienſibus tempore terræ motus, qui A. C. 1571. accidit præſtita laudatur a R. *Azaria* p. 9. lib. I. *Meor Enajim* Ex eadem gente fuiſ-

fuiſſe videtur יהודה אברבנאל cujus Bibliothecam laudat *Aſarias* lib. 3. Meor Enajim c. 55. p. 110. b.

1143 ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC f. *Abraham*, per compendium literarum ריצב״א qui eſt unus ex auctoribus *Toſephoth* & obiit Anno 4035. C. 1175. ſecundum *Schalſcheleth* p. 55. & *Iuchaſin*.

1144 ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC f. ABRAHAM, Karæus CPolit. vixit Sæc. XVI. medio, qui explicavit loca difficiliora libri מובחר Aaronis Prioris, teſte נובלות חכמה p. 56. b.

1145 ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC fil. *Abraham*, Polonus gente, quod ex eo colligere mihi poſſe videor, quod eorum Scriptorum frequenter faciat mentionem, qui in Polonia vixerunt & ſcripta ſua ediderunt. Vixiſſe illum Sæculo XVII. ineunte ex iisdem, quos allegat, Scriptoribus apparet, librum vero anno ætatis 60. exaraſſe ipſius editoris, cui nomen fuit *Ioſeph fil. Mardochai*, teſtimonio conſtat pag. 4. præfationis ſicut in libro ipſo pag. 342. A. C. 1616. ſcriptionem hanc a ſe conſignatam eſſe ipſe auctor teſtatur. Appellavit illud

חִזּוּק אֱמוּנָה *Munimen fidei*: Scriptum peſtilentiſſimum in duas abit partes, quarum prior capp. 50. ſi præfationem audimus, *rationibus claris, divinis, excogitatiſſimis, magnifice conſtructis, perfectis, convincentibusque* (legis B. Wagenſeilii verſionem) doctrinam Judaicam confirmare, poſterior vero capp. 100. Chriſtianam arroſis ſcilicet variis N. T. locis, ſecundum ordinem librorum diſpoſitis, deſtruere conatur. Editor præter ſummam capitum nihil addidit.

Liber ipſe manu exaratus in paucorum manibus fuit, donec *Wagenſeilius* in urbe Africæ, cui *Septa* nomen eſt, eum a Judæo dono ſibi datum in Germaniam perferret, & *Telis Igneis Satanæ* cum latina ſua verſione insereret. In evolvendo ſcripto ipſo deprehendi, præter Judæos, v. c. *Ioſ. Gorionidem* p. 63. 153. &c. *Iſaacum Aramam* p. 103. *Abarbanelem* p. 104. allegari paſſim *Chronicon magnum* Chriſtianorum Lingua Polonica excuſum, p. 41. 452. præcipue vero *Simeonem Budni* (n) Anti Trinica-

(n) De homine hoc Sociniano, ſed qui ob denegatum Chriſto Servatori divinum cultum a

Io. Buxtorfii, Prof. Baſil. p. 443. ſicut & in ipſo opere Anti-Judaico eum paſſim refellit, inprimis p. 1327. Præter *Mullerum* autem optimo conſilio perditiſſimi Scriptoris calumnias retuderunt ex parte *Iacobus Gouſſet*, Profeſſor quondam Groninganus, in *Ternione* Controverſiarum adverſus Iudæos *Dordraci* 1688. 8. ed. in quo tria capita libri hujus ex verſione *Wagenſeilii* exhibentur & confutantur, nempe cap. XII. ubi de Gen. XII. 15. cap. XIV. ubi de *Gen.* XLIX. 10. & c. XXI. ubi de *Ieſ.* VII. 14. & IX. 5. Plenior libri refutatio poſt ejus obitum una cum diſputatt. ſex in epiſt. ad Hebr. prodiit Amſtelod. 1712. fol. Deinde Vener. Gryphisvvaldenſium Theologus, *Brandanus Henr. Gebhardi* Centum illa loca N. T. quæ Judæus hic parte II. libri calumniando detorſerat, diſputantium more vindicavit, & junctim edidit *Gryphisvvald.* 1699. 4. quam operam idem ſequentibus annis per varias diſputationes præſtare cœpit locis Propheticis, *Zephaniæ* potiſſimum, itemque aliis, quos in Judaicæ doctrinæ præſidium idem parte priore inflexerat. Denique & Rever. *Io. Philippus Storr*, Paſtor Heilbronnenſis, libro vernaculo de *Virtute fidei Evangelicæ* (Evangeliſche Glaubens-Krafft) quo divinitatem JESU Nazareni adverſus Judæos ſolide adſtruxit, in parte altera tractationis potiora *Fortalitii* illius præſidia deſtruit & evertit. Alia quædam libri capita hinc inde a variis ſub examen revocata ſunt, nominatimque a *Rich. Riddero* in Demonſtratione Meſſiæ Anglice ſcripta, & Vener. *Alberto Joach. Krackevitz*, Profeſſore Roſtochienſi in diſſert. de Sepulchris Patriarcharum, ubi vindicatur locus *Actorum* VII. 15. 16. contra *Chiſſuck Emuna* Part. I. c. 45. & II. c. 63. Confer etiam V. C. *Jac. Basnage* Tomo V. *Hiſtor. Judaicæ* p. 2066. & Tom. VI. p. 163. ſq. qui animadvertit in Bartoloccium, cujus judicio auctor 1674. (q) vixit. MS. legitur in B. Bodlej. n. 3719. & in Leidenſi inter MSS. Warneriana.

ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC fil. ABRAHAM, 1146
ſcripſit

ס׳ תולדות *librum generationum*, i. e. comm. in Geneſin *Francof. ad Viadr.* 451. 4. C. 1691.

ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC fil. *Abraham*, adhuc ſuperſtes, qui librum רזיאל primus ex MS. cum præfat. ſua edidit 1147

Mmmm

(q) Non dicit id *Bartoloc.* Tomo III. p. 873. dicere vero id viſus eſt Cl. *Basnage*, quia allegat Catalogum MSS. Bibliothecæ Leidenſis, quem an. 1674. ait editum; hanc temporis notam Basnagius ad auctorem, *Iſaacum ben Abrah.* retulit.

Digitized by Google

dit Amſtelod. 461. 4. C. 1701. vide quæ ſcripta ſunt ſub. אדם Idem auctius edidit librum זהר חדש de quo ſuo loco ſub *Schimon ben Iochai.*

1148 ר' יצחק בן אברהם R. ISAAC fil. ABRAHAM

cujus commentarium in Eccleſiaſten MS. in B. Vatic. in fol. exſtare teſtatur *Bartol.*

ר' יצחק בן אברהם חיות R. ISAAC fil. ABRAHAM CHAJUT vide infra R. Iſaac חיות.

1149 ר' יצחק בן הראבד R. ISAACUS fil. *Abrahami bar David Hallevi*, junioris, per compendium dictus ר"י cujus tanquam Scriptoris meminit מִגְדַל עֹז ſuper Harambam in fine c. 3. *Hilchoth Tephillin.* Laudatur quoque a *Rekanati* comm. in Legem ſect. וישב ubi mira de eo narrantur. Confer *Schalſcheleth* p. 53.

1150 ר' יצחק בן אברהם בן יהודה עקריש

R. ISAAC fil. *Abraham*, f. *Iudæ* AKRISCH

קוֹל מְבַשֵׂר *vox annunciantis*, quo conatur oſtendere, Judæos etiam nunc in præſenti exſilio alicubi terrarum regnum & *αὐτοκρατορίαν* habere, adeoque refert primo, quæ de decem tribuum, ultra flumen *Sabbatjon* habitantium, ſtatu audiverit ex aliis, tum vero, quæ ipſe tandem compererit in itinere *CPoli* in Ægyptum An. 322. C. 1562. ſuſcepto. Eidem libro inſeruit epiſtolam R. *Chasdai bar Iſaaci* ben שפרוט ad Joſephum Coſaræorum Regem, & hujus ad illam reſponſionem. Hæc de libro iſto refert Buxtorfius in præf. ad librum *Coſri* b. 2. ubi utramque, quam dixi, epiſtolam ex ipſo illo libro exhibet. Non dubito, eſſe hunc librum, quem ש"י noſtro huic tribuit ſub titulo מַעֲשֵׂה בֵּית דָוִד בִּימֵי פָּרַס h. e. *hiſtoria domus Davidis tempore Perſarum*, quem idem teſtatur agere de fluvio *Sambatione* & germanice translatum eſſe. Memorat is edit. Baſileenſem in 4. ſine anno, quod etiam facit *Bartoloccius*, qui & cum Plantavitio n. 391. *Cracovienſem* hebræam recenſet, quam Buxtorfium adhibuiſſe crediderim. *CPolitanam* ego vidi in B. Oppenheimeri, Video hunc librum charactere Rabbino Germanico expreſſum memorari in Catalogo libb. Hebr. Erpeniano, ſed ſine mentione loci, quo editus

Digitized by Google

ditus ſit. Sic & Buxtorf. in Theſauro Grammat. L. Hebr. p. 643. memorat מעשה דוד בימי פרס germanice editum, in quo agi ait de quodam R. *Boſthenai*, de 10 tribubus ultra fluvium Sanbatjon, & de Rege Alcozar. Quo ipſo confirmatur, quod antea dixi librum קול מבשר ab hoc non eſſe diſtinctum.

ר׳ יצחק בן אברהם R. ISAAC, f. ABRAHAM 1151

Chajim Jeſchurun, Præſes Senatus (אב בית דין) in Synagoga Judæorum Hiſpanorum Hamburgi סֵפֶר הַזִּכְרוֹנוֹת *librum memorialem*, ab incerto auctore ſcriptum, typis imprimi curavit *Pragæ* 4. Complectitur ille ritus inſtituta & ceremonias Judæorum ſecundum præcepta Affirmativa & Negativa diſpoſitas, diſtinctusque eſt in varia capita, Vener. *Jo. Wulferus* in notis ad Theriacam Iudaicam monet, hunc librum germanice a Judæis vocari *Memorialbuch* vel *Memorbuch*, ex quo inter cetera illi ſingulis Sabbatis certas pagellas legant in eorum memoriam, qui pro confeſſione nominis divini martyrium pertulerint, aut gentis ſuæ excidium, perſecutiones ac exſilia redemerint, & a gravioribus vectigalibus vindicarint. Ibidem formulas hujusmodi ipſe exhibet. Ipſe ſcripſit

פָּנִים חֲדָשׁוֹת *facies novas*, quo libro comprehendit omnes obſervationes novellas in ritus & conſtitutiones Judaicas, quæ in libris Reſponſorum Juridicorum (שו״ת) ſcriptisque ICtorum Judaicorum, quæ poſt librum בית יוסף prodierunt, leguntur. Sequitur auctor ordinem *Arba Turim*. Venet. 411. C. 1651. 4.

Ejusdem לֶקֶט הַקֶּמַח *collectio farinæ* epitome *Orach chajim* & *Iore Dea* Amſtelod. 1707. 8. Confer infra R. *Iſaac Chajim Jeſchurun*.

ר׳ יצחק אדרבי R. ISAAC ADARBI 1152

דְּרוּשִׁים expoſitiones varias, ut & שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *reſponſa Iuridica*. Vide *Schalſcheleth* p. 65. a. confer infra R. *Iſaac ben Samuelis Adarbi*.

ר׳ יצחק בן אהרן R. ISAAC fil. AARONIS ſcr. 1153

ס׳ הָעִבּוּר *librum intercalationis*, cujus meminit R. *Aſarias* in *Meor Enajim* c. XL. p. 130. b. teſtaturque ſe librum illum vidiſſe inter libros *Ioſephi f. Schelomo* חזק. Adde p. 131. a. med. & 132. b.

1153 יצחק אוזיאל ISAAC UZIEL concionator Synagogæ Amſtelod. Sæc. XVII. medio, præceptor *Menaſſe ben Iſrael*, qui illi ſe ſucceſſiſſe ſcribit in libro de Termino vitæ p. 236.

1154 ר׳ יצחק אונקנירא R. ISAAC ONKENIRA vel ONKENIRO (r) claruit Sæc. XVI. medio, & ſcr.

1) איומה כנדגלות *terrifica ut copiæ vexillatæ*, ex *Cantic.* VI. 1. ubi parabolæ variæ ad uſum moralem accommodantur; citatur in libro *Caphtor*, & *CPoli* apud *Iſaac f. Iac. Iabetz* editus eſt anno non notato, recuſusque *Berolini* 461. 8. plagg 5. Scriptionis ratio hæc eſt, ut carmen rhythmicum & morale fundamenti loco præmittatur, ac deinde in ſequenti comment. itidem rhythmico fuſius explicetur.

2) פורת יוסף *ramus fertilis Joſephi*, ex *Geneſ.* XLIX. 22. ſcriptum contra Chriſtianos, itidem CPoli editum, ſed in multo apud Judæos pretio, quod poſt *Hottingerum* p. 22. Bibl, Orient. monet *Bartoloccius*, Habet etiam ש״ י.

3) צפנת פענח *revelator arcanorum*, ex *Gen.* XL. 45. qui eſt commentarius in librum R. *Nachſon*, cui titulus eſt ראומה, ubi de mactandis & explorandis animalibus agitur. *CPoli* 326. C. 1566. 4. Buxtorf. in Append. B. Rabb. commentarium illum pro ipſo libro de dicto argumento exponente habet, quod ex re ipſa & ש״י emendavimus.

1155 יצחק אורוביאו ISAACUS OROBIO, (s) Hiſpanus Sæc. XVII. claruit, diuque Judaiſmum diſſimulans in Academia Salmanticenſi, Philoſophiæ eo ſucceſſu operam dedit, ut ibi Metaphyſices ageret Lectorem: Inde vero Hiſpali Medicinæ operatus in Inquiſitionis manus incidit, unde poſt tres annos liberatus Toloſam, ac tandem Amſtelodamum, conceſſit, ubi in circumciſione *Balthaſaris*, quod habuerat, nomen cum *Iſaaci* permutavit, tandemque obiit 1687.

Hujus argumenta pro Judaiſmo in fraudem Chriſtianæ doctrinæ pro-

(r) Ita nomen hoc ſcriptum referunt libri edit. *Bartoloc.* ſcribit אנגיאנירא & legit *Onghianera*, i. e. ut interpretatur *ungula nigra* ש״י ſemel nempe p. 60. n. 5. ſcribit אנקנירו.

(s) Plenius ſe ipſe vocat *Iſaacum Orobio de Caſtro*, Philoſophum Medicum, in Elogio R. *Iac. Iuda Leonis*, quod illius verſioni Pſalmorum Hiſpanicæ præmiſit.

prolata & recenſentur & confutantur a *Philippo Limborchio* in *Collatione amica cum erudito Judæo,* qui eſt noſter ille Orobio, *de veritate Religionis Chriſtianæ*, Goudæ 1687. 4.

Ejusdem eſt *Certamen Philoſophicum propugnatæ veritatis divinæ ac naturalis adverſus Jo. Bredenburgii principia*, latino & Belgico ſermone, Amſtelod. 1684. Conſtat, *Bredenburgium* illum, Civem Roterodamenſem, contra Spinoſam edidiſſe Roterod. 1675. *Enervationem tractatus Theologico-Politici, una cum demonſtratione Geometrico ordine diſpoſita: Naturam non eſſe Deum.* In qua re cum communi omnium judicio feliciter verſatus eſſet, ſuis tamen ipſe argumentis diffiſus poſtea in Spinoſæ ſententiam ſeceſſit, ſingularique ſcripto oſtendere aggreſſus eſt, unum tantum eſſe Ens, idque neceſſario exiſtens. Hujus ſcripti non editi exemplum cum in manus *Franc. Cuperi* incidiſſet, typis illud cum animadverſionibus ſuis exprimi is belgice curavit, Atheismi Bredenburgium convicturus. Cumque hic viciſſim cauſam ſuam tueri ſuſtineret, præter alios *Orobio* hic partibus Cuperi ſe junxit, & commemorata commentatione judicium ſuum interpoſuit. Vide hæc fuſius ediſſerentem *Baelium* Tomo III. Dictionarii Hiſtorico-Critici p. 2774. not. De vita vero noſtri traduntur nonnulla in Bibliotheca Univerſali V. C. *Jo. Clerici* Tom. VII. p. 248. ſq. & Cl. *Jac. Basnagii* Hiſtoria Judaica Tom. V. p. 2113. ſq.

ר׳ יצחק R. ISAAC cognomine אייזק שטיין i. e. *Eiſack* 1156
Stein, (t) in Germania, floruit Sæculo XVI. & ſcripſit

ביאור על סמ״ג illuſtrationem libri præceptorum magni, cum ipſo textu editi *Venet.* 5307. C. 1517. fol. & alias. Vide *Schalſcheleth* p. 64. b. init.

ר׳ יצחק אייזק בן דוד שיק R. ISAAC *Eiſack* 1157
f. *David Schiek explicationes ejus literales Legis*, *Venet.* an. 375. C. 1615. 4. editas teſtatur ש״י.

ר׳ יצחק אלבלג R. ISAAC ALBALAG vixit Sæculo 1158
XIV. & librum *Abu Achmed Algazali* de variis opinionibus Philoſophorum ex Arabico Hebraicum fecit, notisque illuſtravit An. 5067. C. 1307. MS.

(t) Is in Catalogo Bodlejano vocatur minus recte *Iſaac Satin*, nec rectius *Bartoloccio* audit *Jeſick Sciatijan.*

Digitized by Google

MS. in B. Vatic. 4. Bartoloccius bis hujus meminit, ſemel ſub אלבלג deinde ſub יצחק. Memoratur ille in R. *Schem Tov* præf. ad librum אמונות. Confer paulo poſt *Iſaac* אלקלג.

1159 ר׳ יצחק אלבו R. ISAAC ALBO, *Ratisbonenſis*, frater R. *Petachiæ*, qui ſcripſit itinerarium a B. *Wagenſeilio* cum Lat. verſione editum in Exercitatt. ſex varii argumenti p. 164. Eſt ille ex auctoribus τῶν תוספות & diſtingui debet a R. *Iſaaco* Seniore: utrumque enim diſtinguit Schalſcheleth. Confer Wagenſeilii præf. ad Exercit. IV. citatam p. 164.

1160 ר׳ יצחק אלחדעף R. ISAAC ALCHADEPH i. e. *Gibboſus* Hiſp. Sæc. XV.

1) אֹרַח סְלוּלָה *ſemita ſtrata*, ex *Prov.* XV. 19. ubi de Kalendario, feſtis, reliquisque huc pertinentibus agitur. MS. in Vatic.

2) לְשׁוֹן הַזָּהָב *lingua aurea*, ex *Ioſ.* VII. 21. ubi de nominibus & ratione menſurarum in Scriptura Sacra obviis, *Venet.* 4.

3) מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב *opus artificis*, Exod. XXVI. 1. 31. liber Arithmeticus. MS.

Hujus *Iſaaci Alchadeph* Bartoloccius iterum alibi meminit ſub nomine R. *Iſaac f. Zadick* cognomine אלחדיף ubi eum ait ſcripſiſſe tabulas Aſtronomicas contra tabb. R. *Imman. f. Iacobi* MSS. in B. Vatic. fol. ibidem primum, quem hic recenſuimus, librum vocat דֶּרֶךְ סְלוּלָה ex *Ier.* XVIII. 15. quas ait eſſe tabulas ab eo A. C. 1482. ſcriptas. Idem ſub R. *Iſaac ben Schelomo Zaddick* noſtrum iterum memorat, eique adſcribit librum novum כְּלִי חֶמְדָּה *inſtrumentum deſiderabile* ex 2. *Chron.* XXI. 20. ubi de compoſitione Aſtrolabii exponat MS. Hunc librum alibi non inveni, qui enim alius ſub hoc titulo exſtat, is eſt R. *Samuelis f. Abraham* & diverſi argumenti.

1161 ר׳ יצחק בר אלי בן איתר R. ISAAC bar ALI ben *Ethar*, ſcr. *de ſecretis mulierum* MS. in Vatic. 4.

ר׳

1162 ר׳ יצחק בר אליה שני נצבה R. ISAAC

f. ELIÆ *Schene Nitzeba* ſcripſit

מֵאָה שְׁעָרִים *centum menſuræ*, ex *Gen.* XXVI. 12. quo libro centum præceptorum Moſaicorum explicatio continetur, edita *Theſſalonicæ* 5303. C. 1543. ita Bartoloccius. In ש״י hujus tituli liber recenſetur auctore non memorato, diciturque complecti centum conciones in legem editas CPoli. Non dubitandum eſt, eundem eſſe hunc librum, quem ex Bartoloc. attulimus; editio enim illa Theſſalonicenſis anni 303. exſtat in B. Oppenheimeriana, in qua tamen CPolitanam non vidi, ut proinde mendum in ש״י agnoſci debeat.

1164 ר׳ יצחק בן אליעזר R. ISAAC fil. ELIESER Sæc. XVII. ſcr.

סֵפֶר הַגַּן *librum horti*, qui eſt moralis & aſceticus, ſecundum ſeptem hebdomadæ dies diſpoſitus, & editus *Pragæ* 372. C. 1612. ac poſtea german. ibidem 4. ut & *Amſtelod.* 423. C. 1663. & *Pferdæ* 452. C. 1692.

1165 ר׳ יצחק בן אליעזר פערליש R. ISAAC fil.

Elieſar PERLES ex familia *Alteſchüler* inquilinus Pragenſis, edidit

תִּקּוּן מוֹצָאֵי שַׁבָּת *conſtitutio exitus Sabbati*, Amſt. 410. C. 1650. 8. pp. 7. Ibi exhibentur cantica quædam ſub finem Sabbati adhibenda cum expoſitionibus & meditationibus Cabbaliſt. Ea ſe in ſcriniis patris ſui inveniſſe ſcribit *Iſaac* noſter.

1166 ר׳ יצחק בן אליעזר בן שלמה R. ISAAC

f. ELIESER f. *Salomonis*, cognomine *Leo Hiſpanus*, ſcripſit

מְגִלַּת אֶסְתֵּר i. e. commentarium in librum *Eſther* compilatum ex Gemara & tractatibus Maimonidæ *Venet.* 325. C. 1565. apud *Io. de Gara*: ita Bartoloccius, minus quidem recte, quod intelliges ex iis, quæ infra ſcribentur ſub R. Iſaac ליאון ben *Elieſer*, qui a noſtro non eſt diverſus.

1167 ר׳ יצחק בן אליקום R. ISAAC f. ELIKUM *Poſnanienſis*, (מפוזנא) ſcr.

Digitized by Google

לֵב טוֹב *cor bonum* ex *Prov.* XV. 15. compendium religionis Judaicæ germ. lingua exaratum, quo oſtenditur, quid homo inde a teneris annis ad mortem usque agere debeat. *Prag.* 380. C. 1620. *Cracov.* 401. C. 1641. 4. *Sulsbaci*: *Amſtelod.* 430. C. 1670. & 466. C. 1706. *Francof. ad Mæn* 1682. fol. *Vilmersdorf.* 433. C. 1673. in fol. *Dyrenſ.* 1700. fol. ibidemque 1701.

1168 ר׳ יצחק אלפועל R. ISAAC ALPUAL ſcr.

נֹפֶת צוּפִים *liquor favorum*, ex *Pſ.* XIX. 11. liber Cabbaliſt. ex tribus Cabbalæ ſpeciebus, *Gematria, Tſiruphim* & *Raſche Tevoth CPoli* 339. C. 1579. 4.

ר׳ יצחק אלפסי vide infra R. *Iſaac f. Jacob Alpheſi.*

1169 ר׳ יצחק אלקלג R. ISAAC ALCALEG, cujus Logica MS. inter Codd. Laudanos in B. Bodlejana n. 1533. 4. exſtat. Vereor ne idem hic ſit cum *Iſaaco Albaleg*, de quo paulo ante, cum *Albaleg* & *Alcaleg* facile confundantur.

ר׳ יצחק בן אמרם vide infra R. *Iſaac ben* עמרם.

1170 ר׳ יצחק ארובאש R. ISAAC ARUVASCH fil. *Chananjæ* ſcr.

זִבְחֵי צֶדֶק *victima juſtitiæ*, ex *Deuter.* XXXIII. v. 19. quo libello rhythmice exponitur ratio mactandi & explorandi animalia. *Venet.* 1667. 12.

1171 ר׳ יצחק אשכנזי R. ISAAC *Germanus*, ſcripſit expoſitionem Codicis Talmud. *Cholin* itemque על אִסּוּר וְהֶיתֵּר *de licitis & illicitis*, MS. in B. Vatic. 4. Neſcio an hic ſit, quem ut Cabbaliſtam & Joſ. Caro æqualem Sæculo XVI, *Saphetæ* in Galilæa vixiſſe & miracula patraſſe ſcribit *Aboab* p. 309. *Nomolog.*

1172 ר׳ יצחק R. ISAACUS, itidem *Germanus*, ſcripſit carmina in laudem *Sabbati & trium refectionum Sabbaticarum*, quæ exſtant in libello precum Iudaicarum Venet. 16. Eadem leguntur in libro יפה נוף p. 40. ſq. una cum cantico tempore matutino recitando p. 39. b.

ר׳

Digitized by Google

ר׳ יצחק R. ISAAC *Germanus*, alius, cognomine מה״רי i. e *Morennu Harav Iſaac* ſcripſit 1173

מַרְפֵּא נֶפֶשׁ *medicina animæ*, liber moralis, additus compendio libri ראשית חכמה *Venet.* 360. C. 1600. 8.

ר׳ יצחק R. ISAAC *Germanus*, dictus האר״י i. e. האשכנזי ר׳ יצחק Germanus R. Iſaac, cujus epiſtolæ variæ de Cabbala Judæorum exſtant Tomo I. תעלומות חכמה. Ita Bartoloccius, quem miror non monuiſſe, quod hic ſit celebris ille Cabbaliſta R. *Iſaacus Loria*, de quo paulo poſt pluribus dicemus. Neque tam epiſtolæ hujus *Iſaaci*, quam meditationes ex ore ejus exceptæ ibi leguntur. (u) 1164

ר׳ יצחק בנימין וואלף R. ISAAC BENJAMIN *Wolf*, ſcripſit 1175

נַחֲלַת בִּנְיָמִין *hereditas Benjaminis* ex *Ioſuæ* XVIII. 20. *Amſtelodam.* 1682. f.

ר׳ יצחק ביטרבו מרומה R. ISAAC BITERBO *Romanus*, ſcr. *librum de Duello*; poſteri ejus ad CHRISTI, Domini noſtri, ſacra ſe converterunt *Zachiæ* nomine dicti, & tum Medicinæ, tum Juris arte clari. 1176

ר׳ יצחק ברוך בן אלכאליה R. ISAAC f. BARUCH, f. ALCALAJA, *Cordubenſis*, natus 4795. C. 1035. unus ex familia nobilium Judæorum, quos Titus, expugnatis Hieroſolymis, captivos abduxerat. Hujus tanta fuit doctrina, ut anno 4829. C. 1069. æt. 34. Archiſynagogus Cordubenſis & Rabbinorum princeps a Judæis conſtitueretur, deinde vero a Rege Granatenſi *Mathematici* titulo vocaretur, ut diſciplinis Mathematicis ipſum imbueret. Obiit tandem 4854. C. 1094. æt. 59. Scripſit 1177

(u) Provocat inprimis ad p. 57. תעלומות חכמה: quæ vero ibi de *Loria* & rebus ejus geſtis legitur epiſtola, ea non ab ipſo *Loria*, ſed a R. *Schelomone Schlemel* ſcripta eſt, cujus nomen diſerte exprimitur in calce epiſtolæ p. 39. b.

Digitized by Google

קֻפַּת הָרוֹכְלִים *ciſtam aromatariorum* ſive *mercatorum*, quo libro explicantur *Halachoth* difficiliores, quæ exſtant in Talmude, cui ultimam impoſuit manum filius ejus, ut quidam ajunt, tacente tamen nepote ejus *Abr. ben Dior* p. 75. a. qui ait, eum nec dum perfectum eſſe. Confer de noſtro præter *Abr. ben Dior* in libro Cabbalæ p. 74. b. & 75. a. ed. Baſil. *Iuchaſin* p. 162. b. & *Schalſcheleth* p. 41. b. Ceterum æqualis hujus *Iſaaci* fuerunt quatuor alii cognomines, iique & natalibus & doctrina celebres, nempe *Iſaac ben Geuth*, *Iſaac ben Moſche*, *Iſaac ben Reuben* & *Iſaac Alpheſi*, de quibus ſingulis ſuo loco dicemus.

1178 ר׳ יצחק בנבנסתא R. ISAAC BENBENASTE ſ. BENVENISTA, quem *Scheveth Iehuda* p. 413. edit. Lat. tradit fuiſſe Principem Judæorum usque ad annum 5172. C. 1412. Hic non videtur diverſus ab eo, quem Rex Alphonſus anno regni ſui tertio ad ſe vocari curaſſe, cumque eo collocutus dicitur ibidem p. 422.

ר׳ יצחק ברקי R. ISAAC BARKI vide infra מיכאל הכהן.

1179 ר׳ יצחק גבאי R. ISAAC GABBAI floruit initio Sæc. XVII. & ſcr.

כַּף נַחַת *vola quietis*, ex *Eccleſ.* IV. 6. i. e. explicatio difficiliorum vocum & obſcuriorum locorum Miſchnæ ex ſcriptis Raſchii & Maimonidæ, quæ cum ipſis Miſchnajoth prodiit ſæpius, *Venet.* 369. C. 1609. 8. ap. *Io. de Gara* & ibidem 385. C. 1625. apud *Bragadinos CPoli* 404. C. 1644. 4. & *Amſtelod.* 421. C. 1661. 8. ad quam editionem acceſſit delineatio ordinis, quem Judæi in Terra Sancta quotidie obſervant in ſtudio Scripturæ ac Miſchnæ, una cum Indice capitum, quæ in Miſchna occurrunt.

Hæc familia eruditos Viros plures protulit, inter quos eminet R. *Samuel ben Mardochai Gabbai*, Medicus Doctor, cujus filius ὁμώνυμος itidem Medic. Doctor tandem cum uxore & tota familia ſua CHRISTO nomen dedit A. C. 1683. 14. Febr. qua de re fuſe exponit Bartoloc. Tom. III. p. 893. ſq.

1180 ר׳ יצחק בן גיאת R. ISAAC fil. GEATH ſive GEUTH (x) fil. *Iudæ*, per literarum compendium, הרי״ץ dictus, in Hiſpania

(x) In ש״י enim vocatur בן גיאות qualis ſcriptio etiam obſervatur in *Schalſcheleth*

nia floruit, obiitque tandem anno 4849. (y) C. 1089. Multos habuit diſcipulos, Græcæque linguæ ac poeſeos peritiſſimus fuit, ceu teſtatur הרא״בד in libro Cabbalæ p.75. a.b. & *Imman. Aboab* in Nomologia p. 289. qui eum ibidem facit *Alphesii æqualem*. Eſt ille inter auctores *Toſephoth* Talmudic. ac præterea precationes nonnullas in Machſor obvias ſcripſit.

Hujus carmen Chaldaicum in feſtum *Purim* exſtat in תפארת ישראל p. 198. quod *Schabtai* in ש״י appellat שִׁירָה נְעִימָה *canticum jucundum*, idque cum comment. R. *Aba Mori* in Bibliotheca Oxonienſi exſtare ſcribit, quod confirmatur Catal. Bodlej. p. 366. b. Allegatur noſter in *Michlal Iophi* tum alias, tum ad Jeſ. V. 2. & ab *Abarbanele* ad *Zachar*. XI. f. 293. Confer quæ ſupra diximus ſub *Abarbanele*.

ר׳ יצחק גרשון R. ISAAC GERSON claruit Sæculo 1181

XVI. exeunte, & varios aliorum, ac ſpeciatim Alſchechi, libros excudi curavit Venetiis, eosdemque præfationibus inſtruxit, & labore operam errores emendandi perfunctus eſt. Huic Bartoloccius tanquam auctori perperam tribuit librum מבקש יהוה & תורת עשרה: prior enim eſt *Sam. ben Iacob* חאגיז, poſterior R. *Moſis Alſcheeb*, uterque vero cum præfatione noſtri hujus lucem vidit, quæ cauſa eſt, cur Bartoloc. ipſum pro Scriptore habuerit. Eadem ratio eſt, cur in Catalogo Hinckelmanniano noſtro tribuatur עֲבוֹדַת הַקֹּדֶשׁ qui eſt R. *Salomonis ben Adderetb*, editus *Venet*. 362. C. 1602.

ר׳ יצחק בן דוד R. ISAAC fil. DAVID ſcr. com- 1182

ment. in viſiones *Ieſaiæ*, *Ezechielis* & *Zachariæ* MS. in B. Vatic. 4.

ר׳ יצחק בר דוד אבוהב R. ISAAC fil. *David* 1183

ABUHAB vel ABOAB quem carmen in laudem libri פְּנֵי רַבָּה ſcripſiſſe teſtatur Bartolocc. liber ille editus eſt Amſtelod. 388. C. 1628. 4. Forte hic eſt ille R. *Iſaacus f. Abuhab* poſterior de quo ſupra diximus.

ר׳ יצחק מדורא R. ISAACUS *Durenſis*, fil. *Ruben*, qui 1184

 cla-

editionis *Amſtelod*. p. 40. b. ſed altera illa in ed. *Veneta* & in libro Cabbalæ invenitur.

(y) Ita *Bartoloc*. provocans ad librum Cabbalæ, ubi etiam dicitur usque ad annum 4849. in Rabbinatu, quem *Eliſana*, prope Cordubam, exercuerit, perſtitiſſe, deinde vero ex oborto morbo obiiſſe. Unde neſcio, cur Schalſcheleth obitum ejus referat in annum 4870.

Digitized by Google

claruit A. M. 5094. C. 1334. teſte *Ganzio* ad hunc annum. Confer *Schalſchele th* p. 61. Scripſit

1) הלכות נדה *de muliere menſtruata* MS. in B. Vatic.

2) שערי דורא *porta Dura ſ. habitationis* qui alias dicitur שערים i. e. *porta* & איסר והיתר *de licitis & illicitis*, ubi de cibis vetitis vaſisque, quorum hic uſus eſt, differit. Prodiit liber cum animadverſionibus R. *Jiſrael Iſarlan*, *Venet.* 308. C. 1548. iterumque ib. 324 quam edit. habet Oppenheimerus, apud quem vidi etiam *Cracov.* 294. C. 1534. & *Baſil.* 340. C. 1580. apud *Waldkirchium*, *CPoli* 314. C. 1554. 4. iterumque cum amplo commentario R. *Salom. Luria* ſub titulo עטרת שלמה *Lublini* 359. fol. C. 1599. & rurſus cum R. *Nathanis bar Schimſchon Spira* libro מבוא השערים *introitus portarum*, qui itidem diffuſus eſt comm. variis ſententiis & deciſionibus, ex inſtitutis variarum terrarum, refertus ibidem fol. Hinc, puto, factum eſt, ut *Plantavitius* n. 54. R. *Nathani* totum hunc librum, quem *Cracoviæ* editum ait, vindicaret ex fide Catalogi Pragenſis: addit etiam neſcire ſe, utrum hic *Nathan* ab auctore *Aruch* homonymo diſtinguendus ſit, quod omnino fieri debet. In Bibl. Oppenheimeri MS. in fol. exſtat דינא דמוליתא *judicium farturæ ſive implementi* i. e. comm. in lib. *Torath chattat* & *Schaare Dura*.

1185 ר׳ יצחק וואלף R. ISAAC WOLF f. R. *Meir* ſcripſit comment. in

פרקי שירה *capitula Cantici*, ſub tit. שיח יצחק. Vide omnino, quæ dicentur infra ſub פרקי שירה, unde intelligetur, *Iſaacum* noſtrum non eſſe ipſius libri auctorem, quod Bartoloccius tradit.

1186 ר׳ יצחק וינא R. ISAAC VIVA, claruit Sæc. XVII. medio, & ſcr.

Vindicem ſanguinis, h. e. Vindicias ſecundum veritatem, quibus Judæi ab infanticidiis & victima humana vindicantur contra *Jacobum Geuſium*, qui criminis hujus Judæos convincendos ſumſerat in tract. *de Victima humana*, *Amſtelod.* primum editas, hinc *Norimb.* 1681. 4. cum Theriaca Judaica Jo. Wulferi recuſas.

1187 ר׳ יצחק מוויאן בן משה R. ISAAC *Vindobonen-*

Digitized by Google

nenſis, fil. *Moſis*, Rabbinus inter ſuos celebris, qui magna auctoritate valuit Sæculo XIII. medio. Dici is per compendium plerumque ſolet ר״או i. e. R. *Iſaacus Or Zarua*, a libro, quem ſcripſit ſub titulo

אוֹר זָרֻעַ *lux plantata*, ex Pſ. CXVII. 11. i. e. commentarius magnus in Gemaram inſtar illius, quem confecit R. *Aſcher*. MS. illum in Vatic. eſſe teſtatur ש״י, neſcio, quo auctore: nam in Bartoloccio hoc fruſtra quæras. Ego illum MS. vidi in B. Oppenheimeri fol. in binis Codd. quorum alter membranaceus, alter chartaceus eſt. Fuit is diſcipulus R. *Judæ Pariſienſis*, R. *Simeonis Cotſenſis*, & R. *Ephraim fil. Nathan*, aliorumque, quorum nomina ex מרדכי memorat *Schalſcheleth* p. 56. b.

ר׳ יצחק בן זולאיבי R. ISAAC fil. SULAIME, Me- 1188

dicus, cui ſcriptum Medicum A. C. 1247. exaratum in Indice librorum Scorialenſium MS. in B. Vatic. tribuitur.

ר׳ יצחק הזקן בן שמואל R. ISAAC *Senior* 1189

fil. R. *Samuelis*, qui etiam dici ſolet קָלוֹנִימוֹס *Kolonymos*, quo nomine venit in מרדכי Cod. *Schabbath* cap. 10. Fuit is filius ſororis *Rabbenu Tam* & præceptor R. *Judæ Pariſienſis*, unus ex auctoribus *Toſephoth*. Obiit anno 4935. C. 1175. Vide *Juchaſin* p. 131. & *Schalſcheleth* p. 54.

ר׳ יצחק בעל החוטם R. ISAAC BAAL HACHOTEM, a magnitudine naſi ita appellatus, qui alias dictus eſt R. *Iſaac Berabbi Ioſeph de Korbil*, quod nomen vide

ר׳ יצחק בן חונים R. ISAAC fil. CHONAIM vel 1190

potius חונין, celebris illius inter Judæos variorum librorum Interpretis, de quo ſupra diximus. Vixit noſter Sæculo XIII. inclinante, & adjuncto ſibi R. *Moſe f. Samuelis, f. Iehudæ ben Tibbon*, quindecim libros Elementorum *Euclidis* ex lingua Arabica hebraice convertit, quæ verſio MS. exſtat inter Codd. Warnerianos in B. Leidenſi, cujus Catalogum vide p. 287. n. 51.

Eundem *Ariſtotelis* ſcripta convertiſſe teſtis eſt Maimonides in epiſt. ad R. Jehudam Aben Tibbon, in qua eum a perſpicuitate commendat.

Alexandri Aphrodiſæi librum *de Anima* ab *Iſaaco ben Chanin* Arabice red-

Digitized by Google

redditum, a *Moſe* autem quodam Ebraice converſum ſe MS. habere teſtatur Illuſtris *Huetius* de Claris Interpretibus p. 208. Unde intelligitur, noſtrum Arabice quoque aliorum ſcripta interpretatum eſſe, niſi Arabice id ſemper feciſſe ſtatuere velis, præcipue cum Maimonides l. c. non dicat, qua lingua Interpretem egerit.

Miror, *Bartoloccium* R. *Iſaac* fil. חונים Euclidis Interpretem a R. Iſ. חנין Interprete Ariſtotelis diſtinxiſſe, cum ejusdem ſit Scriptoris nomen, quod diverſa ratione effertur, prout in Nominibus propriis, peregrinis potiſſimum, fieri conſuevit.

1191 ר׳ יצחק חיות בן אברהם R. ISAAC CHAIJUT fil. *Abraham*, Præſes Scholæ & curiæ Pragenſis, anno 344. C. 1584. ſcr.

1) פַּחַד יִצְחָק *pavor Iſaaci* ex *Gen.* XXXI. 42. ubi explicantur *Aggadoth* ſeu narrationes Talmudicæ de excidio Templi in cap. V. Codicis *Gittin* obviæ, ut & aliæ quædam, ſicut & dubia varia & caſus ſolvuntur, centum ſectionibus. *Lublini* 333. C. 1573. 4. & *Amſtelod.* 445. C. 1685. 4.

2) פְּנֵי יִצְחָק *facies Iſaaci*, ex *Gen.* XXVII. 30. carmina rhythmica, quibus exhibentur ritus omnes & inſtituta, quæ exſtant in *Iore Dea* una cum comm. quo carmina illuſtrantur, & variis novis obſervationibus, per capita centum. Vocatur liber alias אפי דרברבי item אפי זוטא. *Cracov.* 351. C. 1581. 4.

3) קִרְיַת אַרְבַּע ex Gen. XXIII. 2. quem librum vaſtum eſſe, & in ceteris noſtri ſcriptis frequenter allegari teſtis eſt *Schabbatai*, qui de argumento tacet.

4) שִׂיחַ יִצְחָק *meditatio Iſaaci*, ex Gen. XXIV. 63. carmen in veſperam Paſchatos. Prag. 347. C. 1587. 4. pp. 19. Plantavitius eum mendoſe vocat R. *Iſaacum* חיית.

Primus noſtri liber laudatur in *Zemach David* ad an. 3844. libro II. ed. Vorſtianæ p. 180. diciturque amœna dicta complecti.

ר׳ יצחק בן חיים ישורון ISAAC f. CHAIIM *Ieſchurun*: v. infra *Iſaac Ieſchurun*.

ר׳ יצחק בן חנין vide paulo ante R. *Iſaac* ben חונים.

1192 ר׳ יצחק בן ר׳ חנניה R. ISAAC fil. R. CHANANIA *Arubas*, ſcripſit אֱמֶת

Digitized by Google

אֱמֶת וֶאֱמוּנָה *veritas & fides*, quo libro in compendio exhibentur 613. præcepta ſecundum ſententiam Maimonidæ, ut & tredecim articuli fidei, nec non de fimbriis, phylacteriis &c. ex libro מהרריק i. e. R. *Ioſ. Karo* & *Schulchan Aruch* ſermone Italico. *Venet.* 414. C. 1654. 12. quæ tamen verſio inepta eſt judice Bartoloccio.

1193 ר׳ יצחק מטיוולי R. ISAAC *Tiburtinus*, ſcripſit פְּסָקִים ſive *deciſiones* in Codices *Peſach*, *Ioma*, *Succa*, *Iom Tov*, *Roſch haſchana* & *Megilla*, quæ poſtea a *Iuda Romano* explanatæ & a R. *Benjamine de Nurſia* notis munitæ ſunt. MS. in Bibl. Urbinat. 4.

1194 ר׳ יצחק טירנה R. ISAAC TIRNA, (a) claruit an. 220. C. 1460. teſte *Zemach David*, ſcr.

סֵפֶר הַמִּנְהָגִים *librum rituum.* vide ſupra R. אייזק טירנא

Eum R. *Iſraelis* Germani æqualem fuiſſe, adeoque An. 5220. C. 1460. vixiſſe teſtatur *Iuchaſin* p. 164. b. & *Ganzius* in *Zemach David* ad eundem annum. In ed. noviſſima τῦ *Zemach* Francofurt. hic *Iſaac Tirna* eſt omiſſus p. 42. cum tamen in ed. antiquiore exſtet.

1195 ר׳ יצחק בן יהודה R. ISAAC f. *Iuda*, ſcripſit *Reſponſa Iuridica* Venet. 4. teſte *Bartoloccio*.

1196 ר׳ יצחק בן יהודה R. ISAAC f. *Iuda Barcinonenſis*, qui olim Grammaticum opus R. *Iona ben Ganach* hebraice convertit, quæ verſio ætatem non tulit. Vide ſupra *Iona ben Ganach*.

1197 ר׳ יצחק בר יהודה הלוי R. ISAAC f. *Iuda*, *Levita*, ſcr.

פַּעְנֵחַ רָזָא *revelatio ſecretorum*, comm. Cabbaliſticus, in quo ſæpe adhibetur modus interpretandi per *Notarikon*. *Praga* 397. C. 1607. 4. pp. 88. ap. *Iac. Stabnitz* & *Amſtelod.* 458. 8 quæ poſterior editio per R, *Iehuda Lev ben Ioel* סגל curata acceſſiones exhibet varias, parentheſi incluſas: excuſus ceteroquin eſt literis quadratis. Bartoloccius Tomo IV.

(a) Vocatur ille in *Juchaſin* p. 164. b. R. Iſaac טירוט mendoſe, ſicut ibidem paulo poſt bis recte vocatur טירנה, diciturque fuiſſe diſcipulus R. *Abrah*, *Clausner*.

Digitized by Google

IV. ut ἀνώνυμον & MS. in Bibl. Vatic. recenſet, aitque in eo duo vel tria obſcuriora ex qualibet ſectione Pentateuchi loca explicari.

1198 ר׳ יצחק יהודי R. ISAAC *Iudæus*, Magiſter Synagogæ Judæorum, qui collegit *notabilia quædam de paſſione CHRISTI extracta de Biblia Hebræorum, quæ non ſunt in noſtra*, ut titulus habet, teſte Bartoloccio, *Bonon*. 1563. apud Alex. Benaccium, qui liber exſtat in Vatic. n. 4357. Plenus dicitur eſſe fabulis & ſeveriore cenſura dignis: eum bis memorat Bart. nempe Tom. III. p. 901. & 917.

1199 ר׳ יצחק יהודי R. ISAAC *Iudæus* ſcripſit explicationem Nominis Sancti, teſte Cardinali *Bona* in Indice Auctorum Pſalmodiæ divinæ ſubjuncto p. 592.

1200 ר׳ יצחק בן ר׳ יהושע R. ISAAC fil. R. JOSUÆ, pater domus judicii Synagogæ Pragenſis, quem Bartoloc. vocat R. Iſaac ben R. יושיע f. *Abraham* ſcr.

עולת יצחק *holocauſtum Iſaaci*, obſervationes novæ in ritus & inſtituta per centum ſectiones ſecundum ordinem *Arba Turim* diſpoſitæ, ut ſuis ſingula locis inveniri poſſint. *Prag*. 366. Bartoloc. habet 368. C. 1606. 4. recuſ. *Francof. ad Viadrum* 442. C. 1682. 4. Plantavitius n. 500. & ejus exemplo Bartoloccius auctorem vocat R. *Iſaacum* כבוד (b) librumque hunc legalem eſſe & 95. tractatibus deciſiones legis judicialis & cerimonialis complecti ait, quæ quomodo emendanda ſint, ex dictis apparet.

1201 ר׳ יצחק בן ר׳ יהושע R. ISAAC fil. R. JOSUÆ, Præſes Curiæ Amſtelod. approbavit comm. R. *Moſis* f. *Salom.* in עשרה מאמרות *Amſtel*. 409. C. 1649. ed.

1202 ר׳ יצחק בן ר׳ יום טוב R. ISAAC f. R. JOM TOV *Sacerdos*, quem Bartoloccius ait Paraſchas Pentateuchi expli-

(b) Hinc factum eſt, ut *Bartol*. eundem librum bis recenſeret, primum Tomo III. p. 904. ſub *Iſaac b. Joſchia*, deinde ibidem p. 910. ſub *Iſaaco* כבוד. Cognomen illud כבוד natum eſt ex titulo honoris, quem Judæi nominibus Doctorum ſuorum addere ſolent, quando ſcribunt כמ״ר i. e. כבוד מורנו ורבנו.

plicaſſe commentario ſingulari ſub tit חִזְקֻנִי qui & MS. exſtat in Vatic. & editus quoque ſit. Non dubium eſt, eundem hunc eſſe comment. cetera ſatis notum, quem ſupra ipſe tribuerat R. *Chiskia* f. *Manoach*. *Iſaaci* vero hujus nomen forte vel correctoris eſt, vel alius, qui operam aliquam ad libri editionem contulit.

ר' יצחק בן ר' יוסף R. ISAAC f. R. JOSEPH *Corbe-* 1203

lenſis (מקורביל) ex opido Galliæ ad Sequanam ſito, a magno naſo בַּעַל חוטם vocatus, qui obiit an. 5000. C. 1240. ſecundum *Schalſcheleth* p. 58. b. lin. 1. qui provocat ad finem libri ipſius, ubi hoc tradatur, non neſcius ceteroquin, auctorem *Juchaſin* p. 133. mortem ejus referre in annum 5033. C. 1270. Scripſit ille

עַמּוּדֵי גוֹלָה *columnas captivitatis*, qui liber communiter vocatur ס' מִצְוֹת קָטָן *liber præceptorum parvus* & per compendium literarum סמ"ק eo quod ex ספר מצות גדול excerptus eſt. Prioris tituli ratio hæc eſt, quod opus ipſum ſecundum ſeptem hebdomadis dies diſpoſitum & ſeptem columnis mundi, quas ſtatuit auctor, ſuperſtructum eſt, atque hoc modo ritus omnes hodie receptos ſiſtit. Prodiit *Cremonæ* 317. C. 1557. 4. iterumque cum animadverſionibus R. *Perez fil. Eliæ* Concordantiisque Biblicis & Talmudicis *Cracov.* 356. C. 1596. *CPolitanam* quoque editionem Bartoloccius, ſed ſolus, memorat. MS. hujus libri Codicem allegat *Wagenſeilius* in notis ad Tela ignea Satanæ p. 580. Exſtat etiam MS. in B. conjunctiſſimi Collegæ mei Georg. Eliezeris Edzardi in 8.

Animadverſiones R. Moſis מצורך in hunc librum laudat Schalſcheleth p. 58. b. quæ a Judæis in ſcriptis Juridicis vocari ſolent סמ"ק מצורך.

Ejusdem libri סמ"ק compendium cura R. *Jekuthielis f. Moſe* prod. *Cracov.* 339. C. 1579.

ר' יצחק בן ר' יוסף יעבץ R. ISAAC f. R. *Jo-* 1204

ſeph JABEZ, a Bartoloccio ſcripſiſſe dicitur אות אֱמֶת *ſignum veritatis*, editum Theſſalonicæ, quod ille quidem tradit ex fide Catalogi Biblioth. Leidenſis ubi p. 267. n. 25. hic liber ſub nomine auctoris hujus recenſetur, qui tamen referri debebat ad R. *Meir* באמבנשי quod infra ſuo loco trademus.

Digitized by Google

ר' יצחק בן יוסף ישראלי R. ISAAC f. *Joſeph Iſraelis*, vide infra R. Iſaac ישראלי

ר' יצחק בן ר' יושע בן אברהם : vide ſupra R. *Iſaac f. R. Joſua*.

1205 ר' יצחק R. ISAAC *Medicus*, cujus librum Medicum latine converſum & titulo *Diatæ Univerſalis* inſignitum memorat Bartolocc. ex quo excerpta quædam MSS. habeantur in Bibl. Vatic. Ejusdem *de elementis & urinis* commentationem idem memorat. Non dubium eſt, hunc eſſe *Iſaacum Iſraelitam* Medicum de quo paulo poſt dicemus.

1206 ר' יצחק בן יוסף R. ISAAC fil. IOSEPH, *Sacerdos*, ſcr. מְגַלֵּה סוֹד הַגְּאוּלָּה *revelans myſterium liberationis*, i. e. comm. in lib. Ruth, *Savionetæ* primum 311. C. 1551. hinc *Mantuæ* 16. recuſ. ש׳׳י prorſus non habet.

ר' יצחק בן יעבץ בן שלמה vide R. *Iſaac f. Schelomo' Jabez*.

ר' יצחק בן יעקב R. ISAAC fil. JACOB vide R. *Iſaac bar Baruch*.

1207 ר' יצחק בן ר' יעקב אלפסי R. ISAAC f. R. *Jacob* ALPHESI, per compendium literarum dictus הריף, natus prope *Fez*, Africæ urbem, in pago *Kelaa Chamad*, unde & *Alpheſii* nomen accepit, Lucem vidit an. 4773. C. 1013. & obiit (*) an. 4863. C. 1103. biennio ante Jarchium, anno ætatis 90. Vide *Juchaſin* p. 132. & Ganz in *Zemach David* ad an. 4863. ubi provocat ad calcem libri *Alpheſi* & ſimul epitaphium defuncto poſitum memorat, quod carmine ſcriptum & a *Vorſtio* in latina verſione infeliciſſime expreſſum rectius convertit B. *Carpzovius* in notis ad Jus Regium Hebr. Schickardi p. 88. Senex ætatis 75. ob controverſiam cum *Calpha ben Allaga* patria exul in Hiſpaniam abiit *Cordubam*, ibique Codices Talmudicos interpretatus eſt, quam operam continuavit Alveſinæ. Confer de eo *Imm. Aboab* p. 273. Nomologiæ, a quo vehementer laudatur. Scripſit ille opus diffuſum in Corpus Talmudicum, quod illius compendium merito dixeris: Illud ab auctoris no-

(*) Et quidem *Lucenæ*, quæ Corduba 10. milliaribus diſtat, die Sabbati II. menſis *Ijar*; v. *Aboab* Nomolog. p. 274.

Digitized by Google

nomine communiter appellatur אַלְפַסִי quod ipſum deinde aliorum ſpeciatimquē *Raſchii* commentariis illuſtratum eſt, & ſæpius lucem vidit.

Diſtinctum eſt in partes tres: I. Ordinem I. & II. Talmudis comprehendit una cum tractatibus quibusdam brevibus הִלְכוֹת טוּמְאוֹת *de variis pollutionibus* הִלְכוֹת סֵפֶר תּוֹרָה *de libro Legis* הִלְכוֹת מְזוּזָה de ſcheda quæ poſtibus januarum includitur, הִלְכוֹת תְּפִלִּין *de phylacteriis* & הִלְכוֹת צִיצִית *de peniculamentis.*

Pars II. Ordinem tertium i. e. סדר נשים ſiſtit', una cum tractatu חולין ex Ordine Quinto.

Pars III. Ordinem Quartum repræſentat, & libros quosdam partis Quintæ: Ex quo apparet Ordinem Talmudis Sextúm, ſi tractatum נִדָּה exceperis, prorſus eſſe omiſſum, eo quod a Judæis extra Terram Sanctam commorantibus non adeo obſervatur. In fine accedunt viginti capita de præſtandis juramentis, & officiis Judicis in juramentis exigendis auctore R. *Iſaaco ben Ruben.* Prodiit ſine commentariis *Cracov.* 357. C. 1597. 3. voll. 8. & *Baſil.* 1602.

Cum commentario *Raſchii, Nimuke* ſive ſtricturis *Ioſephi* & Indice ex Arba Turim. *Lublini* 379. C. 1619. *Amſtelod.* 403. C. 1643. 4. & *Francof. ad Mœn.* 459. C. 1699.

Cum animadverſionibus R. *Niſſim* f. *Ruben* & R. *Mardochai*, explanationeque tractatuum, quos diximus, minorum, a R. *Ioſepho f. Chabib* ſcripta ſub titulo נִמּוּקֵי יוֹסֵף ac præterea cum collectaneis & novellis obſervationibus ex R. *Aſcher.* CPoli fol. anno in ש"י non notato, quem in B. Oppenheim. vidi eſſe an. 254. C. 1494.

Cum commentariis *Raſchii, Ionæ Gerundenſis,* ſtricturis (נימוקי) *Ioſephi,* R. *Aſcher*, R. *Niſſim*, R. *Ionathan* Sacerdotis, in partes aliquot, & novis obſervationibus רי"אז (i. e. ר' ישעיה אחרון ז"ל) *R. Ieſchaja poſterioris p. m.* ſub tit. שִׁלְטֵי גִבּוֹרִים In calce Ordinis III. ſive נָשִׁים exſtant animadverſiones R. *Serachja Schecholja* Levitæ ſub tit. ס' הַמָּאוֹרוֹת *liber luminarium*, una cum R. *Nachmanidæ* מִלְחֲמוֹת יְהֹוָה *bella Domini,* ubi quæ *Serachja* in Ordines *Moed* & *Naſchim* contra Alpheſium notaverat, defenduntur. In Ordine IV. ſive *Neſikin* contextui ipſi tum *Serachjæ* ſtricturæ tum Nachmanidæ annotationes additæ leguntur. Totum opus, duobus conſtat voluminibus in fol. *Venet.* 312. C. 1552. fol.

Digitized by Google

Cum iisdem, quos diximus, commentariis ita ut *Zerachjæ* & *Nachmanidæ* annotationes ſingulis contextus paginis per totum opus additæ ſint, quibus præterea accedunt additiones quædam ex ICtis aliis excerptæ a R. *Ioſchia Boas* מברוך voluminibus tribus in fol. *Sabionet.* (c) 314. C. 1554. fol. 3. voll.

Cum comm. *Raſchii*, Rabbenu *Niſſim* & R. *Aſcher*, Rabbenu *Iona*, *Ioſephi* ſtricturis *Toſaphta* & *Mordechai* Venet. ap. *Dan. Bomberg* 282. C. 1522. 3. voll. quam edit. fuſe recenſet *Bart.*

Cum comment. *Raſchii*, R. *Niſſim*, *Ionæ*, ſtricturis *Ioſephi*, collectaneis R. *Aſcher*, ut & *Mardochæi*, *Rivæ Tridenti* 318. C. 1558. fol. 3. tom. apud *Anton.* ברואין correctum a *Ioſepho Otiling*. Iterum cum iisdem comment. accedentibus inſuper animadverſionibus & dubiis R. *Menachem David f. Iſaaci* טיקטין *CPoli* 357. C. 1597. fol.

R. *Aſarias* in Meor Enajim. lib. III. c. 19. pag. 86. b. lin. 21. monet, *Abtalionem*, incolam Mutinenſem, ſibi protuliſſe Codicem MS. *Alpheſii*, ex quo appareat, in edito multa Halachæ שלוש addita eſſe, quæ ab auctore ipſo non ſint profecta. De opere ipſo hoc eſt Maimonidæ in præf. ad Seder *Seraim* d. b. ed. Surenhuſianæ judicium, *Halacoth autem quas compilavit Doctor inſignis Rabbenu Iſaac p. m. præſtiterunt, ne iſtis omnibus* (Halachoth) *opus habeamus, cum omnia in deciſionibus & decretis utilia, quibusque noſtris temporibus, ſcilicet tempore exſilii, opus eſt, contineant, cumque in iis omnes, qui illis, qui ante ipſum fuere, acciderant, in deciſionibus ſuis errores patefecerit, neque ipſe interim in illis, paucis exceptis ſententiis, quæ numerum denarium non attingunt, ullatenus arguatur &c.*

1208 ר׳ יצחק ישוש R. ISAAC, cognomine JASUS Hiſpanus, compoſuit סֵפֶר הַצֵּרוּפִים librum de formis verborum & nominum. Vide ſupra Catalogum Grammaticorum Hebr. ſub voce דקדוק n. 15.

1209 ר׳ יצחק בן יעקב יוזבל R. ISAAC f. *Iacob* JUSBAL miniſter ſ. æditus Synagogæ ſcr.

הַדְרַת קֹדֶשׁ *decor ſanctitatis* ex Pſ. XXIX. 2. i. e. comm. in Machſor Germanorum & Polonorum literalis allegoricus & myſticus. *Venet.* 314. C. 1554. fol.

יצחק

(c) Hæc editio rariſſima eſt, & per manus Virorum doctorum correcta ac MSS. notis in margine illuſtrata exſtitit in Biblioth. B. *Gabr. Groddeckii*, quod patet ex Catalogo illius Bibl. p. 144.

יצחק בן יעקב R. ISAAC fil. JACOB Sacerd. in lucem protulit R. Aaronis Levitæ Barcinonenſis ס' החנוך *Venet.* 361. C. 1601. 4. 1210

ר' יצחק ישורון R. ISAAC JESCHURUN f. *Chajim* Hiſpanus ſcr. lingua Luſitan. librum de providentia divina an. 5423. C. 1663. 4. (d) Idem hic eſt cum R. *Iſaaco fil. Abraham Chajim*, de quo ſupra diximus ubi quæ ſcripta ſunt, huc refer. 1211

ר' יצחק בן ר' יעקב דלטיס v. infra R. *Iſaac de Lates.*

ר' יצחק בן יעקב שלומית R. ISAAC f. *Iacob Schelomith*, ſcr. 1212

הַתְחָלַת יִצְחָק *initium Iſaaci*, quo nomina propria Virorum explicat, & modum epiſtolas eleganter ſcribendi commonſtrat, *Amſtelod.* 423. C. 1663. 8. & *Dyrenfurti* 1700. 8.

ר' יצחק ישראלי בן יוסף R. ISAAC ISRAELITA fil. *Ioſephi Toletanus*, teſte Aſaria in *Meor Enajim* lib. 3. c. 23. & c. 40. p. 124. b. & *Zemach David* ad an. 6070. obiit an. 5072. C. 1312. teſte *Schalſcheleth* p. 61. a. & *Iuchaſin* pag. 133. a. Huic debetur liber Aſtronomicus & Chronologicus, quem A. C. 1310. (e) ab eo ſcriptum, ex MS. teſtatur *Groddeckius* in Theatro Anonymorum Placciano p. 697. ſub titulo 1213

1) יְסוֹד עוֹלָם *fundamentum mundi*, ex *Prov.* X. 25. quem in gratiam & honorem R. *Aſcher*, præceptoris ſui, de rebus hiſtoricis, Mathematicis, aliiſque doctrinæ generibus elaboravit. Nihil illius lucem vidit, ſi excipias ea, quæ in libro *Iuchaſin* & *Schalſcheleth* hinc inde citantur, ſicut & in priore libro integrum caput XVIII. inde in calce exhibetur.

(d) Liber 2. alphabetis & 2. plagulis conſtans & ſine loco notato editus in duas partes diſtinguitur, quarum prior providentiam adſtruit. & ad oppoſita dubia reſpondet capp. 16. poſterior tractatibus 24. conſtans virtutes varias recenſet, cum præmiis, quæ eas conſequuntur, & vitia oppoſita cum pœnis conſequentibus.

(e) Id confirmat *Imman. Aboab* in Nomologia ſua p. 284. ubi ait auctorem librum ſuum dedicaſſe R. Aſcher A. M. 5070. ſicut p. 99. ſcriptum eum eſſe tradit annis 306. ante ſuam ætatem: ſcribebat autem is A. C. 1600. circiter.

Digitized by Google

Præterea vero R. *Aſarias* in *Meor Enajim* ſæpæ citat, lib. 3. c. 23. & c. 40. p. 124. ubi vocatur *Aſtrologus magnus*, alibi vero v. c. p. 129. a. ſimpliciter ישראלי *Iſraelita*. MS. exſtat integrum opus in Bibliothecis variis, nempe Romæ in Vatic. & in Colleg. Neophytorum fol. in *Vindobon*. v. Neſſelium p. 150. in *Bodlejana* n. 6943. inter *Pocockianos* n. 54. & *Huntingtonian*. n. 297. ubi dicitur eſſe Chronologia cum tabulis, in *Pariſ*. Regia n. 98. & *Oratoriana*, teſte *Morino* p. 250. Exerc. B. in Bibl. *Heidelbergenſi*, teſte Hottingero, & *Oppenheimeriana*. Ex Codice Pariſienſi Regio librum hunc fuſius delineavit B. Groddeckius in Theatro Anonym. Placciano p. 697. ſq. unde intelligo, eum multis figuris Mathematicis & tabulis Aſtronomicis diſtinctum in quinque abire tractatus, quorum I. de Aſtrologia & Aſtronomia, quatenus ad Faſtos conficiendos uſui ſunt, II. de figura & Syſtemate mundi, ac annorum dierumque diverſa per Orbem ratione: III. de Solis, Lunæ ſiderumque aliorum curſu, phænomenis & accidentibus, Noviluniis item & aliis huc pertinentibus. IV. de Intercalatione & tempore ex præſcriptis majorum metiendo; V. denique de tabulis Aſtronomicis, per totum opus ſparſis & Calendarii ratione in univerſum exponit. Accedit ſeries Doctorum, qui inde a Moſe doctrinam Judaicam ad auctoris ætatem propagarunt, una cum tabulis, quæ oſtendunt diverſitatem Annorum & Temporis pro diverſis Judæorum Arabum & Chriſtianorum computis: vide plura apud Placcium l. c. ubi Groddeckius præterea ſibi relatum eſſe monet, *Scaligerum* & *Petavium* ex hoc opere multa hauſiſſe. *Morinus* l. c. *librum de computo Judaico operoſiſſimum*, auctorem vero *Virum doctum & eximium Aſtrologum* appellat. Sic *Imman. Aboab* in Nomologia ſua p. 99. librum vocat de argumento Aſtronomico, principiis Mathemat. & computo Hebraico cum abſoluta perfectione exponentem, quo & ipſe uſus eſt. Hunc librum tribuerunt alii R *Iſaaco Iſraelitæ* filio *Salomonis* de quo paulo poſt, cui tamen per ætatem abjudicandus eſt. Hic enim, ceu mox videbimus, vixit A. C. 940. noſter vero A. C. 1310. Rabbenu *Aſcher*, quem primo diſſentientem & literis ſecum diſputantem, deinde vero præceptorem habuerat, æqualis, in cujus etiam gratiam ipſum illum librum exaravit, quod *Juchaſin* & *Schalſcheleth* diſerte teſtantur ll. cc. Hinc itaque auctor *Schalſcheleth* p. 40. a. noſtrum hunc ab illo recte diſtinguit, in eo vero temporis rationibus minime conſulit; quod eum nihilominus nepotem alterius illius fuiſſe ſuſpicatur. Neque enim nepos (i. e. filius filii,) quiſquam eſſe poteſt illius, a quo tribus omnino ſæculis eſt ſejunctus. Aut itaque

Chro

Chronologi Judæorum, adeoque & *Schalſcheleth* in definienda *Iſaaci* fil. *Salomonis* ætate errarunt, aut noſter ab illo longius ſejungetur. Procederet conjectura *Gedaliæ* in *Schalſcheleth*, ſi ex ſententia *Wolfg. Juſti* in *Chronologia Medic.* prior ille ad A. C. 1158. referretur. Sic enim R. *Iſaacus* fil. *Salomonis* avus, *Joſephus fil. Iſaaci* (cui quidam, quod diximus, librum מראות השתן tribuunt,) filius, denique vero noſter hic *Iſaacus filius Joſeph* nepos haberi poſſet.

3) ס' הַמִּלּוּאִים *liber ſupplementorum*, quo ea ſupplevit, quæ in priori libro omiſſa erant, teſte *Zemach David* ad an. 5070.

3) שַׁעַר הַשָּׁמַיִם *porta cœli*, ex *Geneſ.* XXVIII. 16. argumenti neſcio cujus, niſi quod ex loco, quem inde adfert R. *Aſarias* in *Meor Enajim* p. 129. e. fine videatur fuiſſe argumenti Chronologici. In eodem loco *Iſaacus* noſter ipſe librum ſuum יסוד עולם diſerte allegat, ut dubitari non poſſit, eum ſub hoc titulo librum ſcripſiſſe. Hinc & ſub ejus nomine MS. exſtat in B. Bodlej. inter Huntingtonianos n. 363. ubi in Catalogo vocatur *liber Aſtronomicus*. Neque confundendus hic eſt cum libro ejusdem tituli, ſed argumenti Phyſici, qui debetur R. *Iſaaco filio Latepb*, de quo paulo poſt dicemus. Nam & hunc allegat ſub *Iſ. f. Latepb* nomine Aſarias in *Meor Enajim* p. 5. b. & 79. b. Proinde ש"י p. 79. n. 175. non debebat putare, librum *Latephi* in Zemach David tribui noſtro *Iſaaco*: de alio enim, quod ex dictis patet, loquitur *Zemach*.

Bartoloc. ter memorat librum noſtri יסוד עולם, ſemel ſub litera י ſub ipſo hoc titulo, ſine auctoris nomine, tum inter Anonymos Tom. IV. 332. denique ſub nomine R. *Iſaac* fil. *Joſeph* fil. *Iſrael*, ubi cavendum eſt, ne 1) שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה ſive de ſucceſſione Doctorum gentis Judaicæ, 2) יְסוֹד הָעִבּוּר *de ratione intercalandi*, & 3) לוּחוֹת מֵהַתְּכוּנָה *tabulas Aſtronomicas* pro libris diverſis, quos recenſet, ſed potius pro diverſis ejusdem operis tractatibus habeamus.

ר' יצחק ישראלי בן שלמה R. ISAAC 1214

ISRAELITA fil. SALOMONIS, Medicus, & in omni doctrinæ genere verſatiſſimus, cœlebs vixit centum annos & amplius, obiitque 4700. C. 940. (f) teſte Scriptore *Schalſcheleth* p. 40. a. Scripſit ille Arabice commentationes Medicas varias, v. c.

מבחינ

(f) Mercklinus p. 714. de Scriptis Medicis obſervat Iſaacum noſtrum ſecundum *Moreau* de

215.) ſtatuit *Adrianus Spigelius*, ceu refert *Henr. Ernſtius* Obſſ. Variarum lib. II. c. 36. Sed vide ſodes, Theatrum Pſeudonymorum Placcianum p. 334. n. 1284. Lege plura de noſtro apud *Lambec.* Tomo VI. Comm. de Bibl. Vindob. p. 118. (k) *Mercklinum* in *Lindenio Renovato* p. 714. ubi vocatur *Salomonis* Arabiæ Regis filiùs adoptivus, ut proinde non dubium ſit, hunc eſſe, quem *Io. Serapio* teſte *Gesnero* in Biblioth. citat ſub nomine *Iſaaci ben Sulaimen.*

Eidem alii acceptum ferunt יסוד עולם, quem paulo ante R. *Iſaaco Iſraelitæ fil. Ioſephi* vindicavimus.

3) על יסודות *de Elementis*, qui liber in tres partes diſtinctus & Latine converſus MS. exſtat in Bibl. Vatic. fol. Hic ſub titulo: *Fundamenta Iſaaci fil. Salomonis Iſraelitæ* ex Arab. ab *Abrah. fil. Sam. Levitæ f. Chaidai* hebr. converſus MS. exſtat in B. Leid. cujus vide Catalogum pag. 283. n. 7.

4) פירוש על מס׳ מכות *Comm. in Tract. Talmud. Maccoth*, quem noſtro adſcribit *Schalſcheleth* p. 40.

5) *Galeni* commentat. ſuper Hippocratem noſtrum vertiſſe, cujus fragmenta quædam MSS. exſtent in B. Vatic. 4. auctor eſt *Bartol.* qui ibidem inveniri ait ejusdem

6) על משפט הכוכבים *de judiciis ſtellarum.*

Ex uno hoc Scriptore *Bartoloc.* quatuor effinxit, 1) R. *Iſaacum Iſraelitam*, cui ſcripta hic recenſita tantum non omnia tribuit; 2) *Iſaacum fil. Salom.* cui librum *de Elementis.* 3) *Iſaacum fil. Salom.* cui tr. de Medicina & urinis, item Galeni verſ. ſuper Hippocr. 4) *Iſaacum f. Salomonis*, Regis Arabis, filium adoptivum, cui tract. de diætis univerſalibus adſcribit. Unum eundemque omnium eſſe Scriptorem ex dictis intelligitur, diſtinguendi vero eos occaſionem Bartoloccio fecit diverſa nominis ſcriptio, Iudæis perfamiliaris.

Noſter eſt *Iſaacus* ille *Iſraelita*, cujus ſcripta tanquam futilia & nullius uſus legi vetat *Maimonides* in epiſt. ad R. *Schemuel Tibbonidem*: confer *Schalſcheleth* p. 40. a.

ר׳ יצחק בן ישראל R. ISAAC fil. ISRAEL au- 1215.

ctor

(k) *Lambecius* l. c. recenſet MS. Græcum, quod inter cætera ſcripta Medica exhibet πόιημα aliquod i. e. *compoſitionem Iſaaci*, quem ille in margine de *Iſaaco* noſtro interpretatur.

ctor eſt *Confeſſionis peccatorum*, quam Judæi Hiſpani veſpera Diei Expiationis recitant: exſtat illa Parte III. *Machſor* Hiſpanici p. 221. ed. *Venet.* 1656. 8. & p. 330. ed. Venet. 360. C. 1600. Alia ejusdem formula peccata confitendi legitur in eodem Machſor p. 245. & alterius edit. p. 373.

ר׳ יצחק בן יששכר בארל R. ISAAC f. JISSACHAR BAREL; vide infra מאזני צדק inter Anonymos.

ר׳ יצחק כבוד R. ISAAC CABOD, nomen fictum: vide ſupra R. *Iſaac f. Joſua.*

1216 ר׳ יצחק כהן ISAACUS COHEN, *Sacerdos*, Euclidem Arabice vertit, qui MS. exſtat in Biblioth. Laurent. Scorialenſi, teſte Hottingero in Bibl. Orient.

1217 ר׳ יצחק כהן מאוסטרה R. ISAAC *Cohen* (*Sacerdos*) ex Synagoga *Oſtrenſi*

מַתְּנַת עָנִי *domum pauperis* vel קִצּוּר מִזְרָחִי i. e. compendium libri *Eliæ Miſrachi*, quo illuſtratur *Raſchii* comment. in legem, & ſimul in epitomen rediguntur omnes aliorum expoſitiones in eundem Raſchium. In Geneſin prod. *Prag.* 364. C. 1604. in reliquos libros ibidem 369. C. 1609. fol. De hoc ſcripto *Iechiel fil. Meſchullam* in præf. ad *Salom. Loria* יריעות שלמה ita ſtatuit, quod ubi breve eſſe poterat, fuſius ubi longius eſſe debebat, brevius ſit conceptum.

1218 ר׳ יצחק כהן בן ר׳ משה R. ISAAC COHEN (*Sacerdos*) f. R. MOSIS הפרחי ſcripſit

כַּפְתּוֹר וָפֶרַח *malogranatum & flos*, ex *Exod.* XXV. 33. quo agitur de ritibus omnibus in oblatione, decimis, placenta decerpenda, ſuminum, ſerendique ratione, apud Judæos in terra Sancta recepta, reliquisque inter Judæos Terræ S. & ceteros circa ritus diſſenſionibus, de ſtructura item tabernaculi & *Ieruſalem*, omnibusque urbibus Terræ Sanctæ, menſurarum item & ponderum ratione, ſexaginta capitibus, *Venet.* apud *Meir Franz* in 4.

1219 ר׳ יצחק בן לב R. ISAAC fil. LEV ab *Aſaria* p. 142. a. *Me-*

Digitized by Google

a. *Meor Enajim* laudatur eo nomine, quod in conſtituendo anno & tempore adventus Meſſiæ elaborarit.

ר יצחק בן לאטף R. ISAAC fil. LATEPH, *Hiſpanus*, Philoſophus idem, Aſtronomus & Geographus, vixit Sæculo (l) XIII. medio & ſcripſit 1220

1) גנזי המלך *theſauri Regis Eſther* III. 9. i. e. diſputationes Philoſophicæ quæ MS. memorantur in ש"י.

2) פירוש על קהלת comm. in Eccleſiaſten.

3) צורת העולם *de figura mundi*, liber Aſtronomicus & Geographicus.

4) צרור המור *faſciculus myrrhæ*, ex *Cantic.* I. 13.

5) רב פעלים *magnus factis*, ex *Chronic.* XI. 22. ubi varia Philoſophica, teſte ש"י.

6) שער השמים *porta cœli*, ex *Geneſ.* XXVIII. 16. liber in tres ſectiones diviſus, in quarum I. de Dei & rerum ſpiritualium exiſtentia agitur, in II. commata quædam cap. I. Geneſeos explicantur & de prophetia diſſeritur, in III. de cœlo, mundo & Microcoſmo Urim & Thummim diſputatur, ceu ex Codice MS. B. Vatic. fol. n. 371. ubi liber ab auctore A. C. 1244 compoſitus dicitur, refert *Bartoloccius*. Schabbatai in ש"י teſtatur, opus eſſe vaſtum continens diſputationes adverſus Ariſtotelem & ceteros Philoſophos, ad modum libri *More Nevochim*, præterea vero rationes præceptorum reddi. Conferri jubet qvv. & reſpp. ריב"ש i. e. R. *Iſaac bar Schebeſchath* p. 157. *Zemach David* hujus tituli librum tribuit *Iſaaco Iſraelitæ* ad an. 5070. *Plantavitius* n. 701. vitio typographi auctorem vocat *Lapheth*, librumque ait eſſe Philoſophicum, de rebus ſublunaribus & meteoris agentem. Cum laude tractatus hujus libri primus allegatur a R. *Aſaria* in Meor Enajim p. 5. b. ubi locus longus affertur. Adde p. 79. b. item p. 82. b. Forte idem hic liber eſt, qui ſub hoc titulo tanquam Philoſophicus, ſine auctoris nomine commemorato, recenſetur MS. in Catalogo MSS. B. Bodlej. n. 5443. quanquam non ignoro, alium ejusdem & tituli & argumenti exſtare a R. *Gerſon fil. Salomonis* exaratum, & *Venetiis* 307. editum.

(l) Confirmatur hoc ex MS. Codice Vatic. libri ejus שער השמים, ceu mox monebitur.

7) תְשׁוּבוֹת responſiones ejus ad quæſtiones varias MSS. in B. Vatic. fol. memorat Bartoloccius.

1221 ר׳ יצחק דלאטיש R. ISAAC de LATES f. R. JACOB *Provincialis*, Sæc. XIV.

שַׁעֲרֵי צִיּוֹן *portæ Sionis* ex Pſ. LXXXVII. 2. quem commentarium in præcepta legis eſſe, audiviſſe ſe teſtatur ש״י. Bartoloccius in eo ait enumerari præcepta in Paraſchis Moſaicis exſtantia, interdum vero etiam ad argumenta hiſtorica & Chronologica fieri excurſiones, & in limine libri Seriem omnium Summorum Pontificum, qui Templo I. & II. præfuerint, inveniri. Hiſtoricum ex parte fuiſſe ex eo ſuſpicatur ש״י quod Scriptor *Schalſcheleth* paſſim ejus faciat mentionem iis in locis, ubi res geſtæ referuntur. Exaratum illum in Provincia eſſe anno 5080. C. 1320. teſtatur *Schalſcheleth* p. 27. quamvis alibi, p. 61. b. idem id factum dicat an. 5132. C. 1372.

1222 ר׳ יצחק דלאטיש R. ISAAC de LATES, junior, vixit an. 318. C. 1558. quo tempore ſcripſit

פְּסַק עַל ס׳ הַזֹּהַר *deciſionem in librum Zohar*, ubi & proſa & carmine librum hunc laudat. Lege utrumque Parte I. Zohar ed. Mantuanæ 1558.

1223 ר׳ יצחק בן לוי R. ISAACUS *Levita*, convertit R. *Ionæ ben Gannach* Grammaticam Hebræam ex Arabico, quæ tamen verſio ætatem non tulit. Vide ſupra R. *Iona b. Ganach.*

1224 ר׳ יצחק הלוי R. ISAAC LEVITA, cujus תקון *conſtitutio* ſeu *ordinatio* allegatur in libro כנסת הגדולה ſub nomine תקון הא״רי הלוי teſte ש״י ubi tamen τὸ י forte legi debet per *Jebuda* vel *Iacob.*

1225 ר׳ יצחק לוי בן אלעזר R. ISAAC *Levita*, fil. *Eleaſar*, ſcripſit Grammat. & Lexicon Hebraicum, quod MS. eſt inter Codd. *Roberti Huntingtoni* in B. Bodlejana n. 193. Forte hic idem eſt cum *Iſaaco Levita* n. 1223.

ר׳

ר׳ יצחק הלוי R. ISAACUS *Levita*, Ex Iudæus: vide ſupra R. *Jochanan Iſaac Levita.*

ר׳ יצחק לופרקי R. ISAAC LUPERCIUS, Judæus, cujus apologiam religionis Judaicæ adverſus Monachum quendam Hiſpalenſem, Ex Judæum, legiſſe ſe teſtatur doctiſſimus *Petrus Allixius* in limine epiſtolæ ad R. *Jac. Ph.* quæ cum ejus diſſert. de duplici Meſſiæ adventu prodiit. 1226

ר׳ יצחק לוריא״ה R. ISAAC LORIA vel LURIA 1227

per compendium הא״רי, quod in indice contentorum, Collectioni תעלומות הכמ״ה præmiſſo, explicatur per האשכנזי ר׳ יצחק j. e, *Germanus R. Iſaac*, alibi vero per: האיש אלקי ר׳ יצחק לוריא״ה *vir divinus R. Iſaac Loria.* Is Hieroſolymis anno 294. C. 1534. natus obiit Saphetæ, urbe Galilææ ſuperioris, anno 332. C. 1572. anno ætatis 38. teſte *Zemach David* continuato p. 44. b. quod & alii tradunt mox citandi. Patria igitur *Hieroſolymitanus* fuit, & nihilominus *Germani* (אשכנזי) nomine appellatur, quod vidimus, non alia puto de cauſa, quam quod familia ſive gens ejus ex Germania fuerit oriunda. Si Iudæos audimus, noſter *Salomone* patre natus, ac deinde ipſo *Elia* Propheta operam miniſtrante,(m) circumciſus in tenera ætate ſtatim ſingularem de ſe exſpectationem movit omnibus, & Patre defuncto anno ætatis 16. in Ægyptum ad Patruum profectus ac per plures annos primo cum præceptore ſuo *Bezaleele Germano*, deinde vero ſolitarie juxta Nilum commoratus, & ſola Eliæ conſvetudine uſus, imo ſæpius in cœleſtem Academiam raptus, tandem ab Elia juſſus eſt binis ante obitum annis Zaphetam abire, ibique cum R. *Chajim Vital* ſive *Kaliphris* doctrinam ſuam & ſapientiam communicare, ad poſteros ab eo propagandam. Dictis igitur audiens *Chajim* illum, a *Moſe Corduero* jam Cabbaliſtica doctrina imbutum, invenit, ſed talem, qui Loriam putaret ſua inſtitutione indigere, donec variis ſpeciminibus meliora edoctus ſponte ſua Loriæ informationem vehementer expoſceret, tandemque præ ceteris obtineret. Cum vero in tradendis myſteriis Cabbaliſticis liberaliorem ſe is præſtaret, quam gravitas & magnitudo ne-

(m) Pervulgatum alioquin eſt, Judæos ſtatuere, Eliam circumciſioni perficiendæ ſemper adeſſe, qua perſuaſione ex *Malach.* III. 1. imbuti ſellam, Eliae propriam, collocare ſolent.

Digitized by Google

negotii permitteret, filii primo, deinde vero & vitæ ſuæ jacturam feciſſe dicitur. Quæ quidem omnia fuſius ediſſeruntur in R. *Schelomo Schlemel* epiſtolis nonnullis, quas ad Judæos Germanos, ac ſpeciatim Noricos ex terra Sancta an. 369. C. 1629. exaravit, eodem anno *Baſileæ* Collectioni variorum ſcriptorum R. *Ioſephi del Medico* Tomo I. p. 37. - 50. inſertas. In compendio eadem leguntur (n) in præfatione tertia diffuſa, quam R. *Naphthali* fil. *Iac. Elchanan* libro ſuo עמק המלך *Amſtelod.* 408. C. 1648. fol. præmiſit. Utrinque varia alia vitæ momenta & miracula quoque, ſi credere fas eſt, de noſtro relata inveneris, comparanda omnino cum præfat. R. *Salom. Salman*, præmiſſa R. *Chajim Sacerdotis* מקור חיים in qua nonnulla a *Naphtali* illo de *Chajim Vitali* & *Iſaaco Loria* minus recte dicta caſtigantur. Ea hic repetere nihil refert, cum ex dictis pateat, quanta ſit *Loria* inter Iudæos exiſtimatio, quæ inde quoque elucescit, quod *Chajim Vital* eum *Meſſiam fil. Ioſeph* fuiſſe crediderit, id quod ex quadam ejus commentatione refertur in laudata præfat. ad עמק המלך p. 5. b. col. 4. Confer etiam *Io. Andr. Eiſenmengeri* Judaismum Detectum Parte II. p. 725. ſq. & Vener. *Io. Wulferum* in Theriaca Judaica p. 59. & 71.

Nihil edidit noſter, quamvis nullum, teſte præf. ad *Emeck Hammelech* p. 5. b. col. 3. prætermiſerit diem, quo non aliquid in *Zohar*, vel *Tikkunim*, vel *Iezira*, vel *Aggadoth* &c. commentaretur. Hinc occaſio diſcipulis nata eſt, ex ore præceptoris ſui varia colligendi, quæ eo defuncto *Chajim Vital* ſive *Kaliphris* in ordinem redegit, adhibitis & propriis & condiſcipulorum ſuorum collectaneis. Ea is per quindecim annos recondita ſervavit, donec R. *Iehoſchua fil. Nun* Archiſynagogi Zaphetenſis, qui & *Loriam* & *Chajim* hunc, quocunque irent, fruſtra huc dum conſectatus erat, cura & ſumtibus pars eorum ad plures perveniret. Cum enim *Chajim* aliquando ex gravi morbo decumberet, *Iehoſchua* ille præmiis adduxit *Moſen Vital*, Chajimi fratrem, ut is hujus commentationes ſecum communicaret. Earum itaque partem, nempe ſexcentos quaterniones ſive philyras (קונטריסים) intra triduum, quod pactus erat reddendas nactus, centum conduxit librarios, quorum ſinguli ſex philyras, adeoque omnes integram, quam acceperat, partem deſcripſerunt. Ita rem refert præfatio ad *Emeck Hammelech* p. 12.. b. Hinc natum eſt voluminoſum opus, quod appellatur a nomine Collectoris עץ

(n) Ratio hujus convenientiæ ea eſt, quod R. *Joſeph del Medico* diſcipulus R. *Naphtali* ex hujus præceptoris ſui ſcriniis ea accepit, quæ collectioni illi ſunt inſerta: de quo plagio conquerentem audivimus *Naphthalinum* ſupra ſub *Joſeph f. Schelomo del Medico.*

Digitized by Google

עֵץ חַיִּים *Arbor vitæ*, ex *Geneſ.* II. Hoc manu exaratum inter Judæos circumfertur, & in B. *Oppenheimeri* quoque exſtat. Habuit vero etiam Illuſtris *Chriſtianus a Roſenroth*, qui in præf. ad Tom. II. *Cabbalæ Denudatæ* omnes ejus partes & diſſertationes diligentiſſime recenſet, quo relegatum volumus Lectorem, ſummariam diviſionem hic commemoraturi. Diſtinguitur opus in Tomos ſex, quorum I. ſub titulo אוֹצְרוֹת חַיִּים *theſauri vitæ*, 21. diſſertationibus continetur: II. ſub titulo דְרוּשִׁים *Diſſertationum*, quatuor conſtat libris & 51. diſſertationibus: III. ſub titulo ס׳ כַּוָּנוֹת h. e. de Meditationibus in precibus feſtorumque celebratione adhibendis, partibus 2. quarum prior abſolvitur diſſertt. 62. ſicut poſterior, quæ Tomum IV. conſtituit, complectitur 33. Tom. V. ſub titulo גִלְגּוּלִים ſive *de revolutionibus* in tres partes diſtinctus varios exhibet tractatus, ſicut Tomus VI. ſub titulo סֵפֶר לִקּוּטִים *liber collectaneorum*, ſenſum myſticum præceptorum legis per totum Pentateuchum, præterea comm. in ספרא דצניעותא, notasque in varios Scripturæ locos exhibet.

Ex his quidam tractatus editi ſunt a laudato Roſenrothio in Tomo I. *Cabbalæ Denud.* ex Tomo II. Tractatus I. ſive Introd. metaphyſ. in Cabbalam, Parte I. p. 28. ſqq. ubi deinde p. 62. & ſqq. quu. & conſiderationes paucæ breveſque in eam ſequuntur, auctore *Henr. Moro* ad quas p. 73. reſpondet. In Tomo II. vero exſtat ספר גלגולים ראשון *liber prior de revolutionibus*, qui hebraice etiam prodiit *Francof.* 444. C. 1684. 4. confer paulo poſt גלגולים & maxima pars commentarii in ספרא דצניאותא Latine.

Partem illius עץ חיים Latine a ſe converſam habet doctiſſimus *Aaron Margalitha*, Ex Judæus, quem ſupra ſuo loco memoravimus. Idem ad Sereniſſimum Boruſſiæ Regem, glorioſiſſimæ memoriæ, literas ſupplices dederat, quibus petierat, ut juſſu Regio totum opus a Judæis ſibi tradi curaretur, tale ſcilicet futurum, ex quo egregia quæque teſtimonia de Meſſia & ejus divinitate, perſonarum pluralitate & Trinitate adferri poſſent: ſed non obtinuit a Iudæis quod ſperabat.

In *Zemach David* continuato p. 44. b. *Chajim Vital* ex diſciplina præceptoris ſui dicitur ſcripſiſſe עץ חיים & נוף עץ חיים i. e. *tractus arboris vitæ*, & דֶרֶךְ עֵץ חַיִּים *via ad arborem vitæ*, & אוֹצְרוֹת חַיִּים Atque has quidem ſcriptiones, puto eſſe diverſas partes illius operis, quod modo

modo deſcripſimus , unde apparet, עץ חיים titulum eſſe generalem, partem vero ejus אוצרות חיים , quod de ceteris quoque forte fuerit admittendum. (o) In B. Oppenheimeriana אוצרות חיים aliquoties, & ſemel quidem cum comment. R. *Moſis Zacuta* & *Benjamin Cohen*, tum vero נוף עץ חיים tribus voluminibus in fol. præterea דרך עץ חיים in fol. ac denique פְּרִי עֵץ חַיִּים i. e. *fructus arboris vitæ* exſtat.

Ibidem vidi ס׳ לִקּוּטִים *librum collectaneorum* Loriæ, quem puto eſſe Tomum VI. Operis *Etz Chajim* antea laudatum, ut & כונות גדולות qui eſt ejusdem operis Tomus III. præterea ספר עולם האצילות ר׳ יצחק לוריא עם לקוטי האר״י עם ס׳ שבלת לקט מהאר״י עם אגרת החכם מהר״ם קורדווירו &c.

i. e. *de mundo Emanationis R. Iſaaci Loriæ, cum collectaneis Loriæ & libro Spicilegiorum ex Loria & epiſtola R. Moſis Corducero.* itemque ס׳ נגיד ומצוה אשר בו נכללים מנהגים ר׳ יצחק לוריא ובעל המחברו בשמו צמח שסדרם בדמשק. i. e. *Dux & præceptor* (ex *Ieſ.* LV. 4.) *quo comprehenduntur inſtituta Iſ. Loriæ, cujus auctor eſt Zemach, qui illa compoſuit Damaſci.* vide ſupra R. *Iac.* fil. *Iſaac Zemach.* Denique vero ספר נוף שני כספר נוף עץ חיים ביאור קצרת פשטי אנ״ך.

i. e. *liber tractus ſecundus ad exemplum libri* נוף עץ חיים i. e. *explicatio locorum quorundam Biblicorum.*

Ex his & ſimilibus forte aliis collectaneis puto nata ea ſcripta, quæ ſub Loriæ nomine in ש״י memorantur, vel edita vel manu exarata, qualia ſunt præter jam recenſita.

1) אָדָם יָשָׁר *homo rectus*, ex *Eccleſ.* 7. 29. lib. Cabbaliſt. de Sephiroth, quod illæ primum fuerint rectæ, non autem circulares,

2) אָדָם קַדְמוֹן *homo primus* de mundo informi.

3) גִּלְגּוּלִים *de revolutionibus animæ*, quam monuimus ſupra latine exſtare in Roſenrohtii Cabbala denudata Tomo II. Prod. hebraice *Francof. ad Mœn.* 444. C. 1684. pp. 45. prout, titulo teſtante, ex MS. R. Mardochæi מגמי, qui ex αὐτογράφῳ ipſius *Chajim* deſcripſerat, peti poterat, cum additionibus R. *Meir Eiſenſtadenſis*, opera *David Nathan Grünhuth*, cujus accedunt quoque animadverſiones. In titulo dicitur eſſe נוף quartus,

(o) In præfatione enim ad lib. *Emeck Hammelech* dicitur p 12. b. *Joſuam ben Nun*, cujus cura & arte illas meditationes ex tenebris productas diximus, plures deinde nanciſci nullo modo potuiſſe.

tus ex libro נוף עץ חיים unde ſimul confirmatur ſententia noſtra antea propoſita, quod hic liber *Noph Etz Chajim* partem conſtituat majoris operis *Etz Chajim.*

4) דֶּרֶךְ אֱמֶת *via veritatis*, i. e. correctiones & emendationes *Loriæ*, in librum *Zohar & Tikkunim. Venet.* in 4. edd. quæ in editione *Zohar* Sulsbacenſi leguntur.

5) דֶּרֶךְ עֵץ חַיִּים via arboris vitæ, de quo ſupra.

6) דְּרוּשִׁים *diſſertationes*, idem cum priori.

7) זֹהַר חָדָשׁ *Zohar novus*, cum acceſſionibus *Loriæ*, *Cracov.* 363. C. 1603. & *Venet.* 423. C. 1663. 4. Vide infra *Simeon fil. Jochai.*

8) ס׳ כַּוָּנוֹת *liber meditationum* a *Moſe Trinko* Cabbaliſta *Venet.* apud Bragadinos 384. C. 1624. 4. pp. 65. ed. qui numerus naſcitur ex ſymbolo hebr. בו שלום in titulo conſpiciendo, qui tamen titulus notis numerabilibus annum 1620. itidem refert: quod ideo monendum erat, ne quis ex una hac editione duas fingeret, quod uſu venit in Theatro Anonym. Placciano p. 697. Exponit ille de meditationibus ſuper preces inſtituendis, ut & de percuſſione ſepulchri. Hunc puto eſſe illum librum כונות quem ut Theologiam Cabbaliſt. Anonymi ex Hottingero laudat Bartoloccius T. IV. p. 309. & qui in B. Bodlej. n. 6051. memoratur MS.

9) כַּוָּנוֹת רִאשׁוֹן *liber meditationum ſeu intentionum prior*, ubi de interioribus rationibus precum, præceptorumque, de *Tephillin*, *Zizith*, &c. ſecundum Ordinem primum *Turim* MS.

10) כַּוָּנוֹת שֵׁנִי *liber meditationum poſterior*, ubi de conſtitutiobus Sabbati, feſtorumque dierum, ſecundum Ordinem *Orach Chajim* MS. Tria hæc ſcripta ea eſſe puto, quæ ſupra diximus conſtituere Tomum III. *Etz Chajim.* Hic liber כונות ſæpe citatur in *Jalkut Rubeni Gadol.*

11) כְּלָלֵי לִמּוּדִים *fundamenta* ſeu regulæ doctrinarum Cabbaliſtic. capp. 127. v. נובלות חכמה p. 195.

12) כְּלָל קָטוֹן *regula parva* Loriæ, liber Cabbal.

13) כְּלָלוּת הַחָכְמָה *regula ſapientiæ*, introductio in Cabbalam.

14) לוּחַ *tabula* ſive *arbor Cabbaliſtica* ab *Abrahamo fil. Moſis* ברור ex ſcriptis *Loriæ* ita collecta, ut omnia argumenta Cabbaliſt. v. c. de *Se-*

Digitized by Google

phiroth & mundis diverſis &c. ſuccincte comprehenſa ſiſtat, quod opus *Pragæ* MS. latere ſcribit ש״י.

15) מִכְתַּב אֱלֹהִים *ſcriptio Dei*: MS. ex *Loria*. (p)

16) מַרְפֵּא לְנֶפֶשׁ *curatio* ſive *medela animæ*, ex *Prov.* 16. 24. Loriæ noſtri citatur in נובלות חכמה p. 195. b.

17) נוֹף עֵץ חַיִּים *tractus arboris vitæ*, de quo paulo ante. Eum ש״י in tres partes ait eſſe diſtinctum, quarum I. exhibeat expoſitiones variarum *Aggadoth Medraſchim* & diverſorum Scripturæ locorum: II. de Prophetia & dono Spiritus S. III. de revolutionibus exponat.

18) פְּרִי עֵץ חַיִּים *fructus arboris vitæ*, quem ש״י eundem ait eſſe cum libro כונות de quo paulo ante.

19) שֻׁלְחָן עָרוּךְ *menſa inſtructa*, ex ſcriptis *Iſ. Loriæ*, ubi rationes rituum Judaicorum *Cabbaliſtica*, ſicut in famoſo illo *Schulchan Aruch* juridicæ, ex Talmude adferuntur: prodiit *Cracov.* in 8. Francof. ad Viadrum ex officina *J. C. Becmanni*, 451. C. 1691. 8. plag. 7. ubi additur R. *Aben Eſra* epiſtola Sabbati: iterumque *Amſtelod.* 469. C. 1709. pp. 112. apud *Iac. Alvares*. Diſponuntur ritus illi ſecundum ordinem *Schulchan Aruch*.

20) תְּחִלַּת חָכְמָה *initium ſapientiæ*, ubi agitur de Elementis & Principiis Cabbaliſt. ſpeciatimque de אב״יע i. e. *emanatione*, *creatione*, *formatione & factione*.

21) תִּקּוּנֵי שַׁבָּת *Conſtitutiones Sabbati*, ubi cantica & Pſalmi, in veſpera & die Sabbati pronunciandi, ex ſententia & diſpoſitione Loriæ. *Venet.* 400. 4. & cum *Jac. fil. Raphaelis* comm. ſub tit. מנחת יהודה. *Pragæ* repetita vice in 4.

22) תִּקּוּן קְרִיאַת שְׁמַע ordinatio ſeu conſtitutio precationis, quæ dicitur קריאת שמע, *Moſis Cordueri*, cum expoſitione ex ſcriptis Loriæ & illuſtratione *Jehudæ f. Davidis Prag.* & *Cracov.* 8.

Ex Loriæ noſtri ſcriptis petitus quoque eſt liber שערי ציון, auctore R. *Nathan Neta*, qui fuit diſcipulus R. *Chajim Vital*. Iisdem debe-

(p) Hunc tamen librum alius auctoris eſſe cedo: nam quando ש״י p. 42. n. 166. recenſetur additur: מהא״רי צרפתי ז״ל i. e. ut interpretari obvium eſt a R. *Iſaac Loria*, (quod nomen per illud ſcriptionis compendium exprimi ſolet,) *Gallum* p. m. Jam vero dictum antea eſt, Loriam noſtrum pro אשכנזי i. e. *Germano*, reſpectu ſcilicet gentis ſuæ haberi,

Digitized by Google

betur liber Cabbaliſticus recentior עמק המלך a R. *Naphthali Hirtz fil. Elchanan* compoſitus. Conferri qvoque debent ea, quæ ſupra ſub R. *Chajim Vital* commemoravimus, ſicut hujus quoque commentationes ex ſcriptis, hic recenſitis, ſuppleri debent.

ר׳ יצחק דליאון R. ISAACUS de LEON i. e. Legi- 1228
onenſis, Hiſpanus diſcipulus R. *Iſaaci Kanpanthon*, vixit Sæculo XV. inclinante, obiitque ſeptuagenarius, teſte *Iuchaſin* p. 134. a. fine, ubi dicitur habuiſſe cor leoninum adverſus hoſtes Domini & intellectum prorſus divinum. Laudatur etiam ab *Imman. Aboab* in Nomologia p. 286. ubi vitam ejus ſanctam, pium Zelum, virtutemque ſingularem & miraculorum præſtitorum copiam laudat.

ר׳ יצחק ליאון בן אליעזר R. ISAAC LEON 1229
(*Legionenſis*) f. *Eliezer* f. *Salomo* fil. *Zur*

1) מְגִלַּת אֶסְתֵּר *volumen Eſther*, ubi ſolvit dubia & reſpondet ad animadverſiones, quas *Nachmanides* contra Maimonidem in librum הַמִּצְוֹת i. e. *præceptorum* attulit. *Venet.* 352. C. 1592. 4. pp. 128. Bartoloccius hunc librum putat eſſe commentarium *in lib. Eſther*, quod ſuſpicatus procul dubio eſt ex titulo libri, idem annum editionis, conſtituit 1565. neutrum recte, quod libri inſpectio oſtendit. Excerpta ex illo commentario prodierunt cum ספר המצות להר׳מבם Amſtelod. 420. C. 1660. 4. de quo ſub *Moſe Maimonide* dicemus. (q)

2) מַעֲשִׂיּוֹת *hiſtorias*, quas idem cum R. *Samuele fil.* עָמֵר ex *Medraſchim* & Aggadoth collectas edidit Vener. 8. Hunc librum alii *Iſaaco*, noſtro *ὁμωνύμῳ*, tribuit Bartoloccius, præter rem, ut puto, præcipue cum ש״י utrumque librum eidem *Iſaaco* acceptum referat. Non magis recte idem cum *Plantavitio* n. 487. qui ad fidem Indicis expurgatorii Romani provocat, a noſtro hoc diſtinguit R. *Iſaacum Leon* fil. צור qui ſcripſerit סֵפֶר חָדָשׁ *librum novum* i. e. novas quaſdam in Codd. Talmu-

(q) Accedit in calce expoſitio capitis אנדרוגינוס i. e. capitis IV. *Biccurim*, R. *Joſephi* פור׳ם unde intelligitur, quid ſibi velit ſubobſcura & imperfecta libri hujus delineatio, quam *Plantav.* qui ipſe poſſedit, dedit n. 317. vocans ſupercommentationem quorundam tractatuum Gemaræ *Harabam* & *Andrigines* ſtylo Talmud.

Digitized by Google

dicos obſervationes. Si enim vel maxime liber talis exſtet, de quo dubito, auctor certe a noſtro diſtinguendus non erat.

1230 ר׳ יצחק בן מאיר ניקלסבורג R. ISAAC F. MEIR *Niclasburgenſis*, ſcripſit

פירוש *commentarium* in פרקי שירה quem titulum vide.

1231 ר׳ יצחק בן מאיר מספירה R. ISAAC fil. MEIR *Spirenſis*, ſcr. de cometarum natura & ſignificationibus, ut & de conjunctione Jovis cum Saturno MS. in Vatic. 4.

1232 ר׳ יצחק מאיר פרנקיל R. ISAAC MEIR FRANCKEL fil. *Ionæ*, curavit editionem libri עין יעקב Berolin. an. 1709. de quo ſuo loco ſub *Jacobo fil. Chaviv* diximus.

1233 ר׳ יצחק בן מאיר בן ר׳ שמואל R. ISAAC fil MEIR f. R. *Samuelis*, Domrogenſis, per compendium הרי״בם gener *Raſchbil* vixit Sæculo XII. medio & ſcr.

שאלות ותשובות *quæſita & reſponſa*, ut & additiones (*Toſephoth*) Talmudicas: vide *Schalſcheleth* p. 51. b. & 52. b.

1234 ר׳ יצחק ממגנצה R. ISAAC *Moguntinus*, ſcripſit deciſiones Legales & cerimoniales, MSS. in B. Vatic. 4.

1235 ר׳ יצחק ממונטישון R. ISAAC *Montiſonenſis*, cujus comm. in librum בחינת עולם memorat *Moſes ben Chaviv* in præf. ad ſuam hujus libri expoſitionem, ubi ait, diſcipulum ſuum in illo acquieſcere non voluiſſe.

1236 ר׳ יצחק בן מלכיאל R. ISAAC fil. MALCHIEL, floruit circa an. 4900. C. 1140. diſcipulus R. *Simſonis Schanzenſis* cujus commentarium in Miſchnajoth hic *Iſaac abſolvit*: vide *Schalſcheleth* p. 53. b.

1237 ר׳ יצחק בן המנחם R. ISAAC f. MENACHEM, Pen-

Digitized by Google

Pentateuchum A. C. 291. ſcripſiſſe dicitur Hebraice, ſi fides habenda eſt Catalogo B. Mediceæ, in qua is Pluteo III. n. 5. exſtare dicitur p. 139. ed. a Celeb. *Fabricio* curatæ. Sed facile patet, mendum hic eſſe ſtatuendum, videturque annus 291. pro anno computi Judaici minoris, qui A. C. 1531. reſpondet, habendus.

ר׳ יצחק מרדכי R. ISAAC MARDOCHAI, *Polonus*, 1238

ſcr. reſponſa Juridica Venet. 4. ſecundum ש״י At enimvero librum ipſe vidi in B. Oppenheimeri, Venet. ap. *Daniel. Saneti* editum, ubi tamen in titulo noſter dicitur tantum typis exſcribendum curaſſe. Debetur is *Menachem Aſariæ Mippano*, cujus nomen vide. Titulus plenior hic eſt: ס׳ תשובות ופירוש סוגיות ומשניות:

ר׳ יצחק מרדכי גרשון R. ISAAC MARDO- 1239

CHAI GERSON ſcr.

שְׁלוֹם אֶסְתֵּר *pax Eſther*, i. e. comm. in *Eſther*, CPoli ſine anno notato ed. teſte Plantavitio n. 689. qui librum ipſe poſſedit.

ר׳ יצחק בן משה ארויו R. ISAAC f. MOSE 1240

Arviv ſcr.

1) תַּנְחוּמוֹת אֵל *conſolationes Dei* ex *Job*. XV. 11. comm. in Legem Philoſophicarum meditationum plenus, ed. *Theſſalonicæ* 343. C. 1583. fol. cum Indice annexo.

2) מַקְהִיל קֹהֶלֶת *congregans Eccleſiaſten* i. e. comm. in Eccleſiaſten ib. 357. C. 1597. 4.

ר׳ יצחק בן ר׳ משה ביגה R. ISAAC fil. R. 1241

MOSIS *Biga* Theſſalonicenſis.

בֵּית נֶאֱמָן *domus firma*, ex 1. *Regg*. XI. 38. i. e. conciones variæ in tres partes diviſæ, quarum I. conciones de Legis ſtudio, II. conciones de cultu Dei, III. conciones de operibus miſericordiæ comprehendit. *Venet.* 381. C. 1621. fol. ap. *Bragadin.*

ר׳ יצחק בן משה מוויאן R. ISAAC fil. MOSE *Viennenſis*, vide ſupra R. Iſaac מוויאן.

Digitized by Google

ר׳ יצחק בן ר׳ משה בן ר׳ מאיר ערמא R. ISAAC f. R. *Moſis*, f. R. Meir ARAMA: vide R. *Iſaac Arama.*

1242 ר׳ יצחק בן משה לוי R. ISAAC f. MOSIS *Levita* Grammaticus cui in Catalogo Grammaticorum ſub voce דקדוק exhibito acceptus fertur liber מַעֲשֵׂה אֵפוֹד *opus Ephod*, ibique refertur ad an. 5050. C. 1290. Vide quæ dicentur infra ſub פריפוט דוראן.

ר׳ יצחק בן משה הפרחי vide ſupra R. *Iſaac Cohen fil. Moſis.*

1243 ר׳ יצחק בן משה קצינעלבוגן R. ISAAC f. *Moſche Katzenelbogen*, ſcr.

תּוֹלְדוֹת יִצְחָק quo libro oſtenditur breviter ratio Solſtitia & Novilunia computandi. *Prag.* 383 C. 1623. 4.

1244 ר׳ יצחק בן משולם R. ISAAC fil. MESCHULLAM, cujus liber Cabbaliſticus in Biblica MS. exſtat inter Codices Seldenianos, n. 56.

1245 ר׳ יצחק בן נח R. ISAAC fil. *Noa Sacerdos juſtitiæ*, ſcr.

1) סֵפֶר הַזִּכָּרוֹן *librum memorialem*, quo continentur capita omnia rituum & ſtatutorum, quæ exſtant in *Schulchan Aruch*, rhythmis comprehenſa & ſecundum alphabeti ſeriem diſpoſita: Cracov. 4

2) פְּתִיחַת הַלֵּב *apertio cordis*, i. e. conciones & expoſitiones variæ literales, compendium libri diffuſioris הַרְחָבַת הַלֵּב *Cracov.* 4.

1246 ר׳ יצחק הנשיא R. ISAAC Princeps, qui claruit Sæculo XIII. poſt C. N. ſecundum *Schalſcheleth* p. 59. a. quo teſte ſcripſit aliquid in Pentateuchum, commentationi allegoricæ ſimile (כמו מדרש לתורה)

1247 ר׳ יצחק נתן R. ISAAC NATHAN, qui claruit A. M. 5198. i. e. C. 1438 ab hoc enim anno usque ad 205, C. 1445. ipſe in præ-

Digitized by Google

præfationeConcordantiarum ſuarum teſtatur ſe librum hunc exaraſſe. Primus ille inter Judæos illius inſtituti auctor eſt, quo Index vocum Biblicarum, qui *Concordantiarum* nomine appellari ſolet, ſecundum literarum ſeriem conficitur, ad quod ſuſcipiendum Chriſtianorum exemplo ſe excitatum ipſe in præf. profitetur, ſicut & *Schalſcheleth* p. 59. a. ש״י & cum eo Bart. ſcribit, eum *Patris Arloti*, (quem Etruſcum & Ordinis Minorum Miniſtrum Generalem A. C. 1290. vixiſſe conſtat) Concordantias Latinas Hebraice convertiſſe. Si vero ipſum auctorem audimus, Concordantias has ſuas ad exemplum quidem Latinarum illarum, ſed cum eas ob interpretationem Latinam Hieronymi, quæ in illis retenta erat, ſibi non conſtantem Hebræis minus profuturam crederet, novo labore ex Hebræo, eadem, qua *Arlotus* uſus erat, capitum diviſione, additis vero de ſuo commatibus, elaboravit. Titulum illi fecit

מֵאִיר נָתִיב *illuminans viam*, (in præfatione vero appellat נְתִיבוֹת עוֹלָם ſemitæ mundi, & אוֹר זָרֻעַ *lux ſata*) ſub quo prodiit primum *Venet.* apud Bomberg 284. C. 1524. & 324. C. 1564. ſecundum ש״י tum *Baſil.* apud *Froben.* 341. C. 1581. fol. correctius una cum תולדות אהרן ſive Indice Talmudico, de quo ſupra diximus ſub *Aarone Piſaurenſi.* (*) Easdem recudi curavit *Marius a Calaſio* (r) Ord. Minor. & L. S. Profeſſor in Concordantiis ſuis quatuor in fol. voll. editis Rom. 1622. qui ordine & methodo retenta, & multis mendis, quæ tum in numeris tum in vocibus occurrebant, ſublatis, Chaldaicis quoque ex Daniele & Eſra inſertis, addita deniqve (ex Reuchlini, ut videtur verſione) Latina vocum verſione, voces quoque aliarum linguarum, puta Chaldaicas Syriacas & Arabicas a radicibus Hebr. deſcendentes, adducit, interpretatione totius operis literali ad latus poſita. Supervenit his *Jo. Buxtorfius* Pater, qui & diſtinctiori ordine & cum acceſſione partim locorum Biblicorum, partim novarum vocum ab Iſaaco omiſſarum, Chaldaicis vocibus in calce ſeorſim collocatis, easdem Concordantias recognovit, a filio deinceps Ba-

(*) Vidi ego editionem anni 341. C. 1581. cujus titulus præ ſe ferebat *Pariſiorum* nomen: editionem ipſam tamen a *Baſil.* non puto diverſam; deeſt tamen תולדות אהרן quamvis in præmonitione promittatur, ſicut & in *Baſil.* exſtat.

(r) Fuit is conſtitutus a Paulo V. generalis L. Hebr. Magiſter, obiitque ſeptuagenario major Romæ 1620. 9. Kal. Febr. Vide *Car. Joſ. Imbonati* Biblioth. Latino Hebr. p. 156. *Waddingum* de Scriptoribus Ord. Min. p. 249. de ipſo vero Concordantiarum opere *Richard. Simonem* in Bibliotheca Selecta Tomo I. p. 258.

Baſil. 1632. fol. editas. Has deinceps alii in compendio repræſentarunt, quo pertinet *Manuale Concordant.* Vitteb. *Sennerti* ni fallor cura 1653. 4. ed. ut & *Fons Sion* Chriſtiani Ravii opera *Berol.* 1677. 8. & Epitome Concordantiarum Bibliorum Hebræo-Græco-Germanic. *Frid. Lankiſchii* ſtudio Lipſ. 1680. 4. Confer Cl. *Iac. Le Long* Biblioth. Sac. Parte II. p. 401. Buxtorfius in præfatione Concordantiarum memorat, deſiderari adhuc Concordantias particularum: eas ſingulari labore deinceps digeſtas dedit *Chriſt. Noldius* (s) *Hafn.* 1679. 4. (non 1675. quam priori jungit *Lipenius* in B. Theolog. & ejus exemplo alii) quas olim *Mart. Troſtius* teſte Buxtorf. l. c. cujus labor in Th. Bangii manus deveniſſe dicitur (vide B. *Pfeiferi* Criticam Sacram p. 178) *Simon Bartſchius* Cuſtrinenſis operi, per integrum ſeptennium perfecto, immortuus, teſte *Pfeifero* ibidem, *Th. Bangius*, *Io. Suaningius*, & *Chriſt. Ravius*, (vide Cl. Molleri Hypomnemata ad Bartholinum de ſcriptis Danorum p. 190.) moliti erant. Exſtat quoque D. *Io. Michaelis* Lexicon Particularum Hebraic. poſt auctoris mortem cum præfat. B. *Aug. Pfeiferi* Francof. 1689. 8. ed. Concordantiarum vices quoque præſtat *Gvil. Robertſoni* Angli *Concordantiale Lexicon Hebræo Latino Biblicum* Lond. 1680. 4. de quo dixi in Hiſtoria Lexic. Hebr. p. 170. ſq. *Marci Marini Brixienſis* in Arca Noæ, de qua ibidem p. 112. *Dan. Feſſelii* Adverſariorum Sacrorum Tomi II. ſpecimen operis egregii, de quo continuando cogitabat olim B. *Godofr. Wegnerus*, Theologus quondam Regiomontanus. Vide Applauſum ejus Votivum in Actis Jubilæi Wittebergenſis, & Relationes Theolog. Innoxias anni 1702. p. 791. ſq. *Concordantias Nominum Propriorum Biblicorum*, quas itidem deſiderabat Buxtorfius, præſtare ex parte poſſunt varia illa Onomaſtica Sacra, de quibus in calce Hiſtoriæ Lexic. Hebr. commentatus ſum.

Ceterum illæ Nathanis Concordantiæ per *Anton. Reuchlinum* latine translatæ *Baſil.* apud Henr. Petri 1556. fol. ſub tit. *Concordantiarum Hebraic. capita* prodierunt: ſed illa translatio innumeris ſcatet erroribus, judice *Buxtorfio*, quos *Nic. Fullerus* quoque perſpiciens aliam ſe verſionem molitum eſſe ſcribit lib. IV. c. 7. Miſcellan. notis inſtructam: vide ibidem

(s) De hoc *Noldii*, Profeſſoris quondam Theologi Haſnienſis, an. 1683. 22. Aug. æt. 58. defuncti, opere varia eruditorum judicia vide in Cl. *Jo. Molleri* Hyppomnematibus ad *Alb. Bartolinum* de Scriptoribus Danis p. 190. Vita ejus exſtat in Vener. *Pippingii* Sacro decadum Septenario Decade I. n. 1. Particularum ſignificationes ex Linguæ Lat. conditione nimis multiplicaſſe viſus eſt Cl. *Clerico* in diſſert. de Interpret. Script. S. commentario in Geneſin præmiſſa §. 6. conſentiente Rever. *Caſp. Neumanno* in Geneſi Linguæ Sanctæ p. 18.

pem lib. VI. c. 19. Eam in B. Bodlej. MS. exſtare teſtis eſt *Eduard. Pocockius* præfat. comment. in Joelem: adde Catalogum MSS. Anglic. n. 2970. Iſaaco noſtro magna a civibus ſuis gratia ob hunc laborem habita eſt, nominatimque ab *Elia Levita* & R. *Jac. ben Chajim* in præf. ad Biblia Rabbin. Veneta, qui candide fatetur, ſe illarum Concord. ope Maſoram emendaſſe. Scripſit idem

2) מִבְצַר יִצְחָק *munitio Iſaaci*, ex *Habac.* I. 10. quæ eſt diſputatio contra Chriſtianos, item

3) מֵאָה דְבָרִים centiloquium ad formandos infantum mores pertinens.

4) תוֹכַחַת מַתְעֶה *confutatio ſeducentis*, liber contra Hieronymum de S. Fide, & alios, qui contra Judæos ſcripſerunt. Tria hæc ſcripta poſtrema MSS. tantum exſtant.

Eſt aliqua circa Auctoris prænomen diſſenſio, cum alii eum *Mardochæum*, quod etiam in ipſo Concordantiarum titulo exſtat, alii *Iſaacum*, quod in præfat. auctoris ipſa legitur, appellent, cum auctore *Schalſcheleth* l. c. & *Iac. ben Chajim* in præf. ad B. Veneta, ש״י & aliis. *Ganzius* in *Zemach David* ad an. 5198. utrumque prænomen ei tribui obſervat. Quæ quidem res effecit, ut nonnulli duos facerent harum Concordantt. auctores, quorum alteri, *Iſaaco*, initium, alteri *Mardochæo*, complementum deberetur: quæ ſententia eſt R. *Abrah. Piſſat*, *Reuchlini* in præfat. ad verſionem ſuam, & *Lucæ Wadingi* præf. ad Concord. Hebr. Calaſii. Vide etiam Wilh. Schickardi epiſtolam ad Buxtorfium, quæ exſtat in *Io. Buxtorfii* Catalectis Theolog. Philolog. p. 404. Ad hos proxime accedit *Rich. Simon*, qui in Biblioth. Selecta Tomo I. p. 253. primam editionem Concord. *Venetam* ab *Iſaaco*, alteram *Baſil.* a *Mardochæo* Nathan curatam ſtatuit. Rectiſſime ſentire videntur illi, qui cum Buxtorfio auctorem ſtatuunt fuiſſe binominem, qui *Mardochai* nomen vel ob morbum, (t) de quo a ſe ſuperato ſatis diſerte Iſaacus in præfatione, vel potius poſtfatione meminit, vel alia quacunque de cauſa cum *Mardochai* nomine permutarit.

(t) Morbi enim periculoſi inter cetera occaſionem *μετονομασίας* præbere ſolent Judæis, quam in rem vide *Jo. Leusdenii* Philologum Græcum diſſ XIX. & in notis ad *Jonam* Illuſtratum p. 197. nec non V. C. *Jo. Mollerum* in Homonymoſcopia p. 762. & ex Judæis *Menaſſe ben Iſrael* p. 108. de Termino Vitæ, ubi etiam teſtatur in morbis periculoſis plerumque nomen חיים aſſumi.

Digitized by Google

Denique cavendum eſt, ne *Iſaacus* noſter confundatur cum *Nathane Juſto*, auctore Lexici Talmudici, (ערוך) quod uſu venit *Caſp. Waſero* in Tract. de Numis p. 16. Poſterior enim hic priore illo 388. annorum intervallo ſuperior eſt.

ר׳ יצחק בן נתן R. ISAAC fil. NATHAN *Cordubenſis*: v. *Abdalla Muhammed Ebubecher* &c.

1248 ר׳ יצחק סגי נהור R. ISAAC *Sagi Nahor*, i.e. cœcus, quem Plantavitius n. 549. vocat סַגְנַהוֹר Cabbaliſta inſignis, eodem teſte, in librum *Iezira*, & alios præterea libros Cabbaliſticos exaravit, nunquam editos.

1249 ר׳ יצחק בן סיד R. ISAAC f. SID, *Hiſpanus*, per compendium חו״ב quem *Iuchaſin & Schalſcheleth Iſaacum* חַזָּן i. e. cantorem vel æditu um appellant, quo officio in Synagoga Toletana defunctus eſt. Confecit ille, Alphonſi X. Regis juſſu, tabulas Aſtronomicas an. 5013. C. 1252. Confer *Nic. Antonii* B. Hiſpan. Vet. Tom. II. p. 55. Schabbatai in ש״ש recte monet, tabulas illas vocari etiam Alphonſinas, & converſas eſſe a R. *Moſe ex Kirjath Iearim*. MS. In Theatro Anonymorum Placciano p. 325. noſter mutile vocatur R. *Iſaac Aben*. Vide etiam Voſſium de Scientiis Mathemat. p. 179.

ר׳ יצחק סלם vide infra R. Iſaac שלם.

1250 ר׳ יצחק הסנגרי R. ISAAC HASSANGARI, nomen הֶחָבֵר *eruditi*, qui cum Rege Coſaræorum de religionis cauſa diſputavit, quod fuſe deſcribitur in libro *Coſri*: vide quæ ſupra dicta ſunt ſub *Iehuda Levita*.

ר׳ יצחק עבץ R. ISAAC ABETZ nomen a *Plantav.* & *Bartol.* fictum ex R. *Iſaac Iabez*: hic enim ſcripſit comment. in *Pircke Avoth* ſub tit. חסדי אבות, cujus auctorem Bartolocc. facili errore *Iſ. Abez* vocat. vide infra R. *Iſaac f. Salomonis Iabez*.

1251 ר׳ יצחק עובדיה R. ISAAC OBADIAS ſcr. אִגְּרוֹת דוֹפִי הַזְּמַן *epiſtolas ignominiæ* (ſive *vitii*) *temporis*, ubi rhyth-

Digitized by Google

rhythmo æque ac proſa oratione in variis epiſtolis, elegantiſſima & ingenioſa dictione ſe commendantibus, diſſerit, de temporibus in pejus mutatis. *Venet.* ſecundum ש״י 348. C. 1588. 4. ap. *Io. de Gara.* *Buxtorfius* annum facit 358. quem ſequuntur *Plantavit.* & *Bartolocc.* qui poſtremus affirmat, epiſtolas has de L. Hebr. elegantia & variis dicendi modis agere: minus accurate. Annum 358. video etiam notari in Catalogo Leidenſi p. 257. inter libros editos Scaligeri.

ר׳ יצחק ענקנירא R. ISAAC ONKENIRA: vide R. Iſaac אונקנירא.

ר׳ יצחק בעל העטור R. ISAAC *auctor libri* עטור. vide R. *Iſaac Abba.*

ר׳ יצחק עטיאס R. ISAACUS ATHIAS Hiſpanus 1252
ſcr. Lingua Hiſpanica

אוצר המצות *theſaurum præceptorum*, *Venet.* 1627. 4. quo libro omnium legis Moſaicæ præceptorum rationes & cauſas explicat, teſte *Menaſſe ben Iſrael* in Indice Scriptorum, qui Hiſpanice de rebus Judaicis ſcripſerunt, præmiſſo libro de reſurrectione mortuorum. Confer *Nic. Antonii* Bibl. Hiſpan. Novam T. I. p. 630. & *Jac. Basnage* Tomo V. Hiſtoriæ Judaicæ p. 2104. ſq. ubi inter cetera obſervat, commentationem in præcepta ſingula brevem eſſe, ſed talem, quæ præ ceteris omnium optime leges ritusque Judæorum exponat. Ibidem legem cum traditione conjunxit, & eos quoque ritus explicat, qui in deſuetudinem abierunt. Ceterum Cl. *Basnage* l. c. ab homonymiæ fraude ſibi non ſatis cavit, quando *Athiam* noſtrum cum *Joſepho Athia* confundit, noſtro huic præter *theſaurum præceptorum* tribuens editionem Bibliorum Hebraicorum an. 1661. & 1667. a *Ioſepho* curatam, de qua ſupra diximus ſub *Ioſeph Athia.* Fuit & alius *Iſaac Athias de Falecio*, eruditus Hiſp. qui Hamburgi 1710. obiit

ר׳ יצחק דמן עכו R. ISAAC *demin* (*ex*) ACO, * diſcipulus Nachmanidæ, ſcr. 1252

ספר הסודות *librum arcanorum*, qui allegatur in חכמה נובלות p. 195. tanquam ad editionem paratus, ubi etiam mentio fit alius libri מאירת עינים *illuſtrans oculos*, ex Pſ. XIX. 9. quo illuſtratur Nachmanidæ in Legem commentarius.

(*) *Acco*, quæ alias *Ptolemais*, in tribu *Aſcher* ſita fuit, de qua erudite, ut ſolet, commentatur Cl. Relandus in Palæſtina p. 534. ſqq.

Digitized by Google

1254 **ר׳ יצחק עליס** R. ISAAC ALIS ſcr.

יְסוֹד אֱמוּנָה *fundamentum fidei*, ubi de fide Judæorum, Cracov. ed. 4. ut ex Indice librorum Reginæ Sveciæ teſtatur Bartoloccius. At ש״י præter titulum & auctorem nihil affert.

1255 **ר׳ יצחק בן עמרם** R. ISAAC fil. AMRAM, cujus

שַׁעַר אֱמֶת *porta veritatis* anno 1634. hebraice ſcripta & in *Rud. Cudworthi* Bibliotheca inventa citatur & refutatur erudite a *Rich. Kiddero* Epiſcopo quondam inter Anglos Bathon. & Wellenſi, Parte III. *Demonſtrationis Meſſiæ*, cap. III. qui in præfatione ad hanc partem monet, Cudworthum librum hunc a *Menaſſe ben Iſrael* accepiſſe, in quo veritas religionis Chriſt. tam acerbe & diligenter oppugnetur, quam quidem nec alibi factum ſit, nec inpoſterum exſpectandum videatur.

ר׳ יצחק עקריש R. ISAAC AKRISCH vide ſupra R. *Iſaac f. Abraham Akriſch.*

1256 **ר׳ יצחק בן ערבם** R. ISAAC fil. ARRAM, Judæus Arabs, Medicus, anno Hegiræ 183. C. 705. mortuus, natus vero Damaſci, ſcripſit *de cura venenorum*; vide *Hottingeri* Bibliothecarium p. 286. ſq. ex Leone Africano.

1257 **ר׳ יצחק עראמה** R. ISAAC ARAMA, Hiſpanus

Zamorenſis, fil. R. *Moſe*, nepos R. *Meir*, qui interdum vocatur ערמאה A. C. 1492. cum ceteris Iudæis ex Hiſpania ejectus ſcripſit

עֲקֵדַת יִצְחָק *ligatio Iſaaci*, ex *Gen.* XXII. 9. commentarius diffuſus in Legem & 5. libellos ex ſcriptis Rabbinorum veterum & ſpeciatim Medraſchim congeſtus, & ex parte Philoſophicus, ubi præcipue rationes præceptorum & legum explicantur, & contra Ariſtotelem paſſim diſputatur: liber in magno apud Judæos pretio, ſed teſte *Hottingero* in Hiſtor. Eccleſ. Sæc. XV. p. 955. terminis Scholaſticis adeo refertus, ut eum nec doctiſſimi quique Judæorum facile aſſequantur. Andr. Maſius in Indice Scriptorum, commentario in Joſuam ſubjuncto, Scriptorem *Iſaacum*

Digitized by Google

cum Æramaum vocat, commentarium autem ipſum varia doctrina refertum ait. Diſtinctus ille eſt in 105. ſectiones, & ſubjunctum habet argumentorum rerumque indicem. Prodiit *Theſſalonicæ* 282. C. 1522. *Venet.* 307. C. 1547. apud Bomberg. & ibid. 325. C. 1567. iterumque 333. C. 1573. ap. *Io. de Gara*, ac denique ibid. 355. C. 1595. apud Aloyſium Bragadinum fol. Cum ipſo Pentat. & comm. *Raſchii* prod. *Rivæ Trid.* 321. C. 1561. In Catal. Bodlej. p. 38. video memorari ed. *Venet*, anni 1565. ubi perperam hic liber tribuitur R. *Meir Arama* Iſaaci filio. Compendium hujus libri fecit R. *Samuel Iaphe*, quod MS. laudatur in ש"י. Vocari noſter ex libri titulo ſolet בעל עקידה.

2) חָזוּת קָשָׁה *viſio dura*, ex *Ieſ.* XXI. 2. quo continentur commentationes parabolicæ & ſubtiliores, ſpeciatimque paucis & ſobrie philoſophandum eſſe oſtenditur, ne Philoſophia fraudi ſit: prod. *Venet.* in 8. & *Sabionetæ* 312. C. 1552. ap. *Tob. Pua.* At Bartolocc. poſt Plantavitium n. 194. tradit, agi ibi de creatione hominis; interdum etiam contra Chriſtianos & Turcas diſputari. Bartoloc. edit. Sabionetenſem anni 350. C. 1590. 4. priori adjungit, quam non habet ש"י ſicut Bartoloc. *Venetam* neglexit.

3) יַד אַבְשָׁלוֹם *manus Abſalonis*, *comm. in Proverbia* CPoli ed. teſte ש"י.

Buxtorfius noſtro huic tribuit *comm. in Iobum*, qui tamen filio ejus debetur. Conf. infra *Meir ben Iſaac Arama.* Confer de noſtro *Schalſcheleth* p. 63. b. & R. *Dav. Ganz* ad an. 5252. ubi tamen in verſione Latina Vorſtii p. 149. nomen ejus miſere corruptum eſt per *Iſaac f. Haimao.* Ex utroque intelligitur, alia eum exaraſſe præter laudata a nobis, quorum tamen neuter diſerte meminit.

ר׳ יצחק מפאנו דילוגו R. ISAAC de FANO, *Lugi* 1258
incola ſcr.

חֲנוֹךְ לַנַּעַר *Catechismum pueri*, ſive ſermones. MS. teſte Bartoloc.

ר׳ יצחק בן פולגר R. ISAAC fil. POLGAR, Hiſpa- 1259
nus ſcr. Hiſpanice contra Aſtrologiam. MS. in B. Vatic. n. 6423. fol. ubi etiam refutatio ejus exſtat ab *Alphonſo* facta.

1260 **ר׳ יצחק די פסקראס** R. ISAAC de POSCRAS, ut Plantavitius n. 547. vocat, quem Bartoloccius appellat ר׳ פסקאירה ſcr. comment. in librum *Jezira*, quem MS. habuit Plantavitius. Non dubium eſt, hunc eſſe *Abrahamum ben Dior* מפסקיירה i. e. *Piskeranum*, cujus in librum יצירה comment. ſupra ſub *Abrahamo* memoravimus.

1261 **ר׳ יצחק פפט** R. ISAAC PAPHAT ſcr. de nodo Boreali & Auſtrali, ſive de capite & cauda Draconis. Idem ſtruxit rotam, cujus beneficio putat præſignificari poſſe Monomachiæ exitum. MS. in B. Vatic. 4. n. 171.

ר׳ יצחק מפראג R. ISAACUS *Pragenſis*, vide R. Iſaac חיורה.

1262 **ר׳ יצחק בן פרלי** R. ISAAC fil. PARLI ſcr. comment. in 112. præcepta negativa. MS. in B. Vatic. n. 177.

1263 **ר׳ יצחק בן צדיק** R. ISAAC fil. ZADDICK, (*Juſti*) cognomine אלחריף, qui a noſtro hoc non eſt diſtinguendus, quod nec ipſe Bartoloccius ignoravit, quamvis duobus in locis ejus faciat mentionem. Scriptio אלחריף procul dubio eſt mendoſa ר pro ד exarato.

1264 **ר׳ יצחק קאנבנטון** R. ISAAC KANPANTHON ſive KAPANATON, ut vocatur a *Menaſſe ben Iſrael* p. 9. de Creatione, vel CANPANTUN, quo nomine venit *Hottingero*, Hiſpanus Caſtilienſis, fil. *Iacobi* vulgo *Gaon de Caſtilia*, obiit A. C. 1463. (u) teſte *Juchaſin* p. 134. a. fine & *Schalſcheleth* p. 62. a. lin. 8. a fine. Bartoloccius quidem tradit diſſentire hos duos Scriptores in anno noſtri emortuali definientem prior ad annum 1463. poſterior ad 1503. referat: at ego quidem in Veneta ed. *Schalſcheleth* qua alias uti ſolet Bartoloccius, invenio annum eundem, qui in *Juchaſin* eſt, nempe רכ״ג i. e. 223. C. 1463. notatum, pro quo, obvio & facili lapſu, legiſſe mihi is videtur רסג qui reſpondet A. C. 1503. Sed hæc tanti non ſunt. Scriptor Juchaſin eum ſibi viſum teſtatur, eumque a formoſitate laudat. Scripſit

דרכי

(u) Et quidem anno ætatis 103 quod teſtatur *Imman. Aboab* p. 286. Nomologiæ.

Digitized by Google

ס׳ דַּרְכֵי הַתַּלְמוּד (x) *liber viarum Talmudis*, ubi tradit regulas, ad rectius intelligendum Talmudis ſtylum facientes *Mantuæ* 353. C. 1593. & *Venet.* 307. C. 1547. quam poſteriorem ſolam habet ש״ש priorem vero etiam *Bartoloc.* Vidi ego præterea editionem *Venet.* anni חש״כה i. e. 325: C. 1565. 4. apud *Chriſtoph. Zaneti* pp. 14.

ר׳ יצחק קארדוסו R. ISAAC CARDOSO, Luſitanus, ex Judæo Chriſtianus, ſed ad Judæos poſtliminio reverſus, inter Chriſtianos vero *Ferdinandi* nomine dictus, Pincianus Medicæ artis Profeſſor, hinc vero Madriti eandem exercens, *Venetias* tandem ad Synagogam Judæorum ſe recepit, teſte *Nic. Antonio* Bibl. Hiſpan. Nova Tomo I. p. 283. unde tande m *Veronam* abiit, teſte Bartoloccio. Appellatus is quoque fuit *de colla verde*, quia tractatum ſingularem Hiſpanico ſermone ſcripſerat *de colla verde. Matriti* 1635. Ejusdem *Tractatio de febre ſyncopali*, controverſiis, obſervationibus & hiſtoriis referta, latino ſermone *Madriti* 1634. 4. 1265

Tract. *de utilitate aquæ & nivis*, *potusque calidi & frigidi* Hiſpanice 1637. *Philoſophia libera* Veronæ 1673. fol. de quo libro *Gregorius Leti* in Italia Regnante p. 535.

De origine & inſtauratione mundi, *Madriti* 1633. 8.

De præſtantia Judæorum, hiſpan. *de las excellencias de los Hebreos*, *Amſtelod.* 1679. apud *Dav. de Caſtro Tartas* pp. 451. quo libro decem Judæorum prærogativas exponit, quæ genti huic in medio etiam exſilio mediisque calamitatibus dignitatem conciliare debeant, v. c. quod populus ſit a Deo electus, cui idem Sabbatum & Circumciſionem dederit, quemque per Viros divino Spiritu actos inſtruxerit &c. Poſtea reſpondet ad decem criminationes, quas adverſus Judæos afferre ſoleant Chriſtiani, v. c. quod ſint idololatræ, male oleant, occidant Chriſtianorum infantes &c. Confer V. C. *Jac. Basnage* in Hiſtoria Judæorum Tomo V. p. 1907. Liber ille de varia Auctoris doctrina, & Scriptorum etiam noſtratium lectione teſtatur: uſus quoque multum eſt *Imman. Aboab* Nomologia.

ר׳ יצחק קארו R. ISAAC KARO *Toletanus* fil. R. *Joſ. Karo*, (quod dubie ſuſpicatur Nic. Antonius in B. Hiſpan. Nov. T. I. p. 618. 1266

(x) ש״ש affert titulum דרכי הגמרא eodem ſenſu, cum ad Gemaram imprimis hic reſpiciatur, titulus tamen libri ita habet, ut ſcripſimus.

618. cum ſit certiſſimum) A. C. 1492. cum ceteris Iudæis ex Hiſpania ejectus, Caſtellam, hinc Luſitaniam, denique Terram Sanctam adiit, ibique ſcripſit

תולדות יצחק i. e. *generationes Iſaaci* (y) ex *Gen.* XXV. 19. qui eſt comm. in Pentateuchum, partim literalis partim Çabbaliſticus, in quo aliorum quoque Interpretum ſententiæ paſſim conferuntur. Prod. *CPoli* 278. C. 1518. fol. ap. Salom. ben Mazzal Tov *Mantuæ* 318. C. 1558. ap. *Venturin. Rutinellum* & *Rivæ Trid.* eodem anno cura *Ioſ. Otelingi* quam utramque in ש״י & Catal. Bodlej. notatam inveni, *Mantuæ*, ſi credimus Plantavitio 353. C. 1593. fol. & *Amſtelod.* 468. C. 1708. pagg. 136. Poſteriorem editionem *Mantuanam*, quam poſt Plantavitium memorat *Bartoloccius*, *Cracovienſem* appellat ש״י. In B. Edzardina exſtat editio *Veneta* anni 1559. fol. Non dubito, hunc eſſe librum, qui tanquam comm. in Pentat. ſub noſtri nomine recenſetur in Catalogo B. Mediceæ p. 137. tanquam in 4. editus, ubi tamen titulus corrupte effertur per *Schedoth Iſaac.*

Buxtorfius noſtro tribuit אֶבֶן הָעֵזֶר librum, ut ait, ritualem Venetiis editum, ſed is quidem diſtinguendus non erat a R. *Iac. fil. Aſcher* Ordine IV. *Turim*, cujus idem nomen eſſe non ignoravit: videtur autem in hanc ſententiam inductus ex eo, quod R. *Ioſeph Karo*, qui noſtri filius eſt, in illum *Iacobi f. Aſcher* librum commentatus eſt.

ר׳ יצחק מקורביל R. ISAAC *Corbelenſis* v. ſupra R. *Iſaac ben Joſ. Korbil.*

ר׳ יצחק מקורדובה R. ISAAC *Cordubenſis*, v. R. *Iſaac bar Baruch Albalija.*

1265 ר׳ יצחק קורקוס R. ISAAC CORCOS, *Hiſpanus*, ſcr. in Codd. Talmudicos *Gittin* & *Chaliza*, MS. in B. Vatic.

1266 ר׳ יצחק הריספין R. ISAAC CRISPINUS ſcr.

סֵפֶר מוּסָר *librum diſciplinæ*, i. e. moralem proſa & carmine conſtructum, MS. teſte ש״י.

1267 ר׳ יצחק בן ראובן R. ISAAC fil. RUBEN nepos *Alphéſii* clar. an. 4942. C. 1182.

שערי

(y) Tituli hanc ipſe reddit rationem, quod liber hic inſtar poſterorum ſibi ſit futurus.

Digitized by Google

שַׁעֲרֵי שְׁבוּעוֹת *portæ juramentorum*, qui etiam vocatur שַׁעֲרֵי רַב אַלְפַס ideo quod nonnulli ipſum *Alpheſium* Scriptorem libri putant. Agitur ibi viginti ſectionibus de ritibus circa jurajuranda receptis, & editus eſt libellus una cum ipſo Alpheſii opere, præterea vero *Cracov.* 357. C. 1597. 8. & *Prag.* in 4. teſte ש״ו. In B. Oppenheimeri vidi edit. Baſil. anni, neſcio cujus. Ab hoc præter rationem diſtinguit paulo poſt Bartoloccius R. *Iſaacum* fil. *Ruben* fil. R. *Alphes*, qui ſcripſerit librum שְׁעָרִים Nam hic liber idem eſt, quem paulo ante dixerat de juramentis agere.

ר׳ יצחק בן ראובן R. ISAAC fil. RUBEN, *Barcicinonenſis*, Sæculi XII. Scriptor, ex Arab. hebraice convertit librum *Rav Hai Gaon fil. Rav Scherira*, qui inſcribitur הַמִּקָּח וְהַמִּמְכָּר i. e. *de contractibus emtionis & venditionis* ed. *Venet.* 362. C. 1602. Vide *Schalſcheleth* p. 40. b. ubi vocatur diſcipulus R. *Iſaaci f. Judæ Aben Geath*, qui obiit 4870. C. 1110. 1268

Quidam ajunt eundem ſcripſiſſe אַזְהָרוֹת *admonitiones*, & comment. in Cod. כתובות.

ר׳ יצחק בן ר׳ ראובן בן הר״יף R. ISAAC f. RUBEN fil. Rav *Alphes* non diſtingvendus eſt, ut facit Bartoloccius, a R. *Iſaaco ben Ruben*, quem paulo ante diximus exaraſſe שערי שבועות.

ר׳ יצחק מרומה R. ISAAC ROMANUS, Præſes *Curiæ* ſive pater domus judicii in Synagoga CPolitana, Sæculo XVII. ſcr. 1269

עֵץ חַיִּים *arbor vitæ*, ex *Gen.* II. i. e. Grammatica Hebræa: vide ſupra R. חזקיהו *Ezechias Romanus*, unde apparebit, noſtrum hunc non *Iſaacum*, quod ei nomen tribuit ש״ו, ſed Ezechiam appellandum fuiſſe.

ר׳ יצחק בן שלמה ישראלי R. ISAAC fil. SALOMONIS *Iſraelita*, vide ſupra R. *Iſaac Iſraelita f. Salom.*

ר׳ יצחק שלם R. ISAAC SCHALEM codicem *Pirke Avoth* italico ſermone, ſed Characteribus Hebræis edidit *Mantuæ* 348. C. 1588. 8. recuſ. poſtea eadem forma ſine loci & anni mentione. 1270

1271 ר׳ יצחק בן שלום R. ISAAC SCHALOM, pater domus judicii *Liſſa* in Polonia ſcr.

בית לוי *domus Levi* i. e. reſponſa juridica ſecundum ordinem *Turim*, atque hæc partem operis priorem conſtituunt, poſterior vero, quæ vocatur שלום בית *pax domus*, exponit de ritibus MS. teſte ש״י. Hic puto eſt, quem *Arnoldus* ad Wagenſeilii Sota p. 1158. ait prodiiſſe *Venet.* 1666.

1272 ר׳ יצחק בן שלמה אלחוכי R. ISAAC fil. *Salomonis Alchochi*, cujus לוחות התכונה *tabulas Aſtronomicas* in Bibl. Vindobon. MSS. exſtare teſtatur ש״י.

1273 ר׳ יצחק בן ר שלמה יעבץ R. ISAAC fil. *Salomonis* JABEZ ſcr.

1) הלל וזמרה *laudatio & cantus*, alludens ad Pſ. 147. v. 1. i. e. commentarius in lectionem ſ. narrationem Paſchalem, quam הגדה של פסח vocant, CPoli ed.

2) חסדי אבות *benignitates Patrum*, comm. in *Pirke Avoth* CPoli 343. C. 1583. 4. MS. in B. Oppenheimeri 4.

3) יפק רצון *protulit* vel *obtinuit gratiam* Prov. VIII. 35. conciones in *Haphtharoth* ſive lectiones Propheticas, ex ritu Hiſpanorum & Germanorum, Callocoſcopii (בילווידיר) 353. C. 1593.

4) סולת המנחה *ſimila oblationis* ex *Levit.* XIV. 10. comment. in Pentat. non ed.

5) תורת חסד *lex benignitatis*, ex *Prov.* XXXI. 26. quo continentur decem diverſi commentarii ex variis Interpretibus collecti, nempe

1) in *Canticum* ſub tit. קדש הלולים *ſanctitas laudum*,

2) in *Ruth* ſub tit. צמח צדיק *germen juſtum*,

3) in *Threnos* ſub tit. צדקת תמים *juſtitia perfecti*,

4) in *Eccleſiaſten* ſub tit. שערי מדע *porta ſcientiæ*,

5)

5) in *Eſther* ſub tit. עֲטֶרֶת שָׁלוֹם *corona pacis*,
6) in *Pſalmos* ſub tit. תְּהִלּוֹת יְהֹוָה *laudes Domini*,
7) in *Proverbia* ſub tit. לִמּוּדֵי יְהֹוָה *docti a Deo*,
8) in *Jobum* ſub tit. יִרְאַת שַׁדַּי *timor omnipotentis*,
9) in *Danielem* ſub tit. בִּרְכַּת יְשָׁרִים *benedictio rectorum*,
10) in *Eſram & Nehemiam* ſub tit. מוֹשִׁיעַ חוֹסִים *ſervans confidentes*.

Prodiit totum volumen *Calloſcopii* fol. neſcio quo anno, quem ש״י notare neglexit.

ר׳ יצחק בן שלמה כהן R. ISAAC fil. SALOMONIS *Sacerdos*: v. ſupra R. Iſaac כהן.

ר׳ יצחק בן שלמה בן סהולה R. ISAAC 1274

fil. SALOMONIS f. *Sabola* (z) Poeta idem & Rhetor inter ſuos celebris, qui obiit A. C. 1268. teſte *Iuchaſin* p. 132. b. & *Schalſcheleth* p. 59. itemque Ganzio ad an. 5028. Scripſit is

• מְשַׁל הַקַּדְמוֹנִי h. e. *proverbium antiqui* vel *antiquum*, quo comprehenduntur fabulæ & apologi, moralibus conſectariis & doctrinis inſtructi, quos vel beſtiæ inter ſe, vel cum hominibus, vel homines cum aliis loquentes protuliſſe finguntur. Diviſus liber eſt in quinque partes quarum I. *de laudibus intelligentiæ & cognitionis* II. *de pœnitentia* III. *de conſilio & prudentia*. IV. *de humilitate* & V. *de timore* diſſerit. Liber eſt rhythmicus & eleganti dictione ſcriptus, ſicut & *Juchaſin* p. 132. b. teſtatur, eo conſilio compoſitum eſſe, ut uſus & elegantia Linguæ Sanctæ oſtenderetur. Accedunt etiam figuræ variæ ad apologos intelligendos facientes. Prodiit *CPoli* 266. C. 1506. 4. teſte ש״י quam eam puto eſſe editionem, quæ a *Gerſone* Typographo filio *Moſis Soncinatis*, qui *Brixiæ* A. C. 1484. officinam typographicam habuit, inde vero alio delatus eſt, curata dicitur Bartoloccio. Exſtat etiam editio *Veneta* in 4. & noviſſime *Francof. ad Viadr.* 453. C. 1693. 8. cum ס׳ תפוח Editio illa, quam Venetam vocant, non habet notatum locum vel annum edit. Conſtat pagg. 64. literis quadratis, edente R. *Meir f. Iac. Franzoni*.

(z) Ita ſcribunt Chronologi Judæorum in contextu citati: at in carmine quod in limine libri exſtat, legitur סגולה: ab aliis ſcribitur כחולה.

ר׳ יצחק בן שלמה בן צדיק R. ISAAC fil. SALOMONIS f. *Zaddick*: vide ſupra R. Iſaac אלחרעף.

1275 ר׳ יצחק בן שמואל R. ISAAC fil. SAMUELIS ſcripſit

1) כֶּתֶם פָּז *aurum purgatiſſimum*, ex *Cantic.* V. 11. ut teſtatur *Buxtorfius*, neſcio quo auctore: conſentit Schabbatai in ש״ש qui ſcribit citari in *lib. Jezira*, ubi procul dubio reſpicit Catalogum Scriptorum Cabbaliſt. libro Jezira ed. Mantuanæ in 4. ſubjunctum: at in eo lego quidem librum Cabbaliſt. hujus tituli, ſed ille non noſtro, verum R. *Jom Tov* adſcribitur.

2) כֶּתֶר זָהָב *corona aurea*, quem itidem Cabbaliſticum eſſe ſcribit ש״ש.

1276 ר׳ יצחק בן שמואל אדרבי R. ISAAC fil. SAMUEL ADARBI, Doctor & Judex Theſſalonicenſis Sæc. XVI. medio, ſcripſit

1) דִּבְרֵי רִיבוֹת *verba litium* ſive *controverſiarum*, ex *Deuter.* XVII. 8. h. e. 430. *quæſita & reſponſa forenſia*, quibus recenſentur variæ ICtorum Iudaicorum diſſenſiones, & ſimul difficultates plures in Talmude occurrentes ſolvuntur. *Venet.* 346. C. 1586. fol. & *Theſſalonic.* 349. C. 1589. in B. Oppenheimer. Bartol. ait Venet. 347. C. 1587. ſecundum ap. *Io. de Gara* prodiiſſe.

2) דִּבְרֵי שָׁלוֹם *verba pacis*, ubi leguntur triginta conciones de diverſis argumentis habitæ, quas ſequuntur aliæ in Legem, una cum nonnullis ad Pſalmos IV. CI. CXVIII. & CVI. pertinentibus. *Venet.* 346. C. 1586. fol. item 352. & iterum, neſcio, quo anno quas editt. memorat ש״ש Priores duæ exſtant in B. Oppenheimeri una cum tertia *Theſſalonic.* 345. C. 1585. Bartol. affert Venetam anni 310. C. 1550. apud *Matth. Zaneti*. In ש״ש dicitur hæc eſſe pars tertia operis, cujus primam conſtituat liber דברי ריבות ſecundam vero ſe vidiſſe negat auctor.

1277 ר׳ יצחק בן ר׳ שמואל חיים R. ISAAC fil. R. *Samuelis* CHAJIM, *Hiſpanus*, approbavit librum אגור R. *Iac. Lando*.

ר׳

ר׳ יצחק בן שמואל R. ISAAC fil. SCHEMUEL 1278

Hieroſolymit. Sæc. XVII. medio clarus in lucem protulit R. *Ioſ. Karo*, מגיד מישרים cum ſua præfat. *Lublini* 406. C. 1644.

ר׳ יצחק בן שמואל הלוי R. ISAAC fil. SAMUELIS *Levita*, ſcr. 1279

שִׂיחַ יִצְחָק *meditatio Iſaaci*, ex *Gen.* 24. 63. ubi tota doctrina Grammatica in compendio exponitur ſeptem ſectionibus, quæ præterea luculento commentario illuſtrantur. *Prag.* 388. C. 1628. 4.

ר׳ יצחק בר שמואל R. ISAAC fil. SAMUELIS: vide R. Iſaac הזקן.

ר׳ יצחק בן שמשון R. ISAAC fil. SIMSON, claruit 1280

Sæc. XVII. ineunte, cujus comment. in Pſalmos cum comm. in Proverbia & libros Samuelis ſub tit. מדרש שחר טוב *Pragæ* 1613. fol. prodiiſſe ſcribit Bartoloccius: vide tu infra מדרש שחר טוב unde apparebit, eſſe hos commentarios Anonymi, qui deinde cum additionibus & explicatione vocum a noſtro hoc facta prodierint.

Pentateuchus Hebraicus cum commentario Noſtri Germanico, ex variis Medraſchim & Interpretibus aliis diffuſius collecto *Prag.* 368. C. 1608. fol.

ר׳ יצחק בן ר׳ מאיר R. ISAAC fil. R. MEIR *Pra-* 1281

genſis, una cum fratre R. *Simeon* comment. in lib. פרקי שירה ſcripſiſſe dicitur a Bartoloccio: tu vide infra פרקי שירה, inter Anonymos.

ר׳ יצחק שפרוט R. ISAAC SCHIPRUT vel ut alii 1282

legunt rectius SPROT, claruit 5134. C. 1374. (a) huic *Juchaſin* p. 133. b. & cum eo *Dav. Ganz* tribuit librum אֶבֶן בֹּוחַן qui tamen videtur acceptus referendus R. *Schem Tov fil. Iſaac Sprot*, ſub quo nomine vide, quæ ſcribemus. Eidem dictum librum adſcribit *Schalſcheleth* p. 61. a fine additque in quu. & reſp. *Bar Scheſchbat* ſect. 271. legi, auctorem vocatum eſſe *Matathja Even Bochen*. Noſtro huic ש״י tribuit librum

Sss s 3 בְּהוּא

a) *Zemach David* cum refert ad an. 146. C. 1386.

Digitized by Google

אוהב משפט *diligens judicium*, ex Pſ. XXXIII. 5. qui tamen nec argumentum, nec editionem, quam nec factam putem, memorat.

1283 ר׳ יצחק בר ששת R. ISAAC f. SCHESCHAT,

per compendium dictus הרי׳בש ex urbe Algerio, claruit an. 5134. C. 1374. æqualis R. *Chasdai Kreskas*, cum quo ipſi litterarum commercium interceſſiſſe ex ejus *lib. quæ. & Reſp.* n. 269. & 391. patet. Exſtant ejus שאלות ותשובות *quæſita & reſponſa juridica* 518. edita *CPoli* 312. C. 1552. fol. & *Rivæ Tridenti* 319. 4. C. 1559. 2. Vol. Allegantur illæ cum laude ab Aſaria in *Meor Enajim* c. 2. p. 29. b. & alibi paſſim. *Bartoloccius* ſcribit, eundem præterea librum alium ſcripſiſſe, cui de nomine patris ſui titulum fecerit בר ששת quique prodierit *Rivæ Trid.* 319. Enimvero hic non eſt diſtinguendus a priore, eo quod ipſa illa reſponſa juridica תשובות בר ששת appellari conſueverunt, teſte *Zemach David*, quod ipſum credo in fraudem induxit Bartoloccium: præterea vero editio illa Tridentina eadem eſt, quam quæſitis illis vindicavimus. Obiter hic noto mirum Vorſtii errorem, qui p. 146. verſionis Latinæ τȣ̃ *Zemach David Philopoli* has quæſtiones ſcriptas eſſe monet, adductus verbis Ganzii אשר בפילפולו עשה השאלות minus recte intellectis, quæ ita vertere debuiſſet: *qui cum ingenii acumine ſcripſit quæſtiones.*

Epiſtolas quasdam MS. a noſtro hoc ad R. *Kolon* Germanum exaratas, & de rebus judicialibus agentes in B. Vatic. latere teſtis eſt idem Bartoloccius.

קטן בן תופיל vide ſupra אבי יעפר אבן תופיל.

1284 ר׳ יקום בן גד R. JAKUM vel JECOMAS fil. GAD

ſcripſit librum de ſepulchro Moſis in monte *Nebo* & *Abarim* detecto, quod non Prophetæ, ſed cognominis cujusdam junioris eſſe oſtendit, ut tradit *Georg. Hornius* in Hiſtor. Eccleſ. ad A. C. 1660. Totam vero rem fabulam eſſe, & ab Hornio ex odio in Pontificios, ac ſpeciatim Jeſuitas, confictam ſtatuit Bartoloccius. Confer quæ dicemus infra ſub *Moſe Maimonide.*

יקותיאל JEKUTHIEL vide ſupra R. *Iſaac Jekuthiel Blitz.*

1285 ר׳ יקותיאל בן אביגדור R. JEKUTHIEL fil. R.

R. *Avigador* cognomine קפמן *Koffmann* Archiſynagogus Cothnenſis (קוטנא) qui etiam vocatur *Moſes Jekuthiel* ſcr.

חֻקֵּי מִשְׁפָּט *ſtatuta juris*, ex *Num.* XXVII. 11. comm. in *Choſchen Miſchpath* qui eſt Ordo *Schulchan Aruch*, *Dyrenfurti* 1691. 8. Idem commentatus eſt in ceteros Ordines, nempe in *Orach chajim* ſub titulo חֻקֵּי חַיִּים *ſtatuta vitæ*, & in *Jore Dea* ſub tit. חֻקֵּי דַעַת *ſtatuta ſcientiæ* quod utrumque ſcriptum ex officina Rev. Iablonskii una cum Schulchan Aruch ſecundum ordinem alphabet. diſpoſito prodiit *Berol.* 1708. a R. *Iſrael Schemuel ben Schelomo.*

Comm. ille *Jekuthielis* ita eſt diſpoſitus, ut textum binorum Ordinum טור *Turim*, nempe *Orach chajim*, & *Jore Dea* in media pagina quadratis literis expreſſum ab utroque latere cingat. Univerſalis totius commentationis titulus eſt חֻקַּת הַתּוֹרָה *ſtatutum Legis*, deinde vero ſingulis partibus ſinguli dati ſunt tituli ſpeciales, inter quos ex חקי per Notarikon producitur קופמן חבור יקותיאל ex חיים vero חבור משה יקותיאל. Expoſitio ipſa ſummam & compendium exhibet variarum aliarum in Turim commentationum, quæ in titulo ipſo recenſentur, jam alias editæ.

In quadam הסכמה, quæ iſti commentario præmittitur, dicitur idem ſcripſiſſe אניות סוחר *naves mercatoris*, ex Prov. XXXI. 14. tum חֻקַּת פֶּסַח *ſtatutum Paſchatos* ex *Exod.* XII. 43. ubi commentatur in *Haggada Paſchatis* &c. Quæ quidem auctor, adhuc ſuperſtes, una cum aliis quibusdam ut & toto comment. in *Schulchan Aruch* luci parare dicitur.

ר׳ יקותיאל הכהן בן יהודה R. JEKUTHI- 1286

EL *Sacerdos*, fil. JEHUDÆ Synagogæ, Pragenſis per compendium dictus יה״בי ſcripſit

עֵין הַקּוֹרֵא *fons invocantis* ex *Judic.* XV. 19. ſecundum quem locum hoc modo verti debet, quod ſi vero libri argumentum, forte etiam Scriptoris, qui titulum fecit, mentem ſpectes, non improbanda fuerit *Buxtorfii* interpretatio per *oculus legentis.* Liber eſt Grammaticus, agens potiſſimum de ratione punctandi voces, quæ ſint *Milel* vel *Milra*, *maccaphatæ* vel *non maccaphatæ.* Meminit ejus *Elias Germanus* in fine libri *Maſoreth* præterea vero Buxtorfius, qui ipſe MS. habuit de Abbreviaturis p. 95. & R. *Schabtai* in ש״י tum in libro ipſo p. 37. & 85. tum in Spicilegio p. 93.

Digitized by Google

93. Uterque horum monet etiam eum alias appellari זַלְמַן הַנַּקְדָן *Sal-man punctatorem.* Schabbatai quoque obſervat, ejus animadverſiones de vocibus *Milel* & *Milra*, itemque *maccaphatis* vel non *maccaphatis* innui in margine quarundam editionum Pentateuchi ſub Symbolo ע״ה i. e. עין הקורא. Conſer de noſtro V. C. *Jo. Henrici Michaelis* diſſert. de Codicibus MSS. Bibliorum p. 35.

1287 ר׳ יקותיאל בן יצחק R. IEKUTHIEL fil. ISAACI BLITZ Biblia Hebræa in Germanicam linguam quod ad ſingulas voces convertit, quæ *Amſtelod.* ex *Uri Veibeſii Levitæ* (פייבש לוי) 439. C. 1679. fol. edita prodierunt, cum diplomate Ioannis III. Sobieski Polonorum Regis. V. C. *Jac. le Long* in Biblioth. Sacra Parte II. p. 271. excuſa ait eſſe Amſtelod. 437. 4. quod inde puto factum, quia diploma Regium illum annum præfert. Forma tamen non quarti ſed majoris in folio ordinis eſt. Ceterum hæc verſio non eſt in eodem apud Judæos vel Chriſtianos pretio, quo altera illa, *Ioſ. Athiæ* juſſu & ſumtibus excuſa valet, ob varios nævos, quibus laborat.

1288 ר׳ יקותיאל בן משה R. JEKUTHIEL fil. MOSIS ſcripſit compendium libri

עַמּוּדֵי גוֹלָה *Cracov.* 339. C. 1579. 4. Ejusdem nomen ſubſcriptum eſt precationi, quæ exſtat in Machſor die primo Novi anni.

1289 ירוחם בן משלם JERUCHAM fil. MESCHULLAM, Provincialis, *Gallus*, diſcipulus R. *Aſcher* claruit an. 5094. C. 1334. teſte *Schalſcheleth* p. 61. a. *Iuchaſ.* p. 133. b.

תּוֹלְדוֹת אָדָם וְחַוָּה *generationes Adami & Evæ* ex *Geneſ.* V. 1. liber in duas partes diſtinctus, quarum prior ſub tit. חֵלֶק אָדָם *pars Adami*, ſive *hominis* oſtendit, quomodo Vir vitam inſtituere debeat inde a primis unguiculis usque ad tempus, quo uxorem ducit: poſterior vero ſub titulo חֵלֶק חַוָּה *pars Evæ* ſive *mulieris*, docet, quomodo vita ipſi agenda ſit, ex quo uxorem duxit, usque ad mortem. In priore ratio precum, benedictionum, omniumque inſtitutorum explicatur: utraque vero pars in ſuas ſemitas & ſectiones eſt diſtributa.

Acce-

Digitized by Google

Accedit ejuſdem Scriptoris סֵפֶר מֵישָׁרִים *liber rectitudinum*, qui de inſtitutis pecuniariis (דיני ממונות) agit 32. ſemitis ſive partibus conſtans, *CPoli* 281. C. 1521. (In Catal. Bodlej. video memorari *CPolit*. anni 1630.) *Venet*. 313. C. 1553. ap. Aloyſ. Bragadin. iterumque 317. C. 1557. fol. *Bartoloccius* poſt *Plantavitium* titulum effert per אָדָם וְחַוָּה, ibique ait diſſeri de officiis Parentum erga filios, de doctrina Legis, de precibus &c. Rectius & diſtinctius libri rationem tradit ש״י quem ſecuti ſumus. Ceterum prodiit iterum liber מֵישָׁרִים cum R. *Chajim Algaſi* נְתִיבוֹת מִשְׁפָּט *Semitis judicii*, qui eſt comment. in partem ipſius iſtius libri ex ICtis Iudæis & reſponſorum juridicorum Scriptoribus collectus *CPoli* 429. C. 1669. fol.

ירחי JARCHI, v. R. *Elijakim f. Nathan*: v. R. *Schelomo Iizchack*.

ירושלמי SAPIENS HIEROSOLYMITANUS, quo nomine Grammaticus, neſcio quis, laudatur in Grammaticorum Catalogo ſupra ſub דקדוק repræſentato, ubi dicitur exaraſſe octo libros lucentes ut Saphiri. Vixit is Sæculo X. quia l. c. Saadiæ proximus jungitur. In ש״י p. 85. a. dicitur ירושלמי eſſe nomen libri Maſoretici, quo inprimis innixus ſit R. *Iona Grammaticus*. Ibidem is ſuſpicatur, eſſe Codicem Biblicum, quem correxerit *ben Aſcher*, qui multis annis vixerit Hieroſolymis. Malim ego referre librum ad Anonymum illum noſtrum *Hieroſolymitanum*. 1290

ישוע JESUS. Num, qui in Gemara paſſim memoratur ישוע vel ישו Sanctiſſimus Servator noſter ſit, an alius, diligentius diſputabimus in recenſione תלמוד. 1291

ישון JASON CYRENÆUS, Hebraice forte JESUS dictus, ſcripſit græce Hiſtoriam Maccabæorum libris quinque, ex quibus compendii inſtar compilatus eſt liber Maccabæorum ſecundus, quod capite II. v. 25. diſerte monetur. *Scipio Sgambatus* & hebr. & græce ſcripſiſſe Jaſonem probabile putat, neſcio, quo argumento inductus. Conf. infra מכבי. 1292

ישוע בן יהודה JESCHUA f. JEHUDÆ *Karaus*, diſcipulus *Ioſephi Videntis*, a quo tamen in argumento de inceſtu ſeu gradibus 1293

Ttt t con-

conjugii prohibitis quod ad capita nonnulla abiit. Floruiſſe ille videtur Sæculo XI. quod ex ſerie Doctorum Karaiticorum apud *Mardochæum* p. 115. patet, ubi noſter vocatur R. *Iehuda ben Rav* עלי, quem a noſtro *Ieſchua f. Iuda* diſtinctum non eſſe ideo credo, quod nulla alioquin hujus in tota illa Doctorum Karæorum ſerie mentio fieret, quæ negligi vix potuiſſe videtur, cum non exiguum inter ſuos nomen habuerit. Et fieri facile potuit, ut Pater ejus diceretur *Iehuda Eli*, ac brevitatis cauſa prænomen Jehudæ in appellando filio omitteretur. Huic itaque a Mardochæo l. c. tributur

1) פירוש *Commentarius in Legem Prophetas & Hagiographa*, ac præterea ס׳ הַיָּשָׁר *liber recti*, in quo de omnibus præceptis commentatus eſt.

Ex priori, fragmenti inſtar, comm. in *Geneſin* diffuſus MS. exſtat in B. Leidenſi, cujus Catalogum vide p. 286.

3) בַּעֲרָיוֹת *de inceſtibus* Arabice ſcripſiſſe teſtatur *Seldenus* de Uxore Hebræa lib. I. c. 3. p. 9. ex R. *Jehudæ fil. Eliezer* שער יהודה, quo quidem in libro a Doctoris ſui & reliquorum Karæorum placitis receſſit in iis capitibus, quæ *Seldenus* l. c. p. 19. ſqq. exponit. Nemo tamen fere eum ſecutus eſt præter R. *Aaronem* in libro עץ חיים & *Eliam Byzantinum*, qui in præf. libri ſui profitetur, ſe librum noſtri, quem ס׳ ישר appellavit, ſecuturum eſſe. Vide *Seldenum* l. c. p. 21. MS. exſtat hic liber hebr. in B. Leidenſi ſecundum Catalogum p. 286. n. 45. cum refutatione *Jacobi fil. Simeonis*. Eundem apud *Joſephum del Medico* ſe MS. vidiſſe teſtis eſt R. *Schemuel Germanus* in not. ad נובלות חכמה p. 56. a.

4) ס׳ עֲשָׂרָה דְּבָרִים *librum decem præceptorum* ab *Aarone fil. Eliæ* in ſcripto rituali allegari teſtatur Cl. *Schupartus* p. 92. de Karæis, quem *Jeſchuam* de noſtro puto interpretandum. Aben Eſra ad Dan. VII. v. 13. memorat R. *Ieſchua* quendam, qui num de noſtro accipi debeat neſcio.

ישוע בן סירה JESCHUA ben SIRA: v. ſupra *Iehoſchua ben* סרוק

1294 ר׳ ישועה בן יוסף הלוי R. JESCHUA fil. R. *Ioſeph* Levita, Hiſpanus Telmiſanus, vixit *Toleti* 227. C. 1467. teſte *Schalſcheleth* p. 62. b. & *Ganzio* ad annum eundem. Scr.

הֲלִיכוֹת עוֹלָם *itinera mundi* ſ. *æterna* ex *Habac.* III. 6. quem librum ipſe auctor in præfatione ſvaſu & conſilio *Vidalii* filii *Leonis* compo-

Digitized by Google

poſuiſſe ſe ſcribit, eo animo, ut de phraſibus & ſtylo Gemaræ conſtare cuique poſſet. Totus itaque libellus quinque tractatibus conſtat, quorum primus totam Miſchnæ & Gemaræ diſpoſitionem ac Seriem delineat, ſecundus Gemaræ formulas familiariſſimas explicat, tertius Miſchnæ formulas & loquendi rationes perſequitur, quartus præcipit de variis modis explicandi legem ſpeciatimque de allegoriis & alluſionibus; quintus denique oſtendit, quis potiſſimum ex Doctoribus Miſchnicis & Gemaricis, ſi ratione deciſionis diſſentiant, audiendus & ſequendus ſit. Ex quo patet, tractatum integrum Introductionis vicem in ſtudium Talmudicum præſtare. Additus eſt a primo editore Judæo, R. *Iebuda fil. Joſephi*, R. *Samuelis* מְבוֹא הַגְּמָרָה *introductio in Gemaram*, ejusdem omnino argumenti, ſed ſuccinctius digeſta. Prodiit liber *CPoli* 270. C. 1510. 4. *Sabionetæ* 327. C, 1567. 4. *Mantuæ* 353. C. 1593. quas editiones affert Bartolocc. at *Schabbatæus* in ש״י tantum habet *Mantuanum* 353. & *Venetam* ejusdem anni: in B. Oppenheim. inter ceteras vidi *CPolit. Theſſalonic. Venetam* 305. C. 1545. *Sabionet.* 327. C. 1567. & *Amſtel.* His acceſſit alia cum verſione Latina *Conſtantini Lempereur* (b) ſub titulo *Clavis Talmudicæ* Lugd. Batav. 1634. 4. quæ editio manu *Io. Cocceji* notata exſtitit in Biblioth. *Gvil. Anslarii*, teſte Catalogo illius p. 121. Obſervandum hic eſt, in editione hac omiſſum eſſe integrum cap. IV. tractatus IV. quod de allegoriis & alluſionibus exponit. Illius vertendi ſpem fecit Cl. *Ritmeierus* in not. ad Clavem Gemar. p. 2. Præterea vero lucem vidit cum duobus commentariis, altero *Ioſephi Karo* ſub tit. כללי הגמרה, altero R. *Salom. ben Abraham Algaſi* ſub tit. יָבִין שְׁמוּעָה qui explicat dicta Ioſ. Karo, & partem libri כריתות, itemque tredecim modos interpretandi legem ex libro מִדּוֹת אַהֲרֹן *Venet.* 404. C. 1644. fol. In Catal. Bodlej. p. 356. video laudari edit. anni 1598. 4. ſine notato loco, quæ adjunctum habeat כללי התלמוד i. e. comment. R. Karo. Novam illius commentationis editionem cum aliis ejusdem argumenti libellis ſub tit. *Collectaneorum Talmudicorum* curandam promiſit V. C. *Henr. Iac. van Baasbuyſen* (c) Vide Muſeum novum librorum (*Bücherſaal*)

(b) Vidi exemplum hujus editionis, cui B. *Scherzerus* manu ſua adſcripſerat, Lempereurium Judæi opera ad verſionem hanc concinnandam uſum fuiſſe. Neque id certe vitio verti debet Viro, qui inter Chriſtianos primus hoc libro viam ad ſtudium Talmud. muniit.

(c) Ex ſingulari plagula, nuper *Hanoviæ* edita, conſtat, collectionem hanc cum maxime prelum exercere *Hanoviæ*, tempore æſtivo imminentis anni prodituram, ſub titulo: מפתח

Parte XVI. p. 274. Ceterum Cl. *Io. Iul. Struvius* ex libro *Halichoth Olam* elaboravit, ceu ipſe in præf. profitetur, ſua Logicæ Hebr. Rudimenta *Jenæ* 1697. 4. edita, in quibus Talmudicam argumentandi, rationem ad noſtratem methodum revocavit, & ſtrictim expoſuit.

1295 **ר׳ ישמעאל בן אלישע R. ISMAEL fil. ELIÆ,**

Sacerdos magnus, vixit 3960. A. C. 200. ſcr.

1) מְכִילְתָּא i. e. *conſvetudo & jus*, de quo libro & diverſis Judæorum de auctore ejus ſententiis inter Anonymos ſuo loco ſub מכילתא dicemus.

2) פִּרְקֵי הֵיכָלוֹת *capitula de templis*, lib. Cabbaliſt. amplus (*) & magnæ inter Judæos auctoritatis, ſed cujus exigua tantum pars exſtat in libro ארזי לבנון. Idem liber alias vocatur חנוך, quia ab auctore ope *Metatron*, quo nomine vocatur *Enochus*, ſcriptus creditur, initio facto ab his verbis: ויתהלך חנוך Citatur ſæpius in *Jalkut Rubeni* & MS. laudatur in *Noſlos chochma Gadol* p. 195. a.

3) סֵפֶר הַתְּמוּנָה *liber imaginis*, a noſtro hoc & R. *Nechonja fil. Kanæ* elaboratus dicitur, exponens Cabbaliſtice de figura & forma literarum Hebr. vide librum נובלות חכמה p. 195. ubi inter eos libros recenſetur, qui ad editionem ſint parati: auctor ibi vocatur mutile *Eliſcha*. Citatur idem in *Ialkut Rubeni Gadol* V. c. p. 2. a. & b. nec non in שכחת לקט ſubjuncto τῷ *Ialkuth Rubeni Gadol*. Non dubito hunc eſſe illum ס׳ תְּמוּנָה quem in tres partes diſtinctum MS. habet B. Oppenheimeri in fol. bis, ſemel nude, & ſemel cum comment. *Paulus Riccius* lib. 4. de Cœleſti Agricultura p. 132. inter Scriptores Cabbaliſt. Piſtorii hæc habet: *qua autem lege magni orbis & archetypi hominis partes terreni hominis artubus nomine & re ipſa reſpondeant*, R. *ISRAELIS* liber *HAKKUMA* (קומה) i. e.

תלמוד הגדול: i. e. *Clavis Talmudica maxima*, quæ præter *Halichoth Olam* cum verſ. & præf. Lempereurii, & R. *Elijakim Panzi* מפתח הגמרה cum verſ. & notis Cl. *Ritmeieri* complectetur R. *Moſis* סוגיות התלמוד, in folii forma.

(*) Id teſtatur inter ceteros *Naphthali Hirtz* in præf. ad *Emeck Hammelech* p. 6. col. 1. additque philyras, quæ ſuperſint, erroribus pleniſſimas eſſe, quos præcipue in nominibus propriis commiſſos, tollere ſe poſſe ſed ob cavendam myſteriorum propalationem nolle Loria ſit profeſſus.

Digitized by Google

i. e. *STATURÆ* & R. *SIMEONIS* liber *POMORUM* &c. *enunciant*. Utrumque librum iterum allegat p. 134. eodem modo, unde patet præter laudata ſcripta eidem tribui ספר הקומה. Idem p. 137. ejusdem librum templorum i. e. פרקי היכלות ut & de magnitudine ſtaturæ laudat. Videri alioquin poterat ספר הקומה a ספר התמונה non diſtinguendus. Parum abeſt, quin hujus *Iſmaelis* eſſe putem *Aphorismos currus & opus creationis*, quæ MSS. recenſentur in Catal. B. Lugd. Bat. p. 277. n. 10. ſicut & in *Noſlos chochma* p. 195. MS. citatur Iſmaelis noſtri מעשה מרכבה additurque, eundem librum vocari ס' היכלות quem ab eo, de quo num. 2. diximus, diſtinctum eſſe ex eo patet, quia hujus paulo ante meminerat. Confer de noſtro infra inter Miſchnicos, ubi de tredecim modis interpretandi legem, qui illi inſcribuntur, dicemus. Noſtri Iſmaelis תפלה *precatio* pro conſervanda dignitate exſtat in lib. שם טוב קטן p. 3.

ר' ישמעאל הכהן R. ISMAEL *Sacerdos* Tunetanus 1296
ſcripſit

ספר הזכרון *librum memorialem*, ſive clavem & indicem rituum, hodie apud Judæos receptorum & in Talmude expoſitorum. *Ferrar.* 315. C. 1555. 4. ap. *Abrab. Oſchki* (אושקי).

אבו ישמעאל פראבי ABU ISMAEL PHARA- 1297
BI, Philoſophus Arabs ſcr.

ספר עין משפט *librum oculi judicii*, i. e. ſexaginta tractatus Philoſophici ſecundum Ariſtotelicam Philoſophiam ſcripti, & ex Arab. hebr. tranſlati a R. *Theodoro fil. Meſchullam*. MS. in B. Vatic. 4. Hic eſt celebris ille *Alpharabius*, de quo ſupra diximus.

ר' ישעיה בן אברהם הלוי R. JESAIA 1298
fil. ABRAHAM Levita HORWITZ vel ſimpliciter *Ieſchaja Horwitz* in variis Synagogis v. c. in Polonia & Bohemia, ſpeciatimque Pragæ Antiſtes fuit, tandem vero anno ætatis 80. in Principis (נשיא) dignitatem in terra Sancta evectus eſt, ibique 370. C. 1610. obiit, ceu teſtatur *Zemach David* continuatum p. 46. b. & *Chriſtoph. Arnoldus* in Mantiſſa ad Wagen-

ſcilii *Sota* p. 1158. Dum in terra Sancta verſaretur, ſcripſit librum, quem deinceps teſtamenti quaſi loco ad liberos miſit ſub tit.

שְׁנֵי לוּחוֹת הַבְּרִית *duæ tabulæ fœderis*, ex *Exod.* 31. 18. liber diffuſus, & de variis argumentis, duobus Tomis diſſerens, quorum prior vocatur תּוֹלְדוֹת אָדָם *generationes hominis* ſive *Adami*, cujus pars prior habet decem ſectiones ſ. domos I. בֵּית יְהֹוָה *domus Dei* de exiſtentia Summi Numinis, II. בֵּית חָכְמָה *domus ſapientiæ*, de Lege ex cœlis lata. III. בֵּית יִשְׂרָאֵל *domus Iſrael*, de prærogativis populi Iſraelitici, & hominum. IV. בֵּית נֶאֱמָן *domus firma*, de attributis & epithetis Dei. V. בֵּית הַמִּקְדָּשׁ domus ſanctuarii. VI. בֵּית אַחֲרוֹן *domus poſterior ſ. ultima*, ubi de mercede poſt hanc vitam. VII. בֵּית הַבְּחִירָה *domus electionis*, ubi de electione ſive libero arbitrio & ſcientia. VIII. בֵּית עִיר חוֹמָה *domus urbis muro cincta*, ubi de voluntate occulta & abſcondita. IX. בֵּית דָּוִד *domus Davidis*, ubi de Meſſia. X. בֵּית הַגָּדוֹל *domus magna*. Eadem parte continetur שַׁעַר הַגָּדוֹל *porta ampla*, ubi de cultu Numinis per decem tractatus 1) de Deo uno, 2) De Judæis, populo uno. 3) De timore & amore interiore. 4) De cultu divino. 5) De imitandi. proprietatibus & virtutibus divinis. 6) De cultu animi h. e. internos 7. De virtutibus. 8) De animi ad Deum converſione. 9) De puritate cogitationum. 10) De præſentia Dei in corde. Hinc ſequitur

שַׁעַר הָאוֹתִיּוֹת *ſectio literarum* ſive *alphabetica*, ubi de variis argumentis, ſub titulis certis ſecundum literarum ſeriem diſpoſitis, agitur v. c. ſub tit. אֱמֶת וֶאֱמוּנָה i. e. *veritas & fides*, de tredecim articulis fidei, & totidem modis interpretandi Legem &c. Hac ſectione colliguntur quoque inſtituta quædam ritualia (דִּינִים) quæ in libro תּוֹרַת חַטָּאת non exſtant, & alia, quæ ad cibum rite capiendum pertinent, ut & illa, quæ in Terra Sancta tantum ſunt recepta, quale eſt Spicilegium rerum in agris relictarum &c.

Pars poſterior dicitur עֲשֶׂרֶת הַדִּבְּרוֹת *decem præcepta*: quia decem conſtat tractatibus, decem columnis mundi, quas ſtatuit noſter, reſpondentibus, & in tria capita ſubdiviſis, quorum primum ſub tit. נֵר מִצְוָה *lumen præcepti*, ritus: II. ſub tit. תּוֹרָה אוֹר *lex lux*, rationes illorum rituum

Digitized by Google

tuum interiores. III. ſub tit. תוכחת מוסר *correctio morum*, paræneſes & correptiones complectitur. Primus tractatus vocatur מַסֶּכֶת חולין ubi oſtenditur, quomodo diebus profeſtis vivendum ſit. II. eſt Tract. de *Sabbato*. III. de Paſchate. IV. de feſto 7. hebdomadum. VIII. *de Iejunio*, quod vocatur תשעה באב. IX. de feſto Encæniorum, de precatione, lectione libri legis & Synagoga. X. vocatur Tract. מגלה ubi de Purim.

Tomus alter agit 1) de 613. præceptis, complectiturque commentationes varias ſecundum ordinem Paraſcharum. 2) de Lege orali, ubi habentur 27. regulæ & obſervationes ad Gemaræ ſtudium tractandum facientes ſecundum numerum literarum, quibus conſtant verba כי על פי הדברים האלה כרתי אתך ברית quæ Exod. XXXIV. 27. leguntur.

Poſtea ſequuntur decem תִּלּוּלִים i. e. *panegyrici* ſeu laudandi formulæ ſuper decem ſectionibus libri חובת הלבבות fundatæ.

Totum opus prodiit *Amſtelod.* 408. C. 1648. fol. p. 422. ap. *Imman. Benbeniſte.*

Accedit in calce ſub tit. הקדמה i. e. præfationis *Schabtai Schaphthel*, qui noſtri eſt filius, tractatio cum inſcriptione, וָוֵי הָעַמּוּדִים i. e. *uncini columnarum*, ubi variæ Sectiones Talmudicæ exponuntur: vide nomen auctoris infra ſuo loco.

Ex hoc libro quædam ſeorſim edita ſunt: vide ſupra *Elijakim f. Iac.* Compendium quoque exſtat: vide *Iechiel Michel ben Abraham.*

2) Idem notis inſtruxit Patris ſui *Abrahami f. Schabtai Schaphthel* librum עֵמֶק הַבְּרָכָה *Cracov.* 356. C. 1596. 4. editum, de quo ſuo loco diximus.

3) Eundem commentarium ſcripſiſſe in librum precum ſub tit. שער השמים i. e. *porta cælorum*, ex aliis ſe audiviſſe ſcribit ש״ו.

ישעיה הורוויץ JESAIA HORWITZ, nepos *Ieſajæ ben* 1299
Abraham, Archiſynagogus *Francofurt.* ac *Poſnanienſis*, ob 449. C. 1689. Vide *Zemach David* continuatum p. 48. b.

ר׳ ישעיה בר אליה R. JESAIA fil. ELIÆ, qui 1300
etiam Jeſaias אחרון i. e. *Poſterior* per compendium ריא״ז dicitur, floruit Sæc.

Sæc. XIII. poſt C. N. ceu ex *Schalſcheleth* p. 51. b. colligi poteſt (d) ſcripſit deciſiones ſelectas ex Opp. *Rambam*, *Riſchba*, *Raſchi*, R. *Tam*, R. *Baruch* & R. *Chananel* MSS. in B. Urbinat. 4. Ejusdem

הֲלָכוֹת ſive *conſtitutiones* ex Gemara ad ritus pertinentes MS. in B. Vatic. Priorem, quem memoravi, librum non puto diſtinctum a libro *Chukkim* (חֻקִּים) i. e. deciſionum in conſtitutiones Talmudicas, quæ MSS. recenſentur in Catalogo B. Bodlej. n. 462. inter Codd. Laudanos. Ibidem auctor vocatur *Ieſaias poſterior* h. e. ישעיה אחרון ad diſtinctionem ראשון ſive Prioris, de quo paulo poſt dicemus.

Noſtri hujus obſervationes novæ in Alpheſi ſub tit. שִׁלְטֵי גִבּוֹרִים *clypei fortium*, prodierunt cum ipſo *Alpheſii* opere *Venet.* 312. C. 1552. ubi auctor per compendium vocatur רי"אז. Confer de eo *Iuchaſin* p. 49. 3.

Huic quoque vindicandas putem obſervationes in Pentateuchum, quas laudat *Aſarias* in *Meor Enajim* p. 127. a. & comm. in *Eſram* p. 83. b. lin. 7. Sicut nec diſtinctum puto ab eo, qui *Ieſaias* ſimpliciter vocatur in ש"י p. 85. n. 48. ubi compendium commentarii ejus in libb. Judicum ac Samuelis in Bibliis Rabbinicis majoribus ed. Venetæ & Baſil. exſtare recte memorat, ſe illud de editione Veneta II. anni 1549. & illam ſecutis intelligas. Ad eundem refero comment. in libb. *Iudicum*, binos *Regum* & ſeptem priora capita libri III. *Regum*, nec minus in *Esdram*, quos MSS. ſe poſſidere *Andreas Maſius* teſtatur in Catalogo Auctorum Judaicorum comm. in Joſuam ſubjuncto, ſicut ibidem paulo ante compendioſam Ieſaiæ cujusdam in *Ioſuam* explanationem MS. ſibi in promtu eſſe retulerat, cujus in comm. ipſo ad cap. I. 11. & XIII. 17. &c. meminit. Idem videri poterat fuiſſe exemplar, quod in Catalogo *Gvil. Anslarii* p. 36. MS. recenſetur, ubi ſcilicet legas *Ieſaiæ* comment. in Joſuam, libb. Iudic. & Samuelis ut & Regum, Eſramque Rhodi an. 1156. ex autographo Aben Eſræ deſcriptos in Bibliotheca illa exſtitiſſe. Commentatio illa in Ioſuam ſuccincta ex Cod. MS. Bibliothecæ Ampliſſ. Senatus Lipſienſis lucem

(d) Ibi enim *Ieſchaja Prior* (ראשון) de quo paulo poſt dicemus, memoratur poſt *Benjaminem Tudelenſem*, qui refertur in annum 4933. C. 1173. Quod ſi igitur Ieſchajam hunc illi æqualem ſtatuamus, conſequetur, *Jeſchajam* noſtrum, ſeu *Poſteriorem*, qui ibidem dicitur fuiſſe *Prioris* ex filia nepos, incidere in Sæculum XIII. Ibidem noſter *Tranenſis* ex regno Neapolitano fuiſſe dicitur & a doctrina laudatur, nullo tamen ejus ſcripto commemorato. Fuit alioquin *Jeſaias Tranenſis* alius, auctoris *Schalſcheleth* æqualis, qui p. 54. a. aliquid ab eo ſibi relatum repetit.

Digitized by Google

cem nunc vidit cum verſione Latina ac notis V. C. *Io. Georgii Abichtii*; Lipſ. 1712. 4. ſex plagulis. Codex ille eſt n. 81. notatus & in forma octavi ordinis majore membranaceus ac completus, ſed titulo deſtitutus quem recentior manus ſupplevit his omnino verbis: נמוקי חומש ופירוש נביאים תילים ואיוב לרבינו ישעיה זינוקל i. e. *animadverſiones ſuccinctæ in Pentateuchum, & expoſitio Prophetarum, Pſalmorum & Iobi R. Ieſaiæ* זינוקל quæ poſtrema vox Cl. Abichtio non præter rem orta videtur ex ſcriptionis compendio, Rabbinis perfamiliari, זצ״קל i. e. זֵכֶר צַדִּיק וְקָדוֹשׁ לִבְרָכָה *memoria juſti & ſancti ſit ad benedictionem.* In calce venditus dicitur hic Codex A. M. 5070. C. 1310. unde conjectura etiam fieri poteſt, vixiſſe Ieſaiam noſtrum Sæculo XIII. in cujus limine floruiſſe merito videtur, ſi reſpicimus Codicem Anſlarianum memoratum, ac præterea recogitamus, Ieſaiam mentionem facere *Raſchii*, vide v. c. p. 26. ad cap. XV. 32. quem ad calcem Sæculi XII. vitam produxiſſe conſtat. Codex hic Lipſienſis is eſt, quamvis Cl. Editor id diſerte non memoret, qui cum ceteris Codd. Wagenſeilianis ære eſt redemtus. Wagenſeilius enim in notis ad Tela Ignea Satanæ p. 225. *Eſaiæ* comment. in S. Scripturam memorat, eumque ſatis antiquum & membranaceum appellat. Idem p. 392. ita: *Quanquam eſt omnino ſupervacaneum, ex R. Salomone poſterioribus Rabbinis teſtimonia cumulare, quando, niſi vehementer fallimur, nobis ad manus eſſe videtur ipſe vetus in Ieſaiam comment. & is MS. in membrana, ad cujus auctorem, (qui Eſaias quidam fuit) R. Salomo, dum ea, quorum ſenſum ſolicitat Landrianus, ſcriberet, reſpexit, & a quo verba mutuatus eſt.* Falli hic Virum, alioquin in his rebus perſpicaciſſimum, palam eſt, cum ipſe *Salomo Iſaacides*, quem *Raſchium* vocat, & qui ſua *Eſaiæ* huic debere ipſi viſus eſt, a noſtro ad partes diſerte vocetur. Ceterum ipſius commentationis ratio hæc eſt, ut ſenſus literalis breviter inveſtigetur, & Grammaticæ inprimis habeatur ratio. De Codice Wagenſeiliano commentt. Jeſaiæ in Pentateuchum, Prophetas priores & poſteriores omnes ut & in *Pſalmos* & *Iobum* comprehendente leges Cl. *Gotfr. Chriſt. Gætzii* programma de Bibliotheca Senatus Lipſ. aperienda p. 21.

Jeſaiæ cujuſdam *Grammatica* & *Lexicon* Hebraic. MS. memoratur in B. Bodlejana n. 6363. inter Codd. Rob. Huntingtoni n. 617. utrumque ad noſtrum pertinere vix dubitarim. Miror tamen, illius non fieri mentionem in Catalogo Grammaticorum ſupra ſub voce דקדוק repræſentato.

Digitized by Google

ישעיה הורוויץ JESCHAJA HORWITZ v. ſupra *Ieſchaja ben Abrah. Hallevi Horwitz.*

1301 ר ישעיה הלוי R. IESAIA *Levita*, ſcr.

בית לוי *domus Levi* ex Pſ. CXXXV. 20. ubi agitur de rebus judicialibus. Librum ipſum ſine loci mentione an. 257. C. 1497. editum refert Bartoloccius, quem nec in ש״י nec alibi laudatum memini.

1302 ר ישעיה בן אליעזר חיים R. JESAIA fil. *Elieſer* CHAJIM ſcr.

דֶּרֶךְ יָשָׁר *via recte*, ex *Prov.* XIV. 12. i. e. parabolæ & hiſtoriæ ſecundum ordinem tredecim articulorum fidei diſpoſitæ *Venet.* 393. C. 1533. 8.

1303 ר׳ ישעיה מנחם בן ר יצחק R. JESAIA MENACHEM f. R. *Iſaaci*, qui vocatur ר׳ מענדל ר׳ אבינדורש ſcr. commentarium in legem, qui interdum etiam ad Raſchium illuſtrandum refertur *Cracov.* 384. C. 1624. 4.

1304 ר׳ ישעיה בן ר משה R. JESAIA fil. R. MOSCHE ſcripſit in tertiam partem libri *More Nevochim*, cujus partes duas priores Pater ejus illuſtraverat. MS. in B. Medicea Pluteo II. 11.

1305 ר ישעיה ראשון R. JESAIA *Prior* ad differentiam *Jeſaiæ* poſterioris, de quo paulo ante ſub R. *Jeſaia fil. Eliæ*, Sæc. XII. clarus, qui commentarium ſcripſiſſe dicitur in librum ספרא, qui alias dicitur תורת כהנים. Nam in lib. קרבן אהרן, ad quem provocat ש״י p. 87. n. 103. commentarius R. *Abrah. Sutra*, R. *Hillel* & *Jeſaiæ* noſtri laudatur. Noſtrum hunc in libro הַמְּרַת דורות ſuper caput VIII. *Sanhedrin* allegat R. *Aſarias* in *Meor Enajim* lib. 3. c. 17. p. 83. a.

יש״ר i. e. *Joſeph Schelomo Rophe*, quod nomen vide.

1306 ר׳ ישראל R. ISRAEL neſcio quis, cui Buxtorf. in append. ad B. Rabb. tribuit משברת מלחמה quem titulum vide.

1307 ר׳ ישראל R. ISRAEL neſcio quis, qui ſcripſit

מקוה

מִקְוֵה יִשְׂרָאֵל ex *Jer.* XIV. 8. *congregatio Iſraelis* lib. ritualis, ed. Venet. 4. Huic forte tribui etiam debet lib.

מְנוֹרַת הַמָּאוֹר *candelabrum luminaris* ex *Ex.* 35. 14. qui eſt liber moralis, ex quo capita quinque ſub tit. מנורת זהב כלה exſtat in lib. ראשית חכמה R. *Eliæ* f. *Moſis de Vidas*, quem vide: diſtinguit tamen ש״י.

1308 ר׳ ישראל בן אברהם R. ISRAEL ben ABRAHAM ed. Grammat. Hebr. lingua Germ. ſed literis Rabbinic. Amſtelod. 1713. 8. duabus philyris.

1309 ר׳ ישראל בן אהרן R. ISRAEL fil. AHARON, Præſes Curiæ & Synagogæ שקלאב in Ruſſia, Sæc. XVII. inclinante, ſcr.

אור יִשְׂרָאֵל *lux Iſraelis*, ex *Jeſ.* X. 16. qui eſt comment. in *Zohar* & alios libros Cabbaliſticos, *Francof. ad Viadr.* 462. C. 1702. fol. ed. Partes ejus duæ ſunt, quarum prior in Zohar, ſpeciatimque in לימוד אצילות poſterior vero in *Orach Chajim* inde a num. 1. ad 697. commentatur.

1310 ר׳ ישראל בן ר׳ אליה R. ISRAEL fil. R. ELIÆ MISRACHI Sæc. XV. flor. & ſcr. epiſtolam ad librum Patris, quo commentarii Raſchii exponuntur. *Venet.* 305. C. 1545. fol.

1311 ר׳ ישראל איסרלן R. ISRAEL ISARLAN per compendium הר״אי in ש״י p. 80. n. 193. *Germanus*, ex *Auſtria*, vixit an. 5230. C. 1470. & ſcr.

תְּרוּמַת הַדֶּשֶׁן *oblatio cineris*, i. e. quæſt. & reſponſ. 354. de variis rebus ritualibus ſecundum numerum, quem literæ vocis דשן efficiunt. *Venet.* 279. C. 1519. 4. apud *Bomberg.* & ibidem 306. C. 1546. 4. apud *Iuſtinianum*: quam utramque edit. recte affert Bartoloc. at ש״י priorem negligit, quæ in Oppenheimeriana mihi viſa eſt. Plantavit. n. 771. *Iſraeli Germano* tribuit librum תְּרוּמַת בַּיִת *oblatio domus*, eumque ait eſſe librum judicialem editum *Venetiis*, deinde vero ſtatim recenſet noſtrum

Uuuu 2 hunc

hunc תרומת הדשן, eumque tribuit R. *Salom. ben Adrath* excuſum Venet. Prioris tituli librum nec vidi unquam, nec alibi memoratum legi: ſcio autem exſtare alium תורת הבית qui cum *Sal. ben Addereth* auctorem habeat, hinc facta confuſione & tituli & auctoris prior *Terumath Habbajit* Iſraeli cuidam, poſterior *Terumath Haddeſchen* Salomoni iſti perperam adſcriptus eſt. Eodem libro *Terumath haddeſchen* comprehenduntur פסקים וכתבים *deciſiones & formulæ inſtrumentorum forenſes*, quam ſcriptionem Plantavit. n. 572. Venetiis editam fide Catalogi Pragenſis, ſeorſim memorat.

Eidem debentur ביאורים *expoſitiones* in Raſchium ſuper legem ibid. ed. & apud Iuſtinianum recuſ. 306. C. 1546. 4. adde edit. *Rivæ Trid.* 322. 4. Cum ejusdem animadverſionibus prodiit liber שערי דורה *Venet.* 308. C. 1548.

1312 ר׳ ישראל בן ר׳ אליעזר R. ISRAEL fil. R. ELIESER, Præfectus Judæorum Lesnenſium, cujus צוואה *teſtamentum*, ante ipſius abitum in Terram Sanctam factum, prodiit *Dyrenfurci* 1694. fol. unica plagula.

1313 ר׳ ישראל אליעזר בנבנשתי R. ISRAEL ELIESER BENBENASTE, *Iudex*

בית ישראל *domus Iſraelis*, quo continentur variæ conciones in quatuor partes diſtinctæ, quarum I. ſeptem in Legem, II. ſeptem de pœnitentia, III. ſeptem de juſtitia, & IV. unam & triginta de beneficentia aliis præſtanda exhibet. *CPoli* 438. C. 1678. fol.

1314 ר׳ ישראל בנימין R. ISRAEL BENJAMIN claruit sæc. XVII medio & approbavit commentarium R. *Abrab. Gedaliæ* in *Jalkuth* Liburni 1660. fol. edit.

1315 ר׳ ישראל גאנז R. ISRAEL GANS ſcr.

אור ישראל *lumen Iſraelis* ex *Ieſ.* X, 16. i. e. brevis comment. in benedictiones ac preces ſuper rebus, ad vitæ uſum neceſſariis, pronunciari ſolitas. Hunc librum ſe vidiſſe teſtatur R. *Chajim* f. *Benjamin* Iſrae-

Digitized by Google

Iſraelis noſtri diſcipulus in præfat. ad librum ſuum ejusdem argumenti אור חרש.

ר׳ ישראל בן חיים בומסלא R. ISRAEL 1316

fil. CHAJIM BUMSLA, qui moderatus eſt (מנהיג) Synagogam Pragenſem, edidit librum דברי נבא de quo v. infra R. *Nechemja fil. Abraham.*

ר׳ ישראל בן יהונתן R. ISRAEL fil. JONATHAN 1317

clar. Sæc. XVII. medio & ſcr.

אור יִשְׂרָאֵל *lux Iſraelis* ex Jeſ. X. 16. ubi illuſtrantur dicta varia & ſententiæ veterum Rabbinorum more Cabbaliſtico, diſpoſita ſecundum ordinem decem præceptorum verſibus rhythmicis *Amſtelod.* 417. C. 1657. 8.

2) ס׳ קַבָּלָה liber Cabbaliſticus alius MS. exſtat in B. Oppenheimeri fol.

3) דְבָרִים עַתִּיקִים *verba antiqua*, ex 1. Chron. IV. 21. comm. in Pentateuchum fol. MS. exſtat in B. Oppenheimeri. Dicitur in titulo fuiſſe pater domus judicii in Synagoga סקלאב quæ eſt in Ruſſia.

ר׳ ישראל בן מנחם R. ISRAEL fil. MENA- 1318

CHEM *Rhodiginas* approbavit librum *Zohar* ex edit. Mantuana 318. C. 1559. 4. Hunc paulo poſt iterum memorat Bartoloc. ſub nomine R. Iſraelis מרווינו.

ר׳ ישראל בן ר׳ משה נגארה R. ISRAEL 1319

fil. R. *Moſis* NAGARA, incola Damaſci, gente Hiſpanus, Poeta inſignis, varia carminum genera effinxit, quæ leguntur in libro ejusdem זְמִירוֹת יִשְׂרָאֵל *cantiones Iſraelis* i. e. poemata *Iozeroth* & *Machſor* more Synagogarum Italicarum, partibus tribus, quarum I. ſub tit. עוֹלַת תָּמִיד *holocauſtum juge*, ex *Exod.* XXIX. 42. exhibet preces & cantica pro ſingulis diebus, II. עוֹלַת שַׁבָּת *holocauſtum Sabbati*, ex Levit. XXVIII. 10. poemata pro ſingulis anni Sabbatis ad Paraſchas accommodatis III. עוֹלַת חוֹדֶשׁ, *holocauſtum menſis* ex Levit. XXVIII. 14. poemata ad Novilunia

Digitized by Google

lunia & dies feſtos ac ſolennes pertinentia. *Venet.* 359. 4. Hunc librum Bartoloccius teſtatur Saphetæ, Galilææ ſuperioris urbe, an. 347. C. 1587. 4. apud *Abrab. f. R. Iſaaci* Germanum per Eleaſerem fil. Iſaaci זלטרה characteribus quadratis & punctatis, hymnis 108. refertum, prodiiſſe una cum ejusdem libello in calce edito משחקרת בתבל *de contemtu mundi* auctiorem vera & in tres partes diviſum lucem vidiſſe *Venet.* 340. C. 1580. & ibidem 359. C. 1599. ac 360. 4. apud *Io. de Gara.* Poſtremam hanc ab ea, quæ eſt 359. diſtinguendam non eſſe per ſe patet, mediam 340. eamque auctiorem nullam putem, cum prima *Saphetæ* 347. curata dicatur. Ceterum cum in hac collectione cantiones aliquot & preces omiſſas intelligeret auctor, eas ſub titulo שְׁאֵרִית יוֹסֵף *reliquiæ Ioſephi*, Venet. edidit. Hanc collectionem precum rhythmicam, Bartoloccius teſtatur alio nomine vocari.

2) מֵימֵי יִשְׂרָאֵל *aquæ Iſraelis*, ex 2. *Regg.* V. 12. quæ tamen ſcriptio pro diverſa haberi debet. Continet enim cantica varia, oratoria quædam & epiſtolas eleganti dictione exaratas, & in ſex partes diſtributas, quæ ſingulæ ſuis inſigniuntur nominibus, ad argumenta ſua accommodatis. Prima dicitur מי השלוח II. מי מנוחות *aquæ quietis* III. מי מריבה *aquæ Meriba ſ. litis.* IV. מי מצור *aquæ propugnaculi,* V. מי זהב *aquæ auri.* VI. מי המרים, *aquæ amaræ.* *Venet.* 360. C. 1600. 4. per *Iſaacum Gerſonem.*

1320 ר׳ ישראל בן ר׳ משה R. ISRAEL fil. MOSIS, cujus eſt

תָּמִים יַחְדָּיו *perfectus ſimul*, i. e. explicationes libri Pſalmorum & Proverb. ex *Zohar* petitæ & ſecundum ordinem verſuum diſpoſitæ *Lublini.* 352. C. 1592. 4. Plantavitius n. 751. ait eſſe comm. in Pſalmos, CPoli editum, ſed ſibi non viſum, ſicut nec auctoris nomen memorat. Ex hac collectione diſputatio Cabbaliſtica *de Anima* ſeorſim edita eſt a *Ioſepho de Voiſin* hebr. & latine, ita quidem ut contextus hebr. & verſio Latina ſeparatim exhibeantur, adjunctis commentariis ex lib. Sohar & aliis Rabbinorum libris cum iis, quæ ex doctrina Platonis huc pertinent. Pariſ. 1635. 8.

ר׳ ישראל נגארה v. paulo ante R. *Iſrael b. Moſche Nagara.*

ר׳

1321 ר׳ ישראל הספרדי R. ISRAEL *Hiſpanus*, neſcio quis, cujus commentarium in præcepta decalogi MS. in Bibliotheca *Caroli de Montcbal*, Archi-Epiſcopi Toletani, exſtitiſſe teſtatur *Labbeus* in Bibliotheca Nova MSS. p. 208.

1322 ר׳ ישראל בן סנאל R. ISRAEL fil. SANAEL ſcr. בְּמִשְׁפְּטֵי הַכּוֹכָבִים *de judiciis aſtrorum.* MS. in B. Vatic. 4. auctor in alio Cod. MS. vocatur Iſmael f. צָהַל.

1323 ר׳ ישראל סרוג R. ISRAEL SARUG claruit Sæc. XVII. & ſcr. Cabbalam, quam acceperat ex ore R. *Iſaac Loria* Germani, quæ inſerta eſt R. *Ioſ. del Medico* מצרף לחכמה. p. 77. b. ad 84. Huic tribuitur פירוש commentarius in שִׁיר שֶׁל שַׁבָּת canticum Sabbaticum R. *Iſaaci Loriæ*, quod MS. ſe habere profitetur R. *Schemuel* in נובלות חכמה p. 195. a.

1324 ר׳ ישראל בן ר׳ פתחיה R. ISRAEL fil. R. PETACHIA cognomine איסרלין *Iſarlin*, cujus meminit liber *Agur* n. 335. Videtur mihi quidem idem cum R. Iſraele איסרלן Germano, de quo paulo ante diximus, quamvis Bartolocc. diſtinguat.

ר׳ ישראל מרוויגו R. ISRAEL *Rhodiginas*: vide R. *Iſrael fil. Menachem.*

1325 ר׳ ישראל דריקנאטי R. ISRAEL de REKANATI hujus meminit *Henr. Mauroy* in Apologia pro Judæis p. 232.

1326 ר׳ ישראל שמואל בן שלמה R. ISRAEL SCHEMUEL fil. *Salomonis*, Medicus,

יִשְׂמַח יִשְׂרָאֵל *gaudebit Iſrael*, ex Pſ. CXLIX. 2. i. e. Index rituum & inſtitutorum in *Arba Turim* obviorum, ſecundum ſeriem litterarum *Cracov.* 381. C. 1621: 8. & *Hamb.* 446. C. 1686 ap. Thom. Roſe, cura *Iehuda Löw*, qui liber deinde recuſus eſt cum expoſitione R. *Jekuthiel Kofman*,

Digitized by Google

man, Berol. 459. C. 1699. 8. 2. voll. apud *Lev Hena*, de quo ſuo loco. Ibi in titulo legas priorem editionem ſine comment. curatam eſſe *Cracov.* 386. Idem auctor in præfat. monet, ſe ſcripſiſſe 1) Commentar. in totum Talmud, *Toſephot* & JCtos varios, partibus quatuor, quæ dicantur צְרוֹר הַחַיִּים *faſciculus vitæ*, אָרְחוֹת מִשְׁפָּט *ſemita judicii*, עֵץ הַדַּעַת *arbor ſcientiæ* & מָגֵן עֶזְרֶךָ *clypeus auxilii tui*: tum vero

2) מְגַלֶּה עֲמוּקוֹת *revelator Abſconditorum* (e)

3) Comment. in Legem & 613. præcepta ut & in *Aggadoth* ſub tit. אוֹר יִשְׂרָאֵל *lux Iſraelis*: porro

5) Alium comment. in Aggadoth difficiliores ſub tit. בֵּית יְהוּדָה præterea

5) In *Pircke Avoth* ſub tit. כֶּרֶם שְׁלֹמֹה *vinea Salomonis*, ac denique

6) סוּלַּם הַשָּׁמַיִם *ſcala cæli*, ubi de precibus, ſpeciatimque illis, quæ in itinere adhiberi poſſunt.

1397 ## ר' יששכר בער בן יהודה ליב טעלר

R. ISSACHAR BEHR fil. *Iuda Lev Thaler*, Pragenſis ſcr.

בְּאֵר מַיִם חַיִּים *fons aquarum viventium*, ex *Gen.* 26, 19. lib. Medicus, Prag. 8. ed. teſte ש"י qui annum non memorat.

ר' יששכר בער ישראל ליסר: vide ſupra בער f. *Iſrael Leiſer* (*Urſinus*) (f)

1328 ## ר' יששכר בער בן ר' משה פתחיה R. ISSACHAR BEHR fil. R. *Moſis Petachja* ſcr.

1) אִמְרֵי בִינָה *eloqvia intelligentiæ*, ex *Prov.* I. 2. ubi explicantur voces exoticæ & difficiliores libri *Zohar*. *Prag.* 371. C. 1611. 4. quæ expoſitiones libri *Zohar* contextui in edit. *Sulsbac.* 1684. ſubſtratæ ſunt. Accedit inſtar partis ſecundæ ejuſdem מְקוֹר חָכְמָה *fons ſapientiæ* ex *Prov.* XVIII.

(e) Hunc titulum ש"י recenſet, ut generalem quatuor illarum partium ſuper *Talmud*, ſed ſi præfationem ipſam inſpexeris, videbis, diverſi libri eſſe titulum, quamvis argumentum non memoretur.

(f) Bartoloc. pro *Behr* (בער) legit בער i. e. *ſtupidus*: at enimvero nomen בער eſt germanicum quod Judæi ſæpe adhibent, inprimis illi, qui *Benjaminis* habent nomen.

Digitized by Google

XVIII. 4. quo פִּשְׁטֵי הַזֹּהַר i. e. difficiliores libri Zohar expoſitiones in Pentateuchum explicantur. Librum hunc multum facere ad *Zohar* intelligendum, & ſecundum edit. Cremonenſem dirigi, in omnibus autem fidem non mereri teſtis eſt *Roſenrothius* p. 9. Tomi II. Cabbalæ Denudatæ. *Rittangelius* p. 36. nott. ad lib. *Jezira* noſtrum Iſſacharem, quem filium *Moſis Peſachii* vocat, citans, carmen libro præfixum, latine converſum exhibet. Plantavit. n.63. librum *Imre bina* tribuit R. Eſra, eumque concionum librum eſſe ſtatuit, quod procul dubio de R. Aſariæ *Meor Enajim* accipi debet, cujus pars III. titulum *Imre bina* ſecum fert, de quo ſuo loco rectius præcipiemus.

2) יוֹדְעֵי בִינָה *ſcientes intelligentiam*, ex 1. *Chron.* XII. 32. comm. in *Zohar*, teſte ש״י ubi tamen non memoratur, editusne ſit liber, an minus.

3) יֵשׁ שָׂכָר (g) *eſt merces*, ubi loca ex Zohar de rebus & argumentis ritualibus ſecundum ordinem libri *Schulchan Aruch* diſpoſita ſunt. *Prag.* 369. C. 1609. 4. apud *Gerſon f. Bezalel.* Hunc librum Plantavit. n. 251. partem alteram libri *Imre Bina* conſtituere affirmat, qui tamen etiam ſeorſim *Cracov.* prodierit, ſed hæc ex dictis emendari poſſunt.

4) פִּתְחֵי יָהּ *portæ Dei*, quem Bartoloc. poſt Plantavit. p. 589. recte ait eſſe comm. in lib. Cabbaliſt. *Pardes Rimmonim*, ſpeciatim vero ש״י teſtatur, decem hic inveniri ſectiones & claves Scientiæ Cabbaliſt. ſecundum decem *Sephiroth* diſpoſitas. *Prag.* 367. 4. C. 1607. unde ſimul patet, Plantavitium minus recte *Venetiis* editum teſtari. *Bartoloccius* poſt *Buxtorf.* Pragenſem hujus libri edit. in annum 354. C. 1594. refert, quod idem facit Catal. Bodlejanus p. 57. ubi tamen loci nomen omittitur.

ר׳ יששכר בער בן נפתלי R. ISSACHAR BEHR 1329

fil. *Naphthali Sacerd.* ex Synagoga שעברשין quæ eſt in Ruſſia, cognomine *Beer Hetev* באר היטב ex *Deuter.* XXVII. 8. forte a dono interpretandi, quo valuit ſcr.

מַרְאֵה כֹהֵן *Viſio Sacerdotis*, ex *Levit.* XIII. 12. quem ש״י tradit eſſe clavem & indicem locorum libri *Zohar*, ex quo intelligatur, quæ Scripturæ commata & loca ibi explicentur. In calce accedunt ſeptendecim vel potius octodecim ſectiones, quæ ſub titulis quibusdam generalibus ſum-

Xxx x mam

(g) Hic eleganter alluſit noſter ad nomen ſuum יששכר, ſicut in ſequentis libri titulo פתחי יה latet nomen patris ipſius פתחיה.

Digitized by Google

quondam Judæorum in Principatu Brandenburgenſi & vicinis terris Inſpector, ex cujus quadam ad ſe epiſtola obſervationem quandam Chriſtianæ doctrinæ reſpondentem adfert R. M. *Meelfuhrerus* in diſp. de cauſis Synagogæ errantis p. 15.

ר ישׂשׂכר בן ר יקותיאל R. ISSACHAR fil. 1332
R. JEKUTHIEL ſcr.

קִצּוּר ס׳ הַתְּרוּמוֹת compendium libri de oblationibus: diſcipulus fuit R. *Jac. Aſcher* & obiit 5092. C. 1332. vide *Schalſcheleth* p. 61. a.

ר׳ ישׂשׂכר בן ר׳ מרדכי סומאן R. ISSA- 1333
CHAR f. R. MARDOCHÆI *Suman* ſecundum ש״י, quem Bartoloccius vocat R. *Iſſachar ben R. Mardochai* דִּידִיעַ *Suſan* ſcr.

עִבּוּר שָׁנִים *de intercalatione annorum*, ubi omnia traduntur, quæ ad anni Judaici rationem conſtituendam & intelligendam pertinent, una cum Paraſchis & Haphtharis, quo quæque tempore legantur &c. *Venet.* 339. C. 1579. 4. quam unam edit. habet ש״י. At *Bartol.* memorat *Theſſalonicenſem* anni 324. C. 1564. cura R. *Salom.* רי & auctiorem *Venetam* 351. C. 1591. 4. apud *Io. de Gara*, ad quam acceſſiſſe ait tractatum de *Tekuphis* ſecundum ſententiam *Samuelis* & Rav *Ada*. Titulum idem ait eſſe פעלת יששכר i. e. *opus Iſſacharis*. R. Oppenheimerus habet ed. *CPolitanam*.

In ש״י recenſetur תִּקּוּן יִשָּׂשכָר i. e. *ordinatio Iſſacharis*, cujus auctor ab eodem vocatur יששכר שושן i. e. *Iſſachar Suſan*, liber autem ipſe Venet. ed. Calendarium Iudaicum cum animadverſionibus exhibere dicitur. Non dubitem ego, eundem eſſe utriusque libri Scriptorem, quamvis in Indice alphabetico Scriptorum in ש״י recenſitorum *Iſſachar Suman* ab *Iſſachare Suſan* diſerte diſtinguatur. In Catal. Bodlej. p. 368. vocatur *Iſſachar* המשער liber autem ſub titulo עבור שנים ותקופות recenſetur ſine loci annive mentione.

י״ת i. e. יונתן תרגם *Jonathan interpretatur*, id quod de Jonathane Paraphraſta Chaldæo accipiendum.

כ

קאמטינו COMTINO vide (h) infra R. *Mardochai* כאמטינו

בן כופרי BEN COPHRI vide inter Doctores Miſchnicos.

1334 רב כהנא RAB COHANA PRIMUS, ex Doctoribus Gemaricis, vixit ætate III. & auctor exiſtimatur libri פְּסִיקְתָּא רַבָּתָא *deciſio major*, vel ut Judæi pronunciant *Peſikta Rabbeſi* (ad diſtinctionem פְּסִיקְתָּא זוּטַרְתָּא de qua diximus ſub R. *Tobia f. R. Elieſer*) qua continentur collectanea ex traditionibus Miſchnicorum & Gemaricorum Doctorum de argumentis variis, Sabbato nominatim & feſtis. *Prag.* 4. pp. 74. (i) ש״ר obſervat, in *Toſephoth* & מרדכי allegari ſolere ſub titulo פסיקתא דרב כהנא. Vener. *Theodor. Daſſovius* in ep. Dedicator. diatribæ de Reſurrectione Mortuorum, compilata ea eſſe ait a R. *Iſaaco f. R. Chajim*, qui illa reliquerit, ac tandem edita in 4. Bartoloccius tantum meminit *Peſikta Sotarta*, non autem *Rabbeta*: utrumque confudit *Buxtorfius*, quando in B. Rabb. ſuo loco monet, *Peſikta* eſſe commentarium antiquum in legem aut Leviticum tantum, item *Peſikta Sotarta*, conſcriptum an. 1104. & impr. *Venet*, in fol. *Peſikta* enim *Sotarta*, ut ſupra monuimus, exhibet collectionem meditationum allegoricarum ex *Siphra*, *Siphri*, & *Mechilta* collectam in eam Pentateuchi partem, quæ a Levitico usque ad finem protenditur, ed. *Venet*. 306. C. 1546. fol. Ceterum utrique libro, *Peſikta* & *Rabbeta* & *Sotarta* poſterioribus temporibus addita quædam eſſe affirmat R. *Aſarias* in *Meor Enajim* c. 19. idque probat ex Paraſcha שלח לך *Num.* XIII. 2. ubi aliquid, quod an. 1427. ex quo urbs tempore Ezechiæ expugnata eſt, qui eſt an-

(h) Sub hac litera hoc rariores ſunt Judæorum Scriptores, quo plures י antecedens exhibuit, unde & *Juchaſin* p. 63. b. cum ex Miſchnicis unum tantum, nempe בן כופרי adferri poſſe videret, appoſite monet: ואם כן לא יהיה שום חכם בכ״ף מאזנים h. e. *etſi ita res habet, non erit ſapiens ullus in lance ſtatera.*

(i) In titulo nec locus nec annus editionis obſervatur, dicitur vero compoſitus a Sapientibus ex ore Miſchnicorum & Gemaricorum, editus autem a בר אריון, qui inter libros antiquos invenerit. Hinc patet, ex Judæorum mente librum hunc ad ætatem Gemaricorum doctorum, atque adeo Sæculum V. proxime accedere, nec uni alicui, ſed pluribus acceptum ferri.

Digitized by Google

annus 1417. ceſſationis Prophetiæ, 1027. ſecundi excidii, mundi 4866. & Chriſti 1160. factum eſt, refertur. Simile quid occurrere ait in Paraſcha אמור i. e. *Levit.* XXI. 1. itidem a recentiore manu additum. *Quamvis* (ita pergit) *rationi conſentaneum ſit, ſtatuere, totum librum Peſikta compoſitum eſſe poſt Gemaram ſicut R. Aſcher ſuper Maſſecheth Sopherim, quod reperitur in* הלכות קטנות *ubi agitur de aperta ſectione, ſcripſit, Hieroſol. Talmud eſſe fundamentum reſpectu Codicis Sopherim, qui compoſitus eſt temporibus poſterioribus.* Addit denique, ſe in memorato Peſikta quædam inveniſſe, quæ non ſint ex mente Medraſch Rabbinorum, in ſpecie ſuper Jeſ. LX. 1. Interim auctor *Schblſcheleth* p. 33. b. ex eo loco *Peſikta*, ex quo R. *Aſarias* efficere voluit, addita quædam eſſe collectioni huic a recentiori manu, ipſius libri ætatem deducit, atque ideo eam refert in A. M. 4866. qui eſt Aeræ Chriſtianæ 1106.

כהן COHEN, quem *Plantavitius* n. 438. memorat, cognoeſt R. *Iſſachar Behr* ben *Naphthali*, de quo paulo ante dicimus. 1335

בר כוכב BAR COCHAB, i. e. *filius ſtellæ*, (k) ſeu, quod nomen deinceps, fraudibus ejus intellectis, a Judæis ipſis accepit, בר כוזיבא (l) *filius mendacii*, in Judæorum ſcriptis ſæpe memoratus, & primus Pſeudo-Meſſias, qui ſecundum computum plerorumque (m) Judæorum anno 52. poſt excidium Templi II, i. e. C. 120. re autem vera A. C. 135. anno ſexto Imperii *Adriani* (vide *Morini* Exercitat. Bibl. p. 230.) Meſſiam ſe ſuis venditavit, eo ſucceſſu, ut *Bethera*, ubi tunc commorabantur Judæi, Rex renunciatus res novas moliretur, ab Adriano deinceps inſigni clade affectus. Expoſuerunt rem fuſius ex Judæis R. *Abrah. ben Dior* in *libro Cabbala* p. 59. b. *Seder Olam Rabba* in calce, *Juchaſin* p. 35. & 143. *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 29. b. *Zemach David* ad an. 4880. *Echa Rabbati* p. 302. & R. Aſarias in *Meor Enajim* c. 12. ex Chriſtianis vero 1336

 Ioſ.

(k) Ita appellari voluit, eo, quod Oraculum *Num.* XXIV. 17. de ſtella ex Jacobi gente oricura ad ſe referebat.

(l) Facilis hic eſt paronomaſia, quæ & Judæis, inprimis in ſcriptis contra Chriſtianos exaratis v. c. תולדות ישו &c. & aliis Scriptoribus familiaris eſt, qui hoc modo bonæ notionis nomina in ignominiam detorquere ſolent: qualia collecta vide a. Cl. *Fabricio* ad Codicem Apocryphum V. T. p. 344. & B. *Thoma Ittigii* in Appendice ad Hæreſiarchas pag. 426. ſqq.

(m) Idem ſtatuit *Seder Olam Sutha* & *Juchaſin* p. 143. qui tamen p. 35. dubius nunc an. 52, nunc 73. definit, ac denique *Aſarias* in Meor Enajim.

Digitized by Google

Joſ. Scaliger ad Euſebii Chronicon p. 212. *Jac. Altingius* de Schilo lib. IV. cap. XI. *Jo. Morinus* in Exercitt. Biblicis p. 229. *Gvil. Henr. Vorſtius* ad *Zemach David* p. 290. *Jo. Jac. Hottingerus* Hiſt. Eccleſ. N. T. Sæc. II. p. 66. *Pet. Baelius* in Dictionar. Hiſtor. Tom. I. p. 480. ſq. *Io. a Lent* de Pſeudo-Meſſiis cap. I. p. 10. ſq. *David Chriſtiani*, de Meſſia diſſ. III. & *Eiſenmengerus* in Iudaismo Detecto Part. II. p. 654. ſqq. ut ge aliis non dicam.

1337 כלב אבא הקראי CALEB ABA, *Karæus*, diſcipulus *Eliæ Byzantini*, *Adrianopoli* & *Alba Græca*, teſte Mardochæo de Karæis p. 63. claruit A. M. 5257. C. 1497. Hoc enim tempore is verſatus fuit in perficiendo Præceptoris ſui libro, quem dixerat

1) אַדֶּרֶת אֵלִיָּהוּ i. e. *pallium Eliæ*, quem tamen nec ipſe, morte præventus, abſolvere potuit, ceu teſtatur idem *Mardochæus* p. 148. & p. 63. Idem præterea ſcripſit

2) גַּן הַמֶּלֶךְ *hortus Regis*, ex 2. Regg. 25. 4. quo comprehendit meditamenta varia oratoria & metrica ad res naturales, divinasque & alia doctrinarum genera pertinentia, volumine amplo ad eloquentiæ artem tradendam ſpectante.

3) ס׳ עֲשָׂרָה מַאֲמָרוֹת *liber decem tractatuum*, qui ad interpretandum Canticum Canticorum & Pſalmum CXIX. refertur, tractatis ſubinde controverſiis, quæ inter Rabbanitas & Caræos intercedunt. Ex hoc libro multa adferuntur in *Mardochæi* Tractatu laudato, v. c. p. 18. 21. & 63. ſqq. ubi etiam in laudem ejus quædam dicta invenies.

4) ספר הכימה (n) vel אגרת noſtro tribuit ש״י tanquam citatum in libro שער יהודה qui eſt R. *Iehuda Pocki* itidem Caræi, ubi leges ad inceſtum ſpectantes exponantur.

5) Video præterea memorari in נובלות חכמה p. 56. a. ubi vocatur כלב אפונדופולו, noſtri דרושים שונים *diverſas commentationes*, ut & claves ſive indices, quibus inſtruxerit libros עץ חיים & כלי רובע

(n) Non ſatis adſequor, quid hic titulus ſibi velit: Poterat verti per *librum Pleiadum* ſi vocem כימה ex *Jobi* IX. 9. ſecundum conſuetam explicationem interpretari velis. Sed cum hic titulus nimis ab argumento alienus ſit, ſuſpicatus ſum pro כימה forte legendum eſſe כלימה i. e. *liber ignominiæ* ſive *probri*, quod ſcilicet nefas ſit & turpe in argumento *inceſtus*, de quo exponit auctor, *peccare*.

רובע השעות. Plura alia ſcripta Aſtronomica, Arithmetica & Geometrica eundem habere auctorem dicuntur a Mardochæo l. c. p. 64. ubi magnorum meritorum Vir & Græcæ Lingvæ peritus dicitur.

אבן כספי vide ſupra R, *Ioſ. Aben Caſpi.*

כרוספדאי CRUSPEDAI cujus ספרא i. e. liber in תקוני זהר citatur teſte ש״י in Spicilegio p. 93. Locns ita habet: דהא כמה ספרין אינון ספרא דרב המנונא סבא ספרא דרבי כרוספדאי ספרא דרב חנוך נערי i. e. *Ecce multi ſunt libri liber, Rav Hammenuna Saba, liber Rav Cruſpedai, & liber Henochi pueri.* Eum tempore *Simeonis Iochaidæ* ſcriptum eſſe ſtatuit *Naphthali Hirtz* in præf. ad *Emeck Hammelech* p. 6. a. 1338

ל

לודויק הנריקוס אקוינס LUDOVICUS HENRICUS AQUINAS, *Philippi* filius, quod ſuſpicatur Colomeſius p. 256. Galliæ Orientalis, vel ſaltem ex eadem gente ortus, ex Judæo ad Chriſti ſacra converſus, hebraica quædam in Latinum ſermonem convertit, nominatimque 1339

1) פִּרְקֵי אָבוֹת *Capitula Patrum*, Pariſ. 1620. 16. hebr. & Lat. teſte Colomeſio l. c.

2) R. *Salomonis Iſaacidæ* ſcholia in lib. Eſther, cum excerptis quibusdam ex Talmude & Jalkut in eundem librum ib. 1622. 4. latine

3) *Levi Gerſonidæ* comm. in quinque priora capita libri Iobi, latine ibid 1622. 4.

Confer de noſtro præter Colomeſium, *Baelium* Tomo I. Dictionarii p. 297. not. E. & *Imbonatum* in Biblioth. Latino Hebr. p. 154.

לודויק קומפיאינגי די וייל LUDOVICUS COMPIEGNE de VEIL, ſive *Veilenſis*, Judæus quondam *Metenſis*, natus patre, qui primum Metenſi, deinde vero variis Germaniæ Synagogis præfuit, avumque habuit celebrem illum *Jacobum Veil*, de qua ſupra ſuo loco diximus. Ille ab anno ætatis 16. ad 19. alios Talmudicas do- 1340

Digitized by Google

doctrinas docuit, tum vero *Metis* Chriſtianiſmi principiis imbutus & a Rege Galliæ *Ludovico* XIII. *Compendium*, ubi tunc degebat, avocatus an. 1655. octiduo poſt Pentecoſten Sacro baptiſmo, ſuſceptoribus Rege & Regina, initiatus eſt, nomenque hoc partim a Rege ipſo partim ab urbe illa accepit. Tradit hoc ipſe in præf. ad verſionem trium tractatuum Maimonidæ *de jejunio*. Confer *Iobi Ludolfi* epiſt. in Actis Cl. Struvii ex MSS. erutis p. 51. Inter Pontificios itaque per aliquot annos verſatus ad Reformatos tandem acceſſit, & in Academia Heidelberg. primum, teſte *Ludolfo* l.c. Hebraicas literas docuit, hinc vero in Angliam profectus ſcriptis Hebræorum, ac potiſſimum Maimonidæ latine convertendis felicem operam impendit. Vide, quæ infra ſub R. *Moſche ben Maimon* dicemus. Vertit quoque *Abarbanelis* procœmium commentar. in *Leviticum* & ed. cum Maimonide de Sacrificiis &c.. *Lond.* 1683. 4. Primum omnium ſtatim poſt acceſſum in Angliam edidit *Abrab. Jagelis* Catechiſmum Hebr. cum Lat. ſua verſione Lond. 1679. 8. de quo ſuo loco dictum eſt. De *Carolo Maria de Veil* vide infra ſub פ. *Bartoloccius* ſub *Iac. Veil* noſtrum hunc Bibliothecæ Regis Anglorum præfectum fuiſſe teſtatur.

1241 לודוויק קריטוס LUDOVICUS CARRETUS, ex Judæo Chriſtianus, Medicus, inter Judæos תודרוס כהן THEODORUS *Sacerdos* dictus, hujus exſtat

מַרְאוֹת אֱלֹהִים *viſiones divinæ*, ex *Ezech.* I. 1. i. e, epiſtola Hebraica ad filios ſuos & Judæos in univerſum, qua converſionis ſuæ originem & rationes exponit, præterea vero cives ſuos ad CHRISTI ſacra tum locis Scripturæ tum argumentis Cabbaliſticis perducere conatur, dictione eleganti nec ſine ingenii acumine. Prodiit epiſtola primum hebr. cum punctis vocalibus & Lat. ex verſione *Angeli Caninii* Pariſ. 1554. 4. in calce exſtat epiſtola Careti ad filium ſuum, cum qua ipſi libellum iſtum verſ. lat. expreſſum miſit. Deinde vero aliam ejuſdem epiſt. verſionem Lat. M. *Herm. Germbergius* ſubjunxit Synagogæ Judaicæ *Io. Buxtorfii latine* editæ. Hanov. 1622. 8. ed. Tituli ratio hæc eſt, quod in limine ipſius epiſtolæ profitetur, ſe Florentiæ verſantem ſomnio quodam, quod recenſet, excitatum & ſingulari quodam modo ad complectendam CHRISTI doctrinam perductum fuiſſe.

1342 ר׳ לוי R. LEVI, quem tanquam auctorem סֵפֶר הַנִּצּוּחַ *libri Topicorum* effert *Io. Iulius Struvius* in Rudimentis Logicæ Hebræorum Jenæ

næ 1692. editis p. 11. provocans ad Buxtorf. Lexicon Rabbin. voce נצרח p. 1380. ita enim ſcribendum eſt pro p. 927. ubi tamen non traditur, quod *Levi* quidam hujus tituli ſcriptum exaravit, ſed ex R. *Levi Gerſonida* comment. in *Prov.* I. 4. & XXIV. 7. probatur, Topicorum libros nomine ספרי הנצוח appellari. Expungendum itaque hujus nomen ex Scriptorum Catalogo fuerit, quod recte præcepit *Groddeckius* in Theatro Anonymorum Placciano p. 709.

ר׳ לוי R. LEVI ſcr. 1343

כְּלִיל יוֹפִי *perfectus pulchritudine* ex *Ezech.* XXVIII. 12. ubi oſtenditur, quomodo eleganti ſtylo comprehendi aliquid debeat teſte ש״י qui alibi ejusdem nominis Scriptori, &, ni fallor, eidem tribuit מְגַלֵּה עמוקות i. e. *revelans profunda*, qui eſt liber Philoſophicus.

ר׳ לוי בר אברהם בר חיים R. LEVI *fil.* 1344
Abrab. fil. Chajim claruit A. M. 5050. C. 1290.

1) בָּתֵּי הַנֶּפֶשׁ וְהַלְּחָשִׁים *buccula & amuleta* ex *Ieſ.* III. 20. i. e. carmina de variæ doctrinæ argumentis, tot numero, quot efficiunt literæ, quibus inſcriptio abſolvitur, MS.

2) לִוְיַת חֵן *additamentum gratiæ*, ex *Prov.* I. 9. conciones in quasdam legis Paraſchas MSS. ita ש״י. At Bartoloccius hunc noſtri librum de re Grammatica præcipere & *Mantuæ*, in 4. editum eſſe ſcribit, qua in re ſibi ab homonymia non cavit, non recordatus, ejusdem tituli librum eumque de Grammatica exaratum deberi R. *Immanueli ben Iekuthiel*, de quo ſuo loco dicemus. Idem Bartoloccius, in eo quoque hallucinatur, quod לוי בר אברהם לוי R. *Levi* f. *Abrab. Levi* tanquam a priori diſtinctum laudat, eidemque tribuit librum

לִוְיַת חֵן *additamentum gratiæ*, ex Prov. I. 9. quem de Aſtronomia Aſtrologia & ſortibus mittendis præcipere monet MS. in B. Vatic. 4. Nullum enim apud me dubium eſt, Scriptorem hunc poſteriorem cum priore eundem eſſe, nec ſcriptionem a priore eſſe diſtinctam, quamvis diverſum prorſus ſit argumentum, quam quidem ש״י retulit, cui tamen poſteriori fidem magis, quam Bartoloccio, habendam eſſe vel ex illo loco apparet, quem *Mardochai* Karæus in tractatu de *Karais* p. 18. ſub no-

 mi-

Digitized by Google

mine R. *Levi f. Abrab. Levitæ* aſſert. Vide quæ ibi in notis ſcripſi, quibus adde, quod *Schalſcheleth* p. 59. a. noſtri *Levi bar Abraham ben Chajim* ejusdemque ſcripti *Livjth chen* faciat mentionem inter eos Scriptores, qui Sæculo XIII. vixerunt.

1346 ר׳ לוי בן אלתאבן R. LEVI fil. ELTABAN Cæſaraugustanus ſcr. lib. Grammaticum ſub titulo מַפְתֵּחַ *clavis.* Vide Catalogum Grammaticorum ſub voce דקדוק n. 16.

1347 ר׳ לוי ברצלוני R. LEVI *Barcinonenſis*, auctor libri הַחִנּוּךְ: de quo ſupra diximus ſub R. *Aharone Levita* : hoc enim verum eſt auctoris nomen, quod vide,

1348 ר׳ לוי בן גרשום R. LEVI fil. GERSCHOM ſive גרשון *Gerſon*, per compendium literarum רל״בג dictus, *Hiſpanus*, (vel, ſi Codicem MS. Urbin. in Vatic. n. 19. audimus, *Provincialis* ex opido *Bagnoli*, unde vulgo *Magiſter Leo de Bagnolo* appellatus ibi dicitur) *Nachmanidæ nepos*, æqualis *Rabbenu Aſcher f. Iechielis*, vulgo הר״אש vixit A. M. 5050. C. 1290. teſte *Schalſcheleth* p. 69. a. ex gente eruditis pluribus clara ortus, arte Medicus, Philoſophia Ariſtotelicus, atque in varios errores prolapſus, inter quos numero mundi, quam ſtatuit, æternitatem, & naturale prophetias donum, quod in commentariis paſſim tum vero etiam ſingulari libro lectoribus perſuadere conatus eſt. Obiit is *Perpiniani* an. 130. C. 1370. teſte *Iuchaſin* p. 133. b. ubi tot exaraſſe ſcripta fertur, ut numerari non poſſint: hæc enim eſt verborum ejus ſententia, quam pervertit *Vorſtius* in *Zemach David* vertens: *plures eſſe libros ejus, quam numerantur.* Inter ea ſunt:

EXEGETICA.

1) *comment. in Pentateuchum*, quem abſolvit 5090. C. 1330. teſte Ganzio ad hunc annum. Prodiit is *Piſauri* 274. C. 1514. fol. *Venet.* 307. C. 1547. apud *Dan. Bomberg.* ſub tit. פירוש על התורה על דרך ביאור דברי הפרשה ועל דרך ביאור המלות עם התועלות המגיעות מהם: i. e. *comment. in legem partim ad explicationem contextus. Paraſcharum, partim ad expoſitionem vocum pertinens additis, uſibus, inde profluentibus.* Poſteriorem hanc edit. quam ipſe vidi, ſolam memorat ש״י

Barto-

Bartolocc. vero priorem recte addit , ac præterea monet, in Collegio Neophytorum exſtare aliam, charactere quadrato, ſine anni locive notatione excuſam. Uſus illi ſive poriſmata tam Theoretica in variis ſcientiis, quam practica, quæ ex ſingulis ספורים i. e. *narrationibus* deduxit ſeorſim prodierunt *Rivæ Trid.* 320. C. 1560. 4. apud *Ioſ. Otelingium* ſub tit. תועליות הרל"בג i. e. *utilitates Ralbag* (R. *Gerſon*) unde apparet Plantavitium n. 738. minus recte tradere, librum illius tituli breves & ſolidas Legis & Prophetarum explanationes complecti. MS. exſtat integer in Pentat. comm. in Cod. papyrac. B. Vatic. fol. n. 35. & in B. Medic. Plut. III. n. 6. itemque in Bodlej. n. 5914.

2) Commentarii ejus in alios libros Biblicos exſtant in Bibl. Rabbin. Venetis, ita quidem, ut editio I. anni 1518. habeat ſolum comm. in *Danielem* II. vero anni 1526. in Prophetas priores Proverb. & Jobum: & ſic in reliquis omnibus, in quibus deſideratur tamen comm. in *Danielem.*

3) Comm. in *libros Samuelis* abſolvit 4098. C. 1338. teſte Ganzio l. c.

4) *Comm. in Iobum* ſeorſim Piſauri 237. C. 1477. 4. apud *Abrah. ben Chajim.* Illum in quinque priora capita Hebr. cum lat. verſione (non integrum , quod innuit Bartoloccius) edidit *Lud. Henricus Aquinas* Pariſ. 1623. 4. MS. invenitur in Vatic. n. 77. & in B. Urbinat.

5) *comm. in Proverbia* una cum aliis ejuſdem expoſitionibus Latine verſum reliquit *Conr. Pellicanus* , ut patet ex vita ejus a Melch. Adami deſcripta. Exſtat vero alia *Antonii Giggæi* verſio cum expoſitione Raſchii edita *Mediolani* 1620. 4. qui tamen in præf. monet, ſe nonnulla in contextu Hebr. obvia omiſiſſe , quæ ſcilicet ad rem ſibi non facere viſa ſint. Cenſuras in hunc commentarium ſcriptas reliquit *Didacus Lopez de Meſſa*, Hiſpanus Jeſuita , teſte Imbonato p. 35. Biblioth. Lat. Hebr. Ceterum comm. hic cum utilitatibus h. e. porismatibus moralibus MS. exſtat in Bibl. Urbinat.

6) *Comm. in Danielem* MS. in B. Urbinat. apud Vatic. n. 19.

7) *Comm. in quinque Megilloth Riv. Trid.* 320. C. 1560. 4. cura *Iac. Marcaria*, qui præfat. præmiſit, in qua monet, comm. in *Threnos* deſiderari, vel quod ab auctore elaboratus non ſit, vel quod perierit. Imo deeſt etiam comm. in lib. *Ruth* in illa editione. Comm. in *Canticum* a Flavio Mithridate Lat. converſus MS. exſtat in Vatic.

8) Comm. in *libb. Esdræ & Paralipomm.* MSS. in B. Vatic. quæ & comm. in 5. Megilloth in variis Codicibus MSS. & a Bartolocccio enumeratis exhibet.

Digitized by Google

Adamum Eremitanum cenſuras in hujus Gorſonidæ & Kimchii commentarios reliquiſſe, quæ in Collegio Neophytorum Romæ aſſerventur auctor eſt *Imbonatus* p. 1. Biblioth. Hebr. Rabb.

Chriſtianum Ludovici Prof. Lipſienſem conſtat commentarium noſtri enucleatum edidiſſe per diſpp.

Gerſonidem noſtrum *Eſdræ* & *Danielis* capita Chaldaica Hebraice convertiſſe teſtis eſt *Pet. Dan. Huetius* de Claris Interpretibus p. 99. qui exemplum MS. interpretationis illius poſſidere ſe profitetur, auctorem in exemplum fidei & accurati Interpretis proponens.

9) אוֹת נֶפֶשׁ *ſignum animæ* comm. noſtri in Aben Eſram ſuper Pentat. vide ſupra R. Abrah. ben Meir Aben Eſra inter ſcripta Exegetica n. 1.

PHILOSOPHICA.

1) מִלְחֲמוֹת יְהוָה ſive הַשֵּׁם (o) i. e. *bella Domini* ex 1. *Sam.* XXV. 28. opus ex variis Scriptoribus, & collectum in ſex partes de variis argumentis Philoſophicis, ad ſacra tamen accommodatis, agentes diſtinctum, ita ut Parte I. cap. 14. de immortalitate animæ. II. capp. 8. de ſcientia futurorum, interpreratione ſomniorum, divinatione & Prophetia, ubi inter cetera de naturalibus Prophetiæ cauſis, quas temere ſtatuit, commentatur. III. capp. 6. de omniſcientia Dei. IV. capp. 7. de providentia divina in res creatas omnes. V. de corporibus cœleſtibus, eorumque motu, partibus tribus, ex diſciplina Aſtronomica, quam Bartoloccius ex MS. ita recenſet: *de Cœlis & illorum motu incipit a p. 125. ubi dicitur, quod hujusmodi pars reperiatur in magno Volumine Aſtrologico* (de hoc paulo poſt plura dicemus) *ab ipſo compoſito, & quod ſubdividatur in duas partes, quarum primum invenies ibidem, & ſecundam habes ſuo loco ſubdiviſam in alias tres partes*, quæ usque ad p. 193. protrahantur.

Pars VI. de creatione mundi rerumque aliarum, miraculis item & oſtentis, doctrina Legis, & ex quibus argumentis verus Propheta cognoſca-

(o) *Jac. Markaria* in præfat. libro iſti præmiſſa monet, in eo inveniri quædam a communibus Judæorum ſententiis aliena, adeo, ut quidam vocandum putent ס׳ מִלְחָמוֹת עִם הַשֵּׁם h. e. *librum bellorum contra Deum.* Ipſe eum paucis excuſat, quod & facit *Imman. Aboab* p. 285. Nomologiæ, cui *Philoſophus eximius* audit. Libri ipſius Tract. I. habet capita 14. II. capp. 8. III. capp. 6. IV. capp. 7. V. capp. 11. VI. in duas partes abit, quarum prior capp. 29 poſterior 14. complectitur. Ceterum ſententiarum liberiorum imo impiarum veſtigia quædam v. c. de prophetia dono naturali commentariis quoque ejus Biblicis v. c. ad *Geneſ.* XXXII. inveniuntur.

Digitized by Google

gnoſcatur: partibus duabus & capp. 44. *Rivæ Trid.* 321. C. 1561. fol. literis quadratis, cura *Jac. Markariæ* MS. in B. Vatic. 4. qui Codex an. 1329. ipſoque adeo auctore adhuc ſuperſtite, exaratus eſt. Invenitur quoque MS. in *B. Medic.* Plut. I. n. 60. & *Patavii* in B. Canonic. Lateranenſ. Conf. *Spizelii* Arcana p. 222. & p. 82. nec minus in *Bodleiana* n. 5370. Librum hunc Algazæus in ſuo תולדות אדם innuiſſe videtur, quando inter auctores ceteros recenſet quendam *Gerſon ben Levi*, qui librum ſcripſerit an. 5089. (p) C. 1329. Hoc ipſo enim anno, ex indicio MS. Vatic. liber ille eſt exaratus; ut proinde mendoſe *Gerſon ben Levi* pro *Levi ben Gerſon* dicatur. Auctor inter cetera ab Ariſtotelis ſententia de mundi æternitate animum minime omnium alienum oſtendit.

2) סֵפֶר תְכוּנָה *Opus Aſtronomicum* vel *Aſtrologicum* potius, ex variis ſcriptis vetuſtis, in India Perſia, & Ægypto repertis, compilatum, qualia ſunt *Meſſala*, *Ibn Maſer*, *Albateni*, *Elzophi*, *Elebendi*, *Aben Eſra*, *Alfargani*, *Iachia ben Avi Menzor*, *Abraham Elzarkal*, *Elgazali*, *Elandruzgeri* Iſraelitæ & aliorum tam Judæorum, quam exterorum. Codex MS. exſtat in Biblioth. Vindob. cujus vide Catalogum MSS. Orient. Neſſelianum n. 97. confer ש״י ubi tamen Nomina Propria minus accurate deſcribuntur. A Neſſelio vocatur liber rarus & magni pretii, elegantiſſimo antiquo charactere exaratus in membrana. Bartoloccius non meminit libri, niſi obiter, in recenſione ſcilicet partis V. libri מלחמות השם quam paulo ante ex eodem repetivimus.

בֵּיאוּר *expoſitio brevis* in *Averroem* in Logicam, ſive 10. prædicamenta Ariſtotelis, libros de Interpretat. ut & Analyticorum, itemque de Syllogiſmo MSS. in B. Urbinat. 4. Forte hunc librum innuit *Schalſcheleth*, quando p. 61. a. tradit eum ſcripſiſſe comment. in Ariſtotelem, quem etiam latine translatum eſſe audiverit. Logicam ejus *Venetiis* editam ſcribit Buxtorf. in B. Rabb. per quam procul dubio intelligit ejus notas in Averrois expoſitionem Ariſtotelis. Venet. 1552. lat. ed. 4. Elucidationem ejus comm. Averrois in Logicam MS. recenſet Catal. Leidenſis p. 287. n. 47.

4) בֵּיאוּר *expoſit. in Averroem ſuper Phyſicam* Ariſtotelis MS. in Vatic. A. D. 1321. atque adeo vivo adhuc auctore ſcripta.

5) *De cœlo, mundo, generatione & corruptione* MS. Vatic.

6) *De anima* ib. MS. n. 342. in quem librum expoſitionem MS. habu-

(p) Idem traditur in calce editionis Trident.

Digitized by Google

habuiſſe *Menaſſen ben Iſrael* teſtatur *Theophilus Spizelius* in Coronide Philolog. quæ Arcanis B.bliothecarum Retectis addita eſt p. 383.

7) *De Arithmetica, & compendium Aſtronomicum* itemque *de uſu Aſtrologiæ* MS. ibidem.

8) Librum Ariſtotelis de *Senſu & Senſibili* cum noſtri comm. *Venet.* prodiiſſe teſtatur Bartoloc. Tom. I. p. 481. *Schalſcheleth* p. 61. a. monet, voto ſe adſtringere Gerſonidem in præf. ad comm. in Legem ad ſcribendum comment. *in præcepta*, & *in Gemaram*, quæ quidem verba ita accepit Bartoloccius, ac ſi Schalſcheleth hos commentarios revera ab eo ſcriptos tradiderit.

Vitam ejus & ſcriptorum ſeriem a Bartoloccio deſcriptam repetiit V. C. *Adr. Relandus* inter Vitas Celebrium Rabbinorum cum Analectis Rabbinicis editas p. 102. ſqq. & Vener. *Georg. Serpilius* Tomo VII. Vitarum Scriptorum Biblicorum parte poſteriore p. 284. ſqq.

1349 ר׳ לוי בן חביב R. LEVI fil. CHAVIV fil. *Jacob*, Hieroſolymitanus, Sæc. XVI. ineunte perfecit partem alteram libri עין ישראל quem Pater imperfectum reliquerat. Vide *Schalſcheleth* p. 63. b.

2) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa* juridica, *Venet.* 325. C. 1565. 4. ut Bartoloccius vel potius in fol. ut ש׳׳י habet. Inter illa legitur amplus comment. in Maimonidæ tractatum קִדּוּשׁ הַחֹדֶשׁ ut & aliqua de ritibus סְמִיכָה Prior in Maimonidem commentatio exſtat in ed. Veneta *Iad Chajaka* Maimonidei an. 1574. (recuſa etiam in noviſſima ejusdem operis edit. Amſtelod. 1703.) unde miror, Bartoloccinm profiteri, ſe nihil tale legiſſe, quamvis ceteroquin idem moneat, Buxtorfium in B. Rabb. laboris hujus feciſſe mentionem: ſed & idem præter rationem tradit, eum in plures Maimonidæ tractatus commentatum eſſe. Meminit noſtri R. *David Ganz* ad an. 5298. C. 1528. quo ipſo quæſtiones memoratas ab eo ſcriptas eſſe teſtatur, quemadmodum & controverſiam, quæ inter ipſum & Sapientes Zaphetanos interceſſiſſe, ſtrictim commnmorat, quod itidem fit in *Schalſcheleth* p. 64. a.

1350 ר׳ לוי בן יוסף R. LEVI fil. *Ioſeph*, ſcr.

ספר סְמָדַר i. e. *uva efflor eſcens*, lib. Grammaticus, cujus mentio fit in lib. ערוגת הבושם & inprimis in *Eliæ Levitæ* præf. tertia ad librum

brum *Maſoreth Hammaſoreth* p. 44. verſ. Lat. Munſteri, ubi & nomen auctoris recenſeat, & ex ipſo libro locum de antiquitate vocalium affert, quam confutare conatur.

1351 ר׳ לוי בן יפת R. LEVI fil. JAPHET, Karæus, cujus mentio fit inter principes ſectæ hujus doctores, in *Mardochai*, Karæi recentioris, tractatu, de Karæis p. 116. Scripſit ille *librum præceptorum*, qui MS. exſtat in Bibl. Leidenſi, quod patet ex Catalogo ejus p. 286. n. 44. ubi is R. *Said ben Japhet* & R. *Levi ben Japhet* tribuitur. Ex eo, ut puto, libro locum affert V. C. *Jo. Meyerus* in diatriba de feſtis Hebr. p. 136. 1352

ר׳ לוי לאניאדו R. LEVI LANIADO ſcripſit præf. ad librum R. *Samuelis Laniado*, qui dicitur כלי פז ed. *Venet*. 1657.

1353 ר׳ לוי ספרדי R. LEVI *Hiſpanus*, Cæſarauguſt. (ita enim interpretanda eſt vox סרקוסטא in ש״י) ſcr.

סֵפֶר מַפְתֵּחַ *librum clavis*, qui eſt Maſorethicus, teſte ש״י in Spicilegio & ſub titulo תּוֹרָה p. 85. ubi monet, in exemplari quodam Pentateuchi correcto legi כגון הצמידים (במ״פ) חסר יוד תניינא h. e. *ſicut in voce* צמידים (in libro מפתח i. e. *clavis*) *deficere dicitur Iod. poſterius*.

1354 לוקמן LOCMANNUS vel לקמאן cujus liber *Al Amthal* i. e. fabularum ab Arabibus celebratur. *Thomas Erpenius* in præf. ad Locmanni fabulas Arab. cum Lat. verſione *Lugd. Batav.* 1625. 8. editas ſcribit Locmannum ab Arabibus gente Perſam, doctrina Judæum, haberi, quam cauſam puto eſſe, cur illi locum inter Hebræos ſcriptores fecerit Bartoloccius. Kircherus in Oedipo Ægypt. p. 480. hoc ipſo prohibitum ſe teſtatur, quo minus Locmannum pro Æſopo habeat, cui alioquin æqualem fuiſſe credit. Nec defuerunt tamen alii, qui ita ſtatuerent, quos recenſitos vide a V. C. *Io. Mollero*, in Homonymoſcopia p. 252. & Celeb. *Io. Alberto Fabricio* in Biblioth. Græca lib. II. c. 9. p. 1399. ubi & alia de variis harum fabularum editionibus leguntur. M. *Chriſtoph. Wilh. Schneierus* in ſingulari diſſert. de *Lukmanno* Jen. 1691. 4. hanc ſententiam adſtruere aggreſſus eſt §. 8. non refragante V. C. *Jac. Schudt* in Compendio Hiſtor. Judaicæ p. 89.

Va-

Digitized by Google

Varia *Locmanni* apophthegmata leguntur in מוסרי הפילוסופים Sect. II. c. XII.

לומברוזו LOMBROSO v. *Jacob Lombroſo.*

לונטשיץ vide R. *Ephraim ben Aaron Lundſchütz.*

לוריא LURIA v. R. *Iſaac Luria.*

ר' ליאון LEO *Hebræus*, quo nomine vocatus eſt *R. Iuda f. Iſaacî Abarbanel*, quem vide. Idem ſolet vocari מיסר ליאון.

1355 ר' ליאון די בלבשיש R. LEO de VALENTIBUS ſcripſit

אִגֶּרֶת פּוּרִים *epiſtolam Purim*, qua laudes vini & ebrietatis ita decantantur, ut Judæi partim dictis Scripturæ detortis, partim exemplis ebrioſorum ad ſimile vitium animo induendum excitentur MS. in B. Vatic. fol. Inter cetera vox בקבוק i. e. *phiala* ad nomen divini Vatis חבקוק ob ſimilitudinem tranſfertur, & vinoſa quædam prophetia confingitur. Suſpicor ſcriptum hoc vel prorſus, non vel ſaltem leviter, diſcrepare ab eo, cujus inter Anonymos mentio fiet ſub בקבוק.

ר' ליאון דל ביני R. LEON del BENE: vide ſupra R. Jehuda עשהאל.

ר' ליאון ממודינה R. LEON MUTINENSIS: v. R. *Jehuda Arje Mutinenſ.*

ר' ליאון ממודינה R. LEON MUTINENSIS: vide ſupra R. *Jehuda ben R. Iſaac de Modena.*

1356 ר' ליאון פרנקו R. LEO FRANCO ſcr.

סֵפֶר רְפוּאוֹת librum Medicum, quo quatuor tractatibus in varia capita diſtinctis de omnibus humani corporis membris diſſerit MS. 4. teſte ש"י.

ר' ליאון מפראג R. LEO *Pragenſis*: vide ſupra R. *Jehuda fil Bezalel.*

ר'

Digitized by Google

ר׳ ליאון צבי LEO de CERUIS: vide ſupra R. *Iehuda* צבי.

ר׳ ליאון שמעון R. LEO SIMEON, Judæus Francofurt. ſcr. præfat. ad Davidis Clodii Bibl. Hebræa Francof. 1677. 8. 1357

ליב LöW Archiſynagogus Moguntinus & ex Judicibus Synagog. Francofurt. multos habuit diſcipulos, tandemque Archiſynagogus Metenſis conſtitutus eſt. Vide *Zemach David* p. 47. a. 1358

ליב בר יהושע vide ſupra R. *Jehuda Lev f. Ioſua.*

ליב בן יהושע vide ſupra *Arje Löw f. Iehoſchua.*

ר׳ ליב נפתלי LöW NAPHTHALI *Sacerdos juſtitiæ*, ſcr. 1359
תּוֹלְדוֹת יְהוּדָה *generationes Iudæ*, i. e. Index omnium Scripturæ dictorum, quæ in *Ialkut Haſſchimoni* explicantur: Prag. 417. C. 1657. 4.

ר׳ ליב בן יוסף מעליר R. LEV fil. *Ioſeph Mahler*, typis exſcribi fecit 1360
מְגִלַּת אֶסְתֵּר *Volumen Eſther*, lingua Germanica cum expoſitione allegorica hiſtoriis diſtincta, & doctrinis moralibus referta. *Cracov.* 350. C. 1590. & *Amſtelod.* 423. C. 1663. & *Francof. ad Mœn.*

ליב מינדן LöW MINDEN, idem quem ſupra n. 745. vocavimus R. *Lehuda Löw f. Moſis*, Hamburgi Sæculo XVII. verſatus, ſenex obiiit 471. C. 1711. & quidem die, quem Judæi exprimunt אח״ (i. e. אסרו חג) של שבועות h. e. die ultimo feſti Pentecoſtes: ita legitur in epitaphio ejus, quod exſtat *Altonaviæ* prope Hamburgum, in cœmeterio Judæorum. 1361

ר׳ ליב בן עובדיה LEV f. OBADIA v. ſupra *Iehuda Lev f. Obadia.*

ר׳ ליב פיסק מנקלשבורג R. LöW PISK *Niclasburgenſis*, ſcr. 1362
דִּמְיוֹן אַרְיֵה *imago leonis*, ex Pſ. XVII: 12. ubi de inſtitutis Iudæorum

Digitized by Google

orum circa *vinum libaminis* h. e. quo Chriſtiani utuntur, ut & de ratione & decretis Synagogarum. *Pragæ* 376. C. 1616. 4.

1363 ר׳ ליברמן בן ר׳ יוסף LIBERMAN fil. R. *Ioſeph* שׁוֹחט *mactator animalium*, cujus comm. & animadverſiones in R. *Iacob Veil* שחיטות ובדיקות prodierunt Prag. 407. C. 1647. 4.

ליברמן סופר vide ſupra R. *Elieſer Lieberman*.

ליברתס קומינתוס LIBERTAS COMINETUS, v. infra קומינתוס

ר׳ ליווא בן בצלאל R. LEVA f. BEZALEL: vide ſupra R. *Iehuda f. Bezalel*.

1364 ר׳ ליפמן R. LIPMAN, qui plenius Judæis vocatur יום טוב ליפמן מילהויזן R. JOM TOV LIPMAN *Mulhuſinus*, quem alii ad A. M. 5159. C. 1399. alii ad A. M. 5219. C. (a) 1459. referunt: priorem enim numerum anni, tanquam quo exaratus ſit liber ejus *Nizzachon*, invenerat *Hackſpanius*, primus ejus Editor, in appendice libri ipſi: v. Io. Hackſpan. de Vſu libb. Rabb. p. 220. poſteriorem vero definit *Iuchaſin* p. 194. & *Zemach David* ad an. 5219. quem poſterior in præfatione (in qua tamen fruſtra ego quæſivi) legi teſtatur. Hunc librum auctor, cujus nomen verſus præfixi per literas initiales exprimunt, dixerat

סֵפֶר נִצָּחוֹן *librum Victoriæ* ſive *Triumphi*, quem *Theodoricus Hackſpanius* anno 1643. a Rabbino Schnettavienſi difficulter nactus anno ſequente 1644. *Altorfii* (b) hebraice in 4. edidit, ſubjuncto tractatu de Uſu librorum Rabbinic. inſtar Prodromi Apologiæ, pro Chriſtianis adverſus Lipmannum ſcribendæ. Eam editionem ex duplici Codice MS. al-

(a) Differentia hæc orta videtur ex ratione numeros per literas exprimendi Judaica, ubi prior numerus aeræ minoris per קנט poſterior vero per ר״יט ſignificatur, quas notas facile ſecum invicem confundi poſſe nemo non intelligit. Priorem numerum præferendum eſſe, ex iis patebit, quæ de refutatione a Stephano Epiſcop. Brandenb. facta dicemus.

(b) ש״י & alii *Norimbergæ* ajunt eſſe excuſum: ſcilicet liber Lipmanni ipſe *Altorfii*, tractatus vero Hackſpanii de Uſu librorum Rabbin. *Norimb*. prodiit, id quod diſerte in titulo monetur.

altero A. M. 5379. C. 1619. altero A. M. 337. C. 1499. exarato itemque MS. alio *Gvil. Henr. Vorſtii* (cujus varietates a B. *Chriſtoph. Arnoldo* acceperat) correxit B. *Wagenſeilius*, & varietates illas lectionum, magni interdum momenti, ſæpius etiam integras periodos (c) in limine Tractatus *Sota* p. 10. - 81. exhibuit. Librum hunc peſtilentiſſimum auctor ipſe (*Lipmannus*) in compendium retulerat carmine, quodam rhythmico comprehenſum, quod memoriæ Judæorum inſerviret. Illud ex altero ſuorum Codicum idem *Wagenſeilius* in Telis Igneis Satanæ p. 207. repræſentavit, addita interpret. latina & ſubjuncta erudita & ſolida Confutatione, quam contra opus ipſum cum verſione molitum ſe fuiſſe in præmonitione ad *Correctiones Lipmannianas* ſcribit, ab aliis, qui idem ſaxum volvebant, deinde retractus. Liber ipſe inprimis contra Chriſtianos, præterea vero contra Atheos, Sadducæos & Caræos, ceu præfatio profitetur, directus, & in ſeptem ſectiones ſecundum ſeptem hebdomadæ dies (d) diſtinctus eſt ea ratione, ut ſecundum ordinem librorum Biblicorum loca V. T. adferantur & vindicentur contra Chriſtianos, quibus illi quidem ad demonſtrandam religionis ſuæ veritatem utuntur. Accedit in calce reſponſio ad objectiones *Petri* cujusdam, Ex Judæi, quem Apoſtatam vocat auctor, una cum objectionibus *Kimchii* contra Chriſtianos ex comm. in Pſalmos petitis. *Seb. Snellius* Prof. quondam Altorfinus, facto initio a Numero VIII. cujus interpretationem edidit ſub tit. כתירה על לידת ישו ועל שבאו כולם לגיהנם: h. e. *Numerus VIII ſpectans ad cap. II. Geneſ. 17. arcani libri Nizzachon, quo R. Lipman fidem Chriſtianam de Jeſu Salvatoris noſtri ſecundum carnem nativitate, potiſſimum vero, quem Pontificii appellant limbum Patrum, impugnavit. Altorf.* 1643. 4. 1. plag. Deinde urſit idem hoc inſtitutum, & totum librum, ſi excipias loca ex Pentateucho a Lipmanno allata, abſolvit ibidem 1644. & 1645. qua opera feliciter eum, quantum per mendoſum exemplar fieri potuit, perfunctum eſſe teſtatur Wagenſeil. procœmio ad *Correct. Lipmann.* p. 5. quamvis idem ad Tela Ignea Satanæ p. 264. illam verſionem corrigat,

(c) Acceſſiones illæ interdum a deſcriptoribus, interdum vero ab ipſa Lipmanni, novam curam libro ſuo adhibentis, manu profectæ ſunt, cujus rei exemplum vide apud Wagenſeilium l. c. p. 33. Viciſſim in excuſo exemplari nonnunquam legas, quæ aliena manus intruſit, & in MSS. deſiderantur: Vide ibid. p. 17. Proinde harum correctionum ope liber Nizzachon non paulo melior dari poterat, ſi res tanti foret momenti.

(d) Singulæ illæ 7. Sectiones habent argumenta, quæ Lipmannus ipſe in procœmio delineat, quibus deinde ſingulis in ſubjecto indice certas ſubſectiones hinc inde in ipſo libro diſperſas additis numeris, qui numeris, ad tractatus oram poſitis, reſpondent, attribuit,

Digitized by Google

gat, & vitioſum exemplar minus recte factam. Confutare librum adgreſſus eſt *Chriſtianus Schotanus* aliquot diſputationibus, ſub titulo *Anti-Lipmanni* editis, ex quibus quinque ego vidi totidem plagulis editas *Franeqv.* 1659. 4. Ibi textui Lipmanni latino ſubjicitur ſuccincta confutatio. Ante hunc *Stephanus* Epiſcopus Brandenburg. circa A. 1435. libro huic Vindicias oppoſuit, quæ in Bibl. Regia Berolinenſi MSS. exſtant. Quod ſi hæc temporis nota non fallat, (*) manifeſtum eſt, Lipmannum ſcriptum ſuum non an. 1459. ſed 1399. exaraſſe. *Conſtantinum Lempereur* ejusdem libri confutationem ſibi propoſitam habuiſſe teſtis eſt *Vorſtius* in præfat. ad *Zemach David.* Noviſſime V. C. *Io. Conradus Wackius*, Prof. Ratisbon, tres huic libro diſſertationes *Jenæ* oppoſuit, quem ſubinde quoque ſub examen vocavit *Io. Friſchmuthus* in diſſertationibus ſuis, ſpeciatim illa, quæ ad vindicandum *Jeſaiæ* IX. 6. 7. ſpectat; ut de *Rich. Kid-*

(*) Nec ſane prorſus fallit, quod ex iis, quæ conjunctiſſimus Amicus meus *Maturinus Veyſſiere la Croze* mihi per literas ſignificavit, intelliges. *Stephanus* ille cognomine gentilitio *Bodecker*, Epiſcopus Brandenburg. XXXVI. natus fuit A. D. 1384. & obiit anno 1459. XV. Februar. Inter cetera ejus opera MSS. magis, quam ætas ferebat, erudita quæ partim in Regia Berolinenſi, partim in Capituli Brandenburg. Bibliotheca latent, exſtat (in B. Berol.) liber ejus contra Judæos 39. capitibus conſtans, ſed nec ſic abſolutus, ut operi ipſi immortuus auctor videatur. Procemium libri Lipmanni, cui potisſimum oppoſitus erat, accurate definit his verbis: *Surrexit etiam noviſſime quidam Judæus circa annos Domini MCCCCXX. in regno Polonia, in civitate Cracovia, qui ſe nominat Rabi Libman, qui contumaci ſuperbia non contentus de blaſphemia ſuorum progenitorum, qui contra D. N. Jeſum Chriſtum, ſuam benedictam matrem, ſanctam quoque Eccleſiam Catholicam in libris Talmud blaſphemant, novas blaſphemias veteribus adjunxit, ubi & aperti ſſima mendacia contra nos ſcribit. In Latina namque Lingua utique parumper eruditus, ut ex ſcriptis ſuis apparet, fuit, & ſermonibus prædicatorum, qui ad populum laicum fiunt, interfuiſſe videtur, unde quaſi omnia teſtimonia Legis & Prophetarum, quæ de Chriſto ſunt, in ſuo NICZACHON, i. e. Victoria reſumit, & quantum in eo eſt, reprobat &c. --- Unde gloriatur in ſuo NICZACHON, ſe omnem Scripturam, quam pro nobis introducimus, uno velle culmine ſtraminis dejicere. &c. --- Et hic adeo crucis Chriſti inimicus fuit, ut nomen crucis in ſe exprimere dedignetur, ſed circumloquendo ſtamen & ſubtegmen nominet: cui itaque reſpondendum per gratiam Dei fore ſtatui.* Brevitatis ſtudio prohibeor, quo minus indicem capitum libri, quem præ manibus habeo, hic exhibeam. Agitur vero potiſſimum de concionibus ad Judæos habendis, de libris V. T. quos recipiunt, & de Talmud, ejus auctoribus & in religionem Chriſtianam blaſphemiis. Cap. XVII. ſpeciatim Judæos corruptæ S. Scripturæ poſtulat, & aliquot capitibus evincit, Judæos non eſſe amplius populum Dei, ſemen Abrahæ, filios Iſrael, Jacob & Juda, de quibus titulis gloriantur. Cap. XXX. & ſqq. in reprobationem Judæorum ejusque cauſam inquirit, eamque cap. XXXV. & XXXVI. oſtendit eſſe cædem Meſſiæ. Cap. XXXIV. recenſet prærogativas decem, quibus nunc exciderint Judæi.

Kiddero in Demonſtratione Meſſiæ & aliis impietatis Iudaicæ domitoribus nihil dicam. Neque operam illi fruſtra collocaſſe cenſendi ſunt: recte enim *exſecrabilis* is viſus eſt B. *Schickardo* p. 83. procœmii ad Tarich Perſarum, ubi adddit, ſe illo pejorem nunquam legiſſe, adeo ut præ ipſo *Talmud* & Alcoranus appareant ſancti. Idem eſt judicium *Athanaſ. Kircheri* in Oedipo Ægyptiaco Claſſe VII. c. 7. §. 3. qui eundem iterum caſtigat Tomo II. Parte II. p. 478. ubi tamen typographi vitio auctor *Lipoman* & liber nullo ſenſu בן חון vocatur.

MS. hunc librum in membrana habuiſſe videtur *Buxtorfius*, a *Tremellio* ex Italia allatum, ut refert *Schickardus* in præf. ad *Bechinath Happeruſchim*, ubi eum a Buxtorfio ſecum communicatum eſſe teſtatur. Et ſane Buxtorfius ipſe tum in Synagoga Judaica c. 3. tum in B. Rabb. p. 385. Nizzachon *Lipmanni* ſe habere ſcribit. Neque tamen Hackſpanianum illud fuiſſe vel inde apertum eſt, quia Buxtorfius diſerte monet, Nizzachon ſuum *expreſſe contra hiſtoriam Evangelicam eſſe directum*, id quod de Lipmanniano dici non poſſe ex dictis conſtat. Unde ſuſpicor, *Buxtorfium* ex conjectura tantum *Lipmannum* hujus Nizzachon auctorem ſtatuiſſe, quippe quem tanquam hujusmodi libri Scriptorem in *Zemach David* ad hunc annum memorari viderat. Buxtorfianum itaque Nizzachon potius idem ſtatuendum eſt cum Wagenſeiliano, de quo paulo poſt dicemus. *Lipmannianum* habuit etiam *Chriſt. Gerſon*, cujus Talmud Judaicum vide lib. 1. c. 12. *Rittangelius*, qui illud citat p. 14. Libræ Veritatis, ut & auctor libri באר משה qui ſub tit. ספר ישן *libri antiqui* allegat: vide *Hackſpan*. de Uſu libb. Rabb. p. 220.

Scripſit præterea *Lipmannus* noſter comment. in R. *Jehudæ Chaſid*, Ratisbonenſis שיר היחוד canticum unitatis, cum qvo liber ipſe prodiit *Friburgi Brisgojæ*, ut Buxtorfius, vel ſecundum ש"י *Thiengæ* 320. C. 1560. 4. Vocavit ſe ibi, quod Buxt. refert טב יומי alludens ad prænomen ſuum יום טוב. Hunc comment. *Plantavit*. n. 452. memorans auctorem mendoſe vocat מולוסין pro מילהויזן.

Pollicetur quoque comment in *Pircke Avoth* in libro *Nizzachon* p. 112. n. 197.

Ex Lipmannorum gente quidam prænomine *Immanuel* ad CHRISTI ſacra ſe convertit *Bebenbuſæ* 1687. menſe Majo, & *Chriſtiani Gottlieb Burchardi* nomine appellatus eſt, teſte B. Andrea Carolo in Memorabilibus Sæc. XVII, lib. IX. p. 435.

Præter hunc exſtat נצחון aliud, idque Hackſpaniano antiquius (e) quod ex MS. Bibl. Argentorat. B. *Seb. Schmidii* opera nactus *Wagenſeilius* edidit cum ceteris ejusmodi ſcriptis in Telis Igneis Satanæ adjuncta verſione Lat. Multa ex eo loca attulit & confutavit ante eum *Seb. Munſterus*, (qui totius libri edit. promiſit in præfat. ad Joſippum: adde præf. ad *Moſis Kimchii* Gramm.) tum in commentariis ad V. T. (f) tum in notis ad Evangelium Matthæi Hebræum Baſil. apud *Sebaſt. Henricpetri* ed. 1537. fol. & 1557. ac 1582. 8. quæ ſi cum ed. Wagenſeilii comparaveris, deprehendes, Munſterum codice minus emendato uſum eſſe, quamvis & Argentoratenſe, quod præterea gloſſemata a librario Chriſtiano addita habet, interdum laboret. Liber ipſe ita comparatus eſt, ut primo ex V. T. ea adferantur loca, quæ Chriſtiani (g) vel pro ſe vel contra Judæos adhibere ſolent, addita confutatione; poſtea idem fit de libris N. T. ſpeciatim de Evangeliis, ubi varia tanquam in iis ſcripta citantur, quæ ibi fruſtra quæras. Denique ſubjiciuntur criminationes quædam Chriſtianorum in Judæos, & diſſolvuntur. Hujus auctorem Sæculo XII. vixiſſe ex eo evincit Wagenſeilius, quod nullus hac ætate inferior ab eo citetur, cum tamen alii antiquiores, & unus Sæculi XII. (h) ab eo ad partes vocentur. Equidem allegari ibi vidi p. 32. R. *Iſaacum* Proſelytum, & ibidem R. *Samuelem*, neſcio quem, R. *Abrahamum*, Proſelytum, p. 34. & 53. qui dicitur negaſſe, CHRISTUM calluiſſe *Schemhamphoraſch*, R. *Nathan* Upſal (האופסאל) p. 39. R. *Kalonymum*, quem accerſi juſſerit Imperator *Henricus* III. i. e. Niger, Sæculo XI. medio, cujus juſſu ædem Cathedralem Spirenſem exſtructam ait: R. *Salom. fil. Abraham, Joſephum Gorionidem* p. 96. & *Gregorium Sanctum* p. 197. & 235. Hoc exemplum bonam partem ſe ex MS. Argentor. exſcripſiſſe teſtatur *Jo. Bened. Carpzovius* in Introd. ad Theol. Judaic. p. 79. monetque præterea, ſe in eo *Pauli Fagii* manum non obſcuris indiciis agnoviſſe. Unde ſimul intelligitur, antiquum hoc Nizzachon eſſe, cujus confutationem is

(e) Imo & nequius, & tale, quod omnia ſecula obſtupeſcent, judice ipſo *Wagenſeilio*.

(f) Vide v. c. ad *Geneſ.* XLIX. *Levit.* XVIII. *Num.* XXIV. *Deuter.* XIII. & XVIII. *Jeſ.* VII. IX. LIII. LXV. *Jerem.* XXXI. *Ezech.* XLIV. *Pſalm.* II. XIX. XXII. & CX.

(g) Speciatim Sententias quasdam, Pontificiorum proprias, pungit v. c. p. 82. ſqq. & alias.

(h) Non conficit quidem rem omni ex parte hoc argumentum, unde & Bartoloccius Tomo IV. p. 13. pro levi habet, ſed neque tamen prorſus adſpernandum eſt, inprimis in hiſtoria literaria, cum certe non poſſit idonea reddi ratio, cur, cum ex antiquiori ætate citentur auctores, ex recentiori non item adferantur, niſi ea adducatur, quod ſcriptum ſit antiquius, quam ut recentiorum fieri potuerit mentio.

Digitized by Google

is ſperari jubet ad *Deuter.* XIII, & XVIII. &c. ſicut & in notis ſuis ad Paraphraſ. Chald. ad *Deuter.* loca citata eadem hujus libri loca, quæ *Munſterus*, adfert.

Ab utroque hoc diſtinguendus eſt liber נצחון quem מתתיהו i. e. *Matathjam* ſive *Matthiam* ſcripſiſſe ajunt Judæi: Hunc librum valde antiquum vocat ש״י & contra Evangelium diſputare adfirmat. Habuit eum *Wilh. Schickardus* Oſiandri beneficio, ceu apparet ex præfat. ad *Bechinath Happeruſchim*, ubi addit *captam a ſe pridem eſſe illius refutationem, quam continuare per literas juſſerit Buxtorfius, qui in ſubſidium miſerit alterum Nizzachon R. Lipmanni.* Idem p. 449. de Jure Regio Hebr. ed. Lipſ. locum quendam ex Symbolo religionis Judaicæ, quod, ut ait, Triumphator R. *Matthias* rhythmis concinnatum in Nizzachon expreſſit, latine & Hebr. exhibet. Confutationem hanc Schickardinam ſub tit. *Triumphator vapulans* editurum ſe recepit quondam B. *Theophilus Spizelius* in Templo Honoris Reſerato p. 342. ſed non præſtitit. Vide plura de noſtro in B. *Io. Bened. Carpzovii* notis & Schickardi l. c. in diſſ. de Aſino Meſſiæ, § 9. p. 13. & in Introd. ad Theolog. Judaic. p. 79. Ceterum Nizzachon hoc *Schickardinum* & a veteri *Wagenſeiliano* & a recentiori *Lipmanni Hackſpaniano* diſtinctum fuiſſe inde patet, quia ipſe illud ab exemplari *Buxtorfiano* aliud eſſe pronunciat, quod paulo ante non *Lipmanniano*, ſed *Wagenſeiliano* potius, niſi & ab hoc diſtinguere velis, reſpondere oſtendimus.

Accedit his quartum נצחון, quod in Synagoga *Hanoviana* ſibi viſum & aliquot aureis a Judæo vindicatum teſtatur, qui nullo ordine, & quaſi per ſaturam nunc Prophetarum quædam oracula pervertat, nunc loca N. T. confutet a Chriſti paſchate ϛαυρωσίμῳ exorſus, ut ſtatim in limine contradictionis hiſtoriam Evangelicam ſcilicet convincat. Vide eum in Introduct. ad Theolog. Judaicam p. 79. & p. 235. Diſputatt. Academic. in diſſ. *de Aſino Meſſiæ*, ubi addit recentioris hoc eſſe Rabbini, quod ad prolixitatem tum *Hackſpaniani* Codicis, tum *Fagiani*, in Academiæ Argentorat. Bibliotheca latentis, non adſurgat, ſed vices tamen compendii Theologiæ Judæorum Polemicæ, quale non prodierit, ſupplere poſſit, dignumque ſibi videatur, quod exercitationibus Academicis materiam ſuggerat.

Ex his manifeſtum eſt, plures exſtare inter Judæos hujus inſcriptionis libros Polemicos, in limine quaſi ipſo *Triumphum* ſibi ſumentes, quem in opere adfectabant. Hinc factum eſt, ut ſcripta hæc paſſim inter ſe ab eruditis confunderentur, nec vel nunc ſatis conſtet, quorum præ-

Digitized by Google

præciſe auctorum ſint, qui ſub hoc titulo adferuntur. Habuit talem librum flammis dignum judicans *Reuchlinus*, ut patet ex ſcriptis ejus contra *Pfefferkornium*: habuit *Vrb. Regius*, qui Parte III. Opp. Latinorum Synagogam Brunſvicenſem his alloquitur verbis: *obſecro, ut ſcribatis clara, ſolida & vera: nam figmenta veſtri Nizzachon ipſe jampridem legi, quæ nihil aliud ſunt, quam indoctæ & impiæ fabulæ.* Habuit *Conſt. Lempereur* (quod de Lipmanniano interpretantem paulo ante vidimus *Vorſtium*) ceu ex notis ejus ad *Bertrami* librum de Politia Judaica & præfat. ad *Benjaminis Tudelenſ.* Itinerarium patet, ubi ſe in vertendis ac refutandis duobus MSS. libris adverſus Chriſtianos occupari ſcribit. Habuit etiam *Conr. Graſerus*, qui illius meminit in præf. tractatus ſui de LXX. hebdomadibus, ubi eum ait ſtylo pure Hebraico ita conſcriptum eſſe, ut Chriſtiana religio argumentis 42 oppugnetur, Judaica vero 35. defendatur. Autores plures in hunc librum operam ſuum contuliſſe, *Lutherique* ac *Calvini* in eo mentionem fieri, refert, quem latine editurus erat, niſi Judæus a quo acceperat, manibus ejus mira vafritie iterum extorſiſſet. Deſcriptio codicis hujus proxime ad librum חזוק אמונה R. *Iſaaci fil. Abrahami* accedit, quippe quem partim in defendenda Judæorum, partim in oppugnanda Chriſtianorum doctrina occupari, & Lutheri quoque meminiſſe, ſupra ſuo loco oſtendimus. Quo minus tamen Codex *Graſerianus* cum hoc libro idem prorſus ſtatuatur, impedit ejus ætas: nam *Chiſſuck Emuna* exaratus eſt an. 1616. *Graſerus* (i) autem an. 1613. obiit. Probabile igitur mihi fit, Graſerum librum illi ſimilem habuiſſe, cui deinceps R. *Iſaac fil. Abraham* ſua ſuperſtruxerit.

Memorat etiam *Mich. Neander* loca bina ex *Nizzachon* in Erotematibus Linguæ Hebr. p. 361. & 314. (confer p. 486. & 338.) ſed illo eadem ſunt, quæ *Munſterus* & *Fagius* ex Argentoratenſi illo, quod Wagenſeilius edidit, ad Deuter. XIII. & XVIII. attulerunt, quorum ille citationes ſecutus eſt. *Nizzachon*, neſcio quod, memorat quoque *Iac. Altingius* Tomo V. Opp. p. 399. b. ep. 85.

Cum igitur tam frequentes & varii ſint hujus tituli inter Judæos libri, miratus ſum, B. *Io. Mullerum*, Judaiſmi Detecti auctorem, talem

non

(i) Præſuit ille Eccleſiæ & Gymnaſio *Thorunienſi*, & alia prelo parata reliquit v. c. librum תולדות אדם hebr. ac Lat. item alium de principiis cœcitatis Judaicæ, tum R. *Joſ. Albo* librum עקרים latine verſum: vide *Melch. Adami* Vitas Theologorum p. 400. ed. in fol. & Meelführeri Acceſſiones ad Almeloveenii Biblioth. promiſſam & latentem p. 38.

Digitized by Google

non vidiſſe, imo Judæos negare auſos, librum ejusmodi unquam exſtitiſſe, quod ipſe ad *Buxtorfium* ſcribit in epiſtola, quæ in V. C. *Io. Buxtorfii*, Prof. hodie Baſileenſis, Catalectis Theologico Philologicis p. 444. legitur.

Ex his, quæ diximus, conſequitur, B. *Sigismundum Hosmannum* in ſcripto vernaculo de Judæis difficulter convertendis p. 125. minus recte tradidiſſe, quod Nizzachon Hackſpanianum idem ſit cum Wagenſeiliano in Telis Igneis Satanæ, ſicut *Iac. Triglandius* p. 56. Diatrib. de Karæis utrumque non niſi interpolatione diſtinxit, quæ tamen longius a ſe removeri res ipſa evincit. Non felicius hæc ſcripta diſtinxit V. C. *Jac. Basnage* in Hiſtoria Judæorum Tom. VI. p. 166. quinque hujus tituli ſcripta exſtare docens, ubi recte quidem primum facit, cujus ætatem in Sæculum XII. cum Wagenſeilio retulimus, alterum vero *Matathiæ* tribuit an 1399. elaboratum, idque idem facit cum Hackſpaniano, quod Wagenſeilius correctius recudi fecerit, Schickardus autem edere voluerit. Non recordatus ſcilicet eſt Vir doctus, Nizzachon illud *Lipmanni* eſſe, non *Matthiæ*, quod alii in annum 1399. alii in an. 1459. referant, deinde Hackſpanianum Nizzachon non eſt *Matthiæ*, ſed *Lipmanni*, cujus ipſum nomen in limine legitur, Wagenſeilius vero *Hackſpanianum* non edidit correctius, ſed tantum ex tribus MSS. varietates lectionum collegit, ex quibus correctius edi aliquando poſſet: quod vero totum edidit Wagenſeilius, eſt idem illud antiquum, quod tanquam ab hoc diſtinctum in Sæculum XII. Basnagius refert; denique illud *Matthiæ* Nizzachon Schickardianum lucem nunquam adſpexit. *Tertium* & *quartum* facit Clariſſimus Vir duplex *Nizzachon*, ab eodem Lipmanno, ut putat, editum, alterum carmen Memoriale, quod Telis Igneis Satanæ inſeruit Wagenſeilius. Prius illud particula eſt *carminis illius Memorialis*, quam Wagenſ. an. 1676. ſuæ in hunc locum diſſert. ſubjunxerat; poſterius eſt tantum compendium rhythmicum Nizzachon majoris, quod *Lipmannianum* vocatur. Quintum Cl. Basnagius facit, de quo paulo ante teſtimonium *Graſerianum* attulimus. Bartoloccius Tom. IV. p. 12. Nizzachon illud, quod *Lipmanno* tribuit *Ganzius* ad annum 5219. *Munſterianum* eſſe minus feliciter ſuſpicatus eſt: hoc enim Munſteri, eſt Vetus illud a Wagenſ. editum. Quæ ceteroquin idem vel confuſe vel minus emendate de libris *Nizzachon* tradidit, ex dictis facili negotio a quocunque emendari poterunt.

Exſtant & alia Judæorum contra Chriſtianos ſcripta, cujusmodi forma dialogi inter Iudæum & Chriſtianum conceptum vidiſſe ſe teſtatur [illegible] *Lutherus* in libello de Judæis & eorum mendaciis. In hoc infe-

lix homo conatur Scripturæ de Meſſia & Maria loca in alienum ſenſum detorquere. Sic *Seb. Munſterus* in præf. ad Evangelium Matthæi Hebræum præter librum תולדות & librum I. אמונות memorat librum הגלוי (ubi legere malim התלוי i. e. *de ſuſpenſo*) quo nomine Servatorem Sanctiſſimum profane appellant Judæi) & librum כוית תחת תשובה על המינים i. e. ut interpretandum puto, modo verba recte ſint expreſſa: *uſtio* ſive *flamma loco reſponſionis ad hæreticos.*

Aliud eſt ſcriptum latinum Anonymi Luſitani, quod ſub *Colloqvii Mittelburgenſis* nomine confutat paſſim B. *Mullerus* in Atheiſmo devicto. In eo *Scaligeri* librum de Emendat. Temporum citari conſtat ex p. 1282. unde patet, ſcriptum eſſe recens, quod libenter *Menaſſæ ben Iſrael* tribuerim, præcipue cum alia loca ibi citata diffuſam per omne genus Scriptorum lectionem probent. Idem Mullerus in Indice Scriptorum Judaiſmo illi ſubjuncto citat Anonymi Rabbini ſcriptum Lat. contra SS. Trinitatem. *Conſtant. Lempereur* ciet ejusmodi tractatum ſub titulo ויכוח הדת de quo inter Anonymos dicemus, inter quos etiam vide titulum תולדות ישו Adde, quæ dicta ſunt ſub R. *Iſaac fil. Amram*, R. *Ioſ. Kimchi*, *Peripoth Duran*, & *Menaſſe ben Iſrael.*

Aliud ejusmodi ſcriptum Luſitanicum recentioris ætatis, manu exaratum, exſtat in Muſeo Clariſſimi eruditiſſimique Viri *Maturini Veyſſiere La Croze*, ex cujus ad me literis intellexi, illud quatuor abſolvi capitibus, & contra Pontificium Luſitanum eo ordine ſcriptum eſſe, ut cap. I. oſtendat, fundamentum Chriſtianiſmi contradicere rationi & Sacræ Scripturæ: cap. II. argumenta refellat, quibus Pontificius ille Scriptor probaverat, Meſſiam eſſe Deum & hominem: cap. III. inficietur, Meſſiam jamdum veniſſe: cap. IV. denique reſpondeat ad ea, quæ contra æternitatem legis allata erant. Initium ita habet: *Repoſta a hum papel, que aqui mandou de França huma peſoa de noſſa naçaõ afirmando quatro pontos fundamentaĩs da religiaõ Chriſtiam a ſaver 1) que o Maſiah avia de ſer dios e home 2) que o* Maſiah *he 3) que o cap. 53. de Jeſahias tratja vindo do ſeu Maſiah 4) e qve avia de ceſar a obſervancia de ley con a vinda do Maſiah.*

Orobii, de quo ſupra diximus, fœtum ſuſpicatus olim fuit *Iſaacus Iaqvoletius*, qui eum a Judæo Amſtelodamenſi acceperat, quod tamen falſum putat Cl. *La Croze*, cum auctor ſe diſertis verbis Luſitanum eſſe profitetur, Orobius vero Hiſpanus fuerit. Libellus ceteroquin dicitur eſſe doctiſſimus, & in qua nova ut plurimum argumenta deprehendantur,

&

& ſpecioſa quoque, quæ hominem minus doctum turbare poſſint. Miracula Chriſti plane negat auctor perditiſſimus, eaque comparat cum præſtigiis Monachorum & Monialium, quibus in Hiſpania & Luſitania ſuperſtitioſis mulierculis imponi ſoleat: præterea vero in Sanctiſſimum D. N. JESU CHRISTI nomen impudentiſſimas & atrociſſimas contumelias eructat.

ר׳ ליפמן בן נתן הלוי העליר v. ſupra R. *Jom Tov Lipman f. Nathan* &c.

לניאדו LANIADO vide infra R. *Schemuel* f. *Abrab. Laniado.*

לצרוס לוי LAZARUS *Levita*, cujus librum MS. de globo 1364
terræ, utrum ille moveatur, & cur in medio aëre circumfuſo pendeat, Hieroſolymis allatum *Salomo fil. Virga* teſtatur in *Scheveth Jehuda* p. 188. ed. Lat. Gentii his verbis, quibus Nicolaus Valentinus Petrum majorem Hiſpan. Regem allocutus dicitur: *Romæ inter libros, qui Hieroſolymis allati erant, videre me librum quendam memini, ſcriptum a Lazaro quodam Levita, qui agit primum de terræ globo, utrum ille moveatur, cur in medio aëre circumfuſo pendeat. Quæ ille omnia præclaro carmine eſt exſecutus, ut Hebr. literas docti Chriſtiani & Poëtæ Judæi teſtantur. Deinde ſcribit de gemmis & plantis, earumque virtutibus, de quibus egregium carmen compoſuit, tum de homine, quem in quatuor ordines dividit, in eruditos, mercatores, milites & agricolas, de iiſque verſus ſcripſit, quos vel ipſe David miretur. Agit de quatuor elementis carmine. Ad cœleſtia converſus primum Lunam ejusque virtutem, qua inferiori huic mundo dominatur motusque canit: deinde 7. planetas, 12. cœli ſigna, ipſorum vires & virtutem atque magnitudinem, tum decem Angelorum ordines, quod miniſtrent omnipotenti Deo, ſingulos ordines ſingulis carminibus celebrat. Poſtremo quatuor Summi Numinis formas æternam & immenſam ſapientiam non minus docte quam ſuaviter canit.*

די לרא de LARA, vide ſupra R. *David Cohen de Lara.*

מ

ר׳ מאיר R. MEIR neſcio quis, cujus 1366
קרית ספר *urbem libri* ex *Jud.* I, 11. i. e. librum Criticum in Codicem Hebr. allegat *Menachem Lonzano* tum in limine tum in fine libri

Digitized by Google

Or Thora, qui partem conſtituit libri שתי ידות. Forte idem hic eſt cum R. *Meir Angela*, quem ſimilis argumenti ſcriptum feciſſe paulo poſt intelligemus.

1367 ר׳ מאיר מאייזנשטאט R. MEIR *Eiſenſtadenſis*, cum cujus acceſſionibus prodiit R. Chajim Vital ס׳ הגלגולים *Francof. ad Mœn.* 444. C. 1684. Confer infra R. *Meir ben Chajim Eiſenſtatt*.

1368 ר׳ מאיר אלגואדיש R. MEIR ALGUADESCH, ut Bartolocc. poſt *Iuchaſin* p. 134. a. vocat, vel ר׳ מאיר אלוואריש qui audit ש״י p. 39. n. 81. vel ut eidem p. 50. vocatur ר׳ מאיר אלגודיץ בר אלוואריש *R. Meir Algoditz* (ſic eum appellat *Schalſcheleth* p. 61. a.) f. *Alvares*, Hiſpanus, Archiater Regis, & omnium illius regni Synagogarum Præſes, an. 165. C. 1405. floruit, &

1) סֵפֶר הַמִּדּוֹת *librum Ethicorum* Ariſtotelis *hebr.* convertit in tractatus decem, ſuis ſingulos capitibus conſtantes, diviſum, quem cum comm. R. *Joſeph f. Schem Tov* MS. exſtare teſtatur ש״י. Vide ſupra ארסטותליס n. 16. & R. *Joſ. Schem Tov*. Bartoloccius infra noſtrum hunc vocat R. *Moſche f. Schelomo Alvadeſch*, eumque ait cum ſociis R. *Don Benbenaſte ben Hannabi* Ethicam Ariſtotelicam ſecundum ordinem a Boëthio obſervatum ſcripſiſſe, quæ MS. lateat in B. Urbin. 4.

2) מִשְׁלֵי אֲרִסְטוֹ *parabolas* ſive *ſententias Ariſtotelis* eidem tribuit ש״י & hoc libro ex Ariſtotele deſumto contineri ait paræneſes & gnomas de cavendis mulieribus. MS.

1369 ר׳ מאיר אלדאבי R. MEIR ALDABI, *Hiſpanus*, vixit 5120. C. 1360.

שְׁבִילֵי אֱמוּנָה *ſemita fidei*, qui liber decem abſolvitur tractatibus, quorum I. de exiſtentia creatoris. II. de creatione mundi, ſphæris & ſtellis. III. de creatione Adam & Evæ. IV. de formatione hominis in utero. V. de tuenda corporis valetudine. VI. de luce animæ, facultatibusque ejus & intellectu. VII. de animæ ſanitate. VIII. de fide legi Scriptæ habenda. IX. de præmiis piorum, & impiorum pœnis. X. de liberatione & reſurrectione mortuorum & ſæculo futuro agit. *Rivæ Trid.* 319. C. 1559. per *Ioſeph Othelingium*; *Amſtel.* 327. C. 1567. 4. iterumque 467. C. 1707. 12. Ex illo libro locus bene longus de adventu

Digitized by Google

tu Meſſiæ & reſurrect. mortuorum hebr. & Latine exſtat in *Car. Joſ. Imbonati* tract. de adventu Meſſiæ p. 46. ſqq. in calce Biblioth. Lat. Hebr. Vide de eodem Joſ. Voiſinii not. ad cap. I. R. Iſraelis de Anima p. 221.

ר׳ מאיר אנגילה R. MEIR fil. *Abraham* ANGELA 1370

ſecundum ש״י vel ſecundum *Bartoloc.* & alios *Angel* אנגיל quomodo etiam in titulo legitur, Archiſynagogus in cœtu Judæorum Albæ Græcæ (בילוגראדו) Sæc. XVII. ineunte.

1) מָסוֹרֶת הַבְּרִית *traditio* ſive *Maſora fœderis*, h. e. liber Maſorethicus, in quo ſeptingentæ מסורות h. e. obſervationes Maſoreticæ explicantur ſecundum ordinem alphabeticum. *Cracov.* 379. C. 1629. 4. ap. Aaron. Iſaacum Proſtitienſem pp. 138. Libri ratio hæc eſt: repetit auctor ex Maſora obſervationes quaſdam, qualis prima in ordine eſt אאריך, quæ dicitur occurrere bis: 2) אברהם quod nomen ab initio verſus inveniri itidem bis monetur ex Maſora, deinde loci, in quibus exſtant, afferuntur, illius deinceps ex Scriptura, Talmude & aliis Iudæorum ſcriptis illuſtrantur.

2) מָסוֹרֶת הַבְּרִית הַגָּדוֹל *Maſora fœderis magna*, ejusdem argumenti, quo mille ſexcentæ & quinquaginta obſſ. Maſoreth. ſecundum ordinem librorum Biblicorum illuſtrantur. *Mantuæ* 382. C. 1622. fol. Plantavitius n. 374. ait eſſe ſupercommentationem libri *Rabboth*. Bartoloccius per titulum alludi putat ad *Ezech.* XX. 37. ש״י auctoris patriam, ut puto, nomini gentis adjungit מבילאגרוד, quam interpretor de Alba Græca. Confer infra מאירי.

ר׳ מאיר בן אפרים R. MEIR fil. EPHRAIM 1371

Patavinus, Plantavitio creditur auctor hiſtoriæ Antigoni, ex Machabæorum libris hebraice redditæ, & editæ *Mantuæ* 317. C. 1557. 8. Sed ille quidem typographum, (q) cui *Meir* nomen erat, cum Scriptore libri confudit, neque fieri omnino poterat, ut hiſtoria Antigoni per nudam interpretationem ex libris Machabæorum texeretur, cum in illis nulla ejus mentio fiat.

(q) Edidit hic ex officina ſua etiam alios libros una cum *Jac. ben Naphthali* Sacerdote v. c. librum *Zohar, Pirke Avoth* & *Toledoth Jizchack* &c.

Digitized by Google

1372. ר׳ מאיר באמבנשי R. MEIR BOMBANASE fil. *Judæ Gedaljæ* f. *Moſis Gedaljæ*, quo nomine appellatur in ש״י cui proxime accedit *Hottingerus*, qui vocat R. *Mabir Bombanaſſe* p. 7. & 46. B. Oriental. Bartoloccio is audit R. *Meir* בבנשתי *forte rectius*, cum hoc familiæ nomen inter Judæos ſit frequentiſſimum. Scripſit is

אות אמת *ſignum veritatis*, ex Ioſ. II. 12. quo corriguntur menda omnia in libris Medraſchicis omnibus, *Mechilta*, *Siphra*, *Siphri*, *Rabboth Tanchuma*, Medraſch libb. Samuelis &c. obvia: *Theſſalonicæ* 325. C. 1565. & 355. C. 1595. 4. *Prag.* 384. C. 1624. fol. ita ש״י recte omnino, (nam omnes exſtant in B. Oppenheimeri) modo addideris, eadem opera dictiones peregrinas, in his libris occurrentes, exponi. Bartoloccius imperfectam parit libri notionem, quando appellat dictionarium, quo voces peregrinæ & variæ lectiones in Rabboth contineantur. Magis a vero diſcedit Plantavitius n. 45. qui fide Catalogi Pragenſis omnes & ſingulos cujusque loci Scripturæ Interpretes hic enumerari ſcribit, cujus exemplo Bartoloc. quoque T. I. p. 96. ad Catal. Biblioth. Reginæ Chriſtinæ provocans, idem de hoc libro affirmat. Idem Venetiis prodiiſſe teſtatur, ſicut & Bartoloccius, neſcio quam recte, *Cracovienſem & Venetam* ſed ſine anno editiones memorat: adde tu Pragenſem 400. C. 1640. Conf. quæ inter Anon. dicentur ſub אור אמת & ſub R. *Iitſchack f. Ioſeph Iabetz*. Hoc libro *Abrah. b. Schemuel Gedalja uſus eſt* (r) *in notis ſuis ad Ialkuth.*

1373 ר׳ מאיר בר ברוך R. MEIR fil. BARUCH, Germanus, unus ex novem auctoribus, ex quorum ſcriptis compoſitus eſt commentarius in R. *Alphes*, dictus מרדכי. Obiit ille an. 5070. C. 1310. teſte *Juchaſin* p. 133. a. Vide etiam *Schalſcheleth* p. 54. & *Ganz* ad dictum annum. Sunt præterea alia in B. Vatic. MSS. quæ noſtri nomen præ ſe ferre teſtatur Bartoloccius, nempe שאלות ותשובות *quæſita & reſponſa Iuridica*, item כללי אישות *regulæ* ſive *concluſiones maritales*, tum על מנהגי המועדים *de ritibus feſtorum*, ac denique טעמי המסורת i. e. criticæ obſervationes in textum Biblicum in Cod. Vatic. n. 183. & 344. Nihil horum memorant Judæorum Hiſtorici. Confer de eo *Schalſcheleth* p. 54. ר׳

(r) Uſus eodem eſt R. *Moſes fil. Zevi* ad concinnandum commentarium ſuum in librum *Mechilta*, qui tamen id in libro hoc deſiderat, quod ſine prævio examine auctor ſimpliciter lectionem τῦ *Jalkuth*, ſæpe mendoſiſſimi, ſequatur.

Digitized by Google

ר׳ מאיר בן גבאי R. MEIR fil. GABBAI, fil. *Ezechiel*, ſcripſit 1374

1) דֶּרֶךְ אֱמוּנָה *via fidei*, ex Pſ. CXIX. 30. quo decem *Sephiroth* Cabbaliſt. per totidem quæſtiones explicantur: *Patavii* 323. C. 1563. 8. ap. *Laur. Pasquato* (פשקוואטו) & *CPoli*.

2) עֲבוֹדַת הַקֹּדֶשׁ *cultus ſanctus*, ex *Exodi* XXXVI: v. 1. (cujus tituli ratio redditur in frontiſpicio, quod ſcilicet liber ducat hominem ad cultum ſanctum Deo placentem) qui alias dicitur מַרְאוֹת אֱלֹהִים *viſiones divinæ*, ex *Ezech.* I. 1. liber Cabbaliſt. in tractatus quatuor diſtinctus quorum I. de unitate Dei, & myſteriis emanationis. II. de arcanis cultus divini, variisque generibus felicitatis animæ & corporis III. de fine creaturarum ſuperiorum & inferiorum IV. de arcanis Legis, operibus creationis & myſteriis Prophetiæ diſſerit *Mantuæ* 305. C. 1545. *Venet.* 321. C. 1561. & *Cracov.* 338. C. 1578. fol. apud *Iſaacum f. Aaron Proſtitzienſem*: ש״י habet an. 337. quo anno menſe *Chesvan* excudi cœptus eſt liber, qui eodem menſe anni ſequentis, ceu diſerte monetur, abſolutus eſt. *Hottingerus* p. 19. Bibl. Orient. auctorem vocat *Meir ben Nabbai*, librumque ejus multa notatu digna de Trinitatis myſterio tradere teſtatur, quæ quidem ex Buxtorfio B. R. repetiit, ubi cum per typographi vitium legatur בן נבאי eandem quoque ipſe lectionem retinendam cenſuit. Liber hic in Catal. B. Leidenſis inter Codd. Warnerianos recenſetur ſub tit. מראות אלהים quem a noſtro non eſſe diſtinctum ceu putavit *Bartol.* hoc minus dubitari debet, cum ש״י diſerte moneat, eundem librum duplici hac inſcriptione inſigniri.

3) תּוֹלַעַת יַעֲקֹב *vermiculus Iacobi*, explicatio libri precum *CPoli* 320. C. 1560. & *Cracov.* 341. C. 1581. quem librum Buxtorf. Anonymo, ש״י noſtro vindicat, qui addit eſſe commentarium literalem allegoricum & myſticum ex quatuor illis fontibus פר״דס h. e. פשט רמז, דרש, & סוד deductum.

ר׳ מאיר גראטוואל R. MEIR GRATUVAL, 1375

Archiſynagogus Clivenſis & Trevirenſis, obiit 451. C. 1691. hic a ſingulari eruditione Talmudica laudatur in *Zemach David* continuato p. 47. b.

ר׳ מאיר בן דוד R. MEIR fil. DAVID ſcr. 1376

כפ

Digitized by Google

סֵפֶר הַפַּרְדֵּס *librum paradiſi*, i. e. Spicilegium rerum variarum, *Venet*. apud Bombergium in 4. teſte Bartoloccio ſolo: reliqui enim Bibliographi de hoc tacent.

1377 ר׳ מאיר בן דכי R. MEIR fil. DACHI, *Hiſpanus*, ſcr. עַל הַנֶּפֶשׁ *de anima*, MS. in B. Vatic. n. 355. p. 1.

1378 ר׳ מאיר בן חיים אייזנשטאט R. MEIR f. *Chajim Eiſenſtatt* quem a R. *Meir Eiſenſtatt*, de quo n. 1367. non puto diſtinctum. נר לַמָּאוֹר *lucerna ad lucem* i. e. comment. in R. *Menachem Aſaria Mippano* tractatum עולם קטן *Wilhelmsdorf*. 435. C. 1673. 4.

1379 ר׳ מאיר חתן המלך R. MEIR, *gener Regis* Princeps Academiæ Lemburgenſis in Ruſſia ſcr. שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſt. & reſponſ.* teſte ſolo Bartoloccio.

1380 ר׳ מאיר בן טודרוס R. MEIR fil. TODROS, Levita, *Toletanus*, qui a R. *Aſaria* loco mox citando, & ab aliis ſimpliciter vocari ſolet R. *Meir Toletanus*, quamvis *Schalſcheleth* p. 51. b. provocans ad teſtimonium Salom. ben יחיון eum *Burgis* (ita interpretor בורגוס) Toletum veniſſe teſtetur, ubi legem docuerit & obierit tandem an. 5004. C. 1244. quod idem tradit *Iuchaſin* p. 163. a. vel potius fragmentum ex libro *Ieſod Olam* deſumtum. Unde neſcio, cur ש״י in Indice Scriptorum alphabet. eum ſcribat vixiſſe an. 5050. *Iuchaſin* quoque teſtatur, eum in varios tractatus Talmudicos magna cura & accuratione ſcripſiſſe, præterea vero de ritibus legis eſſe commentatum. Vide etiam *Ganzium* ad annum 5005. ubi partim in contextu Hebr. ed. Francofurt. noviſſimæ, partim in verſ. Latina, quæ in ceteris quoque animadverſionem meretur, mendoſe vocatur ר׳ מאיר מר טידרדס R. *Meir Mittidros*, quam corruptam ſcriptionem Cl. *Iac. Basnage* Tomo V. Hiſt. Judaic. p. 1772. ipſi Ganzio imputat, quæ a ſolo Interprete erat repetenda. Sic & in libro *Iezira* p. 148. edit. Rittangelii minus recte vocatur בן סודרוס & in verſ. *fil. Sodri*. Hujus eſt

1) לִפְנֵי וְלִפְנִים h. e. *extra & intus*, ut Bartolocc. interpretatur liber Cabbaliſticus, qui in calce libri Iezira ed. Mantuanæ inter ceteros me-

memoratur,qui in commentariis ad illum librum ad partes vocantur. Ex iſto libro locum bene longum hebr. & Latine affert Rittangelius l.c.

2) פְּסָקֵי דְּבָבָא בַּתְרָא *deciſiones in Cod. Bava Bathra* ſub R. *Meir Toletani* nomine,quem a noſtro diverſum non puto,allegat R. *Aſarias* in *Meor Enajim* lib.3.c.15. p.78.b. indeque locum integrum adfert, & in adjectis notis ait, ſcriptum eſſe opus illud (נעתק quod de deſcriptione accipio,cum auctor jam obiiſſe feratur an. 5004.) Toleti an. 5067. & diffuſius eſſe quam פסקי ר' נסים. Monet quidem, auctorem ſibi ex iis,quæ R. *Abrab. ben Dior* in calce Cabbalæ ſuæ tradat,videri fuiſſe vel filium, vel filium fratris R. *Joſeph ben R. Meir Hallevi Megas.* Sed non video ego, cur noſtro adſcribi non poſſit, cum ætas fere reſpondeat, & idem ab Hiſtoricis Judæorum in varios Codd. Talmudicos commentatus dicatur.

3) ס' אִגְּרוֹת נֶגֶד הרמב"ם *librum epiſtolarum contra Maimonidem* ei tribuit *Juchaſin* p. 132 b.lin. 6. ubi eum vocat R. *Meir Hallevi Abualaphia fil. Todros Toletanum*, ſociumque *Moſis Nachmanidæ* appellat. Hunc locum reſpexit *Schalſcheleth*, quando fide libri Juchaſin eriſticum hoc in Maimonidem ſcriptum memorat l. c. Unde cauſa non erat, cur Bartoloccius ejus fidem hic ſuſpectam haberet, quæ ſuſpicio inde orta videtur, quod cum poſteriori loco libri *Juchaſin*, nempe p. 163. nihil de hac re relatum legiſſet, ipſi non ſtatim in mentem venerit loci prioris p. 132. ad quem tamen paulo poſt ipſe provocat. Ceterum epiſtola noſtri hujus ad R. *Moſen Nachmannidem* contra libros *Maimonidæ* exarata legitur in Buxtorf. Inſtitut. Epiſtol. p. 428. ſq.

4) גִּנַּת בִּיתָן *hortus palatii* ex *Eſth.* I. 5. liber Cabbaliſticus ad Paraſcham *Bereſchith* interpretandam pertinens,cum comment. R. *Schem Tov* & R. *Jacob bar Todros.* MS. *Francof. ad Mœn.* teſte ש"י.

5) חִבּוּר גָּדוֹל *commentatio ampla* in Legem, quam memorat ש"י ea eſt, quam ſuperius ex *Ganzio* recenſuimus.

6) סְיָג לַתּוֹרָה *ſepes Legis*, ubi de ratione obſervationum Maſorethicarum agitur, teſte ש"י, qui provocat ad *Zemach David* p. 56. ubi tamen hujus libri ſpeciatim non fit mentio.

7) עֲלִיַּת יְבָמוֹת noſtro tribuit ש"י præter rem; *Schalſcheleth* enim, ad quem provocat, p. 59. a. non noſtro huic adſcribit, ſed R. *Todros* filio fratris הר'מה qui obierit an. 5045. C. 1285. vide, quæ ſcripſi ſupra ſub טודרוס f. *Levi.*

8) שושן סודות *lilium ſecretorum* in libro שני לוחות הברית p. 73. allegatum ש״י tribuit p. 75. n. 93. R. *Meir Levita*, quem in Indice Scriptorum alphabetico cum noſtro eundem facit, de libri vero argumento prorſus tacet.

9) Eidem commentarium in *Pirke Avoth* tribuit liber *Juchaſin* p. 16. a. l. 5. ubi vocatur R. *Meir Levi f. Todros Toletanus.*

1381 ר׳ מאיר מטרנקטאליירה R. MEIR ex *Thrinketbalia*, opido prope Arelatem teſte Plantavitio n. 504. quod ש״י vocat טרונקטליא neglecta, quam nos ſequimur, auctoritate *Schalſcheleth* p. 54. b. ubi dicitur ſcripſiſſe ספר העזר *librum auxilii*, ſine argumento memorato, de quo etiam ceteri tacent.

1382 ר׳ מאיר טרנפל R. MEIR TRANPEL ſcr. מאור קטן *lumen parvum* ex Gen. II. i. e. comm. in Pentat. Pferdæ 1697. fol.

1383 ר׳ מאיר בן יהודה ליב R. MEIR fil. JEHUDA *Löw*, Sacerdos juſtitiæ, Sæculo XVII. floruit & ex R. *Iſaaci Loria* aliorumque ſcriptis moralibus collegit libellum

אור צדיקים *lux juſtorum*, ex *Proverb.* XIII. 9. qui varias præceptiones morales ad vitam recte agendam ritusque Judaicos obſervandos comprehendit, & in lucem editus eſt a *Jehuda Löw*, Grotoſchinienſis quod in præfatione diſerte monetur, ut proinde ipſi in epitaphio ejus tanquam auctori minus recte adſcribatur. Prodiit *Hamburgi* 450. C. 1690. 8. apud *Thom. Roſe* pp. 19. ubi deinceps eodem ordine ſequitur:

ספר כוונות תפלות ומצות h. e. *liber de intentione precum & præceptorum* pp. 16. qui eidem auctori deberi & ex ſimili R. *Iſaac Loria* libro petitus eſſe videtur.

ר׳ מאיר בן יחזקאל בן גבאי vide ſupra R. *Meir f. Gabbai.*

1384 ר׳ מאיר בן יעקב פרנצוני R. MEIR f. *Iacob Franzoni* edit. משלי הקדמוני in. 4. ſine anno vel loco edit. notato, quanquam Venet. prodiiſſe exiſtimetur.

ר׳ מאיר בן יעקב MEIR fil. JACOB, cui liber 1385
שער השמים *porta cœlorum*, i. e. Phyſica tribuitur in Catal. Bibl. Leidenſ. p. 273. n. 96. de quo vide ſupra ſub R. *Gerſon f. Schelomo.*

ר׳ מאיר בן ר׳ יצחק ערמיא R. MEIR f. R. 1386
ARAMA, Hiſpanus Sæculo XVI. ineunte vixit, Philoſophus magni inter ſuos nominis, *Iſaaci*, qui עקידת יצחק ſcripſit, *filius*, ut in titulo comm. ejus in Jobum diſerte monetur, non nepos, ceu *Plantav.* & *Buxtorf.* tradiderunt, ſcr.

1) אורים ותומים *lux & perfectio* ex *Exod.* XXVIII. 30. comm. in Jeſaiam & Jeremiam Venet. 368. C. 1608. 4. apud *Dan. Zaneti.* Bartoloccius annum facit 363. minus recte.

2) מאיר איוב *illuſtrans Iobum*, comm. in Jobum Philoſophicus & literalis editus, teſte Bartoloccio, primum literis quadratis cum punctis vocalibus (quod de contextu Iobi accipiendum puto) ſine loci mentione an. 266. C. 1506. deinde *Venet.* 327. C. 1567. 4. ap. *Georg. de Cabalis*, correctionis curam ſuſtinente Eliano nepote Eliæ Germani, qui ad CHRISTUM converſus vocatus eſt *Io. Bapt. Romanus*, (non an. 317. ut habet *Plantavitius* n. 301.) pp. 124. ac denique *Rivæ Trid.* 322. C. 1562, quæ edit. & *Bartol.* & R. *Schabbatai* neglecta mihi conſtat ex Catalogo Erpeniano p. 14. & Theatro Anonymorum Placciano p. 702. ſicut & V. C. *Iac. le Long* in Biblioth. Sacra P. I. p. 139. memorat. edit. Rivenſem ſed anni 327. quam appellat ſecundam. Buxtorfius p. 410. B. Rabb. memorat פירוש איוב *comm. in Iobum*, eumque tribuit R. *Iſaaco ben Arama*, qui eſt noſtri pater, quamvis jam antea p. 361. מאיר איוב ſed ſine mentione Scriptoris recenſuiſſet. Quo ipſo adductus eſt Bartoloccius, ut, cum in Bibliotheca Barbarinorum Romæ ſimilem expoſitionem in Jobum literalem & Philoſoph. MS. ſine auctoris nomine videret, qui tamen noſtri *Meir* ſtilum ſed magis ſuccincte referret, ſuſpicaretur, MS. illam expoſitionem eſſe *Iſaaci* illius, quem poſtea filius, ſervato parentis ſtylo, diduxerit & amplificarit. Sed hanc quidem conjecturam ſuo loco nos relinquimus, quam tamen veri mihi ſimilem non videri fateor. Buxtorfius enim, qui librum non vidit ipſe, facile hic labi potuit.

3) מאיר תהלות *illuſtrans Pſalmos*; comm. in Pſalmos, *Venet.* 350. C.

Digitized by Google

C. 1590. 4. ap. *Io. de Gara*, non vero 355. quod *Plantavitius* n. 393. & *Eiſenmengerus* in Indice Scriptorum Hebraic. Judaismo detecto præmiſſo tradunt.

In Catal. Bodlej. p. 38. huic per errorem tribuitur liber *Akedath Iſaac*, & Jad Abſchalom qui eſt R. *Iſaaci*.

1387 ר׳ מאיר הכהן R. MEIR *Sacerdos* ex urbe Narbona *Toletum* venit, ibique docuit legem, teſte *Iuchaſin* p. 163. b. qui eum teſtatur obiiſſe an. 5924. C. 1264. & p. 164. b. monet ſcripſiſſe

הַגָּהוֹת מַיְמוֹנִיּוֹת *animadverſiones in* Maimonidem, quas *Buxtorfius* & *Schabbatai* tribuunt R. Meir *Rotenburgenſi*, de quo paulo poſt dicemus, ubi plura de hoc negotio. Cum Juchaſin faciunt *Schalſcheleth* & Bartoloc. Tom. I. p. 49. b. qui tamen in eo errat, quod hunc Meir Cohen cum R. Meir *f. Todros* eundem facit, quos certe diverſitas anni emortualis ſatis diſtinguit.

1388 ר׳ מאיר כאלון R. MEIR CALVO ſcr.

מִנְחָה חֲדָשָׁה *oblatio nova*, ex *Lev.* 23. 16. comment. in Legem, MS. teſte ש״י.

ר׳ מאיר הלוי R. MEIR LEVITA, cui Bartoloccius tribuit סְיָג לַתּוֹרָה idem eſt cum R. Meir f. טודרוס de quo paulo ante diximus.

1389 ר׳ מאיר מלובלין R. MEIR *Lublinenſis*, Archiſynagogus Lublin. A. 376. C. 1616. teſte Zemach David continuato p. 46. b.

1) אוֹר שִׁבְעַת הַיָּמִים *lux ſeptem dierum*, ubi de feſtis diebus commentatur.

2) מָאוֹר הַגָּדוֹל *lumen majus* ex *Gen.* I. 16. comm. in *Arba Turim*.

3) מָאוֹר הַקָּטֹן *lumen minus* ex *Gen.* I. 16. comm. in *Schaare Dura*.

4) מֵאִיר עֵינֵי חֲכָמִים *illuminans oculos Sapientum* forte ex *Prov.* 29. 13. i. e. expoſitiones novæ tractatuum Talmudicorum, cum quod ad textum, tum quod ad comment. *Raſchi* & *Toſephoth*. Additur huic liber alter

5) מַבְהִיר עֵינֵי חֲכָמִים *illuſtrans oculos ſapientum*, i. e. quæſita & reſponſa 108. diffuſiora. Uterque liber prodiit eodem volumine *Venet.*

379.

Digitized by Google

379. C. 1619. fol. recuſ. *Sulsbaci* 446. C. 1686. & *Francof. ad Mœn.* 469. C. 1709.

6) נֵר מִצְוָה *lumen præceptorum* ex *Prov.* VII. 22. Comm. in סמ"ג i. e. librum magnum præceptorum.

7) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſt. & reſponſ.* ab eodem exaratas teſtatur *Zemach David* l. c.

8) תּוֹרָה אוֹר *lex lux Prov.* VI. 23. conciones in Legem. Ex his ſcriptis nullum prodiit, ſi quintum & ſextum excipias.

ר׳ מאיר R. MEIR ſive MAGINUS *Gabriel*, vulgo *Maſtro* 1390
Magino de Gabriele, Venetiarum incola, ſcripſit italice dialogos de utilitate inventorum ſuorum circa Sericum. Rom. 1588. fol.

ר׳ מאיר עראמה R. MEIR ARAMA vide ſupra R. *Meir f. Iſaac Arama.*

ר׳ מאיר פתחיה R. MEIR PETACHIA, qui *Ialkuth* 1391
Schimoni cum animadverſionibus ſuis recudi curavit *Lublini* 403. C. 1643. fol.

ר׳ מאיר פפראש R. MEIR POBRAS cujus liber mo- 1392
ralis & asceticus ſub titulo

אוֹר צַדִּיקִים *lux juſtorum* ex *Prov.* XIII. 9. prodiit alias, deinde vero a *Zevi Hirſch fil. Chajim* hinc inde multum amplificatus & ſub tit. אור הישר recuſus eſt, *Amſtelod.* 469. C. 1709. fol.

ר׳ מאיר קצנאילבוגן R. MEIR KATZENELBO- 1393
GEN *Præſes Academiæ Patavinæ*, unde & R. *Meir Patavinus* appellari ſolet, obiit an. 318. C. 1558. teſte *Schalſcheleth* p. 65. b. & *Ganz* ad hunc annum. Scripſit ille

שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa* juridica, quæ prodierunt cum quæſt. & reſpp. R. *Iehuda Mintz Venet.* 313. C. 1553. 4. Plantavitius n. 660. Cracov. edit. memorat, minus recte.

הַגָּהוֹת עַל ס׳ הַיָּד animadverſiones in *Iad* Maimonidæ noſtro adſcribit Bartoloccius exemplo, ut credo, *Ganzii*; forte tamen illæ non diſtinguendæ ſunt ab iſtis, quas antea recenſuimus ſub R. *Meir Haccohen.*

Digitized by Google

ר׳ מאיר מרוטנבורג R. MEIR ROTENBURGENSIS, *Germanus*, per compendium מהר״ם dictus, Magiſter R. *Aſcher*, legem in patria docuit, Academiæ Rector. Traditur ille vixiſſe an. 5046. C. 1286. vide *Juchaſin* p. 164. b. & ob pecuniam ab Imperatore Rudolpho I. teſte Schalſcheleth p. 60. a. & Ganz ad an. 5046. imperatam, quam ſolvere non poterat, in carcerem (בית חסחר quod pro nomine proprio habuit *Vorſtius* in verſione) conjectus, in quo obiit anno 5065. C. 1305. teſte Juchaſin p. 133. a. quod *Ganzius* quidem l. c. minus recte ibi dictum putat, & in anno 5046. acquieſcere mavult, qui itidem in calce libri Juchaſin p. 164. b. determinetur, ut vidimus. Sed Ganzius non recogitavit, priori loco nempe p. 133. a. *Juchaſin* loqui de anno obitus R. *Meir*, poſteriori vero p. 164. de annis vitæ. Hoc modo apparens illa diſſenſio felicius ſolvitur, quam ſi cum Bartoloccio Tom. I. p. 400. & V. C. *Jac. Basnage* Tom. V. Hiſt. Jud. p. 1860. dicamus Juchaſin p. 164. b. loqui de R. *Meir Coben* & p. 133. ſq. de R. *Meir Rotenburgenſi*: nam p. 164. b. ille R. Meir diſerte vocatur *Rotenburgenſis*. Scripſit ille Unde & Schalſcheleth l. c. annum emortualem itidem facit an. 5065. Totum hiſtoriam ex Scriptoribus Judaicis Bartoloc. Tom. I. p. 494. ſqq. recenſet, eorumque diſſenſionem & in ratione temporis hallucinationem manifeſtam facit: quæ hic diſcutere operæ pretium non videtur. Sufficit, quod & ipſe ſtatuat, obiiſſe noſtrum anno 5065. & 5066.

1) ס׳ הָאֱמוּנוֹת *librum de rebus credendis* Cabbaliſticum, MS.

2) בְּאֵר מַיִם חַיִּים *fons aquarum viventium*, ex *Cantic.* IV. 15. lib. Cabbaliſt. qui laudatur in Catalogo libb. Cabbaliſt. ſubjuncto libro *Jezira* ed. Mantuanæ.

3) בִּרְכוֹת מה״רם *benedictiones R. Meir Riva Trid.* 319. C. 1559. 8. Vide quæ ſcripſi ſupra ſub ב.

4) גְּאוּלַת הַגֵּר *liberatio proſelyti*, i. e. comm. in Targum quinque volumina, & ex parte in ipſum contextum Prag. 374. C. 1614. 4. quem librum a quodam ex familia hujus R. Meir oriundo ſcriptum ait ש״י p. 16. n. 1. unde & ſupra ſub ג eodem modo recenſuimus, deinde vero idem in Indice alphabetico ipſi R. Meir tribuit.

5) הַגָּהוֹת מַיְמוֹנִיּוֹת *animadverſiones in Jad Chaſaka Maimonide*, textui ipſi in nonnullis editionibus additæ: eas alii, v. c. ipſa editio Maimoni- dei

Digitized by Google

dei operis Veneta 310. C. 1550. diſcipulo cuidam R. *Meir* anonymo tribuunt, alii ipſi R. *Meir* noſtro, ut *Buxtorf.* & ש״ך in Indice Scriptorum alphabet. qui tamen in libro ſuo p.19. ipſe diverſas de auctore ſententias recenſet; alii denique R. *Mardochæo*. Malim ego acquieſcere in Bartoloccii ſententia, quæ diſertis teſtimoniis *Schalſcheleth* & *Juchaſin* innititur.

6) חקות הדיינים *ſtatuta judicum*, quomodo judices in juſtitia adminiſtranda verſari debeant, noſtro tribuit ש״ך qui tamen non diffitetur, alios alium ſtatuere auctorem, qua de re diximus ſub hoc titulo litera ח.

7) שאלות ותשובות *quæſita & reſponſa juridica* 315. *Cremonæ* 317. C. 1557. 4. ex quibus plurimam partem animadverſionum ejus in Maimonidem deſumtam ait ש״ך. Exſtat & alterum ejus volumen quu. & reſponſ. 1020. quibus additæ ſunt conſtitutiones R. *Gerſon* & aliorum Geonæorum, cum ratione pœnitentiam de quocunque peccati genere agendi, *Prag.* 368. C. 1608. fol.

8) תשב״ץ i. e. variæ obſervationes, quas diſcipulus vel R. *Meir* noſtri, vel alius cujuscunque, ex ore Præceptoris acceptas conſignavit: vide infra litera ת, תש״בץ ubi de interpretatione compendii hujus ſcriptionis & diverſis de auctore ſententiis dicemus.

ר׳ מאיר רופא R. MEIR *Medicus*, quem Bartoloccius 1395
perperam diſtinguit a R. *Meir* אלגוארדש de quo paulo ante diximus, cum quo idem eſt ſtatuendus, præcipue cum huic quoque Ethicam Ariſtotelis hebr. converſam tribuat, quam idem vindicaverat R. *Meir Algvadeſch*.

ר׳ מאיר בן שאנגי R. MEIR fil. SCHAANGI, Rab- 1396
binus CPolitanus approbavit librum R. Samuelis fil. R. Iſaaci יפת תאר ed. *Venet.* 357. C. 1597.

ר׳ מאיר שטערן R. MEIR STERN, Archiſynagogus 1397
Amſtelodamenſis in Synagoga Judæornm Germanorum circa an. 1678. Hujus eſt

משיב מלחמה *reducens bellum*, qui liber nondum editus varias movet & ſolvit quæſtiones, quæ ad דיני ענונא ſive ad illud negotium per-

מְדַקְדְּקִים *Grammatici* vide ſupra דקדוק.

מהטוב MEHATTOV (del Bene) v. ſupra *Elieſer David.*

מ״רה i. e. מְאוֹר הַגּוֹלָה *lumen captivitatis*, quomodo vocatur *Levi f. Gerſon.* quem vide.

מונטלטו MONTALTO Judæus Medicinæ peritiſſimus, quem Maria de Medicis Pariſios vocavit cum Archiatri titulo; obiit is an. 1615. Vide plura apud *Barrios* in Relatione de Poetis p. 55. & V. C. *Jac. Basnage* in Hiſt. Judaica Tomo V. p. 1829. Conf. ſupra n. 252.

מהראה v. ſupra R. *Abraham Hallevi f. Joſeph.*

מהרדך v. ſupra R. *David Cohen f. Chajim.*

מהראם h. e. *Morenu Harav R. Elias Miſrachi*; v. *Elijahu Miſrachi* ſub א.

מהרי״צא quem ut auctorem in præf. ad lib. חסן ישועות ſibi ceteroquin ignotum citari monet ש״י p. 93.

מה״ריל vide R. JACOB LEVI.

מה״רם vide R. MEIR DAVID f. *Iſaac Tiktin.*

מה״רם vide R. MEIR ROTENBURGENSIS.

1403 מוהרבם *Germanus* quem, ut auctorem ſibi ceteroquin ignotum, citari in præf. ad lib. חסן ישועות monet ש״י l. c. ubi & alius מהרבם מלמד allegari dicitur.

מהרן vide R. NATHAN SPIRA.

מהר״ש v. R. SCHIMON bar ZEMACH DURAN.

מהרשל vide R. SCHELOMO LURIA.

מהר׳שק v. R. SCHIMSCHON MIKKENON.

1404 ר׳ אבן מוסא R. MUSA ſive *Moſes* Arabs, ſcr. tract: in eam regulam exponendi Scripturam Sacram, quam vocant קַל וָחוֹמֶר *a minori ad majus*: exſtat is in lib. מהררי נמרים *Venet.* 359. C. 1599. 4. ed.

מוספיאה MUSAPHIA v. R. *Benjamin Muſaphia.*

Digitized by Google

מוסקאטו MUSCATO vide ſupra R. *Jebuda Muſcato.*

1405 מוצא בן צינא MUZA ben ZINA i. e. AVICENNA, quem Bartoloccius hoc nomine appellat Tomo IV. ubi libros ejus de cœlo & mundo a R. *Salom. ben Moſis de Algerio* hebr. converſos memorat; vide ſupra *Abu Ali Alchaſin ben Sina.*

מזהב MESAHAB vide ſupra *Benjamin Muſaphia.*

1406 מורי MORI quendam a ſtudio ſcripta Loriæ colligendi laudat *Naphthali Hirtz* in præf. ad *Emeck Hammelech* p. 1. col. 2. additque, eundem ſibi collectionem aliquot centum philyrarum oſtendiſſe.

1407 מחמד אלפרגניס MACHMED ALPHARGANI, quem Bartoloccius hoc loco memorat, non recordatus, quod jam lit. א ſub אלפרגני eum memorarit. Monet vero, R. *Iſaacum Antoli* ejus Iſagogen in Aſtronomiam hebr. convertiſſe, qua de re ſupra fuſius diximus.

1408 מחמד בן יצחק MACHMED fil. ISAAC, Judæus Arabs, Medicus, ſcripſit Toleti librum de Medicina A. C. 1265. ut traditur, teſte Bartoloccio, in Indice MSS. Bibl. Laurent. Scorialenſis: confer *Nic. Antonii* Bibl. Hiſp. Veterem Tomo II. p. 254. a.

1409 מאישטר מיטרידאט MAESTRO MITHRIDATH quem varios libros Hebr. Latinos feciſſe ex B. Vatic. Codice n. 191. apparere ait Bartoloccius, non memorans ceteroquin, Iudæusne hic fuerit an minus.

1410 ר׳ מיכאל אדם MICHAEL ADAM ex Judæo Chriſtianus, & poſtea civis Tigurinus, ſex libros Joſippi de Bellis Judaicis capp. 97. diſtinctos germanice convertit & characteribus Hebraicis edidit *Tiguri* 306. C. 1546. 4. confer ſupra *Joſeph ben Gorion.* Idem Pentateuchum & libros Hiſtoricos itidem germ. converſos edidit *Conſtantiæ* 1545. Vixit adhuc. an. 1550. Vide *Jo. Henr. Hottingerum* append. I. ad Scholam Tigurinorum Carolinam p. 65. & *Mich. Neandrum* in Catalogo libb. Erotematibus L. Hebr, ſubjuncto p. 409:

1411 מיכאל בן אליהו MICHAEL fil. ELIÆ f. *Chajim* Sz-

Sæculo XVII. fere medio claruit, cujus expoſitiones quædam in aliquot Paraſchas Biblicas cum concionibus Parentis ejus in easdem Paraſchas prodierunt *Venet.* 1630. & Francof. ad Mœn. 1713. fol.

ר׳ מיכאל די ברייאוס R. MICHAEL de BARRIOS Hiſpanus, ſcribere inſtituit *Hiſtoriam Judaicam univerſalem* hiſpanice, ex cujus edito Specimine apparet, totum opus, quod tamen non prodiit, dividendum fuiſſe in partes V. quarum I. deſcriptionem Terræ Sanctæ II. hiſtoriam eorum, qui rebus præfuerint a Tito usque ad Mahometen. III. illorum, qui a Mahomete usque ad Saladinum dominati ſint. IV. fata, quæ in diverſis regionibus Judæis ante exilium Hiſpanicum obvenerint. V. denique præſentem rerum Judaicarum conditionem ſiſteret. Specimen illius hiſtoriæ inſertum eſt Dan. Levi de Barrios *Triumpho del Govierno Popular* Amſtelod. 1684. ed. & conſtat paginis 26. 1412

Ejusdem carmen Hiſpanicum *de Statua Nebucadnezaris* in iisdem D. L. de Barrios opuſculis legitur, ſpeciatimque in diſſert. de perennitate Legis Moſaicæ p. 89. - 92.

מיכאל רפאל vide ſupra R. *Judas Ajael ben R. Elieſer David.*

ר׳ מיכאל כהן R MICHAEL *Sacerdos*, diſcipulus 1413
Averrois, ſcripſit in commentarios Averrois ſuper libb. Ariſtotelis τῆς Φυσικῆς Ακροάσεως MS. in Vatic. 4.

Sub hoc nomine (neſcio an ejusdem Viri) exſtat diſputatio inter *Moſen Cohen*, & Scriptorem, nempe R. *Michaël Cohen*, de Metempſychoſi, quam *Michaël* defendit, alter vero viginti argumentis oppugnat, quibus ſatisfacere conatur R. *Michaël* MS. in B. Vatic. 4.

Non dubito eundem hunc eſſe, quem ex urbe סופיי״ה ortum tradit ש״י & una cum R. *Abraham Schemuel* ſcripſiſſe ait מורה צדק *doctor juſtitiæ*, ubi ſiſtitur Index locorum claſſicorum, ex quibus deducantur inſtituta & ritus in Ordine *Choſchen miſchpath* obvii: libellus eſt ex variis *quæ.* & *reſp.* tum editis tum inedit. collectus, prout R. *Iſaac* ברקי ſuo exemplari *Arba Turim* adſcripſerat. Prod. *Theſſalonic.* 415. C. 1655. 4. ש״י teſtatur in omnes Ordines fuiſſe compilatum, quamvis in reliquos præter unum iſtum memoratum, non viderit.

ר׳ מיכאל בן שבתי הכהן R. MICHAEL fil. 1414
Schab-

Schabtai Sacerdos, cognomine *Balbo* ſcr. expoſit. in Pſ. XXIX. MS. in B. Vatic: 4.

מיכל בן אריה vide ſupra R. *Jechiel Michal ben Arje.*

1415 ר׳ מיכל שפייאר R. MICHEL SPEIER præfectus
(פרנס) Synagogæ Francof. per annos complures, A. 452. C. 1692. vide
Zemach David continuatum p. 47. b.

1416 ר׳ מימון R. MAIMON pater *Haramban* i. e. Moſis Maimonidæ, magnus Sapiens, ut vocatur *Schalſcheleth* p. 45. b. Scripſit ille commentarios in Miſchnicos libros, quibus ſe uſum profitetur Maimonides in præf. ad ſuos commentarios, quæ præmittitur Ordine *Seraim.*

בן מימון MAIMONIDES vide R. *Moſes f. Maimon.*

1417 מינילאוס MENELAUS Scriptor Græcus, hujus Sphærica una cum Sphæricis *Theodoſii* hebr. MSS. exſtant inter Codd. Huntingtonianos n. 524. & 557. in B. Bodlejana.

1418 ר׳ מינץ R. MINTZ, cujus

פסקים *deciſiones* memorat *Plantavitius* n. 572. tanquam *Venet.* editas ex fide Indicis Expurgat. Romani libb. Judaicorum. Non dubito hunc eſſe R. Moſen מינץ de cujus *quæſt. & reſponſ.* infra ſuo loco dicemus.

ר׳ מכיר בר אבא בר מכיר R. MACHIR
1419 *bar* ABBA *bar Machir* ſcr.

ילקוט המכירי i. e. ampliſſima collectio in ſingula *Pſalmorum* commata, ex variis interpretibus ante exilium Judæorum ex Hiſpania, inclinante Sæculo XV. oblatum, facta, quæ MS. eſt Amſtelod. teſte ש״י. Sic & ejusdem ſimilis collectio in *Jeſaiam* MS. exſtat inter Codices Scaligeranos in Biblioth. Leidenſi, cujus Catalogum vide p. 276. n. 7. ubi dicitur compilata ex Talmude & libris antiquiſſimis.

1420 ר׳ מכיר R. MACHIR diſcipulus R. *Judæ ben Haroſch*, qui vixit anno 5135. C. 1375. vide *Juchaſin* p. 163. b. *Schalſcheleth* p. 61. & *Ganz* ad hunc annum, ad quem illius ætatem refert, quia in *Juchaſin* l. c. dicitur æqualis fuiſſe R. *Menachem ben Serach*, cujus obitus ab eodem in hunc annum incidiſſe dicitur. Scripſit ille

אבקת

Digitized by Google

אַבְקַת רוֹכֵל *pulvis aromatarii*, ex *Cantic.* III. 6. qui liber in tres tractatus diſtinctus in I. de doloribus & perpeſſione Meſſiæ, ejusdemque adventus tempore, reſurrectione mortuorum, extremi judicii die & Sæculo futuro: in II. de pœnis & præmiis, atque adeo de paradiſo & inferno: in III. de orali traditione Moſis in monte Sinai & creatione hominis commentatur. Prodiit *Arimini* 266. C. 1506. & *Aug. Vindelic.* an. 300. C. 1540. 4. quæ editio utraque eſt in B. Oppenheimeri *Venet.* 327. C. 1567. apud *Georg de Caballis* pp. 40. & 357. C. 1597. 8. Primus tractatus, (adeoque non totus fere liber, ut tradit Bartoloccius) Latine converſus exſtat in *Antonii Hulſii* Theologia Judaica Parte I. quæ de Meſſia exponit *Bredæ* 1653. 4. edita, quippe cui velut compendium fidei Judaicæ hic liber ſiſtere viſus eſt, refragante non præter rationem *Laur. Odbelio* in præfat. ad Synagogam Bifrontem, ubi recte monet, Judæos alibi aliter de fide ſua in nonnullis capitibus præcipere, quam quidem hic fieri videas. Ex hoc & aliis ſimilibus libris excerptus eſt libellus German, ישועות ונחמות de quo vide ſuo loco.

ר' מן R. MAN (quod nomen idem eſt cum מנחם) Rab- 1421
binus quondam *Furthenſis* an. 1670. defunctus, ſuum exemplar Lexici *Aruch*, quod ſua manu paſſim auxerat, ſepeliri ſecum voluit, teſte *Chriſtoph. Arnoldo* in Mantiſſa ad *Wagenſeilii* Sota p. 1181.

ר' מנוח R. MANOACH, qui vixit A. M. 5000. C. 1240. 1422
teſte *Schalſcheleth* p. 59. a. ſcripſit

סֵפֶר הַמְּנוּחָה *librum quietis*, quo varia Maimonidæ loca explicantur. *Manoach* cuidam, & forte noſtro, *Buxtorfius* & ש"י, qui videri jubet *Schalſcheleth*, loco non notato, tribuunt librum אֵבֶר מִן הַחַי *membrum ſ. pars viventis*, quem ש"י commentari ait in *Geneſ.* IX. 4. At Bartoloccius adſcribit R. *Mardochai de Provenza* i. e. *Provinciali*, quo ipſo duo libri ab eo confunduntur. Nam & ש"י *Mardochao* dicto librum tribuit, qui ſimilem noſtro inſcriptionem habet, & dicitur ספר מן החי eumque præcipere monet de rebus licitis & illicitis omnibus. Ab hoc vero eſt diſtinguendus alter, de quo hic agimus: vide infra מרדכי *de Provenza*.

ר' מנוח בר מנחם די בלאנגה R. MANO- 1423

 NO-

NOACH bar MENACHEM de BELANGER ſcr. an. 198. C. 1438. expoſitionem in Baraitha R. *Iſmaelis* de tredecim modis, quibus lex Moſis explicari poteſt. MS. in B. Vatic. 4.

1424 ר׳ מנוח הענדיל R. MANOACH HENDEL, f. *Schemarja*, ſcr.

חָכְמַת מָנוֹחַ *Sapientia Manoach*: i. e. correctiones, varietates lectionum & caſtigationes Talmudicas in Gemaram, *Raſchi* & *Toſephoth*. *Prag*. 345. C. 1585. 4.

2) מְנוּחַ הַלְּבָבוֹת *quies cordium* i. e. comm. in librum חובת הלבבות *Lublin*. 356. C. 1596. 4.

3) מָנוֹחַ מָצָא חֵן *Manoach invenit gratiam*, per alluſionem ad Gen. VI. 8. expoſitio comm. *R. Becbai* in Legem, ex qua tamen non niſi ea pars prodiit, quæ ad Paraſcham *Bereſchith* pertinet. Pragæ 345. C. 1585. 10. plag. apud *Iſaacum Schleifer*.

1425 ר׳ מנחם R. MENACHEM *Karaus*, Sæculi IX. poſt C. N. Scriptor, cujus epiſtolam ad *Aquilam* quendam aqud R. *Saadiam Gaon* (qui vixit Sæculo IX.) commorantem, de ratione mactandi animalia ſcriptam, manu exaratam habuit Triglandius, quod patet ex diſſert. ejus de Karæis p. 187. ubi hunc ejus titulum recenſet: זאת אגרת ששלח רבינו מנחם קראי לעקלס הגר אצל ר׳ סעדיה הרבן אודות הלכות שחיטה.. Ex qua inſcriptione Triglandius l. c. non præter rem ſuſpicatur, *Menachemum* hunc vixiſſe Sæc. IX. cum veri fiat ſimile, *Saadiam*, cujus ibi fit mentio, eundem eſſe cum *Saadia Pithumao*, qui *Gaon* appellari ſolet. Karæi ipſi alioquin, quos Triglandius de Menachemo hoc interrogaverat, nihil ſibi de eo cognitum eſſe profitentur in *Tractatu*, quem ſub nomine *Mardochai* nuper ex MS. edidi p. 130. 131. confer p. 9. Epiſtolam illam poſt Talmud obſignatum ſcriptam eſſe apparet ex illo auctoris voto, quo Deum precatur, ut *Miſchnam* & *Talmud* aboleat. Enndem hunc eſſe puto, cujus, ut & R. *Jacobi fil. Simeonis*. Karæorum, commentatio MS. de ritibus Karæorum in Catalogo MSS. Orientt. Triglandino p. 24. in 4. memoratur, ſicut & Menachemi Karæi

Digitized by Google

ræi liber, neſcio quis, inter Codd. Warnerianos computatur in Catalogo Bibl. Leidenſis. p. 284. n. 21.

1426 **ר׳ מנחם בן אברהם** MENACHEM f. ABRAHAM, cui cognomen eſt בתפוס BONFOS *Perpinianenſis*, ſcr.

מִכְלַל יֹפִי *perfectio pulchritudinis*, ex Pſ. L. 2. qui alias etiam dicitur סֵפֶר הַגְּדָרִים *liber definitionum*. Continet enim definitiones terminorum Philoſophicorum, qui in quacunque Philoſophiæ parte v. c. *Logica, Ethica, Politica, Pnevmatica, Phyſica*, vel etiam in Arte Medica, uſu veniunt: hos omnes ordine literarum, argumenti tamen ratione ſimul habita, diſpoſuit. *Theſſalonic.* 327. C. 1567. 4. Buxtorf. MS. habuit.

1427 **ר׳ מנחם אגוזי** R. MENACHEM ÆGOSÆUS fil. *Moſis* ſcr.

גַּל שֶׁל אֱגוֹזִים *cumulus nucum*, i. e. liber concionum in Geneſin *Belvedera*, i. e. *Calloſcopii* fol. ed. teſte ש״י. *Plantavitius* & cum eo Bartolocc. prope *CPolin* locum illum, cujus nomen refert, ſitum ſcribunt: *Buxtorfius* expoſitionem Pentateuchi eſſe teſtatur, quod de parte ejus capiendum eſt.

2) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת הַגְּאוֹנִים *quæſtiones & reſponſiones* 400. *Rabbinorum*, qui *Geonim* dicuntur, ab eodem collectæ ſunt & junctim editæ *CPoli & Praga* 335. C. 1575. itemque *Mantua* 357. C. 1597. 4. Collectoris nomen ex calce libri primus detexit doctiſſimus conjunctiſſimusque Collega meus, *Georg. Eliezer Edzardus*: vide Theatrum Anonym. Placcianum p. 716. b. Confer ſupra גאונים.

ר׳ מנחם בן אהרון בן זרח R. MENACHEM fil. AARON f. *Zerach*: vide paulo poſt R. *Menachem ben Zerach*.

ר׳ מנחם הבבלי R. MENACHEM *Babylonius*: v. R. *Menachem b. Moſis Babylonius*.

1428 **ר׳ מנחם לבית מאיר** R. MENACHEM ex familia MEIR ſcr. expoſitionem in *Sanhedrin*, MS. in B. Vatic. confer infra R. *Menachem ben Schelomo* ex familia מאיר.

1429 **ר׳ מנחם דוד בן יצחק** R. MENACHEM DA-

DAVID f. *Iſaac* טיקטין per compend. מה״רם. Hujus animadverſiones & ſtricturæ in אלפסי cum opere ipſo & *Raſchii*, R. *Niſſim*, R. *Jonæ*, &c. obſervationibus lucem viderunt *Cracov.* 357. C. 1597. fol. Eundem *Machſor*, Pentateuchum, Targum, Raſchi, Nachmanidem, Zohar, Tikkunim, librum *More Nevochim*, & totum Talmud correxiſſe auctor eſt *Schabbatai* in ש״י p. 7. n. 148.

1430 ר׳ מנחם בן זרח R. MENACHEM ben SERACH

fil. *Aaronis*, *Gallus* (quem *Plantavitius* n. 592. mendoſe vocat בֶּן סֶרֶק) diſcipulus R. Jehudæ fil. הר״אש i. e. R. *Iacob Aſcher*, & R. *Joſua ben Schoëb*, natus in regno Navarræ, & oppido *Eſtella*, anno 1307. vel 1308. ex quo, poſtquam cladem (s) Judæis communem anno 1307. vel 1308. *Toletum* in Hiſpaniam ſe contulit, hinc vero *Complutum*, deinde usque ad an. 1350. utraque in urbe Talmud publice docuit, tandem 5134. C. 1374. obiit teſte *Juchaſin* p. 133. b. med. Ganzius annum emortualem facit 1375. & provocat ad *Juchaſin* p. 163. ubi tamen præter nomen noſtri & Præceptoris ejus nihil invenio. Idem Ganzius monet, ex præfatione libri *Zeda Ladderech* apparere, eum anno emortuali 1375. anno æt. 86. obiiſſe, quod tamen ſecus habere ex computo Bartoloccii eidem præfationi innitentis, apparet. Scripſit ille

צֵדָה לַדֶּרֶךְ *viaticum in viam*, ex *Geneſ.* XLII. 25. qui liber, in tractatus quinque & 327. capita diſtioctus, de omnibus Judæorum ritibus commentatur, ita ut in I. de precibus & benedictionibus: II. de prohibitis & licitis: III. de officiis mulierum. IV. de Sabbato & feſtis. V. de quatuor jejuniis luctusque temporibus, Meſſia, reſurrectione mortuorum, ut & tabulis Aſtronomicis, nec non argumentis quibusdam Medicis exponatur. Prod. *Ferraræ* 314. C. 1554. 4. & cum acceſſionibus quibusdam *Sabionetæ* 4.

Noſtro huic *Plantavitins* n. 40. tribuit librum alium אור תורה qui tamen referendus potius eſt ad R. *Menachem Lonzani* de quo paulo poſt

1431 ר׳ מנחם טמאר R. MENACHEM TAMAR, quem ש״י per ט, Bartoloc. autem per ת ſcribit, claruit Sæc. XVI. ineunte:

1) בִּיאוּר גָּדוֹל *expoſitio diffuſa* in Pentateuchum MS. in B. Lugdun.

(s) De hac perſecutione lege Dacherii Spicilegium Tomo XI. p. 691. ſq. & Cl. *Jac. Basnage* Hiſtoriam Judaicam Tom. V. p. 1822.

Digitized by Google

dun. inter libb. Warnerianos: vide Catalogum p. 284. n. 16. Ibidem n. 20. ejuſdem.

2) אַזְהָרוֹת *paraneſes*, carmine ſcriptæ & commentario ſub tit. תַּנְחוּמוֹת אֵל *conſolationes Dei*, ex *Job.* XV. 11. illuſtratæ ſed MSS. recenſentur. Initium earum teſte ש״י ita habet: משוך נגה חסדיך מרומם ex quarum vocum literis initialibus conjunctis prodit Scriptoris nomen מנחם.

3) רָאשֵׁי בְשָׂמִים *aromata præſtantiſſima*, ex *Cantic.* IV. 14. Grammatica eſt, quam Bartoloccius ſcriptam teſtatur A. C. 1524.

1432 ר׳ מנחם בן יעקב R. MENACHEM ben JACOB ſcripſit

לְשׁוֹן לִמּוּדִים *lingua eruditorum*, ex Jeſ. L. 4. i. e. explicatio vocum ſecundum ordinem literarum cum animadverſionibus diffuſis *Donalch ben Librat*, MS. teſte ש״י. Vide ſupra דונש ubi ſuſpicati ſumus, hunc *Menachemum* eundem eſſe cum antiquo Judæorum Grammatico Menachem ben סרוק.

ר׳ מנחם בן ר׳ יעקב מנולה vide R. MENACHEM de NOLA.

1433 ר׳ מנחם בן ר׳ יעקב פורטו R. MENACHEM f. R. *Jacob* PORTO, quem ש״י vocat R. *Abraham Menachem*; Bartoloccius vero exemplo *Plantavitii* n. 370. priori nomine inſignit: ſcr. מִנְחָה בְלוּלָה de quo ſupra ſub *Abrab. Menachem* diximus.

1434 ר׳ מנחם די לונזאנו R. MENACHEM de LONZANO fil. *Jebuda*, ſcr.

שְׁתֵּי יָדוֹת *duæ manus*: ex *Exod.* XXXVI. 22. cujus libri Critici duæ ſunt partes, altera יַד עָנִי *manus pauperis*, altera יַד הַמֶּלֶךְ *manus Regis* dicta. Prior illa quinque habet digitos, quorum I. אור תורה *lux legis*, liber eſt Maſoreticus (t) inſtruens librarios, quomodo librum Legis accurate ſecundum Sectiones apertas & clauſas פתוחות וסתומות vo-

Ddddd

(t) Non contemnenda adfert hic libellus, raro obvius, unde non immerito Cl. *Jablonskius Clodium* notat, qui eum ad ſuam Codicis Hebr. editionem non adhibuerit, quem ipſe maxime cenſuit conſulendum. Ipſe auctor noſter in calce profitetur, ſe monita ſua imprimis hauſiſſe ex Codd. MSS. Hiſpanicis, tum vero libro מסורת quem ſcripſerit

voceſque vel plene vel defective חסרות ויתרות ſcribere debeant. II. מַעֲרִיךְ *prolongans* i. e. additiones radicum ad librum *Aruch*. III. עֲבוֹדַת מִקְדָּשׁ *cultus* ſ. *officia in Sanctuario obeunda*, ubi de officiis ſingulis diebus tum a Sacerdotibus tum a Levitis obſervandis, cum per preces tum per cantiones & hymnos, *CPoli* ed. ac deinceps 1618. recuſ. Venet. de qua ed. paulo poſt. IV. דֶּרֶךְ חַיִּים *via vitæ*, carmen morale diffuſum 325. ſtrophis conſtans cum commentario: hunc Buxtorf. in B. Rabbin. appendice ſeorſim recenſet. V. טוֹבַת תּוֹכָחָה *bona reprehenſio*: itidem carmen parænetitcum & epanorthoticum ſtrophis 380. cum expoſitione ſtropharum ſingularum :! huic additur תוֹצְאוֹת חַיִּים *exitus vitæ* R. Moſis *Nathan*, ubi de timore Dei canticis rhythmicis agitur.

Pars altera ſive *Manus ſecunda*, quæ dicitur יַד הַמֶּלֶךְ *manus Regis*, iterum conſtat digitis quinque quorum I. אִגֶּרֶת בְּרֵאשִׁית i. e. expoſitio in legem, Prophetas & Hagiographa. Hæc omnia junctim edita ſunt *Venet*. 378. C. 1618. 4. Digitus II. & III. complectitur מדרש אגור & תנא דבי אליהו una cum אגדתא בראשית, *Venet*. 358. C. 1598. 4. Digitus IV. comprehendit אָבוֹת דר׳ נתן, item Maſſecheth דֶּרֶךְ אֶרֶץ ut & אותיות דר׳ עֲקִיבָא omnia cum cura recenſita & correcta. Digitus V. ſub tit. סֵפֶר תַּשְׁלוּמִים *liber perfectionum*, complectitur omnia quæ in *Rabboth*, *Tanchuma* & *Siphra* deficiunt. Tres poſteriores digitos lucem vidiſſe non puto, cum editionis nec annum nec locum memoret ש״י in recenſione ſua, qui tamen ceteris utrumque addiderat. De hoc opere *Rich. Simon* in Catalogo Auctorum Hiſtoriæ Crit. V. T. ſubjecto ita: *Menahem Lonzano* auctor eſt libri *SECTE* (lege *Schte*) *JADOTH*, *ubi accurate varias lectiones Hebr. juxta Codd. MSS. vetuſtiſſimos examinat, & illum juxta Maſoram corrigendum eſſe cenſet. Prod. Venet. 1618. 4. reperire illum non potui, excerpta tantum vidi. Cum vero pauci inter Judæos Criticæ ſtuduerint, is præſertim legi meretur.* Idem in Diſquiſſ. Criticis c. 3. p. 19. & Tomo I. epiſtolarum ſelectarum ep. IV. p. 15. ejuſdem libri fuſius meminit, inque eo, quod tamen de digito primo tantum intelligendum eſt, Bombergii Biblia ex decem aut duodecim MSS. emendari monet, quæ tamen correctiones parvi ſint momenti. Eadem fere habet idem Tomo I. *Biblioth. Crit.* c. 25. p. 363. ſq. addit tamen, in ſecunda manu unum tan-

הר״מה itemque ex קרית ספר R. *Meir* & עט סופר R. *Kimchii*, ac denique .... שמן ששון.

tantum exſtare digitum quamvis in prima operis pagina decem iſti omnes & ſinguli enumerati legantur. Conſpirat itaque cum ש"י : nam quamvis ille digitum II. & III. quoque memoret editum, ſeorſim tamen anno 1598. lucem illi extra collectionem ipſam viderunt. *Jo. Morinus* in epiſtola ad Buxtorfium, quæ legitur in *Antiquitatibus Eccleſiæ Orientalis* p. 525. ita de eodem libro: *Liber* שתי ידות *eſt in quarto ſemel complicatus, craſſitiei duorum digitorum, aut paulo minus, ſed charactere exili, Venet. 1618. cuſus. In duas partes diviſus eſt* יד העני ויד המלך *& unaquaque pars ſive manus continet quinque digitos ſeu libros. Primo digito nomen fecit* אור תורה שהוא הגהת התורה (i. e. *lux legis, quæ eſt correctio legis) hoc autem fecit magna cum diligentia. Secundæ enim editionis Bombergianæ* (puta Rabbinicæ, &, quam Menachem noſter a ſe conſultam diſerte monet, edit. ejusdem minorem in 4. anni 1544.) *voces omnes, literas, accentus, puncta conſideravit, & cum decem antiquis MSS.* (præcipue hiſpanicis) (u) *quorum nonnulli erant* 500. *aut* 600. *annorum & libris Maſorethicis MSS. & nonnullis aliis comparavit: ſecundo libro nomen fecit* מעריך *additio eſt* ערוך ע״ך. *Pleriquejam editi ſunt, ſed correxit, & annotationibus illuſtravit, materiamque a prioribus diverſiſſimam tractavit.* Hæc fuſius ex diverſis de eodem libro commentari placuit, cum utilioris argumenti commentatio ſit, cujus rarum exſtat inter Judæos exemplum. Quod ad primam hujus Collectionis partem notandum eſt, eam primo quidem *CPoli* hinc *Venetiis* 1618. ut diximus, denique vero ſeorſim *Amſtelod.* 419. C. 1659. 4. lucem vidiſſe. Atque hic ille liber eſt, quem *Plantavitius* n. 40. ſub eodem titulo tribuit R. *Menachem Aben Seruk* tanquam commentarium in Legem, ſibi quidem non viſum, ſed qui ante annos 19. cum iſta ſcriberet, prodierit. Scribebat autem anno circiter 1640. ex quo apparet, eum ed. Venetam 1618. curatam innuere. Idem ejus meminit n. 722. ſed ex ſola allegatione *Jo. Morini* Exercit. IV. in Pentat. Samarit. c. 1.

ר׳ מנחם המאירי R. MENACHEM HAMMEIRI 1435
ſcripſit

פירוש comment. in Proverbia, quem ש"י teſtatur allegari in limine libri קב ונקי vide Spicilegium ad ש"י p. 93.

(u) Allegantur etiam hinc inde codices *Hieroſolymit. Ægyptiaci, Arabici, Germanici*, quibus poſtremis inprimis ratione *Metheg*, nimis frequenter neglecti, parum tribuit auctor, ut & Codex *Eſra & Hillelis*, itemque *Jerichuntinus*: confer præclarum Theologi ἀνωνύμου judicium, quod ex ejus literis refert *Hottingerus* in Bibliothecario Quadripartito p. 158. ubi idem Theologus ab Hottingero laudatus teſtatur, ſe totum libellum latine convertiſſe.

מנחם בן מאיר R. MENACHEM f. MEIR vide R. *Menachem Tziuni.*

1436 ר׳ מנחם מנירסבורג R. MENACHEM MERSBURGENSIS, ſcr. notas ad quæſita & reſponſa juridica R. *Jacobi Veil*, ſub cujus nomine vide, quæ ſupra ſcripta ſunt.

מנחם מענדל בן יצחק vide ſupra R. *Jeſaia Menachem Mendel.*

1437 ר׳ מנחם מענדל בן משלם זלמן R. MENACHEM MENDEL fil. *Meſchullam Salman* אויערבך *Auerbach* pater domus judicii *Krotoſchinienſis* ſcr.

1) עֲטֶרֶת זְקֵנִים *corona ſenum*, ex *Prov.* XVII. 6. quo collegit obſervationes varias ex veterum ICtorum Iudaicorum ſcriptis de ritibus Judaicis ſecundum ordinem *Schulchan Aruch* MS. Quæ ad partem *Orach chajim* pertinent, prodierunt *Dyrenfurti* 1692. & 1702. fol. vide מגני ארץ inter Anonym.

2) עִקֶּרֶת הַבַּיִת *fundamentum domus*, ubi in compendio exhibet libros בית יוסף בית חדש בית ישראל ut & ſcripta ICtorum recentiorum, quibus de ſuo nonnulla addidit MS.

1438 ר׳ מנחם מענדל R. MENACHEM MENDEL præſes Curiæ in Synagoga Niclasburgenſi claruit Sæculo XVII. ceu patet ex *Zemach David* continuato p. 47. a. ubi vocatur מענדלה קרוכמאל *Mendela Kruchmehl* ſcr.

צֶמַח צֶדֶק *germen juſtum* ex *Jeſ.* XXXIII. 15. quo continentur 180. quæſt. & reſponſ. *Amſtel.* 435. C. 1675. 4.

מנחם בן משה אגוזי vide ſupra *Menachem* אגוזי.

1439 ר׳ מנחם בן משה הבבלי R. MENACHEM fil. MOSIS *Babylonii* ſcr.

טַעֲמֵי הַמִּצְוֹת *de rationibus præceptorum*, cum animadverſionibus & obſervationibus ex Terra Sancta miſſis. *Lublini* 331. C. 1571. 4. & *Hamb.* 467. cura *Abrah. ben Salman*, *Levi* C. 1707. 4. apud *Th. Roſe.*

1440 ר׳ מנחם בן משה רבא R. MENACHEM fil. MOSIS *Rabba*, incola Patavinus ſcr.

אות

Digitized by Google

1) אות הַבְּרִית *ſignum fœderis*, ex *Gen.* IX. 12. quo explicantur ſeptem fœderis genera, quibus innititur mundus. MS.

2) בֵּית מוֹעֵד *domus conventus* i. e. conciones 50. in dies feſtos & Sabbata, per totum annum: *Venet.* 365. C. 1605. fol.

3) חַוֹּת רַבָּה *villæ magnæ*, conciones tres in ſingulas Legis Paraſchas MS.

4) כְּלִיל תְּכֵלֶת *totum hyacinthinum* ex Exod. XXVIII. 31. compendium libri proxime antecedentis.

5) מַעֲנֶה רַךְ *reſponſio mollis*, ex *Prov.* XV. 1. expoſitio variorum dictorum veterum Rabbinorum. *Venet.* neſcio quo anno, quem non annotavit ש"י.

6) נְתִיבוֹת עוֹלָם *ſemitæ ſeculi ſ. æternæ*, ex *Jer.* VI. 16. ubi rationes reddit קרי ולא quod non ſcribitur, & כתיב ולא quod non legitur, ſecundum ordinem univerſi Codicis Sacri, non autem ſolius Pentateuchi, quod tradit diligentiſſimus alioquin *le Longius* Parte II. Bibl. Sac. p. 419. Vide tu ש"י p. 55. n. 58.

7) קִרְיַת אַרְבַּע *Kirjath arba*, ex *Gen.* XXIII, 4. liber in quatuor partes diſtinctus, quibus varia ſcientiarum genera traduntur, ita ut pars I. ſub titulo שַׁעֲרֵי חָכְמָה *portæ ſapientiæ*, de Emanatione. II. שַׁעֲרֵי בִינָה *portæ intelligentiæ*, de creatione mundi ejusque diſpoſitione. III. שַׁעֲרֵי דֵעָה *portæ ſcientiæ*, de homine, imagine ejus, natura, vita, morte & reſurrectione. IV שַׁעֲרֵי תוֹרָה *portæ legis*, de rationibus præceptorum, ut & Cabbala diſſerat. Allegatur in præfat. ad librum בית מועד.

ר' מנחם מנולה R. MENACHEM de NOLA, 1441
Iudæus converſus, (x) & in baptiſmo *Io. Pauli Euſtachii* nomine dictus, an. 1568. italico ſermone varia ſcripſit, v. c.

1) Sermones novem de præcipuis religionis Chriſtianæ capitibus, nominatimque de pluribus divinitatis perſonis, de neceſſario Meſſiæ adventu, de eo pridem facto, &c. cum narratione de vita ipſius Neophyti, quæ in calce exſtat. *Neapoli.* 1582. 8. apud *Io. Bapt. Cappelli.*

2) *Sacer Septenarius*, ex Scripturis Sacris compilatus, cum explica-

Ddddd 3 tio-

(x) converſus is eſt, annitente *Thoma Aldobrandino*, Fratre germano Clementis VIII. P. M. cum quo noſtro frequentes de religione ſermones interceſſerant.

tione cerimoniarum in aperienda, Jubilæi tempore porta *Neapoli*. 1579. 8. per *Io. Iac. Carlinum*. Hoc libro probare is inſtituit SERVATOREM noſtrum adeo exacte uſum eſſe numero myſtico ſeptenario in N. T. ut eſt in vetere uſus Deus, unde conſequatur, eundem utriusque Teſtamenti Deum eſſe. Quod quidem argumentum pium magis quam validum eſſe recte monet *Lorinus* comm. in Acta cap. VI. p. 201. a.

3) Aliæ ejus diſſertationes vernacula lingva exaratæ exſtant in B. Vatic. MSS. n. 6154. & 3565. Obiit ſexagenario major, ineunte Sæculo XVII. *Romæ* ubi in B. Vatic. varios Codd. Hebræos deſcripſit.

1442 ר׳ מנחם בר נתנאל R. MENACHEM f. NATHANAEL, qui librum הוֹרָאַת הַקּוֹרֵא vel potius הוֹרָיַת *demonſtratio Lectoris*, de quo inter Anonymos dicemus, ex Arabico hebraice convertit.

1443 ר׳ מנחם די ספירה R. MENACHEM SPIRENSIS ſcr. de excellentia legis ſive comment. in præcepta affirmat. & Negativa, qui liber MS. eſt in B. Bodlejana n. 3759.

1444 ר׳ מנחם בן סרוק R. MENACHEM fil. SARUK, Hiſpanus, quem Bartoloccius per ג, סרוג vocat, ex antiquioribus Iudæorum Grammaticis, quod vel Catalogus Grammaticorum ſupra ſub דקדוק exhibitus, manifeſtum facit, ubi hic *Menachem* quartum a R. *Saadia Gaon*, Sæculi IX. Scriptore, locum tuetur. Illius *Raſchi*, *Aben Eſra* & *Kimchi* frequenter meminerunt, unde nec dubito, eum quem *Raſchius* ad primam vocem Pſalmi VII. ſub Menachemi nomine ſimpliciter appellat, noſtrum hunc eſſe, quamvis Bartoloccius eum ſeorſim & a noſtro diſtinctum memoret. Citat enim eum Raſchius ad vocem שגיון, quam utpote difficiliorem, Menachem noſter in Lexico ſuo procul dubio non neglexit. Scripſit ſcilicet

מַחְבָּרוֹת ut in Catalogo MSS. Orient. B. Vindobon. Neſſeliano n. 135. appellatur, vel חֶבֶר הַמַּחְבָּרוֹת *Societatis conjugationum ſeu Syntaxeos*, ut in Catalogo Grammaticorum modo laudato vocatur, quamvis verear, (y) ne ibi pro חֶבֶר legendum ſit חִבֵּר ut Menachem dica-

(y) Recte hæc me conjeciſſe intelligo nunc ex eodem Grammaticorum catalogo, quem deinde hebraice nactus ſum a Vener. Ungero; in eo enim ita legis: ר׳ מנחם

catur *conſtruxiſſe* מחברות. A Bartoloccio inſcribitur סֵפֶר שָׁרָשִׁים *liber radicum*, quo titulo etiam venit in ש"י p. 81. qui alibi p. 83. פֵּירוּשׁ הַמִּלּוֹת *expoſitionem vocum* appellat. Hoc libro, qui in B. Vatic. n. 402. & 413. fol. in Vindobonenſi vero in 4. exſtat, explicantur voces Hebraicæ omnes in Sacro Codice exſtantes. Idem Lexicon partim in membrana, partim in charta an. 5196. C. 1596. C. 1536. die I. menſis Ijar feria 3. ab *Iſaaco* quodam deſcriptum exſtat in B. Berolinenſi. Typographi vitio nomen auctoris in Catalogo Neſſeliano *Menachem ben Semeck* vocatur.

Præterea ejusdem reſponſio ad quæſtionem a R. *Donaſch* de rebus Grammaticis propoſitam in B. Vatic. MSS. fol. n. 137. exſtare dicitur a Bartoloccio.

ר׳ מנחם R. MENACHEM ſimpliciter ita vocato *quæſita* 1445
& reſponſa legalia tribui monet Bartoloccius, quæ ego vel ad R. *Menachem Aſariam Mippano*, vel ad *Menachem Rekanatenſem*, vel ad *Menachem Mendel* pertinere putem: hi enim *quæ. & reſp.* ſcripſerunt.

ר׳ מנחם בן עזריאל R. MENACHEM fil. ASA- 1446
RIEL ſcr.

אורים ותומים *Urim & Thummim* liber Cabbaliſt. qui citatur in Catalogo libb. Cabbaliſt. in calce libri Iezira ed. Mantuanæ 322. C. 1562. 4.

ר׳ מנחם עזריה מפאנו R. MENACHEM 1447
ASARIA MIPPANO (z) floruit Sæc. XVI. inclinante & ſcr.

1) כַּנְפֵי יוֹנָה *ala columbæ*, ex Pſ. LXVIII. 14. quem titulum libro fecit, eo quod res omnes ſingulis diebus creatæ, factæ ſunt inſtar alæ

בן סרוק ספרדי חבר המחברות i. e. R. *Menachem Saruck Hiſpanus conſtruxit* מחברות. Forte Lexicon hoc eo nomine vocatur, quod in eo radices cum derivatis ſuis, cognatisque conjunxerit.

(z) Præclarum illius elogium in titulo adfertur ex epiſtola quadam R. *Jeſchajæ Levi Horwitz*, de quo ſupra diximus. Ibidem dicitur vir eruditiſſimus, qui nihil ignorarit. Vocatur etiam *Menachem Immanuel*, unde & *Immanuel Aboab* p. 1310. Nomologiæ ſuæ *Immanuelem de Fano* appellat, & ob doctrinæ copiam virtutumque præſtantiam immortali dignum memoria cenſet. Eum ſe addit *Regii Lepidi*, Ducatus Regienſis opido, vidiſſe docentem permultos, qui ex Italia & Germania ad ipſum confluxerint. Edidiſſe quoque ſcripta varia Cabbaliſtica & deciſiones juridicas, ac denique obiiſſe Mantuæ,

Digitized by Google

alarum populo Iſraelis tanquam columbæ. Conſtat liber quinque partibus, ubi agitur de intentione in precibus habenda, ut & de fundamentis & præcipuis Cabbalæ capitibus ex ſcriptis R. *Iſaaci Loria*, *Hanov.* MS. in B. Oppenheim. fol. Hic liber ſæpe citatur in *Jalkut Rubeni Gadol*, v. c. p. 2. b. pars I. allegatur. Eum quinque conſtare partibus, patet ex *Nofelos Chochma* p. 195. ubi *Schemuel* ejus editionem promittit

2) מעין גנים *fons hortorum* ex *Cantic.* IV. 15. lib. Cabbaliſt. noſtro tanquam autori tribuit Bartoloccius, cujus tamen ש״י non meminit.

3) עסיס רמונים *ſuccus expreſſus malogranatorum*, ex *Cantic.* VIII. 2. noſtro itidem adſcribit Bartoloccius, qui tamen ſecundum ש׳ י rectius vindicatur *Samueli Galiko*, qui in ipſa quoque libri præfat. auctor vocatur cum *Menachem* noſter in poſteriori editione correctoris tantum & emendatoris partes hic ſuſtinuerit. Eſt autem epitome libri פרדס רמונים R. *Moſis Corduero* in 32. ſemitas diſtincta. *Venet.* 361. C. 1601. & *Mantua* 384. C. 1624. 4. Hinc etiam intelligitur, cur Plantavitius, fide Catalogi Pragenſis, ipſi *Moſi Corduero* hunc librum tribuat.

4) עשרה מאמרות *decem Tractatus*, quo volumine, libris decem conſtanti, Cabbaliſtica varia ſecundum principia R. *Iſaaci Luria* & expoſitiones continentur. Primus dicitur חקור דין *ſcrutinium judicii*, ubi de ratione diei extremi judicii, die anni primo, & feſto expiationis agitur. II. אם כל חי *mater omnis viventis* ex *Gen.* II. in *Geneſ.* XXI. 1. III. מאמר המדות tractatus de attributis, ubi de tredecim attributis Dei; hi tres editi ſunt *Venet.* 347. C. 1587. 4. & recuſi cum Indice & comment. *Moſis Salom. Hallevi*, qui dicitur יואל משה *voluit Moſis*, ex *Exod.* II. 21. *Amſtel.* 409. C. 1649. 4. ita ut textus quadratis, comm. vero Rabbin. literis exprimatur apud *Jehudam* fil. *Mardochai* & *Sam.* fil. *Moſis* pp. 158. & *Francof. ad Mœn.* 438. C. 1678. *Eiſenmengerus* in Catalogo Auctorum, Judaiſmo Detecto præmiſſo, laudat edit. 304. C. 1544. loco non memorato, quam *Cracovienſem* ſuſpicor, quæ exſtat in B. Oppenheimeri. IV. יונת אלם *columba obmuteſcentiæ* ex Pſ. LVI. 1. octo capitibus *Amſtelod.* 408. C. 1648. 4. Catalogus Hinckelmannianus tribuit R. *Jeſchaja Horwitz* & ait ed. *Amſtel.* 379. C. 1619. 4. Neque tamen memini, alium exſtare hujus tituli librum, præter eum qui ad *Aſara Maamaroth* pertinet. Ex hoc varia excerpta leguntur in *Ialkuth Rubeni Gadol* eundemque *Schemuel*

Ger-

Digitized by

Germanus ex curis primis & ſecundis editurum ſe receperat in נובלות חכמה p. 195. a. V. עוֹלָם קָטוֹן *mundus parvus*. VI. צִבְאוֹת יְהֹוָה *exercitus Dei*, qui uterque prodiit *Hamburgi* 413. C. 1653. 4. Quintus vero nempe עולם קטון ſeorſim recuſus eſt cum נֵר לַמָּאוֹר R. *Meir f. Chajim Eiſenſtatt* qui commentarii loco eſt, *Wilmersdorf.* 435. C. 1675. 4. VII. מֵאָה קְשִׂיטָה *centum numi Geneſ.* XXXIII. 19. centum capitibus abſolvitur. In calce libri שמוש תהלים hoc ordine decem illi tractatus recenſentur, 1) עולם קטון 2) חִקּוּר דִּין 3) אם כל חי 4) המדות 5) הַנֶּפֶשׁ de anima. 6) מְאוֹרוֹת הַגְּדוֹלִים luminaria magna. 7) גור אַרְיֵה 8) הטוטפות 9) מְאוֹרוֹת הַגְּדוֹלִים luminaria magna. 10) מֵאָה קְשִׂיטָה Ex his apparet, decem illos tractatus non omnes lucem vidiſſe, neque junctim, ſed tantum ſex priores. *Bartol.* non niſi tres priores vidit, quos *Venet.* 357. (ש״י rectius 347.) & *Amſtelod.* 1649. editos teſtatur. Approbati illi ſunt a quindecim Rabbinis, quod habetur præſtantiæ argumentum.

5) פֶּלַח הָרִמּוֹן *pars malogranati*, ex *Cant.* IV. 3. i. e. epitome & expoſitio illius ſectionis פרד *Pardes Rimmonim*, quæ agit de *Emanatione* (אצילות) ed. *Venet.* 360. C. 1600. 8. teſte ש״י. In Catalogo Hinckelmanniano annus 353. C. 1593. memoratur. Hujus libri pars altera vocatur שְׂפַת אֱמֶת *labium veritatis* ſive etiam מאמר שפת. *Plantavitius* n. 568. perperam ipſi R. *Moſi Corduero* tribuit & ait editum *Cremonæ*. Noviſſime recuſum eſſe audio.

6) שְׂפַת אֱמֶת: vide librum proxime antecedentem.

7) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa juridica*, inter quæ etiam ſunt expoſitiones locorum Miſchnicorum plurium, eorumque difficiliorum. *Venet.* 4. Has quu. ש״י ſupra per errorem tribuit R. *Iſaaco fil. Mordechai*, qui editionis tantum curam habuit: id quod eo magis mireris, cum idem iterum eundem librum p. 73. n. 44. noſtro, cujus revera eſt, tribuat ſub tit. שו״ת ופירש כמה סוגיות ומשניות עמוקות Conf. ſupra *Iſaac Mardochai*. Denique notandum eſt, Bartoloccium ex uno auctore R. *Menachem Aſaria Mippano*, facere binos, quorum alterum appellat R. *Menachem Aſaria Immanuel*, cui adſcribit librum *Aſara Maamaroth*, alterum *Menach. Aſaria Mippano*, cui *Aſis Rimmonim*, & *Majan Gannim* adſcribit. Sed unus eſt omnium illorum ſcriptorum auctor, quod poſt Buxtorfium omnes Bibliographi Hebræi & ש״י quoque agnoſcunt.

Eeeee In

In Catal. Bodlej. p. 448. huic tribuitur דְּבָרִים שֶׁבִּקְדוּשָּׁה *verba ſanctitatis,* quæ in libro, neſcio quo, an. 1623. 8. edito contineantur.

In fine libri *Noſlos Chochma* p. 195. R. *Schemuel* ſcribit ſe ad editionem parata habere hujus סוד דרוש , המרגלית , מאמר המלואים אטמבורה ופי׳ התפלה, cum variis aliis ejusdem commentatt. Cabbaliſt.

1449 ר׳ מנחם מפירפיניאנו R. MENACHEM *Perpinianenſis,* cui Bartoloccius tribuit

סֵפֶר הַגְּדָרִים *librum definitionum,* non recordatus, eundem hunc eſſe librum, quem paulo ante ſub titulo מכלל יופי tribuerat R. *Menachem ben Abrah. Bonfos,* ubi vide, quæ a nobis ſcripta ſunt.

1450 ר׳ מנחם ציוני R. MENACHEM TZIUNI ben MEIR, *Spirenſis,* ſcr.

ציוני *Sionæus* i. e. commentarium Cabbaliſticum in Legem Cabbaliſt. ex *Zohar, Babir* & aliis libris in præf. citatis collectum. *Cremon.* 320. C. 1560. 4. pp. 110. apud *Vinc. Conti* & 341. C. 1581. quæ editio exſtat in B. Oppenheimeri. Liber hic in *Jalkut Rubeni Gadol* ſæpius citatur. Exſtat & alius liber ſub tit. צפוני ציוני quem ש״ו p. 65. n. 34. ſine auctore nominato recenſet, in Indice vero alphabetico tribuit noſtro *Menachem.* Vide quæ dicentur ſub צ inter Anonymos.

1451 ר׳ מנחם ציון ר׳ זלמן גבאיש R. MENACHEM ZION R. SALMAN GAVISCH Cracovienſis, primum Archiſynagogus *Wedslebenſis* in Polon. minore, hinc Judex *Cracovienſis* Altonaviæ obiit

נֶחָמַת צִיּוֹן *conſolatio Zionis*, conciones 22. de exitu ex Ægypto, item in dies feſtos v. c. Novi anni & Feſtum Expiat. *Francof. ad Mœn.* 437. C. 1677. 4. pp. 72. Obiit is an. 447. C. 1687.

1453 ר׳ מנחם ציון פורטו R. MENACHEM ZION PORTO

עוֹבֵר לַסּוֹחֵר *tranſiens ad mercatorem*, ex *Geneſ.* XVIII. 16. Arithmetica conſtans duodecim ſectionibus. *Venet.* 387. C. 1627. 4.

ר׳ מנחם הקראי R. MENACHEM *Karæus*: vide paulo ſuperius.

1454 ר׳ מנחם קלומיטי R. MENACHEM KALOMITI,

A. C

Digitized by Google

A. C. 1445. cujus aliqua exſtant MSS. in B. Vatic. Vide *Allatium* p. 277. de purgatorio.

ר' מנחם רבא R. MENACHEM RABBA ben *Moſche Rabba*: vide ſupra R. *Menachem ben Moſche Rabba.*

ר' מנחם מרוצבורג R. MENACHEM ME 1456
ROTZBURG ſcripſit novas quasdam explicationes ex libro אגודה *Venet.* 309. C. 1549. 4. teſte Bartoloccio, Eſt ille R. *Menachem Mimmersburg*, qui in R *Jacob Veil* quæſita & reſponſa Legalia commentatus eſt: vide ſupra R. *Jacob Veil.*

ר' מנחם דריקנאטי R. MENACHEM REKA- 1457
NATENSIS, vel Recinenſis (*) ex Italiæ urbe, quam Latini *Recinetum*, vocant, oriundus, floruit an. 5040. C. 1280. & obiit 5050. C. 1290, teſte *Schalſcheleth* p. 61, b: Nomen Scriptoris *Plantavitius* n. 555. מרקנטי & n. 662. מרקנאט minus recte effert, quod cum *Schalſcheleth*, *Ganzio* & ש"י rectius ſcripſimus. *Schalſcheleth* l. c. ex relatione R. *Iac. Rekanatenſis* ex illa gente oriundi refert, noſtrum hunc inſigni legis ſtudio ductum, craſſo & ſtupido ingenio fuiſſe, jejuniorum autem & precum frequentia effeciſſe, ut cum aliquando in Synagoga precibus vacaret, ſomno oppreſſus a viro quodam ad bibendum ex vaſe aqua pleno excitaretur. Cum igitur bibiſſet, in Gymnaſium ingreſſus tantas ingenii acceſſiones ſibi factas ſenſit, (a) ut in virum alium converſus interpretationem legis ſuſciperet. Scripſit ille

1) ספר הדינים *librum judiciorum*, quo de cauſis forenſibus agit, & deciſiones legales, morales & cerimoniales 601. exhibet. *Bonon.* 298. C. 1538. 4. Hunc libro titulum facit *Bartoloccius* exemplo *Schalſcheleth*,

quem

(*) Eum *Jac. Gaffarellus* in Catal. Codd. MSS. quibus Picus uſus eſt, vocat *Levi de Recineto*: ibidem ex MS. quod Picus habet, excerpta quædam exhibet cum edito convenientia: vide *Seldenum* de Synedriis Hebræorum lib. II. p. 415. ſq. Alii appellant a *Ricanato*, *de Recanati & Rechanatenſem.*

(a) Vel hæc penitus conficta ſunt ex Judæorum more, vel ſaltem illa ingenii mutatio naturalibus cauſis commode accepta ferri poteſt, cum non deſint ſtupidorum exempla, qui præter exſpectationem ſubito ingenio valere coeperunt. Idem Judæi ferunt de Maimonide, de quo infra ſuo loco. Refertur huc *Petrus Ramus* in Scaligeranis p. 127. ſed vide *Pet. Baelii* Dictionarium Tomo III. p. 2550. a. De aliis lege *Huarti* Scrutinium Ingeniorum p. 70. ſq. & *Morhofii* Polyhiſtorem Parte I. lib. II. c. 1.

Digitized by Google

quem ש״י vocat פִּסְקֵי הֲלָכוֹת *deciſa conſtitutionum*, Maſius vero in Indice Scriptorum in calce comment. in Joſuam פסיקי הליכורת: diſpoſitus ille eſt ſecundum ordinem *Arba Turim*, &, quicquid apud Judæos eſt cerimoniarum explicat.

2) טַעֲמֵי מִצְוֹת *rationes præceptorum*, quo perſequitur præcepta omnia tam affirmatiua quam negatiua, ac præterea explicat *Keriath Schema* ex principiis Cabbaliſticis, nec minus ceteras preces & cantiones ſacras, quoad interiorem ſenſum ex *Zohar* inveſtigat & quo animo preces fieri debeant, exponit. *CPoli* 304. C.1544.8. *Baſil.* 341. C.1581.4. ap. Froben. *Plantavitius* n. 317. *Lublini* in Polonia primum editum teſtatur, quod ideo factum ab eo putem, quia ejusdem tituli liber a *Menachem ben Moſche Babylon.* ſcriptus *Lublini* lucem vidit 331.4. Non dubito, hunc eſſe librum quem *Andr. Maſius* in Indice Scriptorum Judaic. commentario in Joſuam addito, his verbis laudat: פֵּירוּשׁ תְּפִלָּה *explanatio orationum & precationum aliquot, quas ſolent Iudæi ad Deum adhibere. Hunc librum conſcripſit R. Menachem Rekanat, eoque perſequitur abſtruſiſſima quæque in intima Philoſophia Cabbaliſtica, Deique proprietates, ut vocamus, explicat, & qua mente orandus ſit Deus, docet.*

3) מַאֲמַר עַל י׳ סְפִירוֹת Tractatus de 10. Sephiroth MS. noſtri hujus laudatur in נובלות חכמה p. 195. a.

4) פִּסְקֵי הֲלָכוֹת vide num 1.

5) פֵּירוּשׁ עַל הַתּוֹרָה comment. in Legem Cabbaliſticus ex *Zohar* inprimis & *Tikkunim*, ubi & commentario *Nachmanidæ* lux affertur. *Venet.* 383. C.1523. apud Dan. Bomberg. cura *Iac. f. Chajim* iterumque emendatior & Indice auctior apud *M. Ant. Iuſtinianum*, ib. 305. C.1545.4. *Baſil.* 341. C.1581.4. ac tandem cum illuſtratione *Lublini* 1355, C.1595. fol. *Buxtorfius* comm. hunc vocat רקנאט (quod idem etiam facit ש״י) *monetque eſſe Peruſch ſuper ſecreta Legis, quæ ſcripſerit Rambam*, id quod aliis verbis repetit *Plantavitius* n. 645. mirante *Seldeno* de Synedr. Hebr. lib. II. p. 416. Enimvero non ad *Rambam* i. e. Maimonidem, ſed ad *Ramban*, i. e. *Nachmanidem* ex parte referri putandum eſt, quod inſpectio docet, & ש״י monuit. *Rich. Simon* in Catalogo Auctorum, ſubjuncto Hiſtor. Crit. V. T. obſervat, pleraque hujus commentarii exemplaria Inquiſitorum opera conflagraſſe, ſeque uſum eſſe MS. Codice B. Oratorianæ Pariſ. Exſtat etiam MS. in B. Vatic. Interim obitus auctoris intercedens effecit, ut

Para-

Digitized by Google

Paraſcham Legis ultimam, quæ exſtat *Deuteron. XXXIII.* 1. ad finem non perduceret. In hunc comm. ſcripſit R. *Mardochai Iaphe*, cujus nomen vide. *Gvil. Poſtellus* MS. reliquit confirmationem doctrinæ Evangelicæ & rationale coactoriumque &c. quod doctrinæ Evangelicæ veritas ex *Rekanari* noſtro inprimis illuſtratur: vide B. Th. Ittigii diſp. de Gv. Poſtello, in Opuſculis ejus variis p. 263.

שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa legalia*, ei tribuit *Ganzius* ad an. 5050. quæ *Venetiis*, anno non memorato, edita refert ש״י.

Præter hæc Bartoloccius monet, MS. exſtare in B. Vatic. ejusdem סֵדֶר הַכּוֹכָבִים וְהַמַּזָּלוֹת h. e. ordinem ſtellarum & ſiderum.

Sic in Catalogo MSS. Orientt. B. Vindobon. n. 65. liber Cabbaliſticus neſcio quis auctoris noſtri, exſtare fertur.

Andr. Maſius denique in Catalogo modo laudato memorat סוד הַיִּחוּד *myſterium unitatis*, quem a noſtro ſcriptum eſſe ſuſpicatur: exponit is de ſimpliciſſima Dei unitate.

ר׳ מנחם בר שלמה R. MENACHEM fil. SALOMONIS ſcripſit 1458

עַל הַתְּשׁוּבָה *de pœnitentia*, qui liber in duos tractatus diviſus eſt, quorum prior de cauſis pœnitentiæ exponit, poſterior vero deſideratur. MS. in B. Vatic. 4. Mentio ejus fit in libro אהל מועד rad. גבא

ר׳ מנחם בר שלמה לבית מאיר 1459

R. MENACHEM fil. SALOMONIS ex familia MEIR, floruit teſte *Schalſcheleth* an. 5066. C. 1306. & hebraice ſcr.

סֵפֶר הַבְּחִירָה. *librum electionis*, ubi de rebus judicialibus & cauſis forenſibus exponit ſecundum rationem *Alpheſi*.

Non dubito hunc eſſe illum R. *Menachem* לבית מאיר cui ſupra ex fide Bartoloccii tribuimus expoſitionem Cod. *Sanhedrin*, quæ eſt in B. Vatic. MS.

ר׳ מנחם שמשון בן ר׳ שלמה בזילה 1460

MENACHEM SIMSON f. R. *Salomonis Baſila* ſcr. *Calendarium Hebraicum* & ordinem Paraſchoth ac Haphtharoth pro anno 5431. C. 1671. & 432. C. 1672. *Venet.* ed. in fol. expanſo.

Digitized by Google

1461 ר׳ מנחם בן שמעון R. MENACHEM fil. SIMEON cujus comm. in *Ieremiam* & *Ezechielem* MS, ſe habere ait *Andr. Maſius* in Catalogo Auctorum, commentario in Ioſuam ſubjuncto. Uterque ille comment. a *Ioſua ben Iacob* Rhodi 1156. in membrana ex autographo Aben Eſræ, tunc adhuc viventis, deſcriptus exſtitit in Biblioth. *Gvil. Anslarii*, cum aliis comment. ineditis: vide Catalogum ejus p. 36.

ר׳ מנחם תמר R. MENACHEM TAMAR: vide ſupra *Menachem* טאמר

ר׳ מינץ R. MINTZ vide ſupra R. מינץ.

1462 מנשה MANASSES Rex, cujus precatio a captivo pronunciata & in ſermonibus Regum Iſrael conſignata memoratur 2. *Paralipom.* XXXIII. 12. Quæ hodie illi tribuitur, merito habetur ἀπόκρυφος quamvis veteribus quibusdam Latinæ Eccleſiæ Doctoribus pro genuina agnita ſit, quos enumerat *Io. Bapt. Cotelerius* ad Conſtitutt. Apoſtolic. II. 22. Prodiit illa græce cum alias ſæpius tum inter ceteros libros V. T. Apocryphos cura eruditiſſimi amiciſſimique Collegæ mei *Io. Alberti Fabricii* cum veteri verſione Latina & Metaphraſi poëtica duplici, altera Græca *Io. Gothofr. Herrichen*, altera Latina Balduini Berlicomi Sylvæducenſis *Lipſ.* 1691. 8. Ceteras editiones ipſe laudatiſſimus Fabricius commemorat in *Biblioth. Græca* lib. III. p. 73. Confer & *Scip. Sgambati* Archiv. V. T. p. 347. ſq. ubi monet, hebr. quoque legi hanc precationem in *Schalſcheleth Hakkabbala* ſub titulo: *hæc fuit oratio Manaſſis, cum detineretur ferreis catenis in cuſtodia Babylone: translata e Græcis exemplaribus a Sapientibus Idumæorum.*

1463 ר׳ מנשה בן ישראל R. MENASSE ben ISRAEL fil. *Ioſephi* non Belga Amſtelodamenſis, quem facit *Crowæus* in Elencho Interpretum Scripturæ S. ſed *Hiſpanus*, & quidem, ſi *Bartoloccio* credimus, ex familia *Don Iſaaci Abarbanelis* ortus, quod tamen alibi relatum non legi, & forte inde natum eſt, quia uxor ejus ad eam gentem ſuam retulit originem, quod ipſe gloriabundus refert in *Spe Iſraelis* p. 92. & in Dedicatione libri de immmortalitate animæ, ubi ait: *Ego enim, licet Hebræus, ſum tamen ex nobiliſſimis familiis Hiſpaniam egreſſis: mei enim filii, quoad matrem, ſunt ex familia Abarbanelis &c.* Verſatus ille diu eſt *Amſtelodami*, ibique con-

Digitized by Google

conciónatoris partes ſuſtinuit, ſucceſſor datus præceptori ſuo R. *Iſaaco Uſieli*, quod ipſe profitetur in libro de *Termino Vitæ* p. 206. Quo quidem officio juvenis admodum non ſine laude perfunctus fuit, ſi ipſi credimus in præf. ad librum de Creatione ita ſcribenti: *Ab anno ætatis meæ octavo & decimo huc uſque* (ſcribebat hæc an. 1635. unde ſimul conficitur eum anno 1604. vel 1605. natum eſſe) *nempe duodecim annis integris Synagoga noſtra uſa eſt opera ac miniſterio meo in concionando ac Talmude etiam explicando.-- Ac in ſacris quidem concionibus (liceat mihi eſſe ſuffeno, laudisque meæ qualicunque præconi) qui inter noſtros non pietate modo, ſed doctrina etiam ac prudentia primas ferre judicarentur, palmam mihi tribuere viſi ſunt.* Idem p. 235. de *Termino vitæ*, quem librum ſcribebat an. 1639. ita: *ab ipſa infantia usque ad hunc 35. ætatis annum impenſe admodum literas amavi, at nunc, quaſi mei oblitus, mercaturam exerceo, quæ res ut plena laboris ac moleſtiæ eſt, ita etiam magnam mihi adfert jacturam temporis iſtius, quod ſtudiis alioquin impenderem.* Ibidem p. 236. ait, patrem ſuum *Ioſ. ben Iſrael*, ab inquiſitione Hiſpanica ter crudelibus tormentis ſubjectum omnibusque facultatibus privatum ſe clam ſubduxiſſe, ſe vero duos ex uxore filios, alterum *Ioſephum*, alterum *Samuelem* ſuscepiſſe, cum filia una. Obiit is circa annum 1659. quod teſtatur *Konigius* in Bibliotheca Vetere & Nova, non 1652. quod poſt *Bartoloccium* V. C. *Iac. Basnage* Tom. V. Hiſt. Jud. p. 2102. ſcribit. (b) Magna ipſi familiaritas cum eruditiſſimis illa ætate viris, *Voſſio*, *Barlæo*, *Epiſcopio*, *Grotio*, (v. Sorberiana p. 124.) aliis' interceſſit, ex quibus nonnulli nimis multum illi tribuiſſe videntur. Præ ceteris nimis amori in illum indulſit *Caſpar Barlæus* in carmine, quod honori ejus datum in limine *Problematum de Creatione* & inter Barlæi carmina Parte II. p. 466. legitur, cujus diſticha tria extrema ita habent:

Cunctorum eſt coluiſſe Deum: non unius ævi
Non populi unius credimus eſſe pium.
Si ſapimus diverſa, Deo vivamus amici,
Doctaque mens pretio conſtet ubique ſuo.
Hæc fidei vox ſumma meæ eſt, hæc crede, Menaſſe,
Sic ego Chriſtiades: ſic eris Abramides.

Quo quidem nomine, ut hoc obiter moneamus, *Barlæus* a *Nicolao Vedelio* in ſingulari libro, quem inſcripſit *Deus Synagogæ*, graviter reprehenſus & blasphemiarum ac Socinismi poſtulatus eſt, ſuffragante *Martino* *Schoo-*

(b) Nam ex iis, quæ num. 10. dicentur, patebit, Menaſſem an. 1656, adhuc ſuperſtitem in Anglia vixiſſe.

Schoockio in *Vorſtio Redivivo*: quæ quidem crimina a ſe amoliri conatus eſt, ut apparet ex Vindiciis Amſtelod. 1636. editis & epiſtola ejus *Præſtantium & eruditorum Virorum epiſtolis inſerta* p. 674. 675. 678. 679. Atque hæc controverſia gravem illi morbum conciliaſſe viſa eſt *Gerh. Io. Voſſio* in iisdem epiſtolis p. 796. Vide plura de hoc negotio apud *Sorberium* in *Sorberianis* p. 37. ſq. *Pet. Baelium* in Dictionario Hiſtorico-Crit. Tom. I. p. 480. not. D. & *Gisb. Voëtium* Diſpp. Select. Tom. I. p. 1156. Ex noſtratibus quoque hanc Barlæi impotentiam ex merito caſtigarunt B. *Abrah. Calovius* Tomo I. Syſtematis Theolog. p. 179. *Io. Conr. Danhauerus* Myſterio Syncretiſmi p. 62. & *Io. Bened. Carpzovius* ad Schickardi Bechinath Happeruſchim p. 340. Habuit is domi ſuæ officinam Typographicam, ex qua & ſua & aliorum ſcripta in lucem protulit; ſucceſſorem in hac opera filium *Samuelem* nactus. Ipſius ſcripta partim Hiſpanica, partim Latina Lingua exarata exſtant, ex quibus tamen Latina non tam ab ipſo, quam Chriſtianis, quos ſibi familiares habuit, repetenda erunt, ſi *Sorberio* credimus, p. 125. Sorberianorum affirmanti, eum latine non adeo ſciviſſe, ut vel ſcribere vel expedite loqui potuerit. Ceterum ſcripta ejus Hiſpanica hæc ſunt

1) *Conciliator*, ſive *de convenientia locorum S. Scripturæ, quæ pugnare inter ſe videntur, opus ex vetuſtis & recentioribus omnibus Rabbinis, magna induſtria ac fide congeſtum.* Hujus Pars I. ad Pentateuchum ſolum pertinens, hiſpanice primum *Francof.* ut titulus fert, re autem vera *Amſt.* prodiit 1632. 4. cujus verſio Latina prodiit *Amſt.* 1633. 4. illius auctor in præf. hæc monet: *Ceterum necubi fidem meam deſideres, præmoneo te, in Hiſpanico opere, unde hæc tranſtuli, occurriſſe quædam duriora Chriſtianis auribus, aut minoris momenti, quæ non ignaro auctore omiſerim.* Scilicet præter triginta quæſtiones, quas Hiſpanicum exemplum plures exhibet, quam Latinum, Interpres id ſibi ſumſit, ut contextum Hiſpanicum pro lubitu contraheret, ſenſus magis quam verborum ratione habita, nonnunquam etiam nonnulla, licet pauca & raro inſereret, id quod aliquando, ſi Deo viſum fuerit, manifeſtum faciemus, ubi & triginta illas quæſtiones, quæ in Latina verſ. deſiderantur, quamvis levioris ſint momenti, & reliquas Conciliatoris Partes latine converſas exhibebimus. Ceterum Latina illa verſio eſt *Dionyſ. Voſſii*, quam tamen fruſtra in notis ejus ad Maimonidis librum de Idololatria, in quibus eam exſtare ſcribit Bartoloccius, requiras: ſicut & *Nic. Antonius*, Scriptor alioquin diligentiſſimus, minus, præter morem, accuratus eſt, quando Tomo II. Bibl. Hiſp. Novæ p. 102. hæc habet: *cujus operis* (*loquitur* de Conciliatore

Digitized by Google

re in Pentateuchum) *meminit Iſaacus Voſſius Gerb. Joannis filius, in notis ad Maimonidis librum de idololatria, refertque, Dionyſ. Voſſium fratrem id opus convertiſſe in Latinum.* (c) *Io. à Lent* in Moderna Theologia Judaica p. 150. Conciliatorem in Exodum citans, ait, ſe eum vidiſſe nuper notis & annotatiunculis MSS. *Brenii* illuſtratum.

Conciliatoris Pars II. ad Prophetas priores, Joſuam libb. Samuelis & Regum pertinens hiſpanice cum additionibus ad Partem I. Amſtelod. 441. C. 1681. 4.

Pars III. in Prophetas poſteriores cum acceſſionibus ad Partem II.

Pars IV. in Hagiographa & reliquos Scripturæ S. libros.

De Conciliatore hoc ſequens invenio B. *Jo. Mulleri* judicium in epiſtola ad Jo. Buxtorfium, quæ in V. C. J. Buxtorfii Catalectis Theologico-Philolog. p. 444. legitur, his verbis: *Quæ judicas de ſcriptis Men. ben Iſrael, omnino ita ſe habent, & latet utique in illis virus Judaicum, id quod puto, Hollandos quoque animadvertere, unde factum, ut auctor ille Conciliatorem Propheticum in Hiſp. L. ediderit, cum tamen in Latina Moſaicum conſcripſerit* Scilicet non viderat Vir doctus edit. Hiſpanicam, quæ verſione Latina prior vulgata erat. Idem in præf. ad Judaismum detectum recte monet, ſcripta *Menaſſis* nihil aliud eſſe, quam confutationem Chriſtianismi & confirmationem Judaismi, ſicut & idem in ipſo Iudaismo Menaſſen ſæpe confutat. Ceteroquin negari non poteſt, ſi ab hypotheſibus Judaicis, quas propinat legentibus, receſſeris, commentationem hanc, ut ceteras omnes, inſignem lectionis, Iudaicorum potiſſimum Scriptorum, quos in compendio fere exhibet, copiam & variæ doctrinæ apparatum exhibere. Unde & *Theoph. Spizelius* in *Elevatione relationis Montezinianæ* eum p. 13. Hebræorum ſui ævi doctiſſimum vocat, & alibi modeſtia ac laudabili Scripturas V. T. explicandi ſtudio præditum eſſe ait, cui eruditi id tribuant, ut illum inter Iudæos ineptire deſiiſſe affirment. *Hugo Grotius* quoque in ep. ad ipſum Menaſſen exarata, quæ exſtat inter ceteras ejus epp. 1687. fol. editas p. 564. profitetur, ſe ſcripta ejus non ſolum cum ſumma utilitate legere, ſed etiam aliis commendare.

2) *Biblia Hiſpanica* a variis Judæis olim verſa & *Ferraræ* ac *CPoli* edita recudi ipſe apud *Gillis Jooſt* curavit Amſtelod. 390. C. 1630.

3) *Pentateuchi Hebr.* verſionem Hiſpanicam novam ipſe fecit ediditque

(c) Ipſe enim *Dionyſ. Voſſius* illum Maimonidæ de idololatria tractatum lat. converſum cum notis ſuis edidit, adeoque *Iſaacus* frater in illis notis ejus non potuit meminiſſe. Scilicet ipſe *Dionyſius Voſſ.* ſe latinum Interpretem profitetur in notis ad cap. I. §. 8.

Digitized by Google

que *Amſtelod.* A. C. 1646. 8. in cujus præfatione reliquorum quoque librorum interpretationem promittit, quæ tamen, quod ſciam, non ſecuta eſt. Verſio illa exhibet ſimul *Haphtharoth* ſeu lectiones Propheticas, notas marginales & paraphraſin auctoris. Bartoloccius non audiendus eſt, quando ejus comm. in Biblia Hiſpanica memorat. De quadruplici Bibliorum Hebr. editione dicam inferius n. 25.

4) *Teſouro dos Dinim* i. e. *Theſaurum rituum* lingua Luſitanica in quatuor partes diſtinctum *Amſtelod.* protulit, ita ut partes priores tres an: 405. C. 1645. 8. quarta vero ſeorſim an. 407. 8. prodiret, dignus ſane liber, qui latine converteretur. Siſtitur ibi compendium totius Miſchnæ atque adeo inſtituta Judæorum in univerſum exponuntur, eo, ut videtur, conſilio, ut Buxtorfii Synagoga Judaica ſubinde notaretur.

5) *Economia, que contiene todo lo que toca al matrimonio y dinim de las mugeres, Hyos, Siervos, bienes* i. e. Oeconomia comprehendens omnia quæ ad matrimonia, & officia ſ. ritus feminarum, liberorum, ſervorum & bonorum pertinent, quem librum Hiſpan. tanquam a priori diſtinctum recenſet poſt Bartoloccium V. C. *Jac. Basnage* Tomo V. Hiſt. Jud. p. 2099. ſed neuter monet, quo anno lucem viderit.

6) *Panegyricum* Reginæ Sueciæ & *Orationem Gratulatoriam* ad Principem Aurelianenſem, item *lapidem pretioſum* ſive *de Statua Neeucadnezaris* in Daniele memorata hiſpanice ab eo edita teſtatur Bartoloccius, additque in præfatione tractatum de LXX. hebdomadibus Danielis promitti.

7) *Phocylidem* Hiſpanico carmine expreſſum & notis illuſtratum inter MSS. ejus recenſet *Theoph. Spizelius* in Sacris Bibliothecarum Arcanis Retectis p. 383. ipſe vero Menaſſe in præf. ad Partem II. Conciliatoris in libb. Hiſtoricos, notas ſuas in Poetam illum commemorat, easque typis nunc exſcribi teſtatur, quas tamen non prodiiſſe patet ex eo, quod a *Dan. Levi de Barrios* in vita *Iſaaci Uſielis* p. 47. inter ejus ἀνέκδοτα numerentur. Forte itaque idem cum *Iſaaco Voſſio* cap. V. de Oraculis Sybillinis exiſtimavit, carmina hæc eſſe vetuſtiſſimi Scriptoris Judæi, quam tamen ſententiam ut veri minus ſimilem recte improbat Celeb. *Jo. Albertus Fabricius* in Biblioth. Græc. lib. II. p. 437.

8) *Piedra glorioſa de la Eſtatua de Nebucadnezar* i. e. lapis glorioſus ſtatuæ Nebucadnezaris, *Amſt.* 5414. C. 1654. 8. quo potiora Danielis loca exponuntur.

9) *De reſurrectione Mortuorum* libb. tres Hiſp. ubi de immortalitate animæ & reſurrectione mortuorum contra Sadducæos, ut & de cauſis reſur-

Digitized by Google

ſurrectionis, extremo judicio & renovando mundo agitur. *Amſtelod.* 396. C. 1636. 12. quo ipſo anno idem ſcriptum Latine prodiit ibidem in 8. unde non audiendus eſt Bartoloc. qui latine ab auctore ſcriptum profitetur.

10) *De fragilitate Humana* ex lapſu Adami, deque divino in bono opere auxilio hiſpanice *Amſtelod.* 1642. 4. & Latine eodem anno ibid. 8. ubi potiſſimum de peccato Originali diſputatur.

11) *Spes Iſraelis.* ex *Jerem.* XIV. 8. *Amſtelod.* 1650. 8. *Hiſpanice,* hinc latine eodem anno in 8. prodiit. Auctor occaſione relationis *Antonii Montezini*, quæ in limine ipſius libri tota exſtat, probare conatur, decem tribus Iſraelis in variis regionibus, præcipue vero in America & juxta fluvium Sabbationem adhuc latere ſuis legibus viventes, nec rediiſſe unquam ad Templum II. ſub imminentem Meſſiæ Regis adventum in patriam aliquando reverſuras. Hunc libellum dedicaverat is Parlamento Anglicano, cujus adſeſſor quidam E. S. *Middelſex* nomine Conſeſſus gratias egit Menaſſæ ſingulari epiſtola, Londini 1650. edita, in qua Scriptorem fratrem ſuum chariſſimum appellat. Vide hanc in rem Coronidem Philologicam *Theophili Spizelii* Arcanis Bibliothecarum Sacris retectis additam p. 382. & *Pantheon Anabaptiſticum & Enthuſiaſticum* Parte II. libro III. p. 234. ſq. ubi exſtat relatio de receptis in Angliam Judæis ex Anglico germanice converſa. Ex ea quoque intelligitur Menaſſen ipſum 1656. in Angliam profectum civium ſuorum cauſam egiſſe, quod cum intelligerent Batavi, conſultum illi putarunt, Judæorum privilegia jam conceſſa amplificare & augere. Ceterum liber iſte *Menaſſe* eodem anno anglice a *Moſe Wall* converſus prodiit, exſtat vero etiam *hebraice* Amſtelod. 1698. 16. & *germanice*, literis Rabbinicis ibid. 1691. 8. cura *Chajim fil. Jacob*, qui ait, ſe in verſione hac elaboranda uſum eſſe opera *Mardochai f. Moſche* & R. *Elijakim* f. *Jacob* qui verſionem illam recognoverit. *Hiſpanice* quoque prodiit *Smirna* 5419. C. 1659. 12. ex officina *Jedidja* fil. *Iſaaci Gabbai*, teſte *Bartoloc.* in addendis ad Tom. III. p. 941. a. Poſt eum multi alii ex Judæis ſvavia hæc ſomnia tanquam demonſtratas veritates obtrudere aliis auſi ſunt, quemadmodum viciſſim ex recte ſentientibus plures hanc fabulam confutarunt, inter quos eminet *Theoph. Spizelius* in *Elevatione relationis Montezinianæ de repertis in America Tribubus Iſraeliticis, & discuſſione argumentorum pro origine gentium Americanarum Iſraelitica a Menaſſe ben Iſraël in Spe Iſraelis conquiſitorum.* Baſileæ 1661. 8.

12) *Problemata XXX. de Creatione* Amſtelod. 1635. 8. Latine: illa cum

cum caſtigationibus MSS. Viri docti, fuerunt in Biblioth. *Gvil. Anslarii* vide ejus Catalogum p. 186.

13) *De Termino vitæ* libri tres Lat. quorum I. oſtendit, eſſe certum vitæ terminum, II. disquirit, fixusne ille ſit an mobilis III. præſcientiam divinam cum libero hominis arbitrio conciliat. Inſcriptio hebraica effertur צְרוֹר הַחַיִּים *faſciculus* vitæ, ex 1. Sam. 25. 29.

14) Hebraice ſcripſit סֵפֶר פְּנֵי רַבָּה (d) *librum aſpectuum magnum* i. e. Indicem omnium Scripturæ S. totius locorum, quæ in Medraſch Rabba explicantur ſecundum ordinem libb. Bibl. diſpoſitum una cum Indice Reali alphabetico in fine, qui oſtendit ubi locorum in Medraſch Rabba ſuper 5. Megilloth de Patriarchis v. c. de Adamo primo &c. agatur. Abit Index in 2. partes, quarum prior loca Biblica in Rabboth ſuper Pentateuchum, poſterior loca Biblica in Rabboth ſuper Megilloth explicata recenſet, additis foliis *Rabboth*. *Amſtelod.* 388. C. 1628. 4. & 438. C. 1678. Hunc librum Hiſpanice editum ſcribit Spizelius in Coronide Philologica citata p. 380. minus recte. Bartoloccius vero tribuit R. *Menaſſæ ben Joſeph ben Iſrael*, tanquam a Menaſſe ben Iſraël diſtincto, qui tamen idem eſt; ſicut & ipſe iterum noſtro huic adſcribit.

15) סוֹד יְשָׁרִים *ſecretum rectorum*, ubi de arcanis naturæ ſ. Magia Naturali ex Chriſtianorum ſcriptis, v. c. *Portæ* & aliorum exponitur, noſtro tribuit Bartoloccius, neſcio qua fide, cum ש״י tanquam ἀνώνυμον recenſeat, Plantavitius vero *Jehudæ Mutinati* adſcribat: prod. is *Veronæ* 407. & recuſus eſt *Amſtel.* 409. C. 1649. Forte ex officina *Menaſſæ* editus eſt, ut conjecturam fecerit Bartoloccius, ipſum ejus eſſe Scriptorem.

16) נִשְׁמַת חַיִּים *Spiraculum vitæ*, ex *Geneſ.* II. i. e. libri IV. *de Immortalitate Animæ* Ferdinando III. Imperatori dedicati, & in capita 117. diſtincti. Liber I. exponit de anima tanquam ſubſtantia ſpirituali divina, præmiis ejus & pœna in inferno exſpectanda. II. de natura & origine animæ a Deo creatæ, ſede ejus & facultatibus, ſeparatione a corpore, Angelo mortis, luctu & funeribus &c. qua occaſione Philoſophi veteres varii confutantur. III. animæ immortalitatem variis rationibus adſtruit, eademque occaſione dæmonas ſeu Spiritus malos eſſe ex ratione probat, præterea vero de Magia & veneficiis, ut & de ſomniis eorumque interpretatione commentatur. IV. eadem immortalitas amplius demon-

(d) Tituli rationem hanc ipſe reddit, quod ex hoc libro פנימיות i. e. interiora τῶν *Rabboth* perſpiciantur.

Digitized by Google

demonſtratur, præterea vero *μετεμψύχωσις* vano quidem ſed operoſo conatu defenditur. *Amſtelod.* 412. C. 1652. 4. hebraice, ſed cum titulo & Indice partim Hebr. partim Latino ut & Latina Dedicatione.

17) שָׂפָה בְרוּרָה *labium purum* ex *Zephan.* III. 9. Grammatica Hebræa, quam affectam ſe habere profitetur ipſe in præf. ad Partem I Conciliatoris, ſicut & in Parte II. teſtatur, ſe in ea elaboranda inde ab anno ætatis 17. verſatum eſſe, eamque MS. manibus legentium teri. Eandem allegat in Parte I. Conciliatoris p. 80. ed. Lat.

18) *Logicam* ſcripſiſſe auctor eſt *Hottingerus*, neſcio quo auctore in Bibl. Orient. p. 47. qui ibidem p. 28. ejusdem tractatum *de timore Dei* laudat.

19) Singularem *de Angelis* tractatum ſuum laudare videtur p. 93. Problem. de Creatione.

20) מִשְׁנָיוֹת ab eodem cum notis editas eſſe ſcribit Nic. Antonii B. Nov. Hiſp. T. II. p. 102. ut & *Pſalterium* in 32. ex ejus interpretatione.

21) Unum quoque & alterum tractatum *anglice* in Anglia edidiſſe teſtis eſt *Spizelius* l. c. p. 381. poſtquam eo paulo ante obitum honorifice amiciſſime a *Cromwello*, quod teſtasur Dan. Levi de Barrios in Vita *Iſaaci Uſielis* p. 46. opibus Iudæorum inhiante per literas cum familia & principibus mercatoribus Judæis evocaretur. Sed non recenſet ille ullum nominatim: pertinet vero huc *Apologia pro Iudæis* anglice ſcripta, qua criminationes quasdam de azymis Judæorum ſanguine Chriſtianorum rigatis, de idololatrico cultu Voluminis Legis, de conviciis in Chriſtum & Chriſtianos conjectis, de blasphemiis, fraudibus & inſidiis, quibus alios ad ſacra ſua deducant, de damno commerciis inferri ſolitis &c. dispellere conatur. Prodiit hic liber *Londini* 1656. recuſus vero haud ita pridem eſt in Collectione opuſculorum quorundam variorum Anglicanorum ſub tit: *Phœnicis* edita Lond. 1707. 8. in cujus Volumine II. n. XXIV. exſtat. Prodiit eodem tempore in Anglia Apologia pro Judæis Hiſpanice exarata ſub nomine *Eduardi Nicholas* (e) qui Judæum ſe eſſe negat, ſtylo vero & ſententia Judaismum ſuum prodit, ſi credimus V. C. *Iacob Basnage* Tom. V. Hiſt. Judaic. p. 1849.

Fffff 3 21)

(e) Prodiit *Smyrnæ* in 12. circa annum C. 1659. per R. *Jedidjam ben R Iſaac Babbai*, teſte Bartolocc. in addend. ad Tom. III. p. 941. quæ repetita videtur eſſe editio. De ſimili ſcripto pro Judæis apologetico dicemus infra ſub *Iſaaco Cardoſo*.

22) Ipſe in præfatione ad Partem II. Conciliatoris in libb. Hiſtoricos ſcribit, ſe reſpondiſſe ad 150. & amplius eruditorum epiſtolas de variis dubiis, & ex Typographia ſua edidiſſe *tria Biblia Hebræa* (intelligit ea, quæ prodierunt 1) 1635.4.2.vol. 2) 1639.8. 3) ſine punctis eodem anno & iisdem literis, ſicut & jam 1631. aliam editionem ſine punctis curaverat) *tres Pentateuchos Hebræos* (unus prodiit cum Triplici Targum *Amſtelod.* 400.4.) & unum *Hiſpanicum* cum notis marginalibus, de quo ſupra diximus. Addit habere ſe ſub manibus librum *de divinitate Legis Moſaicæ*, hiſtoriam Heroicam, ſive continuationem Joſephi ad ſuam usque ætatem, & notas in auctorem perpetuas. Teſtatur quoque conciones ſuas, anno ætatis 15. elaboratas, maxime aliis placuiſſe. In libro de Termino vitæ p. 236. quædam in Arabicis promittit. Hinc eſt, quod *Spizelius* l. c. p. 382. ſq. & ex eo Bartoloccius inter ſcripta, quæ moriens imperfecta reliquerit noſter, numerent *Grammat. Hebr.* cum novis obſſ. 2) *Nomenclatorem Hebræo-Arabicum.* 3) Tract. *de Scientia Talmudiſtarum in omnibus diſciplinis.* 4) *Philoſophiam Rabbinicam.* 5) *Hiſtoriam Iudaicam* ſive Continuationem Flavii Joſephi. 6) *Faſciculum epiſtolarum* 200. ad orbis literatisſimos. 7) Tract. *de divinitate & auctoritate Legis Moſis.* 8) *Bibliothecam Rabbinicam* cum argumentis, editt. & judiciis de ſingulis, (quo apparatu ſe ad elaborandam Bibliothecam Orientalem uſum eſſe fatetur *Jo. Henr. Hottingerus.*) 9) *Defenſionem Latinam Talmudis Babylonici.* 10) *Homilias* 450, Hiſpanicas (350. ipſe numerat in præf. ad partem II. Conciliatoris. 11) *Phocylidem hiſp. translatum.* Præter hæc *ἀνέκδοτα* video a Dan. Levi de Barrios in Vita Iſaaci Uſielis p. 48. recenſeri ejusdem 11) tr. de neceſſitate traditionis. 12.) preces ſupplices ad Cromvvellum & 13) Orationem ad Principem Aurelianenſ. *Genero ſuo* (ita pergit Spizelius) *licet librorum parum amanti, Menaſſe theſaurum MSS. Rabbinicorum 10000. florenorum Batav. teſtamento legavit. Inter reliquias ejus fuit Targum Arabicum MS. in Thora: Biur item MS. in pergam. ſuper Ralbag de anima: Pars I, theſauri de moribus Judaicis hodiernis. & tract. Latinus, cui tit.* Liber unus de charitate & benevolentia Chriſtianis erga Judæos habenda ab Evangelica Lege extractus. *Cujus tamen an Menaſſe auctor ſit non ſatis conſtat. Denique in Anglia adhuc ſupereſſe ajunt arma ejus funeſtiſſima, æternisque tenebris ſepelienda, quæ tandem in CHRISTUM ſuosque voluit convertere, & directe quidem, quod antea indirecte fecerat.* Forte hic eſt ille liber Luſitanicus, Judæorum exceptiones contra religionem Chriſtianam comprehendens, quem *Rich. Kidderus* in præfat. ad partem II. Demonſtr. Meſ-

ſiæ

ſiæ ſcribit *Cudworthum a Menaſſe ben Iſrael* (quem *Kidderus* ſuſpicatur fuiſſe auctorem) accepiſſe. Eum laudatus Kidderus paſſim confutat.

Miror, hic non fieri mentionem tractatus, *de Rabbinorum ac Talmudis allegoriis*, de quibus ſe ſeorſim acturum recepit in tr. de Reſurrectione mortuorum p. 225. lib. II. c. 19 niſi ille ſub *Defenſione Talmudis* ſit intelligendus.

Lege de noſtro *Nic. Antonii* Bibl. Hiſpan. Novam Tomo II. p. 101. ſq. & Append. p. 309. *Theoph. Spizelium* in Coronide Philologica Arcanis Sacris Bibliothecarum retectis addita p. 380. ſqq. V. C. *Jac. Basnage* Tomo V. Hiſtor. Iudaicæ p. 1097. ſqq. & *Dan. Levi de Barrios* in Relatione (Hiſpanica) de Poetis & Scriptoribus Hiſpan. Judæis Amſtelod. itemque in Vita Iſ. Uſielis, p. 48. ſq.

מסיר דוד MESSER DAVID, vide ſupra poſt דוד ברולי.

מסיר וידאל MESSER VIDAL vide DAVID VIDAL.

מסיר ליאן MESSER LEO vide ſupra יהודה.

ר' מענדל אבי גדורש vide ſupra R. *Jeſaia Menachem ben R. Iſaac*.

1464 מענדלין פאס MANRELIN PAS, Archiſynagogus Francofurt. ac Poſnanienſis ob. 427. C. 1667. cujus varia eruditio valde laudatur in *Zemach David* continuato p. 47-a.

מערקיל בן יחיאל vide ſupra *Mordechai Marckel ben Jechiel*.

1465 מר בר רב אשי MOR bar RAV ASCHE, Præſes Academiæ Soranæ per tredecim annos usque ad an. 4228. C. 468. quo obiit. Dictus is vulgo fuit טב יומי ſi. e. *bonorum dierum*, quia quoad ille rebus præfuit, feliciter omnia ceſſerunt Iſraelitis, ut ait *Iuchaſin* p. 93. *Abrah. ben Dior* p. 62. Cabbalæ & *Ganz* ad an. 4215.

1466 מרדכי MARDOCHÆUS, ex hiſtoria ſacra notus, qui *Eſther* IX. 20. dicitur res contra Hamanem geſtas deſcripſiſſe, & epiſtolas de celebrando in rei memoriam feſto exaraſſe. Priorem illam deſcriptionem interpretantur nonnulli de ipſo libro Eſther, qui supereſt: de quo ſuo loco dicemus. *Juchaſin* p. 13. tradit, Mardochæum quadringentos annos ætate ſuperaſſe, ac 70. linguas calluiſſe, & in *Miſchna* dici *Petachiam*, quaſi *aperientem*.

ר

1467 ר׳ מרדכי בן אברהם R. MARDOCHAI fil. *Abraham*, qui vocatur etiam *Mardochai Cappelman* ſcr. comment. in preces Judæorum. v. inter Anonymos ſub תפלות.

ר׳ מרדכי בן אברהם יפה vide infra R. *Mordechai Iaphe*.

1468 מרדכי מאיזנשטאדט MORDECHAI EISENSTADENSIS, *Germanus*, qui ſe Prophetam primum, hinc Meſſiam venditavit, abiitque in Italiam, ubi Judæi Itali eum pro tali agnoverunt, hinc vero ex Italia in Germaniam inde in Poloniam migravit. Vide epiſtolam Judæi cujusdam hebr. & Latinam in V. C. *Jo. Buxtorfii* Catalectis Theologico-Philologg. p. 361. ſq. de ipſo exponentem, qui ipſe fatetur, hominem fuiſſe ineptiſſimum & nequiſſimum. Confer *Jo. a Lent* Schediasma de Judæorum Pſeudo-Meſſiis p. 79. & 104. & *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilii* Peram Juvenilium librorum Tom. II. p. 128. itemque *Io. Andr. Eiſenmengerum* Parte II. Judaismi Detecti p. 667.

1469 ר׳ מרדכי אלאטרינו R. MORDECHAI ALATRINO vulgo *Angelus Alatrinus*, cujus opera preces quædam R. *Bechaji* &c. Hebr. & italice editæ ſunt, *Venet.* 1628. 8. ſub tit. *L' Angelica Tromba* &c. cum quibusdam ipſius carminibus ſacris.

1470 ר׳ מרדכי בן אליעזר בומטיאנו R. MORDECHAI fil. *Eleaſer Bomtiano* commentarium ſcripſit in R. *Aben Eſræ* librum סוד מורא quem Bartoloccius MS. in B. Vatic. n. 105. exſtare ſcribit. Auctor hic vocandus erat R. *Mordechai fil. Elieſer Comtino.* Vide quæ ſcripſimus ſupra ſub R. *Abraham ben Meir Aben Eſra.* Non dubito, hunc eſſe cujus tract. de circumciſione MS. memoratur inter Codd. Warnerianos in Catal. B. Leidenſ. p. 288. ſub nomine *Mordechai Cuatino* pro *Comtino.* Conf. infra Mordechai כאמטינו.

1471 ר׳ מרדכי בן אליעזר יונה לבוב R. MORDECHAI fil. ELIESER *Iona Lebub* (f) ſcripſit

פְּתִיל תְּכֵלֶת *filum hyacinthinum*, ex *Num.* XV. 38. i. e. comment.

(f) Hoc eſt, ut puto, *Leopoli Ruſſorum* oriundus; hanc enim urbem ita appellant Judæi.

Digitized by Google

ment. ſuper tres Paraſchas קריאת שמע cum omnibus veterum dictis huc pertinentibus, ſecundum tria momenta & capita diſpoſitus, quorum I. eſt de amore Dei, II. de fugiendo opum ſtudio, III. de calamitatibus exponit, ad mentem dicti: *quem Deus amat, eum caſtigat*, ex *Prov.* III. 12. *Prag.* 378. C. 1618. 4. Idem commentatus eſt in legem & in עין יעקב.

ר׳ מרדכי בן אריה ליב R. MARDOCHAI 1472
fil. ARIE LÖW, cujus eſt

מקוה ישראל *congregatio Iſraelis*, quem libellum dialecto Judaico Germanica ſcriptum appendicis inſtar addidit libro R. *Davidis Lida*, Archiſynagogi *Amſtelodam.* de Circumciſione, ſub titulo סוד יהוה *Berolini* 470. C. 1710. 4. edito. *Mordechai* noſter illa ſcriptione ſua oſtendit, quid obſervandum ſit illi, qui circumcidendi artem exercet, tum vero etiam, quæ medicinæ adhibendæ ſint puero circumciſo & puerperæ. Titulum hunc libro fecit, eo quod מקוה ישראל per Gematriam reſpondet vocibus ברית מילה præterea vero vox מילה prodit ex vocibus מקוה ישראל, ſiquidem literæ harum vocum initiales מ & י cum finalibus ל & ה conjungantur. Ipſe vero *Davidis* liber סוד יְהוָה i. e. *arcanum Dei*, ex Pſ. XXV. 14. itidem cabbaliſtice exponit de circumciſione, ejusque ritibus & interiore ratione, cui ipſe auctor addidit ab utroque latere expoſitionem ſub tit. שַׁרְבִיט הַזָּהָב *ſceptrum aureum*, ex *Eſth.* V. 2. huic a *Mardochæo* ſubſternitur itidem expoſitio vernacula ſub eodem, quem appendici fecit titulo, מקוה ישראל.

מרדכי בן הלל R. MORDECHAI fil. HILLEL, Au- 1473
ſtria Germanus, diſcipulus *Alphesii*, gener *Jechielis Pariſini*, quod ipſe ad *Erubbin* capite VII. profitetur, diſcipulus R. *Moſis Cotſenſis*, & R. *Meir ben Baruch*, & affinis R. *Iſaac Corbelenſis*, teſte *Schalſcheleth* p. 58. h. floruit an. 5046. C. 1286. & teſte *Schalſcheleth* & *Ganz* an 5070. C. 1310. Norimbergæ ob ſanctificationem nominis Divini, i. e. religionis cauſa trucidatus eſt. Bartoloccius id ob uſum Cabbalæ Practicæ ipſi eveniſſe, neſcio quo argumento ductus, ſuſpicatur. Scripſit is in *Alphesii* Opus, atque adeo in totum corpus Talmudicum, qui commentarius ex ejus nomine vocari ſolet ſimpliciter

Digitized by Google

מָרְדְּכַי *Mordechai*, quomodo vocatur *Ganzio* l. c. vel מָרְדְּכַי הָאָרוֹךְ *Mordechai diffuſus*, vel מָרְדְּכַי גָּדוֹל *Mordechai magnus*, ſecundum ש״י ad differentiam ſcilicet compendii ex eo facti, quod vocatur קִצּוּר מָרְדְּכַי *compendium Mordechai* quod a *Ioſua Boaz* מברוך elaboratum prodiit *Cremonæ* 317. C. 1557. fol. & 8. Unde cauſa non erat, cur dubitaret Bartoloccius, an ejusmodi compendium exſtet, quod Buxtorfius ipſi ex titulo *Mordechai magni* affirmaſſe tantum videbatur. Ceterum ipſum opus *Mordechai* complectitur inſtituta & ritus omnes ex toto *Talmud, Gemara, Raſchi & Toſephoth* ſecundum ordinem *Alpheſi* collectos, & obſervationibus illuſtratos, quas ex diverſorum Rabbinorum ſpeciatimque novem ſententiis compilaverat, quos ex Codice Vatic. MS. fol. ita recenſet Bartoloccius: R. *Meir bar Baruch* (hic fuit noſtri præceptor) *R. Ioel Levita, R. Iſaac bar Aſcher, R. Iſaac bar Abraham, R. Abraham bar Ioel, R. Sam. bar Tobiæ, R. Sam. bar Meir, R. Abraham bar David & R. Eleaſar bar Nachman.* Prodiit aliquoties cum ipſo *Alpheſii* opere, de quo ſuo loco, tum vero ſeorſim *Venetiis*, itemque cum סִימָנֵי מָרְדְּכַי cum novellis obſervationibus R. *Niſſim* & Indice omnium inſtitutorum R. *Ioſephi Otling* (אוטלינג) *Rivæ Trid.* 319. C. 1559. fol. *Plantavitius* n. 479. memorat סִימָנֵי מָרְדְּכַי tanquam librum ſingularem, eumque ait editum *Rivæ Trid.* & nominari in *Venet. & Prag.* Catalogo, ſed nullibi argumentum declarari. Ex dictis facile intelligitur, quid ſtatui debeat.

Denique *Cracov.* 358. C. 1598. cum animadverſionibus R. *Moſis Tiktin.* Egregius Codex MS. *Mordechai* exſtat in B. Oppenheimeri fol.

2) הִלְכוֹת שְׁחִיטָה *de ritibus mactationis* & rebus quibusdam licitis & illicitis rhythmice: *Venet.* 8. anno neſcio quo, quem non obſervavit ש״י. Librum ipſum etiam memorat *Schalſcheleth* l. c.

Denique notari par eſt, noſtrum hunc ſolere appellari ſimpliciter R *Mordechai*, vel *Mordechai Auſtriacum*, ſine facta Patris mentione, cui *Hillelis* nomen fuiſſe ipſe, teſte *Schalſcheleth*, profeſſus eſt in lib. de ritibus mactationis, unde & in *Iuchaſin* l. c. & ש״י ita appellatur.

R. Mardochai *Halai*, de quo mox, videtur auctori *Schalſcheleth* a noſtro non diſtinguendus.

1474 ר׳ מרדכי גומפרכט R. MORDECHAI GUMPRECHT

Digitized by Google

RECHT, frater R. *Nathan Neta ben Moſe*, ſub quo nomine vide quæ ſcribentur.

ר׳ מרדכי גינצבורג R. MORDECHAI GENZBURG, Archiſynagogus Briſcenſis in Lithuania, ob. an. 448. C. 1688. v. *Zemach David* continuatum p. 48. b. 1475

ר׳ מרדכי דאטו R. MORDECHAI DATO ſcr. 1476

מִגְדַּל דָּוִד *turris David*, ex *Cantic.* IV. 4. citatur in *Schalſcheleth* p. 47. a. ex quo loco recte conficit Bartoloccius, in eo libro actum fuiſſe de tempore adventus Meſſiæ a Daniele capite ultimo indicato. Nam & ש״י teſtatur ibi exponi de exilio & Meſſia, atque adeo liberatione, quam Judæi adhuc exſpectant: imo R. *Aſarias in Meor Enajim* lib. III. c. 43. p. 139. a. ſcribit, librum illum nomine fratris ſui ab auctore inſcriptum oſtendere, ſpem liberationis imminere Judæis anno 335. C. 1575. quod etiam *Hottingerus* p. 18. B. Orient. ex illo Aſariæ loco, ut ſuſpicor, retulit.

מרדכי הירש vide infra R. *Mordechai ben Naphthali.*

ר׳ מרדכי בן הלאי R. MORDECHAI fil. HALAI 1477

qui vixit an. 5046. C. 1286. Trecis (טרוים) ut patet ex Maimonide Hilchoth אישות cap. 23. quem quidem *Schalſcheleth* non putat diſtinctum a R. *Mordechai ben Hillel*, de quo paulo ante.

ר׳ מרדכי בן יהוספרה R. MORDECHAI ben JEHOSAPHA ſcr. 1478

מַחֲזִיק אֱמוּנָה *confirmans fidem*, quem titulum libri cum auctoris nomine memorat ש״י argumento diſſimulato. Non dubito, eundem eſſe, quem Bartoloccius ut ἀνώνυμον affert, aitque complecti diſputationem Judæi adverſus Chriſtianos. In Theatro Anonymorum Placciano p. 705. idem ſuſpicatur *Groddeckius*, qui tamen nomen effert R *Mardochai fil: Joſaphath*, procul dubio ideo, quod in ש״י nomen יהוספרה, tanquam alias inter Judæos non obvium, corruptum ei viſum eſt: cum tamen non ſolum in opere ipſo ſed & in Indice alphabetico ita ſcribatur, non putem, hic ſubeſſe mendum, ne dicam, majorem eſſe inter יהוספרה & יהושפט ſcriptionis differentiam, quam ut tam facile confundi utraque vox potuerit.

Digitized by Google

1479 ר׳ מרדכי בן יוסף R. MORDECHAI ben JOSEPH, Judæus Avenionenſis, de quo vide *Scheveth Jebuda* p. 416. edit. Lat. ad an. 5179. C. 1419.

1480 ר׳ מרדכי בר יחיאל לוריה R. MORDECHAI fil. JECHIEL *Luria*, ſcr.

פירוש המלות comm. in voces Targum quinque Megilloth & Chaldaicas Danielis & Eſræ. *Cracov.* 340. C. 1580. 4.

1481 ר׳ מרדכי בן יעקב R. MORDECHAI fil. JACOB ed. *Proverbia Salomonis* cum comment. Germ. *Cracov.* 342. C. 1582, 4. ut & *Jobum* eodem modo illuſtratum. *Prag.* 357. C. 1597. 3.

1482 ר׳ מרדכי יפה MORDECHAI JAPHE i. e. *Pulcher*, fil. *Abraham Pragenſis*, Princeps Synagogarum *Poſnanienſis*, *Lublinenſis* & *Cremnizenſis*, ac tandem *Pragenſis*, floruit an. 352. C. 1592. teſte Ganzio ad hunc annum obiitque A. C. 1611. in Polonia, quod teſtatur V. C. *Jacobus Basnage* Tom. V. Hiſtor. Judaicæ p. 2074. Scripſit

לבוש מלכות *veſtimentum Regium*, ex *Eſther* VIII. 15. opus in decem partes, quæ ſingulæ a לבוש *veſtimento* nomen habent, diſtinctum, quarum quinque priores rituales ſunt, comprehendentes inſtituta omnia ſecundum ordinem *Schülchan Aruch* diſpoſita & ex ipſo *Schülchan* R. *Joſ. Karo* & R. *Moſe Iſarles* collecta, additis ſingulorum cauſis & rationibus. Pars I. לבוש תכלת *veſtimentum hyacinthinum* & II. לבוש החור *veſtimentum candidum* ex *Eſth.* VIII. 15. pertinent, ad Ordinem I. *Orach chajim* ita ut prima quidem ritus & officia per totum diem in precibus & benedictionibus præſtanda referat, II. vero cerimonias Sabbatis, Novilunio & ceteris feſtis proprias recenſeat. Pars III. לבוש עטרת זהב *veſtimentum coronæ aureæ* ex l. c. ad *Iore Dea* relata de rebus licitis & illicitis. IV. לבוש הבוץ וארגמן *veſtimentum byſſinum & purpureum* ad *Eben Haëſer* de rebus matrimonialibus. V. denique לבוש עיר שושן *veſtimentum urbis Suſan* ad *Choſchen miſchpath* de rebus ad civitatem pertinentibus commentetur. Prima & ſecunda pars, quæ ad *Orach chajim* pertinet, ſeorſim prodiit *Lublini* 350. C. 1590. fol. Partes vero omnes junctim

Digitized by Google

ctim quatuor Tomis *Cracov.* 354. - 359. C. 1594. - 1599. tum vero cum additionibus auctoris ipſius & animadverſionibus R. *Ioſ. Hallaban* i. e. *Albi* in *Orach chajim Prag.* 369. vel 370. C. 1609. & ibid. 383. C. 1623. fol. ac *Venet.* 380. C. 1620. apud *Io. Coleonem* iterumque *Prag.* 448. C. 1688. & 461. C. 1701. *Lublinenſem* illam I. & II. partis editionem diſerte memorat ש״ך & ſic quoque accipiendus eſt *Buxtorfius*, quando in B. Rabbin. לבושים Mardochæi *Lublini* 363. C. 1603. (ubi tamen in anno mendum hærere videtur) prodiiſſe teſtatur: Nec cauſam habuit *Bartoloccius*, cur illud falſo dici putaret, eo quod in calce Partis V. edit. Pragenſis 370. diſerte moneatur, eum primo anno totum opus prima vice prodiiſſe. Hoc enim de toto opere, eoque novis acceſſionibus inſtructo, vere dicitur, nec aliter ſubſcriptio vult intelligi; & vel ſic de parte I. & II. vere etiam affirmatur, quod *Lublini* 350. prodierit ſeorſim. Taceo *Pragenſem* illam edit. anteceſſiſſe aliam, *Cracovienſem* itidem, totius operis. Annum editionis Lublinenſis 350. (non autem 363. quem Buxtorf. habet) ſtatui debere etiam *Eiſenmengerus* in Indice Auctorum, Iudaismo Detecto præmiſſo, confirmat. Quin que reliquæ לבושים partes non ſunt rituales ſed Exegeticæ, Cabbaliſticæ & Philoſophicæ. VI. enim ſub tit. לְבוּשׁ הָאוֹרָה *veſtimentum lucis* continet expoſitionem in *Raſchium & Eliam Miſrachi*, reliquosque Legis interpretes. *Prag.* 364. C. 1604. fol. VII. לְבוּשׁ שִׂמְחָה וְשָׂשׂוֹן *veſtimentum gaudii & lætitiæ*, conciones in feſta Sponſalia & circumciſionem MS. לְבוּשֵׁי אור יְקָרוֹת *veſtimenta lucis pretioſiſſimæ* ex *Zachar.* XIV. 6. complectitur tres poſteriores partes, ex quibus VIII. לְבוּשׁ פִּנַּת יִקְרַת *veſtimentum anguli pretioſi*, ex *Ieſ.* XXVIII. 16. complectitur expoſitionem & acceſſiones ad librum *More Nevochim* IX. לְבוּשׁ אֶדֶר הַיְקָר *veſtimentum magnificentiæ pretioſæ* ex *Zachar.* XI. 13. commentatio de Aſtronomia ac ſpeciatim de celebratione Novilunii ex Maimonide, cum animadverſionibus R. *Iudæ bar Nathan Hallevi.* Accedit סֵפֶר בִּיאוּרֵי יָפֶה i. e. *liber explicationum pulcher* ſive *Pulchri* h. e. *Mardochai Iaphe*, i. e. explicatio libri צורת ארץ. Hunc librum ſibi non viſum *Plantavit.* n. 269. putat eſſe moralem. X. לְבוּשׁ אֶבֶן יְקָרָה *veſtimentum lapidis pretioſi*, ex 1. *Regg.* X. 2. comm. in *Rekanatenſis* comm. in Legem, qui cum ipſo *Rekanatenſi* & R. *Iudæ* laudati animadverſionibus

 bus

Digitized by Google

bus prodiit. Tres hæ poſtremæ partes junctim lucem viderunt *Lublini* 355. C. 1595. fol.

Harum commentationum partem recenſet Ganzius l. c. qui æqualis noſtro fuit. Vide etiam Vener. *Theodorum Daſſovium* in Dedicat. Diatribes de Reſurrectione ex mente Iudæorum.

1483 ר׳ מרדכי יר״א בן ברכיה R. MORDECHAI IARE ben *Berachja* ſcr

אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר *cerva matutina*, ex *Pſalm.* XXII. 1. ubi exponitur, quomodo ſecundum ritum Iudæorum Italorum matutino tempore vel precari, vel legere *Miſchnam & Gemaram* debeant Iudæi, qua de re ex ritu Germanorum præcipitur in libro שומרים לבקר *Mantuæ* 372. C. 1612. 8.

1484 ר׳ מרדכי בן ר׳ ישעיה ליטש R. MORDECHAI fil. R. IESCHAIA LITSCH ſcripſit

תוצאות אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל *exitus terræ Iſraelis*, itinerarium, quo deſcribuntur varia loca & regiones, quibus ad Terram Sanctam pervenitur *Amſtelod.* 409. C. 1649. 8.

1485 ר׳ מרדכי כהן R. MORDECHAI COHEN i. e. Sacerdos, diſcipulus R. *Iſraël de Koral* (קוראל) in urbe *Zaphεth* ſcr.

שִׂפְתֵי כֹהֵן *labia Sacerdotis* ex *Malach.* II. 7. comment. in Pentateuchum literalis allegoricus & Cabbaliſticus: in fine cujuslibet Paraſchæ alii ſenſus myſtici ſimiles ex libro MS. *Rabbenu Simſon* afferuntur, teſte Bartoloccio. Prod. *Venet.* 370. G. 1610. apud *Dan. Zanetum* fol. iterumque *Hamb.* 450. C. 1690.

1486 ר׳ מרדכי כהן בן ר׳ דוד R. MORDECHAI COHEN f. R. *David Cohen*, ſcripſit

לקוטים collectanea Medica, ex libris Medicis avi ſui R. *Gabrielis* compilata, quæ MSS. habuit Bartoloccius.

1487 ר׳ מרדכי כהן בן ר׳ יצחק R. MORDECHAI COHEN f. R. *Iſaac Cohen*, Germanus, ſcr.

ראש

Digitized by Google

ראש מר דרור *caput myrrhæ libertatis*, ex *Exod.* XXX. 23. Conciones 50. in Paraſchas Pentateuchi, *Venet.* 375. C. 1615. 4. His uſus eſt *Abrab. fil. Gedaljæ* in notis ad *Jalkuth Schimoni.*

ר' מרדכי כאמוטינו R. MORDECHAI COMTINO *ben Elieſer*, Judæus CPolitanus Sæc. XIV. (g) cui ſupra tribuimus commentarium in lib. *Aben Eſræ* יסוד מורא &, ſi conjectura ibi propoſita non fallit, tract. *de circumciſione*. Ejusdem eſt 1488

כתר תורה *corona legis* (h) i. e. conciones in Pentat. ſeu comment. quem MS. Amſtelod. exſtare monuit ש"י. Eundem ex B. Oratorii Pariſ. adhibuit *Rich. Simon*, quod apparet ex Catalogo libb. Hiſtoriæ Crit. V. T. ſubjuncto, ubi tamen mendoſe vocatur *Mardochai ben Contino.* Diligentiſſime omnium eum deſcripſit Cl. *Io. Gothofr. Schupartus* in Diſſertatt. de Karæis p. 75. ſqq. locis nonnullis ex eodem prolatis, ubi cum auctorem inter Karæos numeraſſet, ipſe in calce p. 186. ex traditionum ſtudio, quod paſſim prodidit, rectiora edoctus, ad Rabbanitas referendum eſſe opportune monuit: quam prioris ſententiæ retractationem cum non obſervaſſet *Rich. Simon* in Biblioth. Selectæ T. II. p. 205. Schupartum modeſte notavit, ſicut & p. 236 monet, Comtinum noſtrum ab eodem minus recte vocari *Conſtantinenſem* qui dici debebat *CPolitanus*. Equidem crediderim, ipſum Cl. Schupartum idem omnino dixiſſe. Ceterum *Comtinum* non fuiſſe Karæum monuit etiam Cl. Frey in *Excerptis comm. Mubchar* p. 11. ſq. &, qui eum ſecutus eſt, Cl. *Basnage* T. V. Hiſt. Iudaicæ p. 2009. ubi tamrn exemplo Bartoloccii mendoſe vocatur בומטיאנו.

Idem ſcripſit commentarium in Maimonidæ מלות הגיון *Voces Logicas*, qui MS. eſt teſte ש"י.

ר' מרדכי מארדוש R. MORDECHAI MORDUS ſcr. comment. in librum סליחות ſive *precum* ex ritu Lithuanorum. *Lublin.* 403. C. 1643. fol. 1489

ר'

(g) Dicitur enim in nota marginali libri נובלות חכמה p. 56. a. CPoli tempore *Eliæ Miſrachi* floruiſſe, ac præceptor exſtitiſſe R. *Caleb Avumlopolo*, Karæi, omnesque Aben Eſræ libros explicaſſe. Hic eſt, quem paulo ante ex *Bartol.* vocavimus *Mordechai f. Eleaſar Bomtiano.*

(h) Ex hoc comment. varios locos adfert Cl. Frey in notis ad Excerpta ex *Aaronis fil. Joſephi* libro, quem dixit מובחר ſicut & idem in præf. ad hæc Excerpta p. 11. monet, eum ut plurimum literalem eſſe, ſæpe tamen in confutandis adverſariorum ſententiis luxuriari & paſſim Aben Eſram ad partes vocare.

1490 ר׳ מרדכי מייזל R. MORDECHAI MEUSEL qui vixit 352. C. 1592. mirum quantum laudatus a *Dav. Ganzio* in *Zemach David* ad hunc annum ab inſigni liberalitate, qua tum alios tum inprimis literarum ſtudioſos ſublevavit.

1491 ר׳ מרדכי מערקיל בן יחיאל R. MORDECHAI MERKEL fil. *Iechiel* ſcr.

מֵירָא דַכְיָא i. e. *myrrha pura*, quibus vocibus redditur in Targum מור דְרוֹר *Exod.* XXX. 23. comm. in lib. Eſther *Lublini* 397. C. 1637. 4. Facile apparet cuique, auctorem titulo hoc tacite nomen ſuum ſubinnuere voluiſſe.

1491 ר׳ מרדכי מרגולית R. MORDECHAI MARGOLITH quem Plantavitius n. 171. teſtatur ſcripſiſſe זֹהַר חָדָשׁ *Zohar novum* ad exemplum antiqui illius. Bartoloccius vero falſo hæc dici aſſerit, cum in libro זהר חדש ומדרש נעלם &c. *Venet.* 1663. edito nulla hujus *Mordechai* fiat mentio. Enimvero falſus quidem eſt Plantavitius in eo, quod auctorem libri noſtrum hunc *Mordechai* conſtituit, deinde vero quod nomen noſtri minus plene & mutilum protulit, quod efferri debebat *Moſche Mordechai ben Schemuel* מרגליות: hujus enim additiones quædam ad *Zohar Chadaſch* prodierunt in editione *Cracov.* 363. C. 1603. 4. quod ſuo loco, ubi de libro ipſo dicemus, apparebit.

ר׳ מרדכי נתן MORDECHAI NATHAN, quem quidam auctorem faciunt Concordantiarum Hebraicarum ſub tit. מאיר נתיב editarum: Vide ſupra *Iſaac Nathan*.

1493 ר׳ מרדכי בן ר׳ נפתלי הירש R. MORDECHAI f. R. NAPHTHALI *Hirſch*, ſcripſit

קְטֹרֶת הַמִּזְבֵּחַ *ſuffitus altaris*, ex *Exod.* XXX. 27. qui liber etiam vocatur תוספות מה׳רם i. e. *additiones R. Mordechai*, comm. & explicatio omnium *Aggadoth*, ſeu narrationum Allegoricarum, quæ ſunt in tractatu *Beracoth*. Amſtelod. 420. C. 1660. fol.

2) קְטֹרֶת הַסַּמִּים *ſuffitus aromatum*, ex *Exod.* XXX. 7. comm. in

in *Targum Ionathan & Hieroſolymit.* cum quibus ipſe hic comment. prodiit *Amſtelod.* 431. C. 1671. fol. In hoc comment. allegat tertium ſcriptum ſuum מִירָא דַכְיָא *myrrha pura.* (v. R. *Mordechai Markel*) neſcio cujus argumenti.

מרדכי עגמי R. MORDECHAI AGMI, diſcipulus R. *Chajim Vital*, qui ex præceptoris ſui *αὐτογράφῳ* deſcripſerat ס' גלגולים ed. Francof. ad Mœn. 444. C. 1684. 4. 1494

ר' מרדכי פינצו R. MORDECHAI PINZO, ſcr. de Noviluniis, Æquinoctiis & Solſtitiis. MS. teſte Bartolocc. 1495

ר' מרדכי מפרובינצא R. MORDECHAI ex PROVINCIA vixit an. 5080. C. 1320. teſte *Schalſcheleth* p. 59. a. ſcr. ſecundum eundem 1496

1) בֵּית הַשְּׁעָרִים *domum portarum*, ubi de contractibus dotalibus.

2) ס' מִן הַחַי *de vivente*, ubi de cibis licitis & illicitis. Confer ſupra *Manoach.*

3) שַׁעַר נְדָרִים *porta votorum*, ubi de votis.

ר' מרדכי קואטין R. MORDECHAI CUATIN cui Bartoloccius ex Catalogo Bibl. Lugdunenſis. Bat. tribuit MS. tract. hebr. *de Circumciſione*, quem ego ſupra ſub R. *Mordechai ben Eleaſar Bomtino* (i.e. *Comtino*) ipſi illi *Mordechai Comtino* tribuendum eſſe ſuſpicatus ſum, cum facilis ſit nominis *Comtino* in *Cuatino* mutatio. 1497

ר' מרדכי הקראי R. MORDECHAI *Karaus*, fil. NISAN, Karæus recentior, qui anno 1699. commentationem quandam de Karæorum antiquiſſima origine cauſis & momentis diſſenſionis inter Karæos & Rabbanitas, ſcriptisque Karæorum & præſenti conditione ad *Jacobum Triglandium*, Profeſſorem tum temporis inter Batavos Lugdunenſem exaravit, hujus literis & propoſitis quæſtionibus excitatus. Huic commentationi titulum is fecit דוד מָרְדְּכַי *Amicus Mordechai*, ex *Eſther* II. 15. deſumtum, quam beneficio Summe Vener. *Jo. Friderici Winckleri*, Paſtoris apud nos Nicolaitani meritiſſimi, ad quem ex Biblioth. Triglandinæ auctione redierat, nactus cum verſione mea Latina notisque qualibuscunque edidi *Hamburgi* 1714. 4. Idem *Mordechai* 1498

exara-

Digitized by Google

exaravetat præterea epiſtolam ſingularem ad Triglandium, qua rationem & formam operis & celebriores inter Karæos Viros deſcripſerat, quod patet ex Catalogo libb. & MSS. Oriental. Triglandino p. 23. ſed illa quidem in alias manus incidit. Ceterum *Mordechai* noſter in limine operis profitetur, ſe præſtantiſſimorum ex ſuis Doctorum & MSS. Karaiticorum opera adjutum ſcriptionem hanc perfeciſſe, in qua nec ingenium nec ſtylum deſideraveris.

1499 ר׳ מרדכי קורקוס R. MORDECHAI KORKOS *Venetus*, ſcr. contra artem Cabbaliſticam ac ſpeciatim contra X. *Sephiroth*, an. 5432. C. 1672. quam tractationem prelo ſubjecturus erat, ſi per Judæos licuiſſet teſte *Bartoloc.*

ר׳ מרדכי קאפילמאן R. MORDECHAI CAPPELMAN: vide ſupra R. *Mordechai b. Abrah.*

1500 ר׳ מרדכי שאול R. MORDECHAI SCHAUL *fil. Schemuel Schaul*, compoſuit indicem erratorum in libro תורת הבית *Hariſchba*, edito *Venet.* 368. C. 1608.

1501 ר׳ מרדכי בר שבתי R.MORDECHAI fil.SCHABBATAI ſcr.

דֶּרֶךְ יְהוָה *via Dei* ex *Ieſ.* XL. 3. ubi commentatur de ritibus quibusdam, feſtis diebus receptis, ſecundum ordinem *Schulchan Aruch Cracov.* 378. 8. Forte hic eſt, cujus precatio quædam exſtat in lib. שערי ציון pag. 94.

1502 ר׳ מרדכי בן שלמה R. MORDECHAI ben SCHELOMO, cujus collectio de remediis nonnullorum morborum ex *Raſi*, *Meſue*, *Galeno* & Latinis quibusdam Scriptoribus facta Hebr. MS. exſtat in Bibl. Leidenſi: vide Catalogum p. 291. n. 5.

מרדכי בן שמואל מרגולית vide infra R. *Moſche Mordechai f. Schemuel.*

מר״ך vide *Alexander Haccohen.*

1503 רב מרי RAB MARI Princeps Academiæ in מתא מחסיא flo-

Digitized by Google

floruit an. 4500. C. 743. & quamvis cœcus varias conſtitutiones legales ſcripſit, teſte *Schalſcheleth* p. 36. b.

1504 מרים MIRJAM, *ſoror* Moſis, Prophetis, ut vocatur *Exod.* XV. 20. confer *Seder Olam Rabba* p. 56. Tribuitur huic falſo liber Chymicus de Chryſopœia, quod apparet ex *Georgii Syncelli* Chronographia p. 248. & ex Codd. MS. Græco Bibliothecæ Regis Gall. ſub titulo ἱερὰ τέχνη, in quo Μαριὰμ καὶ ἰεδαικὰς γραφὰς citari obſervavit *Iſaacus Caſaubonus* Exerc. I. 10. adverſus *Baronium*. Confer *Dan. Sennertum* de Chymicorum cum Ariſtotelicis & Galenicis conſenſu cap. 3. p. 47. & Celeb. *Io. Albertum Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 869. ſq. De ipſa hac *Mirjam* vide plura apud *Pet. Baelium* Tomo II. Dictionarii Hiſtorico Crit. p. 2055. *Herm. Witſium* Miſcell. Sacr. lib. I. c. 23. §. 1. ſqq. & *Gerb. Io. Voſſium* II. 75. de Idololatria.

1505 ר׳ מרינוס בן גנאח R. MARINUS ben GANACH, ex Grammaticis Judæorum antiquiſſimis, qui alias vocatur R. *Iona* ben *Ganach* ſub quo nomine vide quæ ſcripſimus. R. *Schabtai* in Indice Alphabetico auctorum in ש״י memoratorum monet, *Marinum* hunc ſecundum מכלל יופי decem libros ſcripſiſſe. Marinus vocatur nomine Patris: vide quæ ſcripſimus ſupra ſub *Iona fil. Gannach.*

מר״עה i. e. משה רבינו עליו השלום *Moſes doctor noſter ſuper quo ſit pax.*

מ״ש i. e. מאיר שפירא *Meir Spirenſis.*

1506 ר׳ משה R. MOSCHE neſcio quis, ſcr.

תנופת התנופה *motus elevationis*, ex *Exod.* XXIX. 27. quo ritus varii & deciſſones comprehenduntur. Allegatur teſte ש״י in בית יוסף.

1507 ר׳ משה R. MOSCHE, pater domus judicii in Synagoga Briscenſi Lithuaniæ (בריסק דליטא) Claruit is ſecundum *Zemach David* continuatum Sæc. XVII. medio & ſcripſit

חלקת המחוקק *portio Legislatoris*, ex *Deuter.* XXXIII, 21. comm. in Ordinem *Even Eſer* ex *Schulchan Aruch Cracov.* 430. C. 1670. fol. Ibidem agitur ſimul de ritu libellum repudii dandi & exuendi calcei.

1508 ר׳ משה R. MOSES, Pater Curiæ Lublinenſis, cujus novæ

Digitized by Google

obſervationes in Halachoth & Aggadoth Talmudis prodierunt cum *Chidduſchin* R. *Schemuel ben Elieſer Iehuda Levi*, cujus nomen vide.

1509 ר׳ משה בן אברהם R. MOSFS fil. ABRAHAM

ex *Provincia*, ſcripſit animadverſiones *ſuper inquiſitionem dierum mundi* R. Aſariæ de Rubeis: iſtæ una cum reſponſione Aſariæ leguntur in calce libri ejus *Meor Enajim* ed. *Mantuæ* 334. C. 1574. 4.

1510 ר׳ משה בן אברהם R. MOSES ben ABRAHAM

Pater domus judicii Synagoga *Premislenſis* (פרעמישלא) cognominari ſolet מ״ת quod Judæi interpretantur מַכְרִיעַ תוֹרָה Scripſit ille libros binos.

1) הוֹאִיל מֹשֶׁה *voluit Moſes*, ex *Deuter.* I. 5. quo continetur duplex commentarius, alter in comment. *Raſchii* ſuper legem & 5. *Megilloth* ſub tit. בֵּאֵר הֵיטֵב *explicavit optime* ex *Deuter.* XXVII. 8. ubi etiam ipſe Scripturæ contextus interdum explicatur: alter ſub tit. בֵּאֵר הַתּוֹרָה *expoſuit legem*, ex *Deuter.* I. 5. explicationes ex dictis Rabbinorum erutas exhibet.

2) מַטֵּה מֹשֶׁה *baculus Moſis* ex *Exod.* IV. 20. ubi agitur de benedictionibus & precibus, de Sabbato, Feſtis, eorumque ritibus omnibus, variisque inſtitutis recentibus, liber ſuperſtructus tribus columnis mundi, & in varias ſectiones diſtinctus. *Cracov.* 351. C. 1591. 2. & *Berol.* 458. C. 1698. 4. Liber hic in magno apud Judæos pretio eſt, & in Theatro Anonymorum Placciano p. 705. a. prænomine omiſſo tribuitur cuidam *Abrahami* filio, quod inde factum puto, quia ש״י p. 42. n. 148. librum hunc recenſens itidem prænomen omiſit forte ideo, quod in titulo מטה משה *Moſis* nomen immediate præceſſerat: illud tamen in Indice alphabetico ſuppletur.

ר׳ משה אגילר R. MOSES AGVILAR v. infra Moſes Raphael Aguilar.

1511 ר׳ משה בן אהרן R. MOSES f. AHARON, Judæus

anno 1696. *Swinfurti* CHRISTI ſacris initiatus, quod patet ex concione ab *Henniſchio* tum temporis habita & dicto anno edita, in cujus calce le-

Digitized by Google

legitur ipſius Iudæi narratio de occaſione converſionis ſuæ, quam ex eo inprimis repetit, quod rumor de Meſſia quodam an. 1695. per Poloniam, Sileſiam, Moraviam & Bohemiam ſparſus in fumum, ut ſæpe alias, abierit.

ר׳ משה בן אהרן מארפשיק R. MOSCHE 1512
fil. AHARON *Erpſicenſis* ſcr. librum

כיצד סדר משנה *quomodo* (ſe habet) *ſtudium Talmudicum*: eſt inſtructio docentium & diſcentium, quomodo in ſtudio hoc verſari, & quales ſe in ſe invicem præſtare debeant. *Lublini* 395. C. 1635. 4.

ר׳ משה אחא R. MOSES ACHA ſcr. aphoriſmos 1513
Medicos teſte *Mauroy* in Apologia p. 217.

ר׳ משה איסנשטאט R. MOSES EISENSTAD Ju- 1514
dæus *Pragenſis*, ſcr.

ספר חכמת המספר *librum de Arithmetica*, quo quinque Arithmeticæ ſpecies docentur, additis quibusdam de regula *Cos*, & *Geodeſia*. *Dyrenfurti* 1712. 12. Idem germanice convertit R. *Kalonymi* librum אבן בוחן & *Sulzbaci* 1705. 4. cum ipſo contextu Hebræo ſine nomine excudi curavit, cui a latere oppoſita eſt verſio Germanica ſub tit. דרך ישר *via recta*, ex *Jer.* XXXI. 9. Idem partem libri מחברות R. *Immanuel* germanice vertit, ſed non edidit. Vide *Pinacothecam librorum novorum*, vernaculo ſermone editam (Bücher-Saal) *Parte* XVI. p. 299. ſqq.

ר׳ משה איסרלס R. MOSCHE ISERLES, (i) qui 1515
etiam ſcribitur איסרלא & איסרליס, Doctor in Synagoga *Cracovienſi*, per viginti fere annos, obiit an. 332. C. 1572. teſte *Ganz* ad hunc annum in Zemach David contin. p. 45. a. per compendium dicitur הרמ״א & ſcripſit

1) דרכי משה *via Moſis*, commentarius in *Arba Turim* ex ICtis antiquioribus & recentioribus collectus, & ea ſupplens, quæ in בית יוסף omiſſa ſunt: olim MS. prodiit demum cura Iochananis fil. Meir Cremni-

(i) Ita hoc nomen ſcribunt & pronunciant Judæi, non vero, quod *Bartol.* vult איסרלש *Iſſarleſch*: id autem ex ישראל deflexum eſſe per ſe patet & ex titulo, qui libro noſtri תורת העולה in edit. *Pragenſi* 330. præfixus eſt, confirmatur.

nitzer cujus notæ marginales accedunt. *Sulſbaci* 452. C. 1692. fol. apud *Moſen f. Uri Sarga* fol. 108. cum licentia Sereniſſ.

2) מְחִיר יַיִן *pretium vini* ex *Jeſ.* LV. 2. comm. in lib. *Eſther Cremon.* 319. C. 1559. 4. & Hamb. 471. C. 1711. 4½. plag. 1. hunc librum Bartoloc. inferius Moſi איסרלין tribuit adeoque a noſtro perperam diſtinguit.

3) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa legalia* 132. *Cracov.* 400. C. 1640. 4. *Hamb.* 470. C. 1710. 4. Edit. Hamb. ש״ת habet pp. 128. *Amſtel.* 471. C. 1711.

4) שְׁחִיטוֹת וּבְדִיקוֹת liber de mactatione & inveſtigatione animalium a R. *Jacob Veil* ſcriptus cum animadverſionibus ejus prodiit *Cracov.* 391. C. 1631. & ſæpius ibidem, ut & *Pragæ* frequentiſſime.

5) שֻׁלְחָן עָרוּךְ liber ritualis R. *Joſeph Karo* cum *Moſis* noſtri additionibus, animadverſionibus, novellis expoſitionibus & conſuetudinibus in variis regionibus a Judæis receptis, quas ex ICtis, qui poſt editum בית יוסף ſcripſerunt, collegerat, ſæpius prodiit, v. c. *Cracov.* 338. C. 1578. fol. & alias. v. ſupra R. *Joſeph Karo ben Ephraim.* Propterea ſolet appellari בַּעַל הַמַּפָּה *auctor mappæ*: quaſi qui *Schulchan* i. e. *menſam* mappa ornarit, unde & Buxtorfius in append. B. Rabb. hæc ejus in *Schulchan* ſcholia ſub titulo מַפָּה עַל הַשֻּׁלְחָן commemorat, quod ejus exemplo facit etiam Bartoloccius, qui tamen paulo ante illius laboris meminerat ſub inſcriptione בֵּיאוּר מִלּוֹת זָרוֹת & הַגָּהוֹת, a quibus hæc opera non eſt diſtinguenda.

6) תּוֹרַת הַחַטָּאת *lex ſacrificii pro peccato*, ex *Levit.* VI. quo continentur inſtituta de rebus licitis & vetitis, quæ inveniuntur in libro שערי דורא. Prodiit *Cracov.* 330. C. 1570. & *ibid.* 337. C. 1577. 4. & cum ipſius auctoris animadverſionibus ibid. 351. C. 1591. 4. & additionibus R. *Petachiæ*, *Hanov.* 388. C. 1628. 8. & cum *Jacobi fil. Joſephi* comm. ſub tit. מִנְחַת יַעֲקֹב *Prag.* 449. C. 1689. fol. *Plantavitius* editionem *Iſnenſem* anni 1570. memorat, quam ex *Cracovienſi* puto exſculpſit. In B. Oppenheimeri exſtat MS. דִּינָא דְמוֹלַיְיתָא *judicium farturæ* ſ. *implementi* in fol. qui lib. eſt comm. in *Torath chatath* & *Schaare Dura.* De R. *Iom Tov Lipman* comm. ined. dicemus ſub ejus nomine.

7)

7) תּוֹרַת הָעֹלָה *lex holocauſti* ex *Levit.* VI. 2. ubi agitur de menſuris cubitalibus Sanctuarii, rationes ſacrificiorum feſtalium & reliquorum redduntur, & de argumentis quibusdam Aſtronomicis ac Philoſophicis exponitur, capp. 83. *Prag.* 330. C. 1570. & *Baſil.* fol. Liber hic laudatur a R. *Aſaria* in Meor Enajim lib. III. c. XI. p. 65. auctor vero ipſe vocatur *Vir divinus, apprime eruditus & ſua ætate magnus. Bartoloccius* hunc librum recenſens animadvertit in Plantavitium qui n. 743. & 744. præter rem diſtinguat inter *Moſen* אִיסֶרְלִיס & *Moſen* אִיסֶרְלְן ac poſteriori *Torath Olam* tribuat, cum tamen idem ſit utrumque nomen. Addit idem, noſtrum in titulo edit. *Pragenſis* anni 330. C. 1570. vocari R. *Moſen ben R. Iſrael* cognomento *Iſaac de Cracovia.*

משה אלאטינוס MOSES ALATINUS Medicus, Judæus Spoletinus, cujus verſio Latina Galeni libb. trium in Hippocratem *de aere, locis & aquis* exſtat Tom. VI. Opp. Galeni Pariſ. ed. p. 187. Idem *Themiſtium* in Ariſtotelem de cœlo latine convertit ex Ebræa interpretatione, quæ nata erat ex Arbb. teſte Huetio de Claris Intt. p. 224. *Imman. Aboab* p. 220. Nomologiæ eum vocat Medicum hebraice peritiſſimum additque ſe apud eum vidiſſe Biblia Hebr. MSS. annorum 600. Cum itaque Aboabi fuerit æqualis, claruit Sæc. XVI. inclinante. 1516

ר׳ משה אלאשקר R. MOSES ALASCHKAR ut plerique vocant i. e. ex Arab. *Ruber* vel אלישקר ut *Schalſcheleth* p. 63. b. ſcribit, vel minus commode *Alſchekar*, prout vocatur *Sgambato* in Archivis V. T. p. 45. fil. *Iſaaci* vixit Sæculo XVI. ineunte & confutavit R. *Schem Tov* 1517

1) סֵפֶר הָאֱמוּנוֹת in illis, quæ contra *Aben Eſram, Maimonidem* & Gerſonidem ſcripſerat: prod. ſub tit. השגות *Ferrar.* 317. C. 1557. 4. ap. *Abrah.* אושקי Ejusdem ſunt

2) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa legalia Sabionetæ* 314. C. 1554. & CPoli edita, itemque

גְּאוֹן יַעֲקֹב *magnificentia Iacobi*, ex *Amoſi* VIII. 7. MS. teſte Buxtorf. & ש״י ubi tamen de argumento tacetur. Bartolocc. bis noſtrum memorat, ſemel Tom. IV. p. 59. deinde p. 61. Poſteriore loco monet,

net, ipſi a Buxtorf. in B. Rabb. p. 440. tribui ס׳ הַגְאוּלָּה *liber redemtionis*, quod tamen per errorem dicitur: adſcribit enim *Moſi Gerundenſi.*

3) Precationes quædam noſtri leguntur in lib: יפה נוף p. 42. b. usque ad libri finem, qui prodiit *Venet.* 4.

1518 ר׳ מֹשֶׁה אַלְבֵילְדָה R. MOSES ALBELDA fil. *Iacobi*, princeps Acad. *Theſſalon.* (k)

דְּרָשׁ מֹשֶׁה *explicatio Moſis myſtica*, i. e. conciones in Pentateuchum, in quarum calce exſtant aliæ de aliis argumentis v. c. ſponſales, funebres, de excommunicatione, circumciſione &c. *Venet.* 363. C. 1603. fol. ap. *Io. de Gara* quam unam habet Bartoloc. & ש״י. In Catalogo Triglandino libb. Orient. p. 3. video memorari *Cracovienſem* 1595. fol.

2) עֹלַת תָּמִיד *holocauſtum juge*, ex *Exod.* XXIX. 42. expoſitio Pentateuchi ex ſcriptis Rabbinorum & principiis Philoſophicis *Venet.* 361. C. 1601. fol. Buxtorf. affert *Venetam* 286. C. 1526.

3) רֵאשִׁית דַּעַת *initium ſcientiæ*, ex *Prov.* I. 7. conciones de capitibus fidei, cum ex Philoſophia, tum ex ſcriptis dictisque allegoricis Rabbinorum in certos tractatus, ſectiones & capita diſtinctæ *Venet.* 4. Annum non annnotavit ש״י nec Bartoloc. quem *Plantavitius* definit 343. C. 1583. qui etiam monet, homilias illas maxime circa Legem Moſis, exſpectationem Meſſiæ & Hebræorum pœnitentiam verſari.

4) שַׁעֲרֵי דִמְעָה *porta lacrymarum*, liber moralis de vanitate & viciſſitudinibus rerum ſæcularium ſeu mundi ſimul, qvo, teſte ש״י explicatur liber *Threnorum* Jeremiæ, quatuor partibus conſtans. *Venet.* 346. C. 1586. 4. quam unam editionem habet ש״י. Bartoloccius præter eam affert *Venetam* aliam 361. C. 1601. ap. Dan. Zanetum & 304. C. 1604. ap. Io. Bragadinum per Jo. de Gara fol. neſcio quam recte, quanquam poſtremam etiam affert *Plantavitius*.

Non dubito quoque, hunc noſtrum eſſe eum *Moſen Albelda*, qui cum tribus aliis Interpretibus in Pentateuchum, uno volumine comprehenſis, exſtat *CPoli* ed. fol. Iſti ſunt R. *Samuel Almoſnino*, R. *Iacob Kaniſel* R. *Aaron Abu Aldari*, & pars commentarii *Nachmanidæ*. R. Schabbatæus quidem in Indice Alphab. Scriptorum auctorem hujus commentarii ab aucto-

(k) *Sicilianum* perperam vocat *Plantavit.* n. 136. 502. & 633. forte, quod vocem סאלוניק i. e. *Theſſalonica*, per *Siciliam* interpretandam cenſeret. Floruit is Sæculo XVI inclinante.

Digitized by Google

auctore ceterorum Scriptorum, quæ hic recenſui, diſtinguit, ſed id caſu potius, quam conſilio factum eſſe crediderim, cum duorum hujus nominis nemo, quod ſciam, meminerit.

משה אלטשולר v. ſupra *Iehuda Aaron Moſes Altſchüler.*

ר' משה בן אליהו R. MOSES ben ELIÆ *Byzantinus*, 1519

(בישיצי) *Karæus*, Pronepos *Eliæ Byzantini*, de quo & ejus libro *Adderetb Elijahu* ſupra diximus. Noſter hic obiit anno 5332. C. 1572. anno ætatis 18. quod refertur in R. *Mardochai* Karæi tractatu, quem ſub titulo *Notitiæ Karæorum* hebr. & latine edidi, p. 95. Ibidem p. 93. ſqq. idem ab ingenio, doctrina, ſtudioque res Karæorum in longis & multis itineribus inveſtigandi laudatur, diciturque elaboraſſe 245. libros, CPoli igne, qui urbem conſumſit, maximam partem deletos, ut ſex tantum illorum ſuperſint, interque eos unus qui dicitur.

מַטֵּה אֱלֹהִים *baculus Dei*, ex quo libro locum bene longum affert idem Mardochæus l. c. p. 95. usque ad p. 126. Ex eo intelligitur, auctorem in illo tractatu contra Rabbanitas diſputaſſe, & de ratione quoque legem interpretandi commentatum fuiſſe.

Ejusdem puto eſſe tractatum *de gradibus probibitis conſanguinitatis*, qui inter Codd. Warnerianos in Catalogo B. Leidenſis p. 284. n. 11. recenſetur.

ר' משה בן אליהו פוביאן R. MOSES fil. ELIÆ 1520

POBIAN Sæc. XVI. *Jobum* hebr. cum verſione ſua *Barbaro Græca*, literis Hebræis expreſſa edidit CPoli 336. C. 1576. 4. In præfatione teſtatur, hanc interpretationem ſe ſuſcepiſſe in gratiam Magiſtrorum imperitiorum ut eo rectius & facilius tirones ad Scripturæ S. ſenſum deducerent. Addit, ſe eadem ratione librum *Proverbiorum Salomonis* convertiſſe, quem tamen non puto editum.

ר' משה אלישקר vide paulo ante *Moſche* אלאשקר

ר' משה אלמושנינו בן ברק R. MOSES AL-

MOSNINO fil. R. *Baruch*, vixit circa an. 1538. 1521

1) בֵּית אֱלֹהִים *domus Dei*, ex *Geneſ.* 28.17. ubi de figura terræ & glo-

globo terreſtri. *Venet.* ita ש״י. Bartoloccius ait eſſe expoſitionem libri *Sacro Boſco* de Sphæra. Hæc forte eſt Aſtronomia Hebr. quam ſub nomine *Moſis Moſnini* hebr. in B. Bodlej. exſtare docet Catalogus MSS. n. 6302.

2) הנהגת החיים *inſtructio vitæ*, ubi de eo, quomodo homo vitam recte agere debeat, in medio fere libro de ſomniis ex ſententia Rabbinorum exponitur. Liber italice ſcriptus, quamvis præfatio & Index Hebraice ſint exarata. *Venet.* 364. C. 1604. 4. partibus tribus & capp. 46. conſtans.

3) ידי משה *manus Moſis* (*Exod.* XVII. 12.) comment. in 5. *Megilloth* amplus & ex parte Philoſophicus. *Venet.* 357. C. 1597. 4. ap. Dan. Zanetum. In B. Oppenheimeri exſtat editio *Theſſalonic.* 332. C. 1572. quæ etiam memoratur in Catal. Bodlej. p. 21. quanquam ibi annus ponatur 1577.

4) מאמץ כח *confortans vires* ex *Prov.* XXIV. 5. quo Bartoloc. poſt Plantavit. n. 305. ait comprehendi conciones 28. in feſta, rectius vero ש״י monet, conciones illas ex commentario ejus in 5. *Megilloth* deſumtas de variis argumentis diſſerere, & editas eſſe *Venet.* 345. C. 1585. 4. Cum vero liber ille in 5. Megilloth anno demum 357. prodierit, conſequitur, ex opere adhuc MS. decerptas fuiſſe: niſi, quod malim, annum editionis ex Catal. Bodlej. conſtituere velis 1593. 4.

5) מגדל עז *turris fortitudinis* ex Pſ. LXI. 4. expoſitio libri הרס בנורת הפילוסופים h. e. deſtructio ſententiarum Philoſophorum *Abu Achmed Algazali* de quo ſupra, MS.

6) פני משה *facies Moſis Exod.* XXXIV. 35. comm. in Pentat. MS.

7) פרקי משה *capita Moſis*, comm. in *Pirke Avoth*, *Theſſalonic.* 323. C. 1563. 4.

8) תורת משה *lex Moſis*, quem ei tribuit *Buxtorfius*, & ש״י, neuter addit argumentum; poſterior etiam teſtatur, ſe illius libri mentionem alicubi fieri vidiſſe.

9) תפלה למשה *precatio Moſis* ex Pſ. XL. 51. Bartolocc. conciones ait eſſe in legem, *Plantavitius* vero n: 762. pro commentario in librum Precum ſive Breviarium Hebræorum habet, qua in re confudit noſtrum hunc cum alio ejusdem tituli qui eſt *R. Moſis Cordueri*, qui explicat librum precum ex ritu Judæorum Hiſpanorum, ſed lucem non vidit. Rectius præcepit ש״י, quando ait, librum in tres tractatus diſtinctum

Digitized by Google

ſtum in I. agere de uſibus ex Lege deducendis II. de uſibus Legis eximiis & magnis. III. de *Keriath Schema* in lecto pronunciando. *Theſſalonic.* 322. C. 1562. *Cracov.* 306. C. 1546. 4. quas editt. habet ש״ש At *Bartoloccius* affert *Theſſalonic.* 328. C. 1568. 4. quam etiam habet Catal. Bodlej. p. 21. excuſ. ap. R. *Iſaacum Joſ. Jabetz* & *Cracov,* 350. C. 1590. 4.

10) תקון סופרים *manuductio* ſ. *inſtructio Scribarum* lib. MS. de ſcribendis formulis inſtrumentorum venditionis, donationis &c.

11) Addi his debet liber de *mirabilibus urbis CPolitanæ,* quem a *Moſe* noſtro hebr. ſcriptum, hiſpanice converſum, *Madriti* 1638. 4. edidit Jacob קנסינוס cujus nomen vide. Hebraice excuſum unquam eſſe vix putem, cum nusquam ejus mentionem fieri viderim.

12) Cum præfatione ſua edidit R. *Abrah. Schalom* נוה שלום *CPoli* 298. C. 1538. 4.

Præter hos libros, alios nonnullos ei tribuunt *Bartoloccius* & *Plantavitius*, & illorum exemplo *Hendreichius* in Pandectis p. 121. nempe ויקהל משה ſed illa eſt R. *Moſis* אלפלס, tum משאת משה & עיני משה qui uterque eſt *Moſis Alſchech*, prior quidem comm. in *Eſther*, poſterior in *Ruth*, ac denique נורא תהלות qui pertinet ad R. *Joel ben Schoeb.* Bartoloccius Tomo I. p. 220. ſub nomine אלמושנינו tribuit noſto 30. ſermones elegantes, ſed illi quidem a libro n. 4. nobis memorato, non ſunt diſtinguendi.

ר׳ משה אלפלס R. MOSES ALPALAS vixit Sæculo XVI. inclinante & ſcr. 1522

הואיל משה *voluit Moſes*, ex *Deuter.* I. 5. cujus libri duæ ſunt partes, quarum prior capp. 13. de præſtantia Legis Moſaicæ & perfectione ejus agit, atque hac occaſione oſtendit, nihil in ea eſſe ſupervacaneum, quod videri cuiquam poterat: Pars poſterior capp. 7. diſſerit de præſtantia circumciſionis, cui titulus impoſitus eſt בא גד ex Geneſ. XXX. 11. eo conſilio, ut per גד quæ literæ ſecundum Hebraicam computandi rationem ſeptenarium numerum exprimunt, capita 7. quibus abſolvitur liber, deſignentur: hanc enim tituli rationem ipſe auctor in præf. reddit. Unde Plantavitius n. 149. ab errore admodum obvio ſibi non cavit, quando legit בא גר & vertit, *venit peregrinus.* Prod. *Venet.* 357. C. 1597. 4. ap. *Dan. Zanetum*, cura R. *Sam.* דייסום.

2) ויקהל משה *& congregavit Moſes* ex *Exod.* XXXV. 1. conciones

Digitized by Google

25. quas in Synagogis habuit. *Venet.* 357. C. 1597. 4. ap. *Dan. Zanetum* *Plantavit.* n. 168. & poſt eum *Bartol.* perperam hunc tribuunt *Moſi Almoſnino*; poſterior noſtro etiam adſignat. Idem aliorum quoque ſcripta, v. c. R. *Baruch* אלה תולדות אדם in lucem protulit. *Venet.* 1599. fol.

ר׳ משה אלקבץ הלוי vide infra R. MOSES Levi ALKABETZ

1523 ר׳ משה אלשיך R. MOSES ALSCHECH fil. R. *Chajim*, inclinante Sæculo XVI. Saphetæ, ſuperioris Galilææ urbe ut Præſes Curiæ & Archiſynagogus floruit, concionator idem et Interpres Scripturæ magni inter ſuos nominis, Sæculo XVI. medio floruit (l) Scripſit is

1) דברים טובים *verba bona*, ex 1. *Regg.* XII. 7. comm. in *Eccleſiaſten Venet.* 365. C. 1605. quam ipſe vidi. Bartoloc. ſcribit 367. Recuſ. deinde cum ceteris commentt. in 5. Megilloth. vide paulo poſt שושנת עמקים.

2) דברים נחמים *verba conſolantia* comm. in Threnos *Venet.* 367. C. 1607. teſte Bartol. niſi potius 361. vide n. 13.

3) חבצלת השרון *roſa Saronis* ex *Cantic.* II. 1. comm. in *Danielem Venet.* 352. C. 1592. ap. *Jo. de Gara* pp. 110, altera vice, ut titulus monet, per *Joſ. f. Chajim fil. Saruck* quam ed. recte memorat ש״י: addit *Bartoloccius* *Tzaphetenſem* anni 328. C. 1568. In Catal. Bodlej. p. 12. video ed. *Venet.* 1598.

4) חלקת מחוקק *portio Legislatoris* ex *Deuter.* XXXIII. 21. comment. in Jobum. *Venet.* 363. C. 1603. ap. *Jo. de Gara*, per auctoris filium, pp. 103. non an. 362. ut alii habent. In titulo enim Hebr. numerus anni expreſſus eſt per באל״שך i. e. 363. quibus literis ſimul nomen auctoris exprimitur.

5) מאה שערים *centum portæ*, conciones de diverſis argumentis in centum claſſes diſtributæ: MS. teſte ש״י

6) מראות הצובאות *ſpecula militantium* (m) ex *Exod.* XXXVIII. 8. comm. in Prophetas priores *Venet.* 361. C. 1601. fol. apud *Jo. de Gara* ite-

(l) Refertur enim in *Zemach David* continuato p. 45. a. ad annum 332. C. 1572.

(m) Titulus in libro effertur מראה הצובאות. Annum ed. *Venetæ* 355. & 367. adfert Bartoloc. Quod recte dici, vix puto, cum in titulo annus exprimatur per אלשיך i. e. 361.

Digitized by Google

iterumque *Pragæ* cum ipſo textu 380. fol. C. 1620. ut habet ש״י vel potius 370. C. 1610. quam ipſe vidi. In Catal. Bodlej. memoratur editio Veneta 1620.

Comm. in Prophetas poſteriores ſub eodem titulo, quem Bartoloccius ſolum memorat eo, qui ad priores pertinet, neglecto *Venet.* 367. C. 1607. *Bartoloccius* poſt *Plantavitium* addit *Venetam* 355. C. 1595. Commentationem *Abarban.* & *Alſchechi* in Jeſ. LIII. latine edidit cum ſtricturis ſuis Conſtantinus Lempereur Lugd. Bat. 1631. Vide quæ ſcripſi ſub *Iſaaco Abarbanele*; conf. Vener. *Gerh. Mejeri* Diſſertat. in hoc caput *Vitemb.* 1686. habitam. Adde ed. *Venet.* an. 1620. in Catal. Bodlejano affertur editio 1616. ſine loco

7) מַשְׂאַת משֶׁה *onus Moſis*, comm. in lib. *Eſther Venet.* 366. C. 1606. conf. n. 13.

8) עֵינֵי משֶׁה *oculi Moſis*, (n) *Venet.* 361. C. 1601. 4. apud *Jo. de Gara* p. 107. comm. in *Ruth* V. n. 14. inferius. In Catal. Bodlej. video memorari ed. *Venet.* anni 1596. quæ eſt eadem cum 1591. quo anno comm. in Megilloth junctim prodierunt.

9) קוֹל בּוֹכִים *vox flentium* ex Job. XXX. 31. comm. in *Threnos*, *Venet.* 366. C. 1606. conf. n. 13.

10) רַב פְּנִינִים *multus margaritis*, ex *Prov.* XX. 15. comment. in Proverbia Salomonis. *Venet.* 361. C. 1601. 4. Bartolocc. habet 356. neſcio quam recte: priorem ipſe vidi, apud *Jo. de Gara* cum licentia ſuperiorum pp. 192. præfante auctoris filio. Hujus Index Chriſtianorum more formatus eſt, ita ut res omnes ſecundum literarum ſeriem recenſeantur, quod rarum inter Judæos eſt. Conf. Vener. *Theodori Daſſovii* Dedicat. Diatribes de reſurrectione.

11) רוֹמְמוֹת אֵל *exaltationes Dei* ex Pſ. CXLIX. 6. comm. in Pſalmos *Venet.* 365. C. 1605. 4. apud *Jo. de Gara*, cum licentia Superiorum, & cum præf. R. Chajim filii pp. 310. recuſ. Amſtelod. 455. C. 1695. 4. In Catalogo Hinckelmanniano per mendum excuſum eſt 355. C. 1595. Hujus commentarii compendium exſtat: vide inter Anonym. מאזני צדק. Eum a *Fr. Donato* latine converſum, ſed non editum ſcribit *Meelführerus* diſp. de Meritis Hebr. in rem liter. §. 11.

Iiiii 3 12)

(n) Annus in titulo exprimitur per vocem הנשיא, quæ ſine computato ה annum 361. cum eo vero 366. efficit: unde nata eſt circa annum diſſenſio.

12) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa legalia* 140. *Venet.* 365. C. 1605. 4. & antea 347. 4. quam ipſe vidi.

13) שׁוֹשַׁנַּת עֲמָקִים *lilium convallium*, ex *Cantic.* II, 1. comm. in Canticum Cantic. *Venet.* 351. C. 1591. 4. apud *Jo: de Gara* pp. 60. ש״י teſtatur recte ejusdem commentarios in ceteras *Megilloth*, nempe דְּבָרִים טוֹבִים *in Eccleſiaſten* pp. 39. דְּבָרִים נֶחָמִים *verba conſolantia* aut קוֹל בּוֹכִים *vox flentium*, in *Threnos*, pp. 31. עֵינֵי מֹשֶׁה *oculi Moſis*, in *Ruth*, & מַשְׂאַת מֹשֶׁה *onus Moſis* in *Eſther*, pp. 86. junctim prodiiſſe *Venet.* 361. C. 1601. 4. quam ipſe vidi, & *Prag.* 370. C. 1610. fol. Adde ed. *Amſtelod.* 1698. 12. pp. 135. cura *Elieſ. fil. Chanina* ſub tit. זאת תורה אשר שם משה.

14) תּוֹרַת משה *Lex Moſis*, ex *Joſ.* VIII, 31. comm. *in Legem*, (Bartoloccius perperam addit, eſſe etiam comm. in *Prophetas priores*: hic enim appellatur מראות הצובאות: vide n. 5.) Prodiit is *Calloſcopii* prope CPolin (בילווידיר) ſub Sultano Morad, teſte ש״י, & *Venet.* 361. C. 1601. fol. apud *Jo. de Gara*, literis Bombergianis, cum licentia Superiorum. Iterumque ibidem cum Indice 365. C. 1605. (o) & *Prag.* 376. C. 1616. fol. & *Amſtelod.*. 470. C. 1710.

Noſtro huic in Catalogo Bodlej. p. 22. adſcribitur etiam סֵדֶר בִּרְכַּת הַמָּזוֹן *ordo benedicendi cibum* in 4. ſine loco memorato editum.

Habuit hic filium R. *Chajim Alſchech*, qui Patris comm. in *Pſalmos* & *Proverbia* & in alios libros Biblicos edidit.

Vita ejus & ſcripta ex Bartoloccio recenſentur in V. C. *Adriani Relandi* Analectis Rabbinicis p. 142. ſq. Chriſtiani nonnulli præclare de hujus *Alſchechi* laboribus judicarunt, nominatimque B. *Jo. Friſchmuthus*, in diſſertationibus ſuis paſſim, & alii, qui ingenii, quod ex novis ut plurimum, neque tamen ineptis interpretationibus elucet, & induſtriæ laudem ipſi reliquerunt, quanquam id cum plerisque ſuis civibus commune habet, ut arctiſſimo nexu juncta temere ſeparet & diſtinguat. Quod ad interpretationes illas novas, quas diximus attinet, magis quidem illæ novæ videntur, quam ſunt: recentioribus enim Scriptoribus neglectis antiquiſſimos quosque ſectatur, qui cum non adeo nunc ſint per-

(o) In titulo exprimitur per vocem אלשיך i. e. 361. quæ literæ cum ſimul ipſius auctoris nomen referant, res ut ſingularis & miraculo proxima ſignificatur in præmiſſa præfatione.

Digitized by Google

perſpectæ, ratio in promtu eſt, cur novæ utplurimum videantur. Ita poſt *Conſtant. l' Empereur* in præf. ad Vindic. Vaticinii Jeſ. LIII. judicat *Io. Bened. Carpzovius* prolegom ad Colleg. Biblico-Rabbin. in lib. Ruth p. 20. Vide etiam *Wulferum* ad Theriac. Iudaic. p. 65. & B. *Carpzov.* diſſ. de Vacca Rufa p. 8. & 13.

ר' משׁה אלשקר v. ſupra R. Moſes אראשקאר.

ר' משׁה אלתרס R. MOSES ALTARAS, Judæus Hiſpanus, ſcripſit lib. Hiſpanicum *de ma ntenimiento de la alma,* i.e. de alimentis animæ, quem allegat Vener. *Theodor. Daſſovius* in diſſ. de rebus in agris relictis Hebræorum vett. §. 24. ubi innuit, tribui etiam poſſe *Davidi Barſillai*, cujus opera Moſes ille uſus ſit. Eundem librum allegat *Gisb. Voetius* diſp. Select. Tom. II. p. 144. aitque ex Hebræo Hiſpanice eſſe converſum, & *Venet.* 1609. apud *Boldiſera Bonibelli* editum. 1524

משׁה אמירלדו MOSES AMYRALDUS, V. D. Miniſter & Profeſſor Theologus Salmurienſis, Sæculo XVII. qui obiit 1664. Hunc Bartoloccius procul dubio *Moſis* nomine deceptus commemorat *Tomo* IV. p. 66. tanquam Judæum converſum, qui eruditiſſimam & Catholicam diſſertat. de Myſterio Trinitatis deque vocibus ac phraſibus, quibus tam in Scriptura, quam apud Patres explicatur, ſcripſerit. Scilicet non viderat Bartoloccius diſſertationem ipſam, ſed partem tantum IV. ex toto libello decerptam legerat in Wagenſeilii notis ad Tela Ignea Satanæ p. 140. Eundem fere errorem erravit Anglus quidam, religione Pontificius, in notis ſuis latine ſcriptis ad Excerpta quædam Orationum *Eduardi Dering* Lond. 1659. ed. ubi hæc leges: Moſes *quidam* Amurath, *Miniſter Salmurienſis homo ſaltem nomine (neſcio an & progenie) Iudæo Turca.* In utrumque propterea animadvertit diligentiſſimus *Pet. Baelius* Tomo I. Dictionarii Hiſtorico-Crit. p. 193. not. A. & in additt. ad Tom. I. p. 4.

ר' משׁה מאריטי R. MOSES REATINUS vide infra *Moſes* מריאטי *Moſes de Reate.*

ר' משׁה אשׁכנזי R. MOSES GERMANUS inter Chriſtianos *Io. Petrus Speeth Auguſtæ Vindelicorum*, vel ut ipſe profeſſus eſt amico cuidam B. *Martini Diefenbachii* (quem vide p. 128. *Iudæi Converſi*) *Vindobonæ* natus Parentibus Pontificiis, cum quibus tener annis ſe *Auguſtam Vindelic* 1525

lic. contulit, deinde vero matura ætate relictis Pontificiorum ſacris *Stuttgardiæ* Evangelicorum cœtui ſe addixit, & primum quidem *Argentorati*, deinde vero *Francofurti ad Mœnum* ut Theologiæ Studioſus commoratus eſt, in qua urbe poſtliminio ad Pontificios reverſus & inſolentibus opinionibus maxime indulgens in *Weſtphaliam*, inde vero in Belgium *Amſtelodamum*, abiit, ibique per circumciſionem ſacris Judæorum initiatus nomen *Moſis Germani* accepit tandemque 1701. 27. Aprilis ex morbo defunctus, & ſequenti die ſepultus fuit, quod D. *Io. Wilb. Peterſen* in ſingulari ſcripto vernaculo, quo *Oligeri Pauli* ψευδερμηνείαν *Pſalmi* XXII. v. 2. confutavit, §. 2. p. 4. teſtatur, quamvis alii, forte non præter rationem violento mortis genere, periiſſe ſuſpicentur. Vir fuit animi leviſſimi, & religionem crebro mutavit, nunc ad Socinianos nunc ad Mennonitas dilapſus, Fanaticis eorumque ſcriptis, imo & Böhmianis familiariter utens, atque hinc in varias animi turbas conjectus eſt, quod ex Cl. *Io. Georg. Wachteri*, qui ei in Belgio amicus fuit, ore refert *Maturinus Veizier La Croze*, Vir mihi amiciſſimus, quem & vaſtiſſimæ doctrinæ & candoris nomine maximi facio, in *Vindiciis Veterum Scriptorum* p. 61. ſq. ubi inter cetera quoque refert, eum a nobiliſſimo *Knorrio a Roſenroth* ad adornandam *Cabbalæ denudatæ* editionem adhibitum fuiſſe, Amſtelodami vero aliquot poſt ἀποςασίαν annis veneno ſublatum a Judæis dici, eo quod nugas omnes Talmudicas non ſatis probare ipſis videretur. Scripſit ille, cum ad Pontificios rediiſſet lingua vernacula, ſub nomine *Induſtrii Perpetuique Studioſi Veritatis Antiquæ*

1) *Iudicium amoris* de fundamentalibus quibusdam, qui feruntur, erroribus Eccleſiæ Romanæ, *Mogunt.* 1682.

2) *Speculum doctrinæ ſpirituale triangulare ſexus fœminei* germanice *Neuhauſii* 1694.

3) Latine exaravit philyram unam, non ſine ingenio de Servatoris noſtri Sanctiſſimi divina natura, officiis &c. ſcriptam ſub titulo Σκιαγραφία Theologico-Philoſophico-ænigmatica. *Auguſtæ Vindelicorum* 1680. quam totam B. *Mart. Difenbachius* Judæo ſuo Converſo p. 130. ſqq. inſeruit.

4) In Judaiſmo conſtitutus ſingularem epiſtolam contra eandem de CHRISTO doctrinam exaravit, quam Vener. *Fridericus Chriſtianus Bucherus* cum animadverſionibus ſuis edidit Gedani 1699. ſub tit. *Epiſtola hominis quondam Pietiſtæ, qui ſe ipſum Moſen Germanum vocat*, &c. contra quam Moſis noſtri epiſtolam eodem anno ſcripſit *Peterſenius*, *Bucherum* ſimul

præ-

Digitized by Google

præter rationem adortus, quemadmodum & D. *Io. Wilb. Zieroldus* editionem hujus epiſtolæ præter rem, ut puto, improbavit in *Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica veræ & falſæ Theologiæ*, cap. VII. n. 25. p. 218.

5) Præterea hymnum quendam, qui incipit מי כמוך lingua Lat. & Germanica ligata, Hiſpanica vero ſoluta, edidit ſub titulo: *Iubilus Iudaicus* MI. CAMOCHA *dictus in Feſtum Purim compoſitus a R Iuda Levi Amſtelod.* 1700. Hoc ſcriptum is cum literis ad B. *Arcularium*, Miniſterii Francofurtenſis tum temporis Seniorem, miſit, quæ legi poſſunt apud B. *Difenbachium* l. c. p. 138.

6) Quædam ejus epiſtolæ ad vindicandum Judaismum pertinentes leguntur in Cl. *Io. Georgii Wachteri* Spinoſismo in Judaismo *Amſtelod.* 1699. 8. edito, in quo libro hominem ad ſaniorem mentem revocaturus easdem literas confutavit.

Idem de aliis quoque argumentis ſingulares opiniones fovit. v. c. Novum Inſtrumentum & illorum Eccleſiæ Doctorum ſcripta, qui tribus a N. C. ſæculis floruiſſe dicuntur, Conſtantini M. juſſu & auſpiciis fuiſſe conſarcinata, cui & ipſæ Chriſtianæ religionis origines debeantur. Vide modo laudatum La Croze p. 62. & p. 114- ubi habes locum ex epiſtola ejus MS. qui hominem vanarum etymologiarum ſtudioſiſſimum oſtendit. Sed de his ſatis & forte nimium. Quæ B. *Iac. Philippus Spenerus* ad hominem primum a Pontificiis, deinde a Judæis, revocandum per epiſtolas molitus ſit, legi licet in Conſiliis ejus Theologicis vernaculis Parte III. p. 534. ſq. 961. ſq. & Parte IV. p. 623. & in Conſiliis Theologg. Latinis Parte III. p. 430. Fuerunt, qui eum Halis adhuc dum in officina Typographica operam collocantem degere cenſerent, ſed illum nihil præter nomen cum Apoſtata noſtro commune habere ex Amici literis mihi conſtat. Confer præter laudatos de noſtro, B. *Feuſtkingium* in Gynæceo Fanatico p. 466. *Andr. Caroli* Tomo II. Memorabil. Sæc. XVII. p. 911. ſqq. & V. C. *Io. Iac. Schudt* in Memorabilibus Judaicis lib. IV. p. 273. & lib. VI. p. 95.

ר' משה אשכנזי R. MOSES GERMANUS ſcr. 1526

ויכוח diſputationem inter Cabbaliſtas & Philoſophos de Metempſychoſi, quam adſtruere conatur. MS. in B. Vatic. 4. Hunc Bartolocc. iterum memorat paulo poſt ſub nomine *Moſis Cohen.*

ר' משה בוטריל R. MOSES BOTRIL per compendium 1527

by Google

dium הר"מב, unus ex quinque Interpretibus libri *Iezira*, qui exſtant in edit. Mantuana vide ſupra ſub אברהם.

1528 ר׳ משה בירגל R. MOSES BIRGEL. Archiſynagogus Friburgenſ. diſcipulus Jacobi Genzburgenſis claruit Sæculo XVII. ineunte: v. *Zemach David* continuatum p. 46. b.

1529 ר׳ משה במהודא R. MOSES BIMHUDA ſcr.

לקיטי שושנים *collectiones liliorum*, ex *Cantic.* VI. 2. explicationes in Prophetas poſteriores, quarum pars ex *Iacob* בי רב R. *Meir Arama* collecta eſt *Venet.* 362. C. 1602. *Plantavitius* n. 287. ait eſſe breves locos Communes ex veterum Rabbinorum monimentis ad faciliorem Prophetarum intelligentiam collectos auctore *Iacob Be Rav. Venet.* 367. 4. Scilicet is in computum adſumſit ה ex literis הש"סב quod fieri non debebat.

1530 ר׳ משה בסולה R. MOSES BASULA laudavit librum *Zohar* in præfat. ed. Mantuanæ 318. C. 1578. 4. Idem varios libros R. *Moſis Corduero Venet.* edidit, de quibus ſuo loco dicemus.

ר׳ משה בן בצלאל R. MOSES fil. BEZALEL, *Sacerdos juſtitiæ*, vide infra R. *Moſes ben Ioſeph ben Bezalel.*

ר׳ משה בשיצי R. MOSES BESCHITZI (*Byzantinus*) vide paulo ante R. *Moſes fil. Eliæ.*

ר׳ משה די גאיו R. MOSES de GAIO v. infra R. *Moſes* מריאיטי

1531 ר׳ משה גאלנטי R. MOSES GALANTE fil. *Mardochai* princeps Academiæ Saphetenſis ob. 368. C. 1618. teſte Chronologia Ganzii continuata p. 46. b.

1) אור החמה *lux Solis*, ex *Ieſ.* XXX. 26. comm. in *Zohar* MS. citatur in lib. קול בוכים teſte ש"י.

2) דרשות *conciones*, *Venet.* 358. C. 1598. 4.

3) מפתח הזוהר *clavis Sohar*, i. e. Index locorum Scripturæ Sacræ in lib. *Zohar* explicatorum. *Venet.* 326. C. 1566. 4.

4) קהלת יעקב *cœtus Iacobi*, ex *Deuteron.* XXXIII. 4. comm. in *Eccleſiaſten*, ubi in verſus ſingulos allegantur loca huc ſpectantia ex *Zohar* &

Digitized by Google

& *Tikkunim*, cum rationibus idoneis. *CPoli* 330. C. 1570. 4. recuſ. *Francof. ad Mæn.* 1681. 4. *Plantavitius* perperam ex fide Catalogi Pragenſis pro rituali habet & breviarium Hebræorum, quod *Siddur* vocant, complecti ait, editumque putat *Zapheta opido Galliæ* (p) pro quo ſcribere voluit *Galilææ*, & vel ſic locum incolatus cum urbe, in qua editio curata eſt, confudit. Bartoloccius eum ex parte ſequitur, qui tamen alibi ſub R. *Baruch bar Baruch* rectius de libro hoc pronunciaverat.

5) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa legalia* 124. *Venet:* 348. C. 1588. apud *Jo. de Gara* ſecundum Bartoloccium. ש"י habet an. 368. C. 1608. fol. In hujus voluminis calce exſtant novellæ quædam explicationes & deciſiones in Cod. *Avoda Sara*, *Bava Kama*, & *Metzia*, *Jom Tov*, *Jevamoth*, *Gittin*, ut & in explicationem הר"ן R. *Niſſim* ſuper Codd. *Schevuoth*. Compilavit eas auctoris filius R. *Jedidja Galante*, teſte Ganzio continuato l. c.

Eidem Plantavitius n. 622. tribuit librum קִינוֹת *lamentationum* eumque ait eſſe comm. in Threnos editum Venet. & memoratum in Catalogo Synagogæ Pragenſis; at non præter rem vereor, ne is noſtrum *Moſen* confuderit cum *Abraham Galante*, cujus comm. in *Threnos*, alias קול בוכים dictus, vocatur etiam קִני סתרים vide *Abraham Galante*.

ר' משה גאלנטי R. MOSES GALANTE, fil. *Jonathanis*, prioris, ut videtur, pronepos, Rector Synagogæ Hieroſol. Sæculo XVII. inclinante claruit, obiitque an. 449. C. 1689. d. 21. menſ. *Schbat* cujus exſtat 1532

1) זֶבַח שְׁלָמִים *ſacrificium eucharisticum*, ex *Proverb.* VII. 14. quo nomine commentationem hanc ideo appellavit, quia ex *voto*, quo ſe obſtrinxerat, eam in literas retulit, comprehendentem 161. diſſertatiunculas varias in dicta Biblica, ſectiones quaſdam Talmudicas & loca pauca librorum *Sohar*, *Siphra*, *Siphri* &c. *Amſtelod.* 468. C. 1708. 8. foliis 55. MS. a quodam *Moſis* noſtri diſcipulo ex Terra Sancta delatum, & cura R. *Moſis fil. Jac. Chagis* cum hujus præfatione & notulis editum eſt. Vide plura in *Relationibus Theolog. Innoxiis* vernacula lingua editis an. 1711.

Kkk kk 2 p. 443.

(p) Scilicet legit is, ut ſuſpicatur *Bartol.* in titulo Hebræo בצפת הגליל i. e. Zapheth Galilææ quam poſteriorem vocem de *Gallia*, vel deſtinato conſilio, vel manus quodam errore interpretatus eſt.

Digitized by Google

p. 443. ſqq. ubi exactam libri recenſionem a Rev. *Ad. Andr. Cnollenio* factam leges. Adde an. 1713. p. 411. ſq. Idem Moſes ſcripſit

2) פְּסָקִים *deciſiones juridicas*, quæ hinc inde in recentioribus ſcriptis *quæſt. & reſponſionum* allegantur.

3) אֶלֶף הַמָּגֵן *mille ſcuta*, ex *Cantic.* IV. 4. vaſtum *opus* & alia quædam forte impoſterum lucem videbunt.

1533 ר׳ משה גבאי בן שם טוב R. MOSES GABBAI fil. *Schem Tov*, Hiſpanus, cujus

ביאור *illuſtratio* commentariorum *Raſchii* MS. in fol. exſtat in Biblioth. Bodlejana vide Catalogum n. 3762. Forte hic idem eſt cum R. *Moſe ben Schem Tov*, de quo infra dicemus.

1534 משה בן גדעון אבודייאנתי MOSES fil. GIDHON ABUDIENTE, claruit Sæc. XVII. & ſcripſit lingua Luſitanica *Grammaticam Hebr.* in quatuor tractatus diſtinctam & *Hamburgi* 393. C. 1633. 8. editam, ubi tract. I. de lectione, verbique ratione & ſpeciebus, II. de flectione verborum & variis eorum generibus, III. de Nominibus & Adverbiis IV. denique de ſoluto & ligato dicendi genere præcipit.

1535 ר׳ משה גליאני R. MOSES GALIANI, *CPolitanus*, ſcr. תַּעֲלוּמוֹת חָכְמָה *abſcondita ſapientiæ* ex *Job.* XI. 6. liber variis inſulſis ineptiis refertus, & MS. quem ſolus Buxtorfius in append. B. Rabb. memorat. Alium ejusdem tituli recenſuimus ſupra ſub R. *Joſepho Schelomo Cretenſi*.

1536 ר׳ משה גיקאטיליה R. MOSES cognomine GECATILIA Sacerdos, *Hiſpanus Cordub.* Poeta, vixit an. 4908. C. 1148. & ſcripſit Grammaticalia quædam, teſte Bartoloccio. *Io. Morinus* poſt præfat. ad Opuſcula Hebræo-Samarit. in Addendis e. iii. b. profitetur, ſe legiſſe R. *Iudæ Chiug* Grammaticam Hebr. MS. in cujus titulo dicatur, R. *Moſen Gecatiliam*, qui librum compoſuerit de dictionibus maſculinis & fœmininis Grammaticam illam hebr. vertiſſe. Confer Catalogum Grammaticorum ſupra ſub voce דקדוק exhibitum. Laudatur idem ab Aben

Eſra

Digitized by Google

Eſra in limine libri מאזנים & in libro צחות pagina penult. ubi etiam obſervat, Jobi XXXVI. 31. diſtinctionem verſuum ab eo mutatam eſſe. Memoratur quoque in *Balmeſii* Grammatica plagula S. 2. Conf. *Moſes Cohen.*

ר׳ משה מגירונדה R. MOSES GERUNDENSIS vi- 1537
xit Sæculo XV. ineunte. Scripſit is contra *Paulum Burgenſem* Ex Judæum, de quo ſuo loco, quod teſtatur *Paulus Ricius* de Cœleſti agricultura p. 69. Artis Cabbaliſticæ *Jo. Piſtorii*, ubi hæc legis: *Juniorum vero Talmudicorum tanta & tam proterva eſt ignorantia, ut ille Gerundinus Rabbi Moſes in diſceptatorio ſuo adverſus P. Burgenſem tractatu nullum aliud in hoc loco refugium inveniens dicere non abhorruerit, non fore inconveniens, quandoque nonnulla Talmudæorum dicta minime admittere.* Confer *Gilb. Genebrardi* Chronographiam p. 691. b. & *Jo. Henr. Hottingerum* in *Hiſtoria Eccleſ.* N. T. Sæculo XV. p. 933.

ר׳ משה מגראנאדה R. MOSES GRANATENSIS 1538
cujus Anthologia carminum Hebraicorum cum ſcholiis Arabicis exſtat MS. in B. Bodlej. n. 5371. inter Codd. Pocockianos n. 44.

ר׳ משה בן בתו של ר׳ גרשון R. MOSES 1539
nepos R. GERSON ſcr.

סֵפֶר הַשֻּׁלְחָן *librum menſæ*, quo collegit omnes deciſiones (פסקי) Gemaræ, quem librum per fata imperfectum relictum abſolvit filius ejus *Samuel*: v. *Schalſcheleth* p. 55. a Flor. 4950. C. 1190.

ר׳ משה בן גרשון חפץ R. MOSES fil. GERSON 1540
CHAPHETZ ſcr.

ס׳ חֲנֻוכַּת הַבִּירָה *lib. initiationis Templi*, quo explicavit habitum & ſtructuram Templi ultimi ſecundum omnes ejus partes, una cum Ιχνογραφίᾳ totius Templi, figurisque quarundam partium variis, per capita LVIII. *Venet.* 456. C. 1696. 4. Capitum illorum tituli referuntur in Actis Erudit. anni 1697. p. 450. ſq. una cum delineatione totius templi & figuris diverſis.

ר׳ משה בן דוד R. MOSES ben DAVID *de tribu Naphthali* v. ſupra R. *Aaron ben Moſe de tribu Aſſer.*

Digitized by Google

1541 ר׳ משה בן דוד הנרבוני R. MOSES ben DAVID *Narbonenſis*, ſcr.

Comm. in Threnos MS. teſte ש״י qui eodem opere monet eundem fuſe commentatum eſſe in *More Nevochim*. Conf. infra R. *Moſes Narbonenſis*.

1542 ר׳ משה הדרשן R. MOSES *Concionator, Narbonenſis* fil. *Joſua* ut vocatur in ש״י. Magiſter R. *Salomonis Iſaacidæ*, adeoque Rabbinus Sæculi XI. Illius ſubinde meminit *Jarchius* v. c. ad *Num.* XV. 33. ut & *Abarbanel* ad *Geneſ.* XLIX. 10. Memorant etiam Judæorum Hiſtorici, R. *Gedalias* in *Schalſcheleth*, p. 41. b. & R. *Dav. Ganz* ad an: 4830. C. 1070. Scripſit is commentarium in Legem, quod monuit etiam ש״י p. 62. n. 66.

Eidem Bartoloc. ait nonnullos tribuere *Bereſchith Rabba*, non quidem illum, qui hodie ſuperſtes eſt, ſed alterius, qui perierit, quamvis alii antiquiori ejusdem nominis Scriptori acceptum ferre malint. Neſcio ſane, quinam ſint illi, ad quos hic provocat Bartoloccius: cum non meminerim, a quoquam Moſi huic tribui *Bereſchith Rabba* tanquam diſtinctum a comment. in Legem, quem ipſe jam laudaverat. Sæpe eum ad partes vocat *Petrus Galatinus*, v. c. lib. VIII. cap. XI. p. 459. ubi ex expoſitione ejus in *Geneſeos* cap. I. integrum locum affert. Confer lib. IV. c. 12. p. 218. Allegatur etiam in *Raymundi Martini* Pugione *Fidei*, ut proinde Auguſtinum Juſtinianum ejus ſcripta poſſediſſe neceſſe ſit, ſi vera ſunt, quæ ipſe in præfat. ad *Porchetum* ſcribit, ſe Rabbinos omnes in illo Pugione citatos, poſſidere. *Mich. Neander* teſtimonia adverſus Judæos ex eodem copioſe affert, in *Teſtimoniis Judæorum de Meſſia*, quæ cum ejus Erotematibus linguæ Hebreæ lucem viderunt: hæc tamen is ex Galatino mutua accepit. Sic & B. *Chriſtoph Helvicus* in *Elenchis* ſuis *Judaicis* Epelencho III. de exceptionibus Iudæorum ad argumenta Chriſtianorum p. 298. edit. a Cl. Crenio curatæ Judæos ita alloquitur: *Nam non ſolum R. Moſes Haddarſchan (quem adhuc MS. inter vos habetis, nec me latet, ubi exemplar exſtat) expreſſe affirmat* &c. Quibus verbis ſi quid fidei tribuendum ſit, facile intelligitur, quam parum tribuendum ſit, Judæis temere negantibus, *Moſen* illum *Haddarſchan*, cujus teſtimoniis Chriſtiani in rem ſuam utuntur, unquam exſtitiſſe, quod B. *Jo. Mullerus* in epiſt. ad Io. Buxtorfium Fil. ſcripta & in Catalectis Theologico-Philologicis Nepotis ejus V. C. *Io. Buxtorfii* p. 444. legenda affirmat. Equidem non nego, tam illuſtria & præclara mihi ſemper viſa eſſe, quæ

a *Galatino*

a *Galatino* & aliis ex *Moſe Haddarſchan* afferuntur de CHRISTO &c. teſtimonia, ut ea, niſi interpolata ſint, a Judæo Sæculi XI. exſpectare nullo modo poſſis: unde conjecturam facere licebit non inidoneam, antiquiorem quendam Judæum hujus nominis illorum Scriptorum eſſe auctorem, quique adeo a præceptore *Raſchii* ſit diſtinguendus.

ר׳ משה בן הלל R. MOSES ben HILLEL Sæc. 1543
XVII. inclinante vixit & Patris ſui *Hillel ben Naphthali Hirtz* librum בית הלל de quo ſuo loco vide, *Dyrenfurti* 451. C. 1691. edidit in fol. procul dubio adhuc ſuperſtes.

ר׳ משה הענוכס R. MOSES HENOCHUS, *Hieroſolymit anus*, ſcr. 1544

סֵפֶר הַמַּרְאָה *liber viſionis* ſ. *ſpeculum*, qui vernacula lingua ſcriptus communiter vocatur *Brandtſpiegel* (בראנטשפיגל) & de vita recte inſtituenda ac pœnitentia agenda 76. capitibus præcipit. *Baſil.* 362. C. 1602. 4. *Prag.* 370. C. 1610. 4. *Cracov.* ſine anno notato & *Francof. ad Mœn.* 437. C. 1677. Vidi ego editionem anni 386. C. 1626. 4. ſine loco notato, quem Pragam ſuſpicor, ex typorum conditione. Hunc librum Bartoloc. ſub tit. *Barnath-Spiegel* lit. ב & *Hendreichius* commemoravit tanquam *ἀνώνυμον* ſcriptione admodum corrupta, qualis etiam obſervatur in Catal. Thuaneo P. I. p. 191. ed. Hamb. ubi vocatur *Barnat. Schephig.*

ר׳ משה ויקיו R. MOSES VECCHIO i. e. *Senex* Italus & 1545
Rav Synagogæ magnæ inclinante Sæculo XVI. vixit, ſcripſitque

תִּקּוּנֵי הרי״ף *Correctiones Rav Alphes*, quæ MSS. exſtiterunt apud R. *Manoach*, vulgo *Tranquillum Corcos* juniorem, Doctorem Medicum, teſte Bartoloccio, qui monet, in illis non ſolum ipſa *Rav Alphes* opera corrigi, ſed Interpretes quoque eorum R. *Ionam*, R. *Niſſim*, *Haroſch* & נימוקי יוסף emendari.

ר׳ משה וויטמונט R. MOSES WITMUND fil. 1546
Eli Nathan, edidit

אֳרְחוֹת יוֹשֶׁר *ſemitas rectas*, ex *Prov.* I'. 13. i. e. Eccleſiaſticus germanice converſus. *Amſtelod.* 421. C. 1661. 8.

ר׳

1547 ר׳ משה בן זבולון אליעזר R. MOSES fil. SEBULON *Elieſer*, claruit Sæc. XVII. & ſcr.

זִכְרוֹן מֹשֶׁה *memoria Moſis*, ubi explicantur & ſolvuntur objectiones, quas *Elias Miſrachi* formavit in comment. Raſchii ſuper Legem: adjunctum habet comment. in quinque *Megilloth*, cum ritibus in calce variis, *Lublin.* 371. C. 1611. 4. Hunc auctorem שׁ״י in Indice alphabetico vocat R. *Moſ.* זעליקמן in corpore vero ipſo idem nomen habet, quod nos poſuimus.

ר׳ משה זכותא R. MOSES SACUTA fil. *Mardochai*: v. infra *Moſche f. Mardoch.*

1548 ר׳ משה זעלקלי גראטוואל R. MOSES f. SELKELI *Gratuval*, Archiſynagogus Manheimenſis, ob. 442. C. 1682. v. *Zemach David* continuatum p. 47. b.

1549 ר׳ משה חאגיז בן יעקב R. MOSES CHAGIS fil. *Jacobi*, nepos R. *Moſis Galante* junioris, de quo ſupra, ex terra Sancta colligendarum eleemoſynarum cauſa in Europam profectus varia hinc inde edidit, v. c.

1) *R. David Avi Simra* אור קַדְמוֹן *Venet.* 1703 de quo ſupra p. 296.

2) אוֹרַח מִישׁוֹר *ſemita recta.*

3) סֵפֶר כְּרִיתוּת *libellus repudii* cum patris ſui תחלת חכמה.

4) לֶקֶט הַקֶּמַח *collectio farinæ.*

5) קָרְבַּן חֲגִיגָה *oblatio Chagiga.*

6) Præfationem & notas in R. *Moſis Galante* librum זבח שלמים de quo paulo ante.

7) שְׂפַת אֱמֶת *labium veritatis*, ex *Prov.* XII. 19. quo miſeram Judæorum in Terra Sancta conditionem, ipſius autem regionis præſtantiam delineat, imprimis vero fidei ſuæ ſocios ad ſtipem liberaliter dandam cohortatur, idque occaſione epiſtolæ cujusdam, in qua de his momentis interrogatus erat. Amſtelod. an. 467. C. 1707. 8. fol. 28. Digna eſt, quæ legatur amplior hujus libri recenſio in *Relationibus* Theolog. Inno-

Digitized by Google

noxiis anni 1713. p. 411. unde etiam intelligetur, auctorem inter ſuos eruditiſſimum odio & invidia ſuorum ob animadverſiones in luxum eorum liberiores premi, & propterea inopia ingenti laborare. Sperare is adhuc jubet Patris ſui הלכות קטנות una cum collectaneis ex Novellis (חדושים) avi ſui *Moſis Galante*, ſuisque Spicilegiis, ac denique Tomis IV. *quæſtionum & reſponſ. R. David fil. Simræ.*

ר׳ משה בן חביב R. MOSES ex familia CHAVIB 1550

ben *Schem Tov* (q) floruit Sæc. XV. inclinante & ſcr.

1) דַּרְכֵי נֹעַם *via jucunda*, ex *Prov.* III. 17. ubi de rebus Grammaticis agitur. Prod. *CPoli* ac *Venet.* 306. C. 1546. 8.

2) מַחֲנֵה אֱלֹהִים *castra Dei*, ex *Geneſ* XXXII. 2. liber Philoſoph. & Theolog. MS. ad exemplum libri *More Nevochim*. Exſtat alius ejusdem tituli liber, qui eſt *Nehemiæ Laveto*, de quo ſuo loco.

3) מַרְפֵּא לָשׁוֹן *medela linguæ*, ex *Prov.* XV. 4. liber Grammaticus, de re metrica ſimul præcipiens. *CPoli & Venet.* 306. C. 1546. 8. quo Jo. Buxtorfius in explicanda Hebræorum poëſi uſus eſt, quod patet ex Theſauro ejus Grammatico p. 618. 630. 631. & 637. Hunc librum ſub noſtri nomine commemorat *Plantavitius* n. 416. idemque n. 300. recenſet tanquam diverſum מאזני לָשׁוֹן וּמַרְפֵּא לָשׁוֹן, quem ait eſſe librum moralem, qui oſtendat modum bene & decenter loquendi, excuſum *Venet.* ſine nomine auctoris, quod ſe debere ait Indici expurgatorio Romano libb. Judaic. Putem ego, duorum diverſorum librorum eorumque Grammaticorum titulos in Catalogo iſto fuiſſe conjunctos, quorum prior ſit idem cum Grammatica *Kimchii*, quæ eundem titulum fert, po-

Llll l ſte-

(q) Auctor in limine commentarii ſui in *Bechinath Olam* ita nomen ſuum effert:

משה בן שם טוב למשפחת בן סביב ספרדי מתושבי הקהלה הקדושה אשר בלישבונה במלכות פורטוגאלו המתגורר פה אוסטראנטו אשר במחוז פולייא במלכות נאפולי:

i. e. *Moſes fil. Schem Tov, ex familia Chaviv, Hiſpanus ex incolis Synagogæ SanctæVlyſſiponenſis, in Luſitania, qui nunc commoratur Hydrunti in Provincia regni Neapolitani.* Hinc patet eundem eſſe *Moſen ben Schem Tov*, & *Moſen Chaviv*, ut proinde ש״ץ in Indice alphabetico Scriptorum *Moſen ben Schem Tov*, interpretem libri *Bechinat Olam* perperam a *Moſe Chaviv* diſtinguat. Confer infra R. *Moſes Schem Tov*.

ſterior non diverſus a noſtro. Hottingerus Inſcript. Orient. p. 2. & Bartoloccius tribuit R. *Moſi Schem Tov*, idem vero p. 41. Biblioth Orient. adſcribit noſtro.

4) פֶּרַח שׁוֹשָׁן *flos lilii*, ex 1. *Regg*. VII. 26. liber Grammaticus, qui citatur in Balmeſii Grammatica plag. R. iii (r)

5) קוֹל יְהוָה בַּכֹּחַ *vox Domini cum virtute*, ex Pſ. XXIX. 4. MS. teſte ש״י.

6) Ejusdem eſt comment. in בחינת עולם qui cum libro ipſo prodiit *Ferrar*. 1552. C. 1592. 4. (s)

7) Idem Indicem tractatuum & capitum libri נוה שלום concinnavit, qui poſt præfat. *R. Moſis Almoſnino* legitur in edit. CPolit. 298. 4. C. 1538.

8) Hujus quoque ſuſpicor eſſe illum R. *Moſen Gabbai* (quod facile ex חביב naſci potuit) fil. *Schem Tov*, cujus expoſitio commentarii Raſchii MS. exſtat in Bibl. Bodlejana n. 3762. Neque enim quenquam, qui *Moſis Gabbai* nomen feret, novi.

1551 ר׳ משה חזן R. MOSES CHASAN, (*cuſtos*) qui dicitur per compendium רמ״ה quem ש״י p. 85. a. eum putat eſſe *Moſen*, cujus כְּלָלֵי הַנִּקּוּד *regula punctationis* in Bibliis majoribus juxta Maſoram magnam inveniuntur. Confer de eo Buxtorf. de Abbreviaturis p. 187.

ר׳ משה בן חיים אלשיך v. ſupra R. *Moſche Alſchech*.

1552 ר׳ משה בן חיים R. MOSES ben CHAJIM ben R. *Schem Tov Piſante* (פנזטי) quem *Bartoloc*. Tom. IV. p. 227. *Moſen* פיסאנט appellat, *Buxtorf*. rectius *Piſante*, ut & ש״י. Scr.

1) חֻקּוֹת פֶּסַח *ſtatuta Paſchatis*, comment. in Aggada Paſchatis, *Theſſalon*. 330. C. 1570. 4.

2) נֵר מִצְוָה *lumen præcepti*, ex *Prov*. VII. 22. i. e. comment. & illuſtratio אַזְהָרוֹת R. *Salomonis ben Gavirol*, cum explicatione contextus ex ſententiis Rabbinorum, & excerptis ex R. Simeonis bar Zemach. comm.

(r) In eadem Grammatica noſter hic ſub nomine *Chaviv* ſæpiſſime & tantum non ſingulis paginis allegatur: Plerumque tamen non ſine reprehenſione, eo quod antiquiorum Grammaticorum veſtigia deſeruit.

(s) Vide ſupra p. 402.

Digitized by Google

comm. in eundem librum אוהרות. *CPoli* 327. C. 1567. 4. & *Theſſalonic.* 358. C. 1598. quæ editio exſtat in B. Oppenheimeri.

ר׳ משה חלאיו vide R. MOSES ben R. *Iſaac* CHALAIO.

ר׳ משה חלאנה R. MOSES CHALANO ſcr. 1553

אשכל הכפר *bacca cypri*, ex *Cantic.* I. 14. liber ritualis MS. teſte Bartolocc. R. Schabbatæus idem teſtatur, qui tamen auctorem vocat קאלנו, quod puto rectius.

ר׳ משה אב חנוך R. MOSES *pater Henochi*, qui in 1554
Hiſpaniam nave piratica captivus translatus ſtudium Talmudicum Sæculo XI. Cordubæ introduxiſſe fertur: vide *Zemach David* Parte I. ad an. 4727. *Juchaſin* p. 121. poſt *Abraham ben Dior* in lib. Cabbalæ; ex iis vero *Jo. Henr. Hottingerum* in Hiſt. Eccleſ. N. T. Sæc. XI. p. 492. ſq.

ר׳ משה חפץ R. MOSES CHAPHETZ *incola Trieſta-* 1555
nus, (שוכן בתריאסטי) forte adhuc ſuperſtes eſt: Scripſit

מלאכת מחשבת *opus meditationis*, ex *Exod.* XXXV. 33. inſtar commentarii in Pentateuchum, qui in ſex ſectiones diſtinctus potiſſima Philoſophiæ & Cabbalæ dogmata perſequitur, ita ut Sect. I. de principiis. II. de ſcrutinio naturæ. III. de Univerſo. IV. de cauſa prima ſive Theologia. V. de Ethica & VI. de Politica commentetur. Poſterior tituli vox per *Notarikon*, certam Cabbalæ ſpeciem, totum auctoris nomen exprimit. Prodiit liber *Patav.* 1712. Confer Ephemerides Literar. Pariſ. 1712. Parte II. p. 469.

ר׳ משה חריזי R. MOSES CHARISI, cujus poemata hebræa MSS. exſtant in Bibl. Bodlejana n. 6053. Catalogi inter Codd. 1556
Huntingtonianos n. 307.

ר׳ משה דטראני R. MOSES fil. JOSEPH de TRANI, ſ. ut alii, *de Trana*, urbe Apuliæ, æqualis R. *Joſeph Karo* an. 330. C. 1557
1570. Zapheræ floruit, quem Judæi vocant דיין המפורסם *Judicem celebratiſſimum*, & נר ישראל *lumen Iſraelis*, ſcr.

1) אגרת גאלת עולם *epiſtola de liberatione Sæculi*, de qua ש״ך videri jubet librum בית אלהים p. 102.

2) בֵּית אֱלֹהִים *domus Dei*, ex *Geneſ.* XXVIII. 17. de ritibus & cerimoniis Iudaicis liber in capita 64. & tres partes diviſus, quarum I. de precibus. II. de pœnitentia. III. de tredecim articulis fidei Iudaicæ exponit: eadem comprehenditur comm. in פרקי שירה de quo libro ſuo loco dicemus. *Venet.* 336. C. 1576. apud *Jo. de Gara* fol. & ibid. 341. C. 1581. quæ utraque edit. exſtat in B. Bodlej. Liber, judice Plantavitio, ſtilo puriſſimo ſcriptus. Titulum hunc libro ſe feciſſe ait auctor, quod per tria illa, de quibus agit, momenta homo cœlum ingrediatur. Suſpicor, eundem eſſe cum eo libro, quem *Plantavitius* n. 70. ſub eodem titulo tribuit R. *Moſi Nero*, tanquam librum deciſionum Talmudicarum, qui citetur in *Schalſcheleth*. Modo enim monuimus, a Judæis eum vocatum fuiſſe נר ישראל.

3) מַרְבִּיץ תּוֹרָה *docens Legem*, conciones in Legem teſte ש״י.

4) קִרְיַת אַרְבַּע ex *Joſ.* XV. 13. MS. teſte ש״י ubi de argumento tacetur. MS. habet *Oppenheimerus*.

5) קִרְיַת סֵפֶר *civitas libraria*, ex *Joſ.* XV. 15. compendium Iurium Hebræorum, ubi oſtenditur, num illa ex Lege ſcripta, an ex traditione aut tredecim modis interpretandi legem derivata ſint: in certa *Hilchoth* ſecundum ordinem *Jad Chaſaka* diſtinctum. *Venet.* 311. C. 1551. fol. per Bragadinos ſecund. Bartoloc. at ש״י habet an. 313. Breviſſimum & diſtinctiſſimum totius Talmudis Babylonici compendium vocatur recte a *Jo. Morino* p. 26. Exerc. Biblic. & Plantavitio n. 630. Unde neſcio, cur a Buxtorfio in B. Rabb. ut & in Catalogo Bibl. Leidenſis p. 262. vocetur *liber concionum*.

6) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſtiones & reſponſiones* 841. (non 230. quot numerat Bartoloc.) partibus duabus, quarum prior *Venet.* 389. C. 1629. ap. *Io.* קאליוני per R. *Nathan Gotta* poſterior ibidem 390. C. 1630. fol. prodiit.

1558 ר׳ משה טיקטין R. MOSES TIKTIN, cum cujus animadverſionibus prodiit R. *Mardochai f. Hillel* מרדכי גדול *Cracov.* 358. C. 1598. fol.

1559 ר׳ משה טרינקו R. MOSES TRINKO *Cabbaliſta*, diſcipulus R. *Iſaaci Loria*, Sæc. XVII. clarus, qui ejus librum הכוונות in lucem protulit.

ר.

ר׳ משה בן יהודה R. MOSES fil. JEHUDA 1560
hujus
קִצּוּר בֵּיאוּר *compendium explanationis Talmudicæ* memorat Plantavitius n. 626. tanquam *Venet.* 334. C. 1574. 4. editum.

ר׳ משה בן יהודה R. MOSES fil. Jehuda: vide infra R. *Moſes Nathan.*

ר׳ משה בן ר׳ יהודה בן משה R. MOSES 1561
ben R. JEHUDA fil. *Moſis*, ex familia הנערים ſecundum *Schalſcheleth* p. 61. b. vixit Sæculo XIII. inclinante & ſcr.

1) מְלַמֵּד הַתַּלְמִידִים *Doctor diſcipulorum*; ut *Buxtorf.* & cum eo *Plantavit.* legit, vel ſecundum *Bartoloccium* מַלְמַד הַתַּלְמִידִים *ſtimulus diſcipulorum*: cujus argumentum nec in *Schalſcheleth*, nec usquam alibi memoratur.

2) תַּפּוּחַ זָהָב *pomum aureum*, ex *Proverb.* XXV. 11. i. e. expoſitio locorum difficiliorum, quæ ſunt in comment. *AbenEſra* in Pentateuchum. hanc in B. Vatic. MS. eſſe ait Bartoloccius. Hoc ſcriptum non habet ש״י

ר׳ משה בן יהודה בגדי R. MOSES fil. JEHUDA 1562
Nigdi: vide, quæ dicentur infra ſub R. *Perez Haccohen.*

ר׳ משה יהודי R. MOSES *Judæus* & *Abuchmad* Iſmaelita 1563
diſputarunt inter ſe de Theologia & Philoſophia: quæ diſputatio MS. exſtat in B. Vatic. 4. Suſpicor fere, hunc *Moſen* eſſe eundem cum ſequente *Moſe f. Ioſua*, quippe qui ſimile *AbuAchmed*, qui interdum *Abuchmad* dicitur, ſcriptum convertit.

ר׳ משה בן יהושע ישי בן דוד R. MOSES 1564
fil. JOSUÆ ISAI fil. *David*, *Narbonenſis*, floruit Sæculo XV. medio. Hujus שְׁאֵלוֹת *quæſtiones* ſuper Averroem & *Chizan ben Joktan*, ut & effata *Abubecker* in duas partes diſtributa MS. ſunt in B. Vatic. 4. conf. ſupra אבובכר.

Idem ex Arabico Hebr. fecit *Abu Achmed Algazali* librum de opinione Philoſophorum circa providentiam divinam; item על תּוֹעֶלֶת הַגָּיוֹן de utilitate Logicæ, MS. in B. Vatic. fol. ש״י præter hæc eum ait convertiſſe hebr. ejusdem librum contra Chriſtianos *de unitate Dei*

Digitized by Google

Expoſitio nominis Tetragrammati & explicatio libri *More Nevochim* ab eodem ſcripta MS. latet in Biblioth. Urbinat. Bartoloccius iterum hæc ſcripta maximam partem memorat infra ſub *Moſe Narbonenſi*, ubi vide quæ ſcribentur, & quæ ibi commemorabuntur, huc refer.

1565 ר׳ מושה בן יוסי R. MOSES ben JOSE edidit סֵדֶר הַגָּדָה שֶׁל פֶּסַח *Rituale Paſchatis.* Amſtelod. 455. C. 1695. fol.

1566 ר׳ מושה בן יוסף ביבי R. MOSES ben JOSEPH BIBI, laudavit librum *Zohar*, quod elogium legitur in ed. Mantuana 318. C. 1558. 4.

ר׳ מושה בן ר׳ יוסף מטרני vide R. MOSES de TRANI

1567 ר׳ מושה בן יוסף בצלאל R. MOSES ben IOSEPH BEZALEEL, *Sacerdos juſtitiæ*, qui *Machſor* ſecundum ritum *Polonorum*, *Bohemorum*, *Moravorum* &c. *Pragæ* 373. C. 1613. fol. editum expoſitione vocum difficiliorum inſtruxit.

Idem סְלִיחוֹת ex ritu *Bohemorum*, *Moravorum* & ex parte *Polonorum* expoſitione ſua inſtruxit, Pragæ aliquoties edit. fol.

1568 ר׳ מושה בן יוסף פיג R. MOSES ben IOSEPH PIG *Germanus*, ſed CPoli commoratus ſcr.

זִכְרוֹן תּוֹרַת מֹשֶׁה *memoriale Legis Moſis*, (alluditur ad *Malach* III. 16. & IV. 4.) liber ipſe exhibet Indicem realem & alphabeticum dictorum in utroque Talmude obviorum *CPoli* 313. C. 1553. fol. Idem liber cum amplis acceſſionibus, quæ ſcilicet indicem dictorum in libris *Akedat Iſaac*, *Ikkarim*, *More Nevochim*, concionibus R. *Niſſim*, *Derech Emuna* &c. exſtantium complectuntur, recuſus eſt *Pragæ* 383. C. 1623. apud *Joſ. bar Iiſſachar*. In calce exſtat index in Medraſch Rabba. Bartolocc. refert in annum 393. C. 1633. minus recte, qui etiam præter rationem reprehendit Plantavitium, quod hujus tituli librum tanquam epitomen Legis tribuerit R. *Moſi Prechio*. Recte enim id affirmavit *Plantavit*. cum is revera hujus inſcriptionis librum ediderit: vide infra R. *Moſes* פריקיו.

ר׳

ר׳ משה בן איסרלא R. MOSES f. ISARLA h. 1569
e. *Iſrael*, Princeps Academ. Cracov. ſcr,

מְחִיר יַיִן *pretium vini* ex *Jeſ.* LV. 2. ita Bartoloccius minus recte hunc *Moſen Iſarla* diſtinguit a Moſe איסרלש de quo jam antea dixerat,& cujus re vera eſt hic liber: vide ſuo loco.

ר׳ משה בן יעקב R. MOSES ben JACOB ſcr. 1560

אוֹצָר נֶחְמָד *theſaurus deſiderabilis*, ex *Proverb.* XXI. 20. i. e. comment. in Aben Eſram: ſi credimus ש״י. Vide tamen, quæ ſupra diximus ſub ר׳ טוביה R. TOBIA Karæo. MS. habet R. *Oppenheim.*

ר׳ משה בן יעקב טריויס R. MOSES ben JA- 1571
COB *Treves*, ſ. *Tarviſinus*, Rav Venetus, cum aliis approbavit librum יפה תאר R. *Sam. ben R. Iſaaci.*

ר׳ משה בן ר׳ יעקב מקוצי R. MOSES ben 1572
R. IACOB KOTSENSIS, (t) Hiſpanus, æqualis fere *Moſis Nachmanidæ*, floruit Toleti 4990. C. 1230. & ſcr.

סֵפֶר מִצְוֹת גָּדוֹל *librum præceptorum magnum*, qui vulgo dicitur ס״מג in quo omnium præceptorum, quæ ſunt 613. fundamentum & ſenſum ex Scriptura S. oſtendit: & ex utraque Gemara ac veterum Rabbinorum ſcriptis exponit. Editus eſt liber primum *Venet.* 282. C. 1522. deinde plenior & correctior ibidem 307. C. 1547. apud Bomberg. in qua præter *Toſephoth Chidduſchin* R. *Eliæ Miſrachi* leguntur explicationes omnium præceptorum affirmativorum R. *Iſaac* שטיין & in calce index omnium capitum Talmudis: præmittitur operi poſt præfat. Catalogus præceptorum omnium tam affirmat. quam negativorum. In margine acceſſerunt Concordantiæ *Miſchnæ*, *Talmud Hieroſolymit.* *Toſiphtæ*, *Mechiltæ*, *Torath Cohanim*, *Siphre*, *Alpheſi*, *Maimonis*, *Sepher Teruma* &c. Exſtitit MS. tum apud Plantavitium, quod teſtatur n. 400. tum in B. Vatic. n. 146. Ipſe MS. vidi fol. in B. Oppenheimeri, in Cod. membranaceo. Ha-

(t) *Coria* pagus eſt in Italia in Ducatu Mediolanenſi, apud Italos *Cozzo*: hinc majores noſtri Moſis cum orti eſſent, more Judæorum factum eſt, ut *Corzenſis* vocaretur, quamvis ipſe in Hiſpania viveret.

Digitized by Google

Habet & MS. Biblioth. Senator. Lipſienſ. inter Codd. Wagenſeil. fol. n. 4. qui in Catalogo ita deſcribitur: *volumen ingens, ſpiſſum, ſupra modum elegans. Initium caret indice præceptorum: reliquis omnibus ne hilum deeſt. E calce conſtat, ſcriptum eſſe librum ante annos 300. Imperantia præcepta corpus, ut ita dicam, libri conſtituunt. Probibitoria ſuperiorem & inferiorem marginem occupant. De bujus libri præſtantia, quod ſatis eſt, dici non poteſt: Judæi ineſtimabilem prædicarunt.* *Rich. Simon* in Catalogo auctorum Hiſtoriæ Criticæ V. T. ſubjuncto affirmat, librum hunc in paucis propter eruditionem & judicium legendum eſſe. Legatur de ipſo inprimis *Schalſcheleth* p. 55. a. qui inter cetera ex præfatione huic operi præmiſſa colligi poſſe ait, auctorem vixiſſe Sæculo XII. ineunte i. e. A.C. 1240. monetque præterea, *Jehudam Pariſinum* habuiſſe præceptorem, librumq; ſuum abſolviſſe (quod ex libro שערי ציון intellexit) A. M. 5042. C. 1282. In Hiſpania anno 4996. C. 1230. ſe vixiſſe ipſe teſtatur inter præcepta negativa n. 112. Ex aliis operis hujus locis, quæ diligenter affert Schalſcheleth, apparet, eum æqualem fuiſſe R. *Iehuda ben R. Iſaac*, R. *Chajim ben R. Chananel* &c. & per aliquot annos in Gallia commoratum fuiſſe. Quod ipſum etiam ex eo intelligitur, quia interfuit diſputationi inter R. *Jechielem* & *Nicolaum* Ex Judæum habitæ Pariſiis: vide illam diſputationem in B. *Wagenſeilii* Telis Igneis Satanæ p. 6. Hinc apparet falſum eſſe, quod in notis ad librum לוית חן R. *Immanuelis ben R. Jekuthiel* p. 31. dici teſtatur *Bartoloccius*, eum obiiſſe A. C. 1240. Laudatur noſter a R. *Imman. Aboab* p. 282. Nomologiæ, ubi etiam profitetur, ſe ex ejus præfatione varia in librum ſuum tranſtuliſſe.

ר׳ משה בן יצחק אלאשקר v. ſupra R. *Moſche* אלאשקר.

1573 ר׳ משה בן ר׳ יצחק R. MOSES ben R. ISAAC

Cabbaliſta ſcripſit

הכרת מדות *cognitio proprietatum* ſcilicet *divinarum*, lib. Cabbaliſt. qui citatur in Catalogo libb. Cabbaliſtic. in calce libri *Jezira* ed. Mantuan. 322. C. 1562. 4.

1574 ר׳ משה בר יצחק משיש R. MOSES f. ISAAC

MESCHISCH ſcr. carmen in laudem libri חשק שלמה *Venet.* 382. C. 1623. editum.

ר׳

Digitized by Google

ר׳ משה בן יצחק בן הנשיאה R. MOSES fil. 1575
ISAAC fil. *Hanneſia*, cujus

ס׳ השהם *liber onychis* argumenti Philoſophici MS. exſtat in B. Oppenheimeri fol.

ר׳ משה בן ר׳ יצחק בן עזרא R. MOSES f. ISAAC ben ESRA: v. infra R. *Moſes ben Eſra.*

ר׳ משה בן יצחק פיזענץ R. MOSES, ben ISA- 1576
AC PISANTZ ſcripſit

דרש expoſitionem myſticam variarum Aggadoth ſecundum ordinem librorum *En Iacob* & *Beth Jacob* Cracov. 349. C. 1589. fol.

ר׳ משה בן ר׳ יצחק קלאיו R. MOSES ben 1577
R. ISAAC CALAIO, ex Judæo Chriſtianus, ſcr. hebr. de SS. Trinitate, de diſtinctione divinarum perſonarum, nativitate item & paſſione Domini, MS. in B. Vatic. n. 69. itemque

Comm. in Canticum Cantic. ſub tit. תפוחי זהב *poma aurea*, ex *Proverb.* XXV. 11. MS. ibidem n. 70. & in Biblioth. Regis Galliæ, in qua n. 152. optimum illum Codicem ſe vidiſſe ſcribit B. *Groddeckius* in Theatro Anonymorum Placciano p. 720.

משה יקותיאל vide ſupra *Iekuthiel f. Avigador.*

ר׳ משה בן יצחק שפרינץ R. MOSES f. ISA- 1578
AC *Sprintz* Cremnicenſis, Archiſynagogi filius, ſæculo ſuperiori ex MS. edidit *R. Salom. fil. Zevi Hirſch* comm. in Pirke Avoth *Prag.* 449. C. 1689. 4. de quo vide ſuo loco.

ר׳ משה יקיר R. MOSES JAKIR, *Germanus*, ſcr. 1579

פתח עינים *porta oculorum*, liber moralis, ad timorem Dei homini commendandum *Cracov.* 4. quam ed. ſine anno memorat ש״ש: vidi ego ed. *Cracov.* 407. C. 1647. 4. in Biblioth. Cl. & conjunctiſſimi Collegæ mei Georg. Eliez. Edzardi, & cum verſione *German. Amſtelod.* 413 C.

 1633.

1653. 4. quod tamen per errorem dici in ש״י mihi confirmavit Oppenheimerus.

ר׳ משה בן ישראל vide ſupra R. *Moſes* איסרלש.

1580 ר׳ משה בן ישראל R. MOSCHE fil. ISRAEL

Sæc. XVII. Judex in Synagoga Wurzburgenſi, unde exſul factus ſcripſit

בֵּית אָבוֹת *domus Patrum* (*Exod.* XII. 3.) i. e. comment. in 15. Pſalmos graduum, quem hoc nomine appellavit, quia eum ad exemplum & monita libri *Pirke Avoth* inſtruxit. Prodiit is *Wilmersdorf.* 472. C. 1712. 4. plag. 3. Ceterum in Catalogo MSS. Anglic. p. 275. video inter Codd. Pocockianos n. 108. memorari *Moſis Iſraelitæ* Medicinam, quam puto ad *Iſaacum Iſraelitam*, de quo ſupra diximus, eſſe referendam.

1581 ר׳ משה בן ישראל ידי מרקאדו R. MOSES

ben ISRAEL de MERCADO, Rabbinus in Synag. Hiſpan. Amſtelod. quem laudat *Dan. Levi de Barrios* in Arbol de las Vidas p. 84. ſcr.

Comment. in Eccleſiaſten & *Pſalmos, Amſtel.* 413. C. 1653. 4. apud *Imman. Benbeniſte* cum ipſo textu punctato editum fol. 113. quem poſt auctoris mortem edidit *Jac. de Mercado.*

ר׳ משה בן ישראל נפתלי R. MOSES ben ISRAEL *Naphthali*, vide דרכי ציון ſub litera ד inter Anonymos.

1582 ר׳ משה בן יששכר הלוי R. MOSES fil. ISSACHAR *Levita* ſcr.

בְּאֵר מֹשֶׁה *explanavit Moſes*, ex *Deuter.* I. 5. quo libro lingua germanica explicantur difficiliores Pentateuchi voces, præterea vero textus ipſe ex Interpretibus variis breviter exponitur, *Prag.* 364. C. 1604. 4. iterumque cum præfat. R. *Schabtai Strimeri*, qua elementa totius Grammaticæ Hebr. comprehenduntur ibidem 429. C. 1669. 4. hinc 467. C. 1707. & *Francof. ad Viadr.* an. 469. C. 1709.

2) לֶקַח טוֹב *doctrina bona* ex *Prov.* IV. 2. ejuſdem libri pars altera cum priore edita, quæ refertur ad reliquos libros ſacros eodem modo germanice explicandos, ubi paſſim Chriſtianos confutare conatur auctor circa Prophetiarum expoſitionem.

Uterque

Digitized by Google

Uterque libellus tanquam ἀνώνυμος recenſitus eſt ab aliis, donec ש״י hoc illi nomen fuiſſe monuit.

ר׳ משה הכהן R. MOSES COHEN i. e. *Sacerdos*, per 1583
compendium הר״מך vixit an. 4958. C. 1198. vide *Juchaſin* p. 132. 4. *Schalſcheleth* p. 51. a. & R. *Dav. Ganz* ad an. 4958. R. *Aſarias* in *Meor Enajim* p. 93. b. eum *Lunel*, Galliæ Narbonenſis opido, oriundum eſſe tradit. Scripſit ille

הַשָּׂגוֹת *animadverſiones* in *Maimonidæ* Jad chaſaka, teſte *Juchaſin*, ad quas reſpondit *Maimonides* teſte eodem.

2) מְגַלֶּה עֲמוּקוֹת *revelans profunda*, ex *Job.* XII. 22. teſte *Buxtorf.* & ש״י: de argumento uterque tacet.

3) מְשׁוֹבֵב נְתִיבוֹת *reſtituens tramites*, ex *Jeſ.* LVIII. 12. MSS. teſte ש״י.

ר׳ משה כהן R. MOSES COHEN (*Sacerdos*) vide ſupra R. *Moſes Gekatilia.*

ר׳ משה כהן R. MOSES COHEN v. ſupra R. *Moſes* אשכנזי.

ר׳ משה הכהן מטורדסילה R. MOSES *Sacer-* 1584
dos de *Tordeſilla*, h. e. de *Turri Syllana* Hiſpanus, vixit an. 5135. C. 1375. teſte *Juchaſin* p. 133, b. & ſcripſit

עֵזֶר הָאֱמוּנָה *auxilium fidei*: conf. *Schalſcheleth* p. 61. a. lin. ult. ubi vocatur Moſes מטוריסילה quam ſcriptionem ſequitur R. *Schabtæus* in ש״י ubi monet eſſe diſputationem contra Chriſtianos ex Sacro Codice, & videri jubet præfationem ad אגרת ר׳ פריפוט.

ר׳ משה כהן די פורטא R. MOSES COHEN 1585
de PORTA ſcr.

פַּלְגֵי מַיִם *rivi aquarum*, ex *Pſalm.* I. 3. reſponſio ad epiſtolam R. בן ציון *Venet.* 368. C. 1608. teſte ש״י qui videri jubet præf. ad lib. כנסת הגדולה ac monet, in Catalogo Bibl. Oxon. tribui R. *Abtalioni.* Catalogi verba p. 472. ita habent: R. *Moſis Coben de Porto* פלגי מים, con-

continet R. *Abtalionis de Conſili* Reſponſiones ad R. ben Sionis Galli epiſtolas cum aliis variorum ſententiis *Venet.* 1608.

ר׳ משה בן כרץ R. MOSES ben CLATZ quod alii legunt כַּרְלֵץ vide R *Jehuda ben* כרלץ.

1586 משה די לאון R. MOSES de LEON i. e. *Legionenſis Hiſpanus* an. 5050. C. 1290. cui nonnulli Rabbini ea tribuenda putarunt, quæ in libro *Zohar* lingua Hebræa ſcripta legantur, quæ quidem ille ex ingenio conſignarit, & *Simeonis ben Iochai*, quem auctorem venditant, operi adſuerit, ut amplum a Sapientibus præmium reportaret. Refert hoc ex libro *Iuchaſin Schalſcheleth* p. 31. b. & 46. a. cujus tamen auctor omne hoc confictum putat. Bartoloccius ea, quæ is in *Geneſin* & *Exodum* ſcripſerat, in Bibl. Vatic. MSS. exſtare monet, additque, eundem *de anima & reſurrectione mortuorum* commentatum eſſe, quod quo auctore ſcripſerit, dicere non habeo. Credi poterat, hunc *Moſen Legionenſem* eundem eſſe cum *Moſe f. Schem Tov* Legionenſi, de quo infra, cum & ætas conſentiat, & Bartoloccius Noſtro huic librum *de anima & reſurrect.* tribuat, qualem a *Moſe f. Schem Tov Legionenſi* ſcriptum eſſe inferius patebit. In lib. *Iuchaſin* tamen p. 133. a. hic *Moſes Legionenſis* a Schem Tov Legionenſi, cui proximus jungitur, diſerte diſtinguitur, diciturque Albicellam habitaſſe.

1587 ר׳ משה בן לוי R. MOSES ben LEVI, fictum nomen, ſub quo *Richardus Simon* Oratorii Pariſienſis Presbyter, *Hiſtoriam religionis Iudæorum eorumque demigrationis in Hiſpaniam, aliasque Europæ partes, in quas ſeſe poſt deſtructionem Hieroſol. receperunt*, edidit *Pariſ.* 1681. 4. qui tamen liber non diſtinctus eſt, a Latina verſione *Natalis Alberti de Verſe.* Quod propterea admonendum duxi, ne quis cum *Buxtorfio & Carolo Ioſepho Imbonato* p. 163. Bibliothecæ Latino Hebr. librum hunc ab *Hiſtoria Critica* diſtinguat.

1588 ר׳ משה הלוי R. MOSES LEVI, cujus ס׳ מָסוֹרֶת סְיָג לַתּוֹרָה *librum Maſoreth ſepem legis* ſæpiſſime allegat *Menachem de Lonzano* in אור תורה p. 2. b. ita enim interpretor vocem הר״מה per ראשי תיבורת ſcriptam.

ר׳

ר׳ משה לוי אלקביץ R. MOSES LEVI, ALKA- 1589
BETZ vixit A. C. 1575. & ſcr.

בית השם *domus Domini*, lib. Cabbaliſt. v. *Schalſcheleth* p. 65. a. qui eum Cabbaliſtam magnum appellat. Buxtorf. in B. Rabbin. hujus tituli librum tribuit cuidam R. *Moſe Lota*, quod vereor, ne mendoſe ita ſcribatur, pro R. *Moſe Levi*.

ר׳ משה לוי דרשן R. MOSES LEVI, *Concionator Pra-* 1590
genſis, approbavit librum נחלת צבי *Venet.* 1661. fol. editum.

ר׳ משה לטיף R. MOSES LATEPH, *Hieroſolymitanus*, 1591

דרשות *conciones* ejus in Synagogis habitas ac deinceps calamo conſignatas allegat R. Aſarias in *Meor Enajim* Tract. III. c. 35. p. 109. a. ubi etiam affert locum integrum, quo annos mundi non accurate nec clare ſatis indicatos eſſe tradit. Addit, ſe conciones illas vidiſſe inter libros *Joſephi Chaſeck.*

ר׳ משה אבן לשיש R. MOSES Aben LASCHES, 1592
qui diſſert. Anonymi contra *Avu Chamed*, de quo ſupra ſuo loco, ex Arabico hebr. convertit.

ר׳ משה לוי נאגארה Vide R. MOSES NAGARA.

ר׳ משה לוי קוזין R. MOSES LEVI COZIN : vide ſupra R. *Levi* קוזין: hoc enim verum eſt auctoris nomen, quod neſcio, cur Bartoloccius in R. *Moſi Levi Coſin* commutarit, exemplo tamen Catalogi Bibl. Leidenſ. qui p. 265. n. 101. hunc librum inter Codd. editos Warnerianos ſub eodem nomine recenſet.

ר׳ משה מאיר בן אלעזר פערלש R. MO- 1593
SCHE MEIR ben ELASAR PERLES, cujus animadverſiones in comm. Raſchii ſuper Pentat. prodierunt *Prag.* 470. 4. C. 1710. cum ipſo textu libri & comm. Raſchii ſub tit. מגלת ספר ex Pſ. XL. 5.

1594 **ר' משה בן מימון R. MOSES f. MAIMON** he. MAIMONIDES, ſeu, ut plenius in calce comm. in Miſchnam ed. veteris Neapolit. & Codd. MSS. (vide Pocock. præfat. ad Portam Moſis) appellatur, *Moſes fil. Maimon Judicis, fil. Joſephi Sapientis, fil. Iſaaci Judicis, fil. Joſephi Judicis, fil. Obadiæ Judicis, fil. Salomonis Doctoris fil. Obadiæ Judicis*, per ראשי תיבות i. e. literas nominis initiales רמ"בם, non רמ"בן, cum quo quidam perperam confundunt, plerumque dictus, ab aliis etiam ר' מורה i. e. Doctor, tum a doctrina tum a libri *More Nevochim* titulo, vel ſimpliciter *Moſes* quaſi κατ' ἐξοχὴν vel *Moſes Ægyptius* (*) a loco commorationis, vel *Moſes Cordubenſis*, a patria vocatus. Natus enim is eſt *Cordubæ* in Hiſpan. A. M. 4891. C. 1131. die Sabbati eademque veſpera Paſchatis, hora tertia pomeridiana, ceu poſt *Juchaſin* f. 131. b. Judæi plerumque tradunt, quamvis R. *Iſaac Iſraelita* in libro MS. יסוד עולם & R. *David* (a) noſtri nepos in an. 1136. & vetuſtus quidam quaternio, teſte Schalſcheleth p. 42. b. in an. 1132. referat. Hic itaque Patre *Joſepho* natus, ob ingenium ſtupidum Patri inviſus, ad R. *Joſephum filium Megas* (cujus tantum ſcriptis liber *Juchaſin* p. 131. b. uſum eum eſſe ex temporis ratione non inepte colligit) abiit, cujus diſciplina edoctus & in patriam reverſus communi omnium plauſu in Synagoga peroravit, ceu teſtatur *Schal-*

(*) Cavendum igitur eſt, ne *Maimonidem* a *Rambam* aut *Moſe Ægyptio* diſtinguamus, cujus generis errorem notavit in *Caſaubono* (quamvis non nominato) Wagenſeil. in præfat. ad *Sota* p. 2. & *Rich. Simonius* in epiſtolis Select ep. 24. p. 178. Sic & *Geſnerus* p. 509. Biblioth. ex *Maimonide*, *Moſe Cordubenſi*, & *Moſe* Aphoriſmorum Medicorum auctore tres diverſos effinxit, qui pro uno erant habendi.

(a) Verba *Davidis* hujus, quæ ex calce commentarii Maimonidæi MS. in Tract. *Roſch Haſchana* refert *Schalſcheleth* p. 42. b. & *Aſarias in Meor Enajim* p. 96. b. fine, qui ea ſe in codice MS. Eſræ Fanenſis legiſſe teſtatur, Latine ita habent: *Magiſter noſter Moſes auctor hujus libri natus eſt patri ſuo menſe Niſan, die* 14. *anno* 1446. *Contractuum in urbe Corduba. Obiit autem anno* 1516. *Contract. die* 20. *Thebeth. Itaque illuſtravit oculos exilii* 70. *annis, minus* 83. *diebus. Et Aba Mori filius ejus natus eſt an.* 1496. *Contract: atque mortuus eſt an.* 1566. *Contract. Ego autem Rau Senioris Moſes natus ſum patri meo in Ægypto an.* 1534. Computus hic facile an Aeram Chriſtianam revocabitur, ſi obſervetur, Aeram contractuum incidere in annum ante C. N. 310. ut proinde annus Contract. 1446. reſpondeat A.C. 1136. annus vero 1516. A.C. 1206. quo proinde ſecundum hunc computum obiiſſe cenſendus fuerit. Neuter computus approbari poterit, ſi ipſum audiamus Maimonidem in calce commentarii Miſchnici verbis mox citandis, teſtantem, *abſolviſſe ſe expoſitionem iſtam* anno Contractuum 1479. anno ætatis 30. Demtis enim his annis 30. natalis ejus annus incidet in annum Contract. 1449. qui eſt C. 1139: quo præſtructo, obierit A. C. 1209. ſi, 70. vitæ annos expleverit.

Schalſcheleth p. 43. Patris ſui & Joſephi tanquam præceptorum ſuorum ipſe meminit in præf. ad Ordinem *Seraim*, quibus addi etiam debent Arabes, *Ibnu Thophail*, *Ibnu Saig* & *Averroes*, quod facile credimus *Leoni Africano* de Scriptoribus Arabibus apud *Hottingerum* in Bibliothecario p. 288. Horum ope cum variam ſibi in Theologicis, Philoſophicis & aliis ſcientiarum generibus (b) doctrinam comparaſſet, invidiamque ſuorum ac odium cavere non poſſet, teſte *Schalſcheleth*, in Ægyptum (c) profectus eſt, ibique & ſermone & ſcriptis plurimis docuit alios, tandemque Archiater Regis Ægyptii Saladini conſtitutus gratia & auctoritate valuit, quod ipſe ſcribit in epiſtola ad *Samuelem Tibbonidem* p. 379. Inſtitut. Epp. Hebr. Buxtorfii, ubi parum ſibi otii ex hoc munere relinqui ſcribit, inprimis ideo, quod ipſe Ægyptum, Rex vero Cairum incolat, a quo proinde quodam intervallo ſit ſejunctus. Adde *Menaſſen ben Iſr.* in *Spe Iſraelis* p. 96. *Schalſcheleth* p. 43. b. & *Scheveth Jehuda* p. 162. ed. Lat. Elogia ipſi a Judæis & Chriſtianis collata commemorare hic longum foret, quæ legi cumulate poſſunt in *Eduardi Pocockii* præf. ad Portam Moſis, *Buxtorfii* præf. ad *More Nevochim*, *Thom. Pope Blount* p. 274. B. *Geieri* præf. ad lib. de Luctu Hebr. *Carpzov.* not. ad Schickardi Ius Regium Hebr. p. 88. & *Radulphi Skinneri* Dedicatione tractatus Maimonidei de Pœnitentia Anglice converſi, quæ etiam inter epiſtolas *Iac. Vſſerii* n. 102. legitur, & eo pertinet, ut ſex commoda, ex ſcriptis Maimonidæ lectis exſpectanda, cum totidem incommodis ſeu erroribus memoret. Summatim Judæis audit רב המאמין *doctor fidelis* in *Juchaſin* נשר הגדול *aquila magna* המאור הגדול החכם השלם i. e. *lumen magnum, Sapiens, perfectus*, in *Halichoth Olam* p. 14. כבוד המזרח ואור המערב *glo-*

(b) Πολυιστορίας laudem nemo noſtro abjudicabit, quam & ſcripta ejus & Buxtorf. in præfat. ad *More Nevochim* ipſi vindicarunt. Tantam ſcientiarum varietatem ſibi comparavit πολυγλωττίᾳ. Præter Arabicam enim, in qua pleraque ſcripſit, Chaldaicam, Turcicam & Medicam, teſte *Schalſcheleth* p. 43. b, imo etiam Græcam calluit, in qua poſtrema ſcripta quædam ejus exſtare, per multas vero epiſtolas eadem lingua ad exteros exaratas deſiderari ſcribit *Schalſcheleth* p. 44. a. Hinc videri etiam poterat *Ariſtotelis*, *Platonis*, *Galeni* aliorumque Scriptorum Græcorum commentationes, quas ſæpe allegat, græce legiſſe, niſi, quod malim, eas Arabice converſas, in manibus ejus fuiſſe cenſeas.

(c) *Leo Africanus* apud *Hottingerum* p. 288. Bibliothecarii Corduba noſtrum ideo aufugiſſe teſtatur, quod vereretur, ne prodendus ſibi eſſet Averroes, ejus quondam præceptor, qui tunc inter Iudæos verſatus fuerit. Aliam reddit rationem *Scheveth Jehuda* p. 162. ed. Lat. nempe edictum per Africam & totum Orientem contra Judæos tunc promulgatum,

Digitized by Google

gloria Orientis , *& lux Occidentis* in *Schalſcheleth*. Imo a Moſe ad Moſen non exſtitiſſe huic Moſi ſimilem iidem adfirmant , ſicut *Scaligero* lib. I. ep. 62. *Caſaubono* ad Baronii Annales Exerc. XVI. p. 538. & *Petro Cunao* lib. I. de Republ. Hebr. p. 11. primus viſus eſt inter Iudæos nugari deſiiſſe. Quod elogium quo ſenſu accipiendum ſit, oſtendit Wagenſeil. in præf. ad *Sota* p. 2. ſq. Obiit, ſi *Schalſcheleth* p. 44. b. credimus , in terra Sancta, in qua per aliquod tempus commoratus erat, anno æt. 70. ſin magis audimus *Sam. Schullam* ad lib. Juchaſin p. 131. b. obiit in Ægypto, quorum uterque tamen annum fatalem referunt in A. M. 4965. C. 1205. quem alii communiter, ceu paulo ante vidimus, conſtituunt 1201. prout ſcilicet annus natalis diverſimode numeratur. R. *Immanuel fil. Jekuthiel* in annotatt. ad לוית חן cap. IX. p. 31. & cum eo *Ganzius* obitum collocant in annum 4964. C. 1204. In Ægypto & quidem *Cairi* diem obiiſſe cum *Schullam* ſcribit *Leo Africanus* apud Hottingerum in Bibliothecario & quidem anno Hegiræ 640. C. 1262. quo ipſo a ceteris nimium abit: quod adhuc magis fit in *Sal. Virga Scheveth Jehuda*, (d) quem *Gentius* ſub Hiſtoriæ Iudaicæ titulo edidit p. 410. ubi anno 5165. qui reſponderet A. C. 1405. Cairi dicitur defunctus. Additur ibidem annum illum 65. notatum fuiſſe per vocem נהי i. e. *luctus*, ex *Mich.* II. 4. cujus vocis literæ numerum 65. producunt , qui itidem naſcitur ex בכי אבל ex Deuter. XXXIV. v. 8. ubi legitur בכי אבל משה quæ verba monimento inſculpta fuiſſe teſtatur *Schalſcheleth* p. 44. b. Ex mortis nuncio ad cives Cairi luctus triduanus nec miuus ad Alexandrinos & Hieroſolymit. qui & jejunia & ferias indixerunt, pervenit, quam in rem vide *Iuchaſin* & *Scheveth Iehuda* l. c. ubi utrinque res miraculo proxima, quæ cadaveri Maimonidæ, in Terram Sanctam transportando, acciderit, refertur, exigua & inter ipſos Judæos dubia fide, cum *Schalſcheleth* ipſum in terra Sancta mortuum eſſe teſtetur. Ex ſigno illo memoriali utroque, quod adduximus, id certo aſſirmari poſſe putem, quod anno 4965 i. e. C. 1205. exſpirarit, *Schalſcheleth* p. 44. b. eum in *Galilaa ſuperiore*, *Sam. Schullam* ad *Iuchaſin* p. 131. b. *Tiberiade*, vel ex aliorum, quam memorat ibidem, ſententia in *Chebron* ſepultum ajunt. Fuerunt autem, qui monumentum ſepulchrale a Maronitis Paſtoribus in monte Nebo, ut ajunt, anno 1655. mai-

(d) Satius fuerit, mendum hic librarii agnoſcere, qui compendii cauſa pro תתקסה omiſſis prioribus duabus literis ſcripſerit ק"סה i. e. 165. quod deinde Interpres Latinus adhuc magis corrupit addendo millenarii V. notam 5165.

detectum, quod *Moſis Servi Domini* nomine inſcriptum fuerit, de noſtro Maimonide interpretandum dicerent. Retulit rem *Georg. Hornius* in Hiſtor. Eccleſ. & Polit. p. 364. de *Maimonide* vero noſtro accipi voluit *Wagenſeilius* in obſervatt. ad librum *Sota*, p. 327. qui tamen deinde, mutata ſententia, in Pera Juvenilium Librorum Tomo III. p. 378. tutius adfirmavit, rem totam fabulis & commentis abſolvi, præcipue cum ex B. *Tenzelii* Dialogis Menſtruis anni 1693. p. 586. ſq. intelligatur, *Iobum Ludolfum* de veritate eorum, quæ Hornius ſcripſerat, ex *Stephano Petro*, Patriarcha Antiocheno quærentem, reſponſionis loco accepiſſe, totam narrationem eſſe falſam. Confer, ſi placet, de hoc negotio *Hermanni Witſii* Miſcellanea Sacra lib. I. c. XVII. §. 13. ſqq. *Criticum Eruditum* Tom. I. qv. 47. & V. C. *Jo. Jac. Schudt* in Compendio Hiſt. Judaic. p. 73. ſq. Nos quidem de monimento ejus ſepulchrali minus ſolliciti ingenii, quæ exſtant, monimenta propius intuebimur. Eorum tanta olim fuit copia, ut auctor *Schalſcheleth* ea a ſe recenſeri poſſe neget. Primum omnium, quæ ætatem tulerunt, fuit

1) פֵּירוּשׁ הַמִּשְׁנָה *comm. in Corpus Miſchnicum*, quem in Hiſpania an. ætatis 23. ſcribere cœpit, in Ægypto vero anno 30. abſolvit, quod ipſum paulo ante nota (a) verbis, quibus commentariis illis colophonem impoſuit, teſtantem vidimus. Eos autem exaravit lingua Arabica, (e) in qua etiam manu exarati in variis Bibliothecis adhuc exſtant, v. c. in Bodlejana inter Codd. Pocockianos n. 79. ſqq. Sic & *Cl. Guil. Surenhuſius* p. 8. præf. in Miſchnam teſtatur, Judæos Liburnenſes eosdem ſibi petenti Arabica lingua ſcriptos Amſtelodamum miſiſſe. Iidem deinde ex Arabico hebraice per partes, diverſo temporis intervallo converſi ſunt, facto initio a præfat. in *Pircke Avoth*, cujus verſio debetur *Samueli fil. Judæ Tibbon*, qui & comm. in caput X. *Sanhedrin*, teſte R. *Jacob fil. Moſis* עכסי, interpretatus eſt. Poſtea R. *Iehuda fil. Salom. Charifi* rogatu Judæorum Maſſilienſium, quod ipſe ſcribit, totum opus interpretari adgreſſus eſt, quod num perfecerit, non conſtat, cum ex verſione ejus, ſi interpretationem præfationis in *Seder Seraim* & quinque ejus tractatuum priorum exceperis, ſuperſit. Cum illæ partes ad Judæos, Romæ habitantes, perferrentur, illi quidem opus integrum deſiderantes R. *Schimcha* legatum *Barcinonem* miſerunt, qui deinde, ſpe illius obtinendi ibi

(e) Idque ob linguæ illius amplitudinem & perſpicuitatem, uſumque ejus, cui illius ætatis homines adſveti erant, late diffuſum, ceu ſcribit R. *Jacob*, qui comm. ejus in Seder Naſchim hebr. convertit, citante Pocockio præf. ad Portam Moſis.

ibi fruſtratus, *Weſchkam*, Arragoniæ urbem, profectus eſt, ibique duos Codices *Moëd* & *Naſchim* Arabice ſcriptos invenit, quorum priorem R. *Ioſe fil. Iſaac* fil. אלפועל vel אלופל *Alpual* vel *Aluphal* hebraicum fecit, & abſolvit anno Aeræ Contractuum 1557. i. e. A. C. 1247. quam operam reliquis Ordinis *Seraim* tractatibus, qui ſcilicet a R. *Jehuda* fil. *Salom.* converſi non erant, ſe præſtitiſſe ipſe ſcribit. Poſteriorem, nempe Ordinem *Naſchim*, interpretatus eſt R. *Jacob* fil. *Moſche* fil. אכסאי *Achſai*, cognomine בַּרְרֵשׁ, uſus ope R. *Chajim* fil. *Salom. f. Baka* Medici, quod ex ipſius *Achſai* præfat. apparet. Hinc R. *Schimcha* Cæſarauguſtam profectus Maimonidæ commentarios in ceteros Ordines excepto *Taboroth*, Arabice reperit, ex quibus expoſitionem Ord. *Neſikim* (præter *Pircke Avoth* jam ante, quod diximus, translatum,) convertit *Salom. f. R. Joſeph f. Jacob*, de mendoſo & alicubi imperfecto exemplari Arabico conqueſtus. Ordo vero *Kodaſchim* Interpretem invenit *Nathan*, quem ש"י *Nathanael* vocat, Medicum, *fil. Joſeph* fil. אלמלי (*Almeli*) qui itidem exemplar ſuum mendis ſtatuiſſe ſcribit. Deniq; Ordo *Taboroth* ſuum nactus eſt Interpretem, cujus tamen nomen in editis fruſtra requiras. Hæc omnia ex præfationibus ſingulorum Interpretum intelliguntur, ex quibns ea in compendium retulit *Eduardus Pocockius* in præfat. ad Portam Moſis.

Hi itaque commentarii Hebraice converſi cum ipſo Miſchnæ textu & R. *Bartenoræ* expoſitione aliquoties lucem viderunt, & quidem *Sabionetæ* 319. C. 1559. 4. *Mantuæ* 321. & 322. C. 1561. & 1562. 4 *Venet.* 326. C. 1566 fol. iterumque 366. C. 1606. fol. literis quadratis. Ordines tres *Seraim, Moed & Naſchim* cum utroque comm. *Amſtelod.* 435. C. 1675. 4. Ultimo denique loco Miſchnicum corpus cum utroque commentario Latine converſo lucem vidit *Amſtelod.* 1689. & ſqq. opera V. C. & de his literis quotidie præclarius merentis *Gvil. Surenhuſii*, qui ſolus, latinam commentariorum illorum interpretationem, ſi paucos tractatus ab aliis converſos, de quibus in recenſione Talmudis dicemus, exceperis, perfecit.

Præfationes, quas nonnullis vel Ordinibus vel Codicibus præmiſerat Maimonides, Arabice ſed literis Hebr. cum Latina ſua verſione *Eduardus Pocockius* edidit ſub tit. *Porta Moſis* (i. e. *præfatio*, vel Introductio, quam Hebræi etiam שַׁעַר i. e. *portam*, vocare ſolent, quia liber lecturis inſtar portæ eſt, per quam aditus ad lectionem ipſam patet) *Oxon.* 1655. 4. Sunt autem præfatt. 1) in *Seder Seraim* (*) quæ totius Miſchnæ & Gema-

(*) Hæc etiam hebr. ſeorſim præmittitur R. *Schaphtel Horwitz* libro שפע טל. Exſtat

maræ rationem exponit: 2) in *Pereck Cheleck*, (*) ſeu caput X. *Sanhedrin*. 3) in *Pirke Avoth*, ubi de natura animæ hominis facultatibus ejus, virtutibus item & vitiis. Hanc a *Jac. Mantino* Iudæo latine converſam & Bonon. ap. Hier. de Benedictis 1520. 4. editam eſſe ſcribit Bartol. Tom. III. p. 859. 4) in Ord. Kodaſchim 5) in Ord. *Tahoroth* & 6) in Cod. *Menachoth*. Harum præfationum verſio Latina Pocockiana a Cl. *Surenhuſio* ſuis locis Corpori Miſchnico eſt inſerta: ſicut annotationes Miſcellaneas, quas earum occaſione ſcripſerat *Pocockius*, ſeorſim optimo conſilio edidit Cl. M. *Chriſtianus Reineccius* Lipſ. 1705. 4. Ceterum has Maimonidæ in Miſchnam commentationes, quarum tamen loca nonnulla in יד חזקה ipſe retractat, Judæi æque ac Chriſtiani plerumque ceteris omnibus ita prætulerunt, ut in illis potiſſimum acquieſcerent. Unus forte eſt *Guil. Guiſius*, Anglus, qui in ſuis ad Codices quosdam Miſchnicos notis ſubinde ſiniſtre admodum de hoc Maimonidæ labore judicavit, omni opere contendens, eum & linguam Arab. non ſatis intellexiſſe, & in exponendis ritibus nugas agere. Sed id quidem immitius judicium juvenili (f) tum temporis igneoque alioquin & literis his probe exculto *Guiſii* ingenio facile condonaverit prudens Lector.

2) יד החזקה *Manus fortis* (g) qui liber alias etiam vocatur משנה תורה (h) *Repetitio Legis*, vel מימוני *Maimonideum* ſcil. opus vel a libro

Nnnnn 2

etiam latine ex verſione *Pauli Riccii*, ſed in compendio, Tomo I. Scriptorum Artis Cabbal. *Jo. Piſtorii*.

(*) In B. Senator Lipſ. inter Codd. Wagenſeil. exſtat hæc præfatio ſeorſim MS. in 4. n. 6. ſed ita, ut præfigatur præfamen aliud in edit. Pocockiana non obvium & prorſus ἀνέκδοτον. Eodem Codice comprehenditur præf. in *Pircke Avoth*.

(f) Natus is eſt 1653. in vico *Gloceſtriæ* vicino, obiitque 1683. 3. Sept. variolis exſtinctus anno æt. 31. ceu teſtatur *Thomas Smithus* in Vita *Eduardi Bernardi* p. 50. Confer de eo *Antonii de Wood* Athenas Oxonienſes Tom. II. p. 565. & *Eduard. Bernardum* in præfatione verſionibus Miſchnicis *Guiſii* præmiſſa. *Jo. Millio* p. 168. a. prolegom. in N. T. *Orientalis & quidem omnigena literatura pro ætate miraculum* vocatur.

(g) Titulus partim ex alluſione ad *Deuteron.* XXXIV. v. ult: partim ex ipſius operis conditione eſt repetendus, quod cum quatuordecim libris abſolvatur, qui numero literis יד exprimitur, hoc titulo commode inſigniri poſſe auctori videbatur.

(h) Hic titulus deſumtus eſt ex *Deuter.* XVII. 18. ubi hæ voces ab Interpretibus varie vertuntur, quam in rem vide inprimis *Carpzovium* ad *Schickardi* Jus Regium Hebr. p. 82. ſqq. V. C. *Herm. von der Hardt* in Effigie Juris Judaici p. 54. ſq. & Cl. *Jo. Buxtorfii* Catalecta Theolog. Philolog. p. 194. ſq. *Jo. Picus Mirandulanus* lib. IX. c. 11. adverſus Aſtrologos p. 458. Opp. ita: Moſes Ægyptius in eo libro, cui tit. Miſna Tora, quaſi dixeris Græce δευτέρωσις, Latine *ſecundam Legem*.

Digitized by Google

bro I. ſimpliciter ס׳ מדע quo titulo venit in Anonymi lib. Medico apud Wagenſeil. in Exerc. II. p. 80. & 91. & in *Juchaſin* p. 131. b. Hunc lingua Hebr. puriſſima elaboravit an. 4936. C. 1176. ſecundum *Schalſcheleth* p. 42. b. vel 4930. C. 1170. ſecundum *Zemach David* ad hunc annum, duodecim poſt comment. in Miſchnajoth annis (i) ſecundum *Juchaſin*, p. 131. b. per quinque annorum intervallum, quod tradit ex libro *Jeſud Olam*, auctor Schalſcheleth l. c. Iſti labori incubuit Maimonides, ſi Judæos audimus, in ſpelunca, in quam ſe invidiam Regis Ægyptii, quam hoſtes ipſi conflaverant, evitaturus receperat. Eo opere lingua Hebraica elegantiſſima, teſte Juchaſin p. 130. b. exarato ſiſtit compendium Pandectarum Talmudic. non vero, quod ſibi Vir doctus (k) a *Wagenſeilio* præf. ad lib. *Sota* notatus, perſuaſit, commentarium in præcepta qua Affirmativa, qua Negativa. *Arabice* exſtat in Biblioth. Bodlejana inter Codd. Pocock. n. 76. ſq. MSS. unde ſuſpicari poteras Arabice ab auctore ſcriptum eſſe, niſi *Iuchaſin* l. c. Hebraicam linguam authenticam eſſe diſerte moneret.

Diſtinctum opus integrum eſt in partes IV. quæ conſtant libris XIV. qui iterum in certos abeunt tractatus, (*) quos omnes ſigillatim una cum editt. & verſionibus ſingulorum, quorum exſtant, hic recenſebimus.

PARS I. LIBER I.

Poſt Præfationem longiorem & Seriem Præceptorum Affirmat. & Negativ. סֵפֶר הַמַּדָּע *liber ſive de ſcientia*, cujus הלכות ſunt

1) יְסוֹדֵי הַתּוֹרָה *de fundamentis Legis*, cum verſ. & notis *Guil. Vorſtii* Amſtelod. 1638. 4. Cap. I. & II. exſtat etiam cum verſ. *Io. Adami Scherzeri* in Trifolio ejus Orientali.

2)

(i) Si hoc ita ſe habet, neceſſe erit dicere cum Bartoloc. quod ſcripſerit an. 4933. C. 1173. anno æt. 42. vel 43. quia ipſe quod antea not. a. vidimus, profeſſus eſt, ſe commentarium in Miſchnam anno æt. 30. abſolviſſe.

(k) Eſt is *Iſaacus Caſaubonus* in Exercitatt. Anti-Baron. p. 538. cujus ſententia ſine temperamento accipi non poteſt. Quamvis enim ipſum Talmud præcepta legis illuſtret, cerimonialia tamen utramque hic paginam faciunt, deinde vero Maimonides ipſe ſingularem operam, ceu *Schalſcheleth* p. 34. a. teſtatur, in præceptis Aff. & Negat. exponendis collocavit. Forte tamen *Caſaubonus* ita perſuaſus fuit ideo, quod Indicem præceptorum utriusque generis Operi huic præmiſſum videret.

(*) Recenſentur quoque, ne de Biblioth. Rabb. dicam, a *Veielio* præſ. ad verſionem tractatuum trium de Jejunio, Feſto Expiat. & Paſchatis, ut & a *Mich. Neandro* in Erotematt. L. Hebr. p. 472.

Digitized by Google

2) הדעות *Canones Ethici*, quo titulo *Georg. Gentius* hebr. & Lat. cum notis uberioribus edidit *Amſtelod.* 1640. 4. ac 1653. quod ש״י in calce monet. Ibi de probatis hominum omnis generis inprimis ſapientiæ & legis ſtudioſi moribus & regulis ad tuendam ſanitatem pertinentibus exponitur. Eundem Tract. hiſpanice converſum edidit *David Coben de Lara* Hamb. 1662. 4

3) תלמוד תורה *de ſtudio Legis* cum verſ. & not. *Roberti Clavering* Oxon. 1705. 4.

4) עבודה זרה *de idololatria*, cum verſ. & notis *Dionyſ. Voſſii*, qui *Jo. Gerhardi Voſſii* Patris egregio Operi de Theologia Gentilium, quod illius tractatus Maimonidei, a filio converſi, occaſione ſcripſerat, ſubjunctus prodiit *Amſtel.* 1642. & 1666. in 4. iterumque 1700. fol. In B. *Jo. Bened. Carpzov.* Diſputt. Academicis p. 133. ſq. diſput. exſtat ad hujus tract. c. 7. n. 16. ed. Voſſ. in qua etiam verſio Voſſiana ab animadverſionibus *Sauberti* de Sacrif. Vet. p. 379. defenditur.

5) התשובה *de pænitentia*, 1) ex verſ. Anonymi, qui ſub literis G. N. initialibus latere voluit *Cantabrig* 1631. 4. 2) ex verſ. M. *Jo Hilperti Helmſtad.* ſine Hebr. textu & notis plag. 3. 1651. 4. 3) ex verſ. *Jo. Illmanni* in calce Speciminis Obſſ. Philolog. in V. T. *Argentor.* 1705. 8. 4) denique ex verſ. & not. *Rob. Clavering* Oxon. 1705. 4. una cum עבודה זרה. Claveringius teſtatur, priores utrasque ſibi ante non viſas quam ſuam perfeciſſet, easdem vero, præcipue *Hilpertianam* in multis errare. *Hiſpanice* convertit *David Coben de Lara Lugd. Batav.* 1660. 4. *Anglice* a *Ralph Skinnero* cum præfat. longiore: vide Cl. Jo. Clerici Bibl. Univerſ. Tom. II. p. 252. *Imbonati* Bibl. Lat Hebr. p. 457. Larinam verſionem *Gerebrardi Anslo* ſe apud ipſum vidiſſe teſtatur *Georg. Gentius* in Dedic. ad Maimonidæ Canones Ethicos, ipſi inſcriptos.

LIBER II.

ס׳ אהבה *de Amore*, cujus הלכות ſunt

1) קריאת שמע *de lectione ſacra textus Moſis*: audi Iſrael Deus tuus, Deus unus eſt.

2) תפלה וברכת כהנים *de precibus & benedictione Sacerdotali.*

3) תפלין ומזוזה וס׳ תורה de phylacteriis manui & fronti adhibendis, de ſchedis poſtibus januarum includendis, & de libro Legis. Ex

hoc tractatu cap. VII. VIII. IX. & X. quibus ס׳ תורה i. e. commentatio de libro legis conſtat, Latine converſa cum eruditis & diffuſis notis ſub titulo *Obſervationum Sacrarum* V. C. *Iac. Henr. van Baasbuyſen* edidit *Francof. ad Mœn.* 1708. 4. cum antea *Hanov.* an 1705. diſputantium more eadem in ſcenam produxiſſet.

4) הַצִיצִית *de peniculamentis ſacris*: cum verſ. & eruditis not. Cl. *Jo. Henr. Maji* Filii *Francof. ad Mœn.* 1710 4.

5) הַבְּרָכוֹת *de benedictionibus & conſecrationibus rerum omnium per preces.*

6) הַמִּילָה *de circumciſione* cum verſ. *Seb. Schmidii* Argentorati 1661. 4. cum verſ. & not. Rev. *Chriſtiani Waltheri* Prof. Regiomontani diſputantium ritu *Regiom.* 1705. 4. Vide Nova Literaria Maris Balth. 1705. p. 216.

LIBER III.

זְמַנִּים *de Temporibus*, cujus הלכות

1) שַׁבָּת *de Sabbato.*

2) עֵירוּבִין *de mixtione rerum in Sabbato.*

3) יוֹם כִּפּוּר *de feſto Expiationis*, ex verſ. *Lud. Compiegne de Veil Pariſ.* 1667. 8. & in Faſcic. VII. Opuſcul. Philol. *Roterod.* editt. p. 819.

4) יוֹם טוֹב וְחוֹל הַמּוֹעֵד *de feſto vulgari, & interfeſtis diebus, inter primum & octavum interjectis.*

5) חָמֵץ וּמַצָּה *de fermento expurgando & maſſa non fermentata tempore Paſchali*: ex verſ. *L. C. de Veil* Pariſ. 1667. 8. & Faſcic. VII. Opuſc. Philolog. p. 837. Ex hoc tractatu *Jo. Buxtorfius* Fil. caput VIII. de ritibus veteris Cœnæ Paſchalis differens, hebr. & Lat. exhibet in Exercitationibus ſuis diſſert. VII. p. 392. ſqq. quod ad decem paragraphos priores, cujus verſio paſſim diſcedit a verſione *Ludov. Capelli*, quam is in Cenſura Diſſertationis illius Buxtorfianæ, quæ ejus Diatribæ de antiquis Hebr. literis addita eſt, ſubjunxerat.

6) שׁוֹפָר סוּכָּה וְלוּלָב de cornu, quod in feſto Novi Anni inflatur, *de Scenopegiis*, & palmarum foliis in feſto Tabernac. ſolenniter receptis.

7) שְׁקָלִים *de annua penſitatione Sicli*, quem una cum ſcholiis *Joſ. Ka-*

Digitized by Google

Karonis & Abrahami fil. David latinum promiſit Vener. *Theod. Daſſovius* in Nov. Liter. Maris Balth. 1705. p. 90.

8) קִדּוּשׁ הַחוֹדֶשׁ *de conſecratione Novilunii*, ubi ſimul tota Calendarii Judaici ratio explicatur 1) ex verſ. *L. C. de Veil* Pariſ. 1669. 8. quæ ſine textu Hebræo cum lib. de Sacrific. *Amſtelod.* 1701. 4. recuſa eſt. 2) ex verſ. *Henr. Bernh. Witteri*, diſputationis loco Præſide Cl. J. A. *Danzio* Ien. 1703. 4. habitæ. *Veieliana* verſio *Wagenſeilio* p. 577. ad *Tela Ignea Satanæ* ita ſe probavit, ut integram verſionem יד חזקה ejus eadem manu fabrefactam optet.

9) תַּעֲנִיּוֹת *de jejuniis*, hebr. & lat. ex verſ. *Jo. Bened. Carpzovii* ſine notis *Lipſ.* 1662. 4. & ex verſ. L. C. *de Veil* Pariſ. 1667. 8. & in Faſcic. VII. Opuſcul. Philolog. p. 777.

10) מְגִלָּה וַחֲנֻכָּה *de feſto Purim & lectione libri Eſther, ut & feſto Encaniorum Templi.*

PARS II. LIBER IV.

הלכות נָשִׁים *de Mulieribus*

1) אִישׁוּת *de maritatione*, ex verſ. *L. C. de Veil* Pariſ. 1673. 8.

2) גֵּירוּשִׁין *de repudiatione*

3) יִבּוּם וַחֲלִיצָה *de fratriarum jure & ritibus in mariti absque liberis defuncti fratre ducendo vel repudiando, extracto calceo.*

4) נַעֲרָה בְתוּלָה *de puella virgine vel vi vel dolo compreſſa.*

5) סוֹטָה *de muliere adultera.*

LIBER V.

הלכות ס׳ קְדוּשָׁה *de Sanctitate*, cujus

1) אִסּוּרֵי בִיאָה *de prohibito congreſſu & inceſtu, de menſtruata & proſelytis* cujus caput XIII. & XIV. Lat. edidit *Humfr. Prideaux* Oxon. 1679. 4.

2) מַאֲכָלוֹת אֲסוּרוֹת de cibis prohibitis

3) שְׁחִיטָה *de ritu mactandi.*

PARS III. LIBER VI.

הלכות ס׳ הַפְלָאָה *de Separatione*, cujus

1) שְׁבוּעוֹת *de juramentis* ex verſ. & Cl. notis *Juſti Chriſtoph. Dithmari Lugd. Bat.* 1706. 4. ubi Interpres in præfat. ſcribit monitum ſe eſſe de verſio-

1653. 4. quod tamen per errorem dici in ש״י mihi confirmavit Oppenheimerus.

ר׳ משה בן ישראל vide ſupra R. *Moſes* איסרלש.

1580 ר׳ משה בן ישראל R. MOSCHE fil. ISRAEL

Sæc. XVII. Judex in Synagoga Wurzburgenſi, unde exſul factus ſcripſit

בית אבות *domus Patrum* (*Exod.* XII. 3.) i. e. comment. in 15. Pſalmos graduum, quem hoc nomine appellavit, quia eum ad exemplum & monita libri *Pirke Avoth* inſtruxit. Prodiit is *Wilmersdorf.* 472. C. 1712. 4. plag. 3. Ceterum in Catalogo MSS. Anglic. p. 275. video inter Codd. Pocockianos n. 108. memorari *Moſis Iſraelitæ* Medicinam, quam puto ad *Iſaacum Iſraelitam*, de quo ſupra diximus, eſſe referendam.

1581 ר׳ משה בן ישראל די מרקאדו R. MOSES

ben ISRAEL de MERCADO, Rabbinus in Synag. Hiſpan. Amſtelod. quem laudat *Dan. Levi de Barrios* in Arbol de las Vidas p. 84. ſcr.

Comment. in Eccleſiaſten & *Pſalmos*, *Amſtel.* 413. C. 1653. 4. apud *Imman. Benbeniſte* cum ipſo textu punctato editum fol. 113. quem poſt auctoris mortem edidit *Jac. de Mercado.*

ר׳ משה בן ישראל נפתלי R. MOSES ben ISRAEL *Naphthali*, vide דרכי ציון ſub litera ד inter Anonymos.

1582 ר׳ משה בן יששכר הלוי R. MOSES fil. ISSACHAR *Levita* ſcr.

באר משה *explanavit Moſes*, ex *Deuter.* I. 5. quo libro lingua germanica explicantur difficiliores Pentateuchi voces, præterea vero textus ipſe ex Interpretibus variis breviter exponitur, *Prag.* 364. C. 1604. 4. iterumque cum præfat. R. *Schabtai Scrimeri*, qua elementa totius Grammaticæ Hebr. comprehenduntur ibidem 429. C. 1669. 4. hinc 467. C. 1707. & *Francof. ad Viadr.* an. 469. C. 1709.

2) לקח טוב *doctrina bona* ex *Prov.* IV. 2. ejuſdem libri pars altera cum priore edita, quæ refertur ad reliquos libros ſacros eodem modo germanice explicandos, ubi paſſim Chriſtianos confutare conatur auctor circa Prophetiarum expoſitionem.

Uterque

Digitized by Google

Uterque libellus tanquam ἀνώνυμ☉ recenſitus eſt ab aliis, donec ש"י hoc illi nomen fuiſſe monuit.

ר׳ משה הכהן R. MOSES COHEN i. e. *Sacerdos*, per 1583
compendium הר"מך vixit an. 4958. C. 1198. vide *Juchaſin* p. 132. 4. *Schalſcheleth* p. 51. a. & R. *Dav. Ganz* ad an. 4958. R. *Aſarias* in *Meor Enajim* p. 93. b. eum *Lunel*, Galliæ Narbonenſis opido, oriundum eſſe tradit. Scripſit ille

הַשָּׂגוֹת *animadverſiones* in *Maimonide* Jad chaſaka, teſte *Juchaſin*, ad quas reſpondit *Maimonides* teſte eodem.

2) מְגַלֶּה עֲמוּקוֹת *revelans profunda*, ex *Job*. XII. 22. teſte *Buxtorf*. & ש"י: de argumento uterque tacet.

3) מְשׁוֹבֵב נְתִיבוֹת *reſtituens tramites*, ex *Jeſ*. LVIII. 12. MSS. teſte ש"י.

ר׳ משה כהן R. MOSES COHEN (*Sacerdos*) vide ſupra R. *Moſes Gekatilia*.

ר׳ משה כהן R. MOSES COHEN v. ſupra R. *Moſes* אשכנזי.

ר׳ משה הכהן מטורדסילה R. MOSES *Sacer-* 1584
dos de *Tordeſilla*, h. e. de *Turri Syllana* Hiſpanus, vixit an. 5135. C. 1375. teſte *Juchaſin* p. 133, b. & ſcripſit

עֵזֶר הָאֱמוּנָה *auxilium fidei*: conf. *Schalſcheleth* p. 61. a. lin. ult. ubi vocatur Moſes מטורריסילה quam ſcriptionem ſequitur R. *Schabtæus* in ש"י ubi monet eſſe diſputationem contra Chriſtianos ex Sacro Codice, & videri jubet præfationem ad אגרת ר׳ פריפוט.

ר׳ משה כהן די פורטא R. MOSES COHEN 1585
de PORTA ſcr.

פַּלְגֵי מַיִם *rivi aquarum*, ex *Pſalm*. I. 3. reſponſio ad epiſtolam R. בן ציון *Venet*. 368. C. 1608. teſte ש"י qui videri jubet præf. ad lib. כנסת הגדולה ac monet, in Catalogo Bibl. Oxon. tribui R. *Abtalioni*. Catalogi verba p. 472. ita habent: R. *Moſis Cohen de Porto* פלגי מים,

 con-

Digitized by Google

continet R. *Abtalionis de Conſili* Reſponſiones ad R. ben Sionis Galli epiſtolas cum aliis variorum ſententiis *Venet.* 1608.

ר׳ משה בן כרץ R. MOSES ben CLATZ quod alii legunt כְּלַץ vide R *Jebuda ben* כלץ.

1586 משה די לאון R. MOSES de LEON i. e. *Legionenſis Hiſpanus* an. 5050. C. 1290. cui nonnulli Rabbini ea tribuenda putarunt, quæ in libro *Zohar* lingua Hebræa ſcripta legantur, quæ quidem ille ex ingenio conſignarit, & *Simeonis ben Iochai*, quem auctorem venditant, operi adſuerit, ut amplum a Sapientibus præmium reportaret. Refert hoc ex libro *Iuchaſin Schalſcheleth* p. 31. b. & 46. a. cujus tamen auctor omne hoc confictum putat. Bartoloccius ea, quæ is in *Geneſin* & *Exodum* ſcripſerat, in Bibl. Vatic. MSS. exſtare monet, additque, eundem *de anima & reſurrectione mortuorum* commentatum eſſe, quod quo auctore ſcripſerit, dicere non habeo. Credi poterat, hunc *Moſen Legionenſem* eundem eſſe cum *Moſe f. Schem Tov* Legionenſi, de quo infra, cum & ætas conſentiat, & Bartoloccius Noſtro huic librum *de anima & reſurrect.* tribuat, qualem a *Moſe f. Schem Tov Legionenſi* ſcriptum eſſe inferius patebit. In lib. *Iuchaſin* tamen p. 133. a. hic *Moſes Legionenſis* a Schem Tov Legionenſi, cui proximus jungitur, diſerte diſtinguitur, diciturque Albicellam habitaſſe.

1587 ר׳ משה בן לוי R. MOSES ben LEVI, fictum nomen, ſub quo *Richardus Simon* Oratorii Pariſienſis Presbyter, *Hiſtoriam religionis Iudæorum eorumque demigrationis in Hiſpaniam, aliasque Europæ partes, in quas ſeſe poſt deſtructionem Hieroſol. receperunt*, edidit *Pariſ.* 1681. 4. qui tamen liber non diſtinctus eſt, a Latina verſione *Natalis Alberti de Verſe.* Quod propterea admonendum duxi, ne quis cum *Buxtorfio & Carolo Ioſepho Imbonato* p. 163. Bibliothecæ Latino Hebr. librum hunc ab *Hiſtoria Critica* diſtinguat.

1588 ר׳ משה הלוי R. MOSES LEVI, cujus ס׳ מְסוֹרֶת סְיָג לַתּוֹרָה *librum Maſoreth ſepem legis* ſæpiſſime allegat *Menachem de Lonzano* in אור תורה p. 2. b. ita enim interpretor vocem הר״מה per ראשי תיבות ſcriptam.

ר׳

ר׳ משה לוי אלקביץ R. MOSES LEVI, ALKA- 1589
BETZ vixit A. C. 1575. & ſcr.

בית השם *domus Domini*, lib. Cabbaliſt. v. *Schalſcheleth* p. 65. a. qui eum Cabbaliſtam magnum appellat. Buxtorf. in B. Rabbin. hujus tituli librum tribuit cuidam R. *Moſe Lota*, quod vereor, ne mendoſe ita ſcribatur, pro R. *Moſe Levi*.

ר׳ משה לוי דרשן R. MOSES LEVI, *Concionator Pra-* 1590
genſis, approbavit librum נחלת צבי *Venet.* 1661. fol. editum.

ר׳ משה לטיף R. MOSES LATEPH, *Hieroſolymitanus*, 1591

דרשות *conciones* ejus in Synagogis habitas ac deinceps calamo conſignatas allegat R. Aſarias in *Meor Enajim* Tract. III. c. 35. p. 109. a. ubi etiam affert locum integrum, quo annos mundi non accurate nec clare ſatis indicatos eſſe tradit. Addit, ſe conciones illas vidiſſe inter libros *Joſephi Chaſeck*.

ר׳ משה אבן לשיש R. MOSES Aben LASCHES, 1592
qui diſſert. Anonymi contra *Avu Chamed*, de quo ſupra ſuo loco, ex Arabico hebr. convertit.

ר׳ משה לוי נאגארה Vide R. MOSES NAGARA.

ר׳ משה לוי קוזין R. MOSES LEVI COZIN: vide ſupra R. *Levi* קוזין: hoc enim verum eſt auctoris nomen, quod neſcio, cur Bartoloccius in R. *Moſi Levi Coſin* commutarit, exemplo tamen Catalogi Bibl. Leidenſ. qui p. 265. n. 101. hunc librum inter Codd. editos Warnerianos ſub eodem nomine recenſet.

ר׳ משה מאיר בן אלעזר פערלש R. MO- 1593
SCHE MEIR ben ELASAR PERLES, cujus animadverſiones in comm. Raſchii ſuper Pentat. prodierunt *Prag.* 470. 4. C. 1710. cum ipſo textu libri & comm. Raſchii ſub tit. ספר מגלת ex Pſ. XL. 5.

1594 **ר׳ משה בן מימון** R. MOSES f.MAIMON he.MAIMONIDES, ſeu, ut plenius in calce comm. in Miſchnam ed. veteris Neapolit. & Codd. MSS. (vide Pocock. præfat. ad Portam Moſis) appellatur, *Moſes fil. Maimon Judicis, fil. Joſephi Sapientis, fil. Iſaaci Judicis, fil. Joſephi Judicis, fil. Obadiæ Judicis, fil. Salomonis Doctoris fil. Obadiæ Judicis*, per ראשי תיבות i. e. literas nominis initiales רמ״במ, non רמ״בן, cum quo quidam perperam confundunt, plerumque dictus, ab aliis etiam ר׳ מורה i. e. Doctor, tum a doctrina tum a libri *More Nevochim* titulo, vel ſimpliciter *Moſes* quaſi κατ᾽ ἐξοχὴν vel *Moſes Ægyptius* (*) a loco commorationis, vel *Moſes Cordubenſis*, a patria vocatus. Natus enim is eſt *Cordubæ* in Hiſpan. A. M. 4891. C. 1131. die Sabbati eademque veſpera Paſchatis, hora tertia pomeridiana, ceu poſt *Juchaſin* f. 131. b. Judæi plerumque tradunt, quamvis R. *Iſaac Iſraelita* in libro MS. יסוד עולם & R. *David* (a) noſtri nepos in an. 1136. & vetuſtus quidam quaternio, teſte Schalſcheleth p. 42. b. in an. 1132. referat. Hic itaque Patre *Joſepho* natus, ob ingenium ſtupidum Patri inviſus, ad R. *Joſephum filium Megas* (cujus tantum ſcriptis liber *Juchaſin* p. 131. b. uſum eum eſſe ex temporis ratione non inepte colligit) abiit, cujus diſciplina edoctus & in patriam reverſus communi omnium plauſu in Synagoga peroravit, ceu teſtatur *Schal-*

(*) Cavendum igitur eſt, ne *Maimonidem* a *Rambam* aut *Moſe Ægyptio* diſtinguamus, cujus generis errorem notavit in *Caſaubono* (quamvis non nominato) Wagenſeil. in præfat. ad *Sota* p. 2. & *Rich. Simonius* in epiſtolis Select ep. 24. p. 178. Sic & *Geſnerus* p. 509. Biblioth. ex *Maimonide*, *Moſe Cordubenſi*, & *Moſe* Aphoriſmorum Medicorum auctore tres diverſos effinxit, qui pro uno erant habendi.

(a) Verba *Davidis* hujus, quæ ex calce commentarii Maimonidæi MS. in Tract. *Roſch Haſchana* refert *Schalſcheleth* p. 42. b. & *Aſarias in Meor Enajim* p. 96. b. fine, qui ea ſe in codice MS. Eſræ Fanenſis legiſſe teſtatur, Latine ita habent: *Magiſter noſter Moſes auctor hujus libri natus eſt patri ſuo menſe Niſan, die* 14. *anno* 1446. *Contractuum in urbe Corduba. Obiit autem anno* 1516. *Contract. die* 20. *Thebeth. Itaque illuſtravit oculos exilii* 70. *annis, minus* 83. *diebus. Et Aba Mori filius ejus natus eſt an.* 1496. *Contract: atque mortuus eſt an.* 1566. *Contract. Ego autem Rav Senioris Moſes natus ſum patri meo in Ægypto an.* 1534. Computus hic facile an Aeram Chriſtianam revocabitur, ſi obſervetur, Aeram contractuum incidere in annum ante C. N. 310. ut proinde annus Contract. 1446. reſpondeat A.C. 1136. annus vero 1516. A.C. 1206, quo proinde ſecundum hunc computum obiiſſe cenſendus fuerit. Neuter computus approbari poterit, ſi ipſum audiamus Maimonidem in calce commentarii Miſchnici verbis mox citandis, teſtantem, *abſolviſſe ſe expoſitionem iſtam* anno Contractum 1479. anno ætatis 30. Demtis enim his annis 30. natalis ejus annus incidet in annum Contract. 1449. qui eſt C. 1139: quo præſtructo, obierit A. C. 1209. ſi, 70. vitæ annos expleverit.

Digitized by Google

Schalſcheleth p. 43. Patris ſui & Joſephi tanquam præceptorum ſuorum ipſe meminit in præf. ad Ordinem *Seraim*, quibus addi etiam debent Arabes, *Ibnu Thophail*, *Ibnu Saig* & *Averroes*, quod facile credimus *Leoni Africano* de Scriptoribus Arabibus apud *Hottingerum* in Bibliothecario p. 288. Horum ope cum variam ſibi in Theologicis, Philoſophicis & aliis ſcientiarum generibus (b) doctrinam comparaſſet, invidiamque ſuorum ac odium cavere non poſſet, teſte *Schalſcheleth*, in Ægyptum (c) profectus eſt, ibique & ſermone & ſcriptis plurimis docuit alios, tandemque Archiater Regis Ægyptii Saladini conſtitutus gratia & auctoritate valuit, quod ipſe ſcribit in epiſtola ad *Samuelem Tibbonidem* p. 379. Inſtitut. Epp. Hebr. Buxtorfii, ubi parum ſibi otii ex hoc munere relinqui ſcribit, inprimis ideo, quod ipſe Ægyptum, Rex vero Cairum incolat, a quo proinde quodam intervallo ſit ſejunctus. Adde *Menaſſen ben Iſr.* in *Spe Iſraelis* p. 96. *Schalſcheleth* p. 43. b. & *Scheveth Jehuda* p. 161. ed. Lat. Elogia ipſi a Judæis & Chriſtianis collata commemorare hic longum foret, quæ legi cumulate poſſunt in *Eduardi Pocockii* præf. ad Portam Moſis, *Buxtorfii* præf. ad *More Nevochim*, *Thom. Pope Blount* p. 274. B. *Geieri* præf. ad lib. de Luctu Hebr. *Carpzov.* not. ad Schickardi Ius Regium Hebr. p. 88. & *Radulphi Skinneri* Dedicatione tractatus Maimonidei de Pœnitentia Anglice converſi, quæ etiam inter epiſtolas *Iac. Vſſerii* n. 102. legitur, & eo pertinet, ut ſex commoda, ex ſcriptis Maimonidæ lectis exſpectanda, cum totidem incommodis ſeu erroribus memoret. Summatim Judæis audit רַב הַמְּאַמִין *doctor fidelis* in *Juchaſin* נֶשֶׁר הַגָּדוֹל *aquila magna* המאור הגדול החכם השלם i. e. *lumen magnum, Sapiens, perfectus*, in *Halichoth Olam* p. 14. כבוד המזרח ואור המערב *glo-*

(b) Πολυιςορίας laudem nemo noſtro abjudicabit, quam & ſcripta ejus & Buxtorf. in præfat. ad *More Nevochim* ipſi vindicarunt. Tantam ſcientiarum varietatem ſibi comparavit πολυγλωττία. Præter Arabicam enim, in qua pleraque ſcripſit, Chaldaicam, Turcicam & Medicam, teſte *Schalſcheleth* p. 43. b, imo etiam Græcam calluit, in qua poſtrema ſcripta quædam ejus extare, per multas vero epiſtolas eadem lingua ad exteros exaratas deſiderari ſcribit *Schalſcheleth* p. 44. a. Hinc videri etiam poterat *Ariſtotelis*, *Platonis*, *Galeni* aliorumque Scriptorum Græcorum commentationes, quas ſæpe allegat, græce legiſſe, niſi, quod malim, eas Arabice converſas, in manibus ejus fuiſſe cenſeas.

(c) *Leo Africanus* apud *Hottingerum* p. 288. Bibliothecarii Corduba noſtrum ideo aufugiſſe teſtatur, quod vereretur, ne prodendus ſibi eſſet Averroes, ejus quondam præceptor, qui tunc inter Iudæos verſatus fuerit. Aliam reddit rationem *Scheveth Jehuda* p. 161. ed. Lat. nempe edictum per Africam & totum Orientem contra Judæos tunc promulgatum.

detectum, quod *Moſis Servi Domini* nomine inſcriptum fuerit, de noſtro Maimonide interpretandum dicerent. Retulit rem *Georg. Hornius* in Hiſtor. Eccleſ. & Polit. p. 364. de *Maimonide* vero noſtro accipi voluit *Wagenſeilius* in obſervatt. ad librum *Sota*, p. 327. qui tamen deinde, mutata ſententia, in Pera Juvenilium Librorum Tomo III. p. 378. tutius adfirmavit, rem totam fabulis & commentis abſolvi, præcipue cum ex B. *Tenzelii* Dialogis Menſtruis anni 1693. p. 586. ſq. intelligatur, *Iobum Ludolſum* de veritate eorum, quæ Hornius ſcripſerat, ex *Stephano Petro*, Patriarcha Antiocheno quærentem, reſponſionis loco accepiſſe, totam narrationem eſſe falſam. Confer, ſi placet, de hoc negotio *Hermanni Witſii* Miſcellanea Sacra lib. I. c. XVII. §. 13. ſqq. *Criticum Eruditum* Tom. I. qv. 47. & V. C. *Jo. Jac. Schudt* in Compendio Hiſt. Judaic. p. 73. ſq. Nos quidem de monimento ejus ſepulchrali minus ſolliciti ingenii, quæ exſtant, monimenta propius intuebimur. Eorum tanta olim fuit copia, ut auctor *Schalſcheleth* ea a ſe recenſeri poſſe neget. Primum omnium, quæ ætatem tulerunt, fuit

1) פֵּירוּשׁ הַמִּשְׁנָה *comm. in Corpus Miſchnicum*, quem in Hiſpania an. ætatis 23. ſcribere cœpit, in Ægypto vero anno 30. abſolvit, quod ipſum paulo ante nota (*a*) verbis, quibus commentariis illis colophonem impoſuit, teſtantem vidimus. Eos autem exaravit lingua Arabica, (e) in qua etiam manu exarati in variis Bibliothecis adhuc exſtant, v. c. in Bodlejana inter Codd. Pocockianos n. 79. ſqq. Sic & *Cl. Gvil. Surenhuſius* p. 8. præf. in Miſchnam teſtatur, Judæos Liburnenſes eosdem ſibi petenti Arabica lingua ſcriptos Amſtelodamum miſiſſe. Iidem deinde ex Arabico hebraice per partes, diverſo temporis intervallo converſi ſunt, facto initio a præfat. in *Pircke Avoth*, cujus verſio debetur *Samueli fil. Judæ Tibbon*, qui & comm. in caput X. *Sanhedrin*, teſte R. *Jacob fil. Moſis* עכבי, interpretatus eſt. Poſtea R. *Iehuda fil. Salom. Chariſi* rogatu Judæorum Maſſilienſium, quod ipſe ſcribit, totum opus interpretari adgreſſus eſt, quod num perfecerit, non conſtat, cum ex verſione ejus, ſi interpretationem præfationis in *Seder Seraim* & quinque ejus tractatuum priorum exceperis, ſuperſit. Cum illæ partes ad Judæos, Romæ habitantes, perferrentur, illi quidem opus integrum deſiderantes R. *Schimcha* legatum *Barcinonem* miſerunt, qui deinde, ſpe illius obtinendi

(e) Idque ob linguæ illius amplitudinem & perſpicuitatem, uſumque ejus, cui illius ætatis homines adſveti erant, late diffuſum, ceu ſcribit R. *Jacob*, qui comm. ejus in Seder Naſchim hebr. convertit, citante Pocockio præf. ad Portam Moſis.

ibi fruſtratus, *Weſchkam*, Arragoniæ urbem, profectus eſt, ibique duos Codices *Moëd* & *Naſchim* Arabice ſcriptos invenit, quorum priorem R. *Ioſe fil. Iſaac* fil. אלפועל vel אלופל *Alpual* vel *Aluphal* hebraicum fecit, & abſolvit anno Aeræ Contractuum 1557. i. e. A. C. 1247. quam operam reliquis Ordinis *Seraim* tractatibus, qui ſcilicet a R. *Jehuda* fil. *Salom.* converſi non erant, ſe præſtitiſſe ipſe ſcribit. Poſteriorem, nempe Ordinem *Naſchim*, interpretatus eſt R. *Jacob* fil. *Moſche* fil. אכסאי *Achſai*, cognomine בַּרְרֵשׁ, uſus ope R. *Chajim* fil. *Salom. f. Baka* Medici, quod ex ipſius *Achſai* præfat. apparet. Hinc R. *Schimcha* Cæſarauguſtam profectus Maimonidæ commentarios in ceteros Ordines excepto *Taboroth*, Arabice reperit, ex quibus expoſitionem Ord. *Neſikim* (præter *Pircke Avoth* jam ante, quod diximus, translatum,) convertit *Salom. f. R. Joſeph f. Jacob*, de mendoſo & alicubi imperfecto exemplari Arabico conqueſtus. Ordo vero *Kodaſchim* Interpretem invenit *Nathan*, quem ש"י *Nathanael* vocat, Medicum, *fil. Joſeph* fil. אלמלי (*Almeli*) qui itidem exemplar ſuum mendis ſtatuiſſe ſcribit. Deniq; Ordo *Taboroth* ſuum nactus eſt Interpretem, cujus tamen nomen in editis fruſtra requiras. Hæc omnia ex præfationibus ſingulorum Interpretum intelliguntur, ex quibus ea in compendium retulit *Eduardus Pocockius* in præfat. ad Portam Moſis.

Hi itaque commentarii Hebraice converſi cum ipſo Miſchnæ textu & R. *Bartenoræ* expoſitione aliquoties lucem viderunt, & quidem *Sabionetæ* 319. C. 1559. 4. *Mantuæ* 321. & 322. C. 1561. & 1562. 4 *Venet.* 326. C. 1566 fol. iterumque 366. C. 1606. fol. literis quadratis. Ordines tres *Seraim, Moed & Naſchim* cum utroque comm. *Amſtelod.* 435. C. 1675. 4. Ultimo denique loco Miſchnicum corpus cum utroque commentario Latine converſo lucem vidit *Amſtelod.* 1689. & ſqq. opera V. C. & de his literis quotidie præclarius merentis *Gvil. Surenhuſii*, qui ſolus, latinam commentariorum illorum interpretationem, ſi paucos tractatus ab aliis converſos, de quibus in recenſione Talmudis dicemus, exceperis, perfecit.

Præfationes, quas nonnullis vel Ordinibus vel Codicibus præmiſerat Maimonides, Arabice ſed literis Hebr. cum Latina ſua verſione *Eduardus Pocockius* edidit ſub tit. *Porta Moſis* (i. e. *præfatio*, vel Introductio, quam Hebræi etiam שַׁעַר i. e. *portam*, vocare ſolent, quia liber lecturis inſtar portæ eſt, per quam aditus ad lectionem ipſam patet) *Oxon.* 1655. 4. Sunt autem præfatt. 1) in *Seder Seraim* (*) quæ totius Miſchnæ & Gema-

ma-

(*) Hæc etiam hebr. ſeorſim præmittitur R. *Schaphtel Horwitz* libro שפע טל. Exſtat

maræ rationem exponit: 2) in *Pereck Cheleck.* (*) ſeu caput X. *Sanhedrin.* 3) in *Pirke Avoth*, ubi de natura animæ hominis facultatibus ejus, virtutibus item & vitiis. Hanc a *Jac. Mantino* Iudæo latine converſam & Bonon. ap. Hier. de Benedictis 1520. 4. editam eſſe ſcribit Bartol. Tom. III. p. 859. 4) in Ord. Kodaſchim 5) in Ord. *Tahoroth* & 6) in Cod. *Menachoth.* Harum præfationum verſio Latina Pocockiana a Cl. *Surenhuſio* ſuis locis Corpori Miſchnico eſt inſerta: ſicut annotationes Miſcellaneas, quas earum occaſione ſcripſerat *Pocockius*, ſeorſim optimo conſilio edidit Cl. M. *Chriſtianus Reineccius* Lipſ. 1705. 4. Ceterum has Maimonidæ in Miſchnam commentationes, quarum tamen loca nonnulla in יד חזקה ipſe retractat, Judæi æque ac Chriſtiani plerumque ceteris omnibus ita prætulerunt, ut in illis potiſſimum acquieſcerent. Unus forte eſt *Guil. Guiſius*, Anglus, qui in ſuis ad Codices quoſdam Miſchnicos notis ſubinde ſiniſtre admodum de hoc Maimonidæ labore judicavit, omni opere contendens, eum & linguam Arab. non ſatis intellexiſſe, & in exponendis ritibus nugas agere. Sed id quidem immitius judicium juvenili (f) tum temporis igneoque alioquin & literis his probe exculto *Guiſii* ingenio facile condonaverit prudens Lector.

2) יַד חֲזָקָה *Manus fortis* (g) qui liber alias etiam vocatur מִשְׁנֵה תוֹרָה (h) *Repetitio Legis*, vel מַיְמוֹנִי *Maimonideum* ſcil. opus vel a libro

etiam latine ex verſione *Pauli Riccii*, ſed in compendio, Tomo I. Scriptorum Artis Cabbal. *Jo. Piſtorii.*

(*) In B. Senator Lipſ. inter Codd. Wagenſeil. exſtat hæc præfatio ſeorſim MS. in 4. n. 6. ſed ita, ut præfigatur præfamen aliud in edit. Pocockiana non obvium & prorſus ἀνέκδοτον. Eodem Codice comprehenditur præſ. in *Pircke Avoth.*

(f) Natus is eſt 1653. in vico *Gloceſtriæ* vicino, obiitque 1683. 3. Sept. variolis exſtinctus anno æt. 31. ceu teſtatur *Thomas Smithus* in Vita *Eduardi Bernardi* p. 50. Confer de eo *Antonii de Wood* Athenas Oxonienſes Tom. II. p. 565. & *Eduard. Bernardum* in præfatione verſionibus Miſchnicis *Guiſii* præmiſſa. *Jo. Millio* p. 168. a. prolegom. in N. T. *Orientalis & quidem omnigenæ literaturæ pro ætate miraculum* vocatur.

(g) Titulus partim ex alluſione ad *Deuteron.* XXXIV. v. ult: partim ex ipſius operis conditione eſt repetendus, quod cum quatuordecim libris abſolvatur, qui numero literis יד exprimitur, hoc titulo commode inſigniri poſſe auctori videbatur.

(h) Hic titulus deſumtus eſt ex *Deuter.* XVII. 18. ubi hæ voces ab Interpretibus varie vertuntur, quam in rem vide inprimis *Carpzovium* ad *Schickardi* Jus Regium Hebr. p. 82. ſqq. V. C. *Herm. von der Hardt* in Effigie Juris Judaici p. 54. ſq. & Cl. *Jo. Buxtorfii* Catalecta Theolog. Philolog. p. 194. ſq. *Jo. Picus Mirandulanus* lib. IX. c. 11. adverſus Aſtrologos p. 458. Opp. ita: Moſes Ægyptius in eo libro, cui tit. Miſna Tora, quaſi dixeris Græce δευτέρωσις, Latine *ſecundam Legem.*

Digitized by Google

bro I. ſimpliciter ס׳ מַדָּע quo titulo venit in Anonymi lib. Medico apud Wagenſeil. in Exerc. II. p. 80. & 91. & in *Juchaſin* p. 131. b. Hunc lingua Hebr. puriſſima elaboravit an. 4936. C. 1176. ſecundum *Schalſcheleth* p. 42. b. vel 4930. C. 1170. ſecundum *Zemach David* ad hunc annum, duodecim poſt comment. in Miſchnajoth annis (i) ſecundum *Juchaſin*, p. 131. b. per quinque annorum intervallum, quod tradit ex libro *Jeſod Olam*, auctor Schalſcheleth l. c. Iſti labori incubuit Maimonides, ſi Judæos audimus, in ſpelunca, in quam ſe invidiam Regis Ægyptii, quam hoſtes ipſi conflaverant, evitaturus receperat. Eo opere lingua Hebraica elegantiſſima, teſte Juchaſin p. 130. b. exarato ſiſtit compendium Pandectarum Talmudic. non vero, quod ſibi Vir doctus (k) a *Wagenſeilio* præf. ad lib. *Sota* notatus, perſuaſit, commentarium in præcepta qua Affirmativa, qua Negativa. *Arabice* exſtat in Biblioth. Bodlejana inter Codd. Pocock. n. 76. ſq. MSS. unde ſuſpicari poteras Arabice ab auctore ſcriptum eſſe, niſi *Iuchaſin* l. c. Hebraicam linguam authenticam eſſe diſerte moneret.

Diſtinctum opus integrum eſt in partes IV. quæ conſtant libris XIV. qui iterum in certos abeunt tractatus, (*) quos omnes ſigillatim una cum editt. & verſionibus ſingulorum, quorum exſtant, hic recenſebimus.

PARS I. LIBER I.

Poſt Præfationem longiorem & Seriem Præceptorum Affirmat. & Negativ. סֵפֶר הַמַּדָּע *liber ſive de ſcientia*, cujus הלכות ſunt

1) יְסוֹדֵי הַתּוֹרָה *de fundamentis Legis*, cum verſ. & notis *Gvil. Vorſtii* Amſtelod. 1638. 4. Cap. I. & II. exſtat etiam cum verſ. *Io. Adami Scherzeri* in Trifolio ejus Orientali.

2)

(i) Si hoc ita ſe habet, neceſſe erit dicere cum Bartoloc. quod ſcripſerit an. 4933. C. 1173. anno æt. 42. vel 43. quia ipſe quod antea not. a. vidimus, profeſſus eſt, ſe commentarium in Miſchnam anno æt. 30. abſolviſſe.

(k) Eſt is *Iſaacus Caſaubonus* in Exercitatt. Anti-Baron. p. 538. cujus ſententia ſine temperamento accipi non poteſt. Quamvis enim ipſum Talmud præcepta legis illuſtret, cerimonialia tamen utramque hic paginam faciunt, deinde vero Maimonides ipſe ſingularem operam, ceu *Schalſcheleth* p. 34. a. teſtatur, in præceptis Aff. & Negat. exponendis collocavit. Forte tamen *Caſaubonus* ita perſuaſus fuit ideo, quod Indicem præceptorum utriusque generis Operi huic præmiſſum videret.

(*) Recenſentur quoque, ne de Biblioth. Rabb. dicam, a *Veielio* præf. ad verſionem tractatuum trium de Jejunio, Feſto Expiat. & Paſchatis, ut & a *Mich Neandro* in Erotematt. L. Hebr. p. 472.

Digitized by Google

2) הֵדֵעוֹת *Canones Ethici*, quo titulo *Georg. Gentius* hebr. & Lat. cum notis uberioribus edidit *Amſtelod.* 1640. 4. ac 1653. quod ש״ע in calce monet. Ibi de probatis hominum omnis generis inprimis ſapientiæ & legis ſtudioſi moribus & regulis ad tuendam ſanitatem pertinentibus exponitur. Eundem Tract. hiſpanice converſum edidit *David Coben de Lara* Hamb. 1662. 4

3) תַּלְמוּד תּוֹרָה *de ſtudio Legis* cum verſ. & not. *Roberti Clavering* Oxon. 1705. 4.

4) עֲבוֹדָה זָרָה *de idololatria*, cum verſ. & notis *Dionyſ. Voſſii*, qui *Jo. Gerhardi Voſſii* Patris egregio Operi de Theologia Gentilium, quod illius tractatus Maimonidei, a filio converſi, occaſione ſcripſerat, ſubjunctus prodiit *Amſtel.* 1642. & 1666. in 4. iterumque 1700. fol. In B. *Jo. Bened. Carpzov.* Diſputt. Academicis p. 133. ſq. diſput. exſtat ad hujus tract. c. 7. n. 16. ed. Voſſ. in qua etiam verſio Voſſiana ab animadverſionibus *Sauberti* de Sacrif. Vet. p. 379. defenditur.

5) הַתְּשׁוּבָה *de pœnitentia*, 1) ex verſ. Anonymi, qui ſub literis G. N. initialibus latere voluit *Cantabrig* 1631. 4. 2) ex verſ. M. *Jo Hilperti Helmſtad.* ſine Hebr. textu & notis plag. 3. 1651. 4. 3) ex verſ. *Jo. Ilmanni* in calce Speciminis Obſſ. Philolog. in V. T. *Argentor.* 1705. 8. 4) denique ex verſ. & not. *Rob. Clavering* Oxon. 1705. 4. una cum עבודה זרה. Claveringius teſtatur, priores utraſque ſibi ante non viſas quam ſuam perfeciſſet, easdem vero, præcipue *Hilpertianam* in multis errare. *Hiſpanice* convertit *David Coben de Lara Lugd. Batav.* 1660. 4. *Anglice* a *Ralph Skinnero* cum præfat. longiore: vide Cl. Jo. Clerici Bibl. Univerſ. Tom. II. p. 252. *Imbonati* Bibl. Lat Hebr. p. 457. Latinam verſionem *Gerebrardi Anslo* ſe apud ipſum vidiſſe teſtatur *Georg. Gentius* in Dedic. ad Maimonidæ Canones Ethicos, ipſi inſcriptos.

LIBER II.

ס׳ אַהֲבָה *de Amore*, cujus הלכות ſunt

1) קְרִיאַת שְׁמַע *de lectione ſacra textus Moſis*: audi Iſrael Deus tuus, Deus unus eſt.

2) תְּפִלָּה וּבִרְכַּת כֹּהֲנִים *de precibus & benedictione Sacerdotali.*

3) תְּפִלִּין וּמְזוּזָה וס׳ תּוֹרָה de phylacteriis manui & fronti adhibendis, de ſchedis poſtibus januarum includendis, & de libro Legis. Ex

 hoc

hoc tractatu cap. VII. VIII. IX. & X. quibus ס׳ תורה i. e. commentatio de libro legis conſtat, Latine converſa cum eruditis & diffuſis notis ſub titulo *Obſervationum Sacrarum* V. C. *Iac. Henr. van Baasbuyſen* edidit *Francof. ad Mœn.* 1708. 4. cum antea *Hanov.* an 1705. diſputantium more eadem in ſcenam produxiſſet.

4) הַצִּיצִית *de peniculamentis ſacris*; cum verſ. & eruditis not. Cl. *Jo. Henr. Maji* Filii *Francof. ad Mœn.* 1710 4.

5) הַבְּרָכוֹת *de benedictionibus & conſecrationibus rerum omnium per preces.*

6) הַמִּילָה *de circumciſione* cum verſ. *Seb. Schmidii* Argentorati 1661. 4. cum verſ. & not. Rev. *Chriſtiani Waltheri* Prof. Regiomontani diſputantium ritu *Regiom.* 1705. 4. Vide Nova Literaria Maris Balth. 1705. p. 216.

LIBER III.

זְמַנִּים *de Temporibus*, cujus הלכות

1) שַׁבָּת *de Sabbato.*

2) עֵירוּבִין *de mixtione rerum in Sabbato.*

3) יוֹם כִּפּוּר *de feſto Expiationis*, ex verſ. *Lud. Compiegne de Veil* *Pariſ.* 1667. 8. & in Faſcic. VII. Opuſcul. Philol. *Roterod.* editt. p. 819.

4) יוֹם טוֹב וְחוֹל הַמּוֹעֵד *de feſto vulgari, & interfeſtis diebus, inter primum & octavum interjectis.*

5) חָמֵץ וּמַצָּה *de fermento expurgando & maſſa non fermentata tempore Paſchali*: ex verſ. *L. C. de Veil* Pariſ. 1667. 8. & Faſcic. VII. Opuſc. Philolog. p. 837. Ex hoc tractatu *Jo. Buxtorfius* Fil. caput VIII. de ritibus veteris Cœnæ Paſchalis diſſerens, hebr. & Lat. exhibet in Exercitationibus ſuis diſſert. VII. p. 392. ſqq. quod ad decem paragraphos priores, cujus verſio paſſim diſcedit a verſione *Ludov. Capelli*, quam is in Cenſura Diſſertationis illius Buxtorfianæ, quæ ejus Diatribæ de antiquis Hebr. literis addita eſt, ſubjunxerat.

6) שׁוֹפָר סוּכָּה וְלוּלָב de cornu, quod in feſto Novi Anni inflatur, *de Scenopegiis*, & palmarum foliis in feſto Tabernac. ſolenniter receptis.

7) שְׁקָלִים *de annua penſitatione Sicli*, quem una cum ſcholiis *Joſ.* *Ka-*

Karonis & Abrahami fil. David latinum promiſit Vener. *Theod. Daſſovius* in Nov. Liter. Maris Balth. 1705. p. 90.

8) קִדּוּשׁ הַחוֹדֶשׁ *de conſecratione Novilunii*, ubi ſimul tota Calendarii Judaici ratio explicatur 1) ex verſ. *L. C. de Veil* Pariſ. 1669. 8. quæ ſine textu Hebræo cum lib. de Sacrific. *Amſtelod.* 1701. 4. recuſa eſt. 2) ex verſ. *Henr. Bernh. Witteri*, diſputationis loco Præſide Cl. J. A. *Danzio* Ien. 1703. 4. habitæ. *Veieliana* verſio *Wagenſeilio* p. 577. ad *Tela Ignea Satanæ* ita ſe probavit, ut integram verſionem יד חזקה eadem manu fabrefactam optet.

9) תַּעֲנִיּוֹת *de jejuniis*, hebr. & lat. ex verſ. *Jo. Bened. Carpzovii* ſine notis *Lipſ.* 1662. 4. & ex verſ. L. C. *de Veil* Pariſ. 1667. 8. & in Faſcic. VII. Opuſcul. Philolog. p. 777.

10) מְגִלָּה וַחֲנֻכָּה *de feſto Purim & lectione libri Eſther, ut & feſto Encaniorum Templi.*

PARS II. LIBER IV.

הלכות נָשִׁים *de Mulieribus*

1) אִישׁוּת *de maritatione*, ex verſ. *L. C. de Veil* Pariſ. 1673. 8.

2) גֵּירוּשִׁין *de repudiatione*

3) יִבּוּם וַחֲלִיצָה *de fratriarum jure & ritibus in mariti absque liberis defuncti fratre ducendo vel repudiando, extracto calceo.*

4) נַעֲרָה בְתוּלָה *de puella virgine vel vi vel dolo compreſſa.*

5) סוֹטָה *de muliere adultera.*

LIBER V.

הלכות ס׳ קְדוּשָׁה *de Sanctitate*, cujus

1) אִסּוּרֵי בִיאָה *de prohibito congreſſu & inceſtu, de menſtruata & proselytis* cujus caput XIII. & XIV. Lat. edidit *Humfr. Prideaux* Oxon. 1679. 4.

2) מַאֲכָלוֹת אֲסוּרוֹת de cibis prohibitis

3) שְׁחִיטָה *de ritu mactandi.*

PARS III. LIBER VI.

הלכות ס׳ הַפְלָאָה *de Separatione*, cujus

1) שְׁבוּעוֹת *de juramentis* ex verſ. & Cl. notis *Iuſti Chriſtoph. Dithmari Lugd. Bat.* 1706. 4. ubi Interpres in præfat. ſcribit monitum ſe eſſe de verſio-

Digitized by Google

ſione Latina a *Io. Frider Miegio*, Profeſſore quondam Theologo Marpurgenſi facta, quam tamen nunquam viderit. Prodiit vero illa omnino cum notis 1670. 4.

2) נדרים *de votis.*

3) נזיר *de Naſirais.*

4) ערכין וחרמים *de aſtimatione rerum & perſonarum, & de anathemate, ac devotione ad uſum ſacrum.*

LIBER VII.

זרעים *de Seminibus*, cujus הלכות

1) כלאים *de heterogeneis non jungendis aut ferendis.*

2) מתנות עניים *dona pauperum* i. e. *de portione pauperibus relinquenda*, ex verſ. *Humfredi Prideaux Oxon.* 1679. 4.

3) תרומות *de oblationibus.*

4) מעשרות *de Decimis primis.*

5) מעשר שני ונטע רבעי *de Decimis ſecundis*

6) בכורים ומתנות כהונה *de primitiis offerendis & donis Sacerdotum* ex verſione *Guſtavi Peringeri* usque ad cap. VII. incluſive, diſputantium more ventilata & edita *Upſal.* 1694. & 1695. 8. Textus Hebræus cum MS. Regio, qui p. 62. *membranaceus & pretioſus* dicitur, & variis impreſſis exemplaribus collatus eſt. Sic cap. I. p. 17. & alias, voces quædam afferuntur, ex MS. Regio & ed. *Veneta* 1551. fol. quæ in edit. Veneta 1574. deſiderantur. Illam verſionem an. 1675. factam, ſed ſibi non viſam eſſe ſcribit *Iac. Henr. van Baashuyſen* in præf. ad Tom. I. Obſerv. Sacrar. Vide tu *Holmiam Literatam* Parte I. p. 26.

Alia verſio Lat. cum not. Philolog. cura V. C. *Io. Rudolphi Crameri* Prof. Lingv. Orient. Tigurini prodiit *Lugd. Bat.* 1702. 4.

7) שמטה ויובל *de anno ſeptimo & Jubileo*, ex Verſ. & notis V. C. *Io. Henr. Maji* Filii, Francof. ad Mœn. 1708. 4.

LIB. VIII.

ס׳ עבודה *De Miniſterio Sacro*, cujus הלכות

1) בית הבחירה *de domo Electa ſive Sanctuario*: ex hoc tract. excerpta dedit Lud. Capellus in deſcriptione Templi Salomonis, quæ inſerta quoque eſt Apparatui ad Biblia Polyglotta p. 193. ſq.

2)

2) כלי המקדש והעובדים בו *de vaſis ſanctuarii, & qui in illo miniſtrabant.*

3) ביאת המקדש *de ingreſſu Sacerdotis in Sanctuarium.*

4) איסורי המקדש *de iis, quæ offerri non debebant.*

5) מעשה הקרבנות *de oblatione Sacrificiorum.*

6) תמידין ומוספין *de ſacrificiis jugibus & addiditiis.*

7) פסולי המוקדשים *de ſacrificiis vitiatis.*

8) עבודת יום כפורים *de ſacrificiis in Feſto Expiationis.*

9) מעילה *de transgreſſione in fruitione ſacrificiorum.*

Hos Tractatus omnes Latine convertit, ita quidem, quod ſemper facere ſolet, ut ſenſus magis, quam verborum haberet rationem, & brevibus notis atque ichnographia Templi illuſtravit *Ludov. Comp. de Veil* Pariſ. 1678. 4. in Faſcic. Opuſculorum Philolog. VI. & VII. ubi tractatus ſex priores Faſciculo VI. tres poſteriores vero Faſciculo VII. continentur, *Roterod.* & non ita pridem 1713. *Ultraiect.* in 8. Secutus eſt *Veilius* editiones Venetas anni 1524. & 1574. inter quas cum non levis ſit varietas, varias lectiones, quæ in tractatu primo occurrunt, in fine integri Codicis, a ſe converſi, repræſentavit, & ſubinde utramque edit. poſteriorem tamen fere ſemper ex priori & antiquiori emendavit.

LIBER IX.

הלכות הקרבנות *de Sacrificiis*, cujus

1) קרבן פסח *de Sacrificio Paſchatis.*

2) חגיגה *de triplici comparitione coram Domino ſolenni.*

3) בכורות *de primogenitis.*

4) שגגות *de errore per ignorantiam.*

5) מחוסרי כפרה *de iis, qui non tenentur habere ſacrificium expiationis.*

6) תמורה *de ſacrificio expiationis.*

Prodierunt hi tract. omnes lat. cum notis brevibus cura L. C. de *Veil* Lond. 1683. 4. recuſ. *Amſt.* 1701. 4. addita præfatione *Abarbanelis* in Levit. latine converſa. Emendatiorem illam promiſit Vener. *Theod. Daſſov.* in Nov. Lit. Maris Balth. 1705.

LIBER X.

הלכות ס׳ טהרה *de Purificationibus*, cujus

Digitized by Google

1) טֻמְאַת מֵת de pollutione ex mortuo.

2) פָּרָה אֲדוּמָה *de Vacca Rufa*, cum verſione Cl. mihique amiciſſimi *Andr. Chriſtiani Zelleri*, notisque ejus & adjuncta diſſertatione erudita de Vacca Rufa *Amſtelod.* 1711. 8.

3) טומאת צָרַעַת *de pollutione ob lepram.*

4) טֻמְאַת מִשְׁכָּב וּמוֹשָׁב *de iis, quæ cubilia & ſedilia polluant.*

5) שְׁאָר אֲבוֹת הַטֻּמְאוֹת *de patribus i. e. generalibus capitibus pollutionum*

6) טֻמְאַת אוֹכְלִים *de pollutione comedentium.*

7) כֵּלִים *de vaſorum pollutione & purificatione.*

8) מִקְוָאוֹת *de balneis & lavacris.*

PARS IV. LIBER XI.

נְזִיקִין *de Damnis*, cujus הלכות

1) נִזְקֵי מָמוֹן *de damnis ratione facultatum ab alio illatis.*

2) גְּנֵיבָה *de furto.*

3) גְּזֵלָה וַאֲבֵידָה *de rapto aut perdito reſtituendo.*

4) חובל ומזיק *de oppignoratione.*

5) רוֹצֵחַ וּשְׁמִירַת נֶפֶשׁ *de homicidio & conſervatione homicidæ innocentis.*

LIBER XII.

ס׳ קִנְיָן *de Poſſeſſionibus & acquiſitionibus*, cujus הלכות

1) מְכִירָה *de emtione & venditione.*

2) זְכִיָּה וּמַתָּנָה de acquiſitione ex publico per venationem aut piſcationem item de donationibus.

3) שְׁכֵנִים *de vicinis & jure vicinitatis.*

4) שְׁלוּחִין וְשׁוּתָפִין *de nunciis emiſſis, & ſi quid ab iis neglectum aut dolo commiſſum ſit: ut & de jure ſocietatis aut commercii.*

5) עֲבָדִים *de ſervis.*

LIBER XIII.

ס׳ מִשְׁפָּטִים *de Iudiciis*, cujus הלכות

1) שְׂכִירוּת *de conductione pro mercede.*

2) שְׁאֵלָה וּפִקָּדוֹן *de commodato & depoſito.*

3)

Digitized by Google

3) מַלְוֶה וְלֹוֶה *de mutuante & mutuum accipiente.*

4) טוֹעֵן וְנִטְעָן *de actore & reo.*

5) נַחֲלוֹת *de hæreditatibus.*

LIBER XIV.

הלכות שופטים *de Iudicibus*, cujus

1) סַנְהֶדְרִין *de Synedrio ſeu Senatu.*

2) עֵדוּת *de teſtibus, eorumque depoſitione.*

3) מַמְרִים *de rebellibus*; quod Caput vertere cœpit M. *Io. Leonh. Lenzius* Viteb. 1700. 4. in diſput. 2. plagularum, ſed quæ præter præfationem in tribus tantum foliis textum Maimonidæ cum verſ. exhibet.

4) אֵבֶל *de luctu & lugentibus.*

5) מְלָכִים וּמִלְחֲמוֹתֵיהֶם *de Regibus & bellis*, ex verſ. & not. V. C. *Melch. Leydeckeri*, Profeſſoris Theologi Ultraject. *Roterod.* 1699. 8. & in Faſcic. IX. Opuſcul. Philolog. *Roterodami* editorum, ut & in luculento opere de Republ. Hebr. Tomo I. lib. VII. c. 4. p. 432. ſq. & cap. XII. p. 485. ſq. ubi tamen octo tantum capita priora, quæ ſcilicet ad inſtitutum ejus faciebant, leguntur.

Capita VIII. IX. & X. latine edidit *Humfredus Prideaux Oxon.* 1679. 4.

Capita XI. & XII. quæ de Rege *Meſſia* ex Judæorum mente exponunt, *Gilbertus Genebrardus* ſeorſim *Pariſ.* 1572. 8. cum brevi Chronico, & deinde in Chronographia edit. 1584. fol. p. 80.

Caput XI. *Guſtavus Peringerus* ſingulari diſſertatione illuſtravit *Upſal.* 1692. 8. ex duobus Codicibus editis, & uno MS. Regio, in quo quidem paſſim quædam plenius exſtant, inprimis ubi de Meſſia ſermo eſt, v. c. p. 5. Ibidem p. 9. MS. *Dilherrianum* edito plenius citatur aliquoties. Scilicet in editis Codd. quædam quæ de SERVATORE Sanctiſſimo ſiniſtre ſcribuntur, de induſtria a Judæis ſublata ſunt. Pro eo enim, quod in editis Genebrardus habet: de illo autem, qui Chriſtus exiſtimatur, atque occiſus eſt in Hieroſolymit. Curia, jam prædictum eſt in Daniele, in Hebr. אף אותו שדמה שיהיה משיח pro eo, inquam, in MS. Hebr. & verſione Arab. MS. legitur: אף ישוע הנוצרי שדמה שיהיה משיח ceu teſtatur *Eduardus Pocockius* in notis Miſcellaneis ad *Portam Moſis* p. 332. ed. Lipſ. Idem locus in MS. Regio, quo uſus eſt *Peringerus*, eodem modo addita blasphemia abominanda legitur, nec minus in MS. *Dilber-*

Digitized by Google

riano, ad quod provocant *Wagenſeilius* ad *Sota* p. 340. & *Jo. Wulferus* in Animadverſ. ad Theriacam Iudaic. p. 39. Lege de eodem loco, in quibuſdam editionibus prorſus omiſſo, B. *Carpzovium* ad *Schickardi* Jus Regium Hebr. p. 478. ſq.

Ceterum de Meſſia Judaico ex Maimonidæ monitis adeoque ad Judæorum mentem exponit B. *Schickardus* de *Jure Regio* c. VI. p. 447. ſq. & *Guſtavus Peringerus* ſingulari diſſert. de *Meſſia Judaico* præſide *Erico Benzelio Upſal.* 1675. habita. Integrum tractatum de Regibus & Bellis promiſit latine *Laurent. Odhelius* in præf. ad Synagogam Bifrontem.

Præfationem in *Jad chaſaka* & nonnullos ejus Codices latine convertit ſed non ed. *Conr. Pellicanus*, quod poſt *Geſnerum* & *Hottingerum* in Schola Tigurinorum memorat Meelführerus in Acceſſionibus ad Biblioth. promiſſ. & Latentem p. 80.

Fuerunt nonnulli, qui integrum hoc Syſtema Maimonideum Latina civitate donatum promitterent, nominatimque *Veielius* aliquoties laudatus, Cl. *Surenhuſius* in præfat. ad Tomum I. *Miſchnæ*, Rev. *Basbuyſen* in præf. ad Tomum I. Obſervatt. Sacrarum, qui, ſi facilis daretur typographus, operam ſuam promte offert. Memini etiam, Cl. *Ockelium*, Profeſſorem hodie Linguæ Arab. Cantabrigienſem, mihi præſenti profiteri, ſe idem conſilium meditari. Quod ſi aliquando Vener. Daſſovii Antiquitates Hebraicæ in dias luminis auras prodirent, bonam hujus Operis partem vel certe medullam ejus habituri eramus, quemadmodum idem in eruditis ſuis diſſertationibus, quæ de variis argumentis exſtant, jampridem manifeſtum fecit, poſt Scripturam diviniorem hunc fere unum eſſe, cujus judicium in Antiquitatibus Judaicis audiri debeat.

Ut eo facilius inveniri ſinguli Tractatus Operis *Jad chaſaka* poſſint, eorum titulos ordine literarum, additis partium, librorum & Tractatuum numeris, hic apponemus.

א	*Pars*	*Lib.*	*Tract.*
אבל	IV.	14.	4.
אישות	II.	4.	1.
אסורי ביאה	II.	5.	1.
אסורי המקדש.	III.	8.	4.
ב			
ביאת המקדש	III.	8.	3.
בית הבחירה	III.	8.	1.
בכורות	III.	9.	3.

בכורים

	Pars.	Lib.	Tract.
בכורים ומתנות כהונה	III.	7.	6.
ברכות	I.	2.	5.
ג			
גזילה ואבידה	IV.	11.	3.
גניבה	IV.	11.	2.
גרושין	II.	4.	2.
ד			
דעות	I.	1.	2.
ז			
זכיה ומתנה	IV.	12.	2.
ח			
חגיגה	III.	9.	2.
חובל ומזיק	IV.	11.	4.
חמץ ומצה	I.	3.	5.
ט			
טוען ונטען	IV.	13.	4.
טומאת אוכלים	III.	10.	6.
טומאת משכב ומושב	III.	10.	4.
טומאת מת	III.	10.	1.
טומאת צרעת	III.	10.	3.
י			
יבום וחליצה	II.	4.	3.
יום טוב וחול מועד	I.	3.	4.
יום כפור	I.	3.	3.
יסודי תורה	I.	1.	1.
כ			
כלאים	III.	7.	1.
כלי המקדש והעובדים בו	III.	8.	2.
כלים	III.	10.	7.
מ			
מאכלות אסור	II.	5.	2.
מגלה וחנוכה	I.	3.	10.
מחוסרי כפרה	III.	9.	5.
מכירה	IV.	12.	1.
מילה	I.	2.	6.

	Pars.	Lib.	Tract.
מלוה ולוה	IV.	13.	3.
מלכים ומלחמותיהם	IV.	14.	5.
ממרים	IV.	14.	3.
מעילה	III.	8.	9.
מעשה הקרבנות	III.	8.	5.
מעשרות	III.	7.	4.
מעשר שני	III.	7.	5.
מקואות	III.	10.	8.
מתנות עניים	III.	7.	2.
נ			
נדרים	III.	6.	4.
נזיר	IV.	11.	1.
נזקי ממון	III.	6.	8.
נחלות	IV.	13.	5.
נערה בתולה	II.	4.	4.
ס			
סוטה	II.	4.	5.
סנהדרין	IV.	14.	1.
ע			
עבדים	IV.	12.	5.
עבודה זרה	I.	1.	4.
עבודת יום כפורים	III.	8.	8.
עדות	IV.	14.	2.
עירובין	I.	3.	2.
ערכין וחרמים	III.	6.	4.
פ			
פסולי המוקדשים	III.	8.	7.
פרה אדומה	III.	10.	2.
צ			
ציצית	I.	2.	4.
ק			
קדוש החודש	I.	2.	1.
קרבן פסח	III.	9.	1.
קריאת שמע	I.	2.	1.
ר			
רוצח ושמירת נפש	IV.	11.	5.

ש

Digitized by Google

ש	*Pars.*	*Lib.*	*Tract.*
שאלה ופקדון	IV.	13.	2.
שאר אבות הטמאות	III.	10.	5.
שבועות	III.	6.	I.
שבת	I.	3.	I.
שגגות	III.	9.	4.
שופר סוכה ולולב	I.	3.	6.
שחיטה	II.	5.	3.
שכנים	IV.	12.	3.
שלוחין ושותפין	IV.	12.	4.
שמירות	IV.	13.	I.
שקלים	I.	3.	7.
ת			
תלמוד תורה	I.	I.	3.
תמורה	III.	9.	6.
תמידין ומוספים	III.	8.	6.
תעניות	I.	3.	9.
תפלה וברכת כהנים	I.	2.	3.
תפלין ומזוזה וס' תורה	I.	2.	3.
תרומה	III.	7.	3.
תשובה	I.	I.	5.

Opus hoc hebraice prodiit aliquoties v. c.

1) *CPoli* 1509. quam ed. memorat *Peringerus* in not. ad cap. XI. Tract. Maimonid. *de Regibus* & *J. R. Cramerus* in not. ad Tract. בכורים & *Rich. Simon* in Catalogo Auctorum Hiſtoriæ Crit. V. T. addito p. 151.

2) *Venet.* 284. C. 1524. fol. (l) 2. tomis cum Serie præceptorum Aff. & Negantium in quatuordecim claſſes (שרשים) diſtinctorum, & cum comm. הרי'טבא i. e. R. *Jom Tov fil. Abraham*, qui dicitur מִגְדַל עז *turris fortis*, & cum ejusdem (m) comm. מַגִּיד מִשְׁנֶה *indicans duplum*

(l) In Catalogo Bodlejano p. 423. duplex editio Veneta hujus anni memoratur, quarum altera duobus tomis comprehenſa & Inquiſitoris manum experta dicitur, in qua etiam ſeries Præceptorum, alteri illi præmiſſa, fruſtra quæratur.

(m) *Maggid Miſchne* illi *Jom Tov ben Abrah.* tribuitur a *Schabtao* in ש"י qui tamen ſimul monet in *Zemach David* tribui alteri *Jom Tov*. Plerique Anonymo vindicant, quoniam nomen ejus in titulo non memoratur, ſed ſimpliciter vocatur *artifex & filius artificis*.

Digitized by Google

plum, ſuper *Semanim*, *Naſchim*, *Keduſcha*, *Neſikin*, *Kinjan & Miſchpethim*, præterea cum animadverſionibus הרא״בד i. e. R. *Abraham fil. David* vel *Di or* (de quibus vide ſupra ſuo loco) & vindiciis, quas iſtis oppoſuit הרי״טבא

3) *Venet.* 310. C. 1550. apud *Bragadinos*, cum מגדול עוז & הגהות מגיד משנה ut & cum annotationibus in Maimonidem (הגהות מיימוני) R. *Meir Rotenburgenſis*, (n) & animadverſionibus R. *Moſche Cohen* qui dicitur compendioſe הר״מך: accedunt in margine loca, ex quibus ritus ſinguli eliciuntur, & in calce ea, quæ *Meir Patavinus* in ora exemplaris ſui notaverat.

4) *Venet.* 310. C. 1550. apud *Marc. Anton. Juſtinianum* eodem modo, accedentibus inſuper animadverſionibus R. *Moſis Nachmanidæ* ſuper numerum præceptorum, in limine recenſitorum, & obſervationibus aliis in Maimonidem ex diverſis libris, qui vel editi vel manu exarati erant, collectis.

5) *Venet.* 334.-336. C. 1574.-1576. 4. tomis in fol. ubi leguntur הרא״בד מַגִּיד מִשְׁנֶה tum כֶּסֶף מִשְׁנֶה R. *Joſeph Karo*, animadverſiones הר״מך & R. *Moſche Cohen*, ac commentarius R. *Levi fil. Chaviv*: accedunt figuræ, ad perſpiciendos ritus celebrandi Novilunii idoneæ, & Index omnium Conſtitutionum (הלכות) & capitum. Hæc non æque correcta eſt, ac *Veneta* anni 1524. vide quæ ſupra dicta ſunt ad lib. VIII. עבודה.

6) Noviſſime omnium lucem adſpexit *Amſtelod.* 462. C. 1702. fol. ex officina *R. Immanuel fil. Joſ. Athie* 4. partibus in fol. Alphab. 26. plag. 15. itidem cum figuris æneis. Hæc omnium pleniſſima & chartæ typorumque elegantia ſe commendans exhibet 1) animadverſiones *Haravad*, 2) *Maggid Miſchne*: qui in exponenda Maimonidæ ſententia diligentior eſt 3) *Ceſeph Miſchne*, in quo loca Gemaræ, ex quibus ſuam deciſionem probat Maimonides, indicantur, 4) *Migdal Os*, in quo Maimonides contra animadv. *Haravad* defenditur. 5) *Haggahot* ſive animadverſſ. Maimonideæ R. *Meir Rotenburg*. 6) R. *Obadia* & R. *Levi fil. Chaviv* de ritibus Novilunii, cum figuris æneis ad rationes Novilunii Sabbati & Tabernaculi intelligendas facientibus. In margine quoque leguntur loca Talmudis & aliorum librorum ritualium, quibus vel Maimonides ipſe vel Interpretes ejus innituntur.

Sine

(n) Quidam volunt has eſſe notas *Maimonidæ* ipſius a quodam ejus diſcipulo collectas, alii vero ex R. *Meir Rotenburgenſis* quæſt. & reſponſ. collectas ajunt. Confer inter Anonym. הגהות מיימוניות.

Sine commentariis totum Opus primum prod. *Soncini* 250. C. 1490 fol. teſte *Bartol.* Tres priores libri nempe *Madda*, *Abava*, & *Semanim* ſeorſim prodierunt *Mantuæ* 1566. & *Venet.* 375. C. 1615. cum notis quibusdam marginalibus per *Pet. Bragadinum* apud Io. קאיין iterumque eadem forma cum additionibus, & excerptis ex Conſtitutionibus de cibis prohibitis ibidem an. 425. C. 1665. 4. juſſu *Andr. Mauroceni.* In his editionibus magnam occurrere varietatem collatio oſtendit, & monuerunt jam pridem *Veielius*, de quo vide paulo ante ad lib. VIII. עבודה & *Guſtavus Peringerus* in notis ad cap. XI. Tract. Maimonid. de Regibus p. 4. ubi monet, miram inter eas eſſe varietatem, multas item lacunas, quæ non melius quam ex Codice Maimonidæ MS. longe antiquiſſimo, de quo mox dicemus, ſuppleri, reſtitui, corrigique poſſint.

Non deſunt enim Codices MSS. Operis hujus eximii, v. c. in Cæſarea *Vindobonenſi* inter Codd. Tengnagelianos, inter quos Lambecius Tom. I. p. 185. Commentariorum ſuorum ait eſſe *Codicem membranaceum ingentem in folio maximo, accuratiſſimæ ſimul perfectionis, & incredibilis elegantiæ.* Nec minus in *Bodlejana* inter *Huntingtonian.* n. 6000. ſqq. inter Seldenianos n. 3332. qui Codex additas habet notas Hebraicas: tum in Bibliotheca Regia *Upſalienſi*, qui Codex longe antiquiſſimus in membrana pulcherrimis literis, ſed lectu aliquantulum difficilioribus, & partem tantum poſteriorem exhibens idoneus viſus eſt *Peringero* loco modo citato, ex quo lacunæ variæ in impreſſis libris obviæ reſtituerentur. Eum olim a Nobil. Viro *Ludov. Gerh. a Reneſſe* acceperat *Conſtant. Lempereur*, quod manu ejus in fronte libri & citatione in Comment. de Legibus Hebr. Forenſibus p. 264. intelligas. Pars prior ejusdem Operis MS. in membrana exſtat in Bibl. Berolinenſi, quæ cum itidem characteribus Rabbinicis lectu difficillimis exarata ſit, conjectura mihi ſubnata eſt, forte hanc partem eſſe illam, quæ Codici Upſalienſi deeſt. Cod. MS. qui olim fuit B. *Jo. Mich. Dilherri*, quemque in Bibl. Noriberg. repoſitum ſuſpicor, allegant, & ex eo loca in editis male habita, emendat B. *Wagenſeilius* ad *Tela Ignea Satanæ* p. 568. & 611. ut & Vener. *Jo. Wulferus* ad Theriacam Judaicam p. 39. 137. & 205. qui & p. 240. Scholia ejusdem Codicis adfert. Vidi quoque MS. in Biblioth. *Oppenheimeriana*. *Menachem de Lonzano* in libro אור תורה p. 8. a. 9. b. & 11. a. allegat Cod. MS. *Maimonidæ*, qui fuerit *Serachjæ Levitæ*, noſtro fere æqualis; hunc ego accipiendum putem de *Jad chaſaka*. Inde is quædam adfert ad recte conſtituendum comma octavum Exodi XV. quæ in editis Codd. minus recte ha-

habent. Poſſedit & *Jo. Leusdenius*, Profeſſor quondam Ultrajectinus, de his literis meritiſſimus, Codicem MS. an. 1477. exaratum, quem is p. 10. notarum ad *Joëlem Illuſtratum* allegat. Binos quoque Codd. MSS. alterum in Occidente an. 1477. alterum longe vetuſtiorem, & in Oriente, ut videtur, exaratum poſſidet Vener. & doctiſſimus *Daniel Erneſtus Jablonski*, qui amiciſſimis literis mihi ſignificavit, locum, quem *Hieron. a S. Fide* lib. II. contra Judæos cap. 5. ex libro Maimonidæ *de Idololatria* cap. X. adferat, his inprimis verbis notabilem & blasphemum: *meritum eſt pendere illos cum Matribus, usque ad putei profundum, anguſtiant enim Iſrael & prohibent populum a via Dei, uti ſunt Jeſus Nazarenus & diſcipuli ejus, quorum nomina confundantur*, in editis Codd. caſtratum eſſe, quod ad extrema verba, quæ in MS. utroque legantur hoc modo:

כישו הנוצרי ותלמידיו וצדוק ובייתוס
ותלמידיהן שם רשעים ירקב׃

Compendium *Jad Chaſaka* ſub titulo קִצּוּר מִשְׁנֵה תוֹרָה prodiit *CPoli* 278. C. 1518. 4. quod Introductio in opus majus eſſe dicitur in Catalogo Bodlejano ſub nomine Maimonidæ.

Fuerunt præter eos, quos cum ipſo Opere editos diximus, qui Maimonidis opus notis ſuis illuſtrarent, v. c. *Abrab. de Boton* in lib. לחם משנה de quo & aliis ejusmodi ſuo loco dicemus. Animadverſiones in partem II. *Jad* Arabicæ MSS. Anonymi memorantur inter Huntingtonianos B. Bodlejanæ p. 5997. ubi etiam n. 5998. & 5999. *Saidbar David* elucidatio Arab. libri *Ababa* & *Semanim* itemque n. 0015. libri *Tabara* laudatur.

Non placuiſſe Judæis omnibus apparet, ex ipſius Maimonidæ epiſtola ad *Pinchaſum fil. Meſchullam* apologetica, quæ in *Buxtorfii* Inſtitutione Epiſtolari Hebraica p. 382. legitur. Negat ibi, ex vero ſibi exprobrari, quod hac ipſa ſcriptione Talmudi contradiceret, illudve e medio tollere, vel ſaltem nomina Sapientum, quibus traditiones ſingulæ debeantur, e memoria hominum abolere ſilentio ſuo voluerit. Eadem vero opera dolet, quod indicium locorum Talmudis, ex quibus ſua ſint petita, operi deſit, quod additurum ſe inpoſterum pollicetur, præcipue cum uſu ſibi venerit, ut interrogatus, quo in loco deciſio quædam legeretur, locum monſtrare non potuerit. Viciſſim alii eodem fere tempore præclarius de eo ſenſerunt, quod apparet ex præfat. R. *Eliæ Chajim* ad אגרת חמודות in qua, teſte *Schalſcheleth* p. 43. a. ex ſcripto quodam R. *Obadia*

nia

refert, Hieroſolymas veniſſe Judæos a plagis Auſtralibus & Orientalibus qui profeſſi ſint, uti ſe in foro ſolis deciſionibus libri *Iad.* Addit idem, ſe ex Viris, doctrina & ſenio venerandis, Theſſalonicæ audiviſſe, librum illum ultra *Chalack* & fluvium *Gozan* divulgatum eſſe, manibusque decem tribuum teri. Taceo Chriſtianorum elogia, ex quibus *Conſtant. L' Empereur* in epiſt. Dedicator. ad ὁδοιπορίαν ſive Grammat. Hebr. R. *Moſis Kimchii* adfirmat, hoc libro *tantam antiquitatis deſcriptione facem ſacris literis accendi, ut vel ſolus ad ſtili Rabbin. ſtudium animum inflammet eorum, qui quosdam ipſius Codices delibarint. Petrus Cunæus* lib. I. de Republ. Hebr. p. 1. ſtatuit, hoc libro Noſtrum *Talmudicam doctrinam ſepoſitis nugamentis feliciter complexum* eſſe, quod totidem verbis repetit *Jo. Bened. Carpzovius* in Dedic. verſionis Latinæ Tractatus תענית; *Richardus* tamen *Simonius* in Collatione Cerimoniarum Judaicarum cum diſciplina Eccleſiaſtica c. XIV. p. 70. & in eo nugas quasdam ac deliria deprehendere ſibi viſus eſt.

3) מורה נבוכים (o) *Director* ſive *Doctor perplexorum*, ex *Exod.* XIV, 3. (*Directorium in Theologia* vertit *Geſnerus* in Bibl. p. 509. ubi tamen perperam a *libro perplexorum* diſtinguitur: *Raym. Martini* in Pugione Fidei p. 427. Latinis monet vocari *directionem neutrorum*, quæ rectius diceretur *directio nutantium*) quem anno ætatis quinquageſimo ſecundum Judæos ac nominatim *Schalſcheleth* p. 43. b. Arabice in gratiam diſcipuli ſui R. *Joſephi* conſcripſit, eo inſtituto, ut oſtenderet, quomodo verba, phraſes, metaphoræ item & inſolentiores locutiones in S. Scriptura hinc inde obviæ, & ſenſum literalem non admittentes, capiendæ ſint: qua quidem occaſione varia Sacri Codicis oracula, varia item tum Philoſophica tum Theologica argumenta excutiuntur, inprimis vero ratio præceptorum (p) Moſaicorum, quæ fortuito data videri poterant, ſubinde redditur. Totus liber abit in tres Partes quarum I. capitibus LXXVI. nomi-

(o) Hunc titulum *Jo. Coccejus* commentationi ſuæ de ἀφέσει & παρέσει impoſuit Lugd. Bat. 1666. editæ. Auctoris Arabici nomen eſſe cenſuit M. A. notatus ideo a *Chr. Grafio* in Dyota Sacra Part. I. p. 20. Maimonides quidem ab Abarbanele in præfat. ad comm. in Prophetas priores רב מורה vocatur, forte per alluſionem ad hunc librum, ſed id quidem dictum errorem non excuſaverit. Nec ſatis ſibi proſpexit *Franc. Vavaſſor*, quando in præfat. ad comm. in *Jobum* Maimonidem in Doctore perplexorum diſtinguit a *Moſe fil. Maimon* in More Nevochim.

(p) Ibi frequenter provocare ſolet ad Zabios, quorum inſtituta variis legibus cerimonialibus occaſionem dediſſe credit, nec paucis Chriſtianorum perſuaſit, inter quos *Jo. Spencerum* in erudito alioquin comment. de Legibus Hebræorum ritualibus hypotheſin hanc præ ceteris ornaſſe conſtat.

mina & φράσεις ἀνθρωποπαθῶς in Scriptura accipiendas v. c. *deſcendere*, *adſcendere*, *videre* &c. explicat, ac præterea de Prophetia, cœlo, mundo & Angelis commentatur: II. capitibus XLVIII. de Deo Creatore, Intelligentiis cœlos moventibus, ſphæris, influxu ſiderum et Legis Moſaicæ præſtantia diſſerit. III. capitibus LIV. Opera Hexæmeri, Animalia & rotas *Ezechielis*, Providentiam Dei, Legisque Moſaicæ præcepta perſequitur.

Hunc itaque librum ſuaſu *Jonathanis* & aliorum Sapientum Hierichuntinorum, R. *Schemuel Tibbonides*, *Jehudæ* filius, ceu ipſe in præf. ſua profitetur, *hebraice* convertit, ita quidem, ut de dubiis locis Maimonidem ipſum adhuc ſuperſtitem conſuleret. Miſit enim is exemplar Arabicum, quo ad interpretationem uſus erat, ad Maimonidem, per diſcipulos ejus a mendis, quibus ſcatebat, & quorum nonnulla in Parte III. ope alius Codicis ſuſtulerat *Tibbonides*, liberandum, ceu apparet ex epiſtola ejus ad Maimonidem ſcripta in Buxtorf. Inſtitut. Epiſtol. p. 373. ubi deinceps reſponſoria Maimonidæ p. 376. Tibbonidæ conſilium laudans, & propoſita dubia ſolvens, ſequitur. Aliam interpretationem Hebr. ſuſcepit eodem fere tempore R. *Iehuda fil. Schelomo Chariſi*, quæ tamen minus ſe probavit, adeoque neglecta fuit, niſi quod argumenta ſive lemmata, quæ ſingula librorum capita in compendio ſiſtunt, adhuc retineantur, & operi præmittantur. Juvat audire *Pocockium* in præfat. ad Portam Moſis de utraque illa judicantem: *Vir* (inquit de *Chariſio* illo) *& ingenii & ſtili elegantis fuit, poëta etiam eximius, cujus verſio alteri illi ab Aben Tibbon factæ poſtpoſita fuit, non quod illa Tibbonidæ elegantior, ſed materia, quæ libro iſto tractatur, congruentior fuerit. Ipſe igitur in rebus Philoſophicis non adeo verſatus minorem eo ex opere laudem reportavit, cum alias eloquentiæ & poëſeos laude celeberrimus eſſet, ut & verſio ejus MAKAMAL ſive ſermonum ALHARIRI, qui penu elegantiarum locupletiſſimum, eaque, quæ ipſe Hebr. ad ejus libri imitationem compoſuit, abunde teſtantur.*

Ex verſione itaque *Tibbonidea* prodiit hebr. 1) ſine loci & anni mentione teſte Bartol. in 4.

2) Hinc *Venet.* in 4. ſine mentione anni & ſine comm.

3) *Venet.* 311. C. 1551. fol. apud *Bragadinum* pp. 185. ubi primum legitur *Index capitum* a Chariſio factus hinc פירוש מלות הזרות *expoſitio vocum difficiliorum*, quæ in verſione a Tibbonide vel ex philoſophia vel aliunde uſurpatæ ſunt, ſecundum literarum ſeriem facta a Tibbonide, qui

qui in limine monet, ſimile quid elaboratum eſſe a R. *Jehuda Chariſo*, qui poſt ſe librum hunc converterit. Sequitur Index locorum Biblicorum in ipſo opere explicatorum, poſtea præfatio *Schem Tov*, hinc contextus ipſe, literis quadratis expreſſus, & duplici commentario altero R. *Schem Tov fil. Joſephi*, altero *Ephodæi* munitus. In exemplari hujus edit. Edzardiano expoſitio manu exarata perpetua ad marginem legitur.

4) *Sabionetæ* 313. C. 1553. fol. apud *Tobiam Puam* per *Cornel. Adelkind*, cum iisdem commentariis, ac præterea tertio *Abrahami fil. Bonan Crascas* (קראשקאש) quem Bartoloc. minus recte קְרַשְׂקַשׂ vel קַרְקַשׁ appellat. Extrema hæc præſtantiſſima & pleniſſima omnium eſt, unde eandem quoque cum Cod. MS. ad ſuam interpretationem adhibuit *Buxtorfius*.

Hebraicis verſibus *More* expreſſit R. *Matathias Carthin* (קארטין) quam Metaphraſin memorat MS. *Schabbatæus*.

Duplex (*) exſtat hujus libri verſio Latina, quarum alteram edidit *Auguſtinus Juſtinianus*, Epiſcopus Nebienſis, *Pariſ* 1520. fol. apud Jodocum Badium, cujus alioquin rariſſimæ exemplum poſſidet celeberrimus *Hermannus von der Hardt*. Juſtinianum ipſum illius non eſſe auctorem, (quem putat *Rich. Simon* in Catalogo Auctorum Hiſtoriæ Crit. V. T. addito, ut & ש״י in Catal. auctorum Hebr. in alias linguas translatorum, & alii plures) ex epiſtola Dedicator. (q) ad *Steph. Poucher* Archi Epiſcopum Senenſem, patere merito ait *Paulus Colomeſius* p. 808. Operum in calce epiſtolæ ad *Juſtellum*. Unde nonnulli verſionem a Juſtiniano editam, eam putant eſſe, quam a *R. Jacobo Mantino* vel, ut *Buxtorf.* vocat, *Mantenu* (מנטינו) elaboratam teſtatur *Schalſcheleth* p. 65. b. Sed id quidem Buxtorfio minus veri videtur ſimile in præf. ad More Nevochim, eo quod recentior ſit *Mantinus*, quippe qui anno 320. C. 1560. adeoque quadraginta annis poſt edit. Pariſ. vixiſſe videatur. Enimvero niſi aliud quid obſtet, ætas certe non prohibebit, quo minus iſti quidem hanc verſionem tribuamus, cum ejusdem *Mantini* Paraphraſis *Averrois* quædam in Ariſtotelem Latine converſa *Rom.* 1521. & alius *Avicennæ* liber *Venet.* 1530. adeoque eodem fere tempore, quo *More* Nevochim prodiit, lucem adſpe-

(*) Tertiam & antiquiorem exſtitiſſe neceſſe eſt, ſi credimus *Jo. Seldeno*, qui in libro de Jure Naturæ & Gent ſecundum diſciplinam Hebræorum p. 122. ſcribit, *Maimonidem* a Thoma Aquinate ſæpius allegari, & quidem ex antiqua verſione Latina libri *More Nevochim*

(q) In illa enim ait, interpreti a ſe recognito, *magis curæ fuiſſe, ſententias utcunque exprimere, quam verba reddere eleganter.*

Digitized by Google

ſpexerit, qua de re infra ſub *Jacobo Mantino* dicemus. Quicquid hujus erit, interpretatio illa *ſæpe hallucinatur, neque mentem auctoris adſequitur*, præterea vero librarii vel Typographi negligentia plurimis mendis, ut v. c. pro *ſpiritualis* legatur *ſpecialis*, *bonitas* pro *brevitas*, *altitudo* pro *aptitudo* &c. ceu obſervavit *Joſ. Scaliger* in epiſtolis p. 195. cujus judicio junge teſtimonium Buxtorfii, in præf. ad ſuam verſionem *** 3. infinita ibi menda & errores agnoſcentis, ut ſenſus auctoris vel invertatur penitus, vel omiſſis integris vocibus, verſibus, periodis non parum mutetur, inprimis vero interpunctio male collocetur. Hinc non præter rationem novam interpretationem adornavit χαλκέντερος *Jo. Buxtorfius* junior, eamque cum lemmatibus marginalibus Indicibusque variis, dictione pura ac perſpicua, Codice MS. quem laudat, adjutus edidit *Baſileæ* 1629. 4. In ea nihil, quod ſciam, deſiderarunt eruditi, niſi quod recte omnino contextum Hebr. additum mallent (r) ceu ipſe monet in præfat. ad librum *Coſri* latine converſum p. 2. eodem loco calamitatibus temporis illius, quo minus eum adjiceret, prohibitum ſe fuiſſe teſtatus. Latinam Anonymi verſionem MS. in Vatic. n. 4274. ſub titulo *Ducis Neutrorum* memorat Bartol. ut & aliam Judæi Germani, 1613. elaboratam ſed nunquam editam. Præterea vero non dubium eſt, rectius in ſententiam Maimonidæ penetraturos, quibus Arabicum conſulendi copia detur, quod *Hugo Grotius* monuit epiſt. 327.

Liber hic ipſe cum ex hebr. verſione Tibbonidæ ad Judæos hinc inde diſperſos perveniret, non omnibus arriſit, qui Maimonidæ interpretationes & cauſas Legum rituumque Moſaicorum ex ratione magis & Philoſophia externa, quam Talmude aut Cabbala petitas eſſe ægre ferebant; adeoque auctorem & novitatis & hæreſeos nomine notabant. Fecerunt hoc inprimis Galli, præeunte R. *Schelomo f. R. Abraham* Montepesſulano cum duobus diſcipulis R. *Jona* & R. *Davide filio Saulis*, qui ab oculis hominum libros hos removendos, imo flammis comburendos cenſuerunt, quos propterea ex altera parte Synagogæ quædam Galliæ Narbonenſis anathemate percuſſerunt, ab aliis ejusdem Galliæ Synagogis viciſſim defenſos, donec, annitente *Davide Kimchio*, Synagogæ omnes communi voce *Maimonidem* contra tres illos, & qui illis ſe junxerat, R. *Joſephum fil. Alphachar*, Medicum, Chriſtianorum deinde operam implorantem, defen-

(r) Id conſultum putabant *Wilh. Schickardus*, *Dan. Heinſius*, & *Ludov. Capellus*, quod patet ex ipſorum epiſtolis ad ipſum Buxtorfium datis, quæ hodie in V. C. Jo. Buxtorfii Catalectis Theologico-Philologg. p. 400. ſqq. 468. ſq. & 487. leguntur.

defenderent. Lege in hanc rem epiſtolas Maimonidæ & aliorum Venet. 305. C. 1545. 8. editas, quarum potiores, quæ huc pertinent, exſtant etiam in Appendice inſtitut. Epiſtol. Buxtorfii p. 396. ſqq. Confer, quæ ſupra ſub R. *Davide Kimchio* dicta ſunt, itemque *Jo. Henr. Hottingerum* in Hiſtor. Eccleſ. N. T. Sæc. XII. p. 262. ſqq. Ex Chriſtianis certatim hunc librum laudarunt plerique, nominatim *Scaliger* in epp. p. 704. qui librum vocat *bonæ frugis plenum, abſtruſæ eruditionis, & Theologiæ Chriſtianis apprime neceſſarium.* Adde eundem in *Elencho Triharef.* c. 20. & *Caſaubonum* Exercit. XV. Anti Baron. n. 13. Ill. *Huetium* in Demonſtr. Evangel. p. 571. ut & *Herm. Witſium* in Orat. de præſtantia veritatis Evangel. qui cetera quidem valde extollit, in eo tamen culpat, quod, *ubi eo deventum eſt, ut externarum cerimoniarum arcani ſignificatus explicandi ſint, ipſe hic Doctor perplexus hæreat, totaque ejus commentatio in futiles nænias abeat.*

Locis, vel in Hebræa vel Latinis verſionibus male aut obſcure expreſſis conſuli poteſt, variis Codd. MSS. hinc inde in Bibliothecis latentibus. *Arabice*, & quidem literis Hebr. fuit apud *Scaligerum*, ceu ipſe tradit in epiſtolis p. 195. & 704. inde translatus in B. Leidenſem, cujus vide Catalogum p. 279. n. 8. & p. 293. ubi novum exemplar Arab. inter Codd. Warnerianos memoratur. Quatuor numerat B. *Bodlejana*, duo inter *Pocockiana* n. 92. in fol. & 4: duo inter *Huntingtoniana* n. 618. Pars fuit Arabice in Bibl. *Jo. Elichmanni*, quod ex Catal. Bibl. ejus patet. *Hebr.* MS. aliquoties eſt in *Vaticana, Medicea, Bodlej. Pariſ. Vindobon.* & *Leidenſi* imo & in privatis Bibliothecis, olim quidem *Buxtorfii*, qui eo ſe multum adjutum profitetur, *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilii* (*) (& hinc in *Lipſienſi* Senatoria) qui eum aliquoties ad partes vocat in notis ſuis ad *Sota* p. 71. &c. & ad *Tela Ignea Satanæ* p. 136. 464. 473. 551. 561. *Guſtavi Peringeri*, optimæ notæ, cui caſtigando an. 1613. præfuit *Camillus Jaghel*, Judæus converſus, quod ipſe ſcribit ad cap. 3. tract. בכורים p. 90. B. *Abrah. Hinckelmanni*, qui codex membranac. an. 4965. C. 1205. ſcriptus dicitur in Catalogo MSS. n. 163. & R. *David Oppenheimeri* in membr. Præter illos, quos memoratvimus, commentarios editos, exſtant & alii manu exarati, qualis, ſed imperfectus, memoratur in *Bodlejana* n. 6034. inter Huntington. n. 288. & ibidem alius *Abrahami* (forte *Abrahami Abulaphiæ*) n. 170. De alio R. *Joſ. Caſpi* R. *Joſephi fil. Iſaac*, R. Moſis fil. David & *Abrah. Abulaphiæ* vide ſub his nominibus ſuo loco. ביאור

(*) Junctus is eſt libro נגרת אגדה & in fine accedunt homiliæ quædam & miſcellaalia. Codex eſt in fol. chartaceus, integer, illæſus, ſpiſſus: num. 11. Ibidem in 4. num. 6. inter cætera opuſcula exſtant capita 50, 51. 52. 53. & 54. partis III. hujus libri MSS.

Digitized by Google

בֵּיאוּר *expoſitio* R. *Moſis fil. Salom.* ſuper duas partes & *Jeſaiæ* filii ejus ſuper tertiam MS. in B. *Medicea* Plut. II. n. 11. Comment. neſcio cujus MS. in B. *Vindobon.* v. Neſſel, Catalog. n. 76. & in Bibl. Regis Gall. apud *Labbeum* p. 295. Biblioth. Nov. MSS. *Andr. Maſius* in Indice Scriptorum, commentario in librum Joſuæ præmiſſo, varia ſibi ait in promtu eſſe in hunc librum commentaria, tum edita tum inedita. De *Arabico* comment. *Abdallæ Mahumed fil. Tauriſi* diximus ſupra n. 4. Quid per *Sam. fil. Judæ Tibbon* Clavem libri *More*, quæ MS. memoratur in Catal. Leidenſi p. 285. n. 34. intelligi debeat, non ſatis adſequor: forte eſt Index libri, niſi expoſitionem vocum difficiliorum, quam ipſi verſioni Hebr. præmiſſam eſſe diximus, ſignificari cenſeas.

4) סֵפֶר הַמִּצְוֹת *liber Præceptorum*, i. e. expoſitio præceptorum 613. tam Affirmantium quam Negantium, quæ in quatuordecim claſſes, τῷ יד חזקה præmiſſas, diſtinxerat, cum duplici commentario, altero R. *Moſis ben Nachman*, qui partim illuſtrat, partim corrigit Maimonidem, altero R. *Iſaac fil. Elieſer fil. Schelomo*, qui ex libro ejus מְגִלַּת אֶסְתֵּר de quo infra dicemus, excerptus eſt. *Amſtelod.* 420. C. 1660. 4. accedit in calce ejusdem אגרת תימן & מאמר תחית המתים. Arabice hæc explicatio ſcripta primum fuit a Maimonide: ceu ipſe teſtatur in calce epiſtolæ ad R. Pinchaſum fil. Meſchullam apud Buxtorf. p. 394. Inſtitut. Epiſtol. Ea Lingua MS. exſtat in B. Bodlej. n. 5418. inter Codd. Pocockianos n. 91. Unde miror, Wagenſeilium non aliam hujus libri notitiam, quam ex citatione *Schalſcheleth* p. 43. a. habuiſſe, quod profitetur in præf. ad librum *Sota* p. 3.

Reliqua Maimonidæ ſcripta literarum ordine recenſebimus.

5) אִגֶּרֶת תְּחִיַּת הַמֵּתִים vel מַאֲמַר h. e. *epiſtola* vel *oratio de reſurrectione mortuorum*, Arab. ab auctore ſcripta, & hebr. converſa a R. *Samuele* (non *Jehuda*, ut tradunt *Buxtorf. & Hotting.*) fil. *Jehudæ Tibbon*, prodiit *CPoli* in 8. neſcio quo anno, ex fide Catalogi Leidenſis p. 274. *Venet.* 361. C. 1601. 4. & *Baſileæ* in collectione variorum Opuſculorum R. *Salomonis del Medico*, quam edi curavit *Samuel Germanus*, an. 389. C. 1629. 4. p. 104. ſq. *Buxtorſius* Hanoviæ prodiiſſe ait contra tituli ipſius fidem, unde factum eſt, ut Bartoloc. duplicem ſtatueret editionem, nempe *Hanov.* & *Baſileenſem.* Prodiit denique *Amſtelod.* cum ס׳ הַמִּצְוֹת 420. C. 1660. 4. ap. *Joſ. Athiam.* *Latinam* hujus verſionem cura *Flavii Mithridatis* fa-

factam in B. Vatic. n. 4273. exſtare refert Bartoloc. In hac epiſtola ſuam de reſurrectione ſententiam magis, quam alibi, dilucide expoſuit, ut proinde cauſam habuerit *Menaſſe fil. Iſrael,* cur in tract. de Reſurr. p. 61. Maimonidem contra eos defenderet, qui animæ immortalitatem ab eo negatam dicebant. *Plantavitius* bis hoc ſcriptum memorat, ſemel quidem n. 21. ſub tit. אגרת &c. & n. 747. ſub titulo תחית המתים qui certe ejusdem ſcriptionis titulus eſt.

6) אִגֶּרֶת תֵּימָן *epiſtola meridionalis,* quæ ad Judæos in terris Auſtralibus habitantes ſcripta eſt, ad conſtantiam eorum in fide Iudaica & calamitatum perpeſſione firmandam: illa Arabice ſcripta & a R. *Nachum* hebr. translata titulum accepit פֶּתַח תִּקְוָה i. e. *janua ſpei.* Prodiit, ſed mutatis nonnullis, in collectione Opusculorum R. *Salom. del Medico* modo laudata Baſil. 389. C. 1629. 4. p. 93. ſq. & in calce ספר המצות *Amſt.* 420. C. 1660. Eam *Gvil. Henr. Vorſtius* latine redditam inſeruit Obſervationibus ſuis in *Zemach David* p. 293. Hinc autem repetiit *Chriſt. Græfius* in Politico ſuo Orientali, Altenb. 1679. Ex eadem germanice quædam exhibentur in Eiſenmengeri Judaismo detecto Part. II. p. 657. ſq. Ejusdem meminit *Schevetb Jehuda* p. 162. verſ. Lat. ita quidem, ut moneat, eam anno 4906. ſcriptam eſſe, cum generalia edicta per omnem Africam & totum Orientem, contra omnes Judæorum Synagogas promulgata eſſent. In ea de Pſeudo-Meſſiis occaſione Pſeudo-Meſſiæ in illis regionibus exorti, exponit, unde nonnulla repetiit *Schalſcheleth* p. 46. b. ſqq. Ad hanc epiſtolam ipſe Maimonides provocat in epiſtola ad Marſilienſes de Aſtrologia plag. E. 11. verſionis Latinæ.

7) אִגֶּרֶת לְחַכְמֵי מַרְסִילְיָא *epiſtola ad Sapientes Marſiliæ de Aſtrologia,* qua reſpondet ad quæſtiones ſibi propoſitas de iis Viris, qui omnia ex planetis decerni & conſtitui volebant: ut & de Judæo, qui Meſſiam ſe eſſe gloriatus fuerat. Ea poſt priorem illam ſcripta inter reliquas Maimonidæ epp. *Venet.* editas exſtat: & recuſa eſt tum in Appendice Inſtitut. Epiſtol. Buxtorfii p. 444. tum cum verſ. Lat. *Jo. Iſaaci Levitæ* in calce Phyſices, quæ dicitur רוח חן *Colon.* 1555. 8. Pars ejus exſtat quoque hebraice in *Schalſcheleth* p. 44. b. & in *Vorſtii* Obſervatt. ad *Zemach David* p. 292. ex verſione *Jo. Iſaaci.* Ejusdem argumenti epiſtolam *de orbium motu & ſtellarum decretis* ad Sapientes *Lunir* (vel potius *Lunel*) & Gallos Montiſpeſſulanos MS. in B. Vatic. fol. exſtare teſtatur *Bartol.*

8) אִגֶּרֶת לְהַמָּאוֹר הַגָּדוֹל *epiſtola ad Lumen magnum,* i. e. Maimo-

monidem, a Sapientibus Hiſpanis & Gallis exaratæ cum hujus reſponſionibus, quas Bartoloc. *CPoli* 282. C. 1522. fol. cum aliis opuſculis prodiiſſe ait. Exſtat quoque editio *Veneta* 304. C. 1544. 8. apud *Corn. Adelkind* tum 425. C. 1665. & *Amſt*. 472. C. 1712. Quædam earum, ad controverſias ipſi motas pertinentes, leguntur in Appendice Inſtitut. Epiſtol. *Buxtorfii* p. 360. ſqq. Exemplar Venetum anni 305. notis *Albardi Uchtmanni* illuſtratum, fuit in Biblioth. *Guil. Anslarii*, quod patet ex Catalogo ejus p. 185. In limine illarum epp. exſtant דִּבְרֵי מוּסָר וְצַוָּאָה *præcepta moralia & Teſtamentum*, quod filio unico reliquerat. Teſtamentum illud MS. habet Oppenh.

Epiſtolæ quædam Arabice MSS. exſtant in *Bodlejana* n. 5393. inter Codd. *Pocockianos* n. 66.

9) ס׳ דְּרָשׁוֹת *librum concionum*, ſe ſcripſiſſe ipſe teſtatur in comm. ad cap. XI. *Sanhedrin* teſte *Schalſcheleth* p. 43. a.

10) ס׳ הִגָּיוֹן *Logica*, in quatuordecim capita diſtincta, MS. in B. Vatic. n. 349. 4. & *Compendium* ejusdem ex Arab. hebr. factum a R. *Moſe* fil. *Salom.* ut ſcribit *Bartol.* pro *Samuel*, *Aben Tibbon* in fol. ſub titulo מְלֶאכֶת הִגָּיוֹן *Opus Logicum* ibidem n. 216. & 283. exſtare teſtatur *Bartoloc.* & ſimile compendium ſub *Maimonidæ* nomine hebr. legi in Biblioth. Abbatiæ S. Pudentianæ n. 8 in 4. Exſtat & Compendium ejus Logicum in B. Vind. v. Neſſelii Cat. n. 71. Hos libros *Bart.* & a ſe invicem & à מִלּוֹת הִגָּיוֹן h. e. *dictionibus Logicis* diſtinguit, quod ſcriptum *Maimonidæ* tribuitur, cum duplici commentario, utroque ἀνωνύμῳ edit. *Venet.* 310. C. 1550. 4. apud *Marc. Ant. Iuſtinianum* & *Cremonæ* 260. C. 1500. 4. ibidemque 326. C. 1564. 4. ap. *Vinc. Conti* in 4. pagg. 20. (s) (quæ editio in titulo dicitur ſecunda) vulgatum.

Ego vero ſuſpicor, poſtremum hunc מלות הגיון a *Logica* illa & *compendio Logices*, quod memorat *Bartoloc.* non eſſe diſtinguendum, quia & ille in 14. capita diſtinctus eſt, quibus *Logica* illa abſolvi dicitur: *compendium* vero quod dicitur מלאכת הגיון ex titulo ipſo מלות הגיון videtur mihi appellatum, præcipue cum a *Moſe Tibbonide* dicatur hebr. translatum, a quo Logicam Maimonidæ converſam eſſe mox videbimus. Sicut

(s) In hac editione Maimonidæ contextus medium occupat locum, literis quadratis expreſſus. In titulo commentarius uterque ab ignoto auctore profectus dicitur, Maimonides vero ipſe in limine profitetur, ſe de terminis Logicis exponendis admonitum a quodam eſſe.

Digitized by Google

cut igitur non niſi unus eſt hic liber nempe מלות הגיון, ita idem non debet diſtingui a *Logica* illa, quam *Seb. Munſterus* Hebr. cum vocalibus & Latina verſione ſub *Simeonis* nomine (ſub quo etiam ש״י memorat titulo הגיון, ubi tamen ſimul ad מלות הגיון Lectorem remittit) edidit *Baſil.* 1527. Eam enim Maimonidæ eſſe *Rich. Simon* in Bibl. Critica Tomo IV. p. 48. ex MSS. quibusdam B. Patrum Oratorii Pariſ. CPoli allatis probat, ubi prima verba ita habent: אמר רבינו משה בן כה״ר מימון i. e. *dicit Rabbenu Moſche f. Maimon.* Monet etiam p. 50. Hebraicam verſionem factam eſſe per R. *Sam. ben Tibbon*, cui הגיון illam R. *Simeonis* acceptam ferri debere teſtatur ש״י Ibidem *Simonius* recte quidem monet, Latinam Munſteri verſionem craſſiſſimis erroribus ſcatere, quorum exempla affert, ſimul tamen abjectius mihi de ejus peritia Rabbiniſmi ſentire viſus eſt. Non igitur dixerim cum Cl. *Rob. Claveringio* in præfat. ad binos *Iad chasaka* Maimonidei tractatus, quos cum Lat. ſua verſione edidit, *Logicam* illam non eſſe Maimonidæ, *cum nec ipſe nec usquam alius de eo quidquam dixerit.* Præter enim MSS. quæ attulimus, auctor *Schalſcheleth* p. 44. a. diſertis verbis teſtatur, eum בְּהַגָּיוֹן *de Logica* ſcripſiſſe, ut taceam, *Mardochæum Comtino* in Logicam Maimonidæ commentatum eſſe, quod ſub nomine ejus diximus. Inter ἀνέκδοτα B. *Matth. Frid. Beckii* apud Vener. *Pippingium* p. 926. recenſetur Lexicographus Hebræo-Philoſoph. ex Logica Sapientis R. *Simeonis*, quæ a noſtro non eſt diſtinguenda.

11) הַנְהָגַת הַבְּרִיאוּת *de tuenda valetudine* ad Ægypti Regem Arab. ſcriptum, qua lingua exſtat MS. in Bodlejana inter Codd. Pocock. n. 388. & in *Vindobonenſi* tum *Arabice*, ſed charactere Heb. an. 1257. 4. exaratus, tum *hebraice*: v. *Lambecii* Comment. Tom. I. p. 178. & *Wagenſeilium* præf. ad Exercit. II. quæ eſt inter ſex illas varii argumenti p. 77. Prodiit quoque *Latine Venet.* 1514. & ib. 1521. fol. cum Conſiliis *Jo. Matthæi de Gradi, Auguſtæ Vindelic.* 1518. 4. Imo etiam *Germanice* ibid. 1681. 12. ſub titulo *quomodo eruditus valetudinem curare debeat.* Varia quoque conſilia Medica leguntur in ejus דעות הלכות ſive tractatu Operis *Jad chaſaka*, quem *Georg. Gentius* ſub tit. Canonum Ethicorum edidit. In eo tractatu c. IV. §. 21 ipſe allegat ſuum ספר הרפואות *librum Medicum.*

12) Sunt & alii libri ejus Medici v. c. *Aphoriſmorum Medicinalium* libri XXV. qui MSS. recenſentur in Catal. Bibl. Leidenſ. p. 304. & Latine converſi *Hieronymo Mercuriali*, a quo id ſe accepiſſe teſtatur *Imman. Aboab* p. 275. Nomolog. non inferiores illis viſi ſunt, quos *Hippocrates* olim

olim edidit. Dicuntur alias *commentarii in Aphoriſmos Hippocratis ſecundum doctrinam Galeni*, & prodierunt *Bonon.* 1489. 8. & *Baſil.* apud *Sebaſt. Henric. Petri* 1579. 8. una cum locorum quorundam apud Galenum ſibi ipſis contradicentium caſtigatione. Commentatio hæc heb. MS. eſt in Bibl. Urbinat. ap. Vatican. n. 51. ſub tit ס' על רפואות *liber de Medicina.* Fragmenta quædam Latine exſtant in editione *Galeni* Pariſienſi Tomo IX. Parte II. p. 359. Particula ſive Sectio XIX. de *Balneis*, ex Galeno a noſtro excerpta, legitur in opere de Balneis *Venetiis* 1523. ed. p. 438. Confer *Peringerum* ad *Maimonidæ* cap. XI. de Regibus ab ipſo lat. editum. Adde paulo poſt n. 24. פרקי משה & n. 20.

13) *Hortum Sanitatis* de animalibus, avibus, piſcibus, lapidibus & in terræ venis naſcentibus a noſtro compoſitum eſſe ex invocatione Dei ad exemplum & formulas Arabum in prooemio facta, ut ex frequenti Scripturæ allegatione conjecit *Immanuel Aboab*, in Nomologia p. 275. Confer *Peringerum* in not. ad citatum Maimonidæ tractatum p. 3.

14) Quæ ſub *Moſis Cordubenſis* nomine Medica ſcripta lingua Arab. in B. Bodlejana n. 5397. inter *Pocockianos* n. 79. & 396. memorantur, Maimonidæ noſtro ſunt tribuenda.

15) ס' הַזְּכוּת *liber de meritis* noſtro tribuitur a *Plantavitio* n. 172. præter rem, cum ille ſit R. *Moſis Nachmanidæ*, qui *Ramban* dici ſolet, quod cum *Rambam* facile permutari poteſt.

16) ס' חֲלוֹמוֹת *liber de Somniis* idem *Plantav.* noſtro tribuens n. 201. ex eo ait nonnulla ſe cum declaratione Florilegio ſuo Rabbinico inſeruiſſe.

17) יְדִיעַת יְהוָה *de cognitione Dei per creaturas*, MS. in B. Vatic. n. 251. 4.

18) ס' הַנִּמְצָא *liber inventi*, ſcriptum Medicum & aſceticum, quod additum eſt *Abrahami Haijun* libro, quem dixit אמרות טהורות *Theſſalonic.* 356. C. 1596. 4.

19) ס' הַנֶּפֶשׁ *liber de Anima*, neſcio cujus argumenti, quem noſtro tribuit ש"י. Ex hoc libro petita eſt R. *Gerſon. fil. Salom.* שַׁעַר השמים teſte ש"י p. 75. qui cum Phyſicus ſit, quod ſuo loco oſtendemus, & noſtrum illum ad idem argumentum pertinere veri ſit ſimile.

20) ס' הַסִּבּוֹת *liber de cauſis*, MS. in Vatic. n. 351 in 4.

21) פֵּירוּשׁ אֲבִיקְרָאט *comm. in Hippocratem* ei tribuitur in *Juchaſ.* p. 131. nec diſtingui debet ab eo, de quo num. 11. diximus.

22) פיר׳ עַל התּוֹרָה *comm. in legem*, allegatur in libro כנסת הגדולה.

23) פיר׳ אֶבֶן סִינָה *comm.* ſeu potius verſio *Avicennæ* Hebraica, quæ Bononiæ in Bibliotheca Monaſterii S. Dominici in Codice, pulcherrimis minio delineatis picturis exornato, legitur his verbis in fronte ſignatis:

אבן סנה מהעתקה רבינו משה מימון ז״ל נעשתה במצרים מס׳ אבן סנה שקבל מהסלטן הגדול מלך מצרים בשנת ארבעת אלפים תשע מאות וארבעים וששה ליצירה.

h. e. *Avicenna ex translatione R. Moſis Maimonidæ p. m. facta in Ægypto ex codice Avicennæ, quem accepit a Sultano Magno, Rege Ægypti anno 4946. ab O. C. i. e. C. 1186.* Teſtatur hoc V. C. *Bened. Montfauconius* p. 402. Diarii Italici. Idem monet, in calce libri legi epiſtolam Italicam, quæ referat Ferdinandum I. ejus potiundi cupidum, oblatis 200. aureis numis voti non fuiſſe damnatum.

24) פיר׳ עַל הַגְּמָרָה *comment. in Gemara*, partes tres, *Moëd*, *Naſchim* & *Neſikin*, ut & tractatum *Cholin* ſcripſiſſe ſe ante comm. in Miſchnam & in eum multa ex Patris ſui & R. *Joſephi Levitæ*, præceptoris ſui, meditationibus retuliſſe, ipſe ſcribit Maimonides in præf. ad Ordinem *Seraim*. Confer *Juchaſin* p. 131. b. & *Schalſcheleth* p. 43. a. ubi R. *Iacob* in præfat. ad verſionem ſuam Hebr. comm. Maimonidei in Ord. *Seraim* idem ait teſtatum reliquiſſe. Addit, ſibi viſum illum eſſe tantum in duos vel tres tractatus Arabice exaratum, Maimonidem vero ipſum in comm. Miſchnico ſuper Codicem *Tamid* memorare *conſtitutiones* ſeu הלכות quas ex *Gemara* Hieroſolymit. collegerit. De his commentariis accipienda putat Wagenſeilius in præf. ad librum *Sota Ferdinandi Nunnez Pinciani* verba in notis ad *Io. de Mena* Cordub. Labyrinthum Poeticum cantu 124. ita concepta: *R. Moſes de Egipto Medico del Soldan, compoſo un libro en Medicina, che ſe llama Flores del Galieno, y el Moreto en Theologia* (i. e. *More Nevochim*) *y copilo ſobre el Talmud, grande eſcriptura.* Sic & *Abraham ben David* in ſuis השגות ſive animadverſionibus ad Maimonidem ſcribit, Maimonidem cogitaſſe de Talmude Babylon. Hieroſolymit. & *Toſephoth* in unum compingendis. Expertus igitur ſcribere potuit, quæ leguntur in

Digitized by Google

ejus epiſtola ad R. *Joſephum* diſcipulum ſuum, libro *More Nevochim* præmiſſa: *Cave, ne tempus tuum teras in expoſitione & operoſa conſideratione Gemaræ; ego enim in illis multum temporis perdidi, & parum utilitatis hauſi.*

25) פִּרְקֵי מֹשֶׁה *Capita Moſis*, ex Galeno excerpta Arabice, dehinc Hebraice translata: hæc *Hottingerus* p. 39. Bibl. Orient. ſiſtere ait epitomen librorum Galeni, quæ deinde latine converſa ſub titulo *Florum Galeni* (vide locum *Ferdin. Nunnez* ad n. 23. allatum) lucem viderint. Memorat illa פרקים *Juchaſin* p. 131. b. ſed ſine argumento: Bartoloccius putat eſſe eadem cum præfatione, libro *Pirke Avoth* præmiſſa, quæ de anima ejusque operationibus & facultatibus præcipit: ſed id veri mihi ſimile non videtur. ש"י ait eſſe librum Medicum, qui latine ſit translatus. Crediderim ego פרקים illa eſſe *Aphoriſmos Medicinales*, de quibus n. 11. Aphoriſmos enim Hebræi ſic appellant: ubi facile aliquis pro פרקי legere potuit פִּרְחֵי i. e. *flores.*

26) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſtiones & reſponſ.* de ritibus variis, cum epiſtolis a Sapientibus Galliæ & Hiſpaniæ & aliarum Orbis partium ad eum exaratis, *CPoli* 296. C. 1536. fol. quas ש"י memorat, & diſertis verbis diſtinguit ab illis epiſtolis, quas *Venet.* 304. excuſas diximus.

27) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæ. & reſponſ.* a prioribus diverſæ n. 361. Arabice ſcriptæ & Hebr. translatæ, nec unquam editæ in ש"י memorantur. Video etiam in Bodlejana memorari reſponſa ejus Arabica ad quæſita R. *Naborai* Arabis n. 6014. inter Codd. *Huntington.* n. 268. Ejusdem reſponſa, interprete *Sal. Aben Tob* ibidem inter Codd. *Pocockianos* n. 67. ubi legendum eſt *Aben Tibbon.*

28) שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה עִקָּרִים *trēdecim Articuli Fidei*, quos primus conſtituit noſter, teſte *Abarbanele* in ראש אמנה cap. I. fol. 3. b. & quidem exemplo Chriſtianorum excitatus, (t) occaſione cap. XI. *Sanhedrin*, quod vocatur *Cheleck*, unde & in præf. ad hoc caput, tredecim illos articulos propoſuit. Eos vocavit Maimonides alias יסודות *fundamenta*, שָׁרָשִׁים radices, & עִקָּרִים unde non dubito articulos hos innuere *Juchaſin* p. 43.

(t) Alii eos ipſi natos eſſe ajunt ex precatione quotidiana, quam etiam moribundis prælegere ſolent: illius hoc eſt initium: יגדל אלהים חי. Confer Wagenſeilium in epiſtola de Infundibulo ſuo p. 89. Karæi decem tantum articulos fundamentales ſtatuunt habito forte ad decem præcepta reſpectu. Vide Jac. Triglandii diatribam de Karæis p. 151.

43. a. quando ait, eum ſcripſiſſe פי׳ היסודות ועקרי אמונה Occurrunt, quod diximus, cum expoſitione l. c. Parte IV. ed. Surenhuſ. p. 259. apud *Pocock.* in Porta Moſis, tum in libro ארבעה שבלי, *Dav. Vidal* מכתם לדוד *Theodor. Hackſpanii* Specimine Theolog. Talmud. c. 1. §. 19. *Io. Henr. Hottingeri* Grammat. Chald. Syr. App. III. p. 212. Brevius autem leguntur in libellis precum, *Abrahami Jagelii* Catechismo, *Menaſſe ben Iſrael* lib. de Creat. probl. 1. *Buxtorfii* Synag. Iudaica, *Cartwrighti* Mellificio Hebr. lib. V. c. 4. *Carpzovii* diſſert. de tredecim Articulis fidei Judaicæ, quæ inter diſputationes ejus Academ. legitur p. 483. ſqq. *Io. a Lent* Theolog. Iudaica Hodierna p. 22. ſq. & Anonymo apud *Coccejum* in Conſiderationibus Reſponſ. Iudaic. qv. XII. c. 14. Prodierunt etiam ſeorſim hebr. & Lat. cura *Seb. Munſteri* cum compendio Hiſtoriarum Joſephi, *Wormat.* 1529. 8. ut & *Iſnæ* 1540. hebraice per *Paul. Fagium*, teſte *Neandro* p. 536. Erotematum L. Hebr. Eam puto, quæ ſine anno locove editionis memoratur in Catal. Bodlejano. Sic & in *Gilb. Genebrardi* Chronographia p. 70. ſq. exſtant. *Hiſpanice* cura *Dav. Cohen de Lara* prodierunt ſub tit. Tractatus de Articulis Legis Divinæ, ad decem capita revocatis, quæ complectuntur ſex præcepta affirmativa & quatuor Negativa. *Amſt.* 414. C. 1654. 4.

Fuerunt inter Judæos, qui illum articulorum numerum non approbarent, ſpeciatim *Ioſ. Albo* in libro עקרים, qui tres tantum nempe *de exiſtentia Dei, Lege, Bonorum & Malorum præmio* cenſuit admittendos, ſicut R. *Chasdai Crescas* in libro אור יהוה quatuor numerat. Videatur *Abarbanel* in *Roſch Amana*, ubi is primum quidem Maimonidem defendit, tandem vero unum tantum fidei articulum, nempe de Creatione, a quo ceteri omnes dependeant, commendat, vel potius ſimpliciter legi divinæ inhærendum putat. Lege plura de hac cauſa in laudata *Carpzovii* diſſertat. & ejusdem Introduct. in Theolog. Judaicam, *Laur. Odhelii* Synagoga Bifronte p. 68. ſq. *Io. a Lent.* Theologia Judæorum hodierna p. 22. ſq. Celeb. *Io. Franc. Buddei* Introduct. ad Philoſophiam Hebr. p. 136. *Frid. Alb. Chriſtiani* de fide & ſuperſtitione Judæorum, ut & Cl. *Jac. Basnage* Hiſtor. Judæorum lib. 4. c. 1. p. 1. ſq.

29) תּוֹרָה *exemplar legis* ſive *Pentateuchi* propria Noſtri manu ex antiquo, ut ajunt, Codice in Ægypto exaratum & deinde cum *αὐτογράφῳ* Esdræ collatum venditant Iudæi non uno in loco, nominatimque R. *Aſarias* in *Meor Enajim* lib. 3. c. 9. pag. 53. b. ex nota Pentateucho antiquo ſub Maimonidis nomine adſcripta, quam inde repetit Buxtorf.

torf. præf. ad *More Nevochim* p. 8. Sed præterquam, quod ipſi *Aſariæ* verba hæc ab alia, non ipſius Maimonidæ, manu profecta, atque adeo valde mirabilia viſa ſunt, cum nullam apographi hujus ſui mentionem fecerit in *Hilchoth Sepher Tora* c. 8. ubi tamen, ſi res ita haberet, non videtur fuiſſe neglecturus; certe non unus ex Chriſtianis totam narrationem fictione abſolvi oſtendit, v. c. *Jo. Morinus* p. 15. Exercit. Biblic. *Hottingerus* in Theſauro Philolog. & *Rich. Simon* in Diſquiſitt. Crit. de variis Bibl. editt. c. III.

30) Conſtitutum præterea habuit Maimonides, quod ex comm. ad cap. XI. *Cod. Sanhedrin.* p. 37. col. 4. ſive Parte IV. Miſchnæ Surenhuſ. p. 261. patet, ſingulari commentatione oſtendere, narrationes Gemaræ parabolicas ſeu allegoricas, quas אגדות vocant, non literaliter eſſe capiendas. Conf. *Rich. Simonis* epiſtolas Selectas Tom. I. p. 69. Sic & de notis veri Prophetæ librum promittit in præf. ad Ord. *Seraim* ed. Surenhuſ. In præf. ad *More Nevochim* p. 6. ait ſe in Commentariis Talmud. jam pridem promiſiſſe librum de *Prophetia* (vide ad cap. XI. Sanhedr.) ut & librum *Conciliationis*, quo explicaturus fuerit allegorias omnes dubias: ſed illorum loco paulo poſt ait, ſe in libro *More Nevochim* rationem prophetiæ illiusque graduum & explicationem Parabolarum Propheticarum exhibuiſſe. Sub vitæ finem Cabbalæ eum ſtuduiſſe R. *Jom Tov f. Abraham* i. e. ריטבא״ ſcribit ſuper Hilchoth *Jeſode Tora* in calce capitis I. & *Elias Chajim* in præfatione libri אגרת חמודות apud *Schalſcheleth* p. 44. a, vidiſſe ſe ait epiſtolam Maimonidæ Hieroſolyma in Ægyptum miſſam, qua teſtatus ſit, *didiciſſe ſe Hieroſolymis Cabbalam a Sene, quam ſi antea ſciviſſet, multa, hactenus neglecta, ſcripturus fuiſſet.* Enimvero vereor omnino, ne hæc prorſus ſint conficta, ne ſcilicet neglectio Cabbalæ, quæ ex omnibus Maimonidæ ſcriptis elucet, in ipſius Cabbalæ fraudem & præjudicium vergeret. Certe Iudæi ipſi, quorum nonnulli Maimonidem non vivum ſed poſt fata demum in Terram Sanctam delatum ſcribunt, quod antea vidimus, Maimonidem ibi Cabbbala imbutum eſſe inficiabuntur.

Finiemus verbis *Schalſcheleth* p. 44. a. *Quod ſi vellem omnia ejus* (Maimonidæ) *præclara opera* (u) *recenſere, tempus me citius, quam illa, deficeret. Plurimos enim compoſuit libros, Halachoth, Conſtitutiones Juris, quæſtiones & reſponſiones, ac denique commentarios. Hæc quia nota ſunt, non opus eſt illa recenſere. Verum occulti ſunt nobis multi in Theologia, in Philoſophia, in Logica,*

(u) Sic & *Juchaſin* p. 131. b. ſcribit, libros ejus ad numeros revocari non poſſe, בספרין אין חקר

gica, in Medicina, & in linguis multis, ut puta Arabica, Græca & Chaldæa. Teſtor ego, me vidiſſe multos libros Medicos in linguam Lat. translatos, nomen ejus præ ſe ferentes. Audivi etiam pro certo, in lingua Græca & Arabica maximum illorum adhuc exſtare numerum: Reſponſiones item, quas fecit Sapientibus urbis Lunel, in Ægypto (has etiam memorat *Juchaſin* p. 131. b) *& aliis locis, quæ nunquam ad nos pervenerunt, quas etiam poſſeſſores illorum nunquam publicare & divulgare voluerunt.* Confer, ſi placet, de noſtro *Jo. Buxtorfium* in præf. ad verſ. Lat. *More Nevochim*, *Robertum Claveringium* Collegii Univerſitatis in Acad. Oxon. Socium in diſſ. de *Maimonide* & ejus operibus Tractatibus ejus duobus latine converſis & *Oxon.* 1705. 4. editis præmiſſa, & V. C. *Jac. Basnage* in Hiſtor. Judaica Tom. V. p. 1614. ſqq. ubi plura de vita ejus inveneris, quæ hic, de ſcriptis magis ſolliciti, deſtinato conſilio omiſimus. Nec negligendus eſt *Imman. Aboab* in Nomologia p. 274. ſqq. ubi inter cetera elogia p. 274. ait, ejus doctrinam adeo omnibus numeris abſolutam fuiſſe, ut Principis titulo ex merito inſigniri debeat: ſpeciatim opus *Jad Chaſaka* p. 276. admirabile & ſanctum vocat, quod Lingua Hebr. puriſſima ſit exaratum. Monet etiam p. 174. communicatas ſecum eſſe nonnullas ejus commentationes manu exaratas, quæ ad ſcientias occultas & profundiores ſpectent. Eundem ſingulari ſcripto legis Oralis vindicias ſuſcepiſſe relatum ſibi teſtatur p. 280. Proverbio denique p. 278. dici inter ſuos ait, *a Moſe* (nempe *Propheta*) *uſque ad Moſen* (Maimonidem) non fuiſſe *Moſi* ſimilem.

ר׳ משה בר מימון אלבאז R. MOSES bar 1595
MAIMON, cognomine ALBAS ſcr.

היכל הקודש *palatium ſ. templum ſanctum*, ex *Jon.* II. 5. comment. in librum precum Cabbaliſt. ex *Zohar* compilatus, cui immiſtæ ſunt animadverſiones variæ R. *Aaronis* הסבעוני. *Amſtelod.* 413. C. 1653. 4. Librum hunc ſupra tribuimus cum Bartoloccio R. *Jacobo* ששפירטש, ad quem cur ille retulerit dicere non habeo. Sub noſtri *Moſis f. Maimon* nomine laudatur inter excuſos Warnerianos in Catal. Leidenſi in 4. p. 273. n. 98. ſine loco vel anno edit.

ר׳ משה מינסטרס R. MOSES MEINSTERS *Pra-* 1596
genſis, Sæculo XVII. inclinante floruit: hunc comm. in Codd. Talmud. *Berachoth, Schabath, Eruvin, Peſachim, Roſch haſchana, Succa, Chagiga* edidiſſe

Digitized by Google

in 4. teſtatur *Meelfubrerus* in Acceſſion. ad Almeloveen. Bibl. Prom. & Lat. p. 69. additque ſe apud eundem reliquos Talmudis titulos omnes ſimili ratione illuſtratos vidiſſe. Hunc R. *Salom.* אוהב comm. *Lublini.* 1660. fol. recuſ. annotatt. perpetuis auxiſſe ſcribit *Meelfuhrerus* in diſſert. de Meritis Hebræorum in Rem Liter. §. 9.

Ejusdem פנים מסבירות Comment. in Leges Majorum prod. *Prag.* 1693. 4.

1597 ר׳ משה מינץ R. MOSES MINTZ ſive *Moguntinus*, ſcripſit

שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quaſtiones & reſponſ.* ubi de inſtitutis & ritibus novis, inter recentiores Judæos pro diverſitate regionum receptis, ut & de ritu dandi libellum repudii & exuendi calceum. *Cracov.* 374. C. 1614. 4. *Jul. Conr. Otto* in Catal. Rabbin, qui extat in *Gale Razaia* cap. 4. in fine, recenſet quendam R. *Moſen Mintz*, ultimum illorum Rabbinorum, qui vixerint an. 5233. C. 1473.

1598 ר׳ משה מכות R. MOSES MACCOTH ſcr.

חִדּוּשֵׁי מַכּוֹת *novellas expoſitiones* Cod. *Maccoth*, *CPoli* ed. 302. C. 1542. teſte Plantavitio n. 187.

1599 ר׳ משה בן מכיר R. MOSES fil. MACHIR, princeps Academiæ oppidi *En Zaithun*, *Zaphetanus*, ſcripſit

סֵפֶר הַיּוֹם *ordinem diei*, i. e. expoſitionem precum Judaicarum literalem, allegoricam, Myſticam & Anagogicam, quam quadruplicem viam Iudæi exprimunt per פרדס i. e. פשט, רמז, דרש & סוד. Accedit in calce comm. in *Eccleſiaſten.* Prodiit *Venet.* 359. C. 1599. 4. apud *Dan. Zanetum* & ib. 365. C. 1605. 4.

1600 משה בן יוסף MOSES fil. *Joſeph Heida* ſcr.

ס׳ מַעֲשֵׂה חָרָשׁ וְחוֹשֵׁב *liber de opere artificis & ingenioſi*, ex *Exod.* 38. v. 23. & *Jerem* X. 9. ubi in מעשה latet auctoris prænomen. Liber ipſe complectitur Arithmeticam dialecto Rabbino Germanica conceptam & ad eundem modum, quo noſtrates tractare eam ſolent, delineatam *Francof. ad Mœn.* 471. C. 1711. 8.

ר׳

Digitized by Google

1601 **ר׳ משה בן מנחם** R. MOSES fil. MENACHEM Pragenſis ex Doctoribus Niclasburgenſibus in Auſtria forte adhuc ſuperſtes, qui ſcr.

וַיַּקְהֵל משֶׁה *& congregavit Moſes*, ex *Exod.* XXXV. 1.

זֶרַע קוֹדֶשׁ *ſemen ſanctum* ex *Jeſ.* VI. 53. ubi diſſerit multum de ſemine humano, & quomodo ita homo verſari debeat, ne in hoc negotio peccet. *Pferdæ* 456. C. 1686. 12. plag. In fine accedit hiſtoria dæmonii Niclasburgi ex puero ejecti ab auctore hujus libri.

1602 **ר׳ משה מצורדי** R. MOSES MIZZORDI, *CPolitanus*, idemque *Karæus*, Sæculi XV. inclinantis, cujus

יָמִין משֶׁה *dextra Moſis* i. e. comment. in Legem Moſis MS. laudatur in *Mardochai* Karæi tractatu, de Karæis nuper edito pag. 149. ubi tamen apud Karæos Polonos MS. tantum in Geneſin exſtare dicitur. Non diſtinguendus hic eſt a R. *Moſe Matzoroudi fil. Judæ Maroli*, cujus *præcepta Moſis* inter Codd. Warnerianos MSS. exſtant, quod patet ex Catalogo B. Leidenſis p. 288. n. 54. Hujus ut Doctoris CPoli Sæculo XVII. ineunte florentis, mentio fit in נובלות חכמה p. 56. b. ibidemque philyræ ejus variæ hymnique & expoſitiones laudantur.

1603 **ר׳ משה מצורך** R. MOSES MIZZORECH ſcr.

הַגָּהוֹת *animadverſiones* in librum præceptorum parvum, teſte *Schalſcheleth* p. 58. b. ut patet, ex מהרר״ק i. e. R. *Joſ. Karo* n. 187. quem *Schalſcheleth* eſſe putat סֵפֶר הַצוֹרֶךְ qui in libris Iudæorum Juridicis v. c. in מהרריק n. 122. frequenter laudatur. Bartoloccius præter rem ספר הצורך ab animadverſionibns illis diſtinguit.

1604 **ר׳ משה בן מרדכי ברונשוויג** R. MOSES ben MARDOCHAI *Brunsvicenſis*, ſcripſit

תִּקּוּנֵי זְבָחָה *ordinationes ſacrificii*, ubi traduntur ritus & rationes mactandi & explorandi animalia, cum tribus animadverſionum generibus, quæ quod ad שְׁחִיטָה vocantur 1) תִּיקּוּן הַזֶּבַח *ordinatio victimæ*, 2) זִבְחֵי רִיב *victimæ litis*, & זִבְחֵי צֶדֶק *victimæ juſtitiæ*: quod ad בדיקה vero

vero dicuntur 1) תִּיקּוּן הַבֶּדֶק *ordinatio fiſſuræ* (alluditad בריקה quæ vox a בָּדַק æque ac vox בֶּדֶק derivatur. 2) בֶּדֶק הַבַּיִת *fiſſura domus*, & מַחֲזִיק בֶּדֶק *complectens fiſſuram*. Totum opus ex ſcriptis Judæorum ritualibus eſt collectum *Prag*. 364. C. 1604. 4.

ר׳ משה בן מרדכי גלאנטי vide ſupra R. MOSES GALANTE.

1605 ר׳ משה בן מרדכי זכותא R. MOSES ben MORDECHAI SACUTA Rav Venetus & Poëta elegans Sæc. XVII. medio floruit &

יוֹדְעֵי בִינָה *ſcientes intelligentiam*, 1. *Chron*. XII. 32. librum R. *Joſ.* חמיץ quem is in lib. *Zohar* usque ad p. 33. ſcripſerat, perduxit ad finem. Ejusdem comment. in אוֹצְרוֹת חַיִּים *theſauri vitæ* R. *Iſaaci Luria* una cum comment. R. *Benj.Cohen* ſub tit. קול *Vox* exſtat MS. in B. Oppenheimeri.

Idem varia aliorum ſcripta in lucem edidit, v. c. R. *Chajim Cohen fil. Abrab.* תורת חכם & R. *Zevi f. Schimſchon* נחלת צבי

Huic Bartoloccius tribuit

דֶּרֶךְ אֱמֶת *via veritatis*, ex *Gen*. XXIV. 48. quo comprehendit errata omnia libri *Zohar* & *Tikkunim* ex ed. Mantuana (u) numero 13739. eademque correxit. *Venet*. 4. ſine notato anno ed. R. Schabtai in ש״י tribuit R. *Iſaaco Luria*. Scilicet hic Moſes Loriæ diſcipulus librum tantum in lucem edidit: quod video diſerte monere ש״י in Indice Scriptorum Alphabet.

Idem librum אמת ואמונה *Venet*. 1547. 12. ed. ut & lib. כלי פז carmine ornavit, ſicut & præfationem præmiſit libro בינה לעתים & parti ſecundæ *Jalkuth* edit. Liburnenſis. Forte ejusdem eſt precatio, quæ ſub nomine *Moſis Sacuta* exſtat in שערי ציון p. 22.

1606 ר׳ משה מרדכי R. MOSES MORDECHAI ben R. *Schemuel* מרגליות ſcr.

חסדי

(*) *Moſen Sacuto* inter ceteros Synagogæ Hiſpanorum Amſtelod. Doctores laudat *Dan. Levi de Barrios* in Arbol de las Vidas p. 78. ubi ait, eum fuiſſe antea Rabbinum in Synagog. *Mantuana & Veneta*.

(u) Super lib. *Geneſeos* invenit menda 3565. ſuper *Exodum* 1768. ſuper *Levit*. 1532. ſuper *Numer*. 3694.

Digitized by Google

חַסְדֵי יְהֹוָה *miſericordiæ Domini*, ex *Pſ.* LXII. 13. in quem Pſalmi verſum commentarii vicem præſtat, quippe qui ſex viginti modis explicatur, ita ut ſimul tredecim Divini Numinis attributa, & ſingula quidem duplici modo exponantur. *Cracov.* 349. C. 1589. 4.

Ejusdem cura prodiit זֹהַר חָדָשׁ *Cracov.* 363. C. 1603. 4.

ר׳ משה די מרקאדו R. MOSES de MERCADO: vide R. *Moſes ben Iſrael Mercado.*

ר׳ משה משידלוף R. MOSES ex SCHIDLUB urbe a *Cracovia* 8. circiter milliaribus ſejuncta, oriundus ſcr. 1607

תְּפִלָּה לְמֹשֶׁה *precatio Moſis* ex Pſ. XC. 1. h. e. preces itinerariæ, teſte ש״י

ר׳ משה מת R. MOSES METH v. ſupra R. *Moſe ben Abraham.* 1608

ר׳ משה בן משה R. MOSES fil. MOSIS, interfuit diſputationi Iudæorum cum Hieronymo a S. Fide habita Sæculo XV. inclinante: vide *Scheveth Jehuda* p. 227. verſionis Lat.

ר׳ משה בן מתתיה R. MOSES ben MATATIA fil. *Samuelis* לבית קלעי ſcr. præfat. in lib. משפטי שמואל *Venet.* 1590. fol. 1609

ר׳ משה נאגארה R. MOSES NAGARA, fil. *Juda* ex urbe *Sapheth* opido Galilææ, ſcripſit קְצָת בֵּאוּרֵי הַמּוֹרֶה *elucidationes aliquot in More Nevochim* Venet. 1574. 4. 1610

לֶקַח טוֹב *doctrina bona*, ex *Prov.* IV. 1. expoſitio Pentateuchi ac ſpeciatim præceptorum, ex *Talmud*, *Mechilta*, *Siphra* &c. collecta. *CPoli* 331. C. 1571. fol. ap. *Salom.* & *Joſephum* fratres & filios R. *Iſaaci Iabetz.*

משה הנביא MOSES PROPHETA, quem Ebræi communiter רבינו *Doctorem noſtrum*, & per compendium ſcriptionis מר״עה i. e. מֹשֶׁה רַבֵּינוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם *Moſes Doctor noſter, ſuper quem ſit pax*, appellant. De eo hic exponemus ſtrictim ob ſcripta quædam, quæ ſub nomine ejus falſo circumferuntur: de Pentateucho enim, variisque ejus editionibus inter Scriptores Sacros fuerit agendum. Moſen Judæi com- 1611

 muni

Digitized by Google

muni voce ajunt Patre *Amram* & matre *Jochabed* A. M. 2365. ante C. N. 1395. Feria IV. die 7. Adar ſive Februarii & natum eſſe & obiiſſe, quam in rem vide *Juchaſin* p. 8. *Schemoth Rabba* ſect. 1. p. 118. & *Sota* p. 12. b. Confer *Bartoloccium* Tomo II. p. 11. & Tomo IV. p. 117. *Jo. Erneſti Gerhardi* diſput. de Sepultura Moſis c. 3. §. 6. *Eduard. Bernardum* ad *Joſephi* Antiquitates lib. IV. cap. ult. (qui tamen cum Ioſepho rectius obitum ejus in νεομηνίαν Adar referri oſtendit) ac Cl. *Jo. Georg. Abichtium* in notis ad *Jeſaiæ* comment. in Joſuam p. 7. Multa Judæi de Moſe fabulantur, quæ cum aliis fide dignioribus collecta diligenter videbis a *Bartoloccio* Tomo IV. p. 117. usque ad 179. ex *Schalſcheleth* p. 11. *Debarim Rabba* &c. *Eduardo Bernardo* ad Joſephum l. c. *Eiſenmengero* in Judaismo Detecto paſſim, & Vener. *Georg. Serpilio* in Perſonalibus Moſis Lipſ. 1708. 8. ed. Summam eorum habes fere in דִּבְרֵי הַיָּמִים שֶׁל מֹשֶׁה i. e. *Chronicis de vita & morte Moſis*, de quo libro hebraice aliquoties edito ac *Gilb. Gaulmini* cura cum Lat. verſione & notis recuſo inter Anonymos ſuo loco dicemus.

Præter dialogum, qui inter Deum & Moſen interceſſiſſe fingitur libro tertio eorum, quos Gaulminus junctim edidit p. 51. ſqq. ed. a Cl. Fabricio latine curatæ, alia ſunt, quæ a Judæis & aliis ipſi accepta feruntur v. c.

1) מַעְיַן הַחָכְמָה *fons ſapientiæ*, libellus Cabbaliſticus de nomine Tetragrammato ejusque myſteriis, tribus in 4. pagellis comprehenſus, quæ prodierunt tum in collectione variorum opuſculorum, quæ ſub titulo אַרְזֵי לְבָנוֹן *cedri Libani*, ex Pſ. CIV. 17. prodierunt *Venet.* 361. C. 1601. & *Cracov.* 408. C. 1648. 4. tum cum libro בהיר *Amſtelod.* 411. C. 1651. & *Berolini* 466. C. 1706. 4. Initium libelli ita habet: זה הספר מעין החכמה שנתן מיכאל לפאלי ופאלי למר״עה ומר״עה גילוהו להתחכם בו לדורות h. e. *hic liber fons ſapientiæ, quem edidit Michael* פאלי & פאלי *Moſi Doctori noſtro p. m. & Moſes revelavit eum ut ſapientes redderet poſteros.* Suppoſitam eſſe hanc ſcriptionem vel ex eo, ut cetera taceam, patet, quod in ipſo contextu paraphraſis *Jonathanis*, quem Judæi ipſi in ætatem Servatore noſtro paulo ſuperiorem referunt, allegatur; ne dicam de luſibus literarum Cæbbaliſticis, ætatem longe recentiorem ſapientibus. Nihilominus tamen *Naphthali Hirtz* in præf. ad *Emeck Hammelech* p. 5. col. 4. *Moſi* tribuit, & profundiſſimæ doctrinæ appellat.

2) *Liber Moſaicarum quæſtionum* Arabice ſcriptus, nec dum editus allega-

gatur paſſim a *Gilb. Gaulmino* in notis ad libros de vita & morte Moſis p. 189. 315. 318, 324. & 335. Ex iis, quæ p. 189. in hanc ſententiam leguntur, quod, poſtquam Moſes candelam memoraſſet, quæ ſit ſub throno gloriæ, reſponderit Deus: *Deus excelſus, o Moſe! hæc candela Prophetis, juſtis, Martyribus & probis conceditur*, colligas, dialogum inter Deum & Moſen hic inſtitui. Hunc librum non puto eſſe diſtinctum a Codice MS. Arabico, qui ſub tit. *Colloquiorum Moſis* memoratur in Catalogo MSS. Anglican. n. 5979.

3) Judæos traditiones Talmudicas a Moſe, qui in monte Sinai ex Dei ore acceperit, repetere, notius eſt, quam ut hic moneri debeat: vide *Jalkut Schimoni* in Exodum p. 111. n. 405. & teſtimonia alia apud *Eiſenmengerum* in Judaiſmo Detecto Parte I. p. 56. ſq. Sic & paſſim venditant in ſcriptis ſuis reſponſa a Moſe Doctoribus ſuis facta, quale etiam refertur in *Schalſcheleth* p. 52, a. de alligandis phylacteriis.

Quæ de Pſalmis XC. & undecim ſequentibus Moſi tribuendis veteres ut & de *Apocalypſi Moſis* Gregor. Syncellus p. 27. de ejusdem *Ἀναβάσει* ſeu *ἀναλήψει* Origenes lib. 2. *περὶ ἀρχῶν* & alii de *Geneſi Parva* Epiphanius hæreſi XXXIX. de *libris precum* Samaritani, de aliis alii tradiderunt ea fuſius expoſita leges apud diligentiſſimum *Jo. Albert. Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 835. ſqq. Adde quoque *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. p. 221. ſq. ubi inter cetera hæc leges: *LXXII. duo libri a Senioribus ſcripti, Moſe dictante, ſive potius memoria commendati, quos poſtea oblivione deletos Esdras inſtauraverit, & quos ſe habere Pica gloriatur, aut nulli eſſe creduntur, aut jure quodam ſuſpicantur, eos eſſe tractatus Talmudicos, quos ipſi etiam fabulantur a Moſe divinitus eſſe acceptos.*

Aben Eſra ad Exod. XVII. 14. ubi Moſes memoriam belli cum Amalekitis geſti, conſervare jubetur, innui putat aut Legis librum, aut alium quemcunque, quo hodie careamus, vel forte librum Bellorum Domini. Ipſe quoque Sgambatus l. c. varia recenſet ſcripta, v. c. librum Fœderis priorem, de quo Exodi XXIV. 4. librum Fœderis poſteriorem de quo Exod. XXXIV. 28. deſcriptionem manſionum 42, de qua *Numer.* XXXIII. 1. tanquam a Pentateucho diſtincta, quo tamen ea omnia contineri per ſe patet.

Quæ in articulo de Moſe *Bartoloc.* de Samaritanis, eorumque Lingua Numis & Pentateucho, ut & de variis Codicis Hebræi editionibus ab anno 1488. ad 1684. curatis diſſerit, a p. 171. ad 217. ea tanquam huc non pertinentia merito omittuntur.

ר׳ משה נגארה v. ſupra Moſche נאגרה.

1612 ## ר׳ משה בר נחמן R. MOSES NACHMANIDES,

Gerundenſis Hiſpanus, *Alpheſi* æqualis, per compendium ſcriptionis הרמ״בן i. e. R. *Moſes bar Nachman* dictus, natus an. 4954. C. 1194. teſte *Ganzio* ad hunc annum, libros componere aggreſſus eſt ſecundum *Juchaſin & Ganzium* an. 4970. C. 1210, & obiit, ſi *Juchaſin* p. 132. a. audimus an. 5020. C. 1260. ſi vero *Schalſcheleth* auctoritatem præferimus, cujus auctor id in vetere pagina legiſſe ſe ſcribit, 5060. C. 1300. Contra *Juchaſin* pugnat, quod in calce commentarii in Pentateuchum teſte *Schalſcheleth* idem commentarius ad finem perductus legitur an. 5028. (x) quod fieri certe non poterat, ſi ex calculo *Juchaſin* Scriptor jam an. 5020. obiiſſet. Præterea vero calculus *Schalſcheleth* ex ipſo *Juchaſin* confirmatur, quippe in quo vitæ dies in longum produxiſſe dicitur, quod non tam de annis ætatis 66 quos ex ſententia *Juchaſin* vixiſſet, quam de annis 106. qui ei tribuendi ſunt ex computo Schalſcheleth, ex vero dici poteſt. Et fieri facile potuit, ut in Juchaſin pro ס i. e. *ſexaginta* per errorem irreperet כ i. e. e. viginti. Taceo diſputationem, de qua poſtremo loco dicemus, inter ipſum & Paulum Dominicanum habitam demum an. 1263. fuiſſe. Abiit is Hieroſolymas, ibique Synagogam ædificavit, teſte *Juchaſin*. Vocatur in *Juchaſin* הַמָּאוֹר i. e. *lux* & צִיץ נֵזֶר הַקֹּדֶשׁ *flos coronæ ſanctitatis*, in *Schalſcheleth* vero p. 55. b. חָכָם מוּפְלָג *ſapiens admirandus*, item *Medicus & Philoſophus inſignis* appellatur Commendatur ab iisdem ob artem Cabbaliſticam, eamque Practicam, quam antea parvi ab ipſo æſtimatam a R. *Elieſere de Garmiſa* ſecundum *Schalſcheleth* a R. *Eſra* vero ſecundum *Juchaſin* accepit, & cujus exempla affert *Schalſcheleth*. Scripſit is libros plures diverſi argumenti.

1) אִגֶּרֶת הַחֶמְדָּה *epiſtola deſiderii*, libellus Cabbaliſticus, MS. hanc *Bartoloccius* tanquam ἀνώνυμον Tomo I. lit. א commemoravit.

2) אִגֶּרֶת מוּסָר *epiſtola moralis* ad filium, quam *Mantuæ* 383. C. 1623. 12. ut & in libro תפוחי זהב R. *Jechiel Meli* editam teſtatur Bartoloc. Meminit ejus *Schalſchel.* p. 35. b.

3) אִגֶּרֶת הָרַמְבַּ״ן *epiſtola R. Moſis Nachmanidæ*, apologia pro libro *More Nevochim*, contra Rabbinos Gallos, qui fulmine ſacro ferierant eos, qui

(x) Sic & ibidem Nachmanidæ ad liberos ſuos epiſtola legitur, an. 5027. exarata.

Digitized by Google

qui librum illum Maimonidæ legerat. Scripta eſt rhythmice & excuſa in libro נובלות חכמה p. 85. - 89. Alia ejus de eodem negotio epiſtola exſtat in *Buxtorfii* Inſtitut. Epiſt. p. 426. ſqq.

4) אִגֶּרֶת הַקּוֹדֶשׁ *epiſtola ſanctitatis*, ubi regulas matrimoniales ſuppeditat, quibus audientes liberos probos gignere Parentes poſſint. *Rom.* 306. C. 1546. 8. *Cracov.* 354. C. 1594. *Baſil.* 340. C. 1580. 12.

5) אוֹצַר הַחַיִּים *theſaurus vitæ*, liber Cabbaliſticus, in Catalogo Scriptorum libro Jeziræ ed. Mantuanæ laudatus: Bartoloccius duos præter rem facit titulos, nempe אוצר החיים & אוצר יהוה.

6) ס׳ הָאֱמוּנָה וְהַבִּטָּחוֹן *liber de fide & fiducia*, Cabbaliſt. qui excuſus eſt cum aliis in ארזי לבנון Venet. 361. C. 1601. & *Cracov.* 408. C. 1648. *Plantav.* n. 698. appellat שַׁעַר אֱמוּנָה *porta fidei*, quem MS. ſe habere teſtatur.

7) בֵּיאוּר עַל הַתּוֹרָה *expoſitio Legis*, (y) ſubtilis & Cabbaliſtica, in qua etiam varia ex *Raſchio* & *Aben Eſra* repetuntur: *Piſauri* a Soncinatibus 274. C. 1514. fol. quam ed. credo eſſe eam, quæ in B. Durlacenſi ex legato Reuchlini exſtat, cujus vitam vide p. 541. & *Venet.* 305. C. 1545. fol. ap. *Marc. Anton. Iuſtinianum* quas editiones habet Bartoloc. ש״ך affert tantum *Venetam*, præter eam vero *Ulyſſiponenſem*, ſine anno memorato cui Raſchii quoque & Aben Eſræ commentarios acceſſiſſe ait. Cl. & conjunctiſſimus Collega meus *Georg. Eliezer Edzardus* habet editionem Venet. 308. C. 1548. fol. in qua etiam legitur comm. *Jarchii*, & *Iſaaci Abuhab* ſuper commentatio in *Ramban*, cum Haphtharoth ex more Hiſp. & Germ. quæ editio repetita eſt *Cracov.* 347. C. 1587. fol. Vener. *Henr. Muhlius* in Apologia Talmudica p. 5. allegat locum ex MS. ſuo Codice commentarii hujus in Pentateuchum, ex quo editos Codd. emendat.

8) סֵפֶר גְּאֻלָּה *liber de redemtione* ſeu liberatione ab exſilio, Cabbaliſt. MS. illum allegat R. *Aſarias* in Meor Enajim c. 43. p. 140. b. & teſtatur, ipſum tempus liberationis retuliſſe in annum 5118.

9) דרש הר״מבן *Concio Nachmanidæ*, præſente Regi Caſtiliæ de præſtantia Legis divinæ habita, & edita *Prag.* 357. C. 1597. 4.

10) סֵפֶר הַזְּכוּת *liber puritatis*, memoratus in *Iuchaſin* & *Schalſcheleth* ll. cc. & allegatus qvoque tanquam deperditus in *Meor Enajim* p. 96. quem

Sss ss

(y) Hanc a doctrina Cabbaliſt. commendat Aboab p. 283. Nomologiæ. Non acquievit is in Cabbala Theoretica, ſed practicam quoque in deliciis habuit: Vide *Schalſcheleth* p. 219.

olim edidit. Dicuntur alias *commentarii in Aphoriſmos Hippocratis ſecundum doctrinam Galeni*, & prodierunt *Bonon.* 1489. 8. & *Baſil.* apud *Sebaſt. Henric. Petri* 1579. 8. una cum locorum quorundam apud Galenum ſibi ipſis contradicentium caſtigatione. Commentatio hæc heb. MS. eſt in Bibl. Urbinat. ap. Vatican. n. 51. ſub tit ס' על רפואה *liber de Medicina.* Fragmenta quædam Latine exſtant in editione *Galeni* Pariſienſi Tomo IX. Parte II. p. 359. Particula ſive Sectio XIX. de *Balneis*, ex Galeno a noſtro excerpta, legitur in opere de Balneis *Venetiis* 1523. ed. p. 438. Confer *Peringerum* ad *Maimonidæ* cap. XI. de Regibus ab ipſo lat. editum. Adde paulo poſt n. 24. פרקי משה & n. 20.

13) *Hortum Sanitatis* de animalibus, avibus, piſcibus, lapidibus & in terræ venis naſcentibus a noſtro compoſitum eſſe ex invocatione Dei ad exemplum & formulas Arabum in prooemio facta, ut ex frequenti Scripturæ allegatione conjecit *Immanuel Aboab*, in Nomologia p. 275. Confer *Peringerum* in not. ad citatum Maimonidæ tractatum p. 3.

14) Quæ ſub *Moſis Cordubenſis* nomine Medica ſcripta lingua Arab. in B. Bodlejana n. 5397. inter *Pocockianos* n. 79. & 396. memorantur, Maimonidæ noſtro ſunt tribuenda.

15) ס' הזכות *liber de meritis* noſtro tribuitur a *Plantavitio* n. 172. præter rem, cum ille ſit R. *Moſis Nachmanidæ*, qui *Ramban* dici ſolet, quod cum *Rambam* facile permutari poteſt.

16) ס' חלומות *liber de Somniis* idem *Plantav.* noſtro tribuens n. 201. ex eo ait nonnulla ſe cum declaratione Florilegio ſuo Rabbinico inſeruiſſe.

17) ידיעת יהוה *de cognitione Dei per creaturas*, MS. in B. Vatic. n. 251. 4.

18) ס' הנמצא *liber inventi*, ſcriptum Medicum & aſceticum, quod additum eſt *Abrahami Haijun* libro, quem dixit אמרות טהורות *Theſſalonic.* 356. C. 1596. 4.

19) ס' הנפש *liber de Anima*, neſcio cujus argumenti, quem noſtro tribuit ש"י. Ex hoc libro petita eſt R. *Gerſon. fil. Salom.* שער השמים teſte ש"י p. 75. qui cum Phyſicus ſit, quod ſuo loco oſtendemus, & noſtrum illum ad idem argumentum pertinere veri ſit ſimile.

20) ס' הסבות *liber de cauſis*, MS. in Vatic. n. 351. in 4.

21) פירוש אביקראט *comm. in Hippocratem* ei tribuitur in *Juchaſ.* p. 131. nec diſtingui debet ab eo, de quo num. 11. diximus.

22) פיר' על התורה *comm. in legem*, allegatur in libro כנסת הגדולה.

23) פיר' אבן סינה *comm.* ſeu potius verſio *Avicennæ* Hebraica, quæ Bononiæ in Bibliotheca Monaſterii S. Dominici in Codice, pulcherrimis minio delineatis picturis exornato, legitur his verbis in fronte ſignatis:

אבן סנה מהעתקה רבינו משה מימון ז"ל נעשתה במצרים מס' אבן סנה שקבל מהסלטן הגדול מלך מצרים בשנת ארבעת אלפים תשע מאות וארבעים וששה ליצירה.

h. e. *Avicenna ex translatione R. Moſis Maimonidæ p. m. facta in Ægypto ex codice Avicennæ, quem accepit a Sultano Magno, Rege Ægypti anno 4946. ab O. C. i. e. C. 1186.* Teſtatur hoc V. C. *Bened. Montfauconius* p. 402. Diarii Italici. Idem monet, in calce libri legi epiſtolam Italicam, quæ referat Ferdinandum I. ejus potiundi cupidum, oblatis 200. aureis numis voti non fuiſſe damnatum.

24) פיר' על הגמרה *comment. in Gemare,* partes tres, *Moëd*, *Naſchim* & *Neſikin*, ut & tractatum *Cholin* ſcripſiſſe ſe ante comm. in Miſchnam & in eum multa ex Patris ſui & R. *Joſephi Levitæ*, præceptoris ſui, meditationibus retuliſſe, ipſe ſcribit Maimonides in præf. ad Ordinem *Seraim.* Confer *Juchaſin* p. 131. b. & *Schalſcheleth* p. 43. a. ubi R. *Iacob* in præfat. ad verſionem ſuam Hebr. comm. Maimonidei in Ord. *Seraim* idem ait teſtatum reliquiſſe. Addit, ſibi viſum illum eſſe tantum in duos vel tres tractatus Arabice exaratum, Maimonidem vero ipſum in comm. Miſchnico ſuper Codicem *Iamid* memorare *conſtitutiones* ſeu הלכות quas ex *Gemara* Hieroſolymit. collegerit. De his commentariis accipienda putat Wagenſeilius in præf. ad librum *Sota Ferdinandi Nunnez Pinciani* verba in notis ad *Io. de Mena* Cordub. Labyrinthum Poeticum cantu 124. ita concepta: *R. Moſes de Egipto Medico del Soldan, compoſo un libro en Medicina, che ſe llama Flores del Galieno, y el Moreto en Theologia* (i. e. *More Nevochim*) *y copilo ſobre el Talmud, grande eſcriptura.* Sic & *Abraham ben David* in ſuis השגות ſive animadverſionibus ad Maimonidem ſcribit, Maimonidem cogitaſſe de Talmude Babylon. Hieroſolymit. & *Toſephoth* in unum compingendis. Expertus igitur ſcribere potuit, quæ leguntur in

Digitized by Google

ejus epiſtola ad R. *Ioſephum* diſcipulum ſuum, libro *More Nevochim* præmiſſa: *Cave, ne tempus tuum teras in expoſitione & operoſa conſideratione Gemaræ: ego enim in illis multum temporis perdidi, & parum utilitatis hauſi.*

25) פִּרְקֵי מֹשֶׁה *Capita Moſis*, ex Galeno excerpta Arabice, dehinc Hebraice translata: hæc *Hottingerus* p. 39. Bibl. Orient. ſiſtere ait epitomen librorum Galeni, quæ deinde latine converſa ſub titulo *Florum Galeni* (vide locum *Ferdin. Nunnez* ad n. 23. allatum) lucem viderint. Memorat illa פרקים *Iuchaſin* p. 131. b. ſed ſine argumento: Bartoloccius putat eſſe eadem cum præfatione, libro *Pirke Avoth* præmiſſa, quæ de anima ejusque operationibus & facultatibus præcipit: ſed id veri mihi ſimile non videtur. ש״י ait eſſe librum Medicum, qui latine ſit translatus. Crediderim ego פרקים illa eſſe *Aphoriſmos Medicinales*, de quibus n. 11. Aphoriſmos enim Hebræi ſic appellant: ubi facile aliquis pro פרקי legere potuit פִּרְחֵי i. e. *flores*.

26) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſtiones & reſponſ.* de ritibus variis, cum epiſtolis a Sapientibus Galliæ & Hiſpaniæ & aliarum Orbis partium ad eum exaratis, *CPoli* 296. C. 1536. fol. quas ש״י memorat, & diſertis verbis diſtinguit ab illis epiſtolis, quas *Venet.* 304. excuſas diximus.

27) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſt. & reſponſ.* a prioribus diverſæ n. 362. Arabice ſcriptæ & Hebr. translatæ, nec unquam editæ in ש״י memorantur. Video etiam in Bodlejana memorari reſponſa ejus Arabica ad quæſita R. *Naboræi* Arabis n. 6014. inter Codd. *Huntington.* n. 268. Ejusdem reſponſa, interprete *Sal. Aben Tob* ibidem inter Codd. *Pocockianos* n. 67. ubi legendum eſt *Aben Tibbon.*

28) שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה עִקָּרִים *tredecim Articuli Fidei*, quos primus conſtituit noſter, teſte *Abarbanele* in ראש אמנה cap. I. fol. 3. b. & quidem exemplo Chriſtianorum excitatus, (t) occaſione cap. XI. *Sanhedrin*, quod vocatur *Cheleck*, unde & in præf. ad hoc caput, tredecim illos articulos propoſuit. Eos vocavit Maimonides alias יסודות *fundamenta*, שָׁרָשִׁים radices, & עִקָּרִים unde non dubito articulos hos innuere *Juchaſin* p. 43.

(t) Alii eos ipſi natos eſſe ajunt ex precatione quotidiana, quam etiam moribundis prælegere ſolent: illius hoc eſt initium: יגדל אלהים חי. Confer Wagenſeilium in epiſtola de Infundibulo ſuo p. 89. Karæi decem tantum articulos fundamentales ſtaruunt habito forte ad decem præcepta reſpectu. Vide Jac. Triglandii diatribam de Karæis p. 151.

43. a. quando ait, eum ſcripſiſſe פי׳ היסודות ועקרי אמונה Occurrunt, quod diximus, cum expoſitione l. c. Parte IV. ed. Surenhuſ. p. 259. apud *Pocock.* in Porta Moſis, tum in libro ארבעה שכלי, *Dav. Vidal* מכתם לדוד *Theodor. Hackſpanii* Specimine Theolog. Talmud. c. 1. §. 19. *Io. Henr. Hottingeri* Grammat. Chald. Syr. App. III. p. 212. Brevius autem leguntur in libellis precum, *Abrahami Jagelii* Catechiſmo, *Menaſſe ben Iſrael* lib. de Creat. probl. 1. *Buxtorſii* Synag. Iudaica, *Cartwrighti* Mellificio Hebr. lib. V. c. 4. *Carpzovii* diſſert. de tredecim Articulis fidei Judaicæ, quæ inter diſputationes ejus Academ. legitur p. 483. ſqq. *Io. a Lent* Theolog. Iudaica Hodierna p. 22. ſq. & Anonymo apud *Coccejum* in Conſiderationibus Reſponſ. Iudaic. qv. XII. c. 14. Prodierunt etiam ſeorſim hebr. & Lat. cura *Seb. Munſteri* cum compendio Hiſtoriarum Joſephi, *Wormat.* 1529. 8. ut & *Iſnæ* 1540. hebraice per *Paul. Fagium*, teſte *Neandro* p. 536. Erotematum L. Hebr. Eam puto, quæ ſine anno locove editionis memoratur in Catal. Bodlejano. Sic & in *Gilb. Genebrardi* Chronographia p. 70. ſq. exſtant. *Hiſpanice* cura *Dav. Cohen de Lara* prodierunt ſub tit. Tractatus de Articulis Legis Divinæ, ad decem capita revocatis, quæ complectuntur ſex præcepta affirmativa & quatuor Negativa. *Amſt.* 414. C. 1654. 4.

Fuerunt inter Judæos, qui illum articulorum numerum non approbarent, ſpeciatim *Ioſ. Albo* in libro עקרים, qui tres tantum nempe *de exiſtentia Dei, Lege, Bonorum & Malorum præmio* cenſuit admittendos, ſicut R. *Chasdai Crescas* in libro אור יהוה quatuor numerat. Videatur *Abarbanel* in *Roſch Amana*, ubi is primum quidem Maimonidem defendit, tandem vero unum tantum fidei articulum, nempe de Creatione, a quo ceteri omnes dependeant, commendat, vel potius ſimpliciter legi divinæ inhærendum putat. Lege plura de hac cauſa in laudata *Carpzovii* diſſertat. & ejusdem Introduct. in Theolog. Judaicam, *Laur. Odhelii* Synagoga Bifronte p. 68. ſq. *Io. a Lent.* Theologia Judæorum hodierna p. 22. ſq. Celeb. *Io. Franc. Buddei* Introduct. ad Philoſophiam Hebr. p. 136. *Frid. Alb. Chriſtiani* de fide & ſuperſtitione Judæorum, ut & Cl. *Jac. Basnage* Hiſtor. Judæorum lib. 4. c. 1. p. 1. ſq.

29) תורה *exemplar legis* ſive *Pentateuchi* propria Noſtri manu ex antiquo, ut ajunt, Codice in Ægypto exaratum & deinde cum αὐτογράφῳ Esdræ collatum venditant Iudæi non uno in loco, nominatimque R. *Aſarias* in *Meor Enajim* lib. 3. c. 9. pag. 53. b. ex nota Pentateucho antiquo ſub Maimonidis nomine adſcripta, quam inde repetit Buxtorf.

Digitized by Google

gica, in Medicina, & in linguis multis, ut puta Arabica, Græca & Chaldæa. Teſtor ego, me vidiſſe multos libros Medicos in linguam Lat. translatos, nomen ejus præ ſe ferentes. Audivi etiam pro certo, in lingua Græca & Arabica maximum illorum adhuc exſtare numerum: Reſponſiones item, quas fecit Sapientibus urbis Lunel, in Ægypto (has etiam memorat *Juchaſin* p. 131. b) *& aliis locis, quæ nunquam ad nos pervenerunt, quas etiam poſſeſſores illorum nunquam publicare & divulgare voluerunt.* Confer, ſi placet, de noſtro *Jo. Buxtorfium* in præf. ad verſ. Lat. *More Nevochim, Robertum Claveringium* Collegii Univerſitatis in Acad. Oxon. Socium in diſſ. de *Maimonide* & ejus operibus Tractatibus ejus duobus latine converſis & *Oxon.* 1705. 4. editis præmiſſa, & V. C. *Jac. Basnage* in Hiſtor. Judaica Tom. V. p. 1614. ſqq. ubi plura de vita ejus inveneris, quæ hic, de ſcriptis magis ſolliciti, deſtinato conſilio omiſimus. Nec negligendus eſt *Imman. Aboab* in Nomologia p. 274. ſqq. ubi inter cetera elogia p. 274. ait, ejus doctrinam adeo omnibus numeris abſolutam fuiſſe, ut Principis titulo ex merito inſigniri debeat: ſpeciatim opus *Jad Chaſaka* p. 276. admirabile & ſanctum vocat, quod Lingua Hebr. puriſſima ſit exaratum. Monet etiam p. 174. communicatas ſecum eſſe nonnullas ejus commentationes manu exaratas, quæ ad ſcientias occultas & profundiores ſpectent. Eundem ſingulari ſcripto legis Oralis vindicias ſuſcepiſſe relatum ſibi teſtatur p. 280. Proverbio denique p. 278. dici inter ſuos ait, *a Moſe* (nempe *Propheta*) *uſque ad Moſen* (Maimonidem) non fuiſſe *Moſi* ſimilem.

ר׳ משה בר מימון אלבאז R. MOSES bar 1595
MAIMON, cognomine ALBAS ſcr.

היכל הקדש *palatium ſ. templum ſanctum*, ex *Jon.* II. 5. comment. in librum precum Cabbaliſt. ex *Zohar* compilatus, cui immiſtæ ſunt animadverſiones variæ R. *Aaronis* הסבעוני. *Amſtelod.* 413. C. 1653. 4. Librum hunc ſupra tribuimus cum Bartoloccio R. *Jacobo* ששפירטש, ad quem cur ille retulerit dicere non habeo. Sub noſtri *Moſis f. Maimon* nomine laudatur inter excuſos Warnerianos in Catal. Leidenſi in 4. p. 273. n. 98. ſine loco vel anno edit.

ר׳ משה מיינסתרס R. MOSES MEINSTERS *Pra-* 1596
genſis, Sæculo XVII. inclinante floruit: hunc comm. in Codd. Talmud. *Berachoth, Schabath, Eruvin, Peſachin, Roſch haſſchana, Succa, Chagiga* edidiſſe

Digitized by Google

in 4. teſtatur *Meelſuhrerus* in Acceſſion. ad Almeloveen. Bibl. Prom. & Lat. p. 69. additque ſe apud eundem reliquos Talmudis titulos omnes ſimili ratione illuſtratos vidiſſe. Hunc R. *Salom.* אוהב comm. *Lublini.* 1660. fol. recuſ. annotatt. perpetuis auxiſſe ſcribit *Meelſuhrerus* in diſſert. de Meritis Hebræorum in Rem Liter. §. 9.

Ejusdem פנים מסבירות Comment. in Leges Majorum prod. *Prag.* 1693. 4.

1597 ר׳ משׁה מינץ R. MOSES MINTZ ſive *Moguntinus*, ſcripſit

שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſtiones & reſponſ.* ubi de inſtitutis & ritibus novis, inter recentiores Judæos pro diverſitate regionum receptis, ut & de ritu dandi libellum repudii & exuendi calceum. *Cracov.* 374. C. 1614. 4. *Jul. Conr. Otto* in Catal. Rabbin. qui extat in *Gale Razaia* cap. 4. in fine, recenſet quendam R. *Moſen Mintz*, ultimum illorum Rabbinorum, qui vixerint an. 5233. C. 1473.

1598 ר׳ משׁה מכות R. MOSES MACCOTH ſcr.

חִדּוּשֵׁי מַכּוֹת *novellas expoſitiones* Cod. *Maccoth*, *CPoli* ed. 302. C. 1542. teſte Plantavitio n. 187.

1599 ר׳ משׁה בן מכיר R. MOSES fil. MACHIR, princeps Academiæ oppidi *En Zaithun*, *Zaphetanus*, ſcripſit

סֵפֶר הַיּוֹם *ordinem diei*, i. e. expoſitionem precum Judaicarum literalem, allegoricam, Myſticam & Anagogicam, quam quadruplicem viam Iudæi exprimunt per פרדס i. e. פשט, רמז, דרש & סוד. Accedit in calce comm. in *Eccleſiaſten.* Prodiit *Venet.* 359. C. 1599. 4. apud *Dan. Zanetum* & ib. 365. C. 1605. 4.

1600 משׁה בן יוסף MOSES fil. *Joseph Heida* ſcr.

ס׳ מַעֲשֵׂה חָרָשׁ וְחֹשֵׁב *liber de opere artificis & ingenioſi*, ex Exod. 38. v. 23. & *Jerem* X. 9. ubi in מעשה latet auctoris prænomen. Liber ipſe complectitur Arithmeticam dialecto Rabbino Germanica conceptam & ad eundem modum, quo noſtrates tractare eam ſolent, delineatam *Francof. ad Mœn.* 471. C. 1711. 8.

ר

ר׳ משה בן מנחם R. MOSES fil. MENA- 1601
CHEM Pragenſis ex Doctoribus Niclasburgenſibus in Auſtria forte adhuc ſuperſtes, qui ſcr.

וַיַּקְהֵל מֹשֶׁה *& congregavit Moſes*, ex *Exod.* XXXV. 1.

זֶרַע קֹדֶשׁ *ſemen ſanctum* ex *Jeſ.* VI. 53. ubi diſſerit multum de ſemine humano, & quomodo ita homo verſari debeat, ne in hoc negotio peccet. *Pferda* 456. C. 1686. 12. plag. In fine accedit hiſtoria dæmonii Niclasburgi ex puero ejecti ab auctore hujus libri.

ר׳ משה מצורדי R. MOSES MIZZORDI, *CPolitanus*, idemque *Karæus*, Sæculi XV. inclinantis, cujus 1602

יְמִין מֹשֶׁה *dextra Moſis* i. e. comment. in Legem Moſis MS. laudatur in *Mardochai* Karæi tractatu, de Karæis nuper edito pag. 149. ubi tamen apud Karæos Polonos MS. tantum in Geneſin exſtare dicitur. Non diſtinguendus hic eſt a R. *Moſe Matzoroudi fil. Judæ Maroli*, cujus *præcepta Moſis* inter Codd. Warnerianos MSS. exſtant, quod patet ex Catalogo B. Leidenſis p. 288. n. 54. Hujus ut Doctoris CPoli Sæculo XVII. ineunte florentis, mentio fit in נובלות חכמה p. 56. b. ibidemque philyræ ejus variæ hymnique & expoſitiones laudantur.

ר׳ משה מצורך R. MOSES MIZZORECH ſcr. 1603

הַגָּהוֹת *animadverſiones* in librum præceptorum parvum, teſte *Schalſcheleth* p. 58. b. ut patet, ex מהרר״יק i. e. R. *Joſ. Karo* n. 187. quem *Schalſcheleth* eſſe putat סֵפֶר הַצּוֹרֵךְ qui in libris Iudæorum Juridicis v. c. in מהרריק n. 122. frequenter laudatur. Bartoloccius præter rem ספר הצורך ab animadverſionibns illis diſtinguit.

ר׳ משה בן מרדכי ברונשוויג R. MOSES ben MARDOCHAI *Brunsvicenſis*, ſcripſit 1604

תִּקּוּנֵי זֶבַח *ordinationes ſacrificii*, ubi traduntur ritus & rationes mactandi & explorandi animalia, cum tribus animadverſionum generibus, quæ quod ad שְׁחִיטָה vocantur 1) תִּיקּוּן הַזֶּבַח *ordinatio victimæ*, 2) זִבְחֵי רִיב *victimæ litis*, & זִבְחֵי צֶדֶק *victimæ juſtitiæ*: quod ad בריקה vero

vero dicuntur 1) תִּיקּוּן הַבֶּדֶק *ordinatio fiſſuræ* (alludit ad בריקה quæ vox a בָּדַק æque ac vox בֶּדֶק derivatur. 2) בֶּדֶק הַבַּיִת *fiſſura domus*, & מַחֲזִיק בֶּדֶק *complectens fiſſuram.* Totum opus ex ſcriptis Judæorum ritualibus eſt collectum *Prag.* 364. C. 1604. 4.

ר׳ משה בן מרדכי גלאנטי vide ſupra R. MOSES GALANTE.

1605 ר׳ משה בן מרדכי זכותא R. MOSES ben MORDECHAI SACUTA Rav Venetus & Poëta elegans Sæc. XVII. medio floruit &

יוֹדְעֵי בִינָה *ſcientes intelligentiam*, 1. *Chron.* XII. 32. librum R. *Joſ.* חמיץ quem is in lib. *Zohar* usque ad p. 33. ſcripſerat, perduxit ad finem. Ejusdem comment. in אוֹצְרוֹת חַיִּים *theſauri vitæ* R. *Iſaaci Luria* una cum comment. R. *Benj. Cohen* ſub tit. קול *Vox* exſtat MS. in B. Oppenheimeri.

Idem varia aliorum ſcripta in lucem edidit, v. c. R. *Chajim Cohen fil. Abrab.* תורת חכם & R. *Zevi f. Schimſchon* נחלת צבי

Huic Bartoloccius tribuit

דֶּרֶךְ אֱמֶת *via veritatis*, ex *Gen.* XXIV. 48. quo comprehendit errata omnia libri *Zohar* & *Tikkunim* ex ed. Mantuana (u) numero 13739. eademque correxit. *Venet.* 4. ſine notato anno ed. R. Schabtai in ש״י tribuit R. *Iſaaco Luria.* Scilicet hic Moſes Loriæ diſcipulus librum tantum in lucem edidit: quod video diſerte monere ש״י in Indice Scriptorum Alphabet.

Idem librum אמת ואמונה *Venet.* 1547. 12. ed. ut & lib. כלי פז carmine ornavit, ſicut & præfationem præmiſit libro בינה לעתים & parti ſecundæ *Jalkuth* edit. Liburnenſis. Forte ejusdem eſt precatio, quæ ſub nomine *Moſis Sacuta* exſtat in שערי ציון p. 22.

1606 ר׳ משה מרדכי R. MOSES MORDECHAI ben R. *Schemuel* מרגליות ſcr.

חַסְדֵי

(*) *Moſen Sacuta* inter ceteros Synagogæ Hiſpanorum Amſtelod. Doctores laudat *Dan. Levi de Barrios* in Arbol de las Vidas p. 78. ubi ait, eum fuiſſe antea Rabbinum in Synagog. *Mantuana & Veneta.*

(u) Super lib. *Geneſeos* invenit menda 3565. ſuper *Exodum* 2768. ſuper *Levit.* 1532. ſuper *Numer.* 3694.

Digitized by Google

חַסְדֵי יְהֹוָה *miſericordiæ Domini*, ex *Pſ.* LXII. 13. in quem Pſalmi verſum commentarii vicem præſtat, quippe qui ſex viginti modis explicatur, ita ut ſimul tredecim Divini Numinis attributa, & ſingula quidem duplici modo exponantur. *Cracov.* 349. C. 1589. 4.

Ejusdem cura prodiit זֹהַר חָדָשׁ *Cracov.* 363. C. 1603. 4.

ר׳ משׁה די מרקאדו R. MOSES de MERCADO: vide R. *Moſes ben Iſrael Mercado.*

ר׳ משׁה משׁידלוף R. MOSES ex SCHIDLUB urbe 1607
a *Cracovia* 8. circiter milliaribus ſejuncta, oriundus ſcr.

תְּפִלָּה לְמֹשֶׁה *precatio Moſis* ex Pſ. XC. 1. h. e. preces itinerariæ, teſte ש״ץ

ר׳ משׁה מת R. MOSES METH v. ſupra R. *Moſe ben Abraham.* 1608

ר׳ משׁה בן משׁה R. MOSES fil. MOSIS, interfuit diſputationi Iudæorum cum Hieronymo a S. Fide habita Sæculo XV. inclinante: vide *Scheveth Jehuda* p. 227. verſionis Lat.

ר׳ משׁה בן מתתיה R. MOSES ben MATATIA fil. 1609
Samuelis לבית קלעי ſcr. præfat. in lib. משפטי שמואל *Venet.* 1590. fol.

ר׳ משׁה נאגארה R. MOSES NAGARA, fil. *Judæ* ex 1610
urbe *Sapheth* opido Galilææ, ſcripſit קְצָת בֵּיאוּרֵי הַמּוֹרֶה *elucidationes aliquot in More Nevochim* Venet. 1574. 4.

לֶקַח טוֹב *doctrina bona*, ex *Prov.* IV. 1. expoſitio Pentateuchi ac ſpeciatim præceptorum, ex *Talmud*, *Mechilta*, *Siphra* &c. collecta. *CPoli* 331. C. 1571. fol. ap. *Salom.* & *Joſephum* fratres & filios R. *Iſaaci Iabetz.*

משׁה הנביא MOSES PROPHETA, quem Ebræi com- 1611
muniter רבינו *Doctorem noſtrum*, & per compendium ſcriptionis מר״עה i. e. מֹשֶׁה רַבֵּינוּ עָלָיו הַשָּׁלוֹם *Moſes Doctor noſter*, *ſuper quem ſit pax*, appellant. De eo hic exponemus ſtrictim ob ſcripta quædam, quæ ſub nomine ejus falſo circumferuntur: de Pentateucho enim, variisque ejus editionibus inter Scriptores Sacros fuerit agendum. Moſen Judæi communi

Digitized by Google

muni voce ajunt Patre *Amram* & matre *Jochabed* A. M. 2365. ante C. N. 1395. Feria IV. die 7. Adar ſive Februarii & natum eſſe & obiiſſe, quam in rem vide *Juchaſin* p. 8. *Schemoth Rabba* ſect. 1. p. 118. & *Sota* p. 12. b. Confer *Bartoloccium* Tomo II. p. 11. & Tomo IV. p. 117. *Jo. Erneſti Gerhardi* diſput. de Sepultura Moſis c. 3. §. 6. *Eduard. Bernardum* ad *Joſephi* Antiquitates lib. IV. cap. ult. (qui tamen cum Ioſepho rectius obitum ejus in νεμηνίαν Adar referri oſtendit) ac Cl. *Jo. Georg. Abichtium* in notis ad *Jeſaiæ* comment. in Joſuam p. 7. Multa Judæi de Moſe fabulantur, quæ cum aliis fide dignioribus collecta diligenter videbis a *Bartoloccio* Tomo IV. p. 117. usque ad 179. ex *Schalſcheleth* p. 11. *Debarim Rabba* &c. *Eduardo Bernardo* ad Joſephum l. c. *Eiſenmengero* in Judaismo Detecto paſſim, & Vener. *Georg. Serpilio* in Perſonalibus Moſis Lipſ. 1708. 8. ed. Summam eorum habes fere in דִּבְרֵי הַיָּמִים שֶׁל מֹשֶׁה i. e. *Chronicis de vita & morte Moſis*, de quo libro hebraice aliquoties edito ac *Gilb. Gaulmini* cura cum Lat. verſione & notis recuſo inter Anonymos ſuo loco dicemus.

Præter dialogum, qui inter Deum & Moſen interceſſiſſe fingitur libro tertio eorum, quos Gaulminus junctim edidit p. 51. ſqq. ed. a Cl. Fabricio latine curatæ, alia ſunt, quæ a Judæis & aliis ipſi accepta feruntur v. c.

1) מַעְיַן הַחָכְמָה *fons ſapientiæ*, libellus Cabbaliſticus de nomine Tetragrammato ejusque myſteriis, tribus in 4. pagellis comprehenſus, quæ prodierunt tum in collectione variorum opuſculorum, quæ ſub titulo אַרְזֵי לְבָנוֹן *cedri Libani*, ex Pſ. CIV. 17. prodierunt *Venet.* 361. C. 1601. & *Cracov.* 408. C. 1648. 4. tum cum libro בהיר *Amſtelod.* 411. C. 1651. & *Berolini* 466. C. 1706. 4. Initium libelli ita habet: זה הספר מעין החכמה שנתן מיכאל לפאלי ופאלי למר"עה ומר"עה גילוהו להתחכם בו לדורות h. e. *hic liber fons ſapientiæ, quem edidit Michael* פאלי & פאלי *Moſi Doctori noſtro p. m. & Moſes revelavit eum ut ſapientes redderet poſteros.* Suppoſitam eſſe hanc ſcriptionem vel ex eo, ut cetera taceam, patet, quod in ipſo contextu paraphraſis *Jonathanis*, quem Judæi ipſi in ætatem Servatore noſtro paulo ſuperiorem referunt, allegatur; ne dicam de luſibus literarum Cæbbaliſticis, ætatem longe recentiorem ſapientibus. Nihilominus tamen *Naphthali Hirtz* in præf. ad *Emeck Hammelech* p. 5. col. 4. *Moſi* tribuit, & profundiſſimæ doctrinæ appellat.

2) *Liber Moſaicarum quæſtionum* Arabice ſcriptus, nec dum editus allega-

gatur paſſim a *Gilb. Gaulmino* in notis ad libros de vita & morte Moſis p. 189. 315. 318, 324. & 335. Ex iis, quæ p. 189. in hanc ſententiam leguntur, quod, poſtquam Moſes candelam memoraſſet, quæ ſit ſub throno gloriæ, reſponderit Deus: *Deus excelſus, o Moſe! hæc candela Prophetis, juſtis, Martyribus & probis conceditur*, colligas, dialogum inter Deum & Moſen hic inſtitui. Hunc librum non puto eſſe diſtinctum a Codice MS. Arabico, qui ſub tit. *Colloquiorum Moſis* memoratur in Catalogo MSS. Anglican. n. 5979.

3) Judæos traditiones Talmudicas a Moſe, qui in monte Sinai ex Dei ore acceperit, repetere, notius eſt, quam ut hic moneri debeat: vide *Jalkut Schimoni* in Exodum p. 111. n. 405. & teſtimonia alia apud *Eiſenmengerum* in Judaiſmo Detecto Parte I. p. 56. ſq. Sic & paſſim venditant in ſcriptis ſuis reſponſa a Moſe Doctoribus ſuis facta, quale etiam refertur in *Schalſcheleth* p. 52, a. de alligandis phylacteriis.

Quæ de Pſalmis XC. & undecim ſequentibus Moſi tribuendis veteres ut & de *Apocalypſi Moſis* Gregor. Syncellus p. 27. de ejusdem Ἀναβάσει ſeu ἀναλήψει Origenes lib. 2. περὶ ἀρχῶν & alii de *Geneſi Parva* Epiphanius hæreſi XXXIX. de *libris precum* Samaritani, de aliis alii tradiderunt ea fuſius expoſita leges apud diligentiſſimum *Jo. Albert. Fabricium* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 835. ſqq. Adde quoque *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. p. 221. ſq. ubi inter cetera hæc leges: *LXXII. duo libri a Senioribus ſcripti, Moſe dictante, ſive potius memoria commendati, quos poſtea oblivione deletos Esdras inſtauraverit, & quos ſe habere Pica gloriatur, aut nulli eſſe creduntur, aut jure quodam ſuſpicantur, eos eſſe tractatus Talmudicos, quos ipſi etiam fabulantur a Moſe divinitus eſſe acceptos.*

Aben Eſra ad Exod. XVII. 14. ubi Moſes memoriam belli cum Amalekitis geſti, conſervare jubetur, innui putat aut Legis librum, aut alium quemcunque, quo hodie careamus, vel forte librum Bellorum Domini. Ipſe quoque Sgambatus l. c. varia recenſet ſcripta, v. c. librum Fœderis priorem, de quo Exodi XXIV. 4. librum Fœderis poſteriorem de quo Exod. XXXIV. 28. deſcriptionem manſionum 42, de qua *Numer.* XXXIII. 1. tanquam a Pentateucho diſtincta, quo tamen ea omnia contineri per ſe patet.

Quæ in articulo de Moſe *Bartoloc.* de Samaritanis, eorumque Lingua Numis & Pentateucho, ut & de variis Codicis Hebræi editionibus ab anno 1488. ad 1684. curatis diſſerit, a p. 171. ad 217. ea tanquam huc non pertinentia merito omittuntur.

ד

Digitized by Google

ר' משה נגארה v. ſupra Moſche נגארה.

1612 ר' משה בר נחמן R. MOSES NACHMANIDES,

Gerundenſis Hiſpanus, *Alpheſi* æqualis, per compendium ſcriptionis הרמב"ן i. e. R. *Moſes bar Nachman* dictus, natus an. 4954. C. 1194. teſte *Ganzio* ad hunc annum, libros componere aggreſſus eſt ſecundum *Juchaſin & Ganzium* an. 4970. C. 1210, & obiit, ſi *Juchaſin* p. 132. a. audimus an. 5020. C. 1260. ſi vero *Schalſcheleth* auctoritatem præferimus, cujus auctor id in vetere pagina legiſſe ſe ſcribit, 5060. C. 1300. Contra *Juchaſin* pugnat, quod in calce commentarii in Pentateuchum teſte *Schalſcheleth*, idem commentarius ad finem perductus legitur an. 5028. (x) quod fieri certe non poterat, ſi ex calculo *Juchaſin* Scriptor jam an. 5020. obiiſſet. Præterea vero calculus *Schalſcheleth* ex ipſo *Juchaſin* confirmatur, quippe in quo vitæ dies in longum produxiſſe dicitur, quod non tam de annis ætatis 66 quos ex ſententia *Juchaſin* vixiſſet, quam de annis 106. qui ei tribuendi ſunt ex computo Schalſcheleth, ex vero dici poteſt. Et fieri facile potuit, ut in Juchaſin pro ס i. e. *ſexaginta* per errorem irreperet כ i. e. e. viginti. Taceo diſputationem, de qua poſtremo loco dicemus, inter ipſum & Paulum Dominicanum habitam demum an. 1263. fuiſſe. Abiit is Hieroſolymas, ibique Synagogam ædificavit, teſte *Juchaſin*. Vocatur in *Juchaſin* הַמָּאוֹר i. e. *lux* & צִיץ נֵזֶר הַקֹּדֶשׁ *flos coronæ ſanctitatis*, in *Schalſcheleth* vero p. 55. b. חָכָם מוּפְלָג *ſapiens admirandus*, item *Medicus & Philoſophus inſignis* appellatur Commendatur ab iisdem ob artem Cabbaliſticam, eamque Practicam, quam antea parvi ab ipſo æſtimatam a R. *Elieſere de Garmiſa* ſecundum *Schalſcheleth* a R. *Eſra* vero ſecundum *Juchaſin* accepit, & cujus exempla affert *Schalſcheleth*. Scripſit is libros plures diverſi argumenti.

1) אִגֶּרֶת הַחֶמְדָּה *epiſtola deſiderii*, libellus Cabbaliſticus, MS. hanc *Bartoloccius* tanquam *ἀνώνυμον* Tomo I. lit. א commemoravit.

2) אִגֶּרֶת מוּסָר *epiſtola moralis* ad filium, quam *Mantuæ* 383. C. 1623. 12. ut & in libro תפוחי זהב R. *Jechiel Meli* editam teſtatur Bartoloc. Meminit ejus *Schalſchel*. p. 35. b.

3) אִגֶּרֶת הָרַמְבָּן *epiſtola R. Moſis Nachmanidæ*, apologia pro libro *More Nevochim*, contra Rabbinos Gallos, qui fulmine ſacro ferierant eos, qui

(x) Sic & ibidem Nachmanidæ ad liberos ſuos epiſtola legitur, an. 5027. exarata.

qui librum illum Maimonidæ legerat. Scripta eſt rhythmice & excuſa in libro נובלות חכמה p. 85. - 89. Alia ejus de eodem negotio epiſtola exſtat in *Buxtorfii* Inſtitut. Epiſt. p. 426. ſqq.

4) אִגֶּרֶת הַקּוֹדֶשׁ *epiſtola ſanctitatis*, ubi regulas matrimoniales ſuppeditat, quibus audientes liberos probos gignere Parentes poſſint. *Rom.* 306. C. 1546. 8. *Cracov.* 354. C. 1594. *Baſil.* 340. C. 1580. 12.

5) אוֹצַר הַחַיִּים *theſaurus vitæ*, liber Cabbaliſticus, in Catalogo Scriptorum libro Jeziræ ed. Mantuanæ laudatus: Bartoloccius duos præter rem facit titulos, nempe אוצר החיים & אוצר יהוה.

6) ס׳ הָאֱמוּנָה וְהַבִּטָּחוֹן *liber de fide & fiducia*, Cabbaliſt. qui excuſus eſt cum aliis in ארזי לבנון Venet. 361. C. 1601. & *Cracov.* 408. C. 1648. *Plantav.* n. 698. appellat שַׁעַר אֱמוּנָה *porta fidei*, quem MS. ſe habere teſtatur.

7) בֵּיאוּר עַל הַתּוֹרָה *expoſitio Legis*, (y) ſubtilis & Cabbaliſtica, in qua etiam varia ex *Raſchio* & *Aben Eſra* repetuntur: *Piſauri* a Soncinatibus 274. C. 1514. fol. quam ed. credo eſſe eam, quæ in B. Durlacenſi ex legato Reuchlini exſtat, cujus vitam vide p. 541. & *Venet.* 305. C. 1545. fol. ap. *Marc. Anton. Iuſtinianum* quas editiones habet Bartoloc. ש״י affert tantum *Venetam*, præter eam vero *Illyſſiponenſem*, ſine anno memorato cui Raſchii quoque & Aben Eſræ commentarios acceſſiſſe ait. Cl. & conjunctiſſimus Collega meus *Georg. Eliezer Edzardus* habet editionem Venet. 308. C. 1548. fol. in qua etiam legitur comm. *Jarchii*, & *Iſaaci Abuhab* ſuper commentatio in *Ramban*, cum Haphtharoth ex more Hiſp. & Germ. quæ editio repetita eſt *Cracov.* 347. C. 1587. fol. Vener. Henr. *Mublius* in Apologia Talmudica p. 5. allegat locum ex MS. ſuo Codice commentarii hujus in Pentateuchum, ex quo editos Codd. emendat.

8) סֵפֶר גְּאֻלָּה *liber de redemtione* ſeu liberatione ab exſilio, Cabbaliſt. MS. illum allegat R. *Aſarias* in Meor Enajim c. 43. p. 140. b. & teſtatur, ipſum tempus liberationis retuliſſe in annum 5118.

9) דרש הר״מבן *Concio Nachmanidæ*, præſente Regi Caſtiliæ de præſtantia Legis divinæ habita, & edita *Prag.* 357. C. 1597. 4.

10) סֵפֶר הַזְּכוּת *liber puritatis*, memoratus in *Iuchaſin* & *Schalſcheleth* ll. cc. & allegatus qvoque tanquam deperditus in *Meor Enajim* p. 96.

Sssss quem

(y) Hanc a doctrina Cabbaliſt. commendat Aboab p. 283. Nomologiæ. Non acquievit is in Cabbala Theoretica, ſed practicam quoque in deliciis habuit: Vide *Schalſcheleth* p. 219.

quem ש״י non vult diſtingui a ספר מלחמות de quo mox dicemus. Plantavitius obvio errore tribuit R. *Moſi Maimonidæ*, qui a pluribus cum noſtro fuit confuſus. MS. habet *Opp.* ubi titulus effertur per זכות אדם.

11) חִדּוּשִׁים עַל בָּבָא בַתְרָא *novellæ expoſitiones in Bava Bathra*, quæ prodierunt cum R. *Salomonis ben Addereth* Chidduſchin ſuper *Berachoth, Cholin, Gittin*, *Venet.* 383. C. 1623. 4. Hæ ſunt illæ *Chidduſchin*, quas Plantavitius n. 189. ad ultimum caput Talmudis, quod dicatur בתרא, pertinere ex fide Catalogi Veneti ſcribit, quamvis caput ejusmodi nusquam in toto Talmude exſtet.

12) סֵפֶר יְצִירָה *liber Iezira*, cum commentario ejus & quatuor aliorum, exſtat in edit. *Mantuana* anni 322. C. 1562. 8. de quo ſupra ſub אדם diximus.

13) מִלְחֲמוֹת יְהֹוָה *bella Domini*, ex *Num.* XXI. 15. quo defenditur Rav *Alphes* contra R. *Zerachjam Levitam*, qui eum in libro ſuo הַמָּאוֹר oppugnaverat: prodiit cum ipſo Alpheſii opere *Venet.* 312. C. 1552. fol.

14) *In Maimonidæ Jad chaſaka* ſpeciatimque in librum de præceptis in edit. Veneta a Juſtiniano curata anno 310. C. 1540. fol. Has puto eſſe animadverſiones, quas Plantavitius in librum 613. præceptorum ab eo ſcriptas & CPoli editas eſſe ſcribit. Confer ſupra R. *Iſaac Leon fil. Eliezer* & ſub *Moſe ben Maimon* n. 4.

15) סִדְרֵי הַיְשׁוּעָה *ordines ſalutis*, lib. Cabbaliſticus ineditus, quem memorat Plantavit. n. 473. At vereor, ne ille ſit confictus ex ſequenti.

16) סִתְרֵי תוֹרָה *arcana Legis*, ubi de myſteriis Legis MS: in B. Ducis Parmenſ. Romæ teſte Bartoloc. *Plantavit.* ait eſſe commentationem allegoricam & hiſtoricam libri Ruth, quam ipſe MS. habeat. Conf. quæ ſcribam ſub *Schem Tov.*

17) עֵדֶן גַּן אֱלֹהִים *Eden hortus Dei*, lib. Cabbaliſt. in calce libri Jezira ed. Mantuanæ laudatus, quem titulum inverſum effert Bartolocc. *Gan Eden Elohim*, & vertit *hortus voluptatis Dei.*

18) Liber עֵין יַעֲקֹב *fons Jacobi* cum obſervationibus *Raſchii*, & additionibus ac novellis animadverſionibus Nachmanidæ *Venet.* 307. C. 1547. & alibi ſæpe prodiit: vide ſupra *Jacob f. Salamo fil. Chaviv.*

19) פֵּירוּשׁ *comm. in Jobum* in Bibl. Rabbin. Bombergianis ed. pri-

mæ

mæ 1518. & ſeorſim ab eodem in 4. editus. Eum Lat. vertit *Conr. Pellicanus* v. Mehlführeri Acceſſiones ad Almeloveen. p. 79. MS. exſtat in Bodlejan. n. 5243. & in Bibl. Senatus Lipſ. v. Cl. Gœtzii programma, quo Bibliotheca illa aperienda nunciatur, p. 29. ubi Codicem hunc ante CC. annos exaratum eſſe teſtatur, in eo tamen, quod pace ejus dixerim, non audiendus, quod commentarium hunc prorſus ineditum putat. Codex ille eſt membranaceus in 4. formæ majoris, cetera integer, niſi quod ex præfatione quædam abſunt, denſus præterea & decorus.

פירוש comm. in Tractatus aliquot Talmud. ut & חדושים de quibus poſtea ſigillatim.

20) קִדּוּשִׁין tractatus Talmudicus, cum novis obſervationibus noſtri & aliorum *Sabionetæ* 313. C. 1553. fol.

21) סֵפֶר הַקֵּץ *liber de fine*, ubi de adventu Meſſiæ & fine mundi, quem Judæi conjungere ſolent, agitur. Eum citat R. *Aſarias* in *Meor Enajim* p. 133. b. 139. b. lin. 4. a fine, inprimis vero p. 142. fine, ubi integrum & ſatis longum locum ex ſectione illius libri ſecunda affert, ideo quod, ut addit, egregius ſit, & liber ipſe in paucorum manibus verſetur, Nachmanides autem talis habeatur, שיהיו כל דבריו נשמעים ובחונים מאזה איש תבונה שיהיה בדורות האלה h. e. *cujus verba omnia audiantur & probentur ab omni illius ætatis Viro intelligente.* Sic & in *Schalſcheleth* p. 47. a. idem hic liber allegatur.

22) סֵפֶר הָרִמּוֹן *liber mali punici*, Cabbaliſt. laudatus in calce libri Jezira ed. Mantuanæ.

23) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa lagalia* 288. *Venet.* 283. C. 1523. 4.

24) שׁוֹשַׁן סוֹדוֹת *lilium ſecretorum*, ubi explicantur arcana Cabbaliſtica, quæ per numeros producuntur. MS. ita ש״י qui *Venet.* 4. editum teſtatur, eo quidem anno, qui ex שו״שן prodeat. Quod cum de computo minori intelligendum ſit, admitti non poteſt, niſi partem literarum nempe vel ש״ן i. e. 350. C. 1590. vel ש״ו i. e. 306. C. 1546. ſolam capias. *Bartoloccius* hoc libro exponi ait arcana Cabbaliſtica 656. quot ſcilicet per literas שושן efficiantur i. e. 356.

שַׁעַר הַגְּמוּל *porta mercedis*: vide paulo poſt תורת האדם.

25) שֻׁלְחַן אַרְבַּע *menſa quadrata*, quem illi tribuit *Schalſcheleth* p. 55.

Digitized by Google

55. a. ſine mentione argumenti, quod ad mores in menſa formandos pertinuiſſe ſuſpicatur Bartoloccius. Buxtorf. p. 414. *Moſi Maronenſi* (lege Gerundenſi) tribuit.

26) תּוֹרַת הָאָדָם *lex hominis*, ex 2. *Sam.* VII. 19. ubi agitur de eo, qualem homo præſtare ſe debeat in morbo, morte & luctu, ut & de retributione poſt hanc vitam exſpectanda, capp. 30. quorum I. שַׁעַר הַמֵּיחוּשׁ *porta doloris levioris*, II. שער סַכָּנָה *porta periculi*. III. שער רְפוּאָה *porta medicinæ*. IV. שער סוֹף *porta finis*. V. שער פְּטִירָה *porta diſceſſus ex hac vita*. VI. שער קְרִיעָה *porta lacerationis veſtimentorum ob mortem*. VII. porta de eo, coram quo mortuus aliquis inſepultus jacet. VIII. porta planctus. IX. porta eductionis ad ſepulcrum. X. de ſepultura. XI. de officio Sacerdotum. XII. porta luctus. XIII. a quo tempore luctus incipiat. XIV. quamdiu in luctu ab opere ſit abſtinendum. XV, porta lotionis, quamdiu in luctu a lotione & unctione ſit abſtinendum. XVI. porta calceationis, quamdiu a calceis induendis ſit abſtinendum. XVII. quamdiu a concubitu ſit abſtinendum. XVIII. quamdiu a lectione Legis abſtinendum. XIX. quamdiu nemo ſit ſalutandus, nec reſutandus. XX. quamdiu caput ſit obvelandum. XXI. quamdiu lectus de novo non cooperiendus. XXII. quamdiu *Tephillin* non liceat induere. XXIII. quamdiu non liceat lavare veſtimenta. XXIV. quamdiu non liceat ſe tondere. XXV. quamdiu omnia gaudia ſint interdicta. XXVI. quando ſciſſuram iterum liceat conſuere. XXVII. quomodo in Sabbatis & feſtis gerere ſe aliquis debeat. XXIIX. de rumore & collectione oſſium. XXIX. de luctu antiquo, qui fiebat die nono menſis Abh. XXX. porta retributionis poſt hanc vitam, Prod. *Venet.* 355. C. 1595. 4. quam edit. habet ש״י et *Eiſenmengerus* in Indice Auctorum, præmiſſo Iudaiſmo Detecto & 358. C. 1598. ap. *Jo. de Gara* ſecundum Bartoloccium vel potius 359. quam vidi in B. Edzardina. In B. Oppenheimer. vidi ed. CPolit. an. 279. C. 1519. Ultimum caput, quod inſcribitur שַׁעַר הַגְּמוּל *porta retributionis* poſt hanc vitam ſeorſim excuſum eſt *Ferrar.* 316. C. 1556. 4. Allegatur illud in *Meor Enajim* lib. 3. c. 43. p. 143. a.

27) תְּפִלָּה *precatio* inſtar lamentationis cujuſdam de excidio Templi Hieroſolymitani, quam Hieroſolymis ab ipſo factam ſcribit *Schalſcheleth* p. 55. b. Ejuſdem precatio itineraria Cabbaliſtica in mari & deſer-

tis recitanda legitur in שערי ציון p. 53. ſq. eam is concepiſſe dicitur, in Terram Sanctam profecturus. Eadem recuſa eſt in lib. יפה נוף p. 37. Eidem tribuitur conſtitutio verſiculorum LXXII. ex Pſalmis juxta ordinem 72. nominum, ex tribus verſiculis *Exodi* XIV. 19. 20. & 21. Exſtat illa tum alibi, tum in Machſor Romano *Venet.* 1626. 8. ed. p. 13. b. Precatio ejus duplex, altera הפריון נפש altera, ut videns alios ipſe non videatur, exſtat in lib. שם טוב קטן p. 23. b. ſq.

Diſputatio noſtri Nachmanidæ cum Fratre *Paulo* & Fr. *Raymundo Martini*, auctore Pugionis Fidei, præſente Jacobo, Tarraconenſis provinciæ Rege, habita, ex MS. Argentoratenſi, ſub initium mutilo, edita eſt a *Wagenſeilio* in Telis Igneis Satanæ. De hac diſputatione in libro *Candor Lilii* hæc leguntur p. 38. *Sub Urbano IV. Barcinone in domo Regia coram Jacobo Rege totaque Curia Frater Paulus dictus Chriſtianus, Cyriacus*, (i. e. *Ordinis Dominicanorum*) *doctiſſimum Rabbinorum Moſen Gerundenſem convicit publice ac mutum effecit*, *teſte Michaele Pio.* Factum hoc eſſe anno 1263. (*) teſtatur *Franc. Bosquet*, Epiſcopus Lodovenſis, in ep. ad *Joſ. Voiſinium*, Pugioni Fidei præmiſſa. In ipſa diſputatione allegatur *Maimonides* p. 50. Non dubito, hanc eſſe diſputationem illam, quæ inter *Nachmanidem* & *Priſolum*, Judaicæ fidei deſertorem, in palatio Barcinonenſi coram Rege & magnatibus habita MS. recenſetur in B. Leidenſi Catal. p. 289. Ceterum V. C. Jac. Basnage Tom. V. Hiſt. Iud. p. 1762. ſuſpicatur, Acta illa diſputat. non ab ipſo Nachmanide, ſed Judæo quodam recentiore, qui nomini ejus ea inſcripſerit, profecta eſſe, eo quod in *Salom. ben Virga* hiſtoria Judaica p. 252, quædam afferantur ex illa diſput. quæ in Actis Wagenſeilianis fruſtra requiras, deinde vero plurimæ voces Germanicæ in Actis obviæ a Rabbino Gerundenſi exſpectari vix poſſint.

Præterea Buxtorfius noſtro tribuit librum עֲבוֹדַת הַלֵּוִי *Miniſterium Leviticum*, i. e. explicationem 613. præceptorum Moſaicorum, quæ tamen non noſtri eſt, ſed R. *Salomonis fil. Elieſeris*, de quo ſuo loco.

Vita & ſcripta noſtri ex Bartoloccio recenſentur a Ven. *Georg. Serpilio* in Vitis Scriptorum Biblicorum Tomo VII. parte poſteriore p. 326. ſqq. Unde etiam *Imman. Aboab* Nomologiam p. 283.

(*) Idem annum notatur a *Jac. Maria Janvitio* in Bibliotheca Almi conventus SS. Joannis & Pauli Venetiarum Ordinis Prædicatorii, quam Venet. 1683. edidit. Ibi enim p. 21. hæc leguntur: *R. Moyſes Gerundenſis Barcinone Hebr. Rabbinus, Victor videri ſuperbe in congreſſibus ambiens, una cum Bonaſtruck a Porta coram Jacobo Rege Principibusque regni a M. Paulo Chriſtiano diſceptando de veritate fidei Cathol. ita compediti, ut tunc obmuteſcere fuerint conſtricti, nec loqui impoſterum auſi an.* 1263.

1612 ר׳ משה בר נח יצחק ליבשיץ R. MOSES ben NOACH *Iſaac Leibſchütz* ſcr.

לחם משנה *panis duplex*, ex *Exod.* XVI. 22. h. e. comment. in Miſchnæ tres Ordines, *Saraim, Moed, & Naſchim.* *Craçov.* 397. C. 1637. 4. & alium ejusdem tituli librum, qui eſt comment. in *Pircke Avoth. Lublini* 402. C. 1642. 4.

1613 ר׳ משה מנורצי R. MOSES MINNORZI, cognomine dictus מהטוראצו citatur in præf. ad שלטי הגבורים.

1614 ר׳ משה נירו R. MOSES NERO ſcr.

בית אלהים *domus Dei*, ſi credimus *Plantavitio* n. 90. ſed vide quæ dicta ſunt ſub R. *Moſe de Trani.*

1615 ר׳ משה בן נסים בנבנשתי R. MOSES bar NISSIM BENBENASTE ſcripſit

פני משה *facies Moſis*, ex Exod. XXXIV. 35. cujus libri Pars I. continet quæſt. & reſponſ. rituales & juridicas ſecundum ordinem *Choſchen miſchpath*, volumen vaſtum; ed. *CPoli* 431. C. 1671. fol. Pars II. in ordinem *Even Eſer*, *CPoli* fol.

ר׳ משה בן נפתלי vide infra R. Moſche fil. צבי.

1616 ר׳ משה נרבוני R. MOSES NARBONENSIS, qui tribus diverſis nominibus appellatur, nempe primum eo, quod hic collocavimus, ut fit ſpeciatim in voce ſymbolica אמ״ן i. e. אמר משה הנרבוני *dicit Moſes Narbonenſis*: tum vero *Abraham ben R. Iſaac Hannarboni*, ac denique *Meſſer Vidal*: vide *Schalſcheleth* p. 56. b. qui hoc Scriptorum teſtimoniis probat, quamvis ceteroquin ipſe dubius hæreat. Vocatur etiam R. *Moſes fil. Jehoſuæ Narbonenſis*, quod nomen vide ſupra. Floruit is an. 5118. C. 1358. & ſcripſit eodem teſte

Comment. in R. *Iſaac Alphes & More Hannevochim*, qui poſterior in ש״ש tribuitur R. *Moſi f. David Narbonenſi*, ubi vide quæ ſcripſi. Commentarius ejusdem in *Abi Jaafar ben Tophail* ep. de *Ibn Jokdhan* MS. exſtat in B. Bodlej. Cod. 257. & in Logicam *Abu Achmed Algazali* ibidem n.

n. 3720. Nullum eſt dubium, hunc *Moſen Narbonenſem* eum eſſe, quem Bartoloccius Tomo IV. p. 73. & p. 224. adeoque bis memorat, ſemel quidem ſub nomine *Moſis ben Joſua ben Iſai ben David*, deinde vero ſub nomine *Moſis Narbonenſis ben R. Joſua ben Iſai ben David*, quos duos a ſe invicem non diſtinguendos eſſe tum ex nomine, quod idem eſt utrinque, tum ex ſcriptis, quæ ſunt eadem, patet. Deinde vero *Moſen* illum *ben Jehoſua* &c. a noſtro *Moſe Narbonenſi*, interprete *Alpheſii*, non eſſe diverſum, apparet tum ex ætate, quæ eadem eſt utriusque (refertur enim *Moſes ben Joſua* &c. a Bartoloccio ad Sæculum XIV. medium, in quod etiam noſtri ætas incidit) tum vero ex ſcriptis iisdem: priori enim loco, nempe p. 73. ubi de *Moſe ben Joſua* agit, ei adſcribit comment. in lib. *More Nevochim.* Forte hujus ſunt Propoſitiones de 2. lineis parallelis in eadem ſuperficie in infinitum protractis, ſed nunquam coincidentibus, Lat. cum comment. Fr. Barocii. *Ven.* 1568. 4. in alio Vol. edd.

ר׳ משה נשיא R. MOSES *Princeps* compoſuiſſe Lexi- 1617
con ſ. compendium libri Radicum dicitur in Catalogo Grammat. ſupra ſub voce דקדוק exhibito n. 24.

1618
ר׳ משה נתן R. MOSES NATHAN, cujus

תוֹצְאוֹת חַיִּים *exitus vitæ*, ex Prov. IV. 23. canticum rhythmicum morale de timore Domini, exſtat in R. *Menachem de Lonzano* שתי ידות Parte I. libro 5. qui dicitur טובה תוכחה cui appendicis loco accedit. *Venet.* 1538. & 1618. 4.

1619
ר׳ משה נתן R. MOSES NATHAN, ſcripſit

אַהֲבָה בְּתַעֲנוּגִים *amor in deliciis*, ex *Cantic.* VII. 6. ubi diſſeritur de articulis fidei ad exemplum *More Nevochim*, quod Amſtelod. MS. exſtare teſtatur ש״י. Exſtat etiam MS. in B. Bodlej. n. 3721. ubi auctor vocatur R. *Moſes fil. Judæ*, liber vero dicitur Philoſophicus. Vidi etiam MS. in B. Oppenheimeri fol. ubi in titulo itidem vocatur *Moſes ben Jehuda*. Sic & in Catalogo B. Leidenſis p. 270. n. 66. memoratur elucidatio quorundam locorum in *More Nevochim* Moſis f. Jehudæ. *Venet.* 4. edita, quam a noſtro hoc libro non puto diſtinctam. Proinde ex his emendandus fuerit ש״י.

ר׳

Digitized by Google

1620 ר׳ משה ספרדי R. MOSES HISPANUS ex Judæo Chriſtianus, *Petri Alphonſi* nomine dictus: vide infra *Petrus Alphonſus*.

1621 ר׳ משה ספרדי R. MOSES HISPANUS, (z) neſcio quis, cujus

Commentarius in præcepta 248. affirmativa MS. exſtat in Bibliothec. Gvelferbytana: vide B. Tenzelii Bibliothecam Curioſam anni 1704. p. 437.

1622 ר׳ משה ספרדי R. MOSES HISPANUS, cui Bartoloccius tribuit librum רוחה חן: vide infra רוחה חן unde intelliges librum hunc occaſione libri *Maimonidæ* qui *Moſes Hiſpanus* vocari ſolet, factum eſſe.

1623 ר׳ משה עבדאלה R. MOSES AVDALLA, *Cordubenſis Iudæus*; ſcripſit Arabice *librum de Medicina*, qui MS. exſtat in Bibliothec. Scorialenſi: quemadmodum & alius ejusdem de Medicina liber, in B. Vatic. reperitur. Hic procul dubio eſt, cujus comm. in Aphoriſmos Hippocratis Hebr. MS. exſtat in B. Leidenſi: v. Catalogum p. 285. n. 29. ubi vocatur *Moſes fil. Eved Elohim* Iſraelita.

1624 ר׳ משה אבן עזרא בן יצחק R. MOSES ABEN ESRA *ben Iſaac*, obiit an. 4860. C. 1100. teſte *Ganzio* ad hunc annum. Scripſit is

1) סֵפֶר הָעֲנָק *liber torquis*: quo comprehenduntur hymni & cantiones variæ, quas ש״י MSS. *Plantavitius* vero n. 519. *CPoli* editas, ſed raras eſſe teſtatur. MS. habet Oppenheim.

2) עֲרוּגַת הַבּוֹשֶׂם *areola aromatica*, ex *Cantic*. V. 13. i. e. preces in feſtos dies ex ritu Judæorum Germanorum, teſte ש״י qui addit, legiſſe ſe, auctorem eſſe R. *Elieſer Hakkalir*, noſtrum vero Aben Eſram fuiſſe Muſicum egregium & externarum diſciplinarum peritiſſimum, quod a Ganzio l. c. & *Schalſcheleth* p. 39. b. accepit. Fallitur Plantavitius n. 525. quando Buxtorfium reprehendit, quod hujus tituli librum tribuerit noſtro, cum non exſtet alius, quam qui hoc titulo a *Samuele Arkevolti* ſcriptus ſit. Vere enim adſignatur ei talis liber exemplo ipſius *Ganzii* l. c. & *Schal-*

(z) Suſpicor, hunc eſſe R. *Moſen fil Jacob*, qui ut a gente *Coſſenſis*, ita a patria *Hiſpanus* vocatur: illius enim ספר מצות notiſſimus eſt, & in variis Bibliothecis MS. exſtat.

Schalſcheleth l. c. qui ratione argumenti ſatis ab eo diſtinguitur quem ſub eadem inſcriptione exaravit *Arkevolti*: hujus enim liber eſt Grammaticus, unde & Bartoloccius ſibi a confuſione non cavit, quando noſtri ſcriptum Grammaticum eſſe cenſuit. Idem ter noſtri meminit, ſemel quidem ſub *Moſe ben Iſaac Eſra*, deinde vero ſub *Moſe Eſra*: denique eundem librum tribuit auctori ficto עוריאל הקליר de quo ſuo loco.

3) תּוֹכַחַת *diſceptatio pro homine vitam ſpiritualem agente*, cum libello *Jedaja Happenini* לְשׁוֹן זָהָב *Venet*. 359. C. 1599. 4. prodiit.

4) ס׳ תַּרְשִׁישׁ *liber Tarſiſch* i. e. carmina rhythmica tot numero quot efficiunt literæ hujus vocis, nempe 1210. teſte ש״י.

ר׳ משה ערבי R. MOSES ARABS, qui a Bartoloccio & aliis vocatur ר׳ מוסא R. MUSA, ſcr. tractatum de regula exponendi Scripturam Sacram, quam dicunt קל וחומר i. e. *a minori ad majus*: exſtat in R. *Immanuelis* Hiſpani libro מהררי נמרים *Venet*. 359. 4. edito. 1625

ר׳ משה דפויאה R. MOSES de PAVIA i. e. *Ticinenſis*, laudatur ut *Sapiens magnus*, in *Schalſcheleth* p. 40. a. ubi etiam dicitur ſæpe laudari in הגהות & ערוך. 1626

ר׳ משה פוצי מרולי MOSES cognomine POZI, ex familia *Maroli*, Karæus Sæculo XVI. clarus ſcripſit 1627

שְׁלֵמוּת הַנֶּפֶשׁ *perfectio animæ*, ubi creationem mundi adſtruxit, & varia alia ſubtiliter diſputavit: ſed opus tamen imperfectum reliquit, ceu traditur in *Noſtos chochma* p. 56. b.

ר׳ משה פוטיה R. MOSES PUTIIA ſcr.

יְסוֹד הַמִּצְוָה *fundamentum præceptorum*, qui liber MS. exſtat in B. Oppenheim. 1628

ר׳ משה פיג v. R. *Moſche ben Joſeph Pig*.

ר׳ משה פיזענץ v. ſupra *Moſche f. Iſaac Piſanz*.

ר׳ משה פיזאנטי R. MOSES PISANTE: vide ſupra R. *Moſes ben Chajim ben Schem Tov Piſante*.

ר׳ משה מפראג R. MOSES PRAGENSIS floruit Sæculo XVII. inclinante, & forte adhuc ſuperſtes eſt. Hujus 1629

Digitized by Google

מַפְתֵּחַ הַקַּבָּלָה *clavem Cabbalæ* propediem lucem adſpecturam ſcribit *Rod. Martinus Meelführerus* in Acceſſionibus ad Almeloveenii Biblioth. Promiſſam & Latentem p. 69. ubi p. 70. addit, ſe eum Virum vidiſſe Gieſſæ Haſſorum, qui a ſuis civibus pro inſigni Exorciſta actantum non Propheta habitus ſit: hominem, adſpectu teterrimum & tali forma, qualis ſoleat eſſe eorum, qui dæmonibus familiariter utantur, mira rerum ſublimium arcana crepaſſe, & Nicolaiburgi, ſi ipſi fides habeatur, dæmonium ejeciſſe, cujus rei hiſtoriolam *Amſtelod.* 1696. uno quaternione Ebræo Germanice 8. ediderit ſub tit. ein wunderlich מעשה von ein רוח i.e. *mirabilis hiſtoria de dæmone* conf. מעשה הרוח inter Anonymos. Eadem res alio libello זֶרַע קוֹדֶשׁ i. e. *ſemen ſanctitatis*, *Furti* excuſo, deſcribitur, immixtis tricis Cabbaliſticis. Promiſit item

זְקַן הַקּוֹדֶשׁ *barba ſanctitatis*, quo libro oſtenſurus erat veritatem ſciti Talmudici, quo *montes pendere a quovis barbæ pilo* dicuntur.

1630 ר׳ משה פרדו R. MOSES PARDO, ex Chriſtiano infeliciſſimus Judæus, qui *Conradus Victor* antea dicebatur, & *Marpurgi* Præceptoris Claſſici munere functus erat. Hic cum doctrinam puram de SS. Trinitate contra Judæos tam fortiter & feliciter adſtruxiſſet, ut per anagramma ex nomine deductum, diceretur *Carus Deo Trinno*, ſive odio & invidia, quod rebus ſuis non ſatis conſultum putaret, ſive alia cauſa adductus, relictis conjuge & liberis ad Judæos acceſſurus circa annum 1607. *Theſſalonicam* ſe contulit, unde literis ad *Jo. Hartmannum*, Profeſſorem Medicum Marpurgenſem an. 1614. datis ἀποςασίαν ſuam ſignificavit. In his cauſam defectionis eam facit, quod *monſtroſum* (ita homo perditiſſimus ſcribere non veretur) *myſterium Trinitatis* concoquere non potuerit; præterea vero de ſumma ſua paupertate conqueritur, ſed in Judaiſmo tamen conſtanter perſtiturum ſe profitetur. Integra hæc epiſtola legitur in Cl. *Jo. Jac. Schudtii* Compendio Hiſtoriæ Judaicæ p. 494. ſq. & in *Deliciis Philologicis* ejuſdem p. 239. ſq. Conferatur de eodem Vener. *Henr. Ludolphus Benthem* in Statu Belgii Eccleſiaſtico & Scholaſtico Parte II. c. IV. p. 260. & *Effigies* ac Vitæ Profeſſorum Academiæ Groningæ & Omlandiæ p. 172. ſq. ex quo libro de noſtro Apoſtata etiam commentatur Cl. *Thomas Crenius* in Animadverſionibus Hiſtorico-Philologg. Parte VIII. p: 218. ſq. Ibi refertur, quod *Abdias Widmarius* exemplum epiſtolæ Judaicæ, a *Victore* hoc exaratæ, poſſideat. *Jo. Druſius* in Parte

te

Digitized by Google

te II. Notarum in N. T. ad Actorum XVII. 1. noſtrum mendoſe appellat *Nicolaum Victorem Iuris Licentiatum*, additque, ſcire ſe, non fuiſſe eum tam doctum, quam quidem vulgus opinetur. *Gisb. Voetius* in Diſpp. Selectis Parte II. p. 98. M. *Eraſmum* memoriæ lapſu appellat. Confer de noſtro præter laudatos B. *Martinum Difenbach* in Judæo Converſo p. 141. & V. C. *Jac. Basnage* Tomo V. Hiſt. Judaic. p. 2012. ſq. in cujus narratione quædam emendat Cl. Schudtius in Memorabil. Judaic. Part. I. p. 378.

ר׳ משה פרווינצאלי R. MOSES PROVINCIALIS 1631
cujus exſtat judicium de libro *Zohar* in limine edit. *Mantuana* 318. C. 1558. 4. Scripſit etiam animadverſionem de diebus mundi contra R. *Azariam de Rubeis*, quæ legitur in calce libri *Meor Enajim* p. 189. Ejusdem eſt liber

בשׂם קדמון quod *Buxtorf.* & *Bartoloccius* legunt בֹּשֶׂם קַדְמוֹן & vertunt *Smegma Orientale*, *Plantavitius* effert בֹּשֶׂם קַדְמוֹנִי *aroma Orientale*, B. *Groddeckius* vero in Theatro Anonymorum Placciano p. 678. בְּשֵׁם קַדְמוֹן i. e. *in nomine Dei*, (pro quo tamen ille vertit ſenſu nullo *in nomine antiquo*) Atque hæc lectio probatur ex ipſo libro, in quo poſt præfationem variæ regulæ Grammaticæ eæque rhythmicæ & vocalibus inſtructæ cum ſubjecta illuſtratione leguntur. Prima vero ita habet: בְּשֵׁם קַדְמוֹן אֲשֶׁר הַכֹּל חִדֵּשׁ נִפְלָאוֹת וְצוּף תְּשׁוּבָה שְׂפָתוֹתַיִם יָשִׁיר מֹשֶׁה דַּקֵּי לָשׁוֹן חוֹרֵשׁ Ceterum Hottingerus ex priore lectione videtur deſumſiſſe titulum libri ſui *Smegma Orientale*. Liber ipſe carmina exhibet, quæ regulas Grammaticas omnes complectuntur, ad inſtar libri פרקי שירה. *Venet.* 357. C. 1597. 8. Laudatur noſter hic in Introductione ad Chronologiam præmiſſam a *Ganzio* libro *Zemach David*, tanquam qui rationem reddiderit, cur Deus intra ſex dies mundum creaverit. In ש״י vocatur פרובינצי.

ר׳ משה פרנס מרוטנבורג R. MOSES PARNAS i. e. Gubernator Synagogæ Rotenburgenſis, ſcr. 1632

סֵפֶר הַפַּרְנָס *librum Parnas*, qui eſt ritualis, aliquoties allegatus in libro מהר״יל.

ר׳ משה פריקו R. MOSES FRECO, ut in ש״י vocatur, 1633
ſecundum *Bartoloccium* פְּרִיקִיו ſcr.

זכרון תורת משה *recordatio Legis Moſis*, ex *Malach.* III. 22. i. e. compendium præceptorum legis *CPoli* 340. C. 1580. 8. ſecundum ש״ש vel *Praga* ſecundum Bartoloc. editum.

1634 ר׳ משה מפרנקפורט R. MOSES FRANCOEURTENSIS, qui nunc *Amſtelodami* floret; cum hujus amplo commentario prodiit liber מכילתא Amſtelodami 472. C. 1712. fol. de quo ſuo loco dicemus.

1635 ר׳ משה פתחיה R. MOSES PETACHIAS *Ratisbonenſis*, ſcripſit

סבוב העולם *itinerarium mundi*, quo deſcribit ritus omnes & cerimonias Judaicas, quas in variis orbis partibus vidit *Prag* 355. C. 1595. 4. Prodiit etiam dialecto Hebræo Germanica 4. *Schabtai* in ש״ש eum ſimpliciter vocat פתחיה *Bartoloccius* vero & *Plantavitius Moſen Petachjam*, quanquam & Bartoloccius infra ſub *Petachja* eundem librum repetit & titulum effert per סביב. Confer infra פתחיה. Itinerarium hoc ex autographo auctoris MS. fuit in Bibl. Spizeliana, ceu patet ex Catalogo ejus inter MSS. n. 121. Habet etiam MS. Oppenh.

1636 ר׳ משה בן צבי R. MOSES ben ZEVI, qui alias vocatur R. *Moſes* רבקש (a) ſcr.

באר הגולה *fons captivitatis*, quo nomine appellavit indicem locorum illorum, ex quibus ritus Judaici deducuntur; quem addidit libro שלחן ערוך edit. *Amſtelod.* 422. C. 1662. 8. ita quidem ut parentheſi includatur, & interdum difficiliores voces interpretetur.

1637 ר׳ משה בן צבי R. MOSCHE fil. ZEVI, ſive *Hirſch*, ex

(a) Fuit is Præſes Synagogæ *Vilnenſis*: ipſe in præfat. ſe vocat *Moſen fil. Naphtali Hirſch*, ubi etiam queritur, ſe exſulem factum anno 414, & 415. C. 1654. & 1655. cum *Moſci Vilnam* diriperent, Amſtelodamum veniſſe, relictis in patria expoſitionibus in tractatus quosdam Talmudicos, nominatim *Sebachim* & *Menachoth* a ſe ſcriptis. Hinc ratio tituli patet, quem ſcilicet auctor ab exſilio ſuo impoſitum voluit. Adhibuit quoque generum ſuum R. *Aſcher fil. Jehuda*.

Digitized by Google

ex Synagoga Halberſtadienſi, qui ſumtibus ſuis edi curavit ספר מכילתא *librum Mechilta Amſtelod.* 472. C. 1712. fol. ſicut eandem operam libris ejusdem antiquitatis *Siphra*, *Siphri*, *Peſikta* &c. partim præſtitit, partim inpoſterum eſt præſtiturus. In Actis Erudit. Lipſienſ. anni 1713. p. 527. minus accurate traditur, hujus eſſe commentarium, qui in hac editione acceſſit, ſed ille tribuendus erat R. *Moſe Francofurtenſi.*

מצורדי ר' משה מצורווידי בן ר' יהודה vide ſupra R. *Moſes* poſt *Moſes ben Machir.*

ר' משה בן צלי R. MOSES ben ZELI (b) ſcr. 1638

קִרְיַת סֵפֶר וְקִרְיַת אַרְבַּע *Kirjath Sepher & Kirjath Arba*, ex *Judic.* I. 10. & 11. ubi libris duobus de re Grammatica præcipit, quorum prior de primis elementis, poſterior in quatuor partes diſtinctus, de literis & vocalibus, de definitionibus & Conjugatt. de diverſis Nominum formis, ac denique de Accentibus exponit. MS. in B. Vatic. pergam in 16.

ר משה מקאליש R. MOSES KALISCHIENSIS, 1640
Medicus, ſcr.

יְרוּשַׁת מֹשֶׁה *hereditas Moſis*, quo libro varia medicamina lingua Germanica præſcribuntur. *Wilmersdorf*, 436. C. 1676. 8. Ejusdem

יָרוּם מֹשֶׁה *extolletur Moſes* de variis morbis eorumque curatione agit: ibid. 439. C. 1679. 4.

ר' משה קאלנו R. MOSES KALNO vel KALANO: vide ſupra *Moſes* חלאנה. 1641

ר' משה מקוצי vide ſupra R. *Moſes bar R. Jacob Mikkotzi.*

ר' משה קורדואירו בן יעקב R. MOSES CORDUERO, fil. R. *Jacob*, *Hiſpanus Cordubenſis* (c) æqualis R. *Jo-* 1642

(b) Forte & hic vocari debet fil. *Zevi* (צבי) cum hujus gentis nomen alibi non obſerves inter Judæos, ac præterea obvia ſit צ״ז צבי cum צלי confuſio.

(c) Fuit is Præſes Curiæ & Archiſynagogus *Sephetanus*, obiitque A. Jud. 330. C. 1570. teſte *Zemach David* continuato p. 44. b. & *Naphthali*, in præf. ad *Emeck Hammelech* p. 7. col. 1. ubi & alia de noſtro legi poſſunt. Nomen *Corduero* ſ. *Corduarii*, a patria *Corduba* accepiſſe is videtur.

Digitized by Google

Joſeph Karo, Sæculo XVI. medio, *Saphetæ* in Galilæa inferiori floruit. Scripſit is

1) אור יָקָר *lex pretioſa*, ex Zach. XIV. 6. volumen amplum in librum *Zohar*, quod allegatur in libro קול בוכים & in *Zemach David* continuato p. 44. b.

2) אור נֶעְרָב *lumen adveſperaſcens*, ſiſtit compendium libri *Pardes Rimmonim* & Introductionem in Cabbalam. *Cracov.* 407. C. 1647. 8. ap. Io. de Gara cum licentia ſuperiorum pp. 56. & *Furthi* 461. C. 1701.

3) סֵפֶר גֵירוּשִׁין *liber exiliorum*, qui continet varias explicationes Cabbaliſticas, quas exſul in itinere elaboravit. *Venet.* 308. 4. teſte ש״ש: unde non feliciter conjecit *Plantavitius* n. 116. quando librum hunc, ſibi non viſum agere ait, de expulſione Judæorum e Terra Sancta, ac ſpeciatim ex Italia & Hiſpania.

4) זִבְחֵי שְׁלָמִים *ſacrificia Euchariſtica* ex *Exod.* XXIV. 5. comment. in preces, & de initiatione ac clangore ſub initium novi anni, itemque de celebrando feſto Expiationis, ac ritu infligendi plagas 39. *Lublin.* 373. C. 1613. 4.

5) מְבַקֵּשׁ יְהוָה *quærens Deum*, ex *Exod.* XXXII. 7. allegatur in lib. לקוטי שושנים.

6) פֵּירוּשׁ עֲבוֹדַת יוֹם הַכִּפּוּרִים *comment. de ſolennibus feſti Expiationis*, ubi inprimis de ratione precum eo die recitandarum, ut & de oblationibus faciendis. *Venet.* 347. C. 1587. 8. ap. *Jo. de Gara* cum licentia ſuperiorum pp. 39. MS. habet Oppenheim.

7) פַּרְדֵּס רִמּוֹנִים *paradiſus malogranatorum*, ex *Cantic.* IV. 13. liber Cabbaliſticus, quem ש״ש *ſubtiliſſimum & admirabilem* vocat. Exhibet ſcilicet Clavem totius Cabbalæ quod ad *Sephiroth* earumque ordines, nomina item divina, literas, vocales, conditionem צירופים &c. ſimul vero varia loca ex Zohar explicat. Abſolvitur liber integer ſectionibus 32. in varia capita diſtinctis. Prodiit *Theſſalonic.* ſine anni mentione, & *Cracov.* 352. C. 1592. fol. quam utramque edit. memorat ש״ש *Bartoloccius* vero affert ed. *Venet.* 346. C. 1586. apud *Jo. de Gara* apud *Iſaacum* filium *Aaronis Proſtitz* duplici præfatione instructam & *Cracov.* 392. C. 1632. Hoc libro ſæpe utitur Kircherus in ſcriptis ſuis, isque ſpeciatim Tom. II. Oedipi ex eo doctrinam Judæorum Cabbaliſticam de No-

Digitized by Google

Nominibus divinis explicat. Ex edit. *Cracov.* anni 1592. *Roſenrohtius* tractatum *de Anima*, latine converſum exhibet Tomo I. *Cabbale denudata* Parte II. p. 108. ſqq. poſtquam antea ſphalmata ejus innumera, ceu in præfat. ad Tomum I. monetur, fideliſſimi doctiſſimique Cabbaliſtæ manu ſublata & correcta fuiſſent. Bartoloccius recte monet, voce פרדס in hujus libri titulo ſignificari quatuor ſenſus, (d) ſecundum quos Scriptura Sacra explicari poſſit, ita ut פ denotat פְּשָׁט ſenſum *literalem*, ר, רֶמֶז *ænigmaticum* דְּרַשׁ *miſtycum* & ס, סוד *reconditum & arcanum*, MS. habet *Oppenh.* In Catalogo Biblioth. Leidenſ. p. 285. n. 31. memorari video MS. קִצּוּר פַּרְדֵּס רִמּוֹנִים *compendium libri Pardes Rimmonim*, inter Codd. Warnerianos. Ceterum *Pardes* hujus verſionem Lempereurium a *Rittangelio* efflagitaſſe conſtat ex *Jo. Moriani* literis, quas *Rittangelius* ipſe in ep. dedicator. libri vernaculi, quo preces Judæorum exhibet, *Regiom.* 1652. memorat.

8) תֹּמֶר דְּבוֹרָה *planta Deboræ*, ex *Iudic.* IV. 5. quo libro capp. 10. commonſtrantur virtutes, vitæque rationes, quibus homo divinas virtutes adſequi illisque ſimilis reddi poſſit, ſimul vero introductio ad ſcientiam Sephiroth ſuppeditatur. *Venet.* 349. C. 1589. 8. ap. *Io. de Gara* per *Moſen Baſula* pp. 19. quam edit. aliis neglectam ipſe vidi. *Cracov.* 352. C. 1592. *Prag.* 380. C. 1620. & *Mant.* 383. C. 1623. 8. Eum *Hottingerus* in Bibl. Orient. p. 32. corrupte exprimit per תֹּאמַר דְּבוֹרָה vertitque: *dixit Debora*, non memor, titulum illum ex libri Judicum l. c. repetendum eſſe. Forte etiam librum ipſum non vidit, ſed ex aliorum ſermone ſibi cognitum per conjecturam expreſſit. In calce editor *Moſe Baſula* ait, ſe ex auctoris filio R. *Gedalja* audiviſſe, quod illa planta una ſit ex 70. illis, quas pater ſuus plantarit.

9) תְּפִלָּה לְמֹשֶׁה *precatio Moſis*, commentarius in preces Judæorum ex ritu Hiſpanorum, qvi allegatur teſte ש״י in lib. שני לוחות הברית p. 81. Hic liber MS. exſtat Hamburgi apud Judæum, & in Bibl. R. *Dav. Oppenheimeri.*

10) תִּקּוּן קְרִיאַת שְׁמַע i. e. *ordinatio ſeu conſtructio* quomodo *Keriath Schema* pronunciari debeat. Prodiit cum illuſtratione ex R. *Iſaaci Luria* ſcriptis & explicatione R. *Iehuda ben David Cohen.* *Prag.* & *Cracov.* 8. No-

(d) Hanc tituli rationem ipſe Corduero in præf. addit, ac præterea aliam reddit, nempe quod in hac ſcientia, tanquam in paradiſo quodam, gaudium quærat, qui hortus, quod ad ſectiones reſpondeat τοῖς נטיעות, quod ad capita vero τοῖς רמונים.

Noſtro huic tribuunt *Bartolocc.* & *Plantavit.* עֲסִיס רִמּוֹנִים qui tamen non eſt noſtri, ſed partim R. *Sam. Galiko*, partim R. *Menachem Aſaria Mippano*: vide quæ utrinque ſcripta ſunt. Iidem noſtro præter rem acceptum ferunt פלח הרמונים, qui tamen eſt R. *Menachem* laudati: vide ſuo loco.

1643 ר׳ משה קזיס הסופר R. MOSES KASIS *Scriba*, citatur in præf. ad שלטי הגבורים.

1644 ר׳ משה בן קטליה R. MOSES ben KATALIA. Eum R. *Abrah. ben Dior* in calce *libri Cabbala* lin. 10. a fine memorat inter illos, qui ſcripſerint *Machſorim*, hymnosque & cantica in Synagogis uſurpanda.

ר׳ משה קלאיו בן ר׳ יצחק R. MOSES CALAJO fil. R. *Iſaaci*: vide ſupra R. *Moſes* fil. *Iſaaci* f. קלאיו ubi hunc & Bartoloccius memoravit, quem hoc loco memoriæ vitio repetit, ſicut ſuperius nomine *Moſis* חלאיו vocaverat.

1645 ר׳ משה קמחי בן יוסף R. MOSES KIMCHI f. R. *Ioſeph Kimchi*, & frater R. *Davidis* floruit A. M. 4950. C. 1190. (e) Scripſit is

1) פירוש comm. in lib. Eſræ qui exſtat in Bibl. Rabbinic. Venetis ed. II. 1549. & hanc ſecutis duabus aliis, in Buxtorfiana tamen fruſtra quæritur.

2) מַהֲלַךְ שְׁבִילֵי הַדַּעַת *inceſſus ſemitarum ſcientiæ*, i. e. Grammatica Hebræa, quæ cum R. *Salman Poſnanenſis* & R. *Eliæ Germani* notis prodiit *Piſauri* 268. C. 1508. 8. *Venet.* 384. C. 1624. apud Bragadinos.

Præterea vero cum tribus aliis opusculis, nempe ספר צחות פתח דברי & ס׳ מאזנים prodiit ibidem 306. C. 1546. ap. *Dan. Bomberg. Auguſtæ Vindelic.* 281. C. 1521. 4. teſte ש״י ſub titulo דקדוקים pag. 18. n. 30.

Cum

(e) Ad hunc annum refert *Zemach David*; unde manifeſtus eſt error in catalogo Grammaticorum, ſupra ſub voce דקדוק repræſentato, obvius, ubi noſter anno 5040. i. e. C. 1280. ſcripſiſſe dicitur.

Digitized by Google

Cum animadverſionibus R. *Schabtai* Grammatici *Lublini*, 382. C. 1622. 8. ſub titulo ס׳ דַּרְכֵי־לְשׁוֹן הַקּוֹדֶשׁ i. e. *liber viarum Linguæ Sanctæ*, cum additionibus (ut titulus habet) eruditi Epiſcopi Nebienſis *Auguſtini Juſtiniani Pariſ.* 1520. 4. tribus & dimidia philyris. In qua edit. textus Hebræus punctis vocalibus instructus eſt, ſine verſione Latina. (f)

Sub titulo ὁδοιπορίας, cum expoſitione Eliæ Levitæ & introductione R. *Benjamin f. Juda*, quæ etiam in ceteris edd. legitur, hebr. lucem adſpexit ſine verſ. Lat. cum notis *Conſtantini Lempereur* Lugd. B. 1631. 8. quæ editio manu Viri docti notata, exſtitit in Bibl. *Guil. Anslarii*, cujus Catalogum vide p. 184.

Hebr. & Latine cura *Seb. Munſteri* Baſil. 1531. 8. apud Andr. Cratandrum, ita quidem, ut contextus Hebræus ſeorſim, poſt hunc vero latina verſio, cum ſcholiis *Eliæ Levitæ* immiſtis conſpiciatur. Præfatio *Benjaminis* hebraice tantum, neque ea integra adeſt. Recuſa eſt ibid. 1536. apud *Henr. Petri* accuratius cum Hebraiſmo collata. ש״ mendoſe habet editionem anni 1535. Uſum ſe ait eſſe Munſterus editione Romana.

Ab his editionibus diſtincta eſt, cujus meminit Scaliger tanquam in Sicilia ante annos 152. (quo nempe tempore id ſcribebat,) editæ, ut teſtatur *Buxtorfius* p. 365. & *Plantavitius* n. 332. Et ſane in Catalogo Leidenſi p. 277. n. 10. inter MSS. Scaligerana hanc legas: *Moſis Kimchii Grammatica, cum aliis ad Grammatic. ſpectantibus, compoſitis ab aliis edit. 3. Ortona in Sicilia, tempore Caroli Imp.* Eadem exſtat in B. Oppenheimeri. *Rich. Simonius* in Catalogo Judæorum Hiſtoriæ Crit. V. T. ſubjuncto cum libellum hunc *Venet.* editum monuiſſet, addit, Eliam aliam editionem cum notis Latinis in Hollandia curaſſe, id quod procul dubio de ea, quæ induſtriæ *Lempereurii* debetur, accipiendum eſt. *Gesnerus* in Bibliotheca *Roma* quoque eam Grammaticam editam ſcribit cum præfat. *Benjaminis*: Romam, credo, dixit pro *Piſauro*. Ceterum breviorem eſſe hanc Gramma-

Uuuuu

(f) Juſtinianus in præf. ſcribit, ſe typis hebr. quos fieri curarit, primum hunc *Kimchii* librum edere, cum parvulis ſuis additionibus & libello *Ruth* ac *Threnis*. Hos ego libellos in exemplari, quod præ manibus habeo, fruſtra quæro; additiones vero illæ Juſtiniani ſunt, ipſum alphabetum hebræum, tum accentuum nomina & figuræ, una cum interjectis lectionis Speciminibus. Neque vero totus *Kimchii* libellus recuſus eſt, ſed deducitur tantum usque ad doctrinam *de Suffixis cum particulis*, poſtquam in edit. Veneta anni 306. ab *Elia Levita* curata, ſequitur השער בגדר השיר ut & במיני השיר i. e. *de poeſi Hebræorum*, paginarum ſex; ſed illa etiam in ed. *Lempereurii* deſiderantur.

maticam, quo minus faciat ſatis legenti, affirmat R. *Jebuda Löw* f. *Dav.* in præf. ad lib. שרש יהודה Eidem nonnulli, interque eos ש״י tum p. 18. n. 30. tum p. 63. n. 108. tribuunt Grammaticam aliam ſub titulo

3) פֶּתַח דְּבָרַי *initium verborum meorum*, quam tamen alii Anonymo Hiſpano adſcribendam cenſent: vide quæ dicentur ſub פתח דברי, inter Anonymos.

4) שֶׂכֶל טוֹב *intellectus bonus*, liber Grammaticus ejusdem eſt: hic exſtat MS. in B. Durlacenſi ex legato *Reuchlini*, cujus vitam vide a Celeb. *Jo. Henr. Majo* deſcriptam p. 540. & citatur in Balmeſii Gramm. g. 6.

5) סֵפֶר הַהִתְחַבְּרוּת *liber emplaſtri*, itidem Grammaticus teſte, eodem.

6) תַּעֲנוּג נֶפֶשׁ *deliciæ animæ* liber moralis, teſte eodem.

7) דִּקְדּוּק לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ *Grammaticam linguæ Sanctæ* eidem præter dictos adſcribi auctor eſt *Bartoloccius*, quod ita puto accipiendum, ut non tam diſtincta hæc a ceteris habeatur ſcriptio, quam eadem cum prima, ſed mutato titulo inſignita.

Denique *Moſis ben Kimchi* comment. *in Proverbia Salomonis* MS. inter Codd. *Huntingtoni* n. 186. memoratur.

1646 ר׳ משה קמחי בן ר׳ דוד R. MOSES KIMCHI ben R. DAVID, qui varios libros Hebraicos deſcripſit, interque eos R. *Iacobi ben Eleaſar* גן ערן an. 5142. C. 1382. quod exemplar MS. exſtat in Bibliotheca Vaticana.

1647 ר׳ משה מקרית יערים R. MOSES ex KIRIATH JEARIM

Tabulas Aſtronomicas Alphonſinas Hebraicas fecit, quæ MSS. exſtant in B. Vatic. 4.

1648 ר׳ משה די קראקוויאה R. MOSES CRACOVIENSIS *Polonus*, ex Judæo Chriſtianus, isque Lutheranus, linguæ Talmudicæ Interpres hodie Upſalienſis nomine, *Joannis Kemper* dictus, Novum Teſtamentum hebraice convertit cum brevibus notis, ſed non edidit, quod ex *Erici Benzelii* literis teſtatur Cl. *Jacobus Le Long* in Bibliotheca Sacra Parte I. p. 94.

ר

Digitized by

ר׳ משה מהוראדני R. MOSES GRODNENSIS cujus חדושי הפוסקים *novæ obſervatt.* ex Scriptoribus juridicis in *Turim* & librum præceptorum magnum MSS. exſtant in B. Oppenheimeri in 4. 1649

משה רבינו MOSES *Magiſter noſter*: vide ſupra משה נביא

משה רבקש MOSES RIBKAS vide ſupra R. *Moſes* צבי.

ר׳ משה מרוטנבורג R. MOSES ROTENBURGENSIS vide ſupra R. *Moſes Parnas Rotenburgenſis*.

ר׳ משה רופא מקאליש R. MOSES MEDICUS v. ſupra R. Moſche מקאליש.

ר׳ משה רומי R. MOSES ROMANUS, diſcipulus R. *Moſis Cordueri* ſcr. 1650

שערי גן עדן *portæ horti Eden*: commentarius in dicta R. *Joſuæ Levitæ*, quæ Cabbaliſtice ex *Zohar* explicantur: præterea vero de timore Dei & portis horti Eden tanquam ex mente R. *Salom. ben Jochai* diſſeritur *Venet.* 349. C. 1589. & *Lublini* 359. C. 1599. 4.

ר׳ משה רופא R. MOSES ROPHE i. e. *Medicus*, cujus Aphoriſmi ex Galeno collecti, ut & locorum quorundam apud Galenum ſibi ipſis contradicentium caſtigatio, ac denique *Jo. Damaſceni* Aphoriſmi utiliſſimi prodierunt *Baſil.* 1579. 8. teſte *Geſnero*: & *Bonon.* 1489. 4. Hic eſt *Moſes Maimonides* de quo ſupra p. 866. Ab hoc diſtinguendum putabis *Moſen Rovam*, Medicum ac Phyſicum Cyprium, qui libb. XIV. Theologiæ ſive Myſticæ Philoſophiæ Ægyptiorum, quos *Ariſtoteli* falſo tribui conſtat. Arabice quondam, ſi credere fas eſt, ex Græco ab *Abenama Saraceno* translatos, & Damaſci a Franc. Roſeo Ravennate repertos, latine reddidiſſe fertur. Vide hanc in rem Celeberr. *Jo. Alberti Fabricii*, Collegæ mihi Amiciſſimi, Biblioth. Græcam lib. III. p. 162. in quod Opus omnes lectionis doctrinæque copias confluxiſſe merito dixeris. Huic tribuerim סוד השירים *de arcanis canticorum rationibus*, quem librum ſub *Moſis Rophe* nomine MS. habet *Oppenheim*. 1651

ר׳ משה ריטה R. MOSES RITA ut ש״י in libro ipſo appellat, qui tamen in Indice ſcriptorum alphab. ſcribit *Moſche* בראיטה, vel ſecundum Bartolocc. Moſes מריאטי *Moſes de Reate*, i. e. *Reatinus* ſcr.

 car-

Digitized by Google

carmine precationes quaſdam, quæ a primis verbis, a quibus incipiunt, vocantur

מְעֹון הַשּׁוֹאֲלִים i. e. *habitaculum petentium* (ita enim & legere & vertere malim, quam cum *Plantavitio* n. 384. מְעֹון הַשְּׁאָרִים *habitaculum rerum petitarum*) & בָּרְכִי נַפְשִׁי *benedic anima mea*: ſecundum *Bartoloccium*, ubi tamen notandum eſt, priorem precationem eſſe *Moſis* noſtri, poſteriorem R. *Becbai* fil. *Joſeph*, utramque vero a *Debora Aſcarelli* italice converſam prodiiſſe *Venetiis* 362. C. 1602. ap. *Dan. Juntam* & ib. 369. C. 1609. ap. *Jo. de Gara*: vide quæ ſcripſimus ſupra ſub *Becbai* & *Debora*. Addit *Bartoloc.* accedere ejuſdem *Moſis* וִידּוּי h. e. *formulam confeſſionis peccatorum* סֵדֶר הָעֲבוֹדָה *rationem cultus*, qua ritus ſacrificandi in die expiationum exponitur. Sed illa *Becbai* ſunt, ut proinde *Moſes* noſter ea omnia rhythmis tantum reddidiſſe videatur. Noſtri quoque eſt

2) סֵפֶר הַמּוּסָר *liber Ethicus ſ. moralis*, italice ſed literis Hebraicis exaratus, qui MS. exſtat in Bibl. Leidenſi, in cujus Catalogo p. 277. n. 15. hoc titulo recenſetur *R. Moſe de Gaio di Riete Ethica*: unde apparet, Bartoloccium R. *Moſen* די גאיו minus recte tanquam diſtinctum a *Moſe* noſtro recenſuiſſe, quod facit Tom. IV. p. 67. ſicut & ש״י non minus hallucinatur, quando p. 40. n. 103. hunc ס׳ מוסר tribuit R. *Moſi* בייאה tanquam diverſo a *Moſe Reatino*.

3) שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה *catena traditionis*, quæ etiam teſte ש״י dicitur חִבּוּר aut מַחְבֶּרֶת רָאִיטִי *commentatio Reatini*, ubi res veteri memoria geſtas carmine deſcripſit, quo etiam R. *Gedalja ben Jechija* ad elaborandum ejuſdem inſcriptionis librum uſus eſt. Hunc librum *Bartoloccius* iterum alii tribuit, quem vocat ר׳ משה מאריטי ut proinde ex uno hoc tres diverſos effinxerit.

1652 ## ר׳ משה רפאל די אגילאר R. MOSES RAPHEL de AGILAR,

Hiſpanus, Doctor Claſſis (מדרש) ſecundæ in Synagoga Hiſpan. Amſtelod. Sæc. XVII. medio ſcr.

זֵכֶר רַב *memoria multa*, i. e. index alphabeticus Gemaræ utriusque Talmudis & omnium *Medraſchim*. MS. habet Oppenheim.

סֵפֶר מַעֲשִׂים *liber hiſtoriarum*, quo comprehendit hiſtorias omnes utroque Talmude comprehenſas. MS. habet *Oppenheim*. Eundem Gram-

Digitized by

Grammat. Hebræam ſcripſiſſe teſtis eſt *Dan. Levi de Barrios* in deſcriptione Academiæ Hiſpanum Judæorum Amſtelod. quæ dicitur *Cether Tora* p. 3.

ר׳ משה בר שבתי R. MOSES fil. SCHABTAI ſcr. 1653
Annotationes in Anonymi tractatum de exiſtentia Dei & attributis divinis. MS. in B. Vatic. 4.

ר׳ משה בן שלמה R. MOSES fil. SALOMONIS, 1654
ſcr. in partes duas libri *More Nevochim*, in tertiam vero *Jeſaias* filius ejus eandem operam præſtitit. MS. in Bibl. Medicea Pluteo II. n. 11.

ר׳ משה בן שלמה אלואריש R. MOSES ben SALOMONIS ALVADESCH vide ſupra R. Meir אלגואריש.

ר׳ משה בר שלמה R. MOSES fil. SALOMONIS convertit *Alexandri Iſmaelitæ* comment. in Metaphyſicum Ariſtotelis MS. in B. Urbinat. 4. 1655

ר׳ משה בר שלמה הלוי R. MOSES fil. 1656
SALOMONIS *Levita*, Francof. patria, habitatione *Solcovenſis* (זאלקווא) in Polonia, defunctus A. C. 1676. auctor eſt
יואל משה *voluit Moſes*, ex *Exod.* II. 21. commentarius, qui pertinet ad partes aliquot libri עשרה מאמרות R. *Menachem 'Aſariæ Mippano*: Hunc libro titulum fecit, eo quod voce יואל literæ initiales, ſi ו abjeceris, nominis Præceptoris ipſius *Jehuda Arje Lev* continentur, ſicut *Moſis* nomen ad ipſum ſpectat.

ר׳ משה בן שמואל R. MOSES ben SAMU- 1657
ELIS *Granatenſis*, cujus Philoſophia Hebraice MS. exſtat in B. Bodlejana inter Codd. *Pocockianos* n. 60.

ר׳ משה בן שמואל בן צוריאל R. 1658
MOSES ben SCHEMUEL ben *Zuriel* ſcr.
Calendarium in viginti annos, inde ab anno 5414. ad an. 5434. *Venet.* 5414. C. 1654.

1649 ר' משה בן שמואל בן גיקטליה R. MOSES ben SCHEMUEL *Gecatilia*, qui R. *Juda Chiug* libros Grammaticos ex Arabico hebraicos fecit, teſte interprete Anonymo, itidem Hebræo, eorundem librorum, quod ex ipſa verſione MS. teſtatur *Jo. Morinus* p. 528. Exercitatt. Biblicarum.

ר' משה בן שמואל בן תבון vide paulo poſt R. *Moſche ben Tibbon*.

1660 ר' משה בן שם טוב R. MOSES fil. SCHEM TOV, *Legionenſis, Hiſpanus*, ſcripſit

1) מִשְׁקַל הַחָכְמָה *trutina ſapientiæ*, quem MS. recenſet ש"י ut talem, in quo variæ Philoſophorum ſententiæ recenſeantur, & ſecum invicem collatæ examinentur. Exſtat hic liber MS. in Bibl. Leidenſi, in cujus Catalogo hæc legis: *Miſchkal hachochma ſive Sepher Hannepheſch, trutina Sapientiæ aut liber animæ, Moſis Schem Tov Lugdunenſis* (ubi legendum ſuſpicor *Legionenſis*, cum in MS. procul dubio lectum fuerit מליאון) *de cognitione Dei & ſui ipſius juxta placita Cabbaliſtica.*

2) נֶפֶשׁ הַחָכְמָה *anima ſapientiæ*, ubi de anima hominis, ſtatuque poſt hanc vitam, reſurrectione item, & variorum rituum interiori ratione commentatur. *Baſil* 368. C. 1608. 4. Hunc librum Bartoloc. bis memorat, ſemel quidem titulo libri non memorato, ſub *Moſe ben Schem Tov* ex urbe Leone Tom. IV. p. 240. ubi ait ſcriptum ejus de alementis mundi, de anima, de pœna gehenna, præmio & gloria beatorum exponens, & ab auctore Dobræ in Polonia an. 5035. C. 1293. compoſitum MS. eſſe in Vatic. fol.; deinde vero p. 242. ſub *Moſe Schem Tov* ſine mentione argumenti. Si auctoritate Catalogi Leidenſis, cujus verba n. 1. attulimus ſtandum ſit, *Miſchkal hachochma* & *Nepheſch chochma* unus idemque fuerit liber, quod tamen minus recte dici puto.

3) ס' הַשֵׁם *liber de Deo*, comment. in decem Sephiroth & Cabbaliſtica alia, MS. in B. Oppenheim. fol. ubi etiam exſtat liber מִשְׁכַּן הָעֵדוּת ſub noſtri nomine, (quem alii tribuunt R. *Schem Tov Legionenſi* de quo infra,) in cujus titulo idem ille *Moſes* dicitur ſcripſiſſe:

4)

4) סֵפֶר הָרִמּוֹן *librum malogranati*, argumenti neſcio cujus. Eidem Bartol. tribuit

5) מַרְפֵּא לָשׁוֹן *medela animæ*, quem nos ſupra cum aliis vindicavimus R. *Moſi Chaviv*, qui cum itidem *Moſes fil. Schem Tov* vocetur, quod ſupra oſtendimus, videri poterat a noſtro non diſtinguendus. Supra ego ſuſpicatus ſum, *Moſen* מליאון (*Legionenſem*) a noſtro hoc non eſſe diverſum, ideo quod in Juchaſin Moſes מליאון cum Schem Tov מליאון p. 133. a. proxime conjungatur, ut poſterior prioris videri poſſit fuiſſe filius. Cum vero ſic, teſte eodem *Juchaſin*, uterque in annum 5053. C. 1293. incidat, *Moſes* autem *ben Chaviv* Sæculo demum XV. floruerit, apparet, conjecturam illam deſeri debere, ſi *Moſes ben Schem Tov* ex familia *Chaviv* cum noſtro comparandus veniat.

ר׳ משה בן שמעון R. MOSES fil. SCHIMEON, cujus eſt 1661

נֶפֶשׁ יְהוּדָה *anima Judæ*, comm. in *Iſaaci Aboab* מנורת המאור cum quo libro hic comm. prodiit *Amſtelod.* 461. C. 1701. 8. pp. 330. apud *Aſcher Anſchel.*

ר׳ משה שונצינו R. MOSES SONCINAS ſcr. 1662

מִגְדַּל עֹז *turris fortitudinis*, ex *Prov.* XVIII. 10. comm. in Legem in 4. qui exſtat in B. Oxonienſi teſte ש״י, quod confirmatur ex Catal. Bodlej. ubi nec locus nec annus edit. memoratur, titulus vero plenius effertur: מגדל עז שם יהוה *turris fortitudinis nomen Jehova*. MS. habet *Oppenheim.*

ר׳ משה שעדילש בן אברהם R. MOSES SCHEDELS fil. *Abraham*, ſcr. 1663

חֶלְקַת מְחוֹקֵק *portio Legiſlatoris*, ex *Deuter.* XXXIII. 21. comment. in *Haggada* Paſchatos, *Prag.* 366. C. 1606. & 384. C. 1624.

ר׳ משה שערטלן R. MOSES SCHARTELAN, ſcr. 1664

Comment. Germanica lingua in *Canticum Canticorum*, *Prag.* 372. C. 1612. in 4.

ר׳ משה שר שלום R. MOSES SAR SCHALOM 1665

quem

quem, ut præceptorem ſuum, aliquoties laudat *Abrah. Balmeſius* in Gramm. ſua, v. c. p. 28: 34.

מְשׁוּלָּם מְשׁוּלָּם משירלוף vide ſupra poſt *Moſche Mordechai f. Schemuel.*

1666 ר' מֹשֶׁה בן ששת R. MOSES ben SCHESCHAT ſcr.

Comm. hebr. in *Jeremiam* & *Ezechielem*, qui MS. exſtat in B. Bodlejana n. 6007. inter Codices Huntingtonianos n. 261.

1667 ר' מֹשֶׁה שׁטנדל R. MOSES STENDEL, Judæus Hanoveranus, Pſalmos Davidis quondam rhythmis Germanicis, ſed ad Judaicam dialectum accommodatis, expreſſit, quos deinde *Röſel Rabbi Piſchel Cracov.* 346. edidit, ex hac vero editione recudi curavit B. *Wagenſeilius*, in volumine *Denunciationum* de nonnullis capitibus ad Judæos ſpectantibus lingua German. editarum *Lipſ.* 1705. 8. Verſus ſunt ſatis inſulſi, & nec metro nec ſenſui convenienter expreſſi, paſſim quoque mentem Spiritus S. pervertunt, & Chriſtianos interdum nominatim perſtringunt.

1668 ר' מֹשֶׁה בן תבון R. MOSES ben TIBBON, (qui ab aliis *Aſen Tavon* v. c *Hendreichio* p. 54. b. Pandecturum, vocatur) *Granatenſis* Hiſpanus, filius R. *Samuelis Aben Tibbon* floruit an. 5030. C. 1270. quo anno verſionem

1) *Euclidis* Hebraicam ex Arabico abſolvit teſte *Schalſcheleth* p. 54. a. (g) quam ſe etiam *Northuſii* legiſſe teſtatur *Ganzius* ad annum dictum. Confer ſupra ſub אוקליד. Tranſtulit idem alios quoque libros v. c.

2) סֵפֶר הַהִגָּיוֹן *Logicam R. Simeonis* vel potius *Moſis Maimonidæ*, quam hebraicam fecit, qua lingua cum verſione Latina prodiit *Baſil.* 288. C. 1528. vide infra R. *Simeon* & ſupra *Moſche ben Maimon.*

3) לוּחוֹת הַתְּכוּנָה *tabulas Aſtronom.* ex Arabico *Alphergani* hebr. fecit, quæ prodierunt *Venet.*

4) סֵפֶר הַכּוֹלֵל *liber comprehendens*, ubi leguntur præcepta omnia ex lege deducta.

5)

(g) Unde neſcio, cur Cl. *Basnage* Tom. V. p. 1771. Hiſtoriæ Judaicæ auctori *Schalſcheleth* imputet, quod per anachroniſmum Moſen noſtrum referat ad annum 1330.

Digitized by Google

5) לֶקֶט שְׁכֵחוֹת *collectio rerum neglectarum*. MS. neſcio cujus argumenti.

6) סֵפֶר הַמֶּלֶךְ *liber Regis*.

7) ס׳ עֲשָׂרָה דְבָרִים *liber decem verborum* ſ. præceptorum.

8) סֵפֶר פֵּאָה *liber anguli*, ex Arabico Hebr. redditus, ubi Geometrica & Arithmetica traduntur.

9) פֵּירוּשׁ עַל אַזְהָרוֹת comm. in אזהרות *Venet*. 8.

10) סֵפֶר הַקִּנְיָנִים liber poſſeſſionum.

Ex his *Schalſcheleth* l. c. recenſet libros num. 1. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. laudatos, ceteros ex ש״י addidi. Bartoloccius vero præter hos eum ſcripſiſſe teſtatur:

11) De hyperbolicis Rabbinorum narrationibus in Talmude Babylonico obviis, qui tractatus MS. exſtat in B. Vatic. n. 298. & 394. in 4.

12) Commentatum quoque ait eſſe in *Pircke Avoth*, quod *Plantavitius* quoque n. 564. ex Catalogis Veneto & Pragenſi probat, imo in מדרש שמואל qui eſt commentarius in eundem librum, hanc ejus expoſitionem citari affirmat.

13) *Averrois* quoſdam libros eundem interpretatum eſſe hebr. ſupra oſtendimus ſub אבן רשד; nec non *Abu Chamed*: vide אבו חמד.

14) *Maimonidæ* librum הַמִּצְוֹת הַנְּהָגוֹת *præceptorum uſualium* interpretatus quoque eſt eodem Bartoloc. teſte, MS. Vatic. n. 170.

In eo tamen is fallitur, quando eidem adſcribit interpretationem libri R. *Jedajæ*, qui dicitur מבחר הפנינים: hæc enim eſt R. *Judæ Aben Tibbon*.

15) Non dubito quoque noſtrum hunc eſſe illum R. *Moſen ben Schemuel* quem *Abintaris* Arabicum tractatum *de Principiis* hebraicum feciſſe ſcribit *Huetius* de Claris Intt. p. 206. ſicut nec diſtinguendum puto a *Moſe* illo, quem idem Huetius p. 207. ait Abintarem illum una cum aliquot tractatibus *Ptolemai* & *Alex. Aphrodiſai* lib. *de Anima* ab *Iſaaco ben Chanin* Arabice olim verſis hebr. interpretatum eſſe in Codice veteri, quem ipſe poſſideat.

משה די תוליד MOSES TOLETANUS, Hiſpanus, 1669
cujus inter ſocios Academ. Hiſpan. Amſtelod. quæ dicitur *Tora Or*, meminit Dan. Levi de Barios p. 29. tanquam qui ediderit libellum *Trompeta de Toledo* i. e. *buccina Toletana*.

Digitized by Google

1670 ר׳ משולם בן יונה R. MESCHULLAM ben JONA, ex Arabico Hebraicum fecit opus Medicum ſub titulo חפץ שלם quem vide. Adde, quæ ſcripta ſunt ſupra ſub אלצרבי. MS. habet *Oppenheim.*

1671 ר׳ משולם בן ישראל R. MESCHULLAM ben ISRAEL ſcr.

מַרְאֶה מְקוֹמוֹת *Indicem* rituum omnium in libro *Schulchan Aruch* exſtantium. Cracov. 407. C. 1647. 8.

1672 ר׳ משולם בן משה בן יהודה R. MESCHULLAM ben MOSE *ben Iehuda* floruit Sæculo XIII. medio, & ſcr.

סֵפֶר הַהַשְׁלָמָה *librum retributionis*, teſte *Schalſcheleth* p. 54. b. MS. habet *Oppenh.*

1673 ר׳ משולם קפמן R. MESCHULLAM KOFMAN, cum cujus additionibus prodiit liber *Arba Turim* R. Jac. ben Aſcher *Sabioneta* 349. C. 1589.

1674 ר׳ משולם רומי R. MESCHULLAM ROMANUS ob. anno 5130. C. 1370. & ſcripſit epiſtolam ad omnes Synagogas Neapolitanas, qua eas certiores facit de Judæis in regno Hiſpaniæ vi edicti Regii retinendis & conſervandis. Epiſtola illa in *Scheveth Jehuda* p. 55. b. & ex verſione Lat. Gentii p. 456. ſq. legitur.

1675 מתי MATTHÆUS ex Judæo Chriſtianus, ſcripſit de laude & infantia virginis Mariæ librum unum: itemque alium de infantia Salvatoris. Teſtatur id *Conrad. Geſnerus* in Bibliotheca ex *Gvil. Conventre* lib. 2. c. 1. de laude religionis. Addatur *Io. Balæus*.

1676 מתי MATTHÆUS neſcio quis, qui ſcr.

כְּלָל קָטָן *regula parva* i. e. comm. in Paraſcham האזינו *Deut.* XXXII. 1. *CPoli* 4. ut intellexi ex Catalogo Triglandino p. 11.

1677 ר׳ מתתיה R. MATATHIAS, qui ſcr.

נצחון

Digitized by Google

נִצָּחוֹן *librum victoriæ* contra religionem Chriſtianam, diſtinguendum ab altero, cui idem eſt titulus, quemque *Lipmannus* ſcripſit. Vide quæ ſub ejus nomine diximus. R. Schabtæus librum ait eſſe valde antiquum, in quo contra Evangelium diſputetur: ſed editionis non meminit. Idem hic teſte ש״י ſcripſit אֶבֶן בּוֹחַן *lapis Lydius*, qui citatur in qvv. & reſp. ריבש i. e. R. *Iſaaci bar Scheſchath*, n. 271. Forte idem eſt cum ejusdem נצחון vel ſaltem ejusdem argumenti, de quo R. *Schem Tov f. Sprot* ſub eodem titulo ſcripſit. Si tamen audias *Schalſcheleth* p. 61. a. verba *Iſaaci bar Scheſchath* ita accipienda ſunt, ut dicat, *Iſaacum Sprot*, cui is אבן בוחן tribuit, nomen *Matathiæ Even Bochen* habuiſſe.

ר׳ מתתיה היצהרי R. MATATHIAS HAIIZHARI vel JEZAHARI, æqualis R. *Chasdai*, qui ſcripſit librum אור יהוה obiitque an. 140. C. 1380. teſte *Juchaſin* p. 133. b. quo teſte ſcripſit *libros & conciones*, quod idem refert *Schalſcheleth* p. 59. a. 1678

Ejusdem expoſitio Pſalmi CXIX. exſtat in calce *Midraſch Tehillim Venet.* edit. 306. C. 1546. inde vero interpretatio alphabeti I. illius Pſalmi latine exſtat in Collectione Interpretum a *Philippo Aquinate*, qui eum *Matathiam Iſharaum* vocat, facta *Pariſ.* 1620. 4. vide ſupra דוד Non dubito hunc eſſe cujus meminit *Scheveth Jehuda* p. 227. ed. Lat. tanquam qui interfuerit diſputationi Iudæorum cum *Hieron. a S. Fide* habita, ſicut & p. 243. ſq. ea referuntur, quæ Hieronymo reſponderit. Cum enim illa Sæculo XV. ineunte habita ſit, quod ex iis patet, quæ ſupra ſub *Joſua Hallorki* diximus, eadem opera intelligitur, noſtrum hunc ad eam ætatem vitam producere facile potuiſſe.

ר׳ מתתיה די לקארט R. MATATHIAS de LA- 1679
KART, fil. Schelomo ſcr.

Comment. in lib. שערי אורה R. *Joſ. Gekatilia*, qui cum libro ipſo prodiit *Cracov.* 354. C. 1594. Ejusdem מַרְאֵה הָאוֹפַנִּים *viſio rotarum* ex *Ezech.* I. 17. lib. Cabbaliſt. MS. in B. Oppenheimeri fol.

מתתיה ליברמן MATATHIAS cognomine LIBER- 1680
MAN fil. *Aſcher* לעמ״ concionator *Pragenſis*,

מַתְּנַת יָהּ *donum Dei*, i. e. conciones in Pentateuchum usque ad

Digitized by Google

Paraſch. Num. XXXIII. *Francof. ad Viadr.* 456. C. 1696. fol. pp. 40. In titulo dicitur eſſe pars concionnm plurimarum, quas habuit auctor.

1681 ר׳ מתתיה MATATHIAS de monte *Politiano* ben SCHABTAI ſcripſit carmina in laudem Philoſophiæ & de vanitate mundi. MS. in B. Vatic. 4.

1682 מתתיה קרשין MATATHIAS KARTIN Hebraicis verſibus expreſſit *Maimonidæ* More Nevochim MS.

ר׳ מתתיה שפרט R. MATATHIAS SPROT vide R. Iſaac שפרוט.

נ

1683 ר׳ נון הרדנה R. NUN HARADANA ſcr. ביאור *illuſtrationem* commentariorum *Jarchii*, cujus meminit *Plantavitius* n. 84. & quidem ex Catalogo Pragenſi, ejusque exemplo Bartoloc. Tom. IV. p. 243. uterque negligenter. (h)

1684 ר׳ נון סעיב R. NUN SAIB, nomen chimæricum, cui *Bartoloccius* tribuit librum נוראות תהלות exemplo *Plantavicii*, qui auctorem vocat ר׳ נון שעיב vitioſe uterque: Scriptoris enim nomen eſt יואל בן שועיב quod nomen vide ſupra.

1685 נח NOACHUS *Patriarcha*, quem inter Prophetas numerat *Seder Olam Rabba* p. 58. ex iis, quæ leguntur *Geneſ.* VI. 9. Eum Judæi (confer *Eutychium* Tom. I. Annal. p. 36.) ex *Adami* & *Enochi* ſcriptis profeciſſe, deinde vero alios erudiiſſe tradunt, quam in rem leges *Rich. Simonis* epiſtolas ſelectas Tom. II. p. 166. Imo & inventa illi varia & ſcripta ſuppoſita fuere, quæ inſigni cura & diligentia congeſſit Celeb. *Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 243. ſqq. Inter hæc præcipua ſunt: *oratio*, quam in Arca quotidie pronunciaſſe ad corpus Adami dicitur: ſcripta *de*

(h) Eſt is R. *Nathan Spira* הראדני i.e. *Grodnenſis*, qui cum per compendium ſcribi ſoleat מה״רן facile patet, unde hic *Nun Haradana* ortus ſit.

Digitized by Google

de Magia naturali, תולדות בני נח *Teſtamentum* &c. quæ ut temere jactantur, ita mirum eſt, *Guil. Poſtellum* in inſcriptione operis *de Originibus* tradere, ſua ſe ex *Noachi* & *Enochi* libris hauſiſſe.

De libro, qui Noacho ab Angelo datus a Judæis fingitur, vide quæ ſcripſi ſupra ſub *Adamo*, ubi de libro רזיאל.

נח דיין בן פסח NOACH *Judex*, fil. PESACH ſcr. 1686

תולדות נח *generationes Noa*, ex *Geneſ.* VI. 9. i. e. comment. in *Rabboth*, quod ad *Exodum*. *Cracov.* 394. C. 1634. fol. Librum hunc auctor vocat partem II. libri יפה תואר qui eſt R. *Samuelis Japhe*.

נחוניה בן קנה NECHONIA fil. KANA, quem, excidio 1687

templi ſuperiorem, R. *Jochananis fil. Zaccai* diſcipulum, *Hillelis* autem, *Ananiæ ben Doſa*, *Jonathanis Uſielidis*, qui Herode imperante vixerunt, æqualem, R. *Iſmaelis* denique & *Akibæ*, an. 52. poſt templum exciſum interemti, præceptorem faciunt adeoque in A. M. 3720. circiter i. e. 40. annum ante N. C. referunt Judæi, in lib. *Juchaſin* p. 20. a. 64. b. *Schalſcheleth* p. 26. a. 27. a. 29. a. *Zemach David* ad an. 3728. & ש״י in Indice Scriptorum alphabetico. Ejusdem dictum aliquod de recipiendo in ſe jugo legis, ſeu verbi divini ſtudio refertur in *Pirke Avoth* III. 5. ſicut etiam in Miſchna *Berachoth* c. IV. dicitur ingreſſus & egreſſus ſcholam brevem quandam orationem pronunciaſſe. Confer de eo *Jo. Henr. Otthonis* Hiſtoriam Doctorum Miſchnic. p. 90. ſq. Vitam is longius produxit ob eam rationem, quæ redditur in *Iuchaſin* p. 64. b. Vocatur ibidem *Nechonja magnus*. Tribuere huic conſueverunt Judæi

ס׳ הַבָּהִיר *librum illuſtrem*, ex *Job.* XXXVII. 21. (*) ſeu *Elucidarium Cabbaliſt.* ſicut *Juchaſin* p. 20. & 60. diſerte teſtatur, additque exponere de Cabbala profundiſſime, ut & de nominibus divinis. Hic liber diu in terra Sancta latuit, ceu auctor *Schalſcheleth* profitetur p. 27. a. qui ex fide libri האמונות R. *Schem Tov* addit, eum in manus Cabbaliſtarum Germanorum ſequiori tempore (בסוף הימים) deinde vero

(*) Ad hunc locum Iobi provocatur ſtatim in limine libri Bahir his verbis:

אמר ר׳ נחוניה בן הקנה כתוב אחד אמר ועתה לא ראו אור בהיר בשחקים h. e. *dicit R. Nechonja fil. Rana: Scriptura alicubi dicit: & nunc non videns lucem ſplendidam in nubibus.*

ro ad Judæos in Provincia degentes, deveniſſe, ſed nec ſic integrum. Sic & *Menachem Rekanatenſis*, Schem Tov hujus æqualis, in expoſitione Legis p. 3. Col. 1. 6. col. 1. Bahir ita citat, ut cum edito p. 2. col. 3. & p. 8. col. 4. ex parte conſentiant, ex parte vero ab eodem diſcedant. Hic igitur *Schem Tov* primus eſſe videtur, qui libri בהיר fecit mentionem; illius vero ætas in Sæculum XIII. inclinans incidit, quod infra ſuo loco videbimus. Ex ſilentio itaque antiquiorum Scriptorum, ac ſpeciatim *Moſis Nachmanidæ*, inſignis Cabbaliſtæ, qui Sæculo XIII. medio claruit Hieroſolymis, *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblicis p. 370. & argumentis aliis confici poſſe cenſuit, libri hujus originem in Sæculum commemoratum referendam eſſe. Pars libri prodiit *Amſtelod.* 411. C. 1651. 4. ſub titulo: ספר הבהיר סודות נפלאות של ר׳ נחוניה בן הקנה h. e. *Liber Bahir, arcana mirabilia R. Nechonjæ fil. Kana*, recuſa deinde *Aaronis Margalithæ*, Judæi converſi & Profeſſoris quondam Francofurt. cura *Berolini* 466. C. 1706. 4. pp. 10. una cum מעין חכמה pagg. 3. *Schabbatæus* in ש״י hanc epitomen memorans, addit אבל לא נדפס רק מעט h. e. *ſed non niſi exigua pars excuſa eſt*; quæ verba B. *Grodde*c*kium* in Theatro Anonymorum Placciano p. 685. de paucitate exemplarium impreſſorum minus recte accepiſſe, tum ex ipſa verborum conditione, tum ex loco *Schalſcheleth* ante allato apparet, qui librum non integrum hodie exſtare diſerte monet. Ut autem tam remotam antiquitatem huic libro tribuerent Judæi, citatio ejus in libro *Zohar* (*) cap. 88. & 89. facta effeciſſe videtur, qui locus ſatis prolixus ſi cum edito p. 1. col. 4. conferatur, prorſus idem utrinque, paucis vocibus exceptis, deprehendetur. Enimvero cum & *Zoharis* antiquitas, quanta Judæis creditur, non præter rem in dubium vocata ſit, quod infra intelligemus, leve hinc præſidium naſcetur. *Nechonjæ* ſaltem huic tribui non poſſe ex eo apparet, quod *Akibæ*, cujus præceptorem Nechonjam creditum fuiſſe oſtendimus, ut veteris Doctoris in eo fiat mentio p. 7. col. 2. & p. 11. col. 1. In calce quoque nomen *Edom* pro Romano & Chriſtiano imperio accipit, quo ſenſu Iudæis illis, qui excidio Hieroſolymit. poſteriores ſunt, accipitur, de quo vix quidquam Nechonjæ, ante hoc excidium viventi, ſubole-

(*) In quo libro omnia illa fragmenta, quæ hodie paucis paginis comprehenſa exſtant, hinc inde disjecta inveniuntur, nempe Parte I. col. 76. 79. 82. 86. 88. 104. 110. 112. 121. 125. 127. 130 137. 138 185. 241. & 461. Part. II. col. 145 159. Part. III. col. 151. 176. 201. 253. ceu probe annotavit Ill. *Roſenrothius* in præfat. ad Tom. II. Cabbalæ Denudatæ p. 8.

Digitized by Google

olere potuiſſe videtur. Allegatur præterea Targum aliquoties nunc quidem ut *Ionathanis*, nunc ut *Onkeloſi* interpretatio afferatur. Vide p. 7. col. 2. & p. 10. col. 2. *Onkeloſo* vero antiquiorem faciunt Judæi *Nechonjam*, ut non dicam, utriusque paraphraſes, quæ hodie exſtant, inferioris ætatis haud immerito videri. Hæc & alia *Morinus* in Exercitt. Biblic. p. 371. & 372. adfert contra jactatam libri γνησιότητα, quibus & addit commemorationem vocalium , (quo teſtimonio uſus olim eſt *Job. Buxtorfius* Pater in Theſauro Grammatico & in *Tiberiade* cap. IX.) *Nun* oblongi & curvi, nominis Dei 72. literarum, ſemitarum ſapientiæ, decem Sephiroth, operis *Bereſchith & Mercava*, quæ, tanquam in Talmudicis tabulis nusquam memorata, recentius ſapere ſæculum exiſtimat, ſicut & doctrinam de decem urbibus cœleſtibus ſeu cœlis, qui cum decem prædicamentis ab eo comparantur p. 10. col. 3. Alphonſinis Aſtronomis A.C. 1250. tribuendam cenſet. Phraſes denique Talmudicæ, v. c. אלמלא, אימא &c. ut & locus a *Menachem Rekanatenſi* in Geneſin f. 5. & 6. allatus, in quo mentio ſit Medraſch *Chaſith* & libri *Peſikta*, qui poſterior teſte *Schalſcheleth* p. 33. b. A.M. 4866. C. 1106. compoſitus eſt, eandem ſententiam confirmat. Confer ſimilia his tradentes *Capellum* in Arcano Punctationis Revelato lib. II. c. 3. & *Rich. Simonem* in Catalogo Judæorum Hiſtoriæ Crit. V. T. ſubjecto, qui ex mole, qua hodie editum exſtat, exigua vetus illud, quippe prolixius, eſſe inficiatur, argumento tamen minus idoneo, cum, ſi cetera genuinus foret liber integer, pars certe ejus eodem haberi loco poſſet. Ceterum ex dictis hoc omnino conficitur, librum ad minimum pro interpolato haberi debere (unde & Cl. *Jo. Meyerus* in eleganti diſſert. de Myſterio SS. Trinitatis ex V. T. & Cabbaliſtarum ſcriptis contra Morinum diſputans p. 129. quædam illi a recentiori manu inſerta eſſe largitur) niſi totus ſit ſuppoſitus, præcipue cum aliis , Judæorum ſcriptis , idem uſu venerit , ipſis Judæis non diſſimulantibus, quod ſpeciatim ex R. Aſariæ Meor Enajim cap. XIX. conſtat. Hanc puto cauſam eſſe, cur nec *Buxtorfius* Filius, cujus pater quodam loco Bahir pro antiquitate vocalium probanda uſus erat, in Theſauro Grammat. & in Tiberiade (quod & fecit R. Aſarias in Meor Enajim p. 179. b.) in diſſ. de Antiquit. Vocalium de adſtruenda ejus γνησιότητι non multum laborarit p. 68. ſq. Liber hic amplior & diffuſior exſtat MS. in Biblioth. Regis Gall. n. 205. & in Bibl. *Leidenſi* inter Codd. Warnerianos n. 23. *Vindobon*, n. 65. ut & in *Medicea* Pluteo II. n. 53. eodem

dem

Digitized by Google

dem Codice, quo pars libri *Zohar* deſcripta continetur. *Guil. Poſtellus* inter cetera eundem latine converſum reliquit, quod patet ex *Meelfuhreri* Acceſſionibus ad *Almeloveenii* Biblioth. promiſſam & latentem p. 88. & B. *Ittigii* de Poſtello diſputatione. Librum *Bahir* ſeorſim exſtare, & libro quoque *Zohar*, qui ad ejus imitationem ſcriptus ſit, inſertum eſſe ſcribit *Scipio Sgambatus* Archiv. V. T. p. 533. ubi ipſum quoque titulum Zohar i. e. *lux*, *ſplendor*, ad exemplum *Bahir* formatum putat. Ceterum quam liberales olim fuerint Judæi in titulo בהיר libris alius argumenti præfigendo; illius codicis exemplo conſtare poteſt, quem *Morinus* ſe ſub inſcriptione זהו ספר הבהיר המקודש h. e. *ille eſt liber Bahir ſanctificatus* legiſſe ſcribit p. 370. qui ex facta in eo Miſchnicorum & Gemaricorum mentione recte conjecit, eum a *Bahir* diverſum eſſe. Initium ejus tale fuit, quod Morinus ex MS. repetit: בראשית ברא אלהים א״ה וא״ה כשעלה מר׳עה בהר סיני להוריד התורה לישראל quæ verba cum initium faciant libri הפליאה (vide ſupra p. 197.) manifeſtum eſt, non librum *Bahir*, ſed *Pelia* fuiſſe, quem in manibus habuit *Morinus*, ipſe illius rei ignarus. Præclarius quam alii de hac ſcriptione ſenſit Illuſtris *Roſenrothius* in præfat. ad Tom. II. Cabbalæ Denudatæ. Eidem tribuitur MS.

2) סוד שֵׁם מְיוּחָד *arcanum nominis Dei eſſentialis*, ubi & de reliquis nominibus divinis agitur, quod ut editioni paratum allegatur in נובלות חכמה p. 195. Ibidem laudatur ejus

3) סֵפֶר תְּמוּנָה *liber ſimilitudinis*, ubi de figura literarum Cabbaliſtice diſſeritur.

4) אִגֶּרֶת הַסּוֹדוֹת *epiſtola de myſteriis*, ſpeciatim de Meſſiæ adventu, divinitate, incarnatione, morte & reſurrectione, quam Latine converſam edidit *Paulus de Heredia*, ſub quo vide quæ ſcribuntur. Ex eadem locus quidam Hebr. & Lat. affertur a *Kirchero* in Oedipo Ægypt. Tomo II. p. 233. Ad eam ſubinde provocat *Galatinus* in Arcanis Cathol. Verit. & inprimis lib. 1. c. 3. ubi tamen in eo ſibi non ſatis proſpexit, quod, cum auctorem epiſtolæ 50. annis ante Meſſiam (eo enim tempore ipſe Scriptor vixiſſe ſe tradit) vixiſſe dixiſſet, eundem tamen R. *Jehudæ Hakkadoſch* æqualem fecerit, quem in fine Sæculi a C. N. II. vixiſſe conſtat. Dixit tamen hoc *Galatinus* (ex cujus Lat. verſione hæc epiſtola in B. Vatic. n. 4582. fol. exſtare dicitur) ipſo *Nechunja* præeunte,

quip-

Digitized by Google

quippe qui octo quæſtiones recenſet, quas Antoninus Conſul (i. e. Imperator) urbis Romæ ipſi Jehudæ propoſuerit ſolvendas. Ex his inter ſe comparatis non obſcurum eſſe poteſt, quam parum & antiquitati & conditioni hujus ſcripti tribuendum ſit R. *Schabbatæus* memorat hanc epiſtolam tanquam de conditione & notis Meſſiæ agentem, ſed tacet auctoris nomen. In Catalogo Pragenſi & Indice Expurgatorio Rom. a ſe lectam teſtatur *Plantavitius* n. 19.

5) Precationes ejus duæ, quarum priorem Scholam ingreſſus, poſteriorem eandem relinquens pronunciavit, leguntur in *Megilla* cap. 4. & *Berachoth* cap. 4. & inde repetuntur a *Sgambato* in Archivis V. T. p. 532. Prior laudatur a *Menaſſe ben Iſrael* in præfat. ad librum de Creatione, utraque vero aliis pronuncianda commendatur, & hoc conſilio legitur in *Miſchnajot* ed. Amſtelod. 1646. p. 46.

Præterea *Bartol.* memorat ejus תְּפִלַּת הַיִּחוּד i. e. *precatio unitatis*, ubi Cabbaliſtice de unitate eſſentiæ divinæ exponat. Preces has legere licet in זמירות matutinis ex ritu Judæorum Luſitanorum p. 22. b. confer Cl. *Huldrici* notas ad Toldos *Jeſchu* p. 18. Addit etiam, quædam ejus capita Cabbaliſtica legi in Cod. MS. qui ſub titulo מערכת האלהות in Biblioth. Farneſiana exſtat, p. 6. ſub tit. פרקים דר׳ נחוניה בן הקנה quemadmodum & a R. Aſaria in *Meor Enajim* p. 179. b. libri *Bahir* & *Maarecheth Haelahut* ante Miſchnam ſcripti dicuntur.

Confer de noſtro Scipionem Sgambatum in Archivis V. T. p. 532. ſq. ubi ei, neſcio quo auctore, adſcribit ספר האולם *librum atrii* ut & ביאור על י׳ ספירות *expoſitionem 10. Sephirarum*, item explicationem Pſalmi XIX. ac præterea librum הפליאה quem *Elkanæ fil. Jeruchami* ſupra ſub אלקנה vindicavimus.

Ab hoc Bartoloc. Tom. IV. p. 245. diſtinguit R. *Nachum ben Hakkana*, cujus comment. Cabbaliſt. in Pentat. ſub titulo ס׳ הפליה CPoli exſtet apud *Joſephum Bonafoſſam*, & 500. quinternionibus, quorum centum ad Geneſin ſpectent, abſolvatur. At enimvero non dubitandum eſt, eundem hunc eſſe librum *Elkanæ*, de quo modo diximus, cum & titulus idem ſit, & argumentum idem, quia ad Paraſcham Geneſeos primum Cabbaliſtice interpretandum pertinet, ſicut is, cujus meminit Bartoloc. ad integrum Pentateuchum ſpectare dicitur, ut proinde Bartoloccianus a noſtro non niſi mole diſtinctus ſit. Accedit, quod in Excerptis hujus libri פליה quæ *Bartol.* Romæ in B. Vatic. inveniri teſtatur,

 an-

annus 5250. i. e. C. 1490. futuro Meſſiæ adventui adſignetur, quod in libro *Elkana* itidem fieri ſupra p. 198. oſtendimus. Hic denique notandum eſt, me ſupra p. 199. lin. 7. neſcio quo errore ductum, retuliſſe, quod *Bartol. Nachumi ben Hakkana* librum ספר תפלה appellat: enim vero hæc inducenda & delenda ſunt, cum diſerte vocet פליה pro פליאה.

1688 נחמיה NECHEMIA cui nonnulli tribuunt תוספתא, quem titulum vide ſuo loco inter Anonym.

נחמיה בן אברהם NECHEMIA fil. *Abraham* qui vocari ſolet פייפל רושניז R. PHEIFEL RUSCHNIS ſcr.

סֵפֶר דִּבְרֵי נ״בא *librum verborum Prophetæ*, qui eſt comm. in Raſchi & Toſephoth quod ad Codd. *Schabbath*, *Eruvin*, *Beza*, *Cetuvoth*, *Kidduſchin*, *Gittin*, *Baua Kama*, *Bava Mezia & Bava Batra*, *Sanhedrin*, *Schevuoth*, *Cholin & Nidda*. *Amſtelod.* 448. C. 1688. 4. pp. 152. quo eodem anno & loco prodiit ejusdem ספר פי נביא i. e. *liber oris Prophetæ* quo comprehenduntur novellæ obſervationes in inſtituta Judaica pp. 11. In voce נבא auctoris nomen quod ad initiales literas latere patet.

1689 ר נחמיה חייא בן חיון R. NECHEMIA CHAIJA fil. *Chajon*, Zaphetenſis patria, & adhuc ſuperſtes, qui Amſtelodami ſcripſerat librum Cabbaliſticum ſub tit.

1) עֹז לֵאלֹהִים *robur Dei*, ex Pſ. LXVIII. 35. quo probare conatus erat, R. *Sabbatai Zevi* adhuc eſſe ſuperſtitem: qui tamen liber ita diſplicuit Judæis, ut R. *Naphthali Cohen* Rabbinus nunc Vratiſlav. & R. *Zevi Hirſch* præſes Curiæ in Synagoga Germanorum Amſtelod. auctorem publico ſcripto abominati ſint, & ſacro fulmine percuſſerint. Conf. infra *Schabtai Zevi* & adde Cl. *Jo. Jac. Schudtium* in Memorabilibus Judaicis Parte II. lib. 6. appendice p. 383. Prodiit liber commendationibus aliquot Rabbinorum munitus *Berol.* 1713. 4. plag. 24½ & proprie quidem commentarium ſiſtit in Legem Cabbaliſticum, ſicut idem auctor alio libro

2) דִּבְרֵי נְחֶמְיָה *verba Nehemiæ*, expoſitionem legis magis Homileticam & cujusque captui accommodatam comprehendit, ibidem 1713. 4. plagulis 23.

1690 נחמיה לבית NEHEMIAS LAVETUS, cujus

מִקְנֶה

Digitized by

מַחֲנֵה אֱלֹהִים *caſtra Dei, Gen, 32, 2.* i. e. conciones *Venet.* 4. editæ, memorantur in Catal. Bibl. Leidenſis p. 269. n. 47. Omiſit ש"ש.

ר׳ נחמיה קלומיתי R.NEHEMIAS CALOMITI ſcr. 1691

עַל הַנְהָגַת הַנֶּפֶשׁ *de regimine animæ*, ubi de pœnitentia, pœna & præmio. MS. in B. Vatic. 4

ר׳ נחמיה בר שמואל NEHEMIAS fil. SAMUEL 1692

ſcripſit de thematibus Aſtrologicis ſtruendis, ubi ſimul diſſerit de *Onomantia* & *Metopoſcopia*, MSS. in Biblioth. Vatic 4. Scriptus liber eſt an. 5159. C. 1399.

נחמן קטופה בר פנחס vide ſupra R. *Abraham Levi Senior.*

בן נחמן NACHMANIDES. v. R. *Moſche b. Nachman.*

רבינו נחמן RABBENU NACHMAN, nepos Rabbenu 1693

CHAJIM, floruit Sæculo XII. & ſcripſit

ס׳ הַנַּחְמוֹנִי *liber Nachmoni*, teſte *Schalſcheleth* p. 52. b. Conf. quæ ſcribentur ſub תַּנְחוּמָה. ש"ש in Indice auctorum alphabetico eum vocat nepotem auctoris סמג i. e. R. *Moſis Cotſenſis*, quod inde factum puto, quia in *Schalſchel.* l. c. R. *Chajim* dicitur fuiſſe pater matris *Moſis* illius & *Nachmanis* noſtri.

ר׳ נחשון R. NACHSCHON ſcr. 1694

רְאוּמָה *videte quid* ex 2. *Chron.* XIX. 5. quo libro exponit rationem mactandi & explorandi animalia: prod. cum R. *Iſaaci Onkeniro* commentario *CPoli* 326. C. 1566. 4. & *Ferrar.* quam edit. habet R. *Dav. Oppenheimer.* Opinor, hujus eſſe appendicem ad Calendarium R. *Uri*, latine per *Jac. Chriſtmannum* ed. Francof. 1594. 4.

ר׳ נטרונאי R. NITRONAI ſcr. librum Cabbaliſt. ſub tit. 1695

סֵפֶר הַתַּרְשִׁישׁ *liber Tarſis* (Bartoloccius vertit *liber pretioſus*, procul dubio ideo, quia תרשיש eſt lapidis pretioſi nomen) laudatur is in calce libri Jezira ed. Mantuanæ 322. in Catalogo libb. Cabbaliſtic.

Digitized by Google

1696 **ניקולאוס** NICOLAUS ex Judæo Chriſtianus, de cujus diſputatione, cum *Jechiele* Judæo habita, vide quæ dicta ſunt ſupra ſub ר' יחיאל.

1697 **ניקולאוס ליראנוס** NICOLAUS LYRANUS ſ. *de* LIRA communiter hucdum pro Chriſtiano ex Judæis converſo habitus eſt, ut hoc nomine locum hic tueri poſſit. Ex innumeris, qui ita cenſuerunt, paucos afferam, nominatimque *Sixtum Senenſem*, in Biblioth. Sancta, qui ſane primus, neſcio quo auctore, hoc affirmaſſe videtur, *Hilpertum* in diſp. contra Judæos §. 11. qui addit eum in Judaiſmo R. *Samuelis Levitæ* nomine dictum eſſe: *Jo. Druſium*, cujus hæc ſunt ad Exodi XXXIII. verba: *Nicolaus ille, ut Antoninus teſtatur, Judæo Chriſtianus, ut Mercerus teſtatur, ſimius R. Salomonis fuit, quem ſæpe laudat, & aliquandò non optime intellexit*: *Jo. Buxtorf.* contra Cappellum Parte I. cap. 11. p. 155.. *Jo. Henr. Hottingerum* Hiſt. Eccleſ. N. T. Sæc. XIII. p. 539. *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilium* in Pera Juvenilium librorum, Tom. IV. p. 415. & *Martinum Difenbachium* p. 15. *Judæi Convertendi*, quibus noviſſime acceſſit V. C. *Jac. Basnage* in Hiſt. Judæorum Tom. V. p. 1820. qui de Judaiſmo ejus non putat dubitandum ob eximiam Hebraiſmi peritiam & Rabbinorum Scriptorum uſum ea ætate vix auditum. Enimvero cum ante ipſum *Liranum Raym. Martini*, quem paſſim laudat *Liranus* v. c. ad *Hoſ.* c. 9. æque amplum niſi majorem Rabbiniſmi peritiam probarit, quem tamen ipſe Vir Clariſſimus Judæum unquam fuiſſe recte negat, non video, in hoc argumento quidquam præſidii poſitum eſſe. Buxtorfius ſpeciatim loco citato *Abarbanelis* commentario in *Jeſaiæ* XXIV. fol. 53. col. 2. idem probare conatus eſt, ſed fruſtra, cum verba Abarbanelis non ad *Lyranum*, ſed *Paulum Burgenſem* Epiſcopum ſpectent. Quod ut appareat, ipſa Abarbanelis verba hic repetemus, ita concepta: אך אמנם זה מקרוב חכם מבני עמנו שיצא מכלל הדת במלכיות ספרד שמו לפנים בישראל שלמה הלוי ונעשה אחר כך שר וגדול בין הנוצרים אגמון בורגינשיש h. e. *Et ſane non ita pridem Sapiens ex filiis gentis noſtræ: qui a doctrina legis in regnis Hiſpaniæ defecit, cui nomen inter Judæos fuit SALOMO* (non *Samuel*, quod alii paulo ante citati tradiderunt) *LEVITA, conſtitutus deinde Princeps & magnus inter Chriſtianos, nempe EPISCOPUS BURGENSIS*

Digitized by Google

SIS &c. Quæ ſane verba ad *Lyranum*, cujus paulo ante meminerat, non ſpectant, quod cum ex contextu ipſo inſpicienti apparebit, tum vero ex eo intelligitur, quod non ita pridem id factum eſſe dicat. Hoc enim de *Paulo* dicere poterat Abarbanel, quippe qui obiit an. 1435. duobus ante natum Abarban. annis, cum viciſſim Liranus anno circiter 1340. obiiſſet. Ad hunc igitur locum provocari inpoſterum non poteſt, præter eum vero non ullus alius, quod ſciam, ad hujus rei probationem eſt allatus. Unde nec defuerunt, quamvis perpauci illi ſint, qui de veritate Judaismi Lirani dubitarent. Sic *Hottingerus* Sæculo XIII. Hiſt. Eccl. p. 539. *Illuſtre cumprimis*, inquit, *converſionis exemplum habemus in Lyrano. Quamvis alii velint, Chriſtianis cum parentibus natum, obſtante re anguſta domi, Judaorum ſcholas viſitaſſe. Faſcic. Temp.* p. 826. *Naucl. Gen.* XLIII. p. 238. b. Sic & *Carolus Ioſ. Imbonatus* in Biblioth. Latino-Hebr. p. 167. affirmat, eum Judæum nunquam fuiſſe, licet ſtirpis Judaicæ, & ſtatim a nativitate Chriſti ſacris initiatum. *Rich. Simonius* quoque dubitat in Hiſt. Crit. V. T. p. 46. ed. Lat. Noviſſime omnium Cl. M. *Mich. Henricus Reinhardus* negotium hoc confeciſſe mihi viſus eſt in *Pentade Conatuum Sacrorum* p. 147. ſqq. ubi Lirani Judaismum temere affirmari, oſtendit partim ex ſilentio *Abarbanelis*, qui ab exſecratione Lyrani, quem paulo ante memorat, non magis ſibi quam Pauli Burgenſis temperaturus fuiſſet, ſi eum pro deſertore religionis Judaicæ habuiſſet, partim a ſilentio divi Lutheri, qui ſæpius eum ad partes vocans, nusquam hujus momenti meminit: quamvis enim eum Tomo VIII. Altenburg. p. 305. *bonum Hebraiſtam & fidelem Chriſtianum* appellet, per prius tamen nomen non gentem, ſed linguæ Hebraicæ peritiam innuit; partim a ſilentio aliorum Hiſtoricorum, qui illius rei non poterant eſſe ignari; partim denique ex ſilentio Lirani ipſius, cujus verba in Prologo ſecundo poſita, quibus ignorantiam linguæ Hebraicæ excuſat: *quod non ſum ita peritus in Lingua Hebraica, vel Latina, quin in multis poſſim deficere*, contrarium haud obſcure innuere videntur. Sic & eruditiſſimus mihique amiciſſimus Maturinus Veysſiere LaCroze in Dialogis ſuis gall. editis p. 222. illam Lirani Judaicam originem fictam eſſe vel epitaphio ejus quod *Jo. Mabillonius* parti II. tract. de Studiis Monaſt. addidit, evincit, in quo juvenis admodum Franciscanorum Ordinem ingreſſus dicitur. Exiſtimaverim igitur, totius hujus narrationis occaſionem & fontem ex eo repetendum eſſe, quod Lyranus Rabbinorum ac ſpeciatim *Raſchii* commentationes frequenter adhiberet, & ipſe quoque Lutherus eum *Hebraiſtam* (quod de *Judæo* forte interpretati ſunt

Plerique) appellaret. Atque hæc quidem pro noſtro inſtituto ſufficiant: de reliquis ad patriam, vitam & ſcripta noſtri pertinentibus diligenter commentatur laudatus *Reinhardus*, cujus obſervationem integram Vener. *Georgius Serpilius* Vitis Scriptorum Biblicorum Tomo VII. Parti poſteriori p. 292. ſqq. inſeruit. Adde *Rich. Simonis* Biblioth. Criticam Tomo IV. ep. 29. *Hiſtor. Critic.* V. T. lib. III. c. 10. *Hiſtor. Critic.* commentatorum N. T. c. XXXIV. *Ancilloniana* Tomo II. p. 347. ſq. & *Patiniana* p. 90. quibus locis de ſcriptis meritiſque ejus diſſeritur.

1698 ר׳ נמר בן שלמה R. NAMAR f. SALOMONIS, cui *Bartoloccius* poſt *Plantavitium* n. 6. & 165. tribuit אֶבֶן עֵזֶר & הררי נמרים & quidem fide Catalogi Pragenſis: utrumque concionum librum eſſe ajunt; ſed falli illos tum quod ad auctoris nomen, tum quod ad argumentum, ex iis patebit, quæ ſupra ſub *Abraham Akra ben Schelomo*, ex quo hoc nomen effictum eſt, diximus.

1699 ר׳ נסי בן לשה בן שמואל R. NISSI ben LASCHA ben *Samuel*, cujus comm. MS. in Pentateuchum exſtat in B. Medicea Pluteo I. n. 50. Nomen ipſum ita in Catalogo ſcriptum corrupti neſcio quid præ ſe ferre mihi videtur, quod ex conjectura emendari vix poteſt.

1700 ר׳ נסי בן נוח R. NISSI ben NOACH, *Karæus*, cujus R. *Aaron* Karæus in commentario ſuo MS. in Pentateuchum meminit, tanquam illius, qui Talmudis ſtudium, ad confutandos ſcilicet rectius Rabbanitas, Karæis commendarit, imo injunxerit. Locus ille exſtat in R. *Mardochai* Karæi tractatu, quem nuper ſub titulo *Notitia Karæorum* edidi, pag. 97.

1701 ר׳ נסים אבו אלפראג R. NISSIM ABU ALPHARAG, quem *Bartoloccius* ad gentem illius *Abu Alpharag* putat referendum, qui *Sadducæus* (vel potius *Karæus*) in Hiſpania contra Rabbanitarum cerimonias ſcripſerit. Filius ejus *Guil. Raymundus de Monkada*, Judæus converſus, illius meminit in præfat. ad librum *Ali al baytir*, i. e. de imaginibus cœleſtibus, ejusque amuletum (i) quoddam

(i) Hac occaſione *Bartoloc.* p. 251. ſq. ejusmodi amuletorum Hebraic. formas exhibet, quibus

Digitized by Google

dam Cabbaliſt. commemorat : confer, quæ ſupra, ſcripta ſunt ſub אבואלפרג.

רבינו נסים R. NISSIM Princeps Academiæ Babylon. auctor eſt formulæ precandi, qua utuntur Hiſpani in die expiationis, quæ legitur in *Machſor* Hiſpan. p. 190. inter preces pro diebus terribilibus. 1702

רבינו נסים R. NISSIM diſcipulus ſeu ſecundum ש״י 1703
filius *R. Moſis Nachmanidæ*, floruit 5028. C. 1268. & ſcripſit

דְרָשׁוֹת *conciones*, teſte *Schalſcheleth*. p. 132. b. Sunt illæ undecim *Venet.* 356. C. 1596. 4. editæ. Ejuſdem

מַעֲשֵׂה נִסִּים *opus Niſſim, ſ. miraculorum*, MS. exſtare teſtatur ש״י

ר נסים בן יעקב R. NISSIM f. JACOB ſcr. 1704

חִבּוּר יָפֶה מֵהַיְשׁוּעָה *compoſitio* (commentatio) *pulchrior ſalute*, qua collegit varias hiſtorias morales ex Gemara excerptas. *Ferrar.* 317. C. 1557. ap. *Abrab. Oſchki.* Ex eo libro Bartol. T. IV. p. 413. hebr. & Lat. exhibet hiſtoriam de *R. Joſua fil. Levi*, qui in paradiſum involarit.

ר׳ נסים יצחק ספורנו R. NISSIM ISAAC *Sphor-* 1705
no ſcripſit

אִגֶּרֶת epiſtolam ſuper librum *Coſri.*

ר׳ נסים בן ראובן R. NISSIM ben REUBEN *Ge-* 1706
rundenſis, per compendium הר״ן floruit anno 5028. C. 1268. Hujus animadverſiones in librum

אלפסי cum opere ipſo ſæpius prodierunt ; vide quæ ſcripſimus ſub R. *Iſaac ben Jac. Alpheſi.*

2) חִדּוּשִׁים *obſervationes novellæ*, i. e. tabula ſive Index rituum & inſtitutorum, quæ in libro ſuo contra Maimonidæ ſententiam attulit. *Riva Trid.* 319. C. 1559. 8. & fol: *Plantavitius* n. 185. poſt *Geſnerum* ed. Venetam affert. Ejuſdem *Chidduſchin* in Codd. *Schevuoth*, Avoda Sara, Bava Kama, & Bava Mezia prodierunt cum R. *Moſis Galante* quæſt. & reſponſis, *Venet.* 368. C. 1608. fol. Adde quæ dicentur ſub תלמוד, unde apparebit, animadverſiones ejus in Codd. quosd. Talmud. exſtare. 3)

ſimiles videbis, ſi placet, apud *Kircherum* in Oedipo Tomo II. Parte II. p. 445. ſq. & *Guſtavum Peringerum* in ſingulari diſſert. *Upſal.* 1685. habita.

Digitized by Google

3) עֵין יַעֲקֹב cum additionibus & novellis obſervationibus aliorum æque ac *Niſſim* noſtri ſæpius prodiit: v. R. *Jac. ben Schelomo ben Chaviv.*

4) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa*, *Rom.* 305. C. 1545. per *Iſaac ben Imman. de Lettas* & *CPoli* 308. C. 1548. 4. ita ש״י at *Plantavitius* n. 666. quæſtiones ejus n. 70. *Venet*, 340. C. 1580. 4. editas ſcribit. Quædam eorum MSS. in *Vatic.* in 4.

Bartoloccius huic etiam tribuit דרשות, atque adeo noſtrum videri poterat confudiſſe cum R. *Niſſim* diſcipulo *Nachmanidæ*, de quo paulo ante, cui idem recte tribuerat conciones, quemadmodum *Juchaſin* p. 132. b. diſerte monet, conciones non noſtro huic Alpheſii Interpreti, ſed priori iſti eſſe vindicandas. Enimvero bene habet Bartoloccii relatio, cum conciones hujus *Niſſim*, filii *Ruben* MSS. legantur in Biblioth. Oppenheimeri fol.

1707 נסטור NESTORIUS *Monachus*, ex Chriſtiano Judæus, contra religionem Chriſtianam, ſcripſit MS. in Vatic. n. 68.

בן נפתלי BEN NAPHTHALI: v. R. *Moſes ben David de tribu Naphthali.*

1708 ר׳ נפתלי בר אהרן מרדכי R. NAPHTHALI fil. AARON, f. *Mardochai*, Pater domus judicii, Princeps Senatus & caput Academiæ Retiburgenſis approbavit librum עשרה מאמרות R. *Menachem Aſaria.*

1709 ר׳ נפתלי אשכנזי R. NAPHTHALI *Germanus*, ex *Zaphet* oriundus ſcr.

אִמְרֵי שֶׁפֶר *eloquia elegantia* ex *Geneſ.* XLIX. 21. qui liber conciones varias pro diebus feſtis, quas ש״י lacte dulciores vocat, complectitur, editas *Venet.* 356. C. 1596. apud *Dan. Zanetum.* ש״י ponit an. 361. C. 1601. in 4.

1710 ר׳ נפתלי בן אשר אלטשולר R. NAPHTHALI fil. ASCHER *Altſchüler*, ſcr.

אַיָּלָה שְׁלוּחָה *cerva emiſſa*, ex *Geneſ.* XXIX. 21. commentarius Grammaticus & literalis isque Germanicus, ex interpretibus prioribus cum cura collectus, & Judæis magni æſtimatus in totum Sacrum Codicem, qui & ipſe cum punctis additur. *Cracov.* 312. C. 1552. fol.

2)

2) אִמְרֵי שֶׁפֶר *eloquia elegantia*, ex *Geneſ.* XLIX. 21. liber in 32. ſemitas diſtinctus, quarum ſingulæ ſecundum ordinem literarum voces exhibent, & oſtendunt, quomodo illæ explicatæ ſint ab aliis: liber concionatoribus utiliſſimus. *Lublin.* 362. C. 1602. 4.

1711 ר' נפתלי הירץ R. NAPHTHALI HIRTZ, caput Synagogæ Lemburgenſis, cujus eſt

פירוש comment. in voces difficiliores, quæ exſtant in *Midraſch Rabboth*, ſuper Pentat. & Megilloth, *Cracov.* 329. C. 1569. 4.

1712 ר' נפתלי הירץ R. NAPHTHALI HIRTZ ben *Jacob Elchanan*, Mœno Francofurtenſis, in terra Sancta, Sæculo XVII. ineunte, verſatus ſcripſit

עֵמֶק הַמֶּלֶךְ *vallis Regis*, ex *Gen.* XIV. 17. i. e. introductio & clavis Cabbalæ (k) R. *Iſaaci Luria*, ex cujus ſcriptis ſimul varia loca libri *Zohar* explicantur, in præfatione vero triplici tum ſtudium Cabbalæ defenditur, tum variæ hiſtoriæ & res mirabiles de *Iſaaco Luria* & ejus æqualibus referuntur. *Amſtelod.* 408. C. 1648. fol. apud. *Imman. Benbenaſte* pp. 177. Ex hoc libro Auctor *Cabbala Denudata* permulta operi ſuo inſeruit, librumque in præfatione ad Tomum II. vocat *ſpeculum Cabbalæ recentioris.* Quæ ibidem Tom. I. Parte II. leguntur Theſes Cabbaliſt. p. 151. ſqq. ſiſtunt compendium hujus libri, ſicut & Tomo II. p. 153. ex eodem exhibetur introductio ad librum *Zohar* melius intelligendum. Præterea vero Tomo II. Parte II. p. 47. ſqq. ex eodem transfertur comment. generalis methodicus in tres libros, librum occultationis, *Idra Rabba* & *Idra Sutha*. Varia is in præf. de *Iſaaco Loria* & *Chajim Vital* tradidit, quæ confutantur a *Salom. Salman* in præf. ad מקור חיים R. *Chajim Sacerdotis.* Citatur ſæpius in *Jalkuth Rubeni Gadol*.

Idem ſcripſit alia, quæ ipſe in præfat. ad hunc librum p. 5. col. 1. recenſet, nempe 1) גַּן הַמֶּלֶךְ *hortus Regis*, comm. in *Zohar*. 2) opus diffu-

(k) In ſcripto ipſo hinc inde in SERVATOREM noſtrum injurius eſt, quamvis latenter & ſubdole beneficio nempe Cabbalæ artificialis: per illam enim ſub vocibus נאם פוגט latet שתי וערב (qua ſanctiſſimam crucem appellant) ſicut per voces מבף טפגם exprimitur ישו הנצרי, ceu obſervat *Meelführerus* in diſput. de Fatis eruditionis Orient. p. 18.

Digitized by Google

fuſum in totam Scripturam S. quæ explicatur ſecundum quinque modos פרדס i. e. פרדס ,רמז ,דרש׳ ,סוד & נשמה 3) אפריון שלמה *thalamus Salomonis*, in Aggadoth Talmudicas. 4) משנת חסידים *Miſchna piorum*, ubi myſtice in Miſchnam commentatur. 5) זוהר הרקיע ſuper 613. præcepta. 6) מעין גנים *fons hortorum*, ubi de ſanctitate, puritate, amore & timore. 7) Commentatio ampla de eo, quomodo homo comparatus eſſe debeat, qui tractandum ingreditur Cabbalæ ſtudium. 8) Comment. in Machſor & librum precum ſub tit: ברכת יהוה *benedictio Dei*. 9) שבע רצון ex *Deut*. XXXIII. 23. Confer quæ de noſtro ſupra diximus ſub R. *Joſeph. f. Schelomo del Medico.*

1713 ר׳ נפתלי הירץ R. NAPHTHALI HIRTZ ben R. *Jonathan* סג״ל i. e. יסגן לויה vir ex tribu Levitica princeps, ex פינסקו *Lithuaniæ* urbe oriundus, ſcripſit

נתיב הישר *ſemita recti*, comment. allegoricus in Pentateuchum, ubi inprimis connexionem Paraſcharum totius Pentateuchi & ejus rationes inveſtigat. Pars operis altera dicitur דרך ישרה *via recta*, quæ habet duodecim conciones in feſta Iudæorum. Uterque titulus nomen auctoris innuit in voce הישר & ישרה quæ literæ transpoſitæ הירש efficiunt. *Dyrenfurti* 1713. fol. philyr. 34.

1714 ר׳ נפתלי הירש בן יעקב R. NAPHTHALI HIRSCH, fil. *Jacob, Pragenſis*, Rabbi Synagogæ Premislavienſis in Bohemia an. 1642. 27. Maji Regiomontum venit, & a Theologorum ordine petiit, ut doctrina Chriſtiana imbueretur, quo facto cum per annum illius elementa feliciter percepiſſet, doli plenus aufugit an. 1643. cum ſub prelo ſudaret commentatio ejus, quam appellaverat פירוש עומק i. e. *explicatio fundamentalis* in Ieſ. IX. 6. & 7. ubi contra *Jarchium, Aben Eſram & Kimchium* adſtruit commata *Jeſaiæ* laudata de JESU Nazareno accipi debere. Prodiit illa *Regiomonti* 1643. 4. hebr. & Lat. tribus philyris cum admonitione de doloſo hominis animo.

1715 נפתלי הירץ בן שמעון NAPHTHALI HIRTZ fil.

Digitized by Google

fil. *Schimon Gensburg*, Rabbinus Hamburgenſis, ante tres circiter annos obiit

נַפְתָּלִי שְׂבַע רָצוֹן i.e. *Naphthali ſatur benevolentia*, ex *Deut.* XXXIII. 23. quo complexus eſt comment. in *Pentateuchum*, 5. Megilloth & *Haggada* Paſchatos, ubi expoſitio in Megilloth & Haggada non ordine collocata eſt, ſed commentationi in Pentat. pro arbitrio hinc inde inſerta. *Hamb.* apud *Th. Roſe* 468. C. 1708. fol. pp. 110.

נפתלי הירץ בן שמשון NAPHTHALI HIRTZ 1716

fil. *Schimſchon*, exſul ex Vindobona, incola urbis שווערענץ prope Poſnam, cujus cura prod. רבות cum comm. מתנות כהונה *Francof. ad Viadr.* 451. C. 1691. fol. ita quidem, ut de ſuo expoſitionem vocum quarundam ac præterea indicem alphabet. in *Rabboth* ſub tit. אִמְרֵי שֶׁפֶר *verba elegantia* ex *Gen.* 49. 21. adderet.

ר׳ נפתלי כהן R. NAPHTHALI *Sacerdos*, præcipuus 1718

Iudæorum Francof. ad Mœn. Rabbinus *Oſtravia* Vcranienſis, cujus exſtat commentarius in Tract. *Berachoth* an. 1702. Francof. ad Mœn. (*) in fol. ed. Famoſus hic eſt inter ſuos ob incendium, quod Francof. ad Mœn. an. 1711. Januar. in domo ejus & quidem vel Cabbalæ Practicæ abuſu, vel alia quacunque de cauſa ortum, totam Judæorum plateam delevit, quam in rem vide omnino doctiſſimi *Jo. Jac. Schudtii* Memorabilia Iudaica Part. II. lib. VI. c. 6. p. 70. ſqq. ubi & p. 73. vita ejus recenſetur. Conf. p. 123. & in Appendice p. 381. ubi Vratislaviæ adhuc vivere & Rabbinum quendam excommunicaſſe dicitur.

ר׳ נפתלי שריויש R. NAPHTHALI TREVES (*Treviſanus*) ben *Elieſer*, ſcr. 1719

נַפְתּוּלִים *Luctationes* ex *Gen.* XXX. 8. comm. ſuper *Becbai* in Pentateuchum Cabbaliſticus, *Ferrar.* 316. C. 1556. 4. *Cracov.* 306. ſub tit. סימנים על חדושי הבחיי ואחר כך גם כן ביאורים יפים עליו h. e.

Zzzzz 2

(*) Liber ille prodiit ſub tit. ברכת יהוה i. e. *benedictio Dei* ex *Gen.* 39. 5. apud Io. Fauſtum in fol. & conſtat pp. 140. Præmittitur vero inſtar præfationis סְמִיכַת חֲכָמִים h. e. *conjunctio Sapientum*, ubi ratio redditur connexionis Miſchnarum inter ſe. Conſtat illa pp. 79.

Digitized by Google

h. e. Lemmata in obſervationes Bechai cum expoſitionibus elegantibus. & ib. 353. C. 1593. fol. allegatur ſæpe in *Jalkuth Rubeni Gadol.*

נפתלי מרגולית NAPHTHALI MARGALITH v. *Julius Conr. Otto.*

נתן אשכנז vide infra *Nathan f. Schimſchon Spira.*

1720 ר׳ נתן הבבלי R. NATHAN BABYLONIUS cui פרקי אבות tribuunt: vide inter Miſchnicos.

1721 ר׳ נתן R. NATHAN, neſcio quis, quem *Andreas Maſius* in Indice Scriptorum Judaic. commentario in Joſuam addito, his verbis laudat: *Epitome libri, qui inſcribitur:* מבחר המאמרים *Scripſit autem olim eum librum quidem R. Nathan, cum quinque Moſis libros arcanis modis interpretaretur atque ſacram hiſtoriam ad rectam & ſanctam communis vitæ viam ubique accommodaret. Itaque libellus iſte lectu profecto digniſſimus eſt, ſed parum Cabbaliſticus.*

1722 ר׳ נתן R. NATHAN, neſcio quis ſcr.

עַל אִסּוּר וְהֶיתֵּר *de vetito & licito. Cracov.* 4. ita Bartoloccius: crediderim ego, hunc eſſe R. *Nathanem ben Simſon* Spirenſem, qui commentatus eſt fuſe in librum שערי דורה quo de rebus cibisque licitis & illicitis agitur.

1723 ר׳ נתן R. NATHANIS *Judæi* fabuloſa ad Tiberium Cæſarem legatio in capita XVII. diſtincta lingua Saxonica MS. exſtat inter Apographa Juniana, in B. Bodlejana n. 5185. Idem Codex exhibet *Nicodemi* Pſeudo Evangelium, unde conjectura aſſequi licet, narrationem hanc ad Servatorem pertinere, & eodem modo confictam eſſe, quo epiſtolæ Pilati ad Tiberium a ſciolo quodam cuſæ circumferuntur.

1724 ר׳ נתן בן אליעזר מיכל בך R. NATHAN ben ELIESER MICHEL BACH edidit librum Samuelis verſibus germanicis. *Cracov.* 353. C. 1593. *Baſil.* 372. C. 1622. & *Prag.* 4.

1725 ר׳ נתן ידידיה R. NATHAN JEDIDIA ben Elieſer.

Ur,

Digitized by Google

Urbevetanus, cujus cantica quædam cum confeſſione magna R. *Jochanan Jehuda* hebr. & ital. prodierunt *Venet.* 388. C. 1628. 8. Confer ſupra *Bechai ben Joſeph.*

1726 ר׳ נתן יואל פלקירא R. NATHAN JOEL PALKEIRA.

Varias veterum Medicorum, *Hippocratis, Galeni, Averrois, Avicennæ* & *Maimonidæ* ſententias de rebus Medicis collegit, qui liber MS. exſtat in Biblioth. Vatic. 4.

Ejusdem liber de compoſitione ſphæræ & quinque capitula de motu animorum MS. ibidem in 4. Eidem ש״ר tribuit

צֳרִי הַנּוֹף *opobalſamum Noph*, quem ait eſſe librum Medicum M S.

1727 ר׳ נתן בן יחיאל בן אברהם R. NATHAN fil. JECHIEL fil. *Abraham*, qui a libro ſuo *Aruch* בעל ערוך i. e: *auctor Aruch* vocari ſolet, diſcipulus R. *Moſis Darſchan*, Præſes Academiæ Romanæ, floruit Sæculo XI. medio & obiit A. M. 4866. C. 1106. ſecundum *Juchaſin* p. 131. a. lin. 4. & *Zemach David* ad eundem annum. Confer auctorem *Schalſcheleth* p. 41. b. ubi hæc ejus ætas variis documentis confirmatur, & inter cetera advocatur codex libri *Aruch*, quem ſcripſit, antiquus, in cujus calce duo legantur carmina, ab ipſo elaborata, quorum altero teſtatur ſe librum *Aruch* abſolviſſe anno 4865. C. 1005. Mentio ejus fit in Raſchii comm. ſuper Gemaram, in libro *Mordechai*, & in animadverſionibus ſuper Maimonidem. Peritum eundem omnis generis ſcientiarum fuiſſe *Schalſcheleth* l. c. ex libro האמונות refert, quod etiam ex parte teſtatur ejusdem

עָרוּךְ i. e. *diſpoſitum* ſeu Lexicon Talmudicum ita comparatum, ut ſingulæ voces, in utroque Talmude obviæ, ſecundum alphabetum, citatis in margine paginis, quas addidit *Sam. Arkevolti*, explicentur. Prod. *Piſauri* 275. C. 1515. fol. quam ed. vidi in B. Oppenheim. cui addit Bartoloc. *Piſaurenſem* aliam 277. C. 1517. per Soncinates, in qua tamen novum forte titulum tantum conſpici ipſe ſuſpicatur. Recuſum poſtea eſt *Venet.* 291. C. 1531. 4. & ap. *Aloyſ. Bragadinum* ibidem 5313. C. 1553. f. *Baſil.* 359. C. 1599. & *Venet.* 413. C. 1653. Poſtea *Amſt.* 415. C. 1655. cum מוסף הערוך i. e. *acceſſionibus Aruch*, cura *Benjaminis Muſſaphiæ*, quæ textui inſertæ adpicta in ora manus figura notantur. Vide ſupra ſub *Benjamin Muſaphia*. Eundem librum recogno-

gno-

gnovit, & multum amplificatum edidit *Philippus Aquinas* ſub tit. מערכת האלהות *Pariſ.* 389. 1629. fol. de quo ſuo loco. Supplementum etiam quoddam legitur in libro שתי ידות *Menachem de Lonzano* lib. II. ſub tit. מעריך ordine alphabetico, ubi nunc voces antea omiſſæ, nunc novæ vocum ſignificationes leguntur. Exſtat & compendium ejus, quod ſupplementi & illuſtrationis locum ſimul tuetur ſub titulo: עָרוּךְ הַקָּצוּר *Aruch breve* Anonymi, in quo tractatus & capita Talmudica, in majori Aruch ſemper omiſſa, citantur, vocesque præterea faciles ac difficiliores quæ majus neglexerat, explicat, accedente paſſim vocum exoticarum Germanica explicatione, unde etiam perſpicitur, Germanum quendam illius eſſe auctorem, quod in præfatione diſerte monetur. Prodiit *Cracov.* 352. C. 1592. 4. apud *Iſaacum fil. Aaronis*, & quod in præf. dicitur antea *CPoli* 276. C. 1516. & *Prag.* 467. C. 1707. Vidi etiam laudari edit. *Cracov.* 374. C. 1616.

Pertinet huc *Santis Pagnini* Enchiridion expoſitionis vocum *Aruch, Targum, Midraſchim Rabboth* & aliorum librorum *Romæ* 1523. cum Rabano de Cruce in fol. ed. Nec minus *Seb. Munſteri Dictionarium Chaldaicum, non tam ad Chaldaicos Interpretes, quam Rabbinorum intelligenda commentaria neceſſarium ex Baal Aruch & Chald. Bibliis atque Hebræorum Deruſchim congeſtum.* Baſil. apud Jo. Frobenium 1527. 4. Auctorem Lexici illius ignorare ſe in Dedicat. profitetur *Munſterus*, Germanum tamen fuiſſe ex frequenti Germ. linguæ uſu ſuſpicatur. *Joſ. Scaliger* in epiſt. ad *Iſaacum Caſaubonum* p. 344. ab eo mitti ſibi cupit interpretationem Aruch, quæ in Bibliotheca Pariſ. exſtet. MS. legitur hinc inde & quidem in B. Vindob. qui Codex teſte Lambecio Tomo I. Comment. p. 184. rarus, pretioſus & accuratiſſima diligentia, elegantiſſimoque charactere in membrana deſcriptus eſt in fol. Ibidem liber dicitur ab auctore abſolutus an. 4861.

Fuit etiam in B. Segveriana tribus amplis in fol. voluminibus membranaceis, ceu patet ex Catalogo p. 36. Habuit quoque B. *Theoph. Spizelius* in 4. ut ptet ex Catalogo ejus n. 203. MSS. ut & *Buxtorfius*: vide Lexicon ejus Talmud. p. 1432. Poſſidet quoque doctiſſimus & conjunctiſſimus Collega meus *Georg. Eliezer Edzardus*, in cujus Codice nomen יהוה ſemper tribus י [illegible] exaratum. Vidi etiam in B. *Oppenheim.* Cl. *Adrianus Relandus* Parte II. Diſſert. Miſcellan. p. 312. & 290. monet, Baal Aruch loca varia Talmudis præcipue exotica emendatius referre, quam hodie in Talmudis editionibus legantur.

Omi-

Omiſeram fere monere, *Davidem Pomiſium* hujus *Aruch* exemplo excitatum fuiſſe, ut Lexicon ſuum, in quod etiam ejus obſervata derivavit, conſcriberet, de quo ſupra diximus, ſicut & ſub *Iſaaco Nathane* oſtendimus noſtrum Nathanem cum eo inſigni παραχρονισμῷ confundi.

De exemplo *Aruch*, Judæi cujusdam manu paſſim notato, & cum eodem ſepulto vide, quæ ſupra ſub R. *Man* dicta ſunt.

ר׳ נתן נטע בן משה הנובר R. NATHAN 1728

NATHA ben *Moſis* Hanover, Saslaviæ primum in Ruſſia prope Oſtram commoratus circa an. 1648., deinde in Italia *Liburni* & *Venetiis* cum R. Chajim Sacerdote & aliis Cabbalæ peritiſſimis an. 1653. & ſequentibus verſatus, tandem Jaſſii apud Dacas Synagogæ Judaicæ præfuit.

1) טַעֲמֵי סוּכָּה *rationes feſti tabernaculorum*, i. e. concio in feſtum hoc allegoricis expoſitionibus referta. *Amſtelod.* 412. C. 1652. 4.

2) יְוֵן מְצוּלָה *cœnum profundarum aquarum*, ex Pſ. LXIX. 3. ubi recenſentur omnes Judæorum perſecutiones & bella, quæ acciderunt illis an. 1648. & 1649. in Rhætia, Lithuania & Polonia. *Venet.* ap. Imbertum 413. C. 1653. 4. 5. plagg. & *Amſtelod.* præterea vero ediſſeruntur conſuetudines in dictis regionibus receptæ. De hoc recudendo Dyrenfurti cogitat R. *Iſſachar Behr fil. Nathan.*

3) שַׁעֲרֵי צִיּוֹן *porta Sionis* ex *Pſ.* LXXXIII. 2. ubi variæ preces Judæis receptæ habentur, una cum inſtitutis, circa eas obſervandis, ut ſcias, quæ preces ſingulis hebdomadæ diebus conveniant, quomodo recitandum ſit *Keriath Schema* in lecto, quomodo Talmudi ſtudendum, quomodo die expiationis precandum, quid circa מלקות ſive pœnam 39. plagarum, Hoſchanna Rabba, Feſtum Pentecoſtes &c. receptum ſit. Totus libellus ſeptem ſectionibus abſolvitur & ex libro עץ החיים ſeu ſcriptis *Iſaaci Loria* deſumtus eſt. Prodiit ſæpe v. c. *Pragæ* 422. C. 1662. 4. iterumque 448. C. 1688. & 452. C. 1692. 8. & cum precum quarundem acceſſionibus *Amſtelod.* 431. C. 1671. & 464. C. 1704. *Deſſav.* 456. C. 1696. & 460. C. 1700. 12. *Francof. ad Viadr.* 12. *Wilmersdorfii* una cum libro פתרון חלומות 1690. 4. *Dyrenfurti* bis, primum quidem ſine anno in 4. ſub ipſam officinæ typogr. Dyrenf. originem, deinde vero 1705. 12. cum variis acceſſionibus, duorum ſcilicet librorum Cabbaliſtic. ספרא דצניעותא

רצניותא & libro *Jezira*, ac denique *Amſtelod*. 465. C. 1606. 24. in qua acceſſit תקון סעודה *de precibus ſuper menſam*, & liber *Jezira*. In titulo hujus editionis R. *Nathan* dicitur diſcipulus R. *Chajim Vidal*, qui fuit diſcipulus R. *Iſaaci Luria*. In titulo ed. *Wilmersdorf*. dicitur degere in Synagoga Sancta *Jas* (יא"ס) Memorari quoque vidi edit. Berolinenſem minus recte. Ceterum R. Schabtai ob edit. *Dyrenfurtenſem*, quam curaverat, in carcerem conjectus eſt Vratislaviæ, annitente Jeſuita quodam, qui cauſabatur in precatione quadam, ceteris miſta, varia in Chriſtianam religionem ac ſpeciatim Mariam injuria deprehendi; quod tamen Schabtai negare ſe poſſe exiſtimavit, cum idem liber *Pragæ* ſuperiorum permiſſu excuſus antea eſſet. Precatio, quæ huic ſuſpicioni occaſionem dedit, eſt *R. Chajim Sacerdotis*, & legitur p. 14. ed. *Amſtelod*. 466. 12. Ceterum quamvis præcipuus collector ſit R. Nathan noſter, nonnulla tamen addidit *Mardochæus Gumprecht*, frater ejus.

שְׂפָה בְּרוּרָה *labium purum* ex *Zephan*. III. 9. liber in 19. non 20. ut habet ש"ז ſectiones diſtinctus, quæ voces Hebr. Germanicas, Latinas & Italicas ſibi invicem per columnas oppoſitas ſiſtunt. *Prag*. 420. C. 1660. 4. & *Amſtelod*. 461. C. 1701. 4. 8. plagg. cui acceſſerunt in columna quinta voces Gallicæ, quas, puto, addidit hujus editionis auctor *Jac. Cappell* fil. *Seev Wolf*. Libellus ſecundum argumenta exhibet voces eo pertinentes, non habita ratione ordinis literarum. Sic claſſis I. complectitur nomina ad *cælum* & res cœleſtes, II. nomina ad *Legem* pertinentia &c. Voces ſingulæ in omnibus his linguis punctis ſunt inſtructæ. In fine exſtant duo dialogi ſola lingua Germ. & Gallica.

1729 ר' נתן בן ר' יעקב בון R. NATHAN ben R. JACOB BOHN, *Francofurtenſis*, Archiſynagogus quondam *Hamelburgenſis*.

שִׁכְחַת לֶקֶט *liber oblivionis intermiſſi ſpicilegii*, quo colliguntur dicta & expoſitiones veterum Rabbinorum, quæ in *Jalkuth Chadaſch* omiſſæ ſunt. Petita autem ſunt ex libris Cabbaliſticis variis, v. c. *Zohar*, *libro Pelia* &c. Prod. *Prag*. 412. C. 1652. & *Francofurti* eodem anno 4. deinde vero cum additionibus R. *Hirſch* Amſtelod. 1700. fol. cum *Jalkuth Rubeni Gadol* & ſeorſim quoque ibidem & eodem anno ap. *Imm. Atbiam* pp. 35. 8. recuſus eſt liber. Hunc, credo, innuit *Hottingerus*, quando in Bibl. Or. p. 30. ita ait: accepi nuper ab amico ס' שכחש לקט *ordine ex variis auc*to-

ſloribus loci communes tractantur , *in concionatorum potiſſimum gratiam videtur adornatus.*

ר׳ נתן בן יצחק יעקב R. NATHAN ben ISAAC 1730

Jacob, Pater domus judicii & Præſes Academiæ Moguntinæ, qui librum *Aſara Maamaroth* R. Menachem Aſariæ approbavit.

ר׳ נתן בן משה R. NATHAN fil. MOSIS, cujus 1731

comment. in אותיות דר׳ עקיבה habet Oppenheim. MS.

ר׳ נתן נטע R. NATHAN NATA, Miniſter Synagogæ 1732

Proſtitienſis,

יום כפור קטן *dies expiationis parvus*, quo continentur preces, quas pronunciant veſpera diei primi cujusque menſis, cum comment. Germanico. *Prag.* 4.

ר׳ נתן נטע שפירא R. NATHAN NATA SPIRA 1733

(l) (i. e. *Spirenſis*) Archiſynagogus *Cracov.* an. 393. C. 1633. ætatis 48. mortuus, ſcripſit

1) מגלה עמוקות *revelans profunda*, ex *Job.* XII. 2. ubi leguntur obſervationes Cabbaliſticæ 250. (qui numerus producitur per literas vocum רב לך quæ leguntur *Deuter.* III. 26. in reſponſione Dei Moſi data) in precationem Moſis, *Deuter.* III. 24. 25. Editus liber eſt ab auctoris filio *Salomone Cracov.* 396. C. 1636. & *Furthi* 451. C. 1691. 4. ap. Joſ. fil. Salman שניאור. In hunc librum R. *David fil. Moſis* annotationes ſcripſit: ſed non edidit: vide ſupra *David Oppenhimer.* Bartoloccius in hoc libro recenſendo non ſemel errat, dum primo quidem titulum facit מגלת עמוקית (quem retinet etiam Cl. Basnage Hiſt. Judaic. T. V. p. 208.) *volumen profundorum*, deinde vero ad Paraſcham *Deuter.* III. 13. explicandam pertinere affirmat, cum ad duo tantum commata referatur, denique vero annum edit. *Cracov.* facit 400.

(l) Ille in Actis Erudit. Lipſ. anni 1692. p. 216. *Schappira* vocantur, literis quidem ſed rei ipſi minus convenienter; nomen enim hoc ab urbe *Spira* noſter ex more Iudæorum hauſiſſe videtur.

Digitized by Google

Eidem adſcribit Bartoloccius librum טוב הארץ, qui tamen pertinet ad Nathanem Spira Hieroſolymitanum, de quo mox dicemus.

Plura alia eum ſcripſiſſe teſtatur *Zemach David* continuatum p. 46. b. ubi monetur etiam Eliam eidem dici apparuiſſe. Comm. ejus in Legem una cum laudato מגלה עמוקות MS. exſtat in B. Oppenh. fol.

1735 ר׳ נתן שפירא הירושלמי R. NATHAN SPIRA *Hieroſolymitanus*, ben *David Tebel* (טעבל) vel *Tebli* ſcripſit

טוב הארץ *bonitas terræ* ex *Gen.* XXIV. 10. ubi de præſtantia & privilegiis Terræ Sanctæ diſſeritur Cabbaliſtice, præterea vero de inſtitutis variis circa preces eodem modo exponitur. Venet. 415. C. 1655. 8. *Hottingerus* p. 35. B. Orient. librum hunc recenſens, auctorem itidem vocat *Nathanem Spiram Hieroſolymitanum* i. e. ut addit, natum patre Germano Spirenſi, poſtea Cracovienſi, (ut proinde Hottingerus eum pro filio proxime antecedentis habuiſſe videatur) qui a Judæis Hieroſolymitanis in Germaniam miſſus ipſe ſibi librum hunc dono dederit, in quo ornamentorum cum primis & inſtrumentorum omnium, quæ in templo fuerint, uſum & ſignificationem ordine expreſſerit.

1736 ר׳ נתן נסטולי R. NATHAN NESTOLI, *Pragenſis* laudatur a *Rittangelio* p. 28. ad librum *Jezira*.

1377 ר׳ נתן בר שמשון שפירא R. NATHAN *Germanus* fil. SIMSON SPIRA ex Synagoga הוראדנה (Grodnenſi) in *Lithuania* floruit an. 5337. C. 1577. per compendium הרן ſc.

1) אמרי שפר *verba elegantiæ*, ex *Geneſ.* XLIX. 21. comm. in *Raſchium*, *Eliam Miſrachi* & legem *Moſis* ipſam *Lublini* 397. C. 1637. fol.

2) ביאורים *illuſtrationes* amplæ in *Raſchium* ſuper Legem *Venet.* 343. C. 1583. 4. teſte ש״י. Vidi ego in Cl. *Georg. Eliez. Edzardi* ed. Venetam 353. C. 1593. 4. His illuſtrationes Bartol. Tom. IV. p. 294. tribuit cuidam *Nun* הרדנה, quod nomen chimæricum ex compendioſa ſcriptione natum eſſe ſupra monuimus.

3) ברכת המזון *preces & benedictiones ad menſam*, cum hujus & Salom

Digitized by Google

lom. Luriæ comm. prodierunt *Venet.* 363. C. 1603. 8. de quibus ſupra ſuo loco ſub ב. Huic noſtro illam expoſitionem tribuendam eſſe patet ex ש״י qui in Indice auctorum alphabetico diſerte ei vindicat. Prodiit etiam *Cracov.* 343. C. 1583.

4) זֹהַר *liber Zohar* cum animadverſionibus & correctionibus ejus *Lublini* 383. C. 1623. fol.

5) מַחְזוֹר cum additionibus noſtri variis *Cracov.* 368. C. 1608. 4.

6) מְבוֹא הַשְּׁעָרִים *aditus portarum*, i. e. commentarius amplus in librum R. *Iſaaci* מדורא qui inſcribitur ספר השערים vel שערי דורא quo de cibis licitis & illicitis agitur. Prodiit comm. cum libro ipſo *Lublini* in fol. &, quid ſecundum conſuetudines diverſarum regionum de ſingulis momentis judicari debeat, fuſe exponit. Vide, quæ ſupra ſub R. *Iſaaco* מדורא dicta ſunt.

1738 ר׳ נתן מנטיאוס R. NATHAN MENTHÆUS, ex Arabico Hebraicum fecit *Abulcaſemi* ὀφθαλμοθεραπείαν ſive de curandis oculorum morbis, ſub titulo שתלים הנפרדים המועילים בעין h.e. plantæ ſpecificæ, utiles oculis. Librum hunc MS, habuit *Hottingerus*, quod patet ex Bibl. ejus Orient. p. 40.

ר׳ נתן פאלקיירא vide paulo ante R. *Nathan ben Joel Palkeira.*

1739 ר׳ נתן בן ראובן R. NATHAN ben RUBEN *Judex* ſcr.

1) יֵין הַמְשׁוּמָּר *vinum percolatum* ubi de conſtitutionibus circa bibitionem vini Chriſtianorum prohibitam, ut & de iis, qui barbam radunt tract. Cabbaliſt. *Venet.* 420. C. 1660. 4.

2) מַצַּת שְׁמוּרִים (m) *placenta Paſchalis*, ubi de interioribus (סודות) rituum *Meſuſa, Zizit* & *Tephillin* Cabbaliſtice exponitur, quæ nomina per literas מ צ & ת ex quibus prior vox conſtat, exprimuntur. Agitur ibi præterea etiam Cabbaliſtice de benedictione matutina *Venet.* 389. Chriſti 1629. 4. apud *Antonium Rezzini* cum licentia Superiorum pagg. 82.

(m) Titulus alludit ad veſperam feſti Paſchalis, quæ Judæis vocatur ליל שמרים ex *Exod.* XII. 42. unde & placentas, quas eo tempore comedere ſolent, ſimili nomine appellant.

Digitized by Google

1740 ר׳ נתן שטירנבורג R. NATHAN STERNBURG ſcr.

מִנְחַת נָתָן *oblatio Nathanis*, i. e. explicatio verſus 16. Pſalmi CXLV. ſeptuagies variata, *Venet.* 387. 4. C. 1627.

1741 נתנאל אליהו NATHANEL ELIAS, *Germanus*, acerbus Chriſtianorum inſectator, cujus ſcriptum Germanicum de CHRISTO ejusque Regno contra Chriſtianos a *Brenio* Latinitate donatum, notisque ejusdem & animadverſionibus illuſtratum in Bibliotheca, aliqua Roterodamenſi abſconditum vidiſſe ſe & legiſſe teſtatur *Jo. a Lent* in Theologia Judaica hodierna p. 136.

1742 ר׳ נתנאל טריבותי R. NATHANEL TRIBOTI ſcr.

מִקְוָאוֹת נָשִׁים *de balneis mulierum*, in quo varias quæſtiones ad lotiones rituales pertinentes ſolvit. Contra hunc librum Rabbini quidam Itali ſcripſerunt, quem tamen Romani approbarunt, A. C. 1644. Exſtat hodie MS. teſte *Bartoloccio*. Crediderim hunc eſſe librum illum, quem infra ſub titulo מלחמת יהודה recenſebimus, de eodem enim is exponit argumento, & ſententiam quorundam Judæorum Italorum defendit, contra quam ſcriptus eſt alius משבית מלחמה de quo itidem ſuo loco inter Anon.

1743 נתנאל בן ר׳ יוסף אלמולי R. NATHANEL f. R. JOSEPH ALMOLI, qui commentarium Maimonidæ in Seder *Kodaſchim* ex Arabico Hebraicum fecit teſte ש״י p. 50. n. 363.

ס

1744 סבעסטיאן מונסטר SEBASTIANUS MUNSTERUS, *Ingelsheimenſis*, an. 1489. natus, ac deinceps relicta Pontificiorum Eccleſ. variis muneribus in aula Heidelberg. & Acad. Baſil. defunctus 1552. ob. cujus eximia ſunt in literas Hebræas & Orientis ceteras merita. Nos illius ideo hoc loco meminimus, quod nonnulla hebraice a ſe ſcripta edidit, inter quæ numero

אמינת

Digitized by Google

אֱמוּנַת הַמְּשִׁיחִים i. e. *Fides Chriſtianorum*, quam *Hebr.* & *Latine* edidit cum *Matthæi* Evangelio *Hebræo* p. 1. - 34. Eam deinde ſequitur.

אֱמוּנַת הַיְּהוּדִים *Fides Judæorum* hebr. Lat. p. 34. - 56, inde vero leguntur תְּשׁוּבוֹת *reſponſiones* ad errores Judaicos p. 57. - 92. ubi porro criminationes Judæorum in Chriſtianos ex veteri *Nizzachon* repetuntur p. 93. - 114. *Baſil.* apud *Sebaſt. Henric. Petri* 1582. & alias.

Colloquium cum Judæo pertinaciter ſuis de Meſſia opinionibus addicto, Hebr. & Lat. *Baſil.* apud *Henric. Petri* 1539.

מִסְפֵּד *planctus* Hebraice, unde Lat. converſus exſtat in *Georg. Wicelii* lib. de calamitoſo rerum Chriſtian. ſtatu Lipſ. 1588. 4.

Plura de noſtri ſcriptis vitaque lege in *Melch. Adami* Vitis Philoſoph. p. 66. *Anton. Teiſſerii* Elogiis Thuaneis Tom. I. p. 50. ſq. *Thomæ Pope Blount* Cenſura celebrium Auctorum p. 408. ſq. *Carol. Joſ. Imbonati* Biblioth. Latino-Hebr. p. 247. ſq. *Rich. Simonis* Hiſtoria Critica V. T. lib. I. c. 9. & lib. II. c. 21. & *Pet. Dan. Huetii* de Claris Interpretibus p. 231. ubi eum vocat virum bonis literis & Sanctæ potiſſimum linguæ cognitione ſupra fidem excultum.

ר׳ סהל R. SAHEL *Karæus*, allegatus ab *Aarone ben Eliæ*, cujus locum vide in Cl. Schuparti diſſertatt. de Karæis p. 110. Citatur 1745
etiam a R. *Jehuda ben Elieſer*, Karæo, in præf. ad שער יהודה apud Seldenum de Uxore Hebræa p. 7. & in *Mardochæi* Karæi tractatu, quem edidi ſub titulo *Notitia Karæorum* p. 139. ubi vocatur R. *Sahel ben Mazliach*, qui alias vocetur *Abualſari* Sacerdos. Hujus מִשְׁנֵה תוֹרָה ſe MS. apud *Joſ. del Medico* vidiſſe teſtatur R. *Schemuel* ad *Noſtos chochma* p. 195. a.

אבן סוביב ABEN SOVEB, cujus commentarium in Legem in Catalogis Veneto & Pragenſi ſine editionis anno memorari auctor eſt *Plantavitius* n. 550. Scilicet appellari hic debebat *Joel* אבן שועיב de quo vide ſupra ſuo loco, ubi intelliges, ejus in Legem commentarium *Venet.* 337. prodiiſſe. 1746

סוקראט SOCRATES, Græcorum Philoſophus, cujus varia apophthegmata & ſententiæ morales a R. *Chananja ben Iſaac* ex Græco Arabice 1747

Digitized by Google

bice converſæ & hinc Hebr. translatæ leguntur in libro מוסרי הפילוסופים ſpeciatim ſect. II. c. 1. R. *Gedalias* in *Schalſcheleth Hak kabbala* ex libro תורת עולם teſtatur, Socratem hunc didiciſſe ſapientiam ab Achitophele & filiis Core. *Vidi quoque*, ita pergit, *ſcriptum, quod hic Philoſophus dixerit Sapientibus Iſraelis, Sapientiam veſtram divinam non rejicio, ſed fateor, me eam neſcire: humanam enim tantum Sapientiam calleo.* Hinc & Scipio Sgambatus p. 455. Archiv. V. T. eum inter Gentiles memorat Scriptores, qui ex Hebræis profecerint.

1748 ר׳ סימן טוב בן אליה גזרה R. SIMAN TOV ben *Eliæ Gaſara* commentatus eſt in comment. *Aben Eſra* ſuper Pentateuchum, *Barcinone* 5166. C. 1406. in B. Vatic. 4. teſte *Bartol.*

1749 סיני quo nomine quoddam exemplum Pentateuchi diligenter correcti vocari ait ש״י p. 85. a. & ante eum *Elias* in tabulis fractis.

1750 סיני בר בצלאל SINAI fil. BEZALEL, ad quem tanquam excellentem Doctorem ſibique æqualem provocat *Ganz* in Zemach David ad an. 4881.

1751 סיקסטוס סינינסיס SIXTUS SENENSIS, Dominicanus, Sæculo XVI. claruit, & an. 1569. obiit diem, hoc loco a nobis ideo memorandus, quod, cum Judæus gente eſſet, ad Chriſtianam religionem, quam ſemel iterumque deſeruerat, poſtliminio reverſus eſt. Tradit id *Ambroſius de Altamura* in Bibliothecæ Dominicanæ, *Romæ* 1677. editæ, Supplemento his verbis: *Natus eſt de Patre Hebræo, deinde factus eſt Chriſtianus, pluries relapſus deinde in hæreſin, a ſacroque Inquiſitionis Tribunali damnatus fuit ad ignem. At Pius V. cum eſſet in minoribus, Prophetico ſpiritu prævidens, Sixtum eruditione ſumma pluribus profuturum, veniam ei, ne capitis a Pontifice Maximo damnaretur, impetravit.* Ipſe hoc *Sixtus* obſcure ſubindicare videtur in Dedicatione Biblioth. S. ad Pium V. præfixa his verbis: *me, quem tu olim ab inferis revocatum, & errorum tenebris erutum, ſinceræ veritatis lumine illuſtraſti &c.* Adde *Rich. Simonis* epiſtolas Selectas Tom. I. p. 170. Famam is ſibi nomenque comparavit tum ſcriptis aliis, tum *Bibliotheca Sancta*, Venet. 1566. edita, ſæpiusque deinde variis in locis ac tan-

Digitized by

tandem *Coloniæ* 1626. recuſa, de quibus dicere hic fuſe nolumus, cum alii plures hac opera diligenter ſint perfuncti. Vide præ ceteris B. *Jo. Frideric. Mayerum* in Bibliotheca Biblica Diſſert. I. p. 1. ſqq. *Anton. Teiſſerium* in Elogiis Eruditorum Thuaneis Tomo I. p. 333. ſq. & Tomo III. p. 203. *Thomam Pope Blount* in Cenſura celebrium Auctorum p. 487. Vener. *Georg. Henr. Gœtzium*, Lubecenſium ſacrorum Antiſtitem meritiſſimum, in Meletematibus Annæbergenſ. diſſ. I. Obſ. II. p. 17. & Rev. *Georg. Serpilium* in Vitis Scriptorum Sacrorum Tomo VII. Part. II. p. 537. ſq. Ceterum Bartoloccius noſtri ex Iudaismo converſionem ex *Iſidori Azzolini Pompiæ Senenſibus* fol. 350. tradit Tomo IV. p. 353. ſub nomine *Franciſcus Sixtus Dominicanus*, quo prænomine eum alibi non video inſignitum.

בן סירה vide ſupra lit. ב.

1752 סנדאבר SANDABAR, Princeps Sapientum Indiæ, cui tribuitur liber inſcriptus

מִשְׁלֵי סַנְדָאבַר *Proverbia Sandabar*, quibus agitur de calliditate feminarum, & quomodo earum prudentia filius Regis Indorum a morte ſit liberatus. Prodiit CPoli 1517. & *Venet.* 304. C. 1544. & 368. C. 1608. 8. in eo volumine, quod primo loco דברי ימים של משה exhibet, de quo ſuo loco diximus. B. *Groddeckius* in Theatro Anonymorum Placciano p. 708. b. ſcribit, *Gaulminum* hunc librum & vertiſſe & animadverſionibus eruditis illuſtraſſe, quas cum aliis Iudæorum MSS. pſeudepigraphis editurum ſe idem (*Groddeckius*) pollicetur. Unde conjectura ego aſſequor, Virum optimum eas in Bibliotheca quadam Pariſienſi inveniſſe, quas *Gaulminus* eodem modo in hunc ſcripſerat librum, quo libros de vita & morte Moſis explanaverat. Ceterum idem *Groddeckius* in Hexacontade Pſeudonymorum Hebraicorum p. 23. monet, in MSS. Biblioth. Regis Chriſtianiſſimi n. 1219. pro *Sandabar* legi *Sandabad*, librum vero ipſum ex lingua Indica primum *Perſice*, hinc *Arabice* ac tandem *Hebraice* converſum. De Syriacis & Arabicis verſionibus conſuli jubet *Abrahami Ecchellenſis* notas ad *Hebed Jeſu* p. 299. Pollicetur ibidem alibi ſe oſtenſurum, quod Græcorum liber Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης a *Seb. Gothofr. Starckio* editus, & Gallicus *les fables de Pilpay*, nec non Germanicus, das Buch der Weißheit der alten Weiſen / i. e. *liber Sapientiæ veterum Sapientum* ut & der 7. weiſen Meiſter von Rom h. e. liber 7. Sapientum

Ma-

Magiſtrorum Romanorum) tum inter ſe tum ab hoc noſtro (n) differant. Sed immatura Viri facta prohibuerunt, quo minus vel librum hunc recudi curaret, vel poſteriori illo promiſſo ſe exſolveret. Ceterum illi Sandebaris apologi hebr. cum Latina Wagenſeilii verſione epiſtolis Hebraicis, quas Judæi ad Wagenſeilium ſcripſerant, ſubjuncti MSS. exſtant in B. Senatoria Lipſienſi n. 19. formæ minoris. In Catalogo Bodlej. p. 155. video memorari tractatus diverſos *Sandebaris* lingua Italica ſcriptos & ed. *Venet.* 1552. 4. qni forte a noſtro hoc libro non ſunt diſtincti.

1753 ר סעדיה גאון R. SAADIAS GAON fil. *Joſeph*, Ægyptius, ex urbe *Pithom* (*Al Fiumi*) unde & Saadias הפיתומי appellari ſolet, floruit an. 4687. C. 927. Hoc enim anno is a *Davide filio Zachai* Æchmalotarcha ex Ægypto evocatus eſt & Rector Academiæ Soranæ, interitum minantis, conſtitutus. Quo quidem officio cum per duos annos defunctus eſſet, oborta inter ipſum & dictum Aechmalotarcham contentione, ad necem quæſitus, aufugit, & per ſeptem annos delituit, intra quod temporis intervallum varia ſcriptorum genera elaboravit. Ita rem referunt Judæorum Hiſtorici omnes, nempe R. Scherira Gaon, qui quinque & viginti annis poſt Saadiæ mortem prope Soram & Nehendeam *Babyloniæ* Scholarcha conſtitutus eſt, in libro *Juchaſin* p. 121. R. *Abrah. ben Dior* in libro Cabbalæ, *Schalſcheleth* p. 38. & *Zemach David* p. 51. ex quibus eadem repetierunt fuſius *Jo. Henr. Hottingerus* in *Hiſtoria Eccleſ. N. T.*

(n) Quod ad ſummam rei equidem non dubito, illum *Sandabaris* librum cum *Culila* & *Dimna* optime convenire, præcipue cum poſterior hio in *Italica* verſionis *Vener.* 1552. 4. curatæ titulo diſerte *Sandabari* acceptus feratur his verbis: *Le Moral Philoſophia del Doni tratta dagli antichi Scrittori, overo la Philoſophia de Sapienti antichi, Scritta del Sandebar, moraliſſimo Philoſopho Indiano, & tradetta nella lingua Toſcana dagli Academici Peregrini.* Quam igitur differentiam inter utrumque ſcriptum ſtatuit *Groddekkius*, ea non alia, credo, erit, quam quæ inter verſionem hanc Italicam & verſionem Græcam ejusdem libri, quæ titulum fert Στεφανίτης καὶ Ιχνηλάτης intercedit, quam inſignem eſſe monuit Cl. *Jo. Alb. Fabricius* Biblioth. Græc. lib. V. Parte II. p. 463. Præterea ſuſpicor fere, librum בן לענה ובן תגלה, non niſi titulo ab hoc *Sandabaris* libro diſtingui, ut alter quidem a re, alter ab auctore deſumtus videatur. Cum enim is olim inter Judæos exſtiterit, quod ſupra ſuo loco lit. ב evicimus, hodie vero fruſtra quæratur, veri ſit ſimile, eum ſub *Sandabaris* nomine adhuc circumferri, præcipue quod in argumento ſic ſatis conſpirare videantur. Ceterum de verſione illa Hebr. vide quæ diximus ſupra p. 468.

N. T. Sæculo X, p. 134. ſq. brevius vero *Jo. Morinus* in Exercitatt. Biblicis p. 431. Obiit is an. 4702. C. 942. æt. 50. Magna ejus tum ætate ſua tum deinde fuit auctoritas, ſicut & R. *Petachias* in Itinerario ſuo a Wagenſeilio inter Exercitationes ſex varii argumenti edito, p. 178. teſtatur, commentarios hujus, quos ex Scripturis & Talmude concinnarit, una cum commentariis R. *Hai* a Iudæis in Babylonia ſedula manu tractari: eodem teſte, uterque ad radices montis Sinæ ſepulti ſunt. Ceterum hic Saadias præceptorem habuit R. *Schalmon ben Jerucham* Karæum, quod Karæi ipſi in Serie Doctorum ſuorum teſtantur, quæ exſtat in *Mardochai* Karæi tractatu nuper ſub tit. Notitia Karæorum edito, p. 115. quam in rem confer Triglandii diſſertat. de Karæis p. 208. Scripſit is

1) אֶבֶן הַפִּילוֹסוֹפִים *lapis Philoſophorum*, quem ש"י memorat ſine mentione argumenti; forte is fuit Cabbaliſticus; citatur enim a R. *Moſe Botril* in limine commentarii ſuper librum *Jezira*.

2) סֵפֶר אֶגְרוֹן *liber collectionis*, liber Grammaticus quo nomine citatur ab Aben Eſra in limine libri מאזני לשון הקודש qui in Catalogo Grammaticorum ſupra ſub voce דקדוק exhibito dicitur סֵפֶר הָאֶגְרוֹן eodem ſenſu. (o) Ex eodem catalogo apparet, Saadium hunc primum omnino Judæorum Grammaticum fuiſſe, cum primum inter ceteros locum in hac Serie tueatur: unde & hanc illi laudem vindicarunt *Jo. Morinus* in Exercitt. Biblicis p. 431. & *Guſtavus Peringerus* in hiſtoria linguæ & eruditionis Arabum c. V. p. 193. Scripſit & alios libros Grammaticos, de quibus ordine dicemus: ſed nullus eorum ætatem tulit, forte ideo, quod non admodum methodice, ut fieri initio in rebus novis ſolet, elaborati recentioribus Grammaticis occaſionem fecerint meliora vel elaboratiora afferendi.

3) אוֹתִיּוֹת *literæ* h.e. rhythmi de ſingulis alphabeti Hebr. literis ex quibus intelligitur, quoties illæ in Codice Sacro occurrant vide n. 12.

4) ס' הָאֱמוּנוֹת *liber de fide*, quem ש"י vocat ס' האמונות והדעות *liber de articulis fidei & ſententiis* ſ. *doctrina*, quem Arab. lingua ab ipſo ſcriptum R. *Jehuda fil. Samuel Aben Tibbon* hebraice convertit, ſæpius deinceps editum, v. c. *CPoli* 322. C. 1562. 4. *Veronæ. Amſtelod.* 408. C.

(o) Rectius tamen vox אגרון retinetur, quam & invenio in eodem Grammaticorum Catalogo Hebraice ſcripto, quem deinde Venerandi Amiciſſimique *Ungeri* beneficio nactum me eſſe gratus profiteor.

by Google

1648. In Catalogo quodam memoratam legi edit. Amſtelod. anni 430. C. 1670. 4. Liber in decem tractatus diſtinctus exponit I. de creatione mundi & providentia II. unitatem Dei adſtruere conatur, & acerbe in doctrinam de SS. Trinitate invehitur, præterea vero de attributis divinis diſſerit. III. de præceptis, Prophetis, prophetia, Lege &c. IV. de cultu & rebellione, ubi de creatione hominis, providentia item & libero arbitrio. V. de operibus juſtitiæ & peccatis. IV. de ſubſtantia, facultatibus & proprietatibus animæ, ut & de morte, & quæ huc pertinent, item de revolutione corporum, quam ipſe negat, quod monet *Schalſcheleth* p. 38. VII. de reſurrectione mortuorum, quam idoneis argumentis evincit. VIII. de redemtione ſeu liberatione. IX. de præmiis & pœnis ſæculi futuri. X. de præceptis vitæ recte inſtituendæ. Fuſius hujus libri capita perſequitur *Hottingerus* l. c. p. 135. - 140. qui Sæc. XII. Hiſt. Eccleſ. p. 261. Interpretem vocat R. *Jehuda ben Schemuel Tibbon*. Ex eodem loca bene longa cum latina verſione exhibet Vener. *Daſſovius* in diatriba *de Reſurrectione* ex ſententia Iudæorum. Totum librum latine redditum prelo ſe jam paraſſe ſcribit Cl. *Jo. Gagnerius* præf. ad *Joſephum Gorionid.* p. 28.

5) ס׳ יְצִירָה *liber Jezira* commentario illuſtratus, qui cum aliis & ipſo libro *Jezira* prodiit *Mantuæ* 352. C. 1592. 4. de quo ſuo loco ſub אברהם.

6) ס׳ לָשׁוֹן עִבְרִי *liber linguæ Sanctæ*, itidem Grammaticus, laudatus in Catalogo Grammaticorum, quem ſupra ſub דקדוק exhibui.

7) ס׳ הַפְּדוּת וְהַפּוּרְקָן *liber de liberatione & redemtione*, ubi de Judæis ex exſilio liberandis agitur. *Mantuæ* 316. C. 1556. *Amſtelod.* 418. C. 1658. 8. pp. 8. & germanice *Gedani* 1675. & 1681. 8. In præfat. ed. *Amſtelod.* dicitur qnoque *Pragæ* excuſus.

8) סֵפֶר צָחוּת *liber elegantiæ* itidem Grammaticus: vide l. c.

9) ת״נך i. e. תורה, נביאים וכתובים *Legem*, *Prophetas & Hagiographa*, ſeu totum Codicem Sacrum Arabice convertiſſe dicitur ab *Erpenio* in præf. ad Pentateuchum Arab. quod idem affirmat *Eduardus Pocockius* Specim. Arabic. p. 362. At rectius, credo, ſtatuunt illi, qui hanc operam a R. *Saadia* in Pentateucho interpretando tantum collocatam fuiſſe cenſent, præcipue cum Aben Eſra in limine commentarii ſui in Paraſcham I. & *Schalſcheleth* p. 38. legis Arabice ab eo redditæ tantum me-

Digitized by Google

meminerit. Atque hæc Pentateuchi verſio *Saadiana*, quam typis Arabicis editurum ſe ſpoponderat Erpenius in præf. Pentateuchi Arabici ex alia verſione editi adhuc exſtat in *Pentateucho* qui cum *Targum Onkelos*, interpretatione *Perſica* & *Raſchii* comm. prodiit *CPoli* 306. C. 1546. fol. (p) pro qua Morinus memoriæ vitio p. 431. *Theſſalonicenſem* nominavit quam ipſe p. 117. *CPolitanam* dixerat. Legitur quoque in Bibliis Polyglottis *Pariſienſibus* an. 1645. & *Londinenſibus* 1657. & in poſterioribus quidem plenius, utrinque vero cum verſione Latina *Gabr. Sionitæ.* De ea quid eruditi judicarint, perſpicere licet ex Cl. *Le Long* Bibliotheca Sacra Parte I. p. 218. 224. 240. & 244. cujus obſervationibus adde, quod jam *Aben Eſra* illam minus approbarit, ut patet ex his ejus verbis, quæ ex *Jo. Morini* verſione p. 117. Exercitt. Biblic. ex commentario ejus (*Aben Eſræ*) in *Gen.* II. 11. huc transferemus: *Nulla autem*, inquit is, *ratio eſt pro Phiſon, quod ſit fluvius* (*Ægypti*) *verum interpretatus eſt Havila, ut potuit, quia non erat illi Cabbala, Sic fecit in familiarum, Provinciarum, animalium, volatilium & lapidum translatione. Fortaſſe in ſomniis vidit iſta. Jam autem erravit in nonnullis ejusmodi, ut in locis explicabo. Quod ſi ita eſt, ſomniis ejus non eſt innitendum. Sic fortaſſe fecit ad Dei gloriam, eo quod legem transferebat Arabice, & charactere Arabico ne dicerent nationes: in lege præcepta quædam eſſe, quæ non intelligerent.* Confer de hoc loco *Hottingeri* Theſaurum Philolog. p. 266. Sic idem ad illud caput tum alias in *Saadiam* liberius animadvertit, v. c. ad *Exodi* XII. 22. & XXVIII. ubi eum lapides pretioſos non recte interpretatum eſſe aliquot exemplis confirmare conatur.

10) Comm. in Canticum Cantic. hebr. *Prag.* 369. C. 1609. 4. fol. 8. ap. *Moſen f. Joſeph Bezalel.*

11) Comment. *in Danielem* hebraice exſtat in Bibliis Majoribus Rabbinicis tum Venetis tum Baſileenſibus.

12) Comm. ejus in Jobum Arabicus cum ipſo contextu & duabus verſionibus Arabicis MS. eſt in B. Bodlej. n. 5938. inter Codices Huntingtonianos n. 192.

13) Ejusdem eſt carmen aliquod rhythmicum Maſoreticum, quod *R. Elias Levita Germanus* in *Maſoreth hammaſoreth* libello שברי לוחות attexuit; hujus ipſe in præf. III. ad librum Maſoreth hammaſoreth p. 64. ed. Lat. Munſterianæ meminit: poſtquam enim dixerat, literas hebr. Codicis ſingulas a Maſorethis numeratas eſſe, addit, de hac re carmen

 rhyth-

(p) Idem confirmat ש״ו, & ex eo quoque efficitur, quod prodiit ex officina R. *Elieſeris fil. R. Gerſon Soncinatis*, quem CPoli vixiſſe conſtat.

rhythmicum pulchrum exſtare, cujus hoc ſit initium: אחל מכון בנוני deinde ſubjicit hæc: audio, R. *Saadiam* auctorem hujus rhythmi eſſe, id quod verba ipſa quoque teſtari videntur: nam ſunt plerumque aliena & difficilia, & non Biblica, ſicut & in libro fidei talibus verbis uſus eſt, cujus auctor ipſe exſtitit. In calce igitur ed. Venetæ carmen hoc cum illuſtratione ſuccincta legitur quod in ſua omiſit Munſterus, ideo, quoniam, ut ipſe p. 100. ait, ſupra modum difficile ſit. Inſtitutum Saadiæ eſt, recenſere, quoties ſingulæ alphabeti literæ in libris Biblicis occurrunt. Confer quæ ſcripta ſunt ſupra p. 157. Iidem rhythmi hebr. leguntur in Collectaneis R. *Joſephi del Medico Baſileæ* 1629. editis, Tomo II. p. 190.

14) Idem traditionem fidem & auctoritatem ſingulari ſcripto adſtruere conatus erat contra Karæos ac ſpeciatim R. *Schalmon ben Jerucham* cujus ipſe, quod ſuperius monuimus, fuerat diſcipulus. Cum enim hic peregre profectus eſſet, *Saadia* cœtum ejus ipſo illo ſcripto in partes Rabbinitarum pro traditionibus pugnantium pertrahi poſſe cenſuit. Sed hunc conatum promta reſponſione, intervertit *Schalmon* edita epiſtola metrica, qua ad ſeptem Saadiæ argumenta, quibus cauſam ſuam tueri conatus erat, reſpondet. Argumenta hæc cum reſponſionibus ex ep. illa MS. exhibet *Jac. Triglandius* p. 120. ſqq. eruditæ diſſertationis de Karæis in qua & alia quædam illius loca repræſentat.

15) Comm. in Liturgiam Judaicam Arabicus MS. in Biblioth. Bodlej. n. 6056.

16) Præterea *Schalſcheleth* p. 38. a. monet eundem ſcripſiſſe על טמאה וטהורה על אסורי ביאה ושטות רבות בגמרא h. e. *de immundo & mundo, de concubitibus inceſtis & aliis Gemaræ capitibus.*

17) Libelli aliquot Cabbaliſt. Saadiæ noſtri MSS. exſtant in Bibl. Medicea, cujus vide Catal. a Cl. Fabricio editum p. 168. n. 11.

18) R. *Saadia Joſephi* liber Arab. *Al Mavarith* MS. laudatur inter Codd. B. Bodlej. n. 5980. qui cujus ſit argumenti, non dixerim, ad noſtrum vero referendum ex nomine apparet.

1754 ר׳ סעדיה בן דוד R. SAADIAS ben DAVID, cujus comment. in lib. Numerorum & Deuteron. Hebr. MS. eſt in Bodlejan. n. 5923. inter Codd. Huntington.

1755 ר׳ סעדיה חלוונא R. SAADIAS CHALVANA fil. *Aaronis* ſcr. מִשְׁנַת

מִשְׁנַת חֲסִידִים *repetitio piorum*, i. e. comment. amplus in librum חֲסִידִים qui tribuitur R. *Samueli*, & filio ejus *Jehuda Chaſid*, cujus nomen vide. Commentarius ille ex *Talmud*, *Zohar* variiſque libris aliis collectus, ſed ad finem non perductus eſt, & cum libro ipſo prodiit *Amſtelod.* 411. C. 1601. fol.

1756 ר׳ סעדיה בן מימון R. SAADIAS ben MAIMON ABENDANA, cujus Miſcellanea varia, nempe expoſitio capitis LIII. *Jeſaiæ*, index verſuum in lib. *En Iſrael*, de Chronologia &c. hebr. MSS. leguntur in B. Bodlejana n. 2729.

1757 ר׳ סעדיה בן מרצק R. SAADIAS ben MORZACK cujus Comment. in Geneſin, Exodum, Leviticum & Numeros Arabici MSS. exſtant in B. Bodlejana n. 5892. inter Codd. Huntingtonianos n. 146. - 149. Forte hic eſt idem cum R. *Saadia* ben *David* paulo ante memorato, cum fieri facile potuerit, ut quidam ejus commentarii ex Arabico hebraice converterentur.

1758 סעיד בן דוד SAID ben DAVID, cujus comm. in Jad Maimonid. quod ad Cod. *Toboroth* MS. Arab. eſt in B. Bodlej. n. 6025.

1759 ר׳ סעיד בן יפת R. SAID ben JEPHETH & R. LEVI ben JEPHETH *Karæi* dicuntur exaraſſe

סֵפֶר הַמִּצְוֹת *librum præceptorum*, qui MS. exſtat in B. Leidenſi, cujus vide Catalogum p. 286. n. 44, confer, quæ ſcripſi ad *Mardochai* Karæi tractatum ſub titulo *Notitia Karæorum* editum p. 116. MS. habet *Oppenheim*.

ספורנו SPHORNO: vide infra R. עובדיה fil. *Jac. Sphorno*.

סרוק SARUK v. *Menachem ben Saruk*.

ע

1760 עבדיה ABDIAS, primus, ut fertur, Babyloniæ Epiſcopus,

 quem

Digitized by Google

quem Bartolocc. inter Scriptores Hebraicos retulit ob *libros decem Hiſtoriæ Certaminis Apoſtolici*, quos ab eo Hebraice primum exaratos eſſe opinatur, inductus procul dubio vel præfatione ipſa, quæ ſub *Julii Africani*, tanquam Interpretis, nomine libello ipſi præmittitur, idem diſerte affirmans, vel *Sixti Senenſis* hoc ipſum lib. II. Biblioth. S. p. 52. affirmantis conſenſu innixus. Enimvero totam Scriptionem hanc, quæ *Abdiæ* ſupponitur, nec hebraice primum,nec græce conſcriptam, aut ex utraque hac lingua poſtea converſam, ſed latine exaratam eſſe. Viri eruditi jam pridem ex alluſionibus frequentibus, quæ ex Latina tantum lingua repeti poſſunt, in ipſo opuſculo obviis evicerunt; qualis eſt quæ lib.VIII. c. 8. edit. Fabricianæ in verbis: *non everti ſed converti eum*, & lib. IX. c. 21. p. 727. in verbis adhuc magis a Græciſmo alienis: *impetrabam, non imperabam*, occurrit. Vide Celeberr. *Jo Albertum Fabricium* in Codice Apocrypho N. T. p. 389. ſq. & p. 727. ubi p. 402. ſqq. totus libellus cum eruditis notis recuſus legitur.

1761 **ר׳ עובדיה מברטנורה** R. OBADIAS ex BARTENORA (q) vel ut Schalſcheleth p. 63. b. ſcribit מבירטנורה ex *Bertenora* urbe Italiæ in Romandiola, quæ hodie *Bertinoro* vocatur, obiit in terra Sancta 5290. C. 1530. clarus commentario in totum corpus *Miſchnajoth* elaborato, quem in patria inceptum, ad finem perduxit in Terra Sancta, in quam profectus erat. Commentarius ille repetitis vicibus prodiit cum ipſo corpore Miſchnico, quam in rem vide ſuo loco recenſionem Talmudis. Exſtat etiam in edit. Surenhuſiana cum verſione latina.

Ejusdem מִקְרָא קֹדֶשׁ *convocatio ſanctitatis*, ex *Exod.* XII. 16. explicatio variorum dictorum Rabbinicorum: prod. *Venet.* 345. C. 1585. 8. cum parte לבוש מלכות.

1762 **ר׳ עובדיה בר דוד** R. OBADIAS f. DAVID floruit an. 5082. C. 1322. & ſcr.

Comment. in *Maimonidæ* Hilchoth קדוש החודש teſte *Zemach David* p. 58. ille MS. exſtat in B. Bodlej. n. 5423. inter Codd. Pocockianos n. 96. & cum ipſo Maimonidæ opere prodiit in edit. דז Jad chaſaka *Amſtelod.* 1703. fol.

1763 **ר׳ עובדיה בן יעקב ספורנו** R. OBADIAS *ben*

(q) Plenius in ש״ש vocatur R. Obadias המון *Bartenora*, vel ut Judæi pronunciant *Bartanura*. Latinis hæc urbs vocatur *Bertinorium*, *Bretinorium* & *Petra Honorii*.

Digitized by Google

ben Jacob SPHORNO, quem alii *Siphronium, Siphronum, Ziphronæum* vel *Siphronenſem* Cl. Basnage vero Tom. V. Hiſt. Jud. p. 2060. *Abdi ben Jacob Spuon* vocant, Medicus Cæſenatenſis Italus obiit an. 310. C. 1550. teſte *Zemach David* ad huncannum. Hunc *Jo. Reuchlinus* Romæ habuit in Hebraicis præceptorem an. 1498. V. vitam ejusa Rev. Jo. Henr. Majo deſcriptam p. 541. & 211. unde intelliges diſciplinam ejus magno ipſi ſumtu conſtitiſſe. Scr.

1) אור יְהוָה *lux Domini*, ex *Mich*. VII. 8. quem ש״י ſimpliciter memorat ex fide *Zemach David*, nec de argumento nec de editione quidquam monens. At *Plantavitius* n. 34. ait eſſe commentarium in Legem, *Ferraræ* editum, quod repetit *Bartoloccius*, addens editionem *Venetam* 327. C. 1567. 4. At vereor ego vehementer, ne ſic confundatur cum ejusdem tituli libro, qui eſt R. *Chasdai Kreskas* Ferraræ 315. 4. editus, in qua conjectura me firmat, quod ביאור ſ. explanatio *Legis Cantici & Eccleſ.* a noſtro profecta *Venet.* anno 327. prodierit, quæ tamen non præ ſe fert titulum אור יהוה.

2) אור עַמִּים *lux populorum*, ubi confutantur Epicuræi, i. e. Gentiles & Athei, doctrinam Legis negantes, præterea vero philoſophice de anima & ſimilibus argumentis diſputatur, v. c. de Deo, ejus unitate, eſſentia utrum ſpiritus ſit an corpus, omnipotentia ejus & providentia. Prodiit *Bonon.* 310. C. 1550. quam a Buxtorfio, Bartoloccio, & in Catalogo Hinckelmanniano memorari video, *Plantavit.* an. 348. ש״י vero 297. C. 1537. conſtituit. In Catal. vero Bodlej. video laudari an. 1471. unde apparet, Buxtorfium in B. Rabb. p. 310. ubi hunc noſtri librum recenſet, & cum eo *Bartoloccium* præter rationem dicere, eſſe hunc librum Medicum, a quo diſtinguendus ſit alius ejusdem tituli, qui quæſtiones quindecim de Deo & anima complectatur. *Plantavitius* n. 39. de argumento convenienter rei tradit, auctorem vero appellat R. *Joſ. ben Iechia* quod quidem eo magis miror, cum ipſe librum poſſederit.

3) בֵּיאוּר *illuſtratio* ſeu *explanatio Legis Cantici Canticorum & Eccleſiaſtæ Venet.* 327. C. 1567. 4. (r) In Catalogo libb. Oriental. Triglandino mendum eſt, quando editus dicitur 317. 4.

4) מִשְׁפַּט צֶדֶק *judicium juſtum*, ex *Deuter.* XVI. 18. comm. in Jobum

(r) Curata illa eſt apud *Jo. Gryphium*. In præfatione connexio quinque librorum Moſis ediſſeritur, in calce vero exſtant ejusdem כוונות התורה paucis foliis; totus liber conſtat paginis 92.

bum, qui cum commentario *Simeonis bar Zemach* qui vocatur etiam *Simeon Duran* in eundem Jobi librum ſub tit. אוהב משפט prodiit *Venet.* 350. C. 1590. 4. ap. *Jo. de Gara.* In Catalog. Bodlej. notatur annus 1587.

5) פירוש על תהלים *comm. in Pſalmos Venet* 346. C. 1586. 4. cum ipſo textu: in Catal. Bodlej. laudatur annus 1591. Præter hæc *Obadiæ* noſtro a Plantavitio & Bartoloccio tribuuntur ſequentes 1) בינת על התורה *intentio in Legem*, quæ tamen non diſtingui debebat a comm. ejus in Legem, cum ipſe Bartoloccius eo contineri dicat expoſitionem Legis literalem: vide paulo ante n. 3. 2) אמרי נועם *verba jucunda*, comment. in Legem, CPoli 300. ed. at hic debetur R. *Jacobo* דילישקאש de quo ſuo loco. 3) Explicatio 5. *Megilloth*, quam nunquam alibi memorari video, niſi forte commentario in Pentateuchum addita ſit. Ceterum laudatur noſter a R. Aſaria in *Meor Enajim* lib. III. c. 46. p. 150. b. ubi ſententiam ejus de pectorali recenſet. Ex ejusdem MSS. quædam adfert *Schalſcheleth* p. 89.

1764 ר׳ עובדיה קונטי R. OBADIAS CONTIUS ſcr. de cibis prohibitis, MS. Vatic. 4.

1765 עובדיה בן שלום OBADIAS ben SCHALOM Rabbinus, in Alcorano memoratur, & Arabice vocatus *Abdalla Ibn Selem*, ubi is dicitur, adſcitis tribus ſociis cum Muhamede de Lege Moſaica ita diſputaſſe, ut inferior ex pugna diſcedens palmam ipſi reliquerit. Diſputatio illa habetur in calce Alcorani, & ex Arabico Latine converſa eſt ab *Hermanno Dalmata*.

1766 ר׳ עוזר מבראט R. OSER MIBBRATH, cujus comment. in אילן ſeu arborem Cabbaliſticam MS. exſtat in B. Oppenheimeriana.

1767 בן עזאי filius ASSAI qui ex doctrina R. *Akiba ben Joſeph* librum *Mechilta*, quem imperfectum reliquerat R. *Iſmael* abſolvit, & ad finem Pentat. perduxit.

1768 עזרא ESDRAS Scriptor θεόπνευςος cujus liber unus in Cano-

none vel duo exſtant, ſi veteres Hebræos, quos Hieronymus *Nehemiæ* librum cum Esdræ conjunxiſſe teſtatur, audimus. His accedunt, ut Latini computant *tertius* & *quartus* manifeſte ψευδεπίγραφοι, quorum is Lat. Græce & Syriace in Polyglottis Londin. hic vero latine exſtat, & *Arabice* huc dum in B. Bodlejana non ſine inſigni varietate a Latino latuit, & non ita pridem a. Cl. *Ockley* ex Arab. Anglice converſus in *Gvil. Whiſtoni* Neo; Ariani *Primitivo Chriſtianiſmo reſuſcitato* cum alia verſ. Anglic. ex Latino contextu facta lucem vidit *Lond.* 1711. Uterque liber *Jo. Morino* p. 225. Exerc. Biblic. vel Hebraice vel Chaldaice primum exaratus videtur propterea *quod materia & phraſis Judaica, ſtylus quoque totus Judaicus ſit, ut Græcam eloquentiam nullo modo ſapiat, Judæi vero linguarum exterarum ſint incurioſiſſimi.* Sic & *Pet. Galatinus* in limine libri de Arcanis Cathol. Veritatis utrumque hunc librum CPoli hebraice inventum ferri teſtatur. Utriusque auctorem ExJudæum quendam, qui vel in calce Sæculi I. (quæ etiam ſententia eſt *Whiſtoni*) vel ſub initium II. poſt C. N. vixerit, fuiſſe ſtatuit V. C. *Jac. Basnage* in Hiſtoria Judaica Tomo IV. p. 937. ſqq. ſpeciatim Ex Judæo Montaniſtæ adſcribit eruditiſſimus *Pet. Allixius* in epiſtola ad illuſtrem *Ezech. Spanhemium* in præſtantiſſimo hujus opere de uſu & præſtantia Numismatnm Tomo I. p. 70. legenda, quamvis Cl. Fabric. in Codice Pſeudepiprapho V. T. p. 1153. non præter rem Montani hæreſi antiquior videatur, cum illius in *Barnabæ* epiſtola mentio fiat. Librum IV. a Judæo potius ſcriptum multisque Judaicis & Cabbaliſticis, imo & tot fabulis refertum credidit *Steph. Le Moyne* in notis ad Varia Sacra p. 835. ſq. *ut nulli unquam, licet ſimpliciori & ad nugas admittendas & concoquendas faciliori, probare ſe potuerit.* Adde quoq; *Henr. Whartonum* p. 308. de Scripturis Vernaculis. Plura de utroque libro admonita ſunt a conjunctiſſimo Collega meo *Jo. Alb. Fabricio*, de *tertio* quidem in Biblioth. Græca lib. III. p. 746. de *quarto* autem in codice Apocrypho N. T. p. 936. ſq. Præter hæc alia quoque Eſdræ adſcribuntur, a Judæis & aliis, de quibus laudatiſſimus *Fabricius* exponit in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1154. ſqq.

Sic lib. IV. *Eſdræ* cap. XIV. v. 21. ſq. Pſeudo Eſdras teſtatur, ſe quadraginta dies quinque Viris dictaſſe libros 204. calamo excipiendos, quorum priores omnibus, poſteriores vero 60. Sapientioribus legendos dederit. Horum 70. librorum, quibus myſteria Cabbaliſtica contineantur, tres priores Sixti IV. juſſu latine converſos fuiſſe, omnes vero non mediocri impenſa a ſe comparatos & lectos ſcribit ad Deum

teſtem provocans *Jo. Picus Mirandulanus* p. 81. Operum; ſed cum nihil eorum vel inter Judæos vel Chriſtianos exſtet, nonnulli de aſſertionis hujus veritate (quam tamen Pici noſtri candor alias probatus adſtruere videtur) dubitarunt; alii a Judæis, Esdræ nomen falſo oſtentantibus delusum longe alia ſcripta habuiſſe ſentiunt, quæ eſt opinio *Rich. Simonis* in Bibliothec. Selecta Tomo I. p. 323. alii, ut *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 404. ipſos Talmudicos Codices pro arcanis Esdræ libris Mirandulano oblatos fuiſſe ſtatuunt. Quæ ſententia cum vel ideo quondam mihi quoque viſa ſit veriſimilis, quod veteres nunc 60. nunc 63. nunc etiam 70. (vide Auguſtin. Iuſtinianum in præfat. ad *Porcheti* Victoriam) numerent; præterea vero probabile ſit, Picum, qui an. 1494. obiit, a *Reuchlino* parum remotus, Talmud legiſſe; re tamen accuratius expenſa alios Mirandulano libros ſub hoc titulo lectos cenſeo. Nemo enim Judæorum Talmud unquam ad Eſram retulit, nec iidem juvenes ab ejus ſtudio arcent, cum ad hos Esdræ libros legendos neminem niſi quadragenarium admitti ſcribat Picus, nec denique in Talmude inveneris *religionem non tam Moſaicam quam Chriſtianam, myſterium Trinitatis, verbi incarnationem, Meſſiæ divinitatem, peccatum Originale, ejusque per CHRISTUM expiationem &c.* quæ momenta ſibi in jactatis Esdræ libris obſervata aſſeverat *Picus*. Fateor hinc inde talia deprehendi; ſed in gurgite vaſto rariſſime; & liberalius pronunciaſſe videtur *Galatinus*, quando lib. I. c. 5. vix ullam in Talmude Gemaram contineri ait, quæ non aliquod Cathol. Veritatis arcanum aut explicite & aperte aut implicite & per figuras exprimat. Taceo longe alia in Cabbaliſticis Pici ſcriptis, ad quæ & his PſeudoEsdræ voluminibus uſus videtur, obſervari, quam quæ Talmudicam ſapiant diſputationem. Hinc rectius ſuſpicari me poſſe putem, commentationes, quas noſter legit, fuiſſe Cabbaliſticas, quæ vel perierint prorſus, vel ſub aliorum nominibus typorum beneficio in lucem prolatæ nunc exſtent. Hujus conjecturæ præſidium repeto ex *Jac. Gaffarelli* catalogo Codicum MSS. Cabbaliſt. quibus Picus uſus ſit, Pariſ. 1651. 8. ed. & a *Jo. Seldeno* lib. III. de Synedriis Hebr. lib. II. c. 16. p. 415. laudato, in quo exerpta quædam exhibentur trium libb. Cabbaliſt. nempe commentarii R. *Levi* (ſcribere voluit *Menachem*) *de Recineto*, in Pentateuchum mutili, tum R. *Eleaſaris Katon Germani* de ſcientia animæ rationalis divina, ac denique R. *Schem Tov ben Joſ. ben Phallachera* ſive *Palkeira* de variis hominum gradibus. Quamvis enim hic recentiorum Judæorum nomina ponantur: fieri potuit, ut Picus Cabbalæ amore faſcinatus, præcun-

eunte Judæo nugivendulo, hæc myſteria ex Esdræ commentariis a recentioribus compilata crederet. Neque tamen diffiteor, dici poſſe, quod illi Pici codices, a Gaffarello deſcripti, ab Esdrianis, quos putavit, forte diſtincti fuerint, qua de re infra, ubi Gaffarelli Indicem recuſum dabimus, dicemus.

Eſræ præterea, quæ verba ſunt *Juchaſin*, *decem conſtitutiones tribuuntur præ ceteris, uti dicitur in Bava Kama capite* Merobe, *quanquam alias multo plures edidit. Nam & abſolute cum dicitur aliquid haberi, ut Takkana, (conſtitutio) nullo addito, intelligitur, id conſtitutum ab Eſra & ab ejus ſociis, qui Synagoga Magna vocantur.* Leguntur illæ conſtitutiones in *Bava Kama* fol. 75. 1. & hinc apud *Jo. Henr. Ottonem* in Lexico Rabbinico-Philolog. p. 175. ubi & alia ad ipſum referri ſolita recenſentur, quorum certe plura ſunt, cum, quæ Synagogæ Magnæ accepta feruntur, *Esdra* quoque tanquam Præſidi ejus, eadem opera vindicari debeant, unde & factum eſt, ut a nonnullis literarum vocaliumque, Maſoræ item & diviſionis librorum ſacrorum in capita & verſus auctor haberetur.

Quæ de famoſo Eſdræ autographo Hebraico, Bononiæ exſtante, ut & de reſtituto ab eodem Codice ſacro præter rationem a nonnullis adferuntur, de illis abunde & diligenter agit Cl. Fabricius in Codice Pſeudepigr. V.T. p. 1147. ſq. qui & p. 1162. *Apocalypſin* & *Viſionem* eidem falſo tributam explodit.

ר׳ עזרא R. ESRA, cui *Plantavitius* n. 63. librum quendam 1769
אמרי בינה tribuit, tanquam *librum concionum*, fictus auctor eſt, & procul dubio ex nomine R. עזריה *Aſaria de Rubeis* exſculptus, in cujus *Meor Enajim* pars III. hunc habet titulum, de quo paulo poſt dicemus.

ר׳ עזרא מפאנו R. ESRA MIPPANO, (*Fanenſis*) fil. *Iſaac* 1770
tanquam Sapiens & incola *Mantuanus* laudatur ab *Azaria Meor Enajim* lib. II. p. 25. Hujus curæ debetur editio *Mantuana* libri תנחומא an. 373. C. 1613. fol. auctior curata, ceu præmiſſa ejus præfatio oſtendit.

ר׳ עזרא בר שלמה R. ESRA bar SCHELOMO 1771
cujus comment. in Legem Hebr. MS. exſtat in B. Bodlej. n. 5910.

ר׳ עזריאל R. ASARIEL ſcr. 1772
סֵדֶר קְרִיאוֹת *ordo lectionis*, ubi de ratione prælectionum in feſtis majoribus inſtituendarum agitur, *Amſtelod.* 450. C. 1690. 12.

Digitized by Google

1773 ר׳ עזריה מן האדומים R. ASARIAS de RUBEIS, *Mantuanus*, incola *Ferrarienſis*, quo nomine ſe ipſum in limine libri *Meor Enajim* vocat, floruit Sæculo XVI. fere inclinante &, teſte ipſo, p. 174. a. librum ſuum an. 331. ſcribi cœptum, abſolvit an. 333. quem dixit מאור עינים *lumen oculorum*, ex *Proverb.* XV. 30. *Mant.* 334. C. 1574: 4. p. 188. Liber in tres partes diſtinctus in I. ſub titulo קול אלהים *vox Dei*, recenſet terræ motum, qui *Ferraræ* contigit an. 331. C. 1571. præterea vero in cauſas ejus, adhibitis Scriptoribus antiquioribus, *Plutarcho, Seneca, Plinio &c.* tum etiam recentibus inquirit. Eam fere totam *Jo. Henr. Hottingerus* repetit in diſſ. de Terræ motu, quæ exſtat in *Analectis* ejus p. 173. ſqq. In II. ſub tit. הדרת זקנים *decor ſenum*, exhibet hiſtoriam Ariſteæ de verſione τῶν LXX. hebr. converſam: in III. denique qui 60. capitibus conſtat, ſub tit. אמרי בינה *verba intelligentiæ*, de variis rebus & argumentis, Hiſtoricis præcipue & Philoſophicis, ut & antiquitatum Hebræarum & Sacrarum momentis, v. c. de lingua Hebræa literis ejus & vocalibus, linguisque Orientis ceteris, tum vero etiam de veſtibus Sacerdotalibus &c. differit. Liber non minus elegans quam eruditus, & qui paucos ſibi habeat in re Iudæorum libraria ſimiles, ac propterea a Chriſtianis non ſolum diligenter lectus, ſed & multum commendatus. Allegat is plura ſuorum civium ſcripta tam edita, quam inedita, nec minus frequenter gentiles *Cicer, Plutarchum, Plinium* &c. ac Chriſtianos, nominatim, *Origenem, Euſebium, Auguſtinum, Hieronymum, Epiſcopum Eugubinum* (Steuchum) *Toſtatum*, quendam Chriſtianorum Interpretum principem, (quem puto eſſe *Lyram*) & *Samotheum* neſcio quem, qui *Euſebio* jungi ab ipſo ſolet. Cur vero hanc allegandi rationem Judæis alioquin minus receptam ſecutus ſit, ipſe exponit c. II. p. 29. ſq. libri eandemque apud ſuos excuſat. In calce duo folia emendationes quasdam totius libri exhibent. Ceterum variæ hujus libri partes ab eruditis hinc inde verſæ ſunt. Sic *Guil. Henr. Vorſtius* obſervationibus ſuis ad Ganzii *Zemach David* caput XXV. libri III. ubi de aera a Condito mundo ducta p. 187. caput XXXV. fere totum p. 221. - 240. caput XXIII. ubi de Aera Contractuum p. 287. ſq. latine inſeruit. Præterea vero caput XXXII. latine exhibet p. 308. ſq. quo comprehenditur integer Philonis libellus de Temporibus, quem ipſe *Aſarias* ex ſuppoſito Latino exem-

Digitized by Google

emplari *Hebræum* fecerat. Ex lib. III. caput LX. quod de poëſi Hebræorum præcipit, totum exhibet *Buxtorfius* in calce libri *Coſri* p. 415. – 424. ſicut idem alia ejus loca ſatis longa hinc inde partim in Exercitationibus ſuis, partim in Diſſertationibus partim in Tract. de Antiquitate punctorum proponit. In Exercitatione III. ſpeciatim caput L. de *Urim & Tummim* p. 285. ſq. latine exſtat. Caput XIX. V. C. *Jo. Meyerus* Latina civitate donatum editioni ſuæ libri Seder Olam præmiſit. Ex Judæis ſæpius eum allegat R. *David Ganz* in Zemach David, qui eum innuit per בעל מ״ע i. e. *auctor libri Meor Enajim*, nunc laudans & ſequens, nunc ab ejus ſententia diſcedens, quando ſcilicet communi traditioni ipſi repugnaſſe viſus eſt. Ita ad annum 4448. p. 63. ed. Lat. contra eum diſputat circa Aeram Contractuum & alia Chronologiæ capita, & p. 65. concludit: *certo autem ſcias, verba ejus non recepta eſſe à præſtantibus, neque Sapientium ſententiam iſti acquieſcere.* Loquitur autem ibi de Chronologia ejus.

Plantavitius n. 296. noſtrum vocat *Aſariam de Roſi*, quod Latinum *de Rubeis* ex Italiæ linguæ genio refert, eidemque tribuit librum ארח חיים cujus inſcriptionis librum non ille, ſed *Raphaël Minnorzi ben Gabriel* fecit, de quo ſuo loco dicemus. Labi autem hic potuit Plantavitius, cum, quod ipſe fatetur, librum non viderit. Eum ſecutus eſt *Hendreichius* in Pandectis p. 303. Pandectarum. *Gilb. Gaulminus* in notis ad libb. de Vita & Morte Moſis ſæpius allegat *Meor Enajim* v. c. p. 186. 242. & 259. cujus auctorem appellat *Salomonem Panielidem*, ſed ille rectius inſcribitur אור עינים & de longe alio argumento præcipit, de quo infra ſuo loco dicemus.

Laudant *Aſariam* noſtrum præter eos, quos diximus, *Jo. Morinus* in Exercitt. Biblicis p. 141. & *Rich. Simonius* in Catalogo Auctorum Hiſtoriæ Crit. V. T. ſubjuncto, ubi inter cetera ait, auctorem latinos maxime Patres citare, interdum paradoxa habere & pleriſque Iudæis eſſe doctiorem, cum & latinam linguam calluerit, & Chriſtianorum ſcripta legerit.

ר׳ עזריה אבו שמואל. R. AZARIAS ABU SAMUEL cujus 1774

Liber de præceptis Legis & anno Iudaico Arabice MS. exſtat inter Codd. Huntingtonianos n. 298.

ר׳ עזריה בן אפרים פיגו R. AZARIAS ben 1775

EPHRAIM PIGO, vixit Sæculo XVII. medio, & concionatorem egit *Venetiis* ſcripſitque

I)

1) ס׳ בִּינָה לְעִתִּים *librum intelligentiæ temporum* ex 1. Chron. XII. 32. h. e. 72. conciones in feſta, aliaque argumenta. v. c. ſeptem habitas ſub initium novi anni, ſex de pœnitentia, tres in Feſtum Tabernaculorum, alias de circumciſione, luctu &c. *Venet.* 408. C. 1648. fol.

2) גְּדוֹלֵי תְּרוּמָה *magnificentiæ oblationis*, i. e. *oblatio magnifica*, commentarius diffuſus in R. *Baruch Garmiſenſis* librum תרומות R. *Schemuel* &c. *Venet.* 403. C. 1643. fol. Bartoloc. minus recte affert annum 413. C. 1653. confer infra inter Anonymos גדולי תרומה in lit. ג.

ר׳ עזריה בן מנחם R. AZARIAS ben MENACHEM vide *Aſariel ben Menachem.*

1776 ר׳ עזריה המקבל R. ASARIAS *Cabbaliſta* Catalanenſis ſcr.

Commentarium in Legem non editum, ſed qui MS. exſtat in B. Vatic. in quo inter cetera monet, veteres nomen יהוה ita ſcripſiſſe, ut ſingula literarum latera tribus circellis conſtarent. Forte hic non eſt diſtinctus ab *Aſariel ben Menachem* cujus librum Cabbaliſt. modo laudavimus.

1777 ר׳ עזריאל בן מנחם R. ASARIEL ben MENACHEM, Cabbaliſta ſcripſit

סֵפֶר הַמִּלּוּאִים *librum impletionum*, argumenti Cabbaliſtici, qui allegatur in calce libri Jezira edit. Mantuanæ.

1778 ר׳ עזריאל בן משה הלוי R. ASARIEL filius MOSE, *Archiſynagogus Tarnegrodenſis*, *Levita*, Germanus ſcr.

ס׳ נַחֲלַת עֲזַרְיאֵל *librum hereditatis Aſarielis* i. e. conciones Allegoricæ in Pentat. ex Gemara, Toſephoth & Medraſchim *Francof. ad Viadr.* 451. C. 1691. 4. pp. 94. cura *Simſonis fil. Chajim.*

1779 ר׳ עזריאל סגי נהור R. ASARIEL Cabbaliſta, cœcus, miſit ad ſuos librum Cabbaliſticum מערכת האלהות, quem plerique tribuunt R. *Perez Cohen*, cognomine הר״ף Prodiit liber *Ferrar.* 218. C. 1558. 4.

ר׳

ר׳ עזריאל אבי אעזרי R. ASARIEL AVI AASARI in Agria, Agariæ urbe, ſcripſit cantica quolibet die canenda, quæ MSS. exſtant in B. Vatic. 1780

ר׳ עזריאל הקליר R. ASARIEL HAKKALIR, huic Bartoloccius tribuit. 1781

עֲרוּגַת הַבּשֶׂם *areolam aromatis*, ex *Cantic.* V. 13. quem ait eſſe Grammaticam, cui additus ſit tractatus de accentibus & punctis, nec minus פִּזְמוֹנִים וְשִׁירִים *hymnos & cantica*, quæ in feſtis a Judæis Germanis cantantur, MSS. in B. Vatic. Enimvero hic auctor non *Aſariel* ſed אליעזר *Hakkaljr* vocandus erat: huic enim liber ערוגת הבושם tribui a quibusdam ſolet, quem plerique vindicant R. *Moſi ben* עזרא: vide quæ ſupra ſub hujus nomine ſcripſimus. Præterea liber hic non eſt Grammaticus, ſed potius poeticus, qui meris hymnis & canticis, inter Judæos Germanos receptis, conſtet, quæ proinde minus recte a Bartoloccio tanquam ſingulare & diverſum a priore opus recenſentur. Erroris occaſio ex eo nata eſt, quod ejusdem tituli liber isque Grammaticus a *Samuele Arkevolti* exaratus ſit, hinc vero intelligitur, Bartoloccium in recenſione MSS. interdum humani aliquid paſſum eſſe.

ר׳ עזריאל בר שלמה R. ASARIEL bar SCHELOMO, Garonenſis, Cabbaliſta, allegatur ab *Archangelo de Burgonovo* in Apologia doctrinæ Cabbaliſt. p. 51. Forte hic idem eſt cum עזרא בר שלמה de quo ſupra diximus. 1782

מרת עלוש *Domina* ALUSCH, femina Judæa erudita, patre R. *Mardochæo* Magiſtro Sluzkienſi nata, & uxor *Aaronis fil. Alikum Getz*, convertit librum שומרים לבוקר, quem titulum vide inter Anon. 1783

ר׳ עמא R. AMA, cui *Plantavitius* n. 702. tribuit 1784

שַׁעַר הָרָזִים *portam ſecretorum* Cabbaliſt. de reconditis myſteriis Pſ. XIX. agentem, quem a *Galatino* lib. I. de Arte Cabbaliſt. ait citari.

ר׳ עמנואל R. IMMANUEL, neſcio quis. cujus comment. in librum *Ruth* MS. ſe habere teſtatur *Plantavitius* n. 359. 1785

עמנואל

Digitized by Google

1786 עמנואל IMMANUEL cujuſdam qvv. & reſp. memorat *Buxtorfius* p. 411. B. Rabb.

1787 עמנואל IMMANUEL cujus literæ familiares MSS. exſtare dicuntur in B. Medicea Plut. II. n. 35.

1788 ר׳ עמנואל אבוהב R. IMMANUEL ABUHAB (s) Hiſpanus claruit an. 1625. (t) & *Nomologiam* ſive *diſſertationes Legales* ſcripſit, (u) quibus probare conatus eſt, traditiones antiquas ſive legem oralem veram eſſe. Laudatur liber a *Menaſſe ben Iſrael* in limine libri *de Reſurrectione mortuorum*, ubi recenſet eos, qui ex Judæis Hiſpanice quidquam in literas retulerunt. Meminit libri ex noſtratibus *Theophilus Spizelius* in Coronide Philologica ſubjuncta Arcanis Bibliothecarum Sacris retectis p. 383. ſed ut puto, nonniſi ex indicio Menaſſæ, ad quem etiam provocat *Nic. Antonius* in Append. ad Biblioth. Hiſpan. Novam p. 321. & *Bartoloccius*. Nullus horum editionis meminit, quam ſumtibus heredum auctoris an. 389. C. 1629. 4. curatam vidi, quæ etiam laudatur in Theatro Pſeudonymorum Placciano p. 502. a. ubi allegatur. Conf. p. 246. de Anonymis, ubi n. 1010. ex Judicio Normanni, ut doctiſſima & lectu digniſſima laudatur. Eandem David ניטו in limine libri מטה דן, quem pro traditionis veritate & divinitate ſcripſit, p. 8. averſa laudat ſed non ſufficere arbitratur.

ר׳

(s) Vel rectius *Aboab*, quo nomine in titulo vocatur: vide, quæ ſupra diximus ad *Iſaacum Aboab*.

(t) Ipſe enim p. 321. teſtatur, ſe librum hunc ſcripſiſſe an. 385. i. e. C. 1625. paulo poſt eundem obiiſſe apparet ex eo, quod an. 389. liber ipſe a defuncti heredibus editus dicitur.

(u) Conſtat liber paginis 312. & *Amſtelodami* excuſus videtur: neque enim loci diſerta fit mentio. Conſilium auctoris eſt, neceſſitatem Legis Oralis demonſtrare, quod priore quidem libri parte variis rationibus evincere ſtudet, ſicut in poſteriore originem ejus & propagationem, eademque occaſione ſucceſſionem & ſeriem Doctorum Iudaicæ Eccleſiæ ad ſuam usque ætatem repræſentat, ex qua ſubinde me profeciſſe fateor. Secutus is imprimis eſt *Maimonidem*, quod ipſe in præfat. monet, inprimis vero Parte II. cap. 6. & ſqq. ubi de dono prophetias conſequendo ut & de gradibus prophetias exponit. Præterea vero adhibuit, ceu p. 282. ipſe ſcribit R. *Moſis Cotſenſis* præf. ad librum מצות גדול, *Aben Eſram* item & *Abrah. ben Dior*. Idem huic libro p. 144. ſqq. inſeruit *Horatii del Monte*, Nobilis Itali, epiſtolam Italicam, ad ſe datam de eo, quomodo dici poſſit: *Angelicum eſſe emendare ſe*; cum reſponſione ſua Latina, quam ſcripſerat anno 367. C. 1607. R. *Iſaac Cordoſo* in libro ſuo, quem inſcripſit *Excellentias de los Hebreos*, frequenter hanc *Nomologiam* adhibuit, quam memoriæ vitio p. 384. *Iſaaco* Aboab tribuit.

Digitized by Google

ר׳ עמנואל מבינינטו בן יקותיאל R. 1789

IMMANUEL BENEVENTANUS fil. *Jekuthiel*, quem poſt *Buxtorfium Hottingerus* p. 44. B. Or. corrupte vocat *Imman. ben Giunto Aben Venuto.*

1) לִוְיַת חֵן *additamentum gratiæ* ex *Proverb.* I. 9. Grammatica Hebr. edita *Mantuæ* 317. C. 1557. 4. per R. *Meir fil. Ephraim Patav.* Hic ultimo loco commmeoratur inter Grammaticos, quorum catalogum ſupra voce דקדוק exhibuimus, ubi ſcripſiſſe dicitur an. 5280. C. 1520. *Jo. Morinus* p. 520. Exercitt. Biblic. librum hanc allegans, affirmat eſſe commentarium in *Jekuthielis* Grammaticam, unde conjectura aſſequor, fuiſſe noſtrum *Jekuthielis Cohen ben Jehuda* filium, & commentarium hunc ſpectaſſe ad illius (*Iekuthielis*) librum Grammaticum עין הקורא, de quo ſupra ſuo loco diximus litera י. Scripſit idem comm.

2) In תִּקּוּנֵי זֹהַר R. *Simeonis ben Jochai*, in quem retulit ea, quæ ad hunc liber ſpectantia in diverſis aliorum libris invenerat. *Mant.* 318. C. 1558. & *Cracov.* 4. Bartoloccius, poſtquam de hoc dixerat, duobus auctoribus interjectis, commemorat alium *Immanuel Beneventanum* cui tribuit comm. in Proverbia Salomonis, ſed hic pertinet ad *Immanuelem ben Schelomo*, de quo paulo poſt dicemus.

ר׳ עמנואל ברודו R. IMMANUEL BRUDO, 1790

cujus liber de præceptorum ratione laudatur in *Scheveth Jehuda* ex verſ. Latina Gentii p. 388. ubi ait, eum modum paſchalem victimam mactandi in illo eleganter deſcripſiſſe. Bartol. vocat *Brundo.*

ר׳ עמנואל ברעץ R. IMMANUEL BRETZ (x) 1791

ſecundum *Buxt.* & Bartoloccium ſcripſit

פֶּלַח הָרִמּוֹן *fragmentum malogranati*, qui liber compendium ſit ספר *Pardes Rimmonim.* At enimvero liber hic eſt R. *Menachem Aſaria Mippano*, ut ſupra ſub nomine ejus oſtendimus: nec video fere, unde factum ſit ut hunc auctorem uterque conſtituant.

ר׳ עמנואל מפאנו vide ſupra *Menachem Aſarias Fanenſis.*

Dddddd ר׳

(x) *Bartol.* p. 286. Tom. IV. minus recte vocem hanc ſeparat legendo בר עץ i. e. *Bar Etz*. Buxtorfium non adſecutus, in cujus Biblioth. ut urbis nomen adferri ex addito nomine *Italia* manifeſtum eſt.

1792 ר׳ עמנואל בר יעקב R. IMMANUEL ben IACOB: hujus

Aſtronomica & Aſtrologica contra *Albatenium*, *Ptolemæum*, *Aben Eſra* &c. MSS. inter Codd. Huntingtonian. exſtant in Biblioth. Leidenſi p. 288. n. 57. Forte hic eſt, quem *Jo. Picus Mirandulanus* lib. IX. c. 5. contra Aſtrologos p. 450. Opp. vocat *Emanuelem* Ebræum, Abeneſræ ſectatorem.. Nec diſtinguendus forſan eſt ab eo, cujus tabulas Aſtronomicas MSS. ſe ſemel atque iterum vidiſſe teſtatur *Plantavitius* n. 274. ſub tit. לוחות בעל הכנפים i. e. *tabulæ Aſtronomicæ alitis R. Immanuelis*. Sicut ejusdem de annis, menſibus, motu Solis & Lunæ commentatio cum Tabb. Aſtronom. MS. recenſetur in B. Medic. p. 168. b. n. 30.

1793 עמנואל ליפמן IMMANUEL LIPMAN, Judæus converſus, cujus confeſſio & Hiſtoria converſionis lingua vernacula prodiit *Oettingæ* 1688. 8.

1794 ר׳ עמנואל פורטו די טריאסתי R. IMMANUEL PORTO *de Trieſte*, ſcripſit Tomos duos de Aſtronomia, teſte *Bartoloccio*, qui vereor ne idem ſit cum R. *Immanuele ben Jacob*, de quo paulo ante diximus, præcipue cum Bartoloccius hujus poſterioris non meminerit.

1795 ר׳ עמנואל רוסליס R. IMMANUEL ROSALES, *Hiſpanus*, *Vlyſſiponenſis*, ſcr.

Faſciculum trium verarum propoſitionum, Aſtrologiæ, Aſtronomiæ & Philoſophiæ, *Florent.* 1654. 4. item Carmen Heroicum de vera mundi ſtructura 4. Procul dubio pertinet ille ad gentem illam, ex qua ſupra unum *Jacobi* nomine recenſuimus.

1796 ר׳ עמנואל בן שלמה R. IMMANUEL ben SCHELOMO, *Siphronæus*, floruit an. 5001. C. 1241. Poeta inter Iudæos celebratiſſimus, ſcr.

1) מחברות *compoſitiones*, quæ dici ſolent מחברות עמנואל & abſolvuntur 28. compoſitionibus ac canticis eleganter ſtructis de variis deliciarum, quas homines appetunt, argumentis ſpeciatimque de amore mulierum. *Brixiæ* 252. C. 1492. 4. & *CPoli* 295. C. 1535. 4. per Elieſ. f. Gerſon Soncinat. a qua edit. non diſtincta cenſeri debet *CPolit.* 300.

C.

Digitized by Google

C. 1540. quam Buxtorf. memorat. Cum enim Judæorum more annus exprimatur per הר״צרו fieri facile potuit, ut primum ה quod plerumbue ad computum non ſpectat, is ad calculum revocaret cum ceteris. Ex præfat. patet, auctorem vixiſſe *Firmi* (פירימו) in Marca Anconitana, & *Jehuda Chariſii*, quem laudat, exemplo ad hoc ſcriptionis genus excitatum eſſe, in quo ita quidem verſatus eſt, ut dialogum inſtrueret, in quo illius, qui prior loquitur, verba rhythmica quadratis & punctatis literis exprimuntur, ſicut poſterioris reſponſio, ut plurimum longior, Rabbinicis iisque non punctatis characteribus ſubjicitur. Conſtat plagulis 39. *Bartoloc.* teſtatur exſtare editiones *Venetas*, in quibus multa in Chriſtianos ſcripta inveniantur, quæ in ceteris fruſtra quæras; addit prodiiſſe etiam germanice *Prag.* in fol. de quo quidem valde ego dubito. Hoc certum eſt, quod R. *Moſes* אייסנשטאט partem libri germanice converterit; ſed nec illam edidit: vide quæ ſub ejus nomine ſcripta ſunt ſupra. Ceterum *Buxtorf.* p. 367. B. Rabb. poemata illa laudat ab admirabili arte, eloquentia, elegantia & doctrina, in quibus multa amatoria & jocoſa, atque adeo etiam ſcurrilia ſint, ut a quibusdam Judæis ideo non magni fiat.

2) מַחְבֶּרֶת הַתּוֹפֶת וְהָעֵדֶן *compoſitiones de Topheth* (inferno) *& Eden*, ubi de ſtatu animarum poſt mortem vel felici vel calamitoſo: prout vel pie vel impie vitam egerunt homines *Prag.* 8.

3) מִשְׁלֵי *Proverbia Salomonis*, cum amplo ejusdem commentario *Neapoli* fol. teſte ש״י qui tamen annum non memorat: hinc tamen colligo non præter rationem, ab errore ſibi parum caviſſe Plantavitium & Bartoloccium, quando uterque, ille quidem n. 518. & 544. hic vero Tomo IV. p. 286. R. *Immanueli Beneventano* tribuunt comment. *in Proverbia Salomonis*, tanquam librum proſa & carmine ſcriptum, vitiaque & virtutes 28. compoſitionibus, quas Judæi מחברות vocent, delineantem, & *CPoli* an. 340. C. 1580. fol. editum.

Confuderunt illi, ſi quid recte video, quamvis uterque librum ſe poſſediſſe dicant, *Immanuelis Beneventani*, de quo paulo ante, nomen, cum nomine *Immanuelis ben Salomonis*, præterea vero librum poſterioris, quem מחברות dixit 28. ſectionibus, ut diximus, conſtantem, transfuderunt in comment. in Proverbia Salomonis. Bartoloccius alium *Immanuelem bar Schelomo*, a noſtro hoc, ut putat, diſtinctum memorat, ejusque commentarium in *Canticum Cantic.* in Biblioth. Ducis ab Altemps; alium vero ejusdem in *Jobum* MS. in B. Vatic. 4. exſtare affirmat: ſed

Digitized by Google

veri mihi videtur ſimile, eundem eſſe noſtrum, qui ut Proverbia Salomonis commentando illuſtravit, ita & *Canticum* & *Jobum*, tanquam librum Metricum explicare forte aggreſſus eſt. Sed illa quidem confici nequeunt, niſi ab iis, qui Codd. MSS. ipſos inſpicere poſſunt.

Id pro certo affirmaverim, *Immanuelem* illum, cujus Volumen magnum, ſvaviſſimis verſiculis, rhythmicorum more factis, plenum, ſe MS. habere teſtatur *Maſius* in catalogo Auctorum Judaicorum, commentario in Joſuam addito, a noſtro non eſſe diſtinctum.

1797 עמנואל תרימיליאוס IMMANUEL TREMELLIUS, *Ferrarienſis Italus*, Judæo Patre natus, & deinde ſacris Chriſtianorum initiatus, meritoque inter eos numerandus, qui non ſolum in agnita veritatis profeſſione conſtanter perſtiterunt, ſed etiam inſignem operam in ea provehenda collocarunt. Noſter enim Calvinianorum partes ſectatus, in variis regionibus, ac primo quidem Lucæ in Hetruria, tum *Argentorati*, hinc in *Anglia*, poſtea iterum in Germania *Hornbaci*, inde *Heidelbergæ*, *Divioduri Mediomatricum*, ac tandem *Sedani* Hebræas literas docuit, eaſdemque variis ſcriptis amplificavit, an. 1580. ſeptuagenario proximus defunctus. Scripſit ille inter cetera

חִנּוּךְ בְּחִירֵי יָהּ *initiatio electorum Domini*, i.e. Catechismus hebr. per interrogationes & reſponſiones de fide, præceptis & precibus ex ſententia Chriſtianorum præcipiens, & Chriſtophoro, Duci Wurtenbergenſi, dedicatus, *Argentorati* 1554. 8. Idem recuſus eſt *Hebr. Græce & Latine* Lugd. Batav. 1591. 8. *Imbonatus* p. 81. Biblioth. Latino Hebr. editionem Catechiſmi illius Hebr. & Gr. *Pariſienſem* 1551. 8. memorat, & *Plantavitius* n. 205. ubi Catechiſmum hunc in uſum puerorum Calvinianorum ex Gallico hebr. a Tremellio translatum dicit, *Pariſiis* 1554. prodiiſſe tradit, quod vereor, ne de *Argentoratenſi* intelligi potius debeat. In B. Regia Berolinenſi exſtat ס' חנוך בחירי יה Hebr. & Lat. a Colvillio Prof. Francofurt. manu deſcriptus an. 1670. qui num idem cum Tremelliano ſit, non dixerim.

De verſione Latina Sacri Codicis, quam cum *Franc. Junio* ex fontibus ipſe cum laude perfecit, cum & ſine notis ſæpius edita, nihil potius, quam pauca dicemus, cum, quæ hic dici poſſent, jam occuparit V. C. *Jacobus Le Long* in Bibliotheca Sacra Parte I. p. 704. ſqq. Varia eruditorum de ea judicia diligenter collecta exhibet V. C. *Thomas Crenius* in Animadverſionibus Hiſtorico-Philologg. Parte V. p. 53. ſqq. Addam

his

zed by Google

his ſiniſtrum, & forte iniquius *Sam. Bocharti*, idonei alioquin teſtis, judicium, quem V. C. *Jo. Clericus* in notis ad *Davidis Clerici* Quæſtiones Sacras p. 220. refert, de dicenda ſententia interrogatum, reſpondiſſe verbis gallicis *c' eſt l' averſion des Doctes* h. e. *eſt averſio Doctorum*, quod quidem alter audiens ita accepit ac ſi dixiſſet: *c' eſt la verſion des Doctes* h. e. *eſt verſio doctorum*. Adde *Scaligerum* p. 397. & *Altingii* Schilo lib. III. c. 1. ubi poſterior queritur, *Junium* editionibus verſionis poſt fata *Tremellii* curatis multa cum in verſione tum in notis mutaſſe, quod quidem, *Scaligero* judice, tam infeliciter illi ceſſit, ut, ubi diſſentire a præceptore vult, maxime ridiculum ſe præbere ipſi videatur. Plura de Vita & ſcriptis noſtri lege in *Melchioris Adami* Vitis Theologorum exterorum p. 71. *Anton. Teiſſerii* Elogiis Virorum eruditorum Tomo I. p. 542. ſq. *Th. Fullero* in *Abele Redivivo* p. 346. *Thom. Pope Blount* in Cenſura celebrium Scriptorum p. 510. ſq. & *Rich. Simone* in Hiſt. Crit. V. T. lib. II. c. 25. *Chriſtianus Gerſon* indignabundus refert Part. II. cap. 19. pag. 529. *Talmudis Judaici* germanice exarati, *Tremellium* poſt mortem calumniis proſcindi, dicique Iudæum, imo peſſimum Judæum, peſſimeque baptiſatum, quem præſtitiſſet Judæum manſiſſe. Cujus auctoris ea ſit criminatio, fruſtra huc dum inquiſivi.

עמרם RAF AMRAM Rector Soranæ Academiæ circa 1798
An. Mundi 4606. C. 846. cui *Zemach David* ad hunc annum tribuit *Ordinem precum* ex more Judæorum Hiſpanorum. Eſt & *Amram*, Moguntinus incola, de quo mira fingunt Judæi in *Schalſcheleth* p. 36. b. cujus auctor dubie adſerit, eundem hunc eſſe cum priore, de quo diximus. De alio *Amram* vide ſupra ſub *Jacob* עמרם.

ר׳ ענן R. ANAN, quem Scriptor *Schalſcheleth* p. 34. b. in Mil- 1790
lenarii V. initium, h. e. Sæculum III. poſt. C. N, refert, eumque ait ſcripſiſſe librum adhuc ſuperſtitem סדר אליהו זוטא & סדר אליהו רבה utrumque ex diſciplina Eliæ, qui ipſi apparere conſueverit. Cum vero aliquando Anan δωροφάγον agere inciperet, a conſuetudine ejus Elias abhorrere cœpit, donec Anan pœnitentia facti duceretur, ut precibus reditum ejus impetraret. Quæ itaque ante Eliæ diſceſſum ſcripſerat Anan, ea *Seder Elijahu Rabba*, quæ poſt diſceſſum & inſecutum reditum, *Seder Elijahu Sutha* appellavit. Plura de hoc libro diximus ſupra ſub

אליהו n. 231. Hic addes in *Schalſcheleth* l. c. ad noſtrum hunc referri, quæ in capite מציאת האשה i. e. cap. VI. *Cetuvoth* de controverſia inter Rav *Huna* & R. *Anan* referuntur, quorum ille huic infenſus erat, quod debito honoris præfamine privatum ſe ab eo videret. Eadem res refertur in R. *Mardochai* tractatu de Karæis p. 48. ſq. ubi ætas noſtri hujus *Ananis* rejicitur in an. 3980. C. 220. & ad diſtinctionem *Ananis ben David*, Karæi, de quo paulo poſt dicemus, vocatur *Anan* fil. שפטי vel שפט. Confer, quæ ibi dixi in notis p. 49.

1800 ר׳ ענן בן דוד R. ANAN fil. DAVID, inſtaurator Karaiſmi per aliquot ſæcula fere collapſi, & interitum minantis, cujus ætatem R. *Mardochaus* in Tract. de Karæis p. 144. refert in annum 4402. i. e. C. 642. minus recte, & repugnantibus temporum rationibus, imo repugnans ipſe ſibi. Cum enim is eodem in loco teſtetur, Ananem hunc Karæorum doctrinam adſeruiſſe & vindicaſſe ſub imperio *Abuſaar Regis*, qui non alius eſt a *Chalifa* illo, quem *Eutychius Patricides* Parte V. Annalium Alexandr. *Abujaafarem* appellat; ſimul manifeſtum facit, ætatem Ananis in Sæculum VIII. medium collocandum eſſe. *Abujaafar* enim faſces imperii ſuſcepit A. C. 754. teſte eodem Eutychio. Confer *Jac. Triglandium* de Karæis p. 109. Hic computus præſidium & robur accipit a teſtimoniis Rabbanitarum quorundam, ex quibus R. *Abraham ben Dior* in libro Cabbalæ p. 11. ed. Mant. teſtatur, *Ananem & Saulem* filium ejus æquales fuiſſe R. *Jehudæ*, qui obierit an. 4523. C. 763. ſicut ante ipſum teſtatus quoque erat R. *Scherira Gaon* in monimento illo, quod inſertum eſt libro *Juchaſin* fol. 118. b. Confer *Jo. Morini* Exercitt. Biblic. pag. 307.

Hunc ipſum Ananem primum Karaiſmi auctorem conſtituit Morinus l. c. & ejus veſtigiis inſiſtens *Rich. Simon* Hiſtor. Crit. V. T. c. 29. p. 162. atque adeo primam Karaiſmi originem in idem tempus incidere opinatur, minus quidem recte, ut arbitror, qua de re inter Anonymos ſub קראים fuſius commentandi locus dabitur. Suffecerit hic monuiſſe, quod ipſe *Abraham ben Dior* l. c. Morino contrarius ſit, quando commemorato illo Anane diſerte ſcribit, כי אחר החרבן נדלדלו המינים עד שעמד ענן וחזקם. h. e. *quod poſt excidium diminuti fuerint hæretici* (hoc nomine Karæi κατ' ἐξοχὴν vocantur) *donec prodierit Anan & eos confirmarit.* Eadem verba repetit *Sam. Schullam* ad *Juchaſin* p. 118. b. & *Zemach David* ad an. 4515. Ex loco *Abrahami ben Dior* id quoque perſpi-

Digitized by Google

ſpicitur, quod Anan ex *Beth Zur*, urbecula ſive caſtro prope Hieroſolymam, oriundus fuerit. Quod ut temere negare non poſſumus, ita Karæi id inficiantur, quod poſt *Abraham ben Dior* teſtantur Rabbanitæ omnes, hunc Ananem res novas in doctrina propterea molitum eſſe, quod Geonatus dignitate præter ſpem exciderit. Vide, quæ hanc in rem diſputat R. *Mardochaus* in tract. de Karæis p. 50. Multas præterea alias criminationes in Ananem hunc eructarunt Rabbanitæ, a quibus quomodo Karæi eum defendunt, oſtendit *Triglandius* p. 101. diſſertat. laudatæ ex Cod. MS חלוק & ex R. *Jepheth* p. 108. De ſcriptis ejus nihil ſupereſt, ſi exceperis fragmenta quædam, hinc inde a Karæis laudata. Confer etiam de noſtro *Jo. Henr. Hottingeri* Hiſt. Eccleſ. N. T. Sæc. VIII. p. 533. ſqq.

ר׳ עקיבה בן יוסף AKIBA fil. JOSEPHI, inter 1801
Doctores Miſchnicos anno 3760. qui primo Aeræ Chriſtianæ reſpondet, natus, teſte poſt alios *Zemach David* ad hunc annum, floruit ſub *Tito Veſpaſiano* & *Adriano*, quem Judæi tradunt annos vitæ 120. habuiſſe, quorum priores 40. mercaturæ, medios totidem legi diſcendæ, poſtremos denique eidem docendæ impenderit, usque dum an 3880. C. 120. violenta morte periit. Tradit hæc *Juchaſin* p. 26. b. *Zemach David* ad an. 3760. & 3880. & ceteri Chronologi Iudæorum, qui in rebus ab eo geſtis recenſendis diligentes ſunt, quas hic repetere nihil attinet. Vide inprimis *Jo. Henr. Othonis* Hiſtoriam Doctorum Miſchnicorum p. 132. ſqq. In maxima apud ſuos exiſtimatione fuiſſe vel ex fabula illa de 11000. (vel ſecundum alios 24000.) diſcipulis patet, quos ipſi tribuunt in *Bereſchith Rabba* Sect. 67. & *Zemach David* ad an. 3840. ut taceam elogium, quod R. *Bechai* p. 173. comment. in Legem in illum confert, quando ea Akibæ revelata fuiſſe adfirmat, quæ Moſen latuerint. Finem vitæ ejus turbæ a PſeudoMeſſia בר כוכבא vel בר כזיבא cujus Armigerum & ſodalem agebat, motæ attulerunt. Expugnata enim, quo ſe cum ceteris receperat, *Bitthera* urbe, *Adriani* juſſu exquiſitis cruciatibus ſubjectus & morti traditus fuit. De clade hac vide præter *Jo. Lightfootum* Centur. Chorograph. Evang. Matthæi p. 98. *Wilh. Schickardum* p. 479. de Jure Regio Hebræorum cum notis *Schickardi*, ac præterea omnes eos, quos de בר כוכבא commentatos eſſe ſupra monuimus. Interim hoc martyrium, quod interpretantur Judæi, effecit, ut Judæi Tiberiadem, juxta quam ſepultus creditur, quotannis inde a Paſchatos ſolennibus ad Pentecoſtes fe-

ſeſtum commigrare religionis cauſa conſueverint. Ceterum hiſtoriam Akibæ hujus & Bar Cochab cum aliis Iudæorum monimentis hiſtoricis editurum ſe promiſit olim Cl. *Gagnerius* in Dedicat. Hiſtoriæ *Joſippi* præmiſſæ. Huic tribuuntur a Judæis varia, quæ vel ipſe calamo conſignaverit, vel diſcipulis ſuis, ore tradita, conſcribenda reliquerit. Inter ea occurrunt

1) אותיות של ר' עקיבה *literæ ſive alphabetum R. Akibæ*, in quo de ſingulis literis Hebraic. meditationes Cabbaliſticæ adferuntur. Prodiit hoc alphabetum *CPoli*, quæ ed. exſtat in B. Oppenheimeri, *Venet.* 306. C. 1546. aqud *Marc. Ant. Juſtinian.* & ſecundum ש"י cum acceſſionibus *Cracov.* 339. C. 1579. quam ed. Bartoloccius in annum 344. refert, & diffuſo commentario inſtructam ait. Vidit etiam lucem *Amſtelod.* 367. C. 1607. & 1708. 8. Cum latina verſione ſed ſine comment. legitur in *Athanaſ. Kircheri* Oedipo Ægypt. Tom. II. p. 225. ſqq. & in *Bartoloccio* Tomo IV. p. 275. R. *Schabtæus* in ש"י monet ſcriptionem hanc partem eſſe majoris operis, (quod & teſtatur R. *Naphthali Hrtz* in præf. ad *Emeck Hammelech* p. 6. a.) & in illam exſtare commentarium amplum MS. Forte hic eſt ille comm. qui ſub nomine *Nathan ben Moſche* MS. exſtat in B. Oppenheim. Libellum hunc antiqua manu in membrana deſcriptum ſe poſſidere Vener. *Henr. Muhlius* teſtatur p. 5. Apologiæ Talmud. ex quo codice cum Latina ſua verſione editurum ſe mihi teſtatus eſt *Aaron Margalitha* Ex Judæus, de quo ſupra ſuo loco.

Idem in præf. ad שלשי גבורים citatur ſub titulo: מדרש דר' עקיבה בסתרי אותיות h. e. *commentarius allegoricus R. Akibæ de interioribus literarum.*

2) ס' יצירה *librum Jezira*, qui Abrahami nomen mentitur, a quibusdam ex Judæis pariter & Chriſtianis, quibus addes *Muhlium* l. c. *Akibæ* huic tribui ſupra monuimus n. 43.

3) מכילתא eidem adſcribi ſuo loco ſub hoc titulo monebimus.

4) מכילתין librum, neſcio cujus argumenti, eidem tribuit *Schalſcheleth* p. 28. b. qui tamen a priore מכילתא non diſtinguendus videri poterat, niſi Scriptor *Schalſcheleth* ipſe diſerte diſtingueret.

5) Libros ספרא, ספרי & תוספתא ab ejus diſcipulis adeoque ex doctrina Akibæ exaratos eſſe credi volunt Judæi, ſpeciatim Schalſcheleth l. c. p. 28. b.

Denique & precatio illa Judaica, cujus initium eſt אבינו מלכינו au-

Digitized by Google

auctorem Akibam habere dicitur in volumine *Taanith* & ex eo in *Machſor* Norimberg. MS. ex quo locum adducit Vener. *Jo. Wulferus* in animadverſionibus ad Theriacam Judaicam p. 315. his omnino verbis: *Precatio hac R. Akibæ foetus eſt, ut in Taanis proditum legimus, quod cum ante arcam orandi cauſa ſe contuliſſet, nec exauditus fuiſſet, dixerit, ô pater noſter, peccavimus coram te, quo facto preces ſubito rata fuerint. Cum autem acceptam Deo orationem hanc videre Sapientes ejus avi, ipſo feſto Novi; Anni & Expiationis recitari eam juſſerunt, ſuperadditis etiam, quæ illo tempore ad orandum videbantur neceſſaria, v. g. ut in librum bonorum; meritorum eos ſcriberet Deus, ac miſericors iis eſſet ob honorem nominis ſui* &c. Ibidem *Wulferus* oſtendit, Brenzium Ex Judæum cauſam non habuiſſe, cur in illa precandi formula quidquam putaret dici, vel contra Chriſtum vel contra Chriſtianos.

Denique video in נובלות חכמה p. 195. a. & in præfat. ad *Emeck Hammelech* p. 6. a. allegari librum *Akibæ* MS. ſub titulo הבדלה in quo præcepiſſe videtur de ceremoniis, quibus accenditur lucerna, ſub veſperam exitus Sabbati ad diem a nocte ſeparandum deſtinata. Hunc enim ritum Judæi הבדלה appellant.

Cetorum Vorſtius ad *Zemach David* p. 282. *Akibam* Scriptorem libri *Jezira* diſtinguit a ſcriptore אותיות, utrumque autem tanquam recentiorem negat eſſe confundendum cum antiquiori illo, *Bar Cozba* ſodali. Quod ut ex rei veritate dici vel ſaltem conjici poſſe non negarim, ita certe a Judæorum ſententia alienum eſt.

ר' עקיבה R. AKIBA recentior, *Francofurtanus*, & in patria concionator, cujus exſtant 1802

זְמִירוֹת וְשִׁירִים *hymni & cantica*, ad Sabbatum pertinentia, quibus jungitur

וִיכּוּחַ מַיִם וְיַיִן *diſputatio inter aquam & vinum*, ubi utriusque laudes & commoda ex libris Biblicis rhythmis Hebraicis & Germanicis exponuntur, ac præterea preces itidem rhythmice pro ſingulis diebus adjiciuntur. *Baſil.* 359. C. 1599. 8. Obiit auctor an. 357. C. 1597. teſte *Zemach David* continuato p. 46. b.

ר' עקיבא בער R. AKIBA BEHR fil. *Joſephi Vindobon.* 1903

ס' עֲבוֹדַת בּוֹרֵא *librum de cultu conditoris*, quo collectæ ſunt preces varii argumenti, tum ex libris aliorum mutuo deſumtæ, tum ab au-

1773 ר׳ עזריה מן האדומים R. ASARIAS de RUBEIS, *Mantuanus*, incola *Ferrarienſis*, quo nomine ſe ipſum in limine libri *Meor Enajim* vocat, floruit Sæculo XVI. fere inclinante &, teſte ipſo, p. 174. a. librum ſuum an. 331. ſcribi cœptum, abſolvit an. 333. quem dixit מאור עינים *lumen oculorum*, ex *Proverb.* XV. 30. *Mant.* 334. C. 1574. 4. p. 188. Liber in tres partes diſtinctus in I. ſub titulo קול אלהים *vox Dei*, recenſet terræ motum, qui *Ferraræ* contigit an. 331. C. 1571. præterea vero in cauſas ejus, adhibitis Scriptoribus antiquioribus, *Plutarcho, Seneca, Plinio &c.* tum etiam recentibus inquirit. Eam fere totam *Jo. Henr. Hottingerus* repetit in diſſ. de Terræ motu, quæ exſtat in *Analectis* ejus p. 173. ſqq. In II. ſub tit. הדרת זקנים *decor ſenum*, exhibet hiſtoriam Ariſteæ de verſione τῶν LXX. hebr. converſam: in III. denique qui 60. capitibus conſtat, ſub tit. אמרי בינה *verba intelligentiæ*, de variis rebus & argumentis, Hiſtoricis præcipue & Philoſophicis, ut & antiquitatum Hebræarum & Sacrarum momentis, v. c. de lingua Hebræa literis ejus & vocalibus, linguisque Orientis ceteris, tum vero etiam de veſtibus Sacerdotalibus &c. diſſerit. Liber non minus elegans quam eruditus, & qui paucos ſibi habeat in re Iudæorum libraria ſimiles, ac propterea a Chriſtianis non ſolum diligenter lectus, ſed & multum commendatus. Allegat is plura ſuorum civium ſcripta tam edita, quam inedita, nec minus frequenter gentiles *Cicer, Plutarchum, Plinium* &c. ac Chriſtianos, nominatim, *Origenem, Euſebium, Auguſtinum, Hieronymum, Epiſcopum Eugubinum* (Steuchum) *Toſtatum*, quendam Chriſtianorum Interpretum principem, (quem puto eſſe *Lyram*) & *Samotheum* neſcio quem, qui *Euſebio* jungi ab ipſo ſolet. Cur vero hanc allegandi rationem Judæis alioquin minus receptam ſecutus ſit, ipſe exponit c. II. p. 29. ſq. libri eandemque apud ſuos excuſat. In calce duo folia emendationes quasdam totius libri exhibent. Ceterum variæ hujus libri partes ab eruditis hinc inde verſæ ſunt. Sic *Gvil. Henr. Vorſtius* obſervationibus ſuis ad Ganzii *Zemach David* caput XXV. libri III. ubi de aera a Condito mundo ducta p. 187. caput XXXV. fere totum p. 221. - 240. caput XXIII. ubi de Aera Contractuum p. 287. ſq. latine inſeruit. Præterea vero caput XXXII. latine exhibet p. 308. ſq. quo comprehenditur integer Philonis libellus de Temporibus, quem ipſe *Aſarias* ex ſuppoſito Latino exem-

emplari *Hebræum* fecerat. Ex lib. III. caput LX. quod de poëſi Hebræorum præcipit, totum exhibet *Buxtorfius* in calce libri *Coſri* p. 415.-424. ſicut idem alia ejus loca ſatis longa hinc inde partim in Exercitationibus ſuis, partim in Diſſertationibus partim in Tract. de Antiquitate punctorum proponit. In Exercitatione III. ſpeciatim caput L. de *Urim & Tummim* p. 285. ſq. latine exſtat. Caput XIX. V. C. *Jo. Meyerus* Latina civitate donatum editioni ſuæ libri Seder Olam præmiſit. Ex Judæis ſæpius eum allegat R. *David Ganz* in Zemach David, qui eum innuit per בעל מ"ע i. e. *auctor libri Meor Enajim*, nunc laudans & ſequens, nunc ab ejus ſententia diſcedens, quando ſcilicet communi traditioni ipſi repugnaſſe viſus eſt. Ita ad annum 4448. p. 63. ed. Lat. contra eum diſputat circa Aeram Contractuum & alia Chronologiæ capita, & p. 65. concludit: *certo autem ſcias, verba ejus non recepta eſſe à præſtantibus, neque Sapientium ſententiam iſti acquieſcere.* Loquitur autem ibi de Chronologia ejus.

Plantavitius n. 296. noſtrum vocat *Aſariam de Roſſi*, quod Latinum *de Rubeis* ex Italiæ linguæ genio refert, eidemque tribuit librum ארחות חיים cujus inſcriptionis librum non ille, ſed *Raphaël Minnorzi ben Gabriel* fecit, de quo ſuo loco dicemus. Labi autem hic potuit Plantavitius, cum, quod ipſe fatetur, librum non viderit. Eum ſecutus eſt *Hendreichius* in Pandectis p. 303. Pandectarum. *Gilb. Gaulminus* in notis ad libb. de Vita & Morte Moſis ſæpius allegat *Meor Enajim* v. c. p. 186. 242. & 259. cujus auctorem appellat *Salomonem Panielidem*, ſed ille rectius inſcribitur אור עינים & de longe alio argumento præcipit, de quo infra ſuo loco dicemus.

Laudant *Aſariam* noſtrum præter eos, quos diximus, *Jo. Morinus* in Exercitt. Biblicis p. 141. & *Rich. Simonius* in Catalogo Auctorum Hiſtoriæ Crit. V. T. ſubjuncto, ubi inter cetera ait, auctorem latinos maxime Patres citare, interdum paradoxa habere & pleriſque Iudæis eſſe doctiorem, cum & latinam linguam calluerit, & Chriſtianorum ſcripta legerit.

ר' עזריה אבן שמואל. R. AZARIAS ABU SAMUEL cujus 1774

Liber de præceptis Legis & anno Iudaico Arabice MS. exſtat inter Codd. Huntingtonianos n. 298.

ר' עזריה בן אפרים פיגו R. AZARIAS ben 1775

EPHRAIM PIGO, vixit Sæculo XVII. medio, & concionatorem egit *Venetiis* ſcripſitque

1)

1) ס' בִּינָה לָעִתִּים *librum intelligentiæ temporum* ex 1. Chron. XII. 32. h. e. 72. conciones in feſta, aliaque argumenta. v. c. ſeptem habitas ſub initium novi anni, ſex de pœnitentia, tres in Feſtum Tabernaculorum, alias de circumciſione, luctu &c. *Venet.* 408. C. 1648. fol.

2) גִּדּוּלֵי תְרוּמָה *magnificentiæ oblationis*, i. e. *oblatio magnifica*, commentarius diffuſus in R. *Baruch Garmiſenſis* librum תרומות R. *Schemuel* &c. *Venet.* 403. C. 1643. fol. Bartoloc. minus recte affert annum 413. C. 1653. confer infra inter Anonymos גדולי תרומה in lit. ג.

ר' עזריה בן מנחם R. AZARIAS ben MENACHEM vide *Aſariel ben Menachem*.

1776 ר' עזריה המקובל R. ASARIAS *Cabbaliſta* Catalanenſis ſcr.

Commentarium in Legem non editum, ſed qui MS. exſtat in B. Vatic. in quo inter cetera monet, veteres nomen יהוה ita ſcripſiſſe, ut ſingula literarum latera tribus circellis conſtarent. Forte hic non eſt diſtinctus ab *Aſariel ben Menachem* cujus librum Cabbaliſt. modo laudavimus.

1777 ר' עזריאל בן מנחם R. ASARIEL ben MENACHEM, Cabbaliſta ſcripſit

ספר הַמִּלּוּאִים *librum impletionum*, argumenti Cabbaliſtici, qui allegatur in calce libri Jezira edit. Mantuanæ.

1778 ר' עזריאל בן משה הלוי R. ASARIEL filius MOSE, *Archiſynagogus Tarnegrodenſis*, *Levita*, Germanus ſcr.

ס' נַחֲלַת עֲזַרְיאֵל *librum hereditatis Aſarielis* i. e. conciones Allegoricæ in Pentat. ex Gemara, Toſephoth & Medraſchim *Francof. ad Viadr.* 451. C. 1691. 4. pp. 94. cura *Simſonis fil. Chajim.*

1779 ר' עזריאל סגי נהור R. ASARIEL Cabbaliſta, cœcus, miſit ad ſuos librum Cabbaliſticum מערכת האלהות, quem plerique tribuunt R. *Perez Cohen*, cognomine הר"ף Prodiit liber *Ferrar.* 318. C. 1558. 4.

ר'

ר׳ עזריאל אבי אעזרי R. ASARIEL AVI AA- 1780
SARI in Agria, Agariæ urbe, ſcripſit cantica quolibet die canenda, quæ MSS. exſtant in B. Vatic.

ר׳ עזריאל הקליר R. ASARIEL HAKKALIR, huic 1781
Bartoloccius tribuit.

עֲרוּגַת הַבֹּשֶׂם *areolam aromatis*, ex *Cantic.* V. 13. quem ait eſſe Grammaticam, cui additus ſit tractatus de accentibus & punctis, nec minus פִּזְמוֹנִים וְשִׁירִים *hymnos & cantica*, quæ in feſtis a Judæis Germanis cantantur, MSS. in B. Vatic. Enimvero hic auctor non *Aſariel* ſed אליעזר *Hakkaljr* vocandus erat: huic enim liber ערוגת הבושם tribui a quibusdam ſolet, quem plerique vindicant R. *Moſi ben* עזרא: vide quæ ſupra ſub hujus nomine ſcripſimus. Præterea liber hic non eſt Grammaticus, ſed potius poeticus, qui meris hymnis & canticis, inter Judæos Germanos receptis, conſtet, quæ proinde minus recte a Bartoloccio tanquam ſingulare & diverſum a priore opus recenſentur. Erroris occaſio ex eo nata eſt, quod ejusdem tituli liber isque Grammaticus a *Samuele Arkevolti* exaratus ſit, hinc vero intelligitur, Bartoloccium in recenſione MSS. interdum humani aliquid paſſum eſſe.

ר׳ עזריאל בר שלמה R. ASARIEL bar SCHE- 1782
LOMO, Garonenſis, Cabbaliſta, allegatur ab *Archangelo de Burgonovo* in Apologia doctrinæ Cabbaliſt. p. 51. Forte hic idem eſt cum עזרא בר שלמה de quo ſupra diximus.

מרת עלוש *Domina* ALUSCH, femina Judæa erudita, 1783
patre R. *Mardochæo* Magiſtro Sluzkienſi nata, & uxor *Aaronis fil. Alikum Getz*, convertit librum שומרים לבוקר, quem titulum vide inter Anon.

ר׳ עמא R. AMA, cui *Plantavitius* n. 702. tribuit 1784
שַׁעַר הָרָזִים *portam ſecretorum* Cabbaliſt. de reconditis myſteriis Pſ. XIX. agentem, quem a *Galatino* lib. I. de Arte Cabbaliſt. ait citari.

ר׳ עמנואל R. IMMANUEL, neſcio quis, cujus com- 1785
ment. in librum *Ruth* MS. ſe habere teſtatur *Plantavitius* n. 359.

עמנואל

Digitized by Google

1786 עמנואל IMMANUEL cujuſdam qvv. & reſp. memorat *Buxtorfius* p. 411. B. Rabb.

1787 עמנואל IMMANUEL cujus literæ familiares MSS. exſtare dicuntur in B. Medicea Plut. II. n. 35.

1788 ר׳ עמנואל אבוהב R. IMMANUEL ABUHAB (s) Hiſpanus claruit an. 1625. (t) & *Nomologiam* ſive *diſſertationes Legales* ſcripſit, (u) quibus probare conatus eſt, traditiones antiquas ſive legem oralem veram eſſe. Laudatur liber a *Menaſſe ben Iſrael* in limine libri *de Reſurrectione mortuorum*, ubi recenſet eos, qui ex Judæis Hiſpanice quidquam in literas retulerunt. Meminit libri ex noſtratibus *Theophilus Spizelius* in Coronide Philologica ſubjuncta Arcanis Bibliothecarum Sacris retectis p. 383. ſed ut puto, nonniſi ex indicio Menaſſæ, ad quem etiam provocat *Nic. Antonius* in Append. ad Biblioth. Hiſpan. Novam p. 321. & *Bartoloccius*. Nullus horum editionis meminit, quam ſumtibus heredum auctoris an. 389. C. 1629. 4. curatam vidi, quæ etiam laudatur in Theatro Pſeudonymorum Placciano p. 502. a. ubi allegatur. Conf. p. 246. de Anonymis, ubi n. 1010. ex Judicio Normanni, ut doctiſſima & lectu digniſſima laudatur. Eandem David ניטו in limine libri מטה דן, quem pro traditionis veritate & divinitate ſcripſit, p. 8. averſa laudat ſed non ſufficere arbitratur.

ר׳

(s) Vel rectius *Aboab*, quo nomine in titulo vocatur: vide, quæ ſupra diximus ad *Iſaacum Aboab*.

(t) Ipſe enim p. 321. teſtatur, ſe librum hunc ſcripſiſſe an. 385. i. e. C. 1625. paulo poſt eundem obiiſſe apparet ex eo, quod an. 389. liber ipſe a defuncti heredibus editus dicitur.

(u) Conſtat liber paginis 312. & *Amſtelodami* excuſus videtur: neque enim loci diſerta fit mentio. Conſilium auctoris eſt, neceſſitatem Legis Oralis demonſtrare, quod priore quidem libri parte variis rationibus evincere ſtudet, ſicut in poſteriore originem ejus & propagationem, eademque occaſione ſucceſſionem & ſeriem Doctorum Iudaicæ Eccleſiæ ad ſuam usque ætatem repræſentat, ex qua ſubinde me profeciſſe fateor. Secutus is imprimis eſt *Maimonidem*, quod ipſe in præfat. monet, inprimis vero Parte II. cap. 6. & ſqq. ubi de dono prophetias conſequendo ut & de gradibus prophetias exponit. Præterea vero adhibuit, ceu p. 282. ipſe ſcribit R. *Moſis Cotſenſis* præf. ad librum מצורף גרון, *Aben Eſram* item & *Abrah. ben Dior*. Idem huic libro p. 144. ſqq. inſeruit *Horatii del Monte*, Nobilis Itali, epiſtolam Italicam, ad ſe datam de eo, quomodo dici poſſit: *Angelicum eſſe emendare ſe*; cum reſponſione ſua Latina, quam ſcripſerat anno 367. C. 1607. R. *Iſaac Cordoſo* in libro ſuo, quem inſcripſit *Excellentias de los Hebreos*, frequenter hanc *Nomologiam* adhibuit, quam memoriæ vitio p. 384. *Iſaaco* Aboab tribuit.

Digitized by Google

ר׳ עמנואל מבינוינטו בן יקותיאל R. 1789

IMMANUEL BENEVENTANUS fil. *Jekuthiel*, quem poſt *Buxtorfium Hottingerus* p. 44. B. Or. corrupte vocat *Imman. ben Giunto Aben Venuto*.

1) לִוְיַת חֵן *additamentum gratiæ* ex *Proverb*. I. 9. Grammatica Hebr. edita *Mantuæ* 317. C. 1557. 4. per R. *Meir fil. Ephraim Patav.* Hic ultimo loco commmeoratur inter Grammaticos, quorum catalogum ſupra voce דקדוק exhibuimus, ubi ſcripſiſſe dicitur an. 5280. C. 1520. *Jo. Morinus* p. 520. Exercitt. Biblic. librum hanc allegans, affirmat eſſe commentarium in *Jekuthielis* Grammaticam, unde conjectura aſſequor, fuiſſe noſtrum *Jekuthielis Cohen ben Jehuda* filium, & commentarium hunc ſpectaſſe ad illius (*Jekuthielis*) librum Grammaticum עין הקורא, de quo ſupra ſuo loco diximus litera י. Scripſit idem comm.

2) In תִּקּוּנֵי זֹהַר R. *Simeonis ben Jochai*, in quem retulit ea, quæ ad hunc liber ſpectantia in diverſis aliorum libris invenerat. *Mant.* 318. C. 1558. & *Cracov.* 4. Bartoloccius, poſtquam de hoc dixerat, duobus auctoribus interjectis, commemorat alium *Immanuel Beneventanum* cui tribuit comm. in Proverbia Salomonis, ſed hic pertinet ad *Immanuelem ben Schelomo*, de quo paulo poſt dicemus.

1790 **ר׳ עמנואל ברודו** R. IMMANUEL BRUDO, cujus liber de præceptorum ratione laudatur in *Scheveth Jehuda* ex verſ. Latina Gentii p. 388. ubi ait, eum modum paſchalem victimam mactandi in illo eleganter deſcripſiſſe. Bartol. vocat *Brundo*.

1791 **ר׳ עמנואל בריץ** R. IMMANUEL BRETZ (x) ſecundum *Buxt.* & Bartoloccium ſcripſit

פֶּלַח רִמּוֹן *fragmentum malogranati*, qui liber compendium ſit ה״ע *Pardes Rimmonim*. At enimvero liber hic eſt R. *Menachem Aſariæ Mippano*, ut ſupra ſub nomine ejus oſtendimus: nec video fere, unde factum ſit ut hunc auctorem uterque conſtituant.

ר׳ עמנואל מפאנו vide ſupra *Menachem Aſarias Fanenſis*.

(x) *Bartol.* p. 286. Tom. IV. minus recte vocem hanc ſeparat legendo בר עץ i. e. *BarEtz*. Buxtorfium non adſecutus, in cujus Biblioth. ut urbis nomen adferri ex addito nomine *Italiæ* manifeſtum eſt.

Digitized by Google

C. 1540. quam Buxtorf. memorat. Cum enim Judæorum more annus exprimatur per הר״צרה fieri facile potuit, ut primum ה quod plerumbue ad computum non ſpectat, is ad calculum revocaret cum ceteris. Ex præfat. patet, auctorem vixiſſe *Firmi* (פירימו) in Marca Anconitana, & *Jehuda Chariſii*, quem laudat, exemplo ad hoc ſcriptionis genus excitatum eſſe, in quo ita quidem verſatus eſt, ut dialogum inſtrueret, in quo illius, qui prior loquitur, verba rhythmica quadratis & punctatis literis exprimuntur, ſicut poſterioris reſponſio, ut plurimum longior, Rabbinicis iisque non punctatis characteribus ſubjicitur. Conſtat plagulis 39. *Bartoloc.* teſtatur exſtare editiones *Venetas*, in quibus multa in Chriſtianos ſcripta inveniantur, quæ in ceteris fruſtra quæras; addit prodiiſſe etiam germanice *Prag.* in fol. de quo quidem valde ego dubito. Hoc certum eſt, quod R. *Moſes* איסנשטאט partem libri germanice converterit; ſed nec illam edidit: vide quæ ſub ejus nomine ſcripta ſunt ſupra. Ceterum *Buxtorf.* p. 367. B. Rabb. poemata illa laudat ab admirabili arte, eloquentia, elegantia & doctrina, in quibus multa amatoria & jocoſa, atque adeo etiam ſcurrilia ſint, ut a quibusdam Judæis ideo non magni fiat.

2) מַחְבָּרוֹת הַתֹּפֶת וְהָעֵדֶן *compoſitiones de Topheth* (inferno) *&* *Eden*, ubi de ſtatu animarum poſt mortem vel felici vel calamitoſo: prout vel pie vel impie vitam egerunt homines *Prag.* 8.

3) מִשְׁלֵי *Proverbia Salomonis*, cum amplo ejusdem commentario *Neapoli* fol. teſte ש״י qui tamen annum non memorat: hinc tamen colligo non præter rationem, ab errore ſibi parum caviſſe Plantavitium & Bartoloccium, quando uterque, ille quidem n. 518. & 544. hic vero Tomo IV. p. 286. R. *Immanueli Beneventano* tribuunt comment. *in Proverbia Salomonis*, tanquam librum proſa & carmine ſcriptum, vitiaque & virtutes 28. compoſitionibus, quas Judæi מחברות vocent, delineantem, & *CPoli* an. 340. C. 1580. fol. editum.

Confuderunt illi, ſi quid recte video, quamvis uterque librum ſe poſſediſſe dicant, *Immanuelis Beneventani*, de quo paulo ante, nomen, cum nomine *Immanuelis ben Salomonis*, præterea vero librum poſterioris, quem מחברות dixit 28. ſectionibus, ut diximus, conſtantem, transfuderunt in comment. in Proverbia Salomonis. Bartoloccius alium *Immanuelem bar Schelomo*, a noſtro hoc, ut putat, diſtinctum memorat, ejusque commentarium in *Canticum Cantic.* in Biblioth. Ducis ab Altemps; alium vero ejusdem in *Jobum* MS. in B. Vatic. 4. exſtare affirmat: ſed

his ſiniſtrum, & forte iniquius *Sam. Bocharti*, idonei alioquin teſtis, judicium, quem V. C. *Jo. Clericus* in notis ad *Davidis Clerici* Quæſtiones Sacras p. 220. refert, de dicenda ſententia interrogatum, reſpondiſſe verbis gallicis *c' eſt l' averſion des Doctes* h. e. *eſt averſio Doctorum*, quod quidem alter audiens ita accepit ac ſi dixiſſet: *c' eſt la verſion des Doctes* h. e. *eſt verſio doctorum*. Adde *Scaligerum* p. 397. & *Altingii* Schilo lib. III. c. 1. ubi poſterior queritur, *Junium* editionibus verſionis poſt fata *Tremellii* curatis multa cum in verſione tum in notis mutaſſe, quod quidem, *Scaligero* judice, tam infeliciter illi ceſſit, ut, ubi diſſentire a præceptore vult, maxime ridiculum ſe præbere ipſi videatur. Plura de Vita & ſcriptis noſtri lege in *Melchioris Adami* Vitis Theologorum exterorum p. 71. *Anton. Teiſſerii* Elogiis Virorum eruditorum Tomo I. p. 542. ſq. *Th. Fullero* in *Abele Redivivo* p. 346. *Thom. Pope Blount* in Cenſura celebrium Scriptorum p. 510. ſq. & *Rich. Simone* in Hiſt. Crit. V. T. lib. II. c. 25. *Chriſtianus Gerſon* indignabundus refert Part. II. cap. 19. pag. 529. *Talmudis Judaici* germanice exarati, *Tremellium* poſt mortem calumniis proſcindi, dicique Iudæum, imo peſſimum Judæum, peſſimeque baptiſatum, quem præſtitiſſet Judæum manſiſſe. Cujus auctoris ea ſit criminatio, fruſtra huc dum iniquiſivi.

עמרם RAF AMRAM Rector Soranæ Academiæ circa 1798
An. Mundi 4606. C. 846. cui *Zemach David* ad hunc annum tribuit *Ordinem precum* ex more Judæorum Hiſpanorum. Eſt & *Amram*, Moguntinus incola, de quo mira fingunt Judæi in *Schalſcheleth* p. 36. b. cujus auctor dubie adſerit, eundem hunc eſſe cum priore, de quo diximus. De alio *Amram* vide ſupra ſub *Jacob* עמרם.

ר׳ ענן R. ANAN, quem Scriptor *Schalſcheleth* p. 34. b. in Mil- 1790
lenarii V. initium, h. e. Sæculum III. poſt. C. N. refert, eumque ait ſcripſiſſe librum adhuc ſuperſtitem סדר אליהו רבה & סדר אליהו זוטא utrumque ex diſciplina Eliæ, qui ipſi apparere conſueverit. Cum vero aliquando Anan ὠμοφάγον agere inciperet, a conſuetudine ejus Elias abhorrere cœpit, donec Anan pœnitentia facti duceretur, ut precibus reditum ejus impetraret. Quæ itaque ante Eliæ diſceſſum ſcripſerat Anan, ea *Seder Elijahu Rabba*, quæ poſt diſceſſum & inſecutum reditum, *Seder Elijahu Sutba* appellavit. Plura de hoc libro diximus ſupra ſub

אליהו n. 231. Hic addes in *Schalſcheleth* l. c. ad noſtrum hunc referri, quæ in capite מציאות האשה i. e. cap. VI. *Cetuvoth* de controverſia inter Rav *Huna* & R. *Anan* referuntur, quorum ille huic infenſus erat, quod debito honoris præfamine privatum ſe ab eo videret. Eadem res refertur in R. *Mardochai* tractatu de Karæis p. 48. ſq. ubi ætas noſtri hujus *Ananis* rejicitur in an. 3980. C. 220. & ad diſtinctionem *Ananis ben David*, Karæi, de quo paulo poſt dicemus, vocatur *Anan* fil. שפטי vel שפט, Confer, quæ ibi dixi in notis p. 49.

1800 **ר׳ ענן בן דוד** R. ANAN fil. DAVID, inſtaurator Karaiſmi per aliquot ſæcula fere collapſi, & interitum minantis, cujus ætatem R. *Mardochæus* in Tract. de Karæis p. 144. refert in annum 4402. i. e. C. 642. minus recte, & repugnantibus temporum rationibus, imo repugnans ipſe ſibi. Cum enim is eodem in loco teſtetur, Ananem hunc Karæorum doctrinam adſeruiſſe & vindicaſſe ſub imperio *Abuſaar Regis*, qui non alius eſt a *Chalifa* illo, quem *Eutychius Patricides* Parte V. Annalium Alexandr. *Abujaafarem* appellat; ſimul manifeſtum facit, ætatem Ananis in Sæculum VIII. medium collocandum eſſe. *Abujaafar* enim faſces imperii ſuſcepit A. C. 754. teſte eodem Eutychio. Confer *Jac. Triglandium* de Karæis p. 109. Hic computus præſidium & robur accipit a teſtimoniis Rabbanitarum quorundam, ex quibus R. *Abraham ben Dior* in libro Cabbalæ p. 11. ed. Mant. teſtatur, *Ananem & Saulem* filium ejus æquales fuiſſe R. *Jehuda*, qui obierit an. 4523. C. 763. ſicut ante ipſum teſtatus quoque erat R. *Scherira Gaon* in monimento illo, quod inſertum eſt libro *Juchaſin* fol. 118. b. Confer *Jo. Morini* Exercitt. Biblic. pag. 307.

Hunc ipſum Ananem primum Karaiſmi auctorem conſtituit Morinus l. c. & ejus veſtigiis inſiſtens *Rich. Simon* Hiſtor. Crit. V. T. c. 29. p. 162. atque adeo primam Karaiſmi originem in idem tempus incidere opinatur, minus quidem recte, ut arbitror, qua de re inter Anonymos ſub קראים fuſius commentandi locus dabitur. Suffecerit hic monuiſſe, quod ipſe *Abraham ben Dior* l. c. Morino contrarius ſit, quando commemorato illo Anane diſerte ſcribit, כי אחר החרבן נדלדלו המינים עד שעמד ענן וחזקם. h. e. *quod poſt excidium diminuti fuerint hæretici* (hoc nomine Karæi κατ᾽ ἐξοχὴν vocantur) *donec prodierit Anan & eos confirmarit*. Eadem verba repetit *Sam. Schullam* ad *Juchaſin* p. 118. b. & *Zemach David* ad an. 4515. Ex loco *Abrahami ben Dior* id quoque perſpi-

ſpicitur, quod Anan ex *Beth Zur*, urbecula ſive caſtro prope Hieroſolymam, oriundus fuerit. Quod ut temere negare non poſſumus, ita Karæi id inficiantur, quod poſt *Abraham ben Dior* teſtantur Rabbanitæ omnes, hunc Ananem res novas in doctrina propterea molitum eſſe, quod Geonatus dignitate præter ſpem exciderit. Vide, quæ hanc in rem diſputat R. *Mardochæus* in tract. de Karæis p. 50. Multas præterea alias criminationes in Ananem hunc eructarunt Rabbanitæ, a quibus quomodo Karæi eum defendunt, oſtendit *Triglandius* p. 101. diſſertat. laudatæ ex Cod. MS. חלוק & ex R. *Jepheth* p. 108. De ſcriptis ejus nihil ſupereſt, ſi exceperis fragmenta quædam, hinc inde a Karæis laudata. Confer etiam de noſtro *Jo. Henr. Hottingeri* Hiſt. Eccleſ. N. T. Sæc. VIII. p. 533. ſqq.

ר׳ עקיבה בן יוסף AKIBA fil. JOSEPHI, inter Doctores Miſchnicos anno 3760. qui primo Aeræ Chriſtianæ reſpondet, natus, teſte poſt alios *Zemach David* ad hunc annum, floruit ſub *Tito Veſpaſiano* & *Adriano*, quem Judæi tradunt annos vitæ 120. habuiſſe, quorum priores 40. mercaturæ, medios totidem legi diſcendæ, poſtremos denique eidem docendæ impenderit, usque dum an 3880. C. 120. violenta morte periit. Tradit hæc *Juchaſin* p. 26. b. *Zemach David* ad an. 3760. & 3880. & ceteri Chronologi Iudæorum, qui in rebus ab eo geſtis recenſendis diligentes ſunt, quas hic repetere nihil attinet. Vide inprimis *Jo. Henr. Othonis* Hiſtoriam Doctorum Miſchnicorum p. 132. ſqq. In maxima apud ſuos exiſtimatione fuiſſe vel ex fabula illa de 11000. (vel ſecundum alios 24000.) diſcipulis patet, quos ipſi tribuunt in *Bereſchith Rabba* Sect. 67. & *Zemach David* ad an. 3840. ut taceam elogium, quod R. *Bechai* p. 173. comment. in Legem in illum confert, quando ea Akibæ revelata fuiſſe adfirmat, quæ Moſen latuerint. Finem vitæ ejus turbæ a PſeudoMeſſia בר כוכבא vel בר כוזיבא cujus Armigerum & ſodalem agebat, motæ attulerunt. Expugnata enim, quo ſe cum ceteris receperat, *Bitthera* urbe, *Adriani* juſſu exquiſitis cruciatibus ſubjectus & morti traditus fuit. De clade hac vide præter *Jo. Lightfootum* Centur. Chorograph. Evang. Matthæi p. 98. *Wilh. Schickardum* p. 479. de Jure Regio Hebræorum cum notis *Schickardi*, ac præterea omnes eos, quos de בר כוכבא commentatos eſſe ſupra monuimus. Interim hoc martyrium, quod interpretantur Judæi, effecit, ut Judæi Tiberiadem, juxta quam ſepultus creditur, quotannis inde a Paſchatos ſolennibus ad Pentecoſtes fe- 1801

ſeſtum commigrare religionis cauſa conſueverint. Ceterum hiſtoriam Akibæ hujus & Bar Cochab cum aliis Iudæorum monimentis hiſtoricis editurum ſe promiſit olim Cl. *Gagnerius* in Dedicat. Hiſtoriæ *Joſippi* præmiſſæ. Huic tribuuntur a Judæis varia, quæ vel ipſe calamo conſignaverit, vel diſcipulis ſuis, ore tradita, conſcribenda reliquerit. Inter ea occurrunt

1) אותיות של ר׳ עקיבא *literæ ſive alphabetum R. Akibæ*, in quo de ſingulis literis Hebraic. meditationes Cabbaliſticæ adferuntur. Prodiit hoc alphabetum *CPoli*, quæ ed. exſtat in B. Oppenheimeri, *Venet.* 306. C. 1546. aqud *Marc. Ant. Juſtinian.* & ſecundum ש״י cum acceſſionibus *Cracov.* 339. C. 1579. quam ed. Bartoloccius in annum 344. refert, & diffuſo commentario inſtructam ait. Vidit etiam lucem *Amſtelod.* 367. C. 1607. & 1708. 8. Cum latina verſione ſed ſine comment. legitur in *Athanaſ. Kircheri* Oedipo Ægypt. Tom. II. p. 225. ſqq. & in *Bartoloccio* Tomo IV. p. 275. R. *Schabtaus* in ש״י monet ſcriptionem hanc partem eſſe majoris operis, (quod & teſtatur R. *Naphthali Hertz* in præf. ad *Emeck Hammelech* p. 6. a.) & in illam exſtare commentarium amplum MS. Forte hic eſt ille comm. qui ſub nomine *Nathan ben Moſche* MS. exſtat in B. Oppenheim. Libellum hunc antiqua manu in membrana deſcriptum ſe poſſidere Vener. *Henr. Muhlius* teſtatur p. 5. Apologiæ Talmud. ex quo codice cum Latina ſua verſione editurum ſe mihi teſtatus eſt *Aaron Margalitha* Ex Judæus, de quo ſupra ſuo loco.

Idem in præf. ad שלטי גבורים citatur ſub titulo: מדרש דר׳ עקיבא בסתרי אותיות h. e. *commentarius allegoricus R. Akibæ de interioribus literarum.*

2) ס׳ יְצִירָה *librum Jezira*, qui Abrahami nomen mentitur, a quibusdam ex Judæis pariter & Chriſtianis, quibus addes *Muhlium* l. c. *Akibæ* huic tribui ſupra monuimus n. 43.

3) מְכִילְתָא eidem adſcribi ſuo loco ſub hoc titulo monebimus.

4) מְכִילְתִין librum, neſcio cujus argumenti, eidem tribuit *Schalſcheleth* p. 28. b. qui tamen a priore מכילתא non diſtinguendus videri poterat, niſi Scriptor *Schalſcheleth* ipſe diſerte diſtingueret.

5) Libros ספרא, ספרי & תוספתא ab ejus diſcipulis adeoque ex doctrina Akibæ exaratos eſſe credi volunt Judæi, ſpeciatim Schalſcheleth l. c. p. 28. b.

Denique & precatio illa Judaica, cujus initium eſt אבינו מלכינו au-

Digitized by Google

auctorem Akibam habere dicitur in volumine *Taanith* & ex eo in *Machſor* Norimberg. MS. ex quo locum adducit Vener. *Jo. Wulferus* in animadverſionibus ad Theriacam Judaicam p. 315. his omnino verbis: *Precatio hac R. Akiba foetus eſt, ut in Taanis proditum legimus, quod cum ante arcam orandi cauſa ſe contuliſſet, nec exauditus fuiſſet, dixerit, ô pater noſter, peccavimus coram te, quo facto preces ſubito rata fuerint. Cum autem acceptam Deo orationem banc videre Sapientes ejus avi, ipſo feſto Novi Anni & Expiationis recitari eam juſſerunt, ſuperadditis etiam, quæ illo tempore ad orandum videbantur neceſſaria, v. g. ut in librum bonorum meritorum eos ſcriberet Deus, ac miſericors iis eſſet ob honorem nominis ſui* &c. Ibidem *Wulferus* oſtendit, Brenzium Ex Judæum cauſam non habuiſſe, cur in illa precandi formula quidquam putaret dici, vel contra Chriſtum vel contra Chriſtianos.

Denique video in נובלות חכמה p. 195. a. & in præfat. ad *Emeck Hammelech* p. 6. a. allegari librum *Akibæ* MS. ſub titulo הבדלה in quo præcepiſſe videtur de ceremoniis, quibus accenditur lucerna, ſub veſperam exitus Sabbati ad diem a nocte ſeparandum deſtinata. Hunc enim ritum Judæi הבדלה appellant.

Ceterum Vorſtius ad *Zemach David* p. 282. *Akibam* Scriptorem libri *Jezira* diſtinguit a ſcriptore אותיות, utrumque autem tanquam recentiorem negat eſſe confundendum cum antiquiori illo, *Bar Cozba* ſodali. Quod ut ex rei veritate dici vel ſaltem conjici poſſe non negarim, ita certe a Judæorum ſententia alienum eſt.

ר׳ עקיבה R. AKIBA recentior, *Francofurtanus*, & in patria concionator, cujus exſtant 1802

זְמִירוֹת וְשִׁירִים *hymni & cantica*, ad Sabbatum pertinentia, quibus jungitur

וִיכּוּחַ מַיִם וְיַיִן *diſputatio inter aquam & vinum*, ubi utriusque laudes & commoda ex libris Biblicis rhythmis Hebraicis & Germanicis exponuntur, ac præterea preces itidem rhythmice pro ſingulis diebus adjiciuntur. *Baſil.* 359. C. 1599. 8. Obiit auctor an. 357. C. 1597. teſte *Zemach David* continuato p. 46. b.

ר׳ עקיבא בער R. AKIBA BEHR fil. *Joſephi Vindobon.* 1803

ס׳ עֲבוֹדַת בּוֹרֵא *librum de cultu conditoris*, quo collectæ ſunt preces varii argumenti, tum ex libris aliorum mutuo deſumtæ, tum ab

Digitized by Google

auctore factæ, quinque ſectionibus, quarum I. dicitur עֲבוֹדַת אֱלֹהִים *cultus Dei*, II. קִימַת הַמִּטָּה excitatio ex lecto. III. יִחוּד ubi preces eucharisticæ. IV. בֵּית יְהוָה *domus Dei*, & V. הַשֻּׁלְחָן menſa. Horum titulorum literæ initiales conjunctæ efficiunt nomen עקיבה ſicut & tituli generalis initiales literæ & prænomen & cognomen referunt. Prod. *Wilmersdorf.* 448. C. 1688. 4. philyr. 15.

1804 עקילס AQUILA *Ponticus*, ſub Adriano Imp. teſte Glyca p. 240. & auctore שמות רבה ſect. 30. & Medraſch Koheleth ad VII. 10. quæ loca legi poſſunt apud Aſariam *Meor Enajim* p. 145. b. Hieroſolymis ſacris Chriſtianorum initiatus, deinde vero, cum Aſtrologicas prædictiones ſuas Chriſtianis non probari intelligeret, ad Judæos dilapſus, *Akibam* teſte *Irenæo* III. 24. præceptorem habuit, novæque exſtitit auctor verſionis Græcæ Veteris Inſtrumenti, quam avide amplexi ſunt Judæi, quibus ejus lectionem Juſtinianus permittit Novella 146.

Hinc Judæi in Talmude Hieroſolymit. Cod. קדושין cap. I. tradunt, verſionem illam ab Aquila coram Akiba (לפני ר' עקיבא i. e. ut interpretor, *ad ductum Akibæ* concinnatam eſſe, ſicut & alibi tum in eodem corpore tum in aliis Judæorum ſcriptis quædam ejus fragmenta adferuntur, ceu obſervavit *Schalſcheleth* p. 28. b. In Talmude Hieroſolymit. Cod. מגלה cap. I. n. 11. interpretationem hanc Aquila dicitur ſuſcepiſſe *coram* (i. e. præceptoribus uſus) R. *Eliezere* & R. *Joſua*, eo quidem ſucceſſu, ut in laudem ejus uſurparent verba Pſalmi: יפיפית מבני אדם *pulchrior es filiis hominum*: quæ eadem verba leguntur etiam in Talmude Babylonico eodem Codice cap. I. fol. 3. ſed ita ut pro עקילס quod diſerte in Hieroſol. exprimitur, legatur אונקלוס. De Aquila vero accipiendum eſſe inde patet, quia verbo יפיפית alluditur ad linguam Græcam, quæ derivatur a יפת *Japheto*. Propterea de eodem, non de Onkeloſo acceperunt *Schalſcheleth* p. 28. b. R. *Aſarias* in *Meor Enajim* p. 146. b. & cum eo *Zemach David* ad ann. 4840. ex Chriſtianis autem *Morinus* p. 341. Exercitt. *Biblicarum*. Aquilæ noſtri meminit quoque, ceu a Morino notatum eſt, liber antiquiſſimus *Siphra* ad Paraſcham בהר סיני. Vide etiam *Jo. Lightfooti* Appendicem ad Horas Talmudic. in 1. Corinth. cap. IX.

Ex his, quæ diximus, intelligitur, nomina עקילס & אונקלוס in ſe maxime diſtincta, in Judæorum ſcriptis miſceri, ut qui in Talmude

Baby-

Babylonico vocatur אונקלוס in Hieroſolymit. audiat עקילס, cum eædem utrinque res referantur. Quæ quidem nominum permutatio ut ex dialecti varietate, vel ſoni, ſi pronunciationem τοῦ ע Judaicam reſpicias, adfinitate, vel uſu etiam repeti debet; ita occaſionem dedit, ut non Judæi ſolum, ſed & Chriſtiani quidam unum Scriptorem utroque nomine & quidem *Onkeloſum*, Paraphraſeos Chaldaicæ auctorem, indicari adfirmarent. Ex Judæis ita ſtatuit præter ceteros R. *Simeon* in Jalkuth, ex Chriſtianis Bellarminus de Verbo Dei lib. 2. c. 3. init. *Serarius* in Rabb. prior. *Poſſevinus* in Biblioth. *Jo. Druſius*, ſi recte recordor, ac *Iſ. Voſſius* in commentat. de LXX. Intt. quem Illuſtris *Huetius* epiſtola ad ipſum data, quæ ab Abbate *Tilladeto* Tomo II. diſſertationum varii argugumenti p. 307. inſerta eſt his verbis notat: *nec leve illud eſt, quod Aquilam eundem eſſe ſtatuis, ac Onkelon, idque ex Rabbinis ipſis* (y) *quibus tamen accurate diſtinguuntur: hunc enim* אונקלס *conſtanter appellant, illum* עקילס. Cum autem varia diverſitatis momenta partim ab ipſis Judæis, partim aliis Hiſtoricis, adferantur, quæ ſunt, quod *Onkeloſum*, ut ſuo loco videbimus, æqualem faciant Hillelis & Schammai (vide *Zohar* ad *Lev.* XVIII. 4.) & Gamalielis Senioris (v. *Toſephta* Cod. *Schabbat.* c. 8.) *Aquilam* vero ad Adriani referant tempora; præterea vero alterum Chaldaice, alterum Græce, Legem interpretatum ſcribant: cordatiores utrumque diſtinguendum eſſe recte monuerunt. Ex pluribus vide inprimis Aſariam in *Meor Enajim* l. c. cujus argumenta repetiit *Joſ. Voiſinius* ad *Raymundi Martini* Pugionem Fidei p. 144. & *Jo. Morinus* Exercitt. Biblic. p. 341. Diſtinguunt etiam *Schalſcheleth* p. 28. *Zemach David* ad an. 4840. *Elias Levita* præf. ad *Maſoreth Hammaſoreth* & noviſſime ש״ך p. 92. n. 188. Ex Chriſtianis idem evicerunt *Chriſtianus Kortholtus* de Variis S. Scripturæ editt. p. 239. B. *Aug. Pfeifferus* in Critica Sacr. p. 241. *Jo. Henr. Hottingerus* in Theſauro Philol. p. 258. & 376. itemque in Enneade p. 332. & *Bartoloccius* Tom. IV. p. 282.

Singularis eſt *Wilh. Schickardi* ſententia qui ut in *Bechinath Happeruſchim* p. 24. *Onkeloſum* cum Aquila, Græco Metaphraſta, perperam confundi recte monet, ita *Aquilam* in *Bereſchith Rabba* citatum, non Græcum illum Metaphraſtam, ſed novæ Chaldaicæ, Paraphraſeos, & quidem ad Prophetas & Hagiographa ſpectantis, auctorem eſſe ſtatuit. Non recordatus eſt vir præſtantiſſimus, iis in locis re vera Græcam illam Aquilæ verſionem, Judæis, ut oſtendimus, celebratam, reſpici, id quod Afieri

Eeeeee 2

(y) Ab iis ipſis paſſim hæc nomina miſcere paulo ante monuimus.

ſarias ſolide evincit l. c. quando monet, in Talmude nunquam Aquilæ fieri mentionem, quoties Hebraica vox Chaldaice explicetur, id quod ſeptem exemplis manifeſtum facit; viciſſim vero Aquilæ verſionem laudari, quandocunque dictio Hebraica Græce exprimitur, cui aſſertioni tredecim exemplis fidem facit. In paucis quidem locis dictio Hebraica tanquam ab Aquila profecta adfertur, quæ tamen judicio *Aſariæ* pro interpretatione Græcæ illius tantum habenda eſt. Ex quibus conſequitur, illam Aquilæ interpretationem, quam laudant Hebræi, non Chaldaicam ſed Græcam habitam a Judæis fuiſſe.

Quod ad ipſam hanc verſionem attinet, nemini non conſtat, fragmenta tantum quædam hinc inde diſperſa in veterum Patrum ſcriptis inveniri, quæ diligenter nuper collegit præſtantiſſimus *Bernh. Montfauconius* in eximio opere Hexaplorum Origenis. Repetita vice Aquilam hunc interpretandi laborem ſuſcepiſſe vel ex Hieronymi comment. in *Ezechielis* caput IV. patet, ubi *Aquilæ ſecunda editio, quam Hebrai κατὰ ἀκρίβειαν nominent*, citatur. Scilicet prior Aquilæ verſio liberior erat, poſterior vero illa adſtrictior & ad Hebraiſmum tam prope accedens, ut ipſam quoque particulam את, accuſativi notam, per Græcum σὺν exponere conſveverit. Hanc in rem plura diſputat laudatus *Montfauconius* in prolegom. ad Hexapla Origenis c. V. p. 47. & 48. qui etiam ibidem p. 50. ab eo amolitur ſuſpicionem, in quam a Doctoribus quibusdam veteris Eccleſiæ Irenæo, Euſebio, & Epiphanio adductus fuit, opinantibus, Aquilam Oracula quædam V. T. de futuro Chriſti adventu exponentia deſtinato conſilio in contrarium ſenſum detorſiſſe. Hæc de Aquila ex Hebræis potiſſimum Scriptoribus admonenda erant: de reliquis huc pertinentibns inprimis conſulere juvabit celeberrimum ac toties mihi laudatum *Jo. Albert. Fabricium* in Biblioth. Græcæ lib. III. p. 332. ſqq. *Humfredum Hody* de Textibus Scripturæ Original. p. 576. ſqq. & *Bernhardum Montfauconium* l. c.

עראמה ARAMA: v. R. *Iſaac Arama* & R. *Meir fil. Iſaac Arama.*

1805 עשהאל ASAHEL, cognomine ריאו מעבו. qui præfamine quodam ſuo commendavit librum *Sal. fil. Gavirol* ſub tit. גורן נכון ſive תקון מדות הנפש editum *Rivæ Trid.* 322. C. 1562. 4.

Digitized by Google

פ

פאביאנוס פיאוגי FABIANUS (z) FIOGHI, ex monte S. *Savini*, converſus ad Chriſtianiſmum, & in Collegio Neophytorum Romano Lector Hebr. Linguæ: ſcripſit italice, 1806

Dialogum de fide inter Catechumenum & Catechetam, in quo ſolvuntur dubia, quæ Judæi contra veritatem religionis Chriſtianæ movere ſolent, ed. *Romæ* 1582. 4. apud heredes *Antonii Blandi* deinde auctius 1611. 4. ap. *Gvil. Facciottum*. Idem varia carmina Hebr. cum interpretatione Latina fecit in laudem Gregorii XIII. & aliorum, quæ MSS. exſtant in B. Vatic. Ex dialogo illo loca bina affert B. *Wagenſeilius* in notis ad Tela ignea Satanæ p. 413. & 613.

פאולוס PAULUS *Apoſtolus* a Servatore vocatus, Tarſenſis, 1807
quod patet ex Actor. XXII. 3. referri huc debebat, ſi vera eſſent, quæ de epiſtola ad Hebræos Hebraico ſermone ab eo exarata nonnulli tradiderunt. At enimvero, ut præter rationem in dubium vocatur, quod ipſe ſit epiſtolæ Scriptor, cui præter ceteros data opera eam vindicavit *Fridericus Spanhemius* libro ſingulari de auctore epiſtolæ ad Hebræos, qui primum ſeorſim editus eſt Lugd. B. 1658. 8. nunc inter cetera ejus opera Tomo II. legitur; ita idoneis argumentis non innituntur veteris Eccleſiæ Doctores, qui cum *Clemente Alexandrino* apud *Euſebium* VI. 14. Hiſtor. Eccleſ. *Euſebio* ipſo III. 23. & aliis exiſtimant, eam primum hebraice conſcriptam, deinde vero a *Luca* vel *Clemente Romano* Græce converſam eſſe. Ut enim taceam, neminem ex veteribus iſtis teſtari, vidiſſe ſe ipſum illum textum Hebræum authenticum, certe Cræca lingua uſum eſſe Scriptorem vel id evincit, quod nullus ex V. T. locus allegatur, qui ex LXX. Intt. non ſit deſumtus, id quod quo minus ab Interprete quodam Græco repetamus, prohibemur, recogitantes, quod illud interdum iis in locis fiat, ubi argumentatio Scriptoris θεοπνεύςε in verſione τῶν LXX.

 non

(z) Sub hac litera magnam Anonymorum Scriptorum copiam a p. 287. ad 336. ſub titulo פ״א i.e. פלוני אלמוני exhibuit *Bartoloccius*, quorum nullum hic commemoramus, partim quod convenientius nobis viſum eſt librorum ἀνωνύμων titulos ſeorſim recenſere, partim quod plerorumque auctores nunc quidem non ignorantur. Id quoque ſummatim de *Bartol.* monendum eſt, quod plurium librorum titulos in hac deſignatione repetat, quos jam antea ſuis ſingulos locis laudaverat.

Digitized by Google

non autem in Hebræo textu robur & præſidium invenit. Vide *Jo. Millium* in præf. ad ſuam N. T. editionem p. 11. Cetera argumenta taceo, quibus vel noſtrates, B. *Mich. Waltherus* in Officina Biblica p. 71. B. *Abrahamus Calovius* in Bibliis Illuſtratis, vel alii, nominatimque *Spanhemius* libro laudato Parte III. c. 2. & *Jac. Cappellus* Obſ. ad N. T. p. 109. ſqq. uſi ſunt. Neque vero provocari poteſt ad Hebræum hujus epiſtolæ exemplum, quod hodie circumfertur, cum illud a recentiore manu æque ac Evangelium Hebr. *Matthai* profectum eſſe ipſe dictionis habitus evincat. Prodiit ſcilicet cum verſione Lat. *Alphonſi de Zamora* cum ejus introduct. in Artem Grammatic. Hebr. *Compluti* 1526. 4. deinde *Baſil.* hebr. & Lat. cum Evangelio Matthæi cura *Seb. Munſteri Baſil.* 1557. & 1582. 8. ac denique ex nova eaque puriore interpretatione Ex Judæi *Frider. Alb. Chriſtiani* Lipſ. 1676. 4. cum B. *Jo. Bened. Carpzovii* epiſtola, in qua miror, Virum harum rerum alioquin intelligentiſſimum affirmare, epiſtolam ad Hebræos, a Munſtero in titulo Matthæi Hebræi promiſſam, in ipſo opere fruſtra quæri. Re enim vera ipſi Matthæo juncta lucem adſpexit.

Sunt, qui a Divo Paulo, in Judaismo adhuc hærente, precandi formulam elaboratam putant, quam in Chriſtianos directam *Samueli Parvo* tribuunt Judæi, qua de re ſuo loco infra ſub שמואל הקטן accuratius dicemus. Non defuerunt, qui ipſum *Pauli* nomen Hebraicam originem referre arbitrarentur, commode ſcilicet ex radice Hebræa פעל *operatus eſt*, derivandam. Sed longius mihi quidem hæc nominis ratio petita videtur, quæ propius accerſi poteſt. Placent enim quæ poſt alios de hoc momento ſtatuit *Jac. Altingius* Tomo III. Opp. p. 3. qui eum binominem fuiſſe ait, & tanquam Judæum ex tribu Benjaminis de nomine primi Regis Iſraelitarum, ex eadem tribu oriundi, *Saulum*, tanquam Tarſenſem vero atque adeo Civem Romanum Latino *Pauli* nomine appellatum fuiſſe, unde & *Saulis* nomen retinuerit, quoad inter Iudæos docuerit, *Pauli* vero aſſumſerit, cum ad gentes iret. *Paulum* tamen innuit procul dubio blaſphemus Scriptor *Toldos Jeſchu* Huldriciani p. 36. quando mentitur, Servatorem vocaſſe *Toda*, diſcipulum ſuum, Paulum ע״ש פעל והעיד עליו כרצונו h. e. *quia fecerit, & teſtatus ſit de eo ad nutum ejus.* De vitæ Paulinæ Scriptoribus aliisque, ad epiſtolas divini præconis Canonicas pertinentibus, lege, ſi placet, præſtantiſſimum & amiciſſimum *Fabricium* in Biblioth. Græca lib. IV. p. 150. ſq. & in notis ad *Codicem Apocryph.* N. T. p. 793. ſq.

פאולוס

פּאולוס בורגינסיס PAULUS BURGENSIS, vel *Paulus de Sancta Maria* ex Judaiſmo ad Chriſti ſacra cum filiis, matre & fratribus an. 1390. ætatis 40. lecto S. Thomæ de legibus libro converſus, & *Salomonis Levitæ* nomine, dum in Judaiſmo verſaretur, appellatus, ut patet ex loco *Abarbanelis* ad Jeſaiæ XXIV. fol. 53. quem ſupra ſub *Nicolao Lirano* recenſuimus, obiit an. 1435. ætatis 83. *Burgenſis* ille nomen a patria tulit, ſicut & in Eccleſia Burgenſi initiari ſe ſacris curavit, deinde vero Pariſiis Doctoris inſignia nactus, *Avenione* in curia Pontificis concionator, poſtea Archidiaconus Burgenſis, tum Epiſcopus Carthaginenſis, ac denique Burgenſis Præſul conſtitutus eſt. Exſtant *additiones* ejus ad Poſtillas Nicolai de Lyra in totam Scripturam cum ipſis Poſtillis, tum alias, tum *Lugduni* 1590. editæ. 1808

Scrutinium Scripturarum libb. 2. *Mantuæ* 1474. f. Hic liber MS. exſtat in Biblioth. Erfurtenſi Lutheran. vide B. *Tenzelii* Biblioth. Curioſam anni 1704. p. 457. in cujus titulo Epiſcopus Burgenſis, & Archicancellarius Sereniſſ. Principis Domini Joannis Regis Caſtellæ & Legionis vocatur, librum vero hunc anno 1435. (*Guil. Cavius* in App. ad Hiſtor. Liter p: 79. habet annum 1434.) ætatis 81. ſcripſiſſe dicitur.

Quæſtiones de Tetragrammato cum notis *Jo. Druſii Franequ.* 1604. 8.

Contra *Paulum* noſtrum ſcripſit Judæus quidam *Moſes Gerundenſis* de quo ſupra diximus, quod etiam obſervavit *Gilb. Genebrardus* in Chronographia ſua p. 691. b. in cujus indice *Paulus Brugenſis & Burgenſis* videntur diſtingui, quod tamen perperam fieri ipſa libri inſpectio oſtendet. Hunc eſſe puto eum, ad quem *Joſua Lorki* i. e. Hieron. a S. Fide epiſtolam ſcripſit tanquam ad Judæum, in urbe Avenionenſi converſum, quæ exſtat in Bibl. Leidenſi, cujus vide catalog. p. 289. n. 61. ſicut & ibidem ipſius ſub nomine *Salom. Levitæ* ad *Don Meir Aloudilam* epiſtola legitur: vide inter Anon. ס׳ כלימה De vita ejus vide ipſum in præfat. Additionibus præmiſſa. Adde *Nic. Antonium* in Biblioth. Hiſpan. Vetere Tom. II. p. 157. ſq. *Bellarminum* item, *Labbæum* & *Cavium* de Scriptoribus Eccleſiaſticis, nec non *Hoornbeckium* de convertendis Judæis p. 8. Prolegom. Bartoloccius illum appellat *Paulum Carthagena*, ab Epiſcopatu ſcilicet Carthaginenſi, quem geſſit, ſub nomine *Salom. Levita*, ſub quo ſcripta ejus recenſet.

פּאולוס די הירידיאה PAULUS *de* HEREDIA, 1809

Ar-

itized by G

Arragonenſis Hiſpanus, Sæc. XV. ex Judæo Chriſtianus, ſcripſit de omnibus fere myſteriis fidei librum, in quem ex arcanis Judæorum Rabbinis & Cabbaliſtis multa ſcitu digniſſima in Latinum ſermonem pro Chriſtianis tranſtulit; impreſſus is eſt in Italia ante annos plus minus ſexaginta: ita *Geſnerus* in Bibliotheca ſua. Non dubito eundem hunc eſſe librum, quem ſub titulo אִגֶּרֶת הַסּוֹדוֹת *epiſtola ſecretorum*, edidit noſter, quo continetur *Nehumi*(*Nechunjæ*) fil. *Haccanæ* epiſtola de ſecretis ad Hakkanam filium, & alia *Hakkanæ Nehumi* fil. pro adventu Meſſiæ Chriſti; utraque Latine converſa cum ſcholiis interpretis. Leguntur ibi octo interrogationes Antonini, Conſulis urbis Romæ, a Rabbino Hakkadoſch, quarum hic meminit in libro ſuo *Gale Razaja*. Hæc refert *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſpan. Vetere Tomo II. p. 216. Confer ſupra נחוניה בן הקנה.

1810 פּאולוס ווידנירוס PAULUS WEIDNERUS, *Germanus* gente, arte Medicus, & Archiater Imperatoris ac Hebr. L. Prof. Vindobonenſis, ex Judæis ad Chriſti ſacra converſus an. 1559. præcipua fidei Chriſtianæ capita contra Judæos vindicavit, & an. 1560. tam feliciter contra eorum errores in Synagoga Judaica peroravit, & diſputavit, ut multi eorum veritatem doctrinæ ſalutatis agnoſcerent. Sermo hic deinde in lucem prodiit cum ſententiis quibusdam Hebræorum moralibus, *Vindobon.* 1563. 4. germ. Confer V. C. *Thomæ Crenii* præfat. ad *Helvici* Elenchos Iudaicos p. 48.

1811 פּאולוס יוסף PAULUS JOSEPHUS, Rabbi Poſnenſis, ad Chriſti ſacra converſus, demonſtratio ex V. T. & Talmude, Chriſtum eſſe verum Meſſiam. 1612. 8. lingua germ.

פּאולוס קרטאגינא PAULUS CARTHAGENA idem cum *Paulo Burgenſi*, de quo paulo ante.

1812 פּאולוס מפּראג PAULUS PRAGENSIS, Ex Judæus *Norimbergæ* an. 1558. baptiſatus, ſcripto vernaculo, ſub titulo *Solidæ & perſpicuæ demonſtrationis* Lipſ. 1574. edito, doctrinam de SS. Trinitate, adventuque Meſſiæ jam facto, nec temere amplius exſpectando, adſeruit & vindicavit. Idem edidit

Symbolum Apoſtolicum ex Vet. Teſtam. confirmatum. Witteb. 1580.

באולוס קורוניל PAULUS CORONEL, *Hiſpanus* 1813
Segovienſis, ex Judæo Chriſtianus, Scripturæ ſacræ Profeſſor Salmanticenſis, 1534. defunctus, non minus Lat. & Græcæ, quam Orientalium linguarum peritiſſimus, cum aliis in adornandis *Cardinalis Ximenii* auſpicio Bibliis Complutenſibus verſatus eſt: vide vitam *Ximenii* a Gomeſio ſcriptam lib. II. p. 43.

באולוס קריסטיאן PAULUS CHRISTIANUS, Ex 1814
Judæus, & Ordinis Dominicanorum, Sæculo XIII. medio floruit, & cum R. *Moſe Nachmanide*, præſente *Jacobo* Rege Tarraconenſi, feliciter diſputavit, deinde vero literis Regiis 4. Kal. Septemb. munitus ut omnes Iudæorum libros perquireret, hinc inde profectus eſt. Vide quæ ſupra ſub *Moſe f. Nachman* dicta ſunt, & adde *Bosqueti* epiſt. ad Voiſinium Pugioni Fidei præmiſſam p. 91. ed. Lipſ. Suſpicor, hunc eſſe *Paulum* illum *Monachum*, cum quo Doctorem Judæum *Gironam* (i, e. *Gerundenſis*, ut puto:; Moſes enim ille *Gerundenſis* fuit) diſputaſſe ſcribit *Salom. ben Virga* in Scheveth Jehuda p. 252. ed. Lat.

באולוס קריסטיאן PAULUS CHRISTIANUS, ex 1815
Rabbino Polono ad CHRISTUM converſus, dum in Judaiſmo hæreret, *Malachias f. Samuel* dictus, *Brunsvigæ* 1621. ſacris CHRISTI initiatus, in qua urbe etiam libro vernaculo eoque rhythmico hiſtoriam converſionis ſub titulo Judiſcher Hertzklopfer i. e. *Claſſicum Judaicum* delineavit.

באולוס קריסתיאן PAULUS CHRISTIANI, ex Ju- 1816
dæis converſus, Doctor Hebr. & Rabbinicæ linguæ in illuſtri Gymnaſio Hallenſi ſcr.

כְּתָב יוֹשֶׁר דִּבְרֵי אֱמֶת *ſcriptio recta verba veritatis*, i. e. epiſtola ad Judæos hebr. & germ. ſcripta, qua eos ad amplectendum Chriſtianiſmum cohortatur in 4. Ejuſdem meditationes ſive cogitata ſincera & judicium de Eiſenmengeri Judaiſmo Detecto, quod ad partem I. aliquot plagulis prodierunt in 4. quibus oſtendere conatur more Cabbaliſtico, fata hujus libri Pſalmo XXI. prædicta eſſe. Animus ipſi fuit, hanc ſcriptionem continuare per varias partes, librumque *Eiſenmengeri* ab exceptionibus Judæorum vindicare: ſed nihil præterea, quod ſciam, prodiit.

Conf. doctiſſimi Schudtii Memorabilia Judaica P. I. lib. 5. c. 11. p. 427. Nomen ipſi inter Judæos fuit R. *Joſeph ben* R. *Jacob.*

1817. פאולוס ריקיאוס PAULUS RICCIUS, ex Judæo Chriſtianus, inter Maximiliani I. Imperatoris Medicos cooptatus, ſcripta varia ac potiſſimum Cabbaliſtica in lucem edidit, inter quæ ſunt:

1) *Statera prudentum* an. 1532. loco non nominato, ſex plagulis & dimidia in 8. edita & 28. capitulis abſoluta, quæ de Moſe, Lege, Chriſto & Evangelio exponunt. In hoc libro reprehendit quædam *Jo. Faber*, Epiſcopus Vindobon. ſcripto ſingulari quod MS. legitur lat. in B. Vatic.

2) *Opuſcula varia* quibus continentur a) tract. de 613. præceptis Moſaicis tam affirmativis quam negativis, cum brevi interpretatione. b) diſputatio Philoſophica, Prophetica & Talmudiſtica cum Judæis recentioribus pro Chriſtiana veritate tuenda inſtituta, ubi argumentis potiſſimum Cabbaliſticis utitur: c) Iſagoge in Cabbaliſtarum introductionem cum epiſtola contra Stephani Presbyteri, Cabbalæ obtrectatoris, epiſtolam; qua poſt prolegomena quædam generalia R. *Joſephi fil. Gecatiliæ* tractatum שערי אורה in compendium redactum, ceu ipſe in præfat. profitetur, latine exhibet, qui etiam cum libb. 4. de Agricultura Cœleſti in *Jo. Piſtorii* Scriptoribus Cabbaliſt. p. 138. ſq. legitur. Eandem introductionem V. C. *Jonas Conr. Schrammius* cum ſua in Dialecticam Cabbalæorum Introd. edidit *Brunsvigæ* 1703. 8. *B*artoloccius orationem ejus Apologet. pro Cabbala *Norimb.* 1523. 4. editam ſcribit, quæ ab hac Iſagoge non videtur diſtinguenda. d) de novis doctrinarum ordinibus & totius Peripatetici dogmatis nexu &c. *Aug. Vindel.* 1515. 4. quæ omnia, ſi exceperis diſputat. contra Judæos, una cum aliis, de quibus ſtatim dicemus, recuſa ſunt ibidem 1541. fol. Bartolocc. memorat edit. *Auguſtan.* 1510. 4.

3) *Libri IV. de Cœleſti Agricultura* ad Carolum V. Cæſarem & Ferdinandum ejus fratrem, cujus inſcriptionis tractationisque ratio petita eſt ex Matthæi XIII. ubi parabola de agris diverſis legitur, ut ipſe in præfat. commonſtrat. Liber itaque I. ad illos ſpectat, qui nihil credunt niſi quod vel ratione vel ſenſu adſequuntur, liber II. ad Judæos, qui alia fidei fundamenta amplectuntur, alia reſpuunt: lib. III. ad eos qui totam pietatis fidem colunt, in aliquibus vero a recto intelligentiæ tramite exorbitant: lib. IV. ad plures fidelium, qui ea, quæ ad veritatis fidem ſpectant, ſedulo quidem & pie credunt, rudiuſcule tamen & oſcitanter cre-

dendi

Digitized by Google

dendi actum exercent. Secundum hanc rationem Judæi comparantur cum ſemine, quod in viam prolapſum conculcatur, Judæi cum eo, quod in petram, hæretici cum eo quod in ſpinas; fideles cum eo, quod in terram fœcundam cecidit. Prodierunt hi libri *Aug. Vindelic.* 1541. fol. ac recuſi ſunt a *Jo. Piſtorio* inter Scriptores Cabbaliſt. Baſil. 1597. fol.

4) *Sermo de communi Sacramentorum ratione*: de arcana Dei providentia, commentariolus in Pſalmum I. de anima cœli, ex Sanctorum & Philoſophorum traditione: de ratione & partibus prooemii ſecundum Rhetores capita 4. de modo indagandi ſtatuendique cujuslibet ſcientiæ ſubjectum: Oratio in virulentam Turcarum rabiem ad principes, magiſtratus populosque Germaniæ. Farrago ex Talmude excerpta, ad petitionem Maximiliani Cæſaris, quod recenſionem & compendium Talmudis philyris decem exhibet. Hæc omnia crediderim una cum libris de Agricultura Cœleſti *Aug. Vindel.* 1541. fol. edita, eo quod a Gesnero una cum hoc libro eadem ſerie recenſentur.

5) Tractatum ejusdem de ſacris imaginibus & earum cultu MSS. in B. Vatic. legi refert Bartoloccius.

6) Verſio Latina Codicum Miſchnicorum *Sanhedrin* & *Maccoth* ejusdem cura, ex mandato Imperatoris *Maximiliani* I. qui totum Talmud ab eo verti volebat, facta, ſed, judice *Io. Seldeno* in prolegom. ad Uxorem Hebraicam p. 13. nimis indiligenter curata, prodiit *Aug. Vindelic.* 1619. 4. quam utramque Scriptoribus Cabbaliſticis inſertam eſſe teſtatur idem, non ſine memoriæ vitio, quod inde natum ſuſpicor, quod libri 4. de Agricultura Cœleſti in eo Corpore legantur, præter quos alia ejus fruſtra ibi requiras.

7) Eidem verſionem Latinam libri *Jezira* tribuit *Jo. Buxtorfius* in præf. ad librum Coſri: unde ſuſpicor, eum exiſtimaſſe, interpretationem hujus libri Latinam, quæ in Scriptoribus Cabbaliſticis *Jo. Piſtorii* legitur p. 869. noſtro acceptam ferri debere.

1818 פאראגוס יהודי PHARAGUS *Judæus*, quem *Bubebyly-ha Byngezla*, Arabis, tractatum de ægritudinibus & morbis humani corporis ex Arabico latine convertiſſe *Argentorati* apud Jo. Schottum in fol. chartis 37. editum teſtatur *Conr. Gesnerus* in Bibliotheca, addens, auctorem vixiſſe tempore Caroli M.

פימוס די de POMIS: v. ſupra *Dav. f. Iſaac de Pomis.*

Digitized by Google

1819 פוקילידיס PHOCYLIDES, Poeta Græcus, cujus carmina adhuc leguntur, quæ a Judæo profecta putavit *Iſ. Voſſius* de Oraculis Sibyllinis c. V. & *Jo. Fellus* ad Cypriani lib. I. adv. Judæos p. 27. ſicut & *Scaliger* ad Euſebium an. 1480. aut unum ex Judæis Helleniſtis aut Chriſtianum ea exaraſſe, locis quibusdam evincere ſtuduit. Judæum auctorem dicere quoque mavult *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 505. ſq. ipſis illis uſus locis, quæ Scaliger pro Chriſtianismo Scriptoris probando attulit. Enimvero haud illubenter ſubſcripſerim eruditiſſimi *Jo. Alberti Fabricii* judicio, in Bibl. Græca lib. II. p. 437. oſtendentis, eſſe in iis carminibus, quæ a Judæo proficiſci non potuerint; viciſſim vero non adeo multa, quæ non ab Ethnico ſcribi potuerint. Chriſtianum non fuiſſe ex eo efficit *Sgambatus* l. c. quod nihil de Chriſto aut doctrina ſalutari in carminibus ejus inveniatur.

1820 פורפירייאוס PORPHYRIUS *Ariſtotelicus*, hujus

1) *Iſagoge Logica* MS. exſtat hebr. in Bibliotheca Collegii Mertonenſis Cantabrig. n. 799. ex legato *Rob. Huntingtoni*, & inter MSS. Erpenii in Catalogo illorum recenſetur E. 3. b. & in B. Medicea, cujus vide Catal. a Cl. Fabric. editum p. 168. b. n. 39. Non puto ab hac diſtinctam eſſe Iſagogen in quinque prædicamenta ſive Voces, quæ cum expoſitione *Averrois* hebr. in B. Vindobonenſi exſtare dicitur in Catalogo Neſſeliano MSS. Orient. n. 70. Verſio illa Hebr. debetur R. *Jacobo Antoli*.

1821 פטולמיאוס לאגי PTOLEMÆUS LAGI, Ægypti Rex, qui Alexandri M. vitam & res geſtas olim deſcripſit, quod patet ex *Curtio* lib. IX. c. 5. Plinio & Plutarcho in vita Alexandri p. 691. Vide, ſi placet, Humfred. Hody de textibus Scripturæ Original. p. 49. & amiciſſimum *Jo. Albert. Fabricium* in Bibliotheca Græca lib. III. p. 227. Hanc hiſtoriam eandem putant quidam eſſe, quæ nunc hebraice MS. circumfertur ſub titulo ספר תולדות *hiſtoria generationum Alexandri M.* quam R. *Aſarias* in Meor Enajim hebraice converſam ſibi in promptu eſſe ſcribit cap. XIX. eodem loco monens, in ea quædam fuſius legi, quæ in edit. Joſephi Hebræi in Germania curata deſiderentur. Ipſe vero non *Ptolemæo* ſed Magis Ægyptiorum tribuit, ipſius ſcilicet Joſippi exemplo adductus, quippe qui cap. VI. p. 40. ed. lat. a Cl. *Gagnerio* curatæ his verbis utitur: *Atque etiam ut reperi in libro Generationum Alexandri, quem* com-

compoſuerunt Magi Ægypti & Sapientes ejus. Hunc eo ipſo anno, quo Alexander diem obiit, ſcriptum idem affirmat c. 13. p. 94. imo totum in hiſtoriam ſuam transtulit, quod ex comparatione, quam Gagnerius per totum ex MS. Cod. Bodlejano de geſtis Alexandri M. lib. II. p. 40. ſqq. inſtituit, contextu hiſtoriæ illius *Joſippi* verbis a latere oppoſito. Vide quæ ſupra ſub *Joſippo ben Gorion* dicta ſunt. Verſio Hebraica ſub Ptolemæi nomine exſtat MS. in Bibliothecis: Celeb. D. *Dan. Ern. Jablonskium* habere monuit B. *Groddeckius* in Hexacontade Pſeudonymorum Hebraic. p. 3. B. *Seb. Gotfrid Starckius* a *Seidelio*, Sereniſſimo Boruſſiæ Regi quondam a conſiliis, acceperat, & Latinam ejus verſionem affectam habuit, ſed non perfecit, quod ex laudati *Jablonski* ad me literis intellexi, in cujus Bibliothecam Codex ille Starckianus, chartæ orientali inſcriptus, foliisque 35. in 4. majori comprehenſus, tranſiit. Literis is minutis, ſed elegantibus & aliquot in locis difficilius ob injuriam aquæ legendis exaratus eſt. In calce illius Codicis Interpres Hebræus vocatur *Samuel Tibbonides*. Eandem hiſtoriam ſub titulo Πτολεμαϊκῶν in Synopſi Scripturæ, quæ Athanaſii operibus jungitur, laudari non præter rem ſuſpicatur *Fabricius* modo laudatus in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 1164. ubi etiam p. 1165. intelliges, Græce quoque converſum in variis Bibliothecis deprehendi.

בטולמי PTOLEMÆUS, ſive טולמיוס TOLMIUS *Ægyptius Peluſienſis*, ſub M. Aurelio Antonino Pio, cujus anno ſecundo, qui eſt A. C. 139. obſervationes aſtronomicas a ſe factas memorat ipſe lib. VII. p. 167. Syntaxeos magnæ. Ipſius libri, qui alias *Almageſti* nomine venit, verſio Hebraica in 4. exſtat in Bibl. Vindobon. n. 56. ſecundum Catalogum Neſſelianum & in B. Regia Pariſienſi, teſte *Labbæo* Bibl. Nov. MSS. p. 299. Ex epitome vero *Averrois* ex Arabico hebraice verſa a R. *Jacobo Antoli* in Vindobon. n. 124. 1821

De Aſtrolabio juxta Ptolemæum MS. hebr. in B. Medic. cujus v. Catalog. a Cl. Fabricio ed. p. 186. b. n. 28.

פרי ſive Καρπὸς i. e. *fructus librorum ejus*, centum aphoriſmis Aſtrologicis conſtans & hinc *Centiloquii* nomine interdum appellari ſolitus, ſub titulo מאיר דברים cum commentario Anonymi in B. Vatic. MS. hebr. & inter Codd. Huntingtonianos in Bibl. Bodlejana cum comment. & tabulis *Hoſein* Aſtronomic. n. 546. qui tamen codex forte Arabicus eſt, ſicut ibidem n. 552. pars Almageſti Arabice & n. 549. *Haſenii* Epitome Almageſti habetur. Idem Centiloquium cum comment. *Abigiafar Ahmed F.*

ed by Google

Inſuf fil. Ibrahim ex Lingua Arab. hebr. MS. inter Codd. Scaligeranos in Catal. B. Leidenſis p. 277. n. 13. cujus ipſe Scaliger meminit in epiſtolis p. 410. Idem libellus in Catalogo librorum *Jani Albini* J. U. D. inter MSS. in 12. p. 350. n. 3. ita recenſetur: *Sepher Happeri, liber moralis ſive Ethicus centum ſententias referens cujusdam Ptolemai, cum amplis commentariis ſubjunctis. Liber rarior in Bibliotb. Buxtorfii non cognitus, & in membrana.* Quam parum recte hæc ſcripta ſint, ex dictis patet.

Quæ, cujusve *Ptolemai* Theologia ſit, quam *Plantavitius* n. 56. e lingua Arab. Hebraice cura R. *Moſe ben Tibbon* converſam memorat, n. 56. non exploratum habeo. Noſtri certe nihil tale memoratur.

Ptolemæum ſæpe laudat R. *Aſarias* in Meor Enajim, v. c. lib. III. c. 11. & c. 40. p. 132. ubi eum vocat ראש האיצטגנינין i. e. *principem Aſtrologorum*, monetque, eum cum ſententia Rabbinouum conſpirare. Raria ejus apophthegmata leguntur in lib. *Chananja ben Iſaac*, qui dicitur מוסרי הפילוסופים Sect. II. c. XI. Ibidem refertur oratio, quam quotidie recitaſſe dicitur, poſt mortem ejus his verbis correpta: אנא עילת העילות והקדמון אשר לא סר מהוות ונשאל בלי שואל בן תחוק התקוה ובמחשבות סודיך יכלה הקץ שימה נא ערכיני עמך ואדוה לפנין מקובל כי השתדלתי במה שלא השגתי אלא אם תושיעני ואושע.

1822 פידיליס FIDELIS, Medicus Judæus, ſcripſit de cognitione Dei Arabice, quem librum habuit *Guil. Poſtellus.*

1823 פייבל PHEIBEL, gener R. *Jeſchaja Horwitz*, edidit Pentateuchum cum triplici Targum, & comm. Raſchii & 5. Megilloth, additis ex veteri Raſchii Codice, variis lectionibus & correctionibus, una cum expoſitione vocum difficiliorum in triplici Targum occurrente, & indice locorum, ubi voces in Talmud vel Medraſchim inveniantur, ut & indice in librum *Zobar*, *Rekanati* & פרדס *Hanov.* 374. C. 1614. 8. & *Amſtelod.* 406. C. 1646. 4.

1824 פיטרוס אלפונסוס PETRUS ALPHONSUS, ex Judæo Chriſtianus, qui in Judaismo *Moſes* dictus anno 1106. in urbe *Oſca* regni Aragoniæ, *Petri Alphonſi* nomen accepit, ideo quod in feſto *Petri* & *Pauli* baptiſatus ſusceptorem habuit Alphonſum VI. cujus Medicum ſe fuiſſe ipſe in prologo dialogi ſui, de quo mox dicemus, teſtatur. Converſio hæc ad CHRISTI ſacra facta eſt anno ætatis 44.

Dialo-

Dialogi ejus (ſeu potius dialogus in duodecim titulos diviſus) *in quibus impia Judæorum opiniones evidentiſſimis cum naturalis, tum cæleſtis Philoſophia argumentis confutantur, quadamque Prophetarum abſtruſiora loca illuſtrantur*: prod. *Colon.* 1536. 8. ab *Hermanno*, Comite Nuenario, in B. Corbejenſi reperti. Dialogus ille habetur inter *Moſen* Judæum, qui fuerat, & *Petrum*, qui factus erat. Exſtat etiam in Bibl. Patrum Colon. Tom. XII. & *Lugdun.* T. XXI. laudaturque a *Raymundo Martini* in Pugione Fidei Parte III. diſtinct. 3. c. 4. p. 540. Non audiendus eſt Miræus, qui in Bibl. Eccleſiaſt. Part. II. p. 6. noſtrum hunc an. 1526. baptiſatum eſſe ſcribit.

Eidem a *Jacobo Phil. Bergomenſi* ſupplement. lib. 12. f. 120. tribuitur liber unus de ſcientia & Philoſophia, quem forſan eundem eſſe cum ejusdem libro *de diſciplina*, qui in Codice Vatic. MS. 4161. exſtat, ſuſpicatur *Nic. Antonius* in Tom. II. Bibl. Hiſpan. Vet. p. 8. cui & noſtra hæc debemus.

Non parum mihi fit probabile, a noſtro non eſſe diſtinctum *Petrum* illum, ex Iudæo Chriſtianum, cujus inſtinctu factum eſt, ut Pontifex M. *Marcus Florentinus* duos Judæorum doctores *Samuelem Abrabaliam* & *Salomonem Levitam* advocari, & quarundam ſententiarum Talmudicarum rationem reddere juberet, quod narratur in *Scheveth Jehuda* p. 270. & 281. ubi *Petrus* hic ex gente Judaica ortus dicitur: adde p. 290. ſq. ubi ad objecta a *Petro* iſto reſpondetur.

פיטרוס PETRUS neſcio quis, quem tanquam apoſtatam 1825
confutat liber *Nizzachon* in fine eorum, quæ ex libris Paralipomenon ab eo diſputantur.

פיטרוס ספרדי PETRUS *Hiſpanus*, cujus Logica He- 1826
bræa partim in membrana, partim in charta MS. eſt in B. Vindobon. v. Catalogum Neſſelian. n. 61.

פיטרוס גאלתינוס PETRUS GALATINUS, Italus, 1827
& niſi patria, ſaltem incolatu, Apulus, (in conventu enim Barenſi commoratus eſt) a Judæis ad CHRISTUM converſus (quod tradit *Waddingus*) de Scriptor. Ord. Minorum p. 280. & *Wagenſeilius* p. 202. ad Sota, ut & *Whartonus* App. ad Hiſtor. Literar. Scriptorum Eccleſiaſt. Cavei p. 163.) Ordini Franciſcanorum ſe addixit, floruitque A. C. 1516. poſt annum 1532. defunctus. Rem Chriſtianam contra Iudæos vindicaturus ſcripſit Libros XII. *de Arcanis Catholicæ Veritatis, quibus pleraque* quod titulus habet,

Religionis

Religionis Chriſtianæ capita contra Judæos tam ex Scripturis V. T. authenticis, quam ex Talmudicorum commentariis confirmare & illuſtrare conatus eſt. Præterea vero eadem opera *Capnionem*(Reuchlinum) ab aliorum calumniis, quibus tum premebatur, tueri voluit, ad quod conſilium ſuſcipiendum perductum ſe Cardinalis *Puccii* & *Leonis* X. Pontificis nutu ac mandato in Dedicatione profitetur ipſe Galatinus; unde etiam factum eſt, ut totum opus forma dialogi, inter *Galatinum*, *Capnionem* & *Hogoſtratum* inſtituti, exhiberet. Prodiit primum *Orthonæ maris* 1518. hinc *Baſil.* 1550. fol. ibid. 1561. *Pariſ.* 1602. & *Francof.* eodem anno una cum *Reuchlini* libro *de Cabbala*, ac denique *Francof.* iterum 1612. & 1672. fol. Quo quidem opere Galatinus duplici crimine animadverſionem mereri viſus eſt eruditis, altero quidem plagii, altero malæ fidei. Et plagii quidem nota liberari non poteſt, quamvis dubium adhuc ſit, in quem illud fuerit commiſſum, utrum proxime in *Porchetum*, an, cui *Porchetus* ſua debebat, *Raymundum Martini. Porcheti de Sylvaticis*, *Monachi Carthuſani*, librum, quem *Victoriam adverſus impios Hebræos* Sæc. XIV. ineunte ſcriptum vocavit, ab eo expilatum fuiſſe *Jo. Morinus* in Exercitt. Biblicis lib. I. c. 2. p 9. non præter rem affirmat, his uſus verbis: *Galatini liber nihil aliud eſt, quam Porcheti exſcriptio, ipſiſſimis Porcheti verbis, atque etiam Hebræorum textuum translationibus conſervatis, hoc ſi excipias, quod elegantiæ cauſa quædam verba & verborum conſtructiones immutantur: eſt enim Porcheti phraſis Galatiniana multo ſimplicior. Deinde alius eſt ordo Galatini, & minutius diſtinctus, ideo ex uno Porcheti capite duo vel tria componit, & varie digerit, in quæ dialogica ſermocinatione alium paulo colorem inducit, ſed in materia, de qua agimus, uterque unum tantum caput confecit. -- Verba Galatini legiſti, Lector, cum Porcheti retulimus. Non id tantum ſemel deprehendimus, ſed toties, quoties id periclitati ſumus, mirati ſane, Galatinum Porcheto recondita Judæorum hiſtoria nihil ſuperaddere præter frequentia teſtimonia ex libello* Gale Razeia, *quem libellum Judæi omnes ignorant. -- Citat præterea pauca quædam ex R. Simeone fil. Jochai h. e. ex libro Zohar. Nonnulla alia μυστηριώδη Porcheti ſententiis interſerit Galatinus, ſed ubi Porcheti dictata ſupergreditur Galatinus, Galatinum deſerunt auctores Hebræi, qui ſententiam confirment, parumque Hebræis animadverſionibus, hoc ſcipione ſubducto, innititur.* Rem ita omnino habere, prout retulit Morinus, trigam horum Scriptorum *Raimundum*, *Porchetum* & *Galatinum* comparanti patebit, unde & in Morini ſententiam pronunciant *Carthwrightus* in Geneſ. p. 115. & Vener. *Jo. Henr. Majus* in Vita Reuchlini p. 452. *Chriſtoph. Arnoldus* in Append. notarum Wagenſeilii ad lib. Sota p. 1161. B. *Mart. Geierus* diſſert.

Digitized by Google

diſſert. Inaugur. ad Jeſ. LIII. 8. & *Pet. Baelius* Tomo II. Dictionarii Hiſtor Crit. p. 2078. Obiter moneo, B. *Carpzovium* Introduct. in Theologiam Judaicam p. 90. quando Galatinum noſtrum ex ſententia Morini *portentoſum in Raymundum plagium* commiſiſſe refert, pro *Raymundo Porcheti* nomen ſcribere voluiſſe. Res quidem, fateor, eodem recidit, ſive *Raymundo* ſive *Porcheto* Galatinum ſua debere dixeris, cum *Porchetus* arva ſua Raymundi fontibus irrigrarit, quod ipſe in libro ſuo gratus profitetur. Veri tamen eſt ſimilius, *Galatinum* ſua accepiſſe ex ſecunda *Porcheti* manu, quam ex primis *Raymundi* fontibus, ideo quod & *Porchetus* ætate propius accedit ad Galatinum, atque adeo huic copia libri ejus facilius fieri potuit, & ordinis quoque ac dictionis ratio Porchetiana magis quam Raymundina eſſe merito exiſtimatur. Nihilominus tamen alii eum ἀμέσως ex *Raimundo* ſua hauſiſſe putant, inter quos eſt, ut plures taceam, B. *Jo. Bened. Carpzovius* l. c. qui in margine Pugionis Fidei, quem recudi fecerat, loca notavit, quibus uſus eſt Galatinus, & V.C. *Jo. Jac. Schudt* in Trifolio Hebraico p. 226. Lege plura de toto hoc argumento apud *Jac. Thomaſium* in Plagio Literario c. 2. §. 436. *Morino & Baelio* ll. cc. itemque *Hottingero* Hiſtor. Eccleſ. N. T. Sæc. XVI. p. 98. ſqq. qui Morinianam diſſertationem repetit. Denique tralatitium eſt, & jampridem evictum, *Joſ. Scaligerum* ep. 84. 93. & 241. *Raymundum Sebon* appellare eum, cui ſua debeat *Galatinus*, tanquam Scriptorem *Pugionis fidei*, pro *Raymundo Martini*, quo is centum circiter annis inferior eſt: quem quidem errorem admodum obvium & alios eadem occaſione commiſſos acerbius caſtigat *Morinus* l. c. & poſt eum notavit *Paulus Colomeſius* p. 151. Opuſcul. & *Baelius* l. c. De mala fide, cujus a plerisque poſtulatur, Galatinus noſter, inter Anon. quantum ſatis eſt, exponemus ſub גלי רזיא libro, quem ſuppoſitum plerique putant.

De aliis *Galatini* ſcriptis, quæ *Waddingius* ex MS. Vaticano apud ſe eſſe, in lucem aliquando edenda, ſcribit p. 280. non eſt locus hic dicendi: videatur appendix Hiſt. Liter. Cavianæ p. 163.

פּילון PHILO, *Judæus Alexandrinus*, (quem *Aſarias* & alii Ju- 1828
dæi יְדִידְיָה i.e. *dilectum Deo* appellant, cum *Philo* ex Græca lingua ab *amore* dicatur) A. C. quadrageſimo legatione ad Cajum Imperatorem defunctus, & variis commentationibus græce exaratis, celebris, de quo ſcriptisque ejus legi præ ceteris poteſt Celeb. *Jo. Albert. Fabricii* Biblioth.

Græca lib. IV. p. 104. ſq. Eum credunt nonnulli exaraſſe *librum ſapientiæ*, quod ex Judæis etiam ſibi perſuaſit *Schalſcheleth* p. 104. b. ubi ait: *Centum fere annis ante excidium Templi* (ſecundi) *fuit Judæus alius, Judaicarum rerum peritiſſimus & Philoſophus mirabilis, cui nomen PHILONIS JUDÆI, Alexandrinus incola in Ægypto. Hic libros varios variæ doctrinæ græce exaravit, ſpeciatimque comm. in Legem, ut & librum, qui dicitur ſapientiæ. Sunt tamen qui dicunt, a Salomone ſcriptum, unde & gentes* (Chriſtiani) *ad Biblia referunt. Joſippon quoque de ejus ſapientia teſtatur, & ait, cum Cajus Cæſar effigiem ſuam in Templum collocari vellet, miſiſſe eum ad Cajum Judæos de hoc negotio acturum, tandemque jejuniis & precibus effectum fuiſſe, ut Cæſar moreretur.* Ex his apparet, auctorem *Schalſcheleth* loqui omnino de celebri illo Philone, Scriptore Græco, non autem de antiquiore quodam, quem nonnulli ſtatuunt, atque adeo hallucinari in ætate ipſius definienda, quæ certe vix quadraginta, tantum abeſt, ut centum, annis excidium Templi ſuperat. Sequitur *Schalſcheleth* Schabtæus in ש״י p. 84. Enimvero ſicut veterum vel Iudæorum vel Chriſtianorum nemo Philonem illum Alexandr. hujus libri Adocryphi auctorem unquam conſtituit, ita utrumque horum deſerendum eſſe opinor, cum certe res hæc latere non potuerit naſcentis Eccleſiæ Doctores, ſed, ſi quis Philo auctor putandus ſit, antiquiorem quendam ſtatuendum eſſe nonnulli, cum ex noſtratibus, tum ex aliis affirmarunt, quos diligenter laudavit V. C. *Jo. Mölleru*s in Homonymoſcopia Sect. II. c. 2. §. 2. B. *Chriſtian. Kortholtus* de Canone Scripturæ c. XIII. p. 278. ſq. & Vener. *Jo. Franc. Buddeus* in Introd. ad Philoſoph. Hebr. p. 59. ſq. qui & ipſi ita ſtatuunt. In hanc vero ſententiam perducti illi videntur loco quodam Hieronymi in præfat. ad lib. Salomonis ita ſcribentis: *Liber ſapientiæ apud Hebræos nuſquam eſt: quin & ipſe ſtylus Græcam eloquentiam redolet, & nonnulli Scriptorum veterum hunc eſſe Judæi Philonis affirmant.* Quis autem fuerit *Philo* ille Senior, fruſtra apud veteres requiſiveris. Memoratur quidem *Philo* quidam ab *Alexandro Polyhiſtore* apud Euſeb. Præpar. Evangel. lib. IX. c. 20. ubi & verſus quidam ejus Græci ex lib. I. carminis de Hieroſolymis ab eo exarati afferuntur, a *Clem. Alexandrino* lib. I. Stromat. p. 337. ac *Joſepho* lib. I. contra Apionem p. 1051. Atque hunc ipſum eruditiſſimus *Huetius* Philonem iſtum Seniorem, libri Sapientiæ vel Scriptorem, vel collectorem eſſe vult. p. 89. Demonſtr. Evangel. Ioſephum ſimul erroris poſtulans, qui ad Græcorum adeoque Ethnicorum numerum eum rejecerit. Cum vero nondum pateat, cur Joſippi teſtimonio hic ſtare non debeamus,

mus,

mus, non præter rationem dixerim, Philonem illum Seniorem ab hoc diſtinctum eſſe. *Io. Druſius* cap. XI. de Henocho: *Sapientia*, inquit, *auctorem putarem Philonem non Juniorem, qui ſub Cajo vixit, ſed Seniorem, qui vixit ſub Templo II. & ſcripſit librum de anima: qui memoratur in libro Iuchaſin.* Equidem locum illum *Juchaſin* fruſtra requiſivi, cujus auctoritate ſi ſtandum ſit, haberemus aliquod ſaltem de Philone antiquiore teſtimoninm. Quicquid hujus erit, certum eſt, librum Sapientiæ Philoni noſtro juniori acceptum ferri non poſſe, quemadmodum & temere illi tribuitur *liber de temporibus*, ſive *Breviarium temporum*. quo res a Judæis geſtas inde ab Adamo usque ad Agrippam Herodis ſucceſſorem ſtrictim proſequitur. Ille libellus paucis pagellis conſtans, & a *Jo. Annio Viterbienſi* effabricatus, cum aliis ejusdem commentis notisque ſæpe prodiit, et quidem Lugd. 1554. 12. quæ Beroſum, Megaſthenem & alios hujusmodi Scriptores noſtrum vero p. 385. Tomo I. exhibet. Inde hauſit R. *Aſarias de Rubeis*, qui eundem hebr. ex Latino, ut ipſe ait, converſum c. 32 libri ſui *Meor Enajim* inſeruit integrum, quamvis leviter, idque pauciſſimis in locis mutatum. Sic in limine, ubi Latinus contextus habet, ab Adamo usque ad diluvium fluxiſſe annos 1656. Aſarias (credo typographi vitio) ponit annos 1652. Latinus textus p. 405. ita: *nec adiri potuit Cyrus, qui bello Tomyrico erat impeditus*; at Aſarias p. 106. b. *Darii* nomen *Cyri* ſubſtituit. Quæ p. 406. in Lat. leguntur *Ioakin filius in ejus abſentia annis octo*, ea omittit Aſarias p. 106. b. quemadmodum & p. 107. a. minus candide omiſit, quæ in Latino ita leguntur: *itemque proprium filium, quem ex uxore ejusdem tribus ſuſceperat, interfecit*, (Herodes) *quod diceretur, jam in Lege promiſſus CHRISTUS natus.* In ceteris fideliter Latinum textum expreſſit Aſarias ſine additamentis, verba tamen & phraſes nunc contraxit, nunc diduxit, ſine fraude ſenſui facta. Unde non video, quo jure præſtantiſſimus *Huetius* p. 310. Dem. Evang. ubi de hoc Pſeudo-Philonis libro loquitur, dicere potuerit: *at quamvis hoc opus Jedidai ſit ipſum Pſeudo-Philonis Judai Breviarium temporum, ita tamen interpolatum eſt, ut aliud videri queat.* Ex *Hebraico* Aſariæ libellum hunc Latinum iterum fecit *Guil. Henr. Vorſtius* in obſervatt. ad *Zemach David* p. 308. ſq. ideo, quod libellum hunc in edit. operum Philonis Latina fruſtra quæri videret: unde ſtatuiſſe ſane videtur, Latine prorſus non exſtare, non recogitans, non tam inter opera Philonis, quam inter ſuppoſitos ab Annio Scriptores, quærendum eſſe. Ipſa alioquin verſio Vorſtii hebraicam translationem Aſariæ exacte refert, ſi exceperis errores in interpretando commiſſos, v. c. quando p. 312.

שנתים ימים vertit per *duodecim dies*, quod reddere debebat per *biennium*, quæ vox in Latino contextu authentico legitur. Omiſit etiam notulas, ſed paucas illas, quas Aſarias adſperſit. MS. habet hunc librum *Oppenheimerus*. Ceterum Aſarias non dubitavit, hunc fœtum, Philoni ſuppoſitum, γνήσιον eſſe, ſicut idem, ut hoc obiter moneam, libros 2. antiquitt. Biblicarum, quæ ſub ejusdem nomine circumferuntur, recte Philoni tribui diſputat p. 37. b. eo quod a) præceptum VI. præponatur quinto, quod alibi in ſcriptis ejusdem factum ſit. b) quod cum de arca, in qua Moſes reconditus fuit, loquitur, verſionem τῶν LXX. Intt. quos alais ſolicite ſequatur, retinuerit, vertendo תיבה per תיבין. 3) quod quæ de annis 120. Moſi a Deo præfinitis tradiderit, eadem in lib. de Gigantibus repetat. Sed hæc argumenta nihil habebunt ponderis apud eum, qui ut alia taceam, meminerit, hæc omnia ad exemplum Philonis ab impoſtore data opera ſcribi potuiſſe. Cum itaque, quod ex dictis patet, Aſarias Philonis ſtudioſiſſimus eſſet, ut paſſim ſcripta ejus ad partes vocaret, factum eſt, ut in eodem libro p. 32. ſqq. diligenter de eo ageret. Sic cap: III. p. 32. ſq. generatim de eo diſſerit, c. IV. p. 34. ex ſcriptis ejus 43. quæ Latine converſa ait, varia non ſine addita doctrinæ laude repetit: cap. V. p. 38. quatuor ejus nævos enumerat, qui ſunt primo quidem, quod loca Scripturæ non ex Hebræo fonte, ſed ex LXX. adduxerit, quo nomine graviter in eum animadvertit, & repetita quidem vice p. 38. miraturque quod putarit lib. II. de Vita Moſis, Judæis legem datam eſſe lingua Chaldaica (לשון ארמית) qua quidem occaſione idem varia loca affert, in quibus interpretandis Philo τοὺς LXX. ſecutus ſit, & p. 39. ſuſpicatur, eum Hebr. Codicem non vidiſſe, nec verſionem Chald. intellexiſſe, quod ut probet ad lib. III. de vita Moſis p. 568. ed. Lat. provocat, ubi de nomine tetragrammato diſſerens ad aliorum teſtimonium ſe recipiat, qui quatuor id literis exarari dicant, ſicut p. 570. itidem ex aliorum teſtimonio hoc nomine *exiſtentiam* ſignificari affirmet. Addit ibidem, ſi quando nomina propria recte interpretatur, id non tam ipſius doctrinæ, quam traditioni ab aliis acceptæ videri tribuendum. Alter nævus, quem Philoni exprobrat, eo continetur, quod cum de creatione diſſerit, lib 1. materiæ æternitatem credere videatur, quam in rem loca ejus varia adfert. Tertius nimio allegoriarum ſtudio abſolvitur, quo ipſo multa, proprie intelligenda, in alienum ſenſum detorqueat. v. p. 40. ſqq. Quartus denique isque graviſſimus hinc repetitur, quod nullo prorſus argumento

ex

ex ſcriptis ejus conſtet, cum præter ſcriptam legem, oralem quoque adhibuiſſe. Hinc etiam Baithoſæis eum annumerat p. 40. & *Eſſæis* p. 43. b. (quos eodem libro Aſarias cum *Baithoſæis* (a) eosdem facit) inprimis ideo, quod in doctrina de Angelis & animabus cum iis prorſus conſentiat. Capite proximo, nempe quinto, ipſum Philonem a quatuor his ἐγκλήμασι defendere conatur, quod apud ipſum legi malim. Ultimo loco non omittendum eſt, quod *Bartoloccius* Tom. IV. p. 345. ſqq. catalogum ſcriptorum Philonis, quæ in B. Medicea MSS. exſtent, exhibet, ac teſtatur, fere omnia ejus opera in B. Vatic. MSS. deprehendi, & commentarios ejus in Geneſin & Exodum, interprete Anonymo, apud *Wolfg. Lazium* fuiſſe. Quinque Philonis nomine inclytos fuiſſe ſtatuit *Aſarias* p. 39. a. fin. innixus auctoritate *Xenophontis*, quem inter Annii Viterbienſis Scriptores legimus: at longe plures ſuppeditavit diligentiſſimus Fabricius lib. IV. Bibl. Gr. p. 118. ſq.

פילון הרופא PHILO *Medicus*, ſcr. 1829

הַנְהָגַת הַדְּבָרִית ſive הַנְהָגַת הַדֶּבֶר de eo, quomodo quis peſtilentiæ tempore conſulere ſibi debeat, quem librum ex Latina lingua hebr. converſum & *CPoli* editum teſtatur Schabtæus in ש״י. Plantavitius p. 159. incertus eſt, num ad Philonem Judæum referri debeat: id quidem ego confidenter negaverim, cum nullo antiquitatis indicio conſtet, Philonem quidquam, quod ad rem Medicam pertineat, ſcripſiſſe. Eſt apud Celſum aliosque Medicos Scriptores Philonis cujusdam Medici mentio, ſed non exiſtimaverim, quidquam illius ſupereſſe. MS. habet *Oppenheim*.

פיליפוס די אקוינו PHILIPPUS AQUINAS, Gallus 1830

Avenionenſis, quem tantum non omnes faciunt, nominatimque *Baelius*, *Colomeſius*, *Le Longius* locis paulo poſt citandis, ſpeciatim vero *Carpentoractenſis*, in Judaiſmo *Mardochæi* nomine dictus, (b) deinde ad Chriſtianos converſus *Aquinatis* nomen tulit ab *Aquino* (c) urbe regni Neapo-

(a) Qua quidem in re omnino fallitur: vide *Jo. Bened. Carpzov*. in Introd. ad Theologiam Judaicam *Raym. Martini* Pugioni fidei præfixam.

(b) Unde neſcio, cur in ש״י p. 46. n. 259. vocetur מיכאל.

(c) Eodem modo, quo *Veilius* prænomen *Ludovici Compiegne* ab urbe *Compendio*, ubi itidem ſacris Chriſtianorum initiatus eſt, tulit.

Digitized by Google

politani, in qua ſacro lavacro tinctus eſt. Quæquidem nominis ratio probabilior mihi videtur illa, quam Baelius affert, quod ſcilicet Aquino oriundus ſit, quamvis *Avenionem* patriam habuerit. Literas Hebræas Pariſiis privatim docuit & obiit circa annum 1650. teſte Cl. le Long in Indice ad Biblioth. Sacram. Scripſit is

1) מַעֲרִיךְ הַמַּעֲרָכוֹת *digerens digeſta*, vel *ordinans diſpoſitiones* vel *diſponens ordine* i. e. Dictionarium Hebræo-Talmudico-Rabbinicum hebraice ſcriptum *Pariſ.* 1620. fol. apud *Anton. Vitray* foliis 582. (d) quod ש״ר etiam recenſet, aitque multas radices, in libro ערוך non obvias ſuppleri, vocesque vel ſcripturæ vel Gemaricas vel Targumicas explicari. Vide, quæ dixi plura in Hiſtoria Lexicorum Hebraic. p. 140. De eo adeo ſiniſtre ſentit *Cohen de Lara* in præf. ad עיר דוד, ut chaos vocet & auctorem omnia confundere, nec ſe expedire poſſe, cenſeat.

2) Radices Linguæ Sanctæ ad formam Cubi Hutteriani *Pariſ.* 1620. 16.

3) פִּרְקֵי אָבוֹת *capitula Patrum* italice (e) ut *Colomeſius* & *Baelius* habent, converſa.

4) Veterum Rabbinorum in exponendo Pentateucho modos tredecim cum octo eruditiorum Rabbinorum in Pſ. CXIX. commentariis item Theologiæ Myſticæ qvv. decem & excerptis ex Zohar aliiisque libris ſententiis, quibus orthodoxæ fidei articuli quidam contra communem Iudæorum impietatem adſtruuntur. (*) Pariſ. 1620. 4. ex offic. Nivelliana pp. 81.

5)

(d) Titulus plenus hic eſt: *Dictionarium abſolutiſſimum, complectens alphabetico ordine & facili methodo omnes Voces Hebræas, Chaldæas, Talmudico-Rabbin. quæ in reliquis, quæ uspiam ſint, Dictionariis exſtant, innumerasque alias, quæ a nullo Lexicographo, ſive Chriſtiano, ſive Judæo, hactenus obſervatæ ſunt: variorum præterea legis cerimoniarum, ſententiarum, ac locorum difficiliorum in Rabbinorum & Cabbaliſtarum libris paſſim occurrentium, explicationem. nec non compendia ſcribendi, ſeu abbreviaturas omnes Hebræorum.* In margine ſemper monetur, ubi exſtent loca Biblica vel Talmudica, ad quæ contextus ipſe provocat.

(e) *Latinum* eſſe ſcribit minus recte *Bartoloccius.*

(*) In titulo libri *Jo: Arnulphi* S. J. Regis Gall. Confeſſarii & Concionatoris Ordinarii, nomen exſtat, quippe cui hanc operam ſuam dedicatam volebat *Phil. Aquinus*, cujus opera & induſtria illa omnia prodire idem titulus adfirmat. Hoc vero fraudi fuit nonnullis, qui *Aquinatem* noſtrum ſub hoc nomine latere voluiſſe ſcripſerunt. Errandi quoque materiam præbuit Imbonato p. 83. Biblioth. Lat. Hebr. *Jo. Arnulphum* pro editore venditanti. Commentatio illa de 13 modis recuſa eſt in Faſcic. IV. Opuscul. Philologg. Roterod. edit. p. 425. ſq. Rabbini illi quorum interpretationes ad Pſ. 119. latine exhibentur, ſunt R. *Matathias Iſtharans, Joſ. Aben Jechaja, Aben Eſra*, auctor *Medraſch, Raſchi*, an-

Digitized by Google

5) Diſſertationem de tabernaculo & campo Iſraelitarum ex antiquis Judæis gallice ib. 1623. 4.

6) Explicationes literales allegoricæ & morales Tabernaculi, quod Deus per Moſen exſtrui curavit, item de veſtimentis Sacerdotum, & ratione Urim & Tummim ſub V. T. conſulendi, nec minus de forma ſacrificiorum Judaicorum, ex antiquiſſimis & præſtantiſſimis veterum Judæorum ſcriptis collectæ, una cum delineatione campi Iſraelitarum & gemmarum pectoralis Sacerdotis Summi ab auctore curis ſecundis recognita. Pariſ. 1624. 4.

7) Interpretationem Arboris Cabbaliſticæ cum ejusdem figura, ex antiquis Scriptoribus. *Pariſ.* 1625. 8.

8) בְּחִינַת עוֹלָם *examen mundi*, gallice convertit, eumque librum cum ſententiis moralibus vett. Hebræorum ac 13. modis interpretandi legem edidit *Pariſ.* 1629. 8. ap. *Joan Laquekay.*

9) Lacrymæ ejus in obitum Illuſtriſſ. Cardinalis *de Berulle*, Pariſ. 1629. 8.

10) Idem textibus Hebræo & Chaldæo in Bibliis Polyglottis Pariſienſibus accurate exprimendis præfuit, qua tamen cura negligenter perfunctus fuit, ſi credimus Valerio Flavignio in ep. de Heptaplis Pariſienſibus.

Confer de noſtro *Pet. Baelium* in Dictionario Hiſtorico-Crit. Tomo I. p. 297. & *Paul. Colomeſium* in Gallia Orientali p. 255. ſq. Hoc Philippo Aquinate præceptore uſum eſſe *Jo. Morinum* ex Hardii ore refert Rich. Simon epp. ſelectis Parte I. p. 18. & in B. Selecta Tom. I. p. 270. ubi adddit, hinc factum eſſe, ut Morinus in legendis Rabbinicis minus feliciter ſecundum regulas Grammat. verſatus ſit, ſicut nec ipſe Aquinas ſibi in hac re conſtiterit. Fuit etiam præceptor *Gilb. Gaulmini*, quod ipſe *Gaulminus* profitetur in gratulatione Lexico ejus Hebr. præmiſſa.

פִּילִיפּוּס פֶּירְדִינַנְד PHILIPPUS FERDINANDUS, ex Judæo Chriſtianus, quo ſe præceptore in Talmudicis uſum eſſe ſcribit *Joſ. Scaliger* p. 594. epiſtolarum, ubi obitum ejus anno 1598. extremo oblatum dolet, atque id ab eo didiciſſe ſe fatetur, quod præter Judæos nemo docere potuerit. *Paulus Colomeſius* ex MS. quadam ejusdem ad Caſaubonum epiſtola, p. 148. *Galliæ Orientalis* locum affert, quo narrat, quen-

ter Jalkut, Kimchi, Cijun Hieroſol. Præmittitur diffuſior *Aquinatis* præfatio Hebr. cum appoſita Lat. verſione.

quendam ex Judæo Chriſtianum, qui ab hoc diverſus non eſt putandus, cum diſciplina ejus in Talmudicis uſum ſe eſſe profiteatur, ſua opera ante biennium, (ſcripſerat autem Scaliger an. 1602. Id. Jan.) a Curatoribus Academiæ Profeſſionem adeptum eſſe. Puto hunc eundem eſſe cum *Philippo Friderico*, cujus idem Scaliger in *Elencho Trihæreſii* cap. II. p. 376. ed. Trigland. meminit, tanquam ex Judæo Chriſtiani & *πολυγλώσσου*, qui CPoli magnum Karæorum uſum habuerit, unde & quoddam ejus de illis teſtimonium profert.

1831 פיליפוס לוי PHILIPPUS LEVI, Judæus converſus, cujus דקדוק לשון הקודש בקצרה *Grammatica Linguæ S. in compendio* anglice prodiit Oxon. 1705. Laudatur a methodo & accuratione in Cl. Bernardi *Novis Reip. Lit.* 1706. *Januar.* p. 105. ibidemque auctor dicitur, cauſas converſionis ſuæ expoſuiſſe.

1832 פיליפוס PHILIPPUM quendam Ex Judæum Polonum video laudari in *Jo. a Lent* Theologia Judaica hodierna p. 447. ubi dicitur R. *Abrab. bar Ketanna* vel *Katanni*, ut in Catal. B. Bodlej. p. 247. librum ſub tit. *Vox Dei*, quo præcepta 613. cum obſervatt. quibusdam exhibeantur, Latine edidiſſe *Cantabrig.* 1597. Conf. ſupra *Abrab. ben Dior* השר.

1833 פיליפוס PHILIPPUS alius ex Judæo Chriſtianus imperante *Juſtiniano* ſermonem quendam ad Theodorum Judæum hoc conſilio ſcripſit, ut eum ad Chriſtianiſmum adduceret, quem una cum reſponſo Judæi in Vatic. MS. exſtare ait Bartoloc.

1834 פיליף יוחנן בליבתריו PHILIP JOANNES BLEIBTREU Judæus an. 1681. Francof. ad Mœnum una cum filio converſus, & inter Judæos *Mayeri* nomine dictus, hiſtoriam converſionis ſuæ libro vernaculo ſub tit. *Mayerus Illuminatus* anno 1687. 12. edidit. Confer B. *Mart. Difenbachii* Judæum Convertendum p. 114. ſq. & Converſum p. 171. ubi poſteriore loco dicitur in agnita veritate, etiam paupertate preſſus, perſtitiſſe. Adde V. C. *Jo. Jac. Schudt* p. 520. Compend. Hiſtor. Jud. & in Memorabilibus Judaicis Parte II. lib. VI. c. 29. p. 124. ubi inter cetera refert, eum an. 1701. 15. Maji in fide conſtantem obiiſſe, quem filius *Io. Wilhelmi* nomine in baptiſmo dictus ſecutus ſit an. 1711. 22. Junii, *Gellnhauſii* in qua urbe Phyſici Ordinarii munere per-

Digitized by Google

perfunctus erat. Idem *Schudtius* c. 28. p. 81. ex ſchedis, quas manu exaratas reliquit noſter, quædam de juramento Judaico affert.

פיליקס פראטנסיס FELIX PRATENSIS, Italus, 1835

Rabbinus inter Judæos eruditus & deinde Rom. 1518. ad CHRISTUM converſus, & in S. Auguſtini Ordinem cooptatus, trium linguarum peritia & varia doctrina inſtructus per multos annos Judæis Romæ concionatus eſt tam feliciter, ut, multis ad veritatis agnitionem perductis, *flagellum Hebræorum* plerumque diceretur. Hujus potiſſimum cura

1) Prima editio Bibliorum Rabbinicorum Bombergiana Venet. 1518. fol. curata prodiit, qui & præfationem Lat. ad Leonem X. P. M. directam præmiſit, ex qua etiam apparet, Bombergum primum ab eo literis Hebraicis imbutum eſſe, ut vel hoc nomine Chriſtianus orbis ei multum debeat. De hac edit. obſervandum eſt, in margine nonnunquam varietates lectionum afferri, quæ in aliis Codd. non leguntur]: & quamvis illæ quidem Eliæ Levitæ in præf. tertia ad Maſoreth Hammaſoreth ſe non probarint, quippe ab imperito rerum, ut ipſe falſo ſibi perſuaſit, profectæ, inſpectio tamen oſtendet, eſſe inter eas nonnullas non levis momenti. Sic ad Prov. XII. ult. notatur pro אַל legi alibi אֶל quam lectionem antiquiſſimorum Interpretum quorundam auctoritate confirmari recte monuit eruditiſſimus *Io. Georg. Abichtius* in diſſ. de 2. verſibus Joſuæ c. 21. reſtituendis p. 26. ubi etiam in ſeqq. iniquius hoc Eliæ judicium retundit ſolide, ac p. 29. ſuſpicatur, Divum Lutherum hujus edit. lectiones inprimis ſecutum eſſe, quod allatis exemplis confirmat. Idem

2) *Pſalmos Davidis* ex Hebræo ad verbum fere translatos cum Leonis X. approbatione notisque ſuis *Venet.* 1515. primum edidit, deinde vero ſæpius ibidem & *Baſil.* 1526.16. ac *Hagen.* 1522. 4. recuſos: vide Cl. Le Long Biblioth. Sacram P. I. p. 721. Verſionem hanc intra 15. dies ab eo perfectam eſſe, teſtantur verſus, qui in limine libelli leguntur. Hac uti inprimis ſolent *Matth. Aurogallus* lib. de Hebraicis nominibus & *Franc. Titelmannus* in expoſitione Pſalmorum.

3) Ille primus in calce edit. Bombergianæ Bibliorum laudatæ edidit catalogum lectionum variantium, quibus Judæi Orientales & Occidentales diſtinguuntur.

4) Librum Jobi & alios quosdam Biblicos eundem tranſtuliſſe

 tan-

tandemque fere centenarium Romæ 1539. 5. Novembr. obiiſſe teſtis eſt *Philip. Elſſius* in Encomiaſtico Auguſtiniano p. 192. ſqq. ubi & alia de vita ejus habentur. Confer de noſtro *Humfr. Hody* de textibus Original. p. 461.

פִינֵל PINEL vide ſupra ווארת פניל

1836 פֵירדִינַנד פְרַנצִיסק אֶנגֶלסבֶרגֶר FERDINAND FRANCISCUS ENGELSBERGER, Bohemus, ex Iudæo ad Chriſtianos converſus an. 1636. inter ſuos olim dictus R. *Chajim*, deinde vero ad Judæos iterum reverſus, cum ſcilicet ob furtum in ipſa *Ferdinandi* III. Imperatoris aula commiſſum, an. 1642. 26. Auguſti ex furca ſuſpendendus eſſet. Tum enim animum doli æque ac odii in SERVATOREM plenum, eructatis impiis & exſecrandis vocibus, denudavit. Rem totam, prout geſta eſt, exponit B. *Wagenſeilius* in notis ad Tela Ignea Satanæ p. 188. ſq. qui etiam p. 192. inſcriptionem exhibet æneæ tabulæ prætorii Viennenſis inſculptam, quæ hominis furtum & ſcelus, quo in Sacramentum Eucharistiæ graſſatus eſt homo perditiſſimus, exponit. Scripſit is lingua vernacula

מוֹרֶה הַדֶּרֶךְ *lux via* ſive *Hermes Catholicus* (Catholiſcher Wegeweiſer) quo ex dictis V. T. capita potiora religionis Chriſtianæ, & quædam Pontificiis propria, confirmare annititur, in cujus præfatione rhythmica expoſitionem Evangeliorum pollicetur. Librum illum habere ſe ad manus teſtatur *Wagenſeilius*, inſulſum tamen ſcriptum eſſe, frivoliſque & jejunis rationibus abundare affirmat, p. 189. Bartoloccius Vindobonæ 1640. prodiiſſe ſcribit, ibidemque alium ejusdem librum lucem vidiſſe ait, ſub titulo

תּוֹלְדוֹת יֵשׁוּ *generationes Ieſu*, i. e. de vita Jeſu Chriſti, plenum conviciis & blaſphemiis: quod quidem ut de priori non difficulter credo, ita poſterius vix mihi perſuaderi patior, cum Wagenſeilius teſtetur, de fraude hominis hypocritæ non prius conſtitiſſe, quam ſub extremum violentæ mortis articulum. Putem itaque, poſteriorem illum librum ſcriptum quidem ab homine, & inter Judæos oſtentatum, ſed nunquam editum eſſe, præcipue cum Bartoloccius fateatur, ſe id fando tantum a *Zacharia Dominico* Typographo accepiſſe. Confer de homine hoc B. Hosmannum de Judæo difficulter convertendo §. 127. p. 366. ſq. Harsdorfer *Theatrum cædium* Cent. II. hiſt. 35. Theatrum Europ. Tom. IV. f. 926. ſq. & Cl. *Schudt* Memorabilia Judaica Parte II. lib. VI. p. 92. ſqq.

פירדינגר קרדוסו FERDINAND CARDOSO vide *Iſaac Cardoſo.*

פיתגורס PYTHAGORAS, Græcorum Philoſophus celebris, 1837
quêm ex Judæis eorumque ſcriptis ſapuiſſe, imo per circumciſionem Iudæorum ſacris initiatum eſſe poſt alios tradit *Menaſſe ben Iſrael* in Tr. Hebr. de Immortalit. Animæ lib. IV. c. XXI. p. 171. a. ubi inter cetera ex Alexandro Polyh. eum Ezechielem Prophetam habuiſſe præceptorem, ex Clemente vero Alexandrino, fuiſſe circumciſum affirmat. Sic ex recentioribus *Scip. Sgambatus* Archiv. V. T. p. 453. *Pythagoras*, inquit, *aut Hebraus, aut Hebraorum auditor fuit, aut utrumque. Iamblichus & Neanthes Syrum fuiſſe confirmant, & a Pherecyde itidem Syro edoctum. Alexander libro de Symbolis Pythagoricis Nazarethi Aſſyrii diſcipulum eum facit; ut Clemens lib. I. Strom. quem a nonnullis putari Ezechielem dicit. Veſtis illi fuit plane eadem, qua Hebrai Sacerdotes utebantur. Abſtinentia ab animalibus callide ab eo inducta, quo facilius omnibus abſtinens ea, qua ſunt Hebrais immunda, vitaret. Samius vocatus eſt, ut reor, quod e Semi Academia aut ſecta ſe profiteretur: nam Syrus procul dubio fuit, non Samius: & licet a plerisque Tyrius vocatur, id forte ob civitatis illius famam accidit, qua totius olim Syria princeps habita eſt.* Ita ingenium cauſam ornat, quæ a rationibus fruſtra præſidium exſpectat. Neque tamen deſunt, qui ſerio credant, Pythagoram non ſolum a Iudæis multa mutua ſumſiſſe (vide quos in hanc ſententiam citat Cl. *Fabricius* in Biblioth. Græc. lib. 1. p. 450. not.) diſſentiente Cl. *Io. Clerico* Tomo X. Biblioth. Selectæ p. 162. ſq. ſed etiam ad Iudæorum ſacra proſelyti inſtar acceſſiſſe. Vide hanc in rem B. *Io. Frider. Mayeri* diſſert. *Utrum Pythagoras Iudæus fuerit an Monachus Carmelita?* Hamb. 1710. *Iuſtum Gothofr. Rabenerum* in Amœnitat. Hiſtorico-Philol. p. 112. & *Herm. Chriſtoph. Engelkenium* in diſſ. duplici de eodem argumento *Roſtoch.* 1705. (conf. Nova Literaria Maris Balth. 1705. p. 197. & 333.) De ficto ejus Carmelitismo lege ex Fayditio Cl. Bernardi Nova literaria 1703. Octobr. p. 471. & Cl. Kuſterum ad Vitam Pythag. n. 15.

פלאויאוס יוסיפוס FLAVIUS IOSEPHUS: vide ſupra p. 547.

פלאטון PLATO, Græcorum Philoſophus, Olympiade 1838
LXXXVII. 3. annis ante CHRISTUM 430. natus, obiit Olymp. CVIII. 1. anno ætatis 81. Hunc Iudæi ut plurimum vocant אפלטון v. c. *Schalſcheleth* p. 104. b. ubi affert *Ariſtobuli ſententiam*, Platonem multa ex

Hhhhhhh 2 Lege

Lege Iudæorum (f) mutua deſumſiſſe autumantis, ideo quod libri legis jam ante *Alexandrum* & Perſiæ Reges fuerint converſi.

Libros ejus decem *de Republica* in Vatic. MSS. exſtare hebraice teſtis eſt Bartolocius reperiuntur etiam in Bibl. Medicea, cujus vide Catal. a Cl. Fabricio edit. p. 165. b. n. 25. eos ipſos allegat *Aſarias* in *Meor Enajim* lib. 3. paſſim ſpeciatimque p. 413. b. ſub titulo הַנְהָגַת הַמְּדִינָה ibique *Philoſophum divinum* vocat. Non tamen putem, Aſariam ex verſione Hebraica Platonicorum illorum librorum hæc hauſiſſe, ſed ex Latina *Ficini*, quippe quam diſerte allegat lib. III. c. 20. p. 87. b. ſicut & ex *Timæo* ejus p. 144. a. l. 2. allegat quod ad ea, quæ *Euſebius* in libris Præparat. Evangel. attulit. In lib. *Chananiæ f. Iſaac* מוסרי הפילוסופים variæ Platonis ſententiæ referuntur, ſpeciatim ſect. II. c. 2.

1839 פלאטיה יגל PELATHIAS IAGEL, frater germanus R. *Abrah.* fil. *Chananjæ Jagel*, quem ad Chriſtianos converſum & eleganti libello לקח טוב celebrem ſupra memoravimus, *Ferraræ*, floruit Sæculo XVII. medio, anno 1678. defunctus. Hic inter primos famoſum illum Pſeudo Meſſiam R. *Schabbataeum Zevi* amplexus eſt, ut mirum ſit, famam de illo paulo poſt percrebuiſſe inter ipſos fidei ſocios, quod ad fratris exemplum, Chriſtianorum ſacris nomen dederit. Vide hæc fuſius tradentem Bartoloccium Tomo IV. p. 113.

1840 ר׳ פלקי R. PALKI *Sacerdos*, hunc Leopoli in Ruſſia *in Arba Turim* duo volumina ſcripſiſſe ſub titulo חקירה ופרישה teſtatur Bartoloc. Vide ſupra R. *Jehoſuæ Peleck f. Alexandri*.

פנחס

(f) Idem ex Chriſtianis plerique omnes ſtatuunt, ſed in contrariam ſententiam lege Cl. *Jo. Clericum* in epiſtolis Criticis ep. VII. ubi utriusque partis argumenta perſpicies. Contra Clericum in hoc negotio diſputavit nuper eruditus P. *Balthus*, in Vindiciis Patrum ab imputatione Platoniſmi lib. IV. extremo. Certe argumentum illud a ſacrarum literarum in Græcam linguam converſione, jam tum exſtante, petitum, ad quod hic provocat auctor *Schalſcheleth*, nullum merito videbitur illis, qui ante Ptolemæum ſeu τοὺς LXX. nullam unquam exſtitiſſe autumant cum *Humfredo Hodyo* lib. IV. cap. 1. de textibus Scripturæ Originalibus, qui opinionem hanc ex præjudicata ſententia de lecta a Platone & aliis Gentilium Philoſophis Scriptura natam putat. Et ſane, qui contrarium adfirmant, uni *Ariſtobuli* teſtimonio innituntur, quod præ ceteris urſerunt *Gothofr. Vockerodt* in Exercit. de notitia divinarum Scripturarum apud Gentiles, & *Engelbachius* in ſingulari diſſert. Witteb. 1706. habita. Ceterum ex Judæis idem cum Scriptore *Schalſcheleth* ſentit Aſarias in Meor Enajim lib. III. c. 9.

פנחס בן אלעזר PINCHAS fil. ELEASARIS fil. *Aaronis*, 1841
Sacerdos magnus, de quo *Num*. XXV. 11. quem Iudæi in *Bava Bathra* libro Ioſuæ ea addidiſſe dicunt, quæ Eleaſar, (a quo verba capitis poſtremi: *Et poſt hæc mortuus eſt* &c. ac quæ ſequuntur, repetunt) adjungere non potuerit, ſpeciatimque comma ultimum, in quo obitus Eleaſaris refertur. In Catalogo Biblioth. Bavaricæ citatur בֵּיאוּר שְׁמוֹרת קֹדֶשׁ *expoſitio nominum Sanctorum*, nomine *Pinchaſi* inſcripta, quam recte illi tribui nemo non dubitaverit. Confer Scipionis *Sgambati* Archiva V. T. lib. II. p. 277. & Celeb. *Jo. Albertum Fabricium*, Collegam meum conjunctiſſimum, in Codice Pſeudepigr. V. T. p. 893. ſq. ubi & de illa Iudæorum fabula, qua *Pinchaſum* ſeu *Phinees* Eliam Prophetam eſſe perſuadere aliis volunt. Adde alia Iudæorum commenta apud V. C. *Jo. Jac. Schudtium* in egregia commentatione de Fato, voto & facto Iephthæ p. 235. ſq.

ר׳ פנחס בן יאיר R. PINCHAS ben IAIR ſcr. 1842
מִדְרַשׁ תַּדְשֵׁא *Medraſch*, ſive expoſitiones varias allegoricas, quæ incipiunt a verſu II. capitis I. Geneſeos: תדשא הארץ, MS. teſte ש״ר Habet *Oppenheim*.

ר׳ פנחס שולחני R. PINCHAS SCHULCHANI, *Anconitanus*, ſcripſit carmen in laudem *Judæ Aſaël*. 1843

פנחס בן שלמה לוניר PINCHAS *ben Schelomo Lunir* 1844
manu ſua deſcripſit opera *Joſeph bar Iſaaci*, teſte Bartoloccio.

ר׳ פנחס ערובא R. PINCHAS ARUBA: vide Scriptores Gemaricos.

פפרקורן JOANNES PFEFFERKORN ſive *Pipericornus*, in 1845
Judaiſmo *Joſephi* nomine (ceu ipſe in præf. ad Speculum adhortationis Judaicæ teſtatur) dictus, ad Chriſtianus vero an. 1504. (ipſe enim in calce tractatus vernaculi de ratione Paſcha celebrandi Judaica, quem an. 1509. edidit teſtatur, hunc eſſe annum a converſione ſua nonum) converſus & *Coloniæ* verſatus eſt, unde & *Colonienſis* appellari ſolet. Hic una cum Profeſſoribus quibusdam *Colonienſibus*, *Jac. Hogoſtrato*, *Arnoldo de Tungari*, *Ortuino Gratio* Imperatori *Maximiliano* auctor fuit, ut omnes Judæorum libros, Sacro Codice excepto, comburendos curaret, quod conſilium

non tam Zelo aut ſtudio veritatis ac religionis, quam turpis lucri, a Judæis ſic extorquendi, cupiditati tribuendum eſſe monuit *Reuchlinus* lib. II. epiſtolarum ad *Conr. Kollinum.* Et perſuaſit ſane Imperatori, ut anno 1509. ſingulari edicto Judæos in ſuis quosque opidis libros Hebræos, excepto Codice Sacro, in curiam comportarent a Sacerdotibus examinandos, &, ſi qua ibi convicia exſtarent, comburendos. Cum itaque *Reuchlinus* a Pfefferkornio adduci non poſſet, ut in locis, quos Rhenus alluit, Cæſareum mandatum exſecutioni daret, ſed potius, volente ita Cæſare, argumenta varia in contrariam ſententiam, non ſine temperamento quodam diſſereret; factum eſt ut Pfefferkornius illi opponeret librum vernaculum, ſub tit.

1) *Speculum Manuale contra Judæos & libros Talmudicos, quibus in Politiam Chriſtianam debacchantur.* Cui cum paulo poſt Reuchlinus opponeret libellum Germanicum ſub titulo *Speculum Oculare* plagulis undecim (Augenſpiegel) ubi ſententiam ſuam certo modo temperatam adſtruit, ad diſſentientium vero exceptiones Latino ſermone reſpondet; Pfefferkornius novum in Reuchlinum impetum fecit ſcripto vernaculo ſub tit.

2) *Celeusma* (Sturm) *Jo. Pfefferkornii contra infideles Judæos, oppugnatores Corporis Chriſti & membrorum ejus.* Cumque is deinde cum ſuis cauſa caderet, injuriis & conviciis Reuchlino moleſti eſſe perrexerunt, quos eruditus Vir, quem plerique *Ulricum Huttenum* (g) Equitem fuiſſe credunt, inſolentem eorum imperitiam & imprudentiam, editis *Obſcurorum Virorum epiſtolis*, caſtigavit, Reuchlino interim cauſam ſuam tum epiſtolis tum aliis ſcriptis vindicante. Totam cauſæ hujus narrationem habes in Vener. *Jo. Henr. Maji* Vita Reuchlini p. 256. - 429. & in compendio apud V. C. *Jac. Basnage* Tom. V. Hiſtor. Judæorum p. 2059. & Tom. VI. p. 155. ſqq. in Cl. Struvii Actis Literariis ex MSS. erutis Faſcic. II. p. 97. ſqq. & Cl. *Herm. von der Hardt* in Recenſione Talmudis cum libro תענית p. 12. ſq. ed. Varia ſcripta ultro citroque in hac cauſa edita recenſentur in *Mich. Neandri* Erotematibus L. Hebr. p. 540. Singularia nonnulla huc pertinentia leges quoque in *Rich. Simonis* epiſtolis Selectis Tom. I. ep.

(g) Ita non præter rem ſenſerunt *Bilibald. Pirckheimerus*, *Caſp. Barthius* & B. *Jac. Thomaſius*, cujus de earum auctore obſervatio ſingularis inſerta eſt Obſervationibus Selectis Hallenſibus Tom. IV. Obſ. IX. ex qua etiam partim emendari partim ſuppleri poſſunt, qua de eodem negotio diſſerit Vener. *Jo. Henr. Majus* in Vita Reuchlini p. 46. & 425. ſqq: Adde & Obſervationes Miſcellanas, quæ germanice prodierunt Parte V. p. 339. ſqq. & *Pet. Baelii* Dictionarium Hiſtorico-Criticum Tomo II. p. 1621. ſq.

ep. 29. & hinc in Celeb. *Jo. Franc. Buddei* Iutroduct. ad Hiſtor. Philoſ. Hebr. p. 203. ſq.

Ante controverſiam hanc *Reuchlino* motam ſcripſerat noſter

3) *Speculum Adhortationis Judaicæ ad Chriſtum*, Latine *Colon.* 1507. 4. plagulis quinque, qui liber in tres partes diſtinctus, parte I. oſtendit, Judæos juratos eſſe veritatis hoſtes, ſimulque cauſas varias exponit, cur Judæi in erroribus ſuis perſiſtant: Part. II. exponit rationem, qua iidem facilius converti poſſint. III. denique tantam ſpeculi pravitatem eſſe monſtrat, ut omnino mutatio quædam vel a Turcis vel aliunde metuenda ſit.

4) Ejusdem eſt *Narratio de ratione Paſcha celebrandi inter Judæos recepta*, ubi ſimul, Judæos hæreticos ſeu deſertores V. & N. T. atque adeo judicii reos eſſe oſtenditur, Aug. Vindelic. 1509. 4. plagulis 4. non *Coloniæ* quod traditur p. 283. Vitæ Reuchlini.

5) Eodem anno prodiit ejusdem liber: *Hoſtis Judæorum* ubi docetur, quomodo uſuris & fraudibus aliis Chriſtianos circumveniant, præterea vero teſtimonia quædam domeſtica contra Judæos adferuntur.

6) Ejusdem *Panegyricus* in laudem *Maximiliani* Imp. in 16. capita diviſus lucem vidit an. 1610. Duorum poſtremorum præcipua momenta leges apud Cl. *Majum* l. c. p. 284. ſq.

Hunc Pfefferkornium fuerunt, qui ad avitam religionem reverſum & *Halis Saxonum* ob flagitia varia anno 1515. ignis ſupplicio adfectum dicerent, quod cum *Gisb. Voëtio* Parte II. Diſpp. Select. p. 110. *Jo. Hoornbeckio* proleg. de Convertend. Judæis p. 8. adfirmat *Jo. Bened. Carpzovius* Introd. in Theolog. Judaic. p. 87. quem tamen alii vitam hoc modo amiſiſſe quidem, ſed Chriſtianum manſiſſe adſeverant apud Majum in Vita Reuchlini p. 254. & *Simonem Majolum* Tom. III. dierum Canicular. p. 618. alii vero alium quendam Pfefferkornium a noſtro diſtinctum hæc fata expertum eſſe ſcripſerunt. Poſtremam ſententiam Cl. *Majus* l. c. p. 254. *Ulrici Hutteni* teſtimonio ex literis quibusdam ejus ad *Adolphum Roboreum*, quas ex *Nic. Gerbelii* Bibliotheca acceperat, confirmat, in quibus teſtatus is eſt, binos fuiſſe *Pepericornos*, & utrumque Ex Judæum, alterum Halenſem illum, flammis exuſtum, alterum *Colonienſem*, Capniomaſtiga noſtrum. Nihil hic deffnit Cl. *Majus*, quem ſecutus Cl. *Basnage Tom.* V. Hiſtor. Jud. p. 2063. judicium ſuum ſuſpendit, idem vero Tomo VI. p. 158. rem confici poſſe putat ex *Triumpho Doctoris Reuchlini* an. 1516. carmine deſcripto, & in Vita ejus p. 480. ſqq. recuſo, ubi cum p. 498. poeticæ

ticæ obteſtationes de Pfefferkornio Capniomaſtige per carnificem trucidando legantur, neceſſe videtur, ut ſtatuamus, Pfefferkornium, Halis combuſtum, a noſtro eſſe diverſum, qui anno 1516. adhuc vixerit. Omnium optime rem ad liquidum deduxit præſtantiſſimus *Maturinus Veyſſiere La Croze* in dialogis ſuis gallice editis p. 226. ſq. ubi monet, *Pfefferkornium* Halis an. 1515. combuſtum, quamvis ſcelerum vix ſatis convictum (vide *Godofredi Olearii* Hiſtoriam Hallenſem) jam a viginti annis Miſſam ritu Sacerdotali celebraſſe, cum noſter ille *Colonienſis* Laicum ſe gereret. Præterea vero in *Epiſtolis obſcurorum Virorum*, quæ primum an. 1517. prodierunt in ep. *Jo. Vickelphii* duo illi *Pfefferkornii* diſerte diſtinguuntur his verbis: *jam combuſſerunt in Hallis unum baptizatum Judeum, qui etiam vocatur Jo. Pfefferkorn, & fecit multa mala. Ego timeo, quod ille faciat ſemel talia, tunc vos male ſtaretis.* Id quod iterum fit in epiſt. Fratris *Alberti Acuſicis*. Conf. Cl. *Jo. Jac. Schudtii* Memorabilia Judaica Part. I. lib. V. c. 5. p. 355. ſq. Interim malæ hominem fidei fuiſſe, ex variis Reuchlini locutionibus, niſi ea ab exacerbato animo profecta credere malis, manifeſtum evadit. Is enim hinc inde *Pfefferkornium* nunc *Judeum* Colonienſem, nunc *Semi Judeum*, nunc *in defenſ. contra Calumn. Colon. Iudaum aqua tinctum, contemtorem legum, humanæ ſocietatis prævaricatorem & Evangelicæ veritatis apoſtatam vocat.*

פרדו PARDO: v. ſupra R. *Ioſeph Pardo*: & R. *David f. Ioſeph Pardo*.

1846 ר׳ פרופט יהודי R. PROPHATIUS *Judæus*, de Monte Peſſulano, Aſtronomus inſignis, quod ex ſcriptis ejus variis Latine in B. Vatic. n. 3125. b. exſtantibus, apparere ſcribit Bartolocc. Sic & Tractatus ejus de utraque Eclipſi Solis & Lunæ, ut & Canones ſuper Almanach Prophatii latine MSS. exſtant inter Codd. Digbæanos n. 114. in B. Bodlej. & inter Bodlejanos n. 2458.

Tabulas ejus ex MSS. Mertonenſi & Arch. Digbæan. ac Bibl. Saviliana editurus erat, ſi per fata licuiſſet, *Eduardus Bernardus* Tomo X. Synopſ. Vett. Mathematicorum, cujus delineationem edidit *Thom. Smithus* cum vita ejus. Hujus opera *Alphonſum* X. Sæculo XIII. medio uſum eſſe ad tabulas, quæ *Alphonſinæ* vocantur, una cum aliis elaborandas, ſcribunt *Iac. Chriſtmannus* in Aſtronomia Hiſtorica, *Auguſtin. Riccius* in præfat. ad Almageſtum Ptolemæi, & *Luc. Gauricus* Orat. de laudibus Aſtronomiæ. At enimvero Prophatium circa annum 1350. (k) demum adeoque integro

(k) Imo Sæculo XV. medio vixerit, ſi vera forent, quæ in Cod. MS. *Canonum* ejus *ſuper Al-*

tegro Sæculo poſt, vixiſſe ſtatuit *Iſmael Bullialdus* præf. ad Aſtronomiam Philolaicam. V.C. *Iac. Basnage* Tom. V. Hiſt. Judaic. p. 1829. eum medio Sæculo XV. Monte Peſſulano Aſtronomiam docuiſſe ait; ibidem typographi vitio vocatur is *Profanus*.

ר׳ פריגורס R. PERIGORAS Sapiens magnus, qui ex Gallia Cordubam venit an. 4795. C. 1035. quo præceptore uſus eſt R. *Iſaacus* fil. באליה, teſte *Abrahamo ben Dior* in libro Cabbalæ p. 74. b. 1847

פרחון vide infra R. *Schelom. f. Abrah. Parchon.*

פרידריך אלברטוס קריסטיאני FRIDERICUS ALBERTUS CHRISTIANI, inter Judæos vocatus *Baruch fil. R. Moſis*, natus *Proſtitii* in Moravia, *Bruchſalliam* ad Rhenum miſſus, deinde *Argentoratum* delatus, ibique poſt cognitam religionem Chriſtianam 18. Novembr. 1674. baptiſatus. Hinc in Academia Lipſienſi Talmudicæ Linguæ Lector conſtitutus usque ad annum 1695. honeſtis moribus vixit, donec præter exſpectationem cum ſumma 300. vel 400. Imperialium, qui cum alia minutiore pecunia permutandi ipſi traditi erant, fuga ſe ſubduceret. Ita rem refert Cl. M. *Chriſtianus Reineccius* in vita hujus *Chriſtiani*, antea ſeorſim edita, & in præfatione ad librum ejusdem *de Iudæorum religione & ritibus* ſtrictim delineata. Cl. *Io. Iac. Schudt* in Compendio Hiſt. Iud. p. 512. ſq. ait, eum aere alieno, ludendo & genio indulgendo contracto, Miniſtro verbi, prope Lipſiam degenti, trecentos Imperiales abſtuliſſe & clam deinde ſe ſubduxiſſe cum filia, vel ad Pontificios *Viennam*, vel, quod alii ſuſpicentur, ad Iudæos. Hujus cura 1848

1) *Abarbanelis* commentarius in Prophetas priores correctiſſime & nitidiſſime prodiit *Lipſ.* 1686. fol. quo nomine laudatur a *Carpzovio* Introd. in Theol. Iud. p. 88. & a V. C. *Henr. Iac. van Bashuyſen* præf. ad comm. Abarbanelis in Pentat.

2) *Ionæ* prophetia Hebr. & Chald. cum Maſora & commentariis *Iarchii*, *Aben Eſræ*, *Kimchii* & *Abarbanelis* addito Lexico vocum difficiliorum Hebræo Latino Lipſ. 1683. 8.

3) *Epiſtolam ad Hebræos* ex Græco hebraicam fecit & ed. Lipſ. 1676. Eam verſionem *B. Carpzovius* in præmiſſa præfatione laudat, & in Introd. ad Theol. Iud. l. c. vocat *puram, terſam & nitidam*.

Iii iii 4)

manach in B. Palatina obvio traduntur, quod ſcilicet eos propria manu an. 1447. in Monte Peſſulano deſcripſerit.

4) Idem ſingulari libro vernaculo deſcripſit *Ritus Paſchales Judæorum* Lipſ.

5) צַחְקָן מְלֻמָּד וּמִתְחָרֵט *luſor doctus & pœnitens*, ſive alias סִיר מֵרֵעַ de quo ſupra diximus ſub R. *Iehuda Arje* Mutinenſi, cum ejus verſ. germ. & appendice hiſtoriarum Talmudic. Lipſ. 1683. 8. addita præf. B. *Aug. Pfeifferi* in qua ab eruditione & candore editor laudatur.

6) Denique ejuſdem tractatus German. *de fide & ſuperſtitione Judæorum* ex MS. a M. *Chriſtiano Reineccio* cum præfatione, qua univerſalem Iudæorum converſionem temere exſpectari adſtruit, notisque ac figuris Editoris vulgatus eſt *Lipſ.* 1705. 8.

Noſtrum hunc illum Profeſſorem Rabbinicum Viennenſem eſſe ſuſpicor, quem V. C. *Iac. Basnage* tradit anno 1698. Vienna abiiſſe ad Judæos, qui epiſt. ad Hebræos Hebr. converterit & Abarbanelis in Prophetas comm. Latinum fecerit. Prius de noſtro conſtat, poſterius forte de commentario in Prophetas, ejus opera recuſo, accipi debet.

1849 פרידריך ווילהלם FRIDERICUS WILHELM, ex Iudæo Chriſtianus, Lector quondam Linguæ S. Rinthelenſis, ſcr. librum vernaculum ſub titulo: *Abominatio deſolationis Hieroſolymit. per Talmud Iudaicum*, ed. *Caſſellis* 1671. in quo *Chriſtiani Gerſonis* plagiarium, ac præterea in Iudæos iniquiorem ſe præſtitit. Vide Vener. *Henr. Muhlium* p. 11. Apologiæ Talmudicæ.

1850 פרידריך ווילהלם בוק FRIDERICUS WILHELM BOCK, Iudæus converſus, qui *Abrah. Iagelii* לֶקַח טוֹב *doctrinam bonam*, ſeu Catechiſmum Iudaicum germanice converſum edidit *Lipſ.* 1694. 8. In præfatione profitetur, ſe Studioſorum in Rabbinica & Talmudica lingua conatus adjuvare.

1851 פרידריך קריסטיאן מאיר FRIDERICUS CHRISTIANUS MEYER Iudæus itidem converſus, qui lingua germanica expoſitionem Pſalmi XCI. edidit, in qua, more Cabbaliſtarum, characteres Meſſiæ demonſtrat, ac duas reddit rationes, cur Iudæi Meſſiam non agnoſcant. *Roſtoch.* 1704. 4. 2. plagg. Ejuſdem *confeſſio fidei* ſub tit. סֵפֶר מַגִּיד אֱמוּנַת יֵשׁוּעַ h. e. *liber annuncians fidem Meſſiæ*, germ. cum

Digitized by Google

cum præfat. hiſtoriæ de converſione ejus prodiit *Altonaviæ* 1701. appoſitis in margine locis V. T. Hebraicis.

פרידריך ראגסטאת די וילי FRIDERICUS RAGSTATT de WEILE, Rabbinus inter Judæos, ac deinde converſus, ſcripſit 1852

יְפֵה מַרְאֶה *pulcher adſpectu*, 1. *Sam.* 17. 42. i. e. Theatrum lucidum (i) contra accuſationes Iudæorum *Amſtelod.* 1681. Hunc *Io. a Lent* in Tract. de Pſeudo Meſſiis p. 81. vocat Virum ſingulari modeſtia pietate & linguis Oriental. conſpicuum.

פריטשי גיאן PRETE IAN ſive PRESTE IAN, quem literas ad Pontificem Romanum ſcripſiſſe teſtatur *Gedalias* in *Schalſcheleth* p. 80. b. ubi ita: *Scriptum legi, Regem qui vocatur Preſtejan* (פירטשיאן) *Pontifici Romano anno circiter 220. C. 1460. per literas teſtatum eſſe, quod fluvius Euphrates impediat Iudæos, quo minus expeditionem contra ſe ſuſcipere poſſint*: quod quidem Gedalias interpretandum cenſet de fluvio *Goſan*, qui ſit *Sambatjon*. Has credo eſſe literas illas, quarum exemplum in Collectione tredecim tractatuum Hebr. CPoli in 4. edita exſtare ex Catalogo librorum Hebr. *Thomæ Erpenii* in 4. edito, didici. De regno hujus *Preſtejan*, fluvio Sabbationi proximo, commercioque cum Iudæis ad eum habitantibus quæſito plura confingit R. *Gerſon* in libro Hebræo-Germanico qui inſcribitur ס׳ גלילות ארץ ישראל *liber finium terræ Iſraelis*, quæ ſummatim repetit *Eiſenmengerus* in Iudaiſmo Detecto p. 546. ſqq. Enimvero prout ipſe fluvius Sambatjon, & eum accolentes Iudæi, commentis abſolvuntur, quod ſupra ſubindicavimus; ita nec de illa *Preſtejan* narratione mitius judicandum eſt, ut taceam, Judæum *Gerſonem* illum *Preſtejan* pro Iſmaelita habere, qua de re aliter judicandum eſſe norunt, qui legerunt, quæ poſt *Scaligerum* de Emendat. Temporum lib. VII. p. 677. & alios, a B. Pfeiffero p. 298. Criticæ Sacræ laudatos, de eo commentatus eſt *Iobus Ludolfus* in Hiſtoria Æthiop. & *Thomas Hyde* ad Perizolii Itinerarium p. 153. ſq. (k) 1853

(i) Io eo libro Pſeudo-Meſſiæ R. *Schabbatai Zevi* hiſtoriam fuſius delineavit: confer. B. Placcii Theatrum Anonymorum p. 652.

(k) *Hydius* l. c. ubi ipſe *Perizol* de illo *Prete Jan* quædam ex *Americi Veſputii* lib. II. c. 58. de Novo Orbe adfert. Ipſe *Hydius* ita ſtatuit, regnum illud non in Africa, ut ple-

Digitized by Google

1854 **פריפוט דוראן** PERIPOTH DURAN(l) ut ש״י & alii vocant, ſive פריפוטו דורנטי *Peripotho Durante*, ſecundum *Schalſcheleth* p. 61. b. vel פרופט[illegible]ן ſecundum Buxtorf. clarus A. M. 5161. C. 1401. ſecundum ש״י, vel 5154. C. 1394. teſte Schalſcheleth, qui etiam addit, tradi inter ſuos, quod ad Chriſtianos quondam dilapſus, deinde mutata mente ad Judaiſmum ſit reverſus, quod tamen utrumque vere dici negat ש״י p. 3. n. 53. Vocatur hic alias אפודי *Ephodæus* a libro מעשה אפוד de quo paulo poſt dicemus. Scripſit is

1) אִגֶּרֶת Epiſtolam ad *Bonetum* Ex Iudæum, qui in Judaiſmo nomen habuerat R. *David ben Garon* ſive *Goren*, Avenionenſis. Hunc ad Judaiſmum retracturus *Peripoth* literas illas exaravit virulentas omnino & in Chriſtianiſmum admodum injurias, hac fraude uſus, ut cum ſub initium videretur eum in Chriſtiana religione confirmaturus, in fine tantum contrarium conſilium perſpiceretur. Acceſſit comm. R. *Joſeph fil. Schem Tov*, una cum exceptionibus Chriſtiani cujusdam, quibus ab eodem *Joſepho* reſpondetur. Exſtant illæ literæ MSS. in B. Leidenſi inter Codd. Scaligeranos p. 277. n. 15. ubi ita recenſetur: epiſtola *Magiſtri POURPETH Avenionenſis ex Judæo Chriſtiani* (ergo ש״י præter rem contra *Schalſcheleth* negavit, noſtrum hunc unquam fuiſſe Chriſtianum) *ad converſionis ſuæ ſocium Magiſtrum Bonet ben Goren Avenionenſem, qui in Judaiſmo vocabatur David fil. Goren.* Exſtat in eadem Biblioth. aliud exemplum inter Codd. Warnerianos p. 289. n. 62. cum aliis ſcriptis huc pertinentibus, ſub titulo ס׳ כְּלִמַּת *liber opprobrii*, quem titulum vide inter Anonymos. Atque hic idem eſt, quem MS. ſub tit. כְּלִמַּת הַגּוֹיִם *opprobrium gentium* Epho-

rique faciunt, ſed in Aſia quærendum eſſe, Italis vocari *Preti Gianni*, ſive *Preti Giani*, Gallis *Preſter Jan*, Belgis *Prieſter Hans*: nusquam vero hodie reperiri talium Regum ſeriem, ut quidam perperam exiſtiment, ſed eum fuiſſe tantum unum, qui regno ſuo reliquerit nomen ad hodiernum uſque diem continuatum.

(l) *Buxtorfius* p. 182. Diſſertationum vocat *Propheto Durante*, unde alii *Prophetam Durante* effinxerunt. *Richardus Simon* in Catalogo Scriptorum Hiſtoriæ Criticæ V. T. ſubjuncto appellat *Parfait Duran*. Aliis audit *Pourpeth*. Suſpicor ego, nomen hoc eſſe Latinum, *Perpetuus Durans*, quod vel Chriſtiani ipſi boni ominis cauſa dederint, vel ipſe per ludibrium adſumſerit. Deinde in conjecturam venio, *Prophatium* illum, quem paulo ante recenſuimus, a noſtro hoc non eſſe diſtinguendum, cum & hic a Buxtorfio & aliis פרופט *Prophat* vocetur י in ו deflexo, & ætas conſpiret, & noſtro huic liber Geometricus, חשב אפוד tribuatur.

phodæo tribuit *Buxtorfius* p. 449. Habuit eaſdem literas *Rud. Mart. Meelführerus* MSS. quod patet tum ex diſſ. ejus de Fatis Eruditionis Orientalis C. 1. 6. ubi eas ipſo *Toldos Jeſchu* nequiores eſſe ait, tum in Acceſſionibus ad Almeloveenii Bibl. promiſſam & Latentem p. 157. ubi teſtatur, Vener. *Jo. Wulferum* epiſtolam illam cum Lat. ſua verſione & refutatione editurum eſſe. Addit idem, eas olim editas eſſe, ſed in Hiſpania combuſtas & Judæis ſub capitali ſupplicio interdictas. Prodiiſſe quondam in lucem teſtatur etiam ש״י. *Meelführerus* tamen in eo non audiendus eſt, quod utroque in loco epiſtolam illam A. C. 1006. exaratam ſtatuit, cum Judæi auctorem ad Sæc. XIV. inclinans referant. Atque ille quidem computus ex eo confirmatur, quod illa *Peripothi*, deinde in errores relapſi, & *Boneti* converſio totaque, adeo diſceptatio accidiſſe videatur occaſione diſputationis ab *Hieronymo de Sancta Fide* Avenione an. 1412. habitæ. Hanc enim conjecturam facio ex eo, quod in ס׳ כלמה de quo inter Anonymos dicemus, aliqua Hieronymi hujus epiſtola legatur. Ut taceam Peripothum noſtrum in *More Nevochim* commentatum eſſe, quem, Sæculo XIII. ineunte, obiiſſe conſtat. Eadem epiſtola MS. eſt in Vatic. in 4. quod teſtatur Bartolocc Tomo I. ubi auctorem minus recte vocat אינפרופירת דורן ſicut idem, neſcio quo caſu, epiſtolam, quæ incipiat אל תהי כאבותיך i. e. *ne ſis, ſicut Patres tui*, ſcriptaque ſit ad Ex Judæum, ex Chriſtianiſmo revocandum, Tomo II. p. 283. adſcribit דונש cuidam, qui eam ſcripſerit ad לברט Ex Judæum. Enimvero hanc eſſe noſtri *Peripoth* epiſtolam, partim inde patet, quod Bartoloc. Tom. I. p. 404. & ש״י l. c. teſtatur, Peripothum in epiſtola ſua hac loquendi formula ſubdole uſum eſſe, partim ex eo quoque conficitur, quod idem Bartol. Tom. II. p. 283. ſcribit eandem epiſtolam in alio Cod. MS. ſub nomine אינפרופירו״ד legi, ad *Bonetum* (ad quem etiam *Peripoth* noſter ſcripſit) directam. Lege quæ ſupra dicta ſunt ſub דונש ubi videbis, hunc fuiſſe Grammaticum, & cum noſtro פריפוש prorſus non confundendum, quod a Bartoloccio factum ideo eſſe ſuſpicor, quia forte *Peripoth* noſtri אפוד ſive Grammatica Hebr. eodem, quo *Donaſch* illius ſcriptio Grammatica fuit comprehenſa.

2) חֵשֶׁב אֵפוֹד *cingulum pectoralis*, (m) ex *Exod.* XXVIII. 8. quem ut librum Geometricum MS. memorat Buxtorf. p. 446. ibidemque hanc tituli אפד reddit rationem, quod ex initialibus literis nominis, quod

(m) Ex hoc libro, tacito auctoris nomine, locus adfertur in *Muſcati* comment. ad librum *Coſri* p. 12. col. 4. Confer edit. Buxtorfii p. 7.

quod auctor geſſit, אבי פריפיטו דורנטי naſcatur אפר. Confer quæ dicemus n. 3.

3) מַעֲשֵׂה אֵפוֹד *Opus Ephod*, ex *Exod.* XXVIII. 15. a quo auctor communiter vocatur הָאֵפֹר ſive אֱפוֹדִי *Ephodæus*, ſicut titulus libri האפר primum auctori ſubnatus videtur ex literis initialibus verborum ה״וא״ז א״מר פ״ריפוט ד״וראנטי quæ in limine libri leguntur. Præmiſſa eſt præfatio (n) erudita de præſtantia & utilitate ſtudii Biblici. Liber nunquam prodiit, ſed ex MS. hinc inde citatur a Judæis v. c. R. *Aſaria* in poſtremis capitibus libri *Meor Enajim* & *Abrah. Balmeſio* in Grammatica, *Iehuda Muſcato* ad *Coſri* part. III. c. 31 &c. nec minus a Chriſtianis, v. c. *Buxtorfio*, qui illud CPoli accepiſſe ſe profitetur, in diſſertt. de Antiquitate punctorum Vocalium & alias, *Io. Morino* in Opuſculis Hebræo Samarit. p. 252. ſq. & 257. inprimis autem in Exercitt. Biblic. v. c. p. 415. 437. 509. 522. & 566. ubi etiam monet, duos Codices manu exaratos in Bibliothec. Oratoraina Pariſiis exſtare. In Biblioth. Regia Pariſ. inveniri patet ex *Labbei* Biblioth. Nova MSS. p. 279. ubi tamen perperam vocatur *Propan Duranai*. Amſtelodami quoque exſtare teſtis eſt *Schabtæus* in ש״י, qui præterea tradit 66. conſtare capitibus & ſæpius in Kimchium animadvertere, qui tamen Patronum nactus eſt R. *Eliſa fil. Abraham* in מגן דוד de quo ſupra ſub R. *David f. Ioſeph Kimchi* diximus. Habet quoque R. *David Oppenheimerus*. Ceterum in Catalogo Grammaticorum, ſupra ſub voce דקדוק repræſentato, מעשה אפוד tribuitur R. *Iſaaco fil. Moſis* idemque dicitur vixiſſe A. C. 1290. quod poſterius falſum eſt, ſicut nec nomen illud R. *Iſaaci* alibi inveneris. Forte non improbanda fuerit Vener. V. E. *Loeſcheri* conjectura in Comment. de Cauſis L. Hebr. p. 103. quod ſcilicet *Iſaaci* nomen ut Judæus, *Peripothi* vero ut Chriſtianus geſſerit, quam in rem vide, quæ not. l. ſcripſimus.

4) פֵּירוּשׁ עַל מוֹרֵה נְבוּכִים *comment. in More Nevochim* Maimonidæ, de quo ſupra diximus ſub משה בן מימון.

Bartoloc. ex uno hoc Scriptore fecit tres, nempe אנפרופיירה, אפודי & פריפוט, quamvis ſub אנפרופיירה ſuſpicetur, hunc & *Peripoth* eundem eſſe.

בריצול PERIZOL vide ſupra R. *Abrah. f. Mardochai Perizol.*

פרעה

(n) Præfationem hanc, tanquam librum ſingularem allegavit *Jo. Morinus*, notatus ideo a Buxtorfio in diſſertationibus ſuis p. 182.

פרעה העברי PHARAO *Judæus*: hic quatuor Evangelia ex lingua *Chaldaica* i.e. *Syriaca* Arabica fecit, quæ verſio exſtat in Biblioth. Scorialenſi col. 17. vide *Hottingeri* lib. 3. Part. 2. Smegmatis Oriental. in append. p. 3. & Cl. *Le Long* in Biblioth. Sacra P. I. p. 236.

ר׳ פרץ R. PEREZ fil. Iſaaci, Sacerdos per compendium dictus הר״ף, *Gerundenſis*, A. C. 1241. filius R. *Iſaaci*, Jurium Hebraicorum & Cabbaliſticæ quoque doctrinæ & rerum Medicarum peritiſſimus ſcripſit 1856

מַעֲרֶכֶת הָאֱלֹהוּת *ordinatio divinitatis* lib. Cabbaliſt. ſubtilis in quindecim capita ſectiones & claſſes diſtinctus, cum commentario, cujus auctor non conſtat: Sicut in eundem commentatus eſt alius R. *Jehuda* חייט ſub tit. מנחת יהודה de quo ſuo loco diximus. Prodiit liber cum utroque hoc comm. *Ferrar.* 318. C. 1558. ap. Abrah. אושקי pp. 286. & *Mantuæ* 318. C. 1558. teſte ש״י quibus adde ed. *Furthenſem* anni 451. C. 1691. Plantavitius n. 206. teſtatur, quendam R. *Moſen fil. Juda* נגרי in illum librum commentatum eſſe, idque fide Catalogi Pragenſis affirmat, ex quo tamen fatetur non conſtare, editusne ille commentarius ſit, an minus. R. *Aſarias* in *Meor Enajim* p. 179. b. laudat מערכת האלהות tanquam librum, qui cum lib. *Zohar* &c. ante Miſchnam ſcriptus ſit, quod de noſtro accipi poſſe non putem, qui ab ipſis Judæis tribuitur R. *Perez* Scriptori Sæculi XIII. Librum hunc ut Cabbaliſtarum optimum, & ex quo multa Cabbaliſtarum myſteria (o) perſpexerit, laudat B. *Abrab. Hinckelmannus* in Detectione Fundamenti Bohmiani p. 24. Sæpius etiam citatur in *Jalkuth Rubeni Haggadol*. Exſtat MS. una cum חובת הלבבות & commentario quodam על הַתְּפִלָּה *in preces* in B. Oppenheimeri 4. MS. quoque eſt chartaceum in B. Senatoria Lipſ. inter Codd. Wagenſeil. in fol. n. 10. In B. Oppenheim. exſtat etiam ſub nomine *Perez* MS. יְסוֹד הַגְּמָרָה *fundamentum Gemaræ* qui liber neſcio an noſtri ſit.

Eundem Toſephoth in Gemaram & librum præceptorum magnum

(o) Chriſtianis quoque ex eo multa in rem ſuam contra Judæos derivare licet: ſic v. c. p. 10. diſerte ſcribit, tria illa י quibus eſſentiale Dei nomen יהוה ſcribi ſoleat, petita eſſe ex triplici י quod in formula Benedictionis Sacerdotalis, ejusque verbis יברכך, יאר & ישא occurrat.

Digitized by Google

gnum ſcripſiſſe teſtatur *Schalſcheleth* p. 58. a. ubi & alia de multis diſcipulis, quos habuit, legi, licet.

Non dubito hunc eſſe illum *Perez* cujus נימוקים *ſtrictura* in *Bava Mezia* MSS. ſunt in Bibl. Oppenheimeri in 4. & in fol.

1857 ר׳ פרץ בר אליה R. PEREZ fil. ELIÆ, ſcripſit animadverſiones in librum עמודי גולה vide ſupra R. *Iſaac ben Joſeph Cordubenſis*.

1858 ר׳ פתחיה R. PETACHJA', cum cujus accesſionibus prodiit R. *Moſis Iſarles* תורת חטאת *Hanov.* 388. C. 1628. Hunc a priori diſtinguit ש״י in Indice Auctorum alphabetico.

1859 פתחיה מרעגנשבורג PETACHIA RATISBONENSIS, cui *Bartoloccius* librum סביב i.e. סְבוּב הָעוֹלָם *itinerarium mundi* tribuit: vide ſupra *Moſes Petachja*, idem eum noſtro. Illis vero, quæ ibi monita ſunt, adde, quod *Petachja* hic frater R. *Iſaaci Albo* & *Nachmanis Ratisbonenſis* fuerit, libroque hoc regiones omnes, quas usque ad fluvium *Sambatjon* ipſe pervagatus erat, ac res novas omnes mirasque, a Deo editas, conſignarit. Libellum illum recudi fecit altera vice B. *Wagenſeilius* in Exercitationibus ſex varii argumenti p. 167. ſq. *Altorfii* 1697. 4. Idem in præfat. teſtatur, ſe nec Hebræam nec *Germanicam* editionem, quam memorat *Io. Buxtorfius* in Theſauro Grammat. L. Hebr. p. 642. libelli unquam vidiſſe, ſed ex MS. exemplari nunc edere. Auctorem is refert ad Sæculum XII. ideo, quod ex libro ipſo appareat, eum veniſſe Hieroſolymam, cum, pulſis expeditione *Gothofr. Bullionai* Saracenis, Chriſtiani eam urbem adhuc tenerent, quod fieri adeo debuit ante A.C. 1187. quo a Saladino Hieroſolyma Chriſtianis ſunt erepta. Ultra XII. Sæculum removeri vix poteſt, quia frater ejus R. *Iſaac Albo*, teſte *Juchaſin* p. 124. b. præceptorem habuit R. *Judam Pium*, hic vero A. C. 1217. obiit, teſte *Schalſcheleth* p. 54. a. In ipſo itinerario narratio ita inſtituitur, ut non de ſe loquatur *Petachias*, atque adeo non ab ipſo, ſed ex ſchedis ejus relatio hæc conſignata literis videatur, ab alio forte a fratribus R. *Iſaaco* & R. *Nachmane*, imo etiam *Juda* pio, ut putat Wagenſeilius, quamvis idem non diſſimulet, Buxtorfium in præfat. ad lib. *Coſri* locum quendam ex hoc *Petachia* ita afferre, ac ſi de ſe ipſo in prima perſona loqueretur. Conjecturæ Wagenſeilianæ pondus aliquod accedit ex itinerario

rio

Digitized by Google

rio ipſius p. 173. ubi legas, R. *Judam* Pium voluiſſe quædam(de tempore ſcilicet Meſſiæ venturi, quod ex Aſtrologo Veneto Judæo R. Salomone didicerat Petachias,) literis tradi, ne videretur illius verbis fidem habuiſſe. Libellum illum cum itinerario R. Benjaminis fide non comparandum eſſe ſtatuit Buxtorfius in Grammatico Theſauro p. 642. In edit. Bibliothecæ Buxtorf. Herbornenſi p. 148. dicitur Hydius Lat. vertiſſe hunc librum, quod certe nunquam ab eo factum eſt. Suſpicor equidem confundi hic itinerarium Petachiæ cum Itinerario Perizolii, cujus Latinam verſionem Hydio deberi conſtat.

צ

צאמח בן יהושע ZAMACH fil. JOSUÆ, Judæus Arabs, commentarium ſcripſit Arab. in Liturgiam Judæorum Alexandrin. quem a *Rob. Huntingtono* tranſmiſſum & MS. allegat *Gviſius* ad Berachoth IV. 1. & V. 2. 1860

צאיד בן צאיד ZAID *ben* ZAID: vide ſupra ſub *Abu Achmed Algazali* ubi de ספר המדות.

צבי הירש בן אהרן ZEVI HIRSCH fil. *Aaron Schemuel* קאידנוור Sæculo ſuperiori Francof. ad Mœn. claruit, qui præter ſcripta Patris ſui in lucem de propriis protulit 1861

קַב הַיָשָׁר *cabus rectus*, liber moralis & paræneticus 102. capitibus conſtans qui prodiit *Francof. ad Mœn.* 465. C. 1705. 12. majori & ibid. 469. C. 1709. pp. 102. Cui libro hunc titulum fecit, eo quod literæ vocis קב quoad numerum 102. per Gematriam productum reſpondent nomini צבי, deinde vero ex voce הישר per Temuram prodit הירש ut proinde integrum auctoris nomen ſymbolice exprimatur, ſicut argumentum ipſum innuitur per קב הישר eo quod monita ejus moralia ſunt קב ונקי *pura & munda* inſtar ſimilæ, & מישרים ſive *dirigentia* animum legentis.

ר׳ צבי בן ר׳ אפרים R. ZEVI ben R. EPHRAIM, Judæus Pragenſis, & apud ſuos מוכיח ſive correctoris (qui ad pœni- 1862

Digitized by Google

nitentiam agendam excitat) officio functus, obiit an. 1700. Filius ejus dicta Patris philyra unica comprehenſa edidit ſub titulo: סֵפֶר אֶרֶץ צְבִי *liber terra deſiderabilis. Dyrenfurti* 1710. 8.

1863 ר׳ צבי הירש בן גרשין R. ZEVI HIRSCH fil. *Gerſchin*, *Schabberſchinenſis*, recudi curavit R. *Jacob Capell* עומק הלכה Amſtel. 1710. 4.

1864 ר׳ צבי הירש ר׳ זונדלש R. ZEVI HIRSCH ZUNDLASCH fil. *Henoch* מַחזור *Machſor* Polonorum, Bohemorum & Moravorum cum commentario ſuo edidit *Lublin*. 339. C. 1579. fol. recuſ. *Wilbelmsdorf*. 433. C. 1673. fol. Cum ejusdem comm. prodierunt *Preces per totum annum* ex ritu Iudæorum Bohemorum, &c. *Lublin*. 331. C. 1571. & *Cracov*. 366. C. 1606.

1865 צבי הירש בן חיים ZEVI HIRSCH fil. *Chajim* חזן in Synag. *Posnenſi*:

אור הַיָּשָׁר *lux juſti*, i. e. liber moralis, in quo præter librum אור צדיקים *lux juſtorum*, qui auctore *Meir* פאפרש jam alias prodierat, leguntur alia a noſtro *Zevi Hirſch* addita & ſuis locis inſerta, ita ut totus liber tribus columnis, nempe *Legis*, *cultus divini* & *beneficentiæ* ſuperſtructus omnem recte vivendi rationem exponat. *Amſtelod*. 469. C. 1709. 4. p. 46. In titulo & argumentum libri ſatis perſpicue exponitur, & auctoris nomen הירש per *Temura* repræſentatur.

1866 ר׳ צבי הירש בן יוסף בן צבי R. ZEVI HIRSCH *ben Joſeph ben Zevi*, ſcr.

1) נַחֲלַת צְבִי *hereditas decoris*, ex *Jerem*. III. 19. comment. in Ordinem tertium τῶν *Arba Turim*, quo in compendio repræſentat ſententias ICtorum inter Iudæos antiquiorum *Venet*. 403. C. 1643. ap. *Hieron. Bragadinum* fol. ſecundum Bartolocc. at ſecundum ש״ש 421. C. 1661. fol.

2) עֲטֶרֶת צְבִי וְנַחֲלַת צְבִי i. e. *corona decoris & hereditas decoris* commentarius eſt duplex in Ordinem I. *Arba Turim* qui dicitur *Orach chajim* quorum prior ex uno latere exhibet illuſtrationem & obſervationes in ritus ipſos & eorum rationes; poſterior vero in altero latere explicat

Digitized by Google

cat ſententias ICtorum veterumæque ac recentiorum in compendio *Cracov.* 406. C. 1646. fol. Compendium hujus commentarii ſcripſit R. *Kadoſch* ſub titulo שבתא דרגלא *Furthi* 4. Bartoloccius a vero longiſſime abeſt, quando עטרת צבי de accentibus commentari putat.

צבי הירש בן ירחמיאל ZEVI HIRSCH fil. 1867
IERACHMIEL, *Cracovienſis*, concionator inter ſuos ſuperiori Sæculo celebris & Cabbaliſta, ex patria in Germaniam delatus, cujus exſtat

נַחֲלַת צְבִי *hereditas decoris*, ex *Ier.* III. 19. commentatio Cabbaliſtica ex Zohar excerpta & ſecundum Paraſchas Pentateuchi diſpoſita & dialecto Rabbinico German. concepta, *Francof. ad Mœn.* 471. C. 1711. fol. mediocri volumine. Iudæi communiter *Zohar germanicum* appellant.

שבתא דריגלא *Sabbatum Feſti*, quo comprehenduntur tres conciones, quarum I. habita eſt in שבת תשובה II. in שבת חול המועד III. in שבת גדול: Sabbatum primum dicitur id quod inter initium anni & diem expiationis intercedit: ſecundum, quod incidit in hebdomadem feſto cuidam ac ſpeciatim huic Tabernaculorum ſacram: tertium quod proxime antecedit Paſcha. Prod. *Furti* 453. C. 1603. 4. Hic liber ex opere majori quod ob molem nimios ſumtus, editioni impendendos, requirebat, & commentarium in Legem ac feſta omnia complectebatur, ſub titulo עֲטֶרֶת צְבִי *corona decoris* excerptus eſt. Ante præfationem legitur Index. Auctor in præfat. ait ſe ſcripſiſſe libros alios nempe *Jalkut* novum in quod ex Medraſchim novis & Interpretibus recentioribus ea retulerit, quæ in ceteris hujus tituli libris fruſtra quærantur: præterea vero opus vaſtum ex utroque Talmud & Zohar collectum.

ר׳ צבי הירש בן שמשון R. ZEVI HIRSCH ben 1868
SIMSON *Tuchführer*, *Cracov.*

נַחֲלַת צְבִי *hereditas decoris*, ex *Jerem.* III. 19. comment. in *Pirke Avoth Venet.* 420. C. 1660. 4. cum textu ipſo & comm. Raſchii apud Hier. Bragadinum cum licentia ſuperiorum pp. 106. per *Laur. Pradoto.* Textum in media pagina poſitum ab altero latere cingit expoſitio Raſchii ab altero comment. noſtri. Tituli rationem hanc reddit auctor quod non habeat liberos, quos heredes exſpectare poſſit.

ר׳ צבי בן חנוך R. ZEVI ben CHANOCH commen- 1869

Digitized by Google

tarium Soceri ſui in librum סליחות abſolvit, idemque in תפלות itidem ſcripſit, quem titulum utrumque vide. Forte hic non diſtinguendus eſt a *Zevi Hirſch Zundlaſch*, qui itidem dicitur filius *Henochi*, & in *Machſor* commentatus eſt. Diſtinguit tamen diſerte ש״י in Indice Scriptorum alphab.

1870 ר׳ צבי בן יצחק יעקב R. ZEVI ben ISAAC IACOB, *Cracovienſis*, cujus commentarius in R. *Jacobi Veil* ס׳ שחיטות ובדיקות cum libro ipſo prodiit *Cracov.* 391. C. 1631. 4. & ibidem alias, nec minus *Pragæ* aliquoties: vide ſupra Iac. וייל.

1871 ר׳ צבי בן יצחק R. ZEVI fil. ISAAC qui R. *Meir fil. Gabbai* דרך אמונה cum præfat. ſua edidit. *Cracov.* 337. C. 1577. 4.

1872 ר׳ צדוק בן אשר וואל R. ZADOCK fil. ASCHER *Wahl*, qui librum חובת הַלְּבָבוֹת *officium cordium*, R. *Bechai ben Aſcher* cum expoſitione ſua textui ſubſtrata *Sulsbaci* 451. C. 1691. 4. recudi curavit. Idem eundem librum germanice converterat, quod ex privilegiis, editioni Sulsbacenſi præmiſſis, patet, quæ tamen interpretatio non prodiit. In præfatione quoque ad hanc expoſitionem teſtatur, ſe plures alios libros ſimiliter interpretatum eſſe, v. c. totum Codicem Sacrum, librumque Arba Turim in ſupplementum libri בית יוסף Grammaticas varias, nempe מכלול & מחלך,לשון למורים, præterea ex Philoſophicis רוח חן,מלת הגיון, בחינת עולם lib. מורה, librum עקרים, librum העקדה, ne de ceteris dicam, quæ ex ipſa præfatione laudata innoteſcent.

1873 ר׳ צדוק זעצר R. ZADOCK SAZAR *Levita*, claruit hoc Sæculo in Synagoga Francof. ad Viadr. ubi edidit ס׳ עֵמֶק יְהוֹשֻׁעַ *librum vallis Joſuæ* (forte alludit ad *Joſ.* VIII. 13.) quo libro ſecundum ordinem Paraſcharum Pentateuchi varias difficultates ex Talmudo & aliis libris ad Paraſchas illas pertinentes proponit, ac deinde ſolvit. Prodiit tertium 471. C. 1701. 8. 10. plagg. Qua quidem opera juvenum ingenia acuere voluit.

Digitized by Google

1874 ר׳ צדקיה בר אברהם R. ZEDEKIAS filius ABRAHAM, *Medicus*, ſcr.

שבילי הלקט *ſemita collectionis*, quem librum ritualem & juridicum de licitis & vetitis præcipere ait Bartoloccius, rectius facturus, ſi ſpeciatim ad Ordinem I. *Arba Turim* ſpectare dixiſſet. Longius abit *Plantavitius*, quando n. 678. refert, tradi ibi, quod non omnes fruges ſecandæ ſint, ſed quædam in extremo agro relinqui debeant, a pauperibus decerpendæ. Scilicet ex ſolo titulo, quem ex Catalogo Pragenſi notum habebat, hanc is conjecturam fecerat. Prodiit liber *Venet.* 306. C. 1546. fol. & *Sulsbaci* 459. C. 1699. Ceterum excerpta ex hoc libro MS. memorantur inter Codd. Scaligeranos MSS. in Catalogo Leidenſi pag. 277. n. 10.

1875 ר׳ בן ציון R. *ben* ZION, ad cujus epiſtolam R. *Moſes Cohen de Porto* reſpondit libro ſingulari, qui dicitur פלגי מים: vide, quæ ſub ejus nomine diximus.

1876 ר׳ צמח R. ZEMACH floruit an. 4720. C. 960. fuitque Præſes Academiæ in Matta Machaſia, quem auctor *Schalſcheleth* p. 37. a. putat eundem eſſe cum illo, qui laudatur ad cap. II. *Bava Metzia*. Eodem teſte ſcripſit

שאלות ותשובות *quæſita & reſponſa*, quæ Bartoloccius agere ait de libro *Eldad* Danitæ, fluvio Sabbatione & filiis Moſis Prophetæ; idque auctoritate *Schalſcheleth*, ubi tamen id fruſtra requiras. Poſtquam enim *Schalſcheleth* quæſtiones illas R. *Zemach* laudaſſet, addit, ſe legiſſe in Hilchoth שחיטה ובדיקה quod *filii Alkiroan* ex Barbaria quæſtiones quaſdam detulerint ad R. Zemach, ac ex narratione Eldad Danitæ varia, quæ ibi ſequuntur, retulerint: ex quo ſane non conſequitur, quæſtiones R. Zemach de hoc negotio expoſuiſſe.

1877 בן צרקלא filius ZARKALA, cujus epiſtola de operatione per tabulas Aſtronomicas hebr. MS. eſt in B. Bodlej. n. 589.

ק

1878 קאפיל בר שמואל vide ſupra R. JACOB CAPHEL f. *Schemuel*.

Digitized by Google

קארו KARO: v. R. *Joſeph Karo* & *Iſaac Karo.*

1879 רב קדוש RAV KADOSCH ſcr.

שנתא דרגלא i.e. compendium operis majoris עטרת צבי qui eſt commentarius in Ordinem I. *Arba Turim. Furthi* in 4.

1880 רב קדיש RAV KADOSCH ſcr.

Comment. in R. *Jacobi Veil* lib. שחיטות ובדיקות qui cum libro ipſo aliquoties prodiit: vide, quæ ſupra de auctore libri diximus. MS habet Oppenheim.

ר׳ קולון צרפתי R. COLON *Gallus*: vide ſupra R. *Joſeph Colon.*

1881 קומיניתוס ספרדי COMINETUS *Hiſpanus*, ſeu plenius *Libertas Comminetus*, Hiſpanus, quem *Galatinus*, qui Sæculo XVI. ineunte vixit, nuper ex Judaismo ad CHRISTI ſacra converſum ſcribit lib. III, c. VI. *de Arcanis Catholicæ Veritatis*, ibidemque cum a divinarum literarum & quatuordecim lingvarum notitia laudaſſet, ex ejus interpretatione Pſalmi CXXXVII. locum bene longum affert, quem *Mich. Neander* repetit in Erotematibus Linguæ Hebr. p. 275.

1882 קונסטנטינוס CONSTANTINUS *Africanus*, Medicus Sæculi XI. ſatis celebris, cujus opusculum de Urinis hebr. converſum eſſe ſupra monuimus ſub R. *Iſaaco ben Schelomo Iſraelita.*

1883 קוסטא אבן לוקא COSTA ABEN LUCA, cujus Arithmetica Hebr. MS. exſtat in B. Bodlej. n. 589. inter Codd. Laudanos n. 108.

קורדואירו CORDUERO: vide R. *Moſche Corduero.*

1884 קינן בן אנוש CAINAN fil. ENOSCH, cujus omnigenam doctrinam ac poteſtatem in malos genios celebrat *Joſephus Gorionides* lib. II, c. 18. p. 131. edit. a Cl. *Jo. Frid. Breithaupto* curatæ, præterea ve-

vero refert, ſe ipſum in India tabulas lapideas inveniſſe, quibus ipſe *Cainan* manu ſua literis Hebraicis inſcripſerit fata de diluvio univerſali, Noachi tempore aliquando inducendo, imminentia. Quæ quidem omnia non majorem merentur fidem, quam multa alia, quæ ex ejusdem Scriptoris calamo profluxerunt.

קינן בן ארפכסד KAINAN fil. ARPHACSAD, 1885
quem de ſtellarum curſu commentatum eſſe ſcribit *Joel*, Scriptor Sæculi XIII. in Chronographiæ ſuæ limine his verbis: *μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμον Καινὰν ὁ ὑὸς Αρφαξὰδ συνεγράψατο τὴν Αςρονομίαν* &c.

ר׳ קין גאלי פאפא R. CAIN GALI PAPA, nomen effictum ex *Chajim Gala Papa*, quod vide.

ר׳ קין בן מסא הכהן nomen itidem fictum ex חיים בן מאזוזא quod vide.

ר׳ קלונימוס. בן ר׳ דוד R. CALONYMUS (*) 1886
fil. DAVID *Calonymi* Sæculo XVI. ineunte vixit, qui, *Dan. Bombergii* precibus inductus, colophonem impoſuit Grammaticæ Hebraicæ R. *Abrahami Balmeſii*, quam is מנחת אברם inſcripſit, & extremo capite, quod de Accentibus exponit, deſtitutam reliquerat. Hoc igitur Calonymus noſter addidit ceteris: vide ſupra *Abraham fil. Meir de Balmes*.

ר׳ קלונימוס בן דוד בן טודרוס R. CALONYMUS *ben* DAVID *ben Todros*, (p) qui *Averrois* librum, quo is *Abu Achmed Algazali* ſcriptum הפלת הפילוסופים i. e. *deturbatio Philoſophorum* con- 1887

(*) *Calonymus* nomen origine Græcum eſt, et *boni nominis* notionem habet, quod cum Hebræis שם טוב dicatur, veri eſt ſimile, Calonymos illos ex familia τῶν שם טוב eſſe. Imo *Buxtorfius* in præfat. ad *More Nevochim* *** 4. ſuſpicatur, illum *Schem Tob*, qui commentatus eſt in *More Nevochim* eundem eſſe cum *Calo Calonymo*. Ceterum noſter ille, de quo hic agimus, in calce Grammaticæ Balmeſianæ, ſe ipſum vocat *Calonymum fil. David ex familia* (מבית) *Calonymorum*, in verſione vero Latina *Calo Calonymum*, quo nomine eundem inſignivit Bombergius in præfat.

(p) Hunc puto eſſe, quem *Benjamin Tudelenſis* p. 4. Itinerarii appellat *Kalonymum* filium

Digitized by Google

confutavit ſub titulo הַפָּרַת הַהַפָּלָה i. e. *deturbatio deturbationis*, ex Arabico hebraice convertit. MS. exſtat inter Codd. Warnerianos B. Leidenſis, cujus Catalogum vide p. 286. n. 38. Hic *Calonymus* idem videri poterat cum *Calonymo fil. Calonymi*, de quo paulo poſt dicemus.

1888 ר׳ קלונימוס בן יהודה R. CALONYMUS fil. JEHUDA, vixit Sæculo XII. fraterque fuit matris *Raſchii*, quod auctor *Schalſcheleth* p. 42. a. apparere ait ex comment. Raſchii in libros Chronicorum. Hic proximus fuerit illi Calonymo, quem in libro *Nizzachon* allegari ſupra monuimus p. 738.

1889 ר׳ קלונימוס מלוקא R. CALONYMUS *Lucenſis*, vixit Sæculo XIII. medio, cujus, filiique ejus *Davidis* dictum de jejunio, ea ætate Sabbato non celebrando, affertur in מרדכי ad Cod. *Scabbath* c. 3. vide *Schalſcheleth* p. 53. b.

1890 ר׳ קלונימוס בן ר׳ מאיר R. KALONYMUS fil. R. MEIR, vixit Sæculo XIV. ineunte, & ſcripſit

סֵפֶר מְלָכִים *librum Regum*, qui eſt Geometricus & Arithmeticus: MS. in Bibl. Oppenheimeri.

1891 קלונימוס לר׳ משה מצרי KALOMYMUS diſcipulus R. *Moſis Ægyptii*, i. e. *Maimonidæ* ſcripſit

בְּשׂוֹרַת מֹשֶׁה *ſervus Moſis*, ex *Num.* XI. 28. quo libro continentur conciones & diſſertationes, quas pro Maimonide defendendo ſcripſit: liber eſt MS. quem inter ceteros etiam ש״י memorat. Habet MS. *Oppenheim.* In Bibl. Senatoria Lipſ. hujus tituli liber exſtat inter Codd. Wagenſeilii n. 17. formæ minoris, ſed qui dicitur Cabbaliſticus.

Ejusdem tract. de *providentia divina* MS. eſt in B. Vatic.

Forte quoque hic eſt, cui ש״י memorato Kalonymi nomine ſimpliciter tribuit מְאַמֵּץ כֹּחַ *confirmans vires*, ex *Prov.* XXIV. 5. ubi de ritibus bonisque moribus præcipi & diſſeri monet. ר׳

magni principis R. *Theodori*, qui a proſapia Davidis in genealogia ſua denominetur, & poſſeſſiones ac prædia habeat, a Dominis iſtius regionis accepta. Eum ſe ait *Narbonæ* vidiſſe, ut proinde Sæculo XII medio vixiſſe cenſendus ſit, cum *Benjamin* iter ſuum A. C. 1160. inceperit.

Digitized by Google

ר קלונימוס מבית קלונימוס R. KALONYMUS ex familia KALONYMI, ſive *filius Kalonymi*, quo nomine ſe ipſe in calce libri *Even Bochen* appellat, ſcr. 1852

אֶבֶן בּוֹחַן *Lapis probationis*, ſeu *Lydius* ex *Jeſ.* XXVIII. 16. liber moralis & aſceticus, qui oſtendit, quo modo ſæculi vitia cognoſci & explorari debeant, quibusve mediis ab illis ſibi cavere homines & virtutes ſectari poſſint, dictione jucunda & eleganti. Prod. *Neapoli* 249. C. 1489. *Venet.* 306. 1546. apud *Jo. de Gara* & *Cremonæ* 318. C. 1558. 4 Non ita pridem cum germanica verſione, e latere oppoſita, & a R. *Moſe Eiſenſtadenſi* facta, lucem vidit *Sulsbaci* 1705. 4. v. *Moſes Eiſenſtatt.* Hic eſt ille liber, qui in Bibl. Buxtorf. edit. Herbornenſis p. 24. memoratur tanquam poeticus, ſine auctoris nomine. Exſtat ejusdem tituli, ſed diverſiſſimi argumenti liber, a *Schem Tov ben Iſaac ben Sprot* contra Chriſtianos exaratus, quem tamen cum noſtro hoc confundi video in Catalogo Biblioth. *Jo. van der Wayen* p. 6. ubi recenſetur אבן בוחן diciturque agere de veritate mundi, auctore R. *Iſaaco Sprot*: qui alterius libri *ὁμωνύμου* ſcriptor eſt. Sic Plantavitius quoque p. 547. B. Rabb. dubium ſe profitetur, utrum liber noſter ab altero *Sprotii* ſit diſtinguendus.

2) אִגֶּרֶת בַּעֲלֵי חַיִּים *epiſtola animalium*, quam ex Arabico Hebraicam fecit, dictione rhythmica eleganti, in qua varia animalium genera, homo, jumenta, beſtiæ, aves & reptilia introducuntur loquentia, & exponentia ſingula rationes ſuas, facultates, vires ac naturæ indolem, ita quidem, ut ſimul hominis præ ceteris omnibus prærogativæ eluceant. *Mant.* 302. C. 1542. 8. *Buxtorfius* primum ex Græca in Arabicam, ex hac vero a noſtro in Hebraicam converſam eſſe hanc epiſtolam ſcribit, quod poſterius etiam affirmat ש״י, pro eo, quod Bartoloccius ex Græco Arabice translatum minus recte cenſet. *Plantavit.* n. 16. fatetur ſibi non conſtare, ex qua lingua, aut ex quo auctore hæc verſio facta ſit, editionem vero illam Mantuanam in an. 317. cura *Jaaobi Patavini* prolatam refert. Ego ſecutus ſum ש״י Recuſ. eſt *Francof. ad Mœn.* 1697. 8.

1) אִגֶּרֶת הַמּוּסָר *epiſtola moralis*, quam ei tribuit ש״י p. 3. ibidemque obſervat, eundem multos libros ex Arabico *Latine* convertiſſe, qui alias ex Arabicis hebraicos fecit libros, cujus rei exemplum ipſa epiſtola בַּעֲלֵי חיים exhibet. Præterea vero extra dubium

apud me poſitum eſt, eundem hunc eſſe, qui commentarios *Averrois* in Ariſtotelis libros ἀκροάσεως Φυσικῆς an. 5076. C. 1316. ut & ejusdem comm. in *Metaphyſica* Arabicos fecit, qui MSS. exſtant in *Vatic.* 4. Idem Averrois tractatum *de anima beatitudine*, & *epiſtolam de intellectu* hebr. tranſtulit, quæ ſcriptio utraque Latine legitur una cum *Deſtructione Deſtructionis* in Ariſtotelis & Averrois operibus Venet. 1552. fol. editis. Hinc puto factum, ut ש"י traderet, *Kalonymum* noſtrum latinum Interpretem egiſſe. Confer quæ ſupra ſcripta ſunt ſub אבן רשד Denique cum vel ex his pateat, Calonymum noſtrum in interpretandis veterum ac nominatim *Averrois* ſcriptis tam ſedulum fuiſſe, cauſæ nihil video, cur non eidem verſionem libri הפלת ההפלה i. e. *deſtructio deſtructionis* acceptam ferre debeamus, quam paulo ante *Calonymo ben David ben Todros*, cum ש"י & Bartoloccio, qui uterque illius Interpretem a noſtro diſtinguunt, tribuimus; præcipue cum in editione Operum Averrois laudata ſub ejusdem *Calo Calonymi* nomine ſingula, quæ diximus, legantur. Denique ſub *Calonymi* nomine video memorari *Galeni* de Clyſteribus & Colica librum ex Arabico interprete *Johannitio*, in Hebræum converſum in ed. Opp. Galeni inter ſcripta ſpuria p. 123.

1893 ר' קלונימוס מרומה CALONYMUS *Romanus*, floruit an. 4850. C. 1090. *Schalſcheleth* p. 40. a. teſtatur, ſe in vetuſto ſcripto legiſſe, quod fuerit is diſcipulus Rav Hai Gaon & præceptor הר"יף i. e. R. *Alphes*. Scripſit is de jejunio diei noni menſis *Julii*, quod ex Machſor Romano patet.

1894 ר' קליר בן ידיקי R. KALIR ben JARIKI; non, ut Bartolocc. habet, *Calir ben Jaſiki* ſcr. *librum ſecretorum* ſive lapidis Philoſophici Secreta Secretorum admiranda, ſtupenda, quibus artis myſteria facillime apertiſſimeque traduntur translatum ex Hebr. in Arab. & hinc in Lat. Vide Theatrum Chymicum *Argentor.* 1622. 8. editum p. 209. Prodiit antea quoque *Francof.* 1615. 8. & cum Veræ Alchymiæ aliquot Scriptoribus a *Gvil. Gratoloro* collectis *Baſil.* 1561. p. 233. Confer *Mercklini* Lindenium Renovatum p. 137.

קמחי KIMCHI: vide *David Kimchi*, *Joſeph Kimchi* & *Moſes Kimchi*.

ר' קנה אבן גדוד בנו נחום R. KANA ABEN GEDUD filius NA-

Digitized by Google

NACHUM, *ex familia R. Nechonja ben Hakkana*: vide ſupra R. *Nechunja* ben Hakkana & R. *Elkana ben Jerucham.*

בר קפרא BAR KAPHRA a quibusdam putatur auctor תוספתא, quem titulum vide.

קנפנטון KANPANTON: v. R. *Iſaac Kanpanthon.*

קרדוסו KARDOSO: v. R. ISAAC *Cardoſo.*

קרולוס מריאה די וויאל CAROLUS MA- 1895
RIA de VEIL, Metenſis (quem *Königius* in Bibl. Vet. & Nova mendoſe *Caſp. Mariam* vocat) ex Judaismo, æque ac *Ludovicus de Compiegne de Veil*, de quo ſupra, tranſiit primum ad Pontificios, interque eos Canonicus Regularis congregationis Gallicanæ & Doctor Theologus Priorem S. Ambroſii Melodunenſis egit; tum vero in Academia *Andegavenſi* docuit, tandemque Fulhamum in Angliam an. 1677. profectus, Presbyter Eccl. Anglic. renunciatus fuit, quod patet ex teſtimonio Epiſcoporum Anglic. ejus explicationi literali Eccleſiaſtæ, de qua mox, præmiſſo, ubi SS. Theologiæ Doctor & Profeſſor Emeritus vocatur. Edidit is

1) Comm. in Evangel. Matthæi & Marci Andegav. 1676. 4. recuſ. Lond. 1680. 8.

2) Comm. in Canticum Cantic. ex ipſis Scripturæ fontibus & SS. Patrum Opuſculis, *Pariſ.* 1676. 8. recuſ. *Lond.* 1679. 8.

3) Comm. in *Joelem* Pariſ. eodem anno in 8.

4) Comm. in Prophetas Minores Lond. 1680. 8.

5) Comm in Acta Lond. 1684. 8.

6) Epiſtolam ad *Rob. Boyle* de Scriptura ſola Fidei Norma adverſus *Rich. Simonium*, in Hiſtoria Critica V. T. traditiones defendentem, quæ propterea inter ſcripta eriſtica cetera Criticæ illi in editt. Gall. & Latinis ſubjungi ſolita conſpicitur. Huic cum deinceps perſonatus aliquis *de l' Isle* epiſtolam aliam, ibidem legendam, oppoſuiſſet, vindicias ſententiæ ſuæ ſuſcepit noſter in epiſtola ad Maimburgium gall. ſcripta & Lond. 1685. 4. edita. Vide *Acta Erudit.* Lipſienſia 1686. p. 104. ſq.

קריסטיאנוס גרשון CHRISTIANUS GERSON, 1896

Digitized by Google

Recklingshauſii 1569. 1. Aug. parentibus Iudæis natus, deinde ſingulari nutu divino, lecto ſcilicet, quem pignori loco acceperat, N. T. Codice, ad CHRISTUM converſus, & Halberſtadii 1600. 9. Octobr. æt. 31. baptiſatus, ac tandem Diaconus V. D. in monte ante Bernburgum ac Paſtor *Dröbelenſis* conſtitutus, obiit anno 1627. 25. Sept. miſere in aquis, cum ex convivio nuptiali domum reverteretur: vide V. C. *Jo. Chriſtoph. Becmanni* Hiſtor. Anhalt. Parte VII. p. 339. ſqq. & ipſius *Gerſonis* epiſt. dedicatoriam *Talmudi Judæorum* præmiſſam. Scripſit is lingua vernacula

1) *Talmudis Judaici* epitomen & confutationem, librum in duas partes diſtinctum, quarum prior hiſtorica totam religionis Judaicæ faciem delineat, poſterior Elenctica errores ejus & ſuperſtitiones partim ex Codice Sacro, partim ex Talmude refellit. Liber hic primum *Goslariæ* 8. editus, *Geræ* 1613. tertium, hinc *Erford.* 1659. ac noviſſime *Lipſiæ* 1698. ſextum recuſus prodiit.

2) *Cheleck* ſive theſaurus Judæorum Talmudicus, h. e. Gemara capitis XI. libri Sanhedrin germanice converſa & notis inſtructa, in ſpecimen ſuperſtitionis Judaicæ deridendæ, (v. *Wagenſeil.* p. 73. ad Tela Ignea Satanæ) *Helmſtad.* 1610. 8. Atque iſta quidem Gerſonis ſcripta præ ceteris omnibus, quæ a Judæis converſis edita ſunt, eruditis & cordatis judicibus ideo ſe probarunt, quod candidum ſe in erroribus eorum commemorandis & afferendis domeſticis Iudæorum teſtimoniis præſtiterit. Sic & B. *Jo. Bened. Carpzovius* in Introduct. ad Theologiam Judaicam p. 88. eum in allegandis Talmudicis Rabbinicisque locis accuratum appellat. Ita *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* p. 92. de infundibulo ſuo Gerſonem mirifice laudans inter cetera ait, neminem unquam magis fideliter Judæorum impietatem, ſuperſtitiones, blaſphemias & ceremonias vitæ morumque inemendabilem pravitatem detexiſſe. Similiter *Rich. Simon* in epiſtolis Criticis Tomo I. ep. VII. p. 67. non minus doctrinam, quam candorem, in eo laudat, ibidemque de ſcripto ejus alia commentatus, monet, Svecum quendam opera Gerſonis ex Germanica lingua Gallica feciſſe, quam verſionem Typographus amiſerit. Adde *Theodoric. Hackſpanium* in Tractatu de Uſu libb. Rabbinic. libro *Nizzachon* addito p. 219. Unde neſcio, cur Vener. *Henr. Muhlius* p. 10. Apologiæ Talmudicæ Gerſonem in Judæos iniquiorem ſtatuat, eundemque recte eorum dicta in pravos ſenſus malitioſe detorſiſſe affirmet.

Ceterum a noſtro hoc diſtinguendus eſt *Gerſon* ille, de cujus baptiſmo

Digitized by Google

ptiſmo *Marpurgi* cum uxore & liberis ſuſcepto ſingularis exſtat *Jo. Draconitis* narratio, *Marpurgi* 1545. vulgata: in illa is dicitur lectione Pſalmi II. permotus de ſacris tempeſtive mutandis cogitationem ſuſcepiſſe.

1897 קריסתיאנוס לברכת פילס CHRISTIANUS LEBRECHT FELS, Rabbi Pragenſis ex Judæis ſuperiori Sæculo labente converſus, ſcr. lingua vernacula

Hodegum Judæorum, i. e. dialogum, quo præcipue Scripturæ S. Targumim, Talmudis & Rabbinorum loca, ad Judæos convertendos optime adhibenda, afferuntur, Judæorumque exceptiones ſolvuntur. *Goslar* 8. ſine mentione anni.

Idem deinde in variis locis, Academiis, Gymnaſiisque inter Chriſtianos verſatus, ac Sondershuſæ quoque Illuſtriſſ. Comitem Schvvarzburgicum GUNTHERUM Hebraicis ac Rabbinicis literis imbuens edidit Grammat. Hebr. Lat. ſub tit. *Brevis & perſpicua via ad linguam Sanctam Sondershuſæ* 1697. 8. cui Cl. *Imman. Weberus* epiſtolam ad Auctorem præmiſit, in qua eum hoc nomine laudat, quod duos & triginta Civium ſuorum ad agnoſcendam Chriſtianiſmi veritatem perduxerit. Tandem is linguæ Hebr. & Talmudicæ Prof. P. extra ordinem *Witteberga* conſtitutus ſcripſit

Brevem & perſpicuam viam ad Accentuationem Hebr. Witteb. 1700. 8.

Verſatur adhuc hodie *Verda* in Ducatu Bremenſi, ibique juventuti literis Hebr. inſtruendæ feliciter incumbit. Confer Cl. Schudtii Memorabilia Judaica Part. I. lib. 4. p. 258. ubi refert, *Felſium*, ad Lutheranos ſe Pragæ convertentem, omnibus facultatibus privatum eſſe.

1898 קריסתוף ווליך CHRISTOPH WALLICH, Judæus converſus ſuperiori Sæculo inclinante, deſcripſit lingua vernacula:

בֵּית הַכְּנֶסֶת *Synagogam Judaicam*, quam B. *Jo. Frider. Mayerus* exſtrui ſibi curaverat: Gryphisvvald. 1711. 12. In præfatione, quam Vener. D. *Brandanus Henr. Gebhardi* præmiſit, laudatur ille a ſolida eruditione, vita pia, candore & labore. Idem Judæus converſus in dedic. præmiſſa de variis Mayerorum nomine inter Judæos celebratis diſſerit.

Digitized by Google

1899 קריסטוף פאולוס מאיר CHRISTOPHORUS PAULUS MEIER, Rabbinus Francof. *Northuſæ* an. 1673. 5. Aug. baptiſatus, & in Iudaiſmo *Salomo ben Meier* vocatus, ſcr. lingua vernacula *Speculum ſtultitiæ Judaicæ* (Jüdiſcher Narrenſpiegel) quo libro ſententiam Judæorum de Meſſia Rege Sæculari, variasque conſuetudines exponit, an. 1685. 4. plag. *Witteberga*, ut ſuſpicor; neque enim locus editionis memoratur. Ejusdem tractatus vernaculus de hodiernis Iudæorum cerimoniis & ritibus per totum annum receptis *Witteberg*. 1679. 4. ut & Tract. de brevi & ridicula Judæorum expoſitione Cantici, eodem anno ed. Ibidem an. 1674. ediderat *hymnum Eucharisticum* pro converſione ſua, germanice, ubi inter cetera profitetur, occaſionem de veritate Judaiſmi dubitandi natam ſibi eſſe ex iis, quæ de Pſeudo Meſſia *Schabbatai Zevi* falſo fuerint venditata, &, quod perſpiceret Meſſiam, Regem mundanum, qualem ſibi Judæi fingunt, ex miſeriis ſpiritualibus liberare neminem poſſe. Confer B. *Martini Difenbachii* Judæum Converſum p. 169. ſq. qui de candore ejus ſimul teſtatur. Adde Cl. *Schudtii* Memorabilia Judaica Part. II. lib. 6. c. 29. p. 124.

1900 קרישקאש וידאל די קישלאט CRESCAS VIDAL de KISCHLATH, qui librum Medicum a Magiſtro *Barnaba de la Nove* compoſitum Hebraice, convertit & dixit

הַנְהָגַת הַבְּרִיאוּת *regimen ſanitatis*. Exſtat MS. hæc verſio in B. Vatic. quæ facta eſt an. 5087. C. 1327. Idem epiſtolas exaravit, quæ inter Maimonideas MSS. ibidem reperiuntur.

ר

ראב״ר i. e. ר׳ אברהם בן דיאור de quo ſupra ſuo loco.

ראב״ע i. e. ר׳ אבן עזרא de quo ſub *Abrab. ben Meir Ab. Eſra*: interdum notat R. *Elieſer ben Akiba*.

ראב״ירה i. e. ר׳ אליעזר בן יהודה מגרמיזא v. R. אליעזר *f. Jebuda*.

ראב״צ v. R. *Abrab. f. Iſaac Zabalon*.

ראב״ן i. e. ר׳ אליעזר בר נתן de quoſupra.

ראה״ח i.e. R. *Abrah. Hallevi.*

ר׳ ראובן בן האשקי R. REUBEN fil. HOSCHKE, 1901

Sacerdos juſtitiæ i. e. ex familia Sacerdotali in Synagoga Pragenſi, cui diu præfuerat an. 1681. Scripſit Ialkuth, quod dicitur

1) יַלְקוּט רְאוּבֵנִי *Jalkuth Rubenis*, quo libro ad exemplum *Jalkuth Chadaſch* compoſito in concionatorum uſum loci Communes varii ex diverſis ſcriptoribus collecti, & ſecundum literarum ordinem diſpoſiti exhibentur. *Prag.* 420. C. 1660. 4. Hujus Jalkuth pars ſecunda nondum edita MS. exſtat in fol. in B. Oppenheimeri.

2) יַלְקוּט רְאוּבֵנִי הַגָּדוֹל *Jalkuth Rubeni magnum*, quod ſecundum Pentateuchum diſpoſitum varias locorum difficilium interpretatione, ex plurimis Judæorum ſcriptis, Cabbaliſticis potiſſimum, & huc dum fere non editis exhibet, & *Jalkuth Schimoni* paſſim meminit, ea inprimis, quæ *Simeonem* effugerant, afferens. Prodiit *Wilmersdorf* 441. C. 1681. fol. & recuſum eſt *Amſtelod.* 460. C. 1700. fol. apud *Imman. Athiam* una cum R. *Nathanis Francofurtenſis* לקט שכחה ſive *Spicilegio*, quod fecerat in ſupplementum τῦ *Jalkuth chadaſch*. In Actis Erud. Lipſ. 1684. p. 9. refertur, aliquot hujus libri folia Pragæ primum impreſſa eſſe, ubi cum per mandatum Archiepiſcopi abſolvi non poſſet, totum opus Wilmersdorfii imprimendum miſſum eſt. Præmiſſus eſt libro Index Scriptorum, quibus collector uſus eſt: cumque illa ex parte non ſint edita, operæ pretium fuerit totam ſeriem hic repræſentare: ס׳ מכילתא ופסיקתא רבתא חוטרתא , ס׳ יוגרת אלם ומדרש הנעלם ,ס׳ הבהיר וס׳ הזוהר ,ס׳ הקנה וס׳ הפליאה ,ס׳ שערי צדק ,שערי אורה ,ס׳ עשרה מאמרות ,מגיד מישרים ,ס׳ סודי רזא ,ס׳ גלי רזיא ,ס׳ הפרנס ,ס׳ ע׳ אנפין ,תקונים ,ס׳ אותיות ר׳ עקיבא וס׳ התגין ,ספר מערכת האלהות ,וס׳ החייט מנחת יהודה ,ס׳ הרקנטי ,ס׳ זר זהב וס׳ טוב הארץ ,ס׳ פרקי שירה ,וס׳ יצירה ,ס׳ פרקי ר׳ אליעזר ,ס׳ פרקי היכלות ,ס׳ תרגום יונתן ,ס׳ תאשירת חכמה , וס׳

עבודת

עבודת הקודש ,ס׳ מגלה עמוקות ,וס׳ חכמים הרזים ,ס׳ ציוני ,ס׳ צרור המור ,ס׳ בחיי ,ס׳ שוחר טוב ,וס׳ ברית מנוחה , ס׳ תמונה ,ס׳ כנפי יונה ,ועזיאל ס׳ רז ,ס׳ רבות וילק וט אל עמק המלך ס׳ תנחומה ,ס׳ כוונת ארי ,ספרא ספרי ,ס׳ כונן ,וס׳ רב המנונה סבע ,ס׳ חסידים וסוד ישרים ,שמעוני. Miror , inter hos non fuiſſe recenſitum ספר הקרנים qui tamen ibidem aliquoties allegatur, quod ſuo loco monebimus inter Anonymos. Uſus hoc *Ialkuth* MSto eſt Illuſtris *Chriſtianus a Roſenroth* , quod magno ſibi ſumtu ſe comparaſſe ipſe teſtatur in præf. ad Tomum II. Cabbalæ denudatæ p. 16. Meminit ejusdem, ut MS. Pragæ latentis *Schabtai* in ש״י p. 29. a.

3) עֹנֶג שַׁבָּת *deliciæ Sabbati*, ex *Ieſ.* LVIII. 24. ubi legitur וקראת לשבת עונג & vocabis Sabbatum delicias , quem libro titulum fecit auctor ideo quod in his verbis literæ nominis ראובן latent, cujus ratione habita totum libellum ex רנ״ט i. e. 259. diſſertatiunculis conſtare voluit, qui numerus etiam ex literis ראובן prodit. Conſtat vero liber ex variis meditationibus Cabbaliſticis, quæ ad diverſos ritus Sabbaticos referuntur, quæ ex ſcriptis Cabbaliſt. tum editis tum ineditis, quæ ſemper allegantur, petitæ ſunt. In fine exſtat דֶּרֶךְ קַבָּלַת שַׁבָּת Prodiit liber tum alias, tum *Prag.* 460. C. 1700. 16.

1902 ר׳ ראובן בן ר חיים צבי R. REUBEN fil. R. CHAJIM ZEVI, ſcripſit

מַאֲמָרִים *dicta veterum Rabbinorum*, & eorundem אגדות explicavit; laudatur hoc nomine a R. *Aſaria* p. 127. *Meor Enajim.*

1903 ר׳ ראובן ספרדי R. REUBEN *Hiſpanus*, ſcr.

ס׳ הכלמרה *liber inanitatis* (ut *Bartoloccius* legit & vertit, qui tamen ſic legere debuiſſet הַכְּלָמָה forte rectius ex כָּלַם *ignominia affici* derivaris, quanquam nihil hic definio,) liber Cabbaliſt. qui una cum alio ejusdem ס׳ השלחן *liber menſæ* citatur in calce libri *Iezira* ed. Mantuanæ 4. Locus quidam ejus citatur a *Moſe Botril* cap. 1. ſect. 10. ad librum *Jezira.*

1904 ראזי בן זכריה RASI fil. *Zacharia*, qui plenius *Muhamed fil. Zachar. Alraſi* vocatur, Archiater Regis Almanſoris & tum peritia

ritia ſua tum ſcriptis Medicis Sæc. XI. ineunte clarus. Eum recenſet inter Iudæos Bartoloccius ob librum, quem אלמנצור dixit, & qui forte Hebraice converſus exſtat. Vide tu, ſi placet, de hoc & aliis ejus commentationibus exponentes *Nic. Antonium* in Bibl. Hiſpan. Vet. Tomo I. p. 369. *Io. Henr. Hottingerum* in Analectis p. 295. ſq. & in Bibliothecario Quadripartito p. 253. ſq. ex Leone Africano, tum vero *Theoph. Spizelium* in ſpecimine Bibl. Univerſalis p. 41.

Jo. Henr. Hottingerus ejus סֵפֶר הַחִלּוּק וְהַחִלּוּף *librum diviſionis & mutationis* hebr. converſum & MS. habuit [illegible] apparet ex Biblioth. ejus Orientali p. 39.

ראיטי RAITHI vide R. *Elieſer f. Iſaac Raithi.*

ראב״ח i. e. ר׳ אליהו בן חיים.

רא״ם i. e. ר׳ אליהו מזרחי R. *Elias Orientalis*, de quo ſuo loco.

רב RAV, ultimus Doctorum Miſchnicorum, inter quos de eo 1905
dicetur. Præfuit ille Academiæ Soranæ per 24. annos & obiit an. 4003. C. 243. Huic nonnulli tribuunt librum ספרא & ספרי: vide quæ dicemus inter Anon. ſub ספרא Bartoloccius, neſcio quo auctore, eundem teſtatur ſcripſiſſe commentar. in librum *Ruth.*

רבה בר נחמני RABBA bar NACHMANI, Academiæ Soranæ Rector, per annos 22. floruit an. 4060. & obiit 4082. C. 1906
322. ob doctrinam & ingenii felicitatem עֹקֵר הָרִים *eradicans* ſeu *transferens montes* vocatus, teſte *Zemach David* ad dictum annum. Dicitur is in *libro Cabbalæ* p. 61. b. habuiſſe diſcipulos 12000. præterea vero auctor creditur commentarii in *Geneſin*, qui dicitur בראשית רבה de quo inter Anonymos ſub רַבּוֹת dicemus.

רבינו בן אליהו RABBENU (*Doctor noſter*) fil. ELIÆ ſcr. 1907
אַדֶּרֶת אֵלִיָּהוּ *pallium Eliæ*, ex 2. Regg. II. 13. quo comprehenduntur conciones quatuor diffuſæ, *Venet.* 282. C. 1622. 4

רבקה REBECCA, femina nobilis, & erudita, filia R. *Meir* 1908
Tiktiner (טיקטינר) quæ in carmine, libro mox memorando præfixo, vocatur אשה החשובה הרבנית הדרשנית h. e. *femina æſtimata*, *magi-*

Mmmmmmm *ſtra*

Digitized by Google

ſtra & interpretandi perita, quem titulum eidem tribuit ש״י Scripſit illa מֵינֶקֶת רִבְקָה *nutrix Rebeccæ* ex *Gen.* XXXV. 8. liber moralis germanice ſcriptus & ex *Gemara* ac *Medraſchim* compilatus : *Cracov.* 378. C. 1618. 4. Bartoloccius mendoſe vocat מִנְחַת רִבְקָה i. e. *oblatio Rebeccæ*, idque, quantum video, ex eo, quod in *Wagenſeilii* notis ad Cod. Talmudic. Sota p. 437. quem locum citat, inſcribi videret מנקת רבקה ubi ſecundum italicam pronunciationem ק cum ח permutavit. Wagenſeilius alioquin paſſim ad Codicem laudatum allegat, ſpeciatim vero p. 437. carmen in[illegible], quod in laudem feminæ, cui liber hic debetur, ſcriptum eſt, exhibet.

רד״ק v. R. DAVID *ben Joſeph Kimchi*.

1909 רוהל ישורון ROHEL JESCHURUN, alias *Paulus de Dina*, Luſitanus, floruit Sæc. XVI. extremo & ulterius, ex cujus prologo ad Dialogum metricum Luſitanicum de 7. ſacratis montibus, qui videantur in *Domo Jacobi*, quod nomen olim fuit Synagogæ cujusdam Hiſpanorum Amſtelod. affert verſus quosdam *Daniel Levi de Barrios* p. 24. in *Caſa de Jacob*.

1910 רודריקו די קסטרו RODERICUS de CASTRO. Judæus Luſitanus, Philoſophiæ & Medicinæ Doctor, qui Salmanticæ ſtudiis operatus in Germaniam Hamburgum abiit, ibique inde ab anno cIↃ IↃ XCVI. usque ad annum cIↃ IↃ CXXVII. quo obiit, medicinam fecit. Scripſit is Latine

1) De univerſa morborum mulierum Medicina, 2. partibus, altera theorica, quæ Philoſophiam, muliebrisque ſexus hiſtoriam & membrorum iisdem peculiarium anatomiam: altera practica, quæ morborum continet curationes. *Colon.* in fol. *Hamb.* 1603. 1616. 1628. & 1662. 4.

2) De Officiis Medico-Politicis ſive de Medico Politico. Hamb. 1614. & 1662. 4.

3) Tractat. brevem de natura & cauſis peſtis, quæ Anno MDXCVI. Hamburg. urbem afflixit ibid. 1597. 4. Is a Zacuto Luſitano vocatur *eximius Medicus & juniorum facile Princeps*, teſte *Nic. Antonio* Bibl. Hiſp. Nov. T. IV. p. 211: qui eo in loco non meminit, noſtrum fuiſſe religionem Judæum, quod ipſum ignoraſſe videtur: alioquin enim miraturus non erat, cur is Salmantica, ubi ſtudiis incubuerat, in Germa-

maniam abiiſſet, quod procul dubio factum eſt, religionis cauſa, quam forte ſtudiorum cauſa diſſimulans libere deinceps profitendam cenſuit.

Noſtri librum *de natura morborum muliebrium* Steph. Roderico a Caſtro tribuit *Jo. Anton. Lindenius* p. 548. de Scr. Medicis, ſicut *Mart. Lipenius* noſtro adſcribit poſterioris Opuſcula Venet. 1655. ed. uterque ideo notati a Cl. *Io. Moellero* in Homonymoſcopia p. 717. Confer *Mercklini* Lindenium Renovatum p. 946.

Noſtri filium Reginæ Chriſtinæ Archiatrum fuiſſe teſtatur V. C. *Iac. Basnage* in Hiſtoria Judaica lib. VII. p. 2080. Huic nomen fuit *Benedicti*, qui a Chriſtiana, cui juvenis, cum fratre Andrea, nomen dederat, religione ad Judaicam reverſus Hamburgi obiit 1684. inſigni ceteroquin Latine & loquendi & ſcribendi facultate pollens. Fuit ipſi & alius filius, *Danielis* nomine, Med. D. Archiater Danicus & Practicus Gluckſtadienſis. Vide de his laudatum Möllerum Parte II. Iſagoges ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ p. 95.

Ex hac gente eum quoque credo fuiſſe, quem Cl. *Iac. Basnage* in Hiſtor. Judaic. Tom. V. p. 2144. vocat *Rodericum Caſtelli Albo* Luſitanum, qui ſcriptis inclytus, Chriſtianiſmum primum ſimularit, deinde vero Romam an. 1554. & in alias Italiæ partes tandem vero Theſſalonicam profectus Judaiſmum aperte profeſſus ſit. Confer ſupra *Amatus Luſitanus*.

ר״יאז i. e. R. *Ieſchaja Aharon Sal* i. e. p. m.

ר״יבג i. e. R. *Ioſeph ben Gorion*.

ר״יבט i. e. ר׳ יעקב בר טודרוס

ר״יבם v. R. ISAAC f. MEIR.

ר״יבן i. e. R. *Iſaac ben Nathan* & R. *Iehuda f. Nachman*.

ר״יבש v. R. ISAAC f. *Schemuel* & R. *Iſaac f. Scheſchat*.

ר״יג R. *Iof. Gecatilia*.

ר״יצבא v. R. ISAAC f. *Abraham*.

ר״יץ v. R. ISAAC f. גיאות

ר״יצבט i. e. R. *Iſaac f. Todros*.

ר״יה R. *Iehuda* חיוט.

ר״יטבא R. *Iom Tov f. Abrah.*

ר״ב R. *Iacob Nakdan*.

Digitized by Google

1911 ר״במונדוס RAYMUNDUS, quem אחרוני *poſteriorem* vocat Bartoloccius, ut diſtinguatur a *Raymundo Lullo* priore, cum quo confundi is ſoleat. Noſtrum hunc idem teſtatur dictum eſſe *de Farraga*, & ex Judæo Chriſtianum externa ſpecie factum Dominicaoorum Ordini ſe adjunxiſſe, anno 1370. Scripſit ille *de dæmonum invocatione*, & nonnulla alia, quæ, tanquam errorum plena, juſſu *Gregorii* XI. an. 1372. flammis deleta fuerunt.

1912 ר״במונדוס מורטיני RAYMUNDUS MARTINI, natione Catalanus, patria Subiratenſis, teſte *Altamura* in Biblioth. Ord. Prædic. p. 451. ex familia Dominicanorum, floruit Sæculo XIII. medio, obiitque an. 1284. Hic a Judæis ad Chriſtianos acceſſiſſe viſus eſt nonnullis, ſpeciatimque *Auguſtino Juſtiniano* Epiſcopo Nebienſi, in præfat. ad *Porcheti* Victoriam, cujus exemplo hoc nomine eundem in Bibl. ſua Rabb. memoravit Bartoloccius. Enimvero Raymundum gente Judæum non fuiſſe tum ex eo patet, quod Scriptores de Ordine, cujus ipſe membrum erat, v. c. *Altamura*, *Anton. Senenſis* & *Franc. Diagus*, nullam hujus rei faciunt mentionem; tum inde quoque intelligitur, quia minus idonea hujus conjecturæ ratio adfertur. Inſignis enim literarum Hebraicarum peritia, ea ætate raro obvia, nonnullos, ut ita ſtatuerent, adduxit, quam tamen non natalium, ſed induſtriæ beneficio ſibi comparaſſe legitur eo tempore, cum *Raymundus de Pennaforti*, Generalis Ord. Dominicanorum, in Conventu Toletano, an. 1250. habito, conſtitueret, ut Ordinis hujus Socii in excolendis Hebr. & Arab. linguis induſtriam, quam præmiis, a Regibus Aragoniæ & Caſtiliæ dictis, excitabat, inprimis collocarent. Sic nec ſubſidia deeſſe poterant, cum eodem tempore *Iacobus* Rex Tarraconenſis Paulum quendam Ex Judæum, Regio mandato munitum, , regiones ſuas obire juberet, eo conſilio, ut, quidquid e re ſua eſſe videret librorum Judaicorum, id ex Synagogis eorum conquireret. Cumque Raymundus noſter huic Paulo familiaris fuerit, cui in diſputatione, cum *Moſe Nachmanide* ſuſcepta (de qua ſub hujus nomine diximus,) ſocius adſtitit; facile apparet, unde ipſi tantæ copiæ linguæ hebraicæ ſubnatæ fuerint. Taceo, Nachmanidem hunc in dicta diſputatione Raymundo noſtro ἀποςασίας vitium exprobraturum fuiſſe, ſi unquam Judæorum caſtra deſeruiſſet. Rectius igitur inpoſterum exulabit

labit noſter ex numero ExJudæorum, quamvis plura certe in retunden-Judæorum telis præſtiterit; quam ullus eorum, qui, a Judæis ad Chriſtum converſi, civium ſuorum errores profligarunt. Huic enim debetur

Pugio fidei adverſus Mauros & Iudæos, liber latine ſcriptus & pluribus Judæorum locis ac teſtimoniis domeſticis diſtinctus, qui inter MSS. cum diu latuiſſet, tandem *Iac. Philippi Mauſſaci* & inprimis *Ioſ. Voiſſinii* (quem ut plurimum *Vicinum* vocant) cura cum amplis & eruditis (*Voiſinii*) obſervationibus in lucem prodiit Pariſ. 1651. fol. recuſus deinde a B. *Io. Bened. Carpzovio*, qui & Introductionem ad Theologiam Judæorum præmiſit, *Lipſ.* 1687. fol. una cum *Hermanni Iudæi* Opuſculo de ſua converſione. Acceperat hanc commentationem MS. *Io. Buxtorfius* Pater a *Philippo Mornaeo Pleſſiaco*, eo quidem conſilio, ut eam in lucem proferret, ceu patet ex Cl. *Io. Buxtorfii* Catalectis Theologico-Philologg. p. 473. cumque deinde idem codex a *Mornæo* Biblioth. Acad. Sedanenſi legaretur, *Lud. Cappellus* juſſu Senatus Academ. a Buxtorfio repetiit, quod apparet ex p. 480. & 484. Plura de eximio opere ejusque hiſtoria & uſu, quem *Porcheto* primum, deinde vero *Petro Galatino* præbuit, erroribus deniqne variis, qui ab eruditis Viris commiſſi ſunt, dicere hic nihil attinet, cum aliorum induſtria hæc jampridem expedita ſint. Vide inprimis præfationes a *Boſqueto* & *Mauſſaco* ipſi operi præmiſſas, *Io. Morini* Exercitationes Biblicas p. 10. ſqq. *Petri Baelii* Dictionarium Hiſtorico-Crit. Tomo II. p. 2077. & *Nic. Antonii* Bibl. Hiſp. Vet. Tom. II. p. 59. Plures allegatos legere licet a Cl. *Io Mollero* p. 612. Homonymoſcopiæ & B. *Mart. Difeobachio* p. 196. Judæi converſi. Ceterum nemo forte fuit in auctoris merita iniquior *Vorſtio*, qui τῇ ὑποθέσει δυλεύων in append. Bilibræ Veritatis p. 420. Pugionem hunc non *chalybeum*, ſed *plumbeum & ſtramineum* appellandum putat, aſſertioni fidem facere conatus examine rationum quarundam, quas pro myſterio SS. Trinitatis probando, minus idoneas attuliſſe ipſi viſus eſt. Parum quoque ipſi tribuit Cl. *Iac. Basnage* in *Hiſtoria Iudaica* Tomo V. p. 1763. ſq. & Tomo VI. p. 151. ſq. de neglecto teſtimoniorum Judaicorum ſelectu & argumentorum imbecillitate conqueſtus. Nec negare poteſt, Raymundum non æque feliciter ni

(*) Hujus enim libri *Vorſtium* auctorem eſſe, tum alias conſtat, tum inde etiam intelligitur, quod idem judicium, quod in Bilibra Veritat. p. 418. legitur, ipſe in literis, ad Chriſtoph. Arnoldum datis, ſcripſerat, ceu apparet ex Arnoldi Mantiſſa ad Wagenſeilii Sota p. 1216.

Digitized by Google

in revincenda Judæorum impietate & ſuperſtitione ubique verſatum eſſe, quod cum illa ætate mirandum non ſit, & hoc veniam mereatur & cetera recte admonita, tanto majorem laudem exſpectant, præcipue cum candorem & fidem in afferendis Hebræorum locis cuique approbarit. Sic *Auguſtinus Iuſtinianus* in præfat. ad *Porchetum* teſtatur, ſe in ipſis Hebræorum monimentis bonam partem eorum, quæ a *Raymundo & Porcheto* citantur, legiſſe. Idem B. *Esdras Edzardus*, feliciſſimus quondam Hebraismi Stator & vindex, experiendo didicit, qui ex diffuſa, qua pollebat, Judæorum lectione exemplari ſuo diligenter adſcripſit, ubi ea, quibus Raimundus utitur, teſtimonia inveniantur. Exemplum hoc invenitur adhuc apud Cl. *Georg. Eliezerem Edzardum*, paternarum virtutum æmulum. Confer M. *Franc. Henr. Hoyeri* Dedicationem tractatus vernaculi, quem *Judæum Converſum* inſcripſit.

ריתאנגיל RITTANGELIUS: vide ſupra *Joannes* (יוחנן) *Stephanus Rittangelius*.

רל״בג R. LEVI ben GERSON per compendium ר״ם.

רמ״בם v. R. *Moſche ben Maimon*

רמ״בן v. R. *Moſche ben Nachman.*

רמ״ך v. R. *Moſche Cohen.*

רמ״ח v. R. *Moſche Chaſon.*

ר״ן v. R. NISSIM.

רנ״בר R. *Niſſim b. Reuben.*

ר״ע R. *Akiba.*

ר״ף v. R. PEREZ f. *Iſaac.*

ר״ץ i. e. R. ZEVI f. *Iacob*, de quo ſuo loco.

1913 רפאל משה די אגילאר RAPHAEL MOSES de AGUILAR, Doctor inter Hiſpanos Amſtelod, quem Dan. Levi de Barrios p. 79. in *Arbol de las Vidas* verſibus laudat, & inter cetera ait:

Forma veinte y dos Quadernos
los diez y ſiete Eſpannoles,
los cinco Hebreos, criſoles

de

de doctrinas y Goviernos
madura juvenes tiernos
con la luz de ſus lecciones:
y de otras congregaciones
propueſtas dificultades
allana, con las verdades
que eſtampa en los coraçones.

רפאל RAPHAEL, Medicus & ſubtilis Philoſophus, cum cujus commentario *Ariſtotelis* librum de ſenſu & ſenſibili Hebraice verſum habere ſe MS, teſtatur Plantavitius n. 486. 1914

ר׳ רפאל מנורצירה בר גבריאל RAPHAEL MINNORZIJA (ut Bartolocc. vel rectius *Minnorzi*, ut ש״י vocat) i. e. *Nurſienſis* ex Ducatu *Spoletino* fil. *Gabriel* ſcr. librum in tres partes diſtinctum, quorum I. titulum habet סאה סלת *ſatum ſimilæ* ex 2. *Regg*. VII. 1. p. 14. ubi de fundamento legis, ſecundum *Bartoloccium* vel rectius de virtutibus hominis & moribus formandis ſecundum ש״י præcipit: prima enim ſectio de fide II. de amore III. de benificentia IV. de humilitate diſſerit. Tituli rationem eam reddit auctor, quod ex ſpicis hinc inde collectis & contritis hanc ſcriptionem inſtar ſimilæ produxerit. II. ſub titulo מרפא לנפש *medicina animæ*, pp. 40. ubi ſecundum Bartol. de operibus miſericordiæ vel rectius ſecundum ש״י de religione ejusque fundamentis & admonitionibus moralibus. III. ſub titulo ארח חיים *ſemita vitæ* ex *Prov.* XV. 24. de bonis operibus præcipit. Prod. *Venet.* 339. C. 1579. & *Mant.* 321. C. 1561. 4. ap. *Iac. b. Cohen Naphthali*. Notandum hic eſt, in ש״י tres hos tanquam diverſos libros, ſuis locis ſingulos, recenſeri, quos Bartoloc. pro partibus ejusdem ſcripti habet præeunte ipſo partis III. titulo, qui diſerte monet, eam reliquis duabus *Sea Soleth* & *Marpe Lannephesch* inſtar tertiæ ſuccedere. Propterea & eodem anno primo *Mant.* hinc *Venet.* prodierunt & quidem in ed. *Venet.* recognitæ ac emendatæ ceu in limine partis II. monetur a *Marco Marino* Brixienſi. Tertia pars mihi videtur eſſe liber ille moralis, brevis & ſuccinctus, quem in dialecto Rabbinico Germanica ſe vidiſſe teſtatur *Buxtorfius* in Theſauro Grammat. Hebr. p. 642. Plantavitius eos omnes & ſingulos tribuit R. *Aſarias de Roſſi* i. e. *de Rubeis*, quod unde factum ſit non video: librum tamen ſe vidiſſe negat. Ab aliis aucto 1915

Digitized by Google

ctor *Menolzai* ab aliis *Menarezzi* mendoſe dictus eſt ,ceu traditur in Theatro Anonymorum Placciano p. 709. n. 335.

רקנ׳אטי REKANATI vide ſupra R. *Menachem Rekanati.*

ר״ש i. e. *Rabban Schimon* qui putatur ſcripſiſſe *Zohar.*

רשב״א R. *Schelomo b. Adrath* vel: *Schimſchon b. Abrah.* vel *Schimon Miſſchantz*, vel *Schimſchon Miſchantz.*

רשב״ג R. *Schimon f. Gamliel.*

רשב״י R. *Schimon f. Iochai.*

רש״ט R. *Schem Tov.*

רש״י R. *Schelomo Iſaac.*

רשב״ם R. *Schelomo f. Meir.*

רש״ף RASCHAPH i. e. ר׳ שמואל פלורנטין

רשב״ץ RISCHBATZ i. e. ר׳ שמעון בר צמח דוראן vel ר׳ שלמה בן צמח דורן

רש״ק RASCHACK i. e. ר׳ שמשון מקינון

ר״ת i. e. רבי תם v. *Iac.* מאורלינס.

ש

1916 ר׳ שאול בן דוד. R. SCHAUL fil. DAVID ſcr.

טל אורות *ros olerum* , ex *Ieſ.* XXVI. 19. ubi de 39. operibus præcipuis, quæ in Sabbato fieri prohibentur, pœniſque transgreſſori deſtinatis , exciſione ex vita ,lapidatione, &c. agitur, cum commentario amplo, ex ICtis variis & Gemara collecto. *Prag.* 375. C. 1615. fol.

Forte idem hic eſt, cujus carmen ἐπιτάφιον in obitum Præceptoris ſui R. *Salomonis* legitur in *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 51. ſq. ed. *Amſtelod.* 1697. nam in *Cracov.* non exſtat.

ר׳

ר׳ שאול הכהן R. Schaul *Sacerdos*, Germanus, in Creta an. 5280. C. 1520. ſcripſit annotationes in *Averrois* comment. in Ariſtotelem de auditu phyſico: MS. in B. Vatic. 4. 1917.

2) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſtiones & reſponſiones*: quæſiverat ex *Iſaaco Abarbanele* varia hic *Schaul*, ad quæ ille reſponderat, poſt quam quidem operam loca difficiliora libri *More Nevochim* explicantur *Venet.* 334. C. 1574. 4. pp. 26. (*) Has puto eſſe quæſtiones, quas *Venet.* 303. C. 1543. ap. Marc. Anton. Juſtinianum prodiiſſe ait Bartoloccius, teſtatus noſtrum qvv. & reſp. Rabbinorum, qui *Geonim* (v. ſupra גאונים) dicuntur, edidiſſe. Rectius *Plantavitius* n. 647. monuit, qui tamen annum omiſit, quem ex ש״י ſupplevimus.

4) אִגֶּרֶת epiſtolam in laudem præceptoris ſui *Eliæ del Medico* Cretenſis, quæ cum hujus *Eliæ* בחינת הדת prodiit Baſil. 389. C. 1629. 4. in Collectaneis R. *Joſephi del Medico*.

ר׳ שאול לוי מורטירה R. SCHAUL LEVI MORTERA, Præſes Curiæ in Synagoga Hiſpanorum Amſtelodamenſi, Sæc. XVII. medio floruit, gente Germanus, hinc *Venet.* tum in *Gallia* verſatus, ut tradit *Dan. Levi de Barrios* in *Arbol de las Vidas* p. 77. ubi etiam titulos Scriptorum ejus in carmine habes. Idem fundavit Amſtelodami Scholam (ישיבה) quæ dicitur כתר תורה an. 403. C. 1643. quam deſcribit *Dan. Levi de Barrios*, ubi p. 7. dicitur obiiſſe an. 420. C. 1660. 1918.

1) אַרְבָּעָה מְטִיבֵי לֶכֶת *quatuor, quæ viam bonam docent*, i. e. quatuor conciones diffuſæ: MS. habet Oppenh.

2) גִּבְעַת שָׁאוּל *collis Saulis*, ex 1. *Sam.* XI. 4. conciones 50. in Pentateuchi Paraſchas, quæ ſingulæ ſuis titulis inſigniuntur: in calce accedit index in conciones ejus alias quingentas. *Amſtel.* 405. C. 1645. 4.

3) עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים *decem verba*, ex *Exod.* XXXIV. 28. teſte ש״י qui argumentum omittit.

4) שְׁאֵרִית נֶפֶשׁ *reliquiæ animæ*, ubi immortalitas animæ ex Scriptura S. & ratione demonſtratur: MS. in B. Oppenh.

Nnnnnn 5)

(*) Saulis illius epiſtola abſolvitur paginis 10. hanc ſequitur Abarbanelis reſponſio usque ad p. 21. eam excipit מאמר ſive tractatus de difficilioribus locis *More Nevochim* usque ad p. 26.

Digitized by Google

5) תורת משה אמת והשגחת ה׳ על עמו *lex Moſis veritas & providentia Dei ſuper populum ſuum* MS. in ש״י ſine mentione argumenti. MS. habet *Oppenheim*. Hunc ſuſpicor eſſe librum *de divinitate Legis*, quem *Iſaacum Gomes de Goſa* convertendum curaſſe ſcribit carmine ſingulari *Dan. Levi de Barrios* in *Luzes de la Ley divina* p. 4. qui ejusdem meminit in Triumpho del Govierno Popular. p. 64.

1920. ר׳ שבתאי R. SCHABTAI *Cabbaliſta* cujus eſt תבנית המשכן *ſtructura tabernaculi* ex *Exod.* XXV. 9. liber Cabbaliſticus, qui citatur in calce libri *Jezira* edit. Mantuanæ an. 1562. ex quo procul dubio petitus eſt locus bene longus de tribus primis *Sephiroth*, quem *Jo. Steph. Rittangelius* hebr. & lat. affert in notis ad librum *Jezira* p. 65.

1921 שבתי אמברון SCHABTAI AMBRON, Judæus eruditus, & Matheſeos inprimis gnarus, qui, Romæ degens, novum quoddam mundi Syſtema invenit, idque ſub titulo *Pancosmoſophia*, quo libro Syſtemata aliorum omnia recenſuit & confutavit, *Romæ* æque ac *Venetiis* edere paravit, utroque vero in loco ab inſtituto ſuo, illinc *Inquiſitionis*, hinc *ſtudiorum inſpectoris* auctoritate prohibitus Lipſiam miſit in lucem edendum, quam tamen nondum adſpexit. Vide Ephemerides Pariſienſes an. 1712. *Novembr.* p. 469. & *Muſeum librorum novorum* (Neuer Büchersaal) Parte XXV. p. 66.

Idem *Bibliothecam Rabbinicam* nunc molitur, ad quam concinnandam & aliorum Iudæorum opera, & eximiis, quæ Romæ ſunt, Bibliothecis uti fertur in eodem, quod laudavimus, librorum Muſeo Parte XXVI. p. 144. ubi Bartoloccium quoque ob nimium, quo Iudæos proſecutus ſit, odium notaturus dicitur. Optandum erat, ut eidem MSS. Vaticanæ Bibl. Codices inſpiciendi & evolvendi copia fieret, in quibus recenſendis Bartoloccium diligentia ſua interdum deſtituiſſe videtur.

שבתי בער מירושלים vide paulo poſt n. 1927.

1922 ר׳ שבתי יונה R. SCHABTAI JONA ſcr. שי למורא i. e. quæſt. & reſponſ. cum quibusdam animadverſionibus in phraſes & deciſiones auctoris Turim, *Theſſalonic.* 421. C. 1661. fol. pp. 140. Liber rariſſimus & in ש״י omiſſus. Prior tituli vox literis initialibus auctoris nomen exhibet.

1923 **שבתי בן יוסף** SCHABTAI (quem Chriſtianorum plerique *Sabathaum*, Judæi pro recepta pronunciandi ratione *Schabſai*, *Rich. Simonius* vero in Biblioth. Crit. Tomo I. p. 362. *Scebtai* vocant,) fil. JOSEPHI, & JACOBI frater, quorum utrumque turbæ in Polonia regno obortæ violenta morte ſuſtulerunt. Natus eſt noſter *Strimæ*, Poloniæ majoris opido, unde & fratrem ſuum in præfatione libri ש״י *Jacobum* שטרימרש (*Strimerum*) appellat, quæ cauſa eſt, cur ipſe quoque a nonnullis *Strimeri* cognomine inſigniatur, quorum exemplum & nos ſecuti ſumus ſupra p. 830. Pragæ ſtudiorum cauſa commoratus, literisque Hebr. & Latinis quoque excultus, *Cantoris* ſeu *Baſſiſtæ* vices ſuſtinuit, ex quo officii genere ſe in titulis librorum appellat משורר בס מפראג i. e. *Baſſiſtam Pragenſem*. Provectum jam ætate eſſe vel ex eo patet, quod librum באר משה *Pragæ* 429. C. 1669. recuſum præfatione ſua inſtruxit. Magnam inter ſuos famam ſibi comparavit editis commentationibus variis, quæ ſunt

1) Præter præfationem τῷ באר משה præmiſſam, de qua vide ſupra p. 830.

2) Recognitio & correctio Verſionis Germanicæ Codicis Hebræi a R. *Joſepho* fil. Alex. Witzenhauſen, auſpiciis & ſumtibus *Joſephi Athiæ*, quod ad partem poſteriorem inſtituta. *Amſtelod.* 1679. fol. de qua diximus ſuo loco ſupra p. 505.

3) חֲמִשָּׁה חוּמְשֵׁי תוֹרָה *Pentateuchus Hebrao Chald.* & 5. Megilloth cum commentariis *Raſchii* & noſtri ſuper commentatione, titulo שִׂפְתֵי חֲכָמִים *labia ſapientum*, ex *Proverb.* XIV. 3. inſignita. Prod. primum *Amſtelod.* 1680. hinc *Dyrenfurti* cum acceſſionibus 1693. in 4. majoris formæ, ita ut Hebr. & Chald. textus e regione in 2. columnis ſibi invicem reſpondeant, appoſito ad marginem præter *Baal Hatturim* libello *Aaronis Piſaurenſis* תולדות אהרן. Raſchii commentarius verſioni Chaldaicæ, Schabbatæi vero noſtri ſupercommentatio, quæ ex variis Rabbinis ad illuſtranda loca ejus difficiliora petita eſt, textui Hebraico minutiſſimis formis expreſſa, ſubſternitur. Accedunt in fine *Haphtharoth* cum expoſitione phraſium obſcuriorum. Quæ ed. Dyrenfurtenſis plura habet præ Amſtelod. in margine adpicta manus figura indicantur.

Nnnnnn 2

(*) De diverſa nominis hujus ſcriptione & lectione lege Muſeum librorum novum parte IX. p. 692. & Parte XIV. p. 601. In *Jo. a Lent.* Theolog. Judaica p. 2. & 4. R. *Schabtai Strimeſius* mendoſe vocatur.

Digitized by Google

tur. Denique שפתי חכמים ſeorſim ſine contextu Hebr. & Chald. omiſſo etiam *Raſchii* commentario, niſi quod prima loci cujusque difficilioris illuſtrandi verba, parentheſi incluſa, exhibentur, prodierunt. *Francof. ad Mœn.* 472. C. 1712. 4. apud *Jo. Kelner.* pp. 133. Huic editioni addita quædam hinc inde ſunt a R. *Jacobo* בריסק (*Brücenſi*) qui plenius vocatur R. *Jacob fil. Moſche Abraham.* Libri, quibus auctor uſus eſt, præcipui ſunt מנחת יהודה, דברי דוד, דבק טוב גור אריה, קצור מזרחי &c. qui tituli vel ipſorum auctorum nomina quod ad primas literas in parentheſi exprimuntur, quoties explicationes ex illis adferri ſolent. Notulæ marginales priorum editt. hic omittuntur.

5) שְׂפְתֵי יְשֵׁנִים *labia dormientium*, ex *Cantic.* VII. 10. Bibliotheca Rabbinica, hebraico ſermone ſecundum librorum titulos diſpoſita, & *Amſtelod.* 1680. 4. edita, de qua in præfatione ad noſtram hanc Bibliothecam fuſius commentati ſumus. Ad hanc acceſſiones parare auctorem diligentiſſimum nunciatum nobis eſt, quas qui hujus doctrinæ ſtudioſi ſunt, cupide mecum exſpectant.

Idem ex Belgio reverſus *Auriſchii* primum, deinde *Dyrenfurti*, Ducatus Glogovienſis opido, ab illuſtri Comite *de Dyberr* condito, commoratus eſt, ibique ex officina Hebraica an: 1689. propriis ſumtibus inſtructa, complures libros vel recens in lucem protulit, vel recudi curavit, quorum Indicem inſigni diligentia confecit Venerandus doctiſſimusque Amicus noſter *Chriſtianus Theophilus Ungerus*, inſerique curavit *Muſeo librorum novo* Parte IX. ſqq. cum ſupplemento, ibidem Parte XIV. p. 91. ſqq. ubi utrinque de Typographia hac, ad filium noſtri *Joſephum* nunc delata, plura leguntur.

De moleſtia, quam ſibi accivit noſter ex recuſo libello שעריציון, diximus ſupra ſub R. *Nathan Natha* p. 923.

1924 שבתי כהן בן מלכיאל SCHABTAI ben MALCHIEL *Sacerdos* ſcr.

אֲרוֹן הַבְּרִית *arca fœderis*, ex *Exod.* X. 8. i. e. comment. in librum *Aben Eſra*, qui dicitur הַשֵּׁם cui additus eſt ejusdem ס׳ לוחות אֶבֶן *liber tabularum lapidearum*. qui eſt comment. in ipſum librum ארון הברית qui confutatur in libro שברי לוחות *fragmina tabularum*: MS. Amſtelod. teſte ש״י & in Bibl. Oppenheim. Forte hic eſt liber, qui inter Codd. Warneri MSS. exſtat in B. Leidenſi, in cujus Catalogo p. 287. n. 47. memoratur idem hic Schabtai, ſine mentione libri. שבתי

1925 שבתי הכהן SCHABTAI *Sacerdos* Karæus, cujus liber de inceſtu MS. eſt inter Codices Warneri in B. Leidenſi, cujus Catalogum vide p. 284. n. 21. Habuit etiam *Jac. Triglandius*, cujus Catalogum vide p. 24.

1926 שבתי בן מאיר כ״ץ SCHABTAI ben MEIR, Sacerdos juſtitiæ, i. e. ex genere Sacerdotali ortus, vixit Sæculo XVII. medio, ſecundum *Zemach David* continuatum p. 47. a. Scripſit

1) גְבוּרַת אֲנָשִׁים *robur* ſeu *virtus hominum*, quo libro explicat caput 154. Ordinis *Even Eſer*, adeoque exponit deciſiones & ſententias ICtorum Judæorum de rebus & cauſis, quæ inter maritum & uxorem intercedere ſolent, & quomodo cogi maritus ad dimittendam & expellendam uxorem poſſit: MS. teſte ש״י qui liber prod. *Deſſav.* 447. C. 1687. 4. pp. 38.

2) נְקוּדוֹת הַכֶּסֶף *puncta argentea* ex *Cantic.* I. 11. i. e. diffuſæ animadverſiones in librum טורי זהב *Davidis fil. Samuelis*, de quo vide ſuo loco: *Francof. ad Viadr.* 437. C. 1677. in fol.

3) שִׂפְתֵי כֹהֵן *labia Sacerdotis*, ex *Malach.* II. 7. comm. amplus in *Schulchan Aruch*, quod ad Ordinem *Jore Dea*, ex omnibus ICtis poſterioris ætatis collectus. *Cracov.* 406. C. 1646. fol. Idem liber cum libro טורי זהב recuſus eſt *Wilmersdorf.* 437. C. 1677. fol. & *Prag.* 454. C. 1694. Sub tit. אַשְׁלֵי רַבְרְבֵי *funes maximi*, i. e. חֲכָמִים גְּדוֹלִים *ſapientes maximi*, ſecundum ſtylum Gemaricum: & *Amſtelod.* 471. C. 1711. ubi in margine acceſſerunt quædam ex libro באר הגולה quæ ſcilicet eo pertinent. Prod. etiam

4) Sub eodem titulo שפתי כהן ſimilis ejuſdem commentarius in Ordinem *Schulchan Aruch*, qui dicitur *Choſchen Miſchpath*, *Amſtelod.* 423. C. 1663. fol. & recuſ. *Furthi* cum מאירת עינים an. 451. C. 1691. fol.

5) תִּקְפּוּ כֹהֵן *corroborate Sacerdotem*, ubi fuſe explicantur inſtituta & leges, quæ ad תפיסה i. e. *apprehenſionem manus*, quam Talmudici vocant, referuntur, quam noſtro loquendi modo dixeris jus poſſeſſionis in loco vel re aliqua. *Francof. ad Viadrum* 437. C. 1677. 4. MS. habet R. *Oppenheim.*

Digitized by Google

6) Præterea variæ ejus quæſtiones acceſſerunt ad סליחות כמנהג ליטא i. e. ſupplicationes ſecundum ritum Lithuanorum, quæ *Amſtelod.* 411. C. 1651. & 431. C. 1671. fol. prodierunt.

7) Commentatio ejus de calamitatibus, quæ Synagogis Lithuaniæ & vicinarum provinciarum A. C. 1648. & 1649. a Coſacis illatæ ſunt, exſtat in calce *Selichoth per totum annum*, quæ prodierunt *Dyrenfurti* 1702. 8. ſicut jam antea in calce verſ. Germanicæ libri שבט יהודה *Amſtelod.* 460. C. 1700. 8. & in hebr. ejusdem libri Amſtelod. 1709. 12. p. 61. - 64. edita erat.

1927 שבתי באר מירושלים SCHABTAI BEER *Hierosolymitanus*, ex terra Sancta miſſus ſcr.

בְּאֵר עֵשֶׂק *fons oppreſſionis*, i. e. quæſtiones & reſponſ. *Venet.* 434. C. 1674. 4. ex officina Bragad. per Chriſtoph. Ambroſini cum licentia Superiorum pp. 134.

1928 שבתי כרמוז הלוי SCHABTAI CARMUS *Levita*, ſcr.

סֵפֶר הַיָּשָׁר *liber recti*, ex *Joſ.* X. 13. ubi de anima gubernanda & imagine hominis per certas meditationes præcipitur: MS. in B. Vatic. 4. Codex an. 5154. C. 1394. exaratus.

שבתי מלכיאל vide paulo ante *Schabtai Cohen ben Malchiel.*

1929 שבתי בן עמנואל SCHABTAI ben IMMANUEL חזן ſcr.

חוֹסֶן יְשׁוּעוֹת *robur ſalutum*, ex *Jeſ.* XXXIII. 6. ubi exponuntur ritus in Ordine Tertio *Arba Turim* traditi, ex ICtis recentioribus *Theſſalonic.* 412. C. 1652. 4. Auctor teſtatur ſe in reliquos Ordines itidem ſcripſiſſe.

ר' שבתי מפולין v. paulo poſt R. *Schabtai Schaphthel.*

1930 שבתי מפרעמיסלא SCHABTAI סופר i. e. *Scriba Premislenſis*, ex Polonia Minore Grammaticus, qui ſcr.

1) בַּחוּרֵי חֶמֶד *juvenes amabiles*, ex *Ezech.* XXIII. 6. commentar. MS. in *Kimchii Michlol*, qui allegatur in libro ויחל משה & in præf. ad librum מהלך, quem hic cum animadverſionibus ſuis ed. *Lublini* 382. C. 1622.

2)

2) Cum ejusdem obſervationibus Grammaticis prodiit סֵדֶר תְּפִלּוֹת מִכָּל הַשָּׁנָה *Ordo precum per totum annum Dyrenfurti* 1690. 4.

Hunc puto auctorem animadverſionum, quas oppoſuit quidam שבתי animadverſionibus Eliæ in Kimchii מכלול & ס׳ שרשים Priores in Michlol ita incipiunt: שבתי אני ונתתי אל לבי כי הציקתני רוחי בקרבי וכו

Eas ego vidi manu deſcriptas foliis 16. in fol. in Codice Clariſſimi conjunctiſſimique Collegæ mei *Sebaſtiani Edzardi*, ita quidem ut ipſius *Eliæ* animadverſiones adjunctas ſibi haberent ſtricturas Schabtai iis in locis, ubi Kimchi reprehenditur. Sequuntur in eodem Codice MS. ſtricturæ in Eliæ animadverſiones ſuper lib. *Schoraſchim* quibus Kimchi itidem defenditur. Initium verborum hoc eſt: שבתי אני ונתתי אל לבי לקנא קנאת המדקדק הגדול החכם ר׳ דוד קמחי ולהגן עליו מטענות הבחור כי הקמחי קמחי סולת ואין בדבריו פסולת . Stricturæ illæ ſeptem foliis continentur.

שבתי צבי SCHABTAI ZEVI, Pſeudo Meſſias Iudæorum, 1931
Smyrnæ an. 1625. patre *Mardochæo Zevi* natus, inſignes in ſtudiis, præcipue Cabbaliſt. progreſſus juvenis fecit, & alios in patria docuit, inde vero ob nomen Tetragrammaton , quod pronunciare ſolebat , expulſus, Theſſalonicam abiit, ac varias regiones pervagatus, Gazæ conſedit, *Nathanem Levi* tam præclarum virtutum ſuarum præconem nactus, ut novus a ſuis Meſſias haberetur. Anno 1666. poſt varias viciſſitudines, tandem, inſigni aſſeclarum caterva *Smyrnæ* ſibi collecta, CPolin adiit; ubi in carcerem conjectus , & capitalem pœnam effugiturus Turciſmum amplexus eſt. B. Wagenſeilius in Pera Juvenilium librorum Loculam. II. p. 128. in Synopſi Geographiæ obſervat , Judæos Amſtelodamenſes ad famam orti hujus Pſeudo Meſſiæ, rebus ſuis divenditis, in Palæſtinam abiiſſe, ſeque in hac occaſione plures Judæorum libros tum editos, tum manu exaratos ſibi comparaſſe. Obiit tandem 1676. 10. Sept. æt. 50. teſte La Croix Parte II. Memoriarum Imperii Ottomannici p. 384. conf. Continuat. Portæ Ottoman. recens apertæ lib. 4. f. 74. Literis nihil, quod ſciam, conſignatum reliquit, quamvis nec a doctrina nec ab ingenii ſolertia, vel vafritie potius deſtitutus fuiſſe videatur. Quanta valuerit inter ſuos auctoritate adhuc ſuperſtes, ex iis intelligetur, quæ inter Anonymos ſub titulo תפלות de editione quadam libri precum effigie

Digitized by Google

ſigie ejus ſub Regis habitu munita dicentur. Nec hodie CPoli deſunt Judæi, qui memoriam ejus ſanctam habent, quod præſtantiſſimo *Mich. Enemanno Sueco*, qui ibi anno 1713. commoratus fuit, nec ita pridem immatura morte in patria ſublatus, inſigne ſui deſiderium reliquit, audire me memini. Plura de impoſtoris conſiliis vafroque ingenio leges in *Vita* ejus a *Thoma Cœnen*, divino quondam Præcone, apud Smyrnenſes belgice delineata, *Jo. Evelyni* hiſtoria de tribus Impoſtoribus, quorum tertius eſt noſter ex Anglico germ. edita 1669. *Frider. Ragſtatt de Weile* Theatro lucido p. 30. & 42. *Jo. Henr. Hottingeri* epiſtola germ. adverſus Judæos de eodem homine ἀνωνύμως (vide *Heideggerum* in Vita ejus p. 78.) edita, *Caroli Alphani* libello italico ſub tit. *R. Schabtai o vero il finto Meſſia degli Hebrei* Viterb. 1666. 16. & in hymno Judaico in honorem Schabtai ficto cum notis *Georg. Wendii* Vratiſlav. 3. plagg. edito. Adde *Bartolocc.* Tomo IV. p. 48. *Jo a Lent* de Pſeudo Meſſiis cap. V. & VI. p. 76. *Eiſenmengeri* Iudaiſmum Detectum Part. II. p. 666. *Diſenbachii* Judæum Converſum pp. 170. *Ziegleri* Theatrum Hiſtoricum p. 378. *Rich. Simon* Tom. II. epiſt. Select. p. 14. & Tom. III. p. 11. Cl. *Jac. Basnage* in Hiſtor. Iudaica Tom. V. p. 1435. ſq. & noviſſime Cl. *Jo. Jac. Schudt* in præſtantiſſimo libro de Memorabilibus Judaicis Parte II. lib. V. c. 27. p. 41. ſqq. & quos ille citat p. 43. Inter cetera idem p. 46. refert, Judæum quendam Amſtelodamenſem anno 1713. ſingulari libro in forma quarti ordinis dictione ſublimi & obſcura hebraice ſcripto oſtendere conatum *Schabbatai* illum adhuc vivere, & verum eſſe Meſſiam: ſed ille quidem liber & Amſtelod. & Francofurti ad Mœnum ſub excommunicationis pœna ab editione, quæ Berolini deinde facta eſt, prohibitus fuit. Ibidem p. 56. vide exempla Judæorum quorundam, qui poſt detectam Pſeudo Meſſiæ hujus fraudem ad Chriſtianam Eccleſiam tranſierunt.

1932 ר׳ שבתי שעפשל הורוויץ הלוי R. SCHABTAI SCHAPHTEL HORWITZ *Levita*, Medicus *Pragenſis*, quem Bartoloc. ſimpliciter vocat *Schabtai Polonum* ſcr.

1) נִשְׁמַת שַׁבְּתַי הַלֵּוִי *Spiraculum ſ. anima Schabtai Levitæ*, ubi agit de anima & initiis Kabbalæ, per quæſtiones & reſponſ. inter docentem & diſcentem inſtitutis *Prag.* 376. C. 1616. 4. pp. 79. MS. habet *Oppenheim.* Hujus libri auctorem Bartolocc. vocat R. *Schabtai ben Akiba Hallevi*, (quo nomine etiam in titulo vocatur) & a *Schabtai Polono*, cui שפע טל tribuit, minus recte diſtinguit.

2)

שפע טל *abundantia roris*, quo titulo ad nomen *Schaphtel* alluſit, liber Cabbaliſticus, qui artis hujus præcipua capita ita perſequitur, ut introductionis vicem præſtare poſſit. Conſtat autem ex duabus partibus, quæ in duabus ejusdem paginæ columnis, ſibi ex adverſo oppoſitis, conſpiciuntur, quarum altera dicitur שֶׁבַע quo denotatur commentarius *Schabtai* in libellum אגרת הטעמים, cujus textus literis Hebr. quadratis ſemper accedit; altera appellatur טַל quæ, diffuſius concepta, explicat varia loca libri *Zohar*, *Tikkunim* & *Jezira*. Præmittitur præfatio auctoris longior una cum *Maimonidæ* præfat. in Ordinem *Seraim*: *Hanov.* 371. C. 1612. fol. Confer de hoc libro B. *Abrah. Hinckelmanni* Detectionem Fundamenti Böhmiani p. 34. ubi etiam monet, ex illo libro Rittangelium pleraque in commentationem ſuam *de precibus novi anni* &c. tranſtuliſſe, vel diſſimulato illius nomine, vel male allegato. *Hottingerus* p. 34. Bibl. Orient. eum appellat clavem in librum *Jezira*, *Zobar*, *Tikkunim* & *Pardes Rimmonim*. Librum illum Latine ſe vertiſſe & notis illuſtraſſe teſtatur *Jo. Paſtritius* apud *Imbonatum* p. 126. Biblioth. Latino Hebr.

ש״י monet, eundem commentatum eſſe in librum עסיס רמונים ut & in Maimonidæ מורה נבוכים.

ר שבתי שעפטל בן ישעיה הלוי הורוויץ 1933

R. SCHABTAI SCHAPHTEL ben *Jeſaiæ Levitæ Horwitz*, qui Legem docuit in variis Synagogis, v. c. Francofurt. Poſnanenſi & Vindobon. Sæculo XVII. ineunte, ſcr.

ס׳ וָוֵי הָעַמּוּדִים *clavi columnarum*, ex *Exod.* XXVII. 5. quo libro comprehenduntur ſermones egregii, ex Judæorum judicio, & variorum locorum Gemaræ expoſitiones: totum opus ſuperſtructum eſt ſex columnis, nempe *Legis*, *cultus divini eleemoſynæ*, *judicii*, *veritatis* & *pacis*: ſingulis columnis certa capita ſunt deſtinata. Prodiit cum patris ejus opere majori, quod dicitur שני לוחות הברית *Amſtelod.* 408. C. 1648. fol. pp. 48. auctor pro præfatione operis paterni haberi vult, quod modeſtiæ ejus argumentum interpretatur ש״י. Conf. *Zemach David* continuatum p. 46. b.

ממשפחת שונצינו SONCINATES ſeu ex SONCINI *familia*, quo nomine appellantur Typographi quidam in Italia, Hebræi, qui magna diligentia libros Hebræos plures in lucem protulerunt. Hi 1934

Oooooo enim

Digitized by Google

enim ex gente R. *Moſis Spirenſis* Germani oriundi, *Soncinum* (quod non eſt *Lombardiæ* opidum, ſub ditione Ducum Mediolanenſium, ut ſibi perſuaſit Plantavitius ſub libro עקרים ſicut & n. 14. opidum hoc mendoſe appellat Soncinnam, quæ ubi ſita ſit ignorare ſe profitetur, niſi ſit opidulum Coloniæ ditionis Telonio notum, quod SUNS appelletur) urbem in Italia, ſpeciatimque *Lombardiæ* provincia, inter *Cremonam & Brixiam* prope Ollii fluminis dexteram, ſitam, de qua fuſius exponit *Bartoloccius* Tomo I. p. 432. delati ſunt, ac deinde, etiam alio commigrantes, per varias generationes ab ea denominari voluerunt. Id enim intelligitur ex *Schalſcheleth* p. 62. b. *In hac generatione* inquit is, (loquitur autem de anno 240. C. 1480.) *floruerunt Viri ex familia Soncini, qui plures annos perſtiterunt, & plurimos libros Hebræos cum magna totius Iſraelis utilitate excuderunt. Vidi etiam*, addit idem, *in præfat. libri* Michlol *editionis CPolitanæ, ubi ſcriptum erat*: Ego Gerſon Soncinas filius Sapientis Rabbini Moſis filii ſapientis & excellentis Rabbi Iſraelis Nathan, filii Samuelis, filii R. Moſis. *Hæc eſt quinta generatio ad R. Moſen de Spira, cujus mentio fit in Toſephoth*. Idem *Gerſon* edidit etiam משל הקדמוני & מחברת עמנואל Alius *Iſraelis Nathan* Soncinatis filius יהושע eandem artem fecit, & edidit מבחר הפנינים *Soncini* 244. C. 1484. quod ex ſubſcriptione in calce apparet. Idem quoque curavit editionem Codicis Hebræi ibidem 248. C. 1488. ubi appellatur R. *Joſua Salomon fil. Iſraelis Nathan*. Non autem ſubſtiterunt illi *Soncini*, ubi primo officinam Typographicam habuerunt, ſed tranſtulerunt eam *Brixiam*, hinc *Bononiam*, *Ariminum*, *Piſaurum & Fanum Fortunæ*: quibus in locis quos ediderunt libros, illis rariſſime nomen proprium impreſſoris præfixerunt, ſed ſimpliciter expreſſerunt per איש שונצינו vel מבני שונצינו *Vir Soncinas* aut *heredes Soncini*. Plerumque etiam & locum & annum editionis omiſerunt, nunc commemorato, nunc tacito Principis nomine, cujus imperio locus editionis ſubjectus eſt. Pleniſſime omnium notatio eorum, quæ huc pertinent, & ſigillatim memorari alias ſolent, facta eſt in calce libri מחברות עמנואל. Ibi enim legas: *completum eſt totum opus libri illius, qui vocatur MECHABBEROTH IMMANUEL per exiguum impreſſorem, Gerſom Typographum fil. Sapientis R. Moſis, ſeminis Iſraelis, Viri Soncinatis. Fuitque perfectum in Brixia, quæ eſt ſub dominio Reip. Venetæ. Hodie die II. Sabbati 26. menſis Marcheſvan* (Octobr.) an. 5252. a M. C. i. e. C. 1492. 4. Ille autem R. *Gerſon* poſtea Typographiam ſuam CPolin tranſtulit, & uſque ad annum XII. regni Solymanni, qui reſpondet anno æræ Chriſtianæ 1530. vixit, quo ipſo cura

ejus

ejus prodiit Kimchii מכלול. Poſtea ibidem eandem artem fecit *Elieſer Soncinas*.

ש׳׳ל i. e. *Schelomo Luria*.

ר׳ שלום בן אברהם R. SCHALOM ben A- 1935
BRAHAM claruit Sæculo XVI. & ſcr.

קַב וְנָקִי (s) *paucum & purum*: comment. in *Pſalmos* brevis & eximius, una cum expoſitione germ. a latere & contextu ipſo, *Mantuæ* 322. C. 1562. & *Cracov.* 358. C. 1598. 4. quam *Cremonenſem* facit Cl. *Le Long* in B. Sacra Parte I. p. 134. Iterumque una cum *Achſilrad Bandith* filii *Joſeph Levitæ* commentario, qui dicitur בן דעת *Hanov.* 376. C. 1616. quem annum notat ש׳׳י. Eiſenmengerus in Indice auctorum, quem *Judæismo detecto* præmiſit, deſignat annum 381. C. 1621. quia ſcilicet τὸ ה in computum adſumſit, quod plerumque omitti debet.

Comment. in *Proverbia* ſub eodem titulo exſtat in edit. Bibliorum Rabbinic. Bombergii prima 1518. fol. ubi tamen comm. in Pſalmos non habetur, quod ſcribit Bartoloccius, qui & in eo non audiendus eſt, quod poſt *Buxtorfium* in Bibliotheca Rabbinica קב ונקי putavit eſſe auctoris nomen, quod libri eſt. Hoc vero inde factum puto, quia Doctor quidam Miſchnicus, R. *Elieſer ben Jacob*, olim קב ונקי quaſi nomine proprio inſignitus fuit: quæ etiam cauſa forte induxit Cl. *Jac. Le Long*, ut in Biblioth. Sacra Parte I. p. 99. hunc *Eliezerem* illius commentarii auctorem conſtitueret. Nos quidem ſecuti ſumus ש׳׳י.

Prodiit etiam hic in Proverbia comment. cum libro ipſo *Theſſalonic.* 282. C. 1522. fol.

ר׳ שלום ירושלמי R. SCHALOM *Hieroſolymitanus*,
ſcripſit 1936

1) אָהֳלֵי קֵדָר *tentoria Kedar*, ex Pſ. CXX. 5. i. e. Calendarium ſecundum conſuetudinem Judæorum in Arabia. MS. in B. *Oppenheim*.

2) בָּתֵּי שָׁלוֹם *domus pacis*, ejuſdem Calendarium: utrumque memorat ש׳׳י. Hunc Bartoloccius vocat R. *Schelomo Jeruſchalmi*.

ר׳ שלמה R. SCHELOMO cum præceptore ſuo *Joanne Gun-* 1937

(s) Vide quæ ſupra ſub R. *Elieſer fil. Jacob* ſcripſimus.

Digitized by Google

Gunſalvo de Burgis ex Arabico latine convertit librum *Sufficientia Phyſicorum Avicennæ*, quæ verſio MS. exſtat in B. Urbinat. fol.

1938 ר׳ שלמה R. SCHELOMO cujus comm. Arabicus in *Pirke Avoth* MS. exſtat in Bibl. Bodlej. n. 5389. 8. qui forte ejusdem eſt *Salomonis*, cujus comment. itidem Arabicus in Liturgiam Judæorum ibidem memoratur n. 5391.

1939 ר׳ שלמה R. SCHELOMO ſcr. de medicamentis cibariis & ſimplicibus MS. in Biblioth. Eſcuriali.

1940 ר׳ שלמה R. SCHELOMO, *Karæus*, cujus epiſtola ad Aaronem de controverſiis matrimonialibus MS. exſtat inter Codd. Warnerianos in Bibl. Leidenſi, cujus Catalogum vide p. 287. n. 58. Bartoloccius eidem tribuit epiſtolam de diſſenſione Cabbaliſtarum (i. e. Judæorum, qui Talmud recipiunt) & Karæorum circa Sabbatum, qui quidem libellus eodem Codice Warneriano, quem modo citavimus, continetur, ſed ſine ullo auctoris nomine ibi memoratur, ut proinde ad alium pertinere probabile fiat, præſertim cum inter epiſtolam de controverſiis matrimon. & poſteriorem illam *Eliæ Logica* interjecta ſit.

1941 ר׳ שלמה R. SCHELOMO, cui *Plantavitius* n. 85. tribuit ביאור ע״ד סדר שבתות, fide Catalogi Veneti.

1942 ר׳ שלמה R. SCHELOMO, cui cognomen fuit זלמן Archiſynagogus Hamburg. & Altonavienſis inclinante Sæculo XVII. ab eximia doctrina laudatur in *Zemach David* continuato p. 47. a.

1943 ר׳ שלמה בן אברהם אביגדור R. SCHELOMO ben ABRAHAM AVIGADOR ſcr. *de motu orbium cœleſtium* item tract. *de ſphæra* ac denique alium itidem Aſtronomicum *de curſu ſiderum* ſub titulo מַרְאֵה אוֹפַנִּים *viſio ſpherarum*, quæ omnia MSS. exſtant in B. Vatic. 4. Poſtremus ille MS. quoque legitur in B. Vindob. vide Catalogum Neſſelianum n. 95. & in B. Leidenſi inter MSS. Scaligerana: vide Catalogum B. Leidenſis p. 277. n. 10. ubi dicitur agere de ſphæra & ex Latino hebraice converſus, unde ſuſpicor, medium illum tractatum quem ut diverſum recenſuit Bartoloc. cum ultimo eſſe eundem. Habet

Digitized by Google

bet etiam MS. *Oppenheimerus*. Ceterum pro *Avigador* ille in Catalogo laudato mendoſe vocatur *Avigedud*.

Ejusdem eſt סֵפֶר הַמַּעֲלוֹת *liber graduum*, ex variis libris Philoſophicis collectus, præcipiens de variis gradibus, per quos homo tandem ad Prophetiam pervenit, MS. teſte ש״ו.

פָּנִים בְּמִשְׁפָּט *oculi in judicio*, ex *Prov.* XXIV. 23. ſcriptum itidem Aſtronomicum.

ר׳ שלמה בן אברהם R. SALOMO ben ABRAHAM, cujus liber de ritu mactationis Hebr. MS. exſtat in B. Bodlej. n. 6032. inter Codd. *Rob. Huntingtoni* n. 286. Crediderim, pertinere hunc tractatum ad *Salom. ben Adrath*, qui in libro תורת הבית de eodem argumento egit, ut forte tractatus hic ex iſto opere ſit decerptus. 1944

ר׳ שלמה בן אברהם בן אדרת R. SCHELOMO ben ABRAHAM ben ADRATH ſive, ut alii malunt, *ben Addereth* Barcinonenſis, per compendium dictus הרש״בא, diſcipulus *Ramban* & R. *Jona Gerundenſis*, floruit anno 5040. C. 1280. ſecundum *Schalſcheleth* p. 58. a. Scripſit is 1945

1) חִדּוּשִׁים *novellas expoſitiones* in tract. *Berachoth*, *Chulin* & *Gittin*, quibus junctæ ſunt *Chidduſchin* R. *Moſis Nachmanidæ* in *Bava Batra*, & ritum excommunicationis, cauſamque datæ occaſionis (דינא דגרמי) *Venet*. 283. C. 1523. 4.

2) עֲבוֹדַת הַקֹּדֶשׁ *cultus ſanctus*, ex *Exod*. XXXVI. 3. liber in duas partes diſtinctus, quarum prior dicitur בֵּית נְתִיבוֹת poſterior בֵּית מוֹעֵד i. e. *domus ſemitarum* & *domus conventus*, ubi de mixtione conclavium, de ſpatio viæ, quam Sabbato conficere licet, & de cibis Sabbati dierumque feſtorum præcipitur: accedit liber *Abraham ben Dior* ſub titulo: בעלי הנפש ubi de ritibus & rebus uxoriis agitur, de quo ſuo loco diximus. *Venet*, 362. C. 1602. 4. apud Dan. Saneti, cum licentia Superiorum pp. 74.

3) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa*, num 251. cum Indice & rituum, & eorum, qui deciſiones fecerunt, *Hanov*. 370. C. 1610. 4. pagg. 322. Qvv. & reſp. רשב״א ex *Schalſchel*. p. 34. a. allegans *Eiſenmengerus* Parte II. *Judaiſmi Detecti* p. 663. auctorem vocat R. *Schimon ben Abraham*

Digitized by Google

quo nomine nemo eſt, qui ejus modi ſcriptum exararit, adeoque de noſtro debet accipi. In B. Oppenheimeriana exſtant hujus Salomonis noſtri qvv. & reſp. MSS. 4. quæ ab editis forte ſunt diſtinctæ. In Catal. Bodlej. laudatur editio *Veneta* 1545.

4) תּוֹלְדוֹת אָדָם *generationes Adami*, ex *Geneſ.* V. qvv. & reſponſ. de cauſis pecuniariis n. 405. poſt priores illas exaratæ: accedunt in fine qvv.& reſp. הר"מה & מהר"יל *Liburni* 417. C. 1657. fol.pp.104. ap.*Iedidja Gabbai. Bartol.* memorat etiam ed. *Bonon.* 238. C. 1578.

5) תּוֹרַת הַבַּיִת *lex domus*, ex *Ezech.* XLIII. 12. ubi de ritibus domeſticis, v. c. de jugulandis animalibus, de cibis licitis & illicitis, de immunditie feminarum &c. agitur, diſtinctus in domos 7. & ſectiones varias. *Cremonæ* 326. C. 1566. 4. ap. *Vinc. Conti* pp. 72. Hæc editio ſine commentariis vocatur תּוֹרַת הַבַּיִת הַקָּצַר *lex domus ſuccincta*, cui contra diſtinguitur תּוֹרַת הַבַּיִת הָאָרוֹךְ *lex domus major* ſeu *amplior*, ubi præter contextum libri exhibentur commentarii duo, alter in latere altero R. *Aaronis ben Joſeph Levi*, ſub titulo בֶּדֶק הַבַּיִת *fiſſura domus*, ubi notatur paſſim liber *Salomonis* noſtri, alter in latere oppoſito ſub tit. מִשְׁמֶרֶת הַבַּיִת *cuſtodia domus*, qui teſte ש"י auctorem habet vel diſcipulum quendam R. *Salomonis*, vel *Salomonem* ipſum, eo relatus, ut ad animadverſiones illas reſpondeatur. Prod. *Venet.* 368. C. 1608. fol. ap. *Jo. de Gara.* In Catal. Bodlej. laudatur ed. *Veneta* 1568.

6) קִדּוּשִׁין tractatus Talmudicus, cum *Chidduſchin* ſive novellis obſervationibus Salomonis noſtri, & variis aliorum notis prodiit *Sabbioneta* 313. C. 1553. fol.

Ejusdem expoſitt. Morales allegoricorum Talmudis dictorum MSS. in B. Vatic. n. 293. teſte Bartol. qui ab his diſtinguit ejusdem illuſtrationem *Aggadoth* Gemaricarum, quæ ibidem exſtat MS. n. 357.

1946 ר' שְׁלֹמֹה בֶּן אַבְרָהָם הַכֹּהֵן R. SCHELOMO ben ABRAHAM *Sacerdos* ſcr.

שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſtiones & reſponſiones*, quarum pars I. prodiit *Theſſalonic.* fol. Pars II. quæ conſtat qvv. 256. una cum novellis explicationibus locorum quorundam in *Toſephoth* Talmudicis. *Venet.* 352. C. 1592. fol. vel ſecundum ש"י potius *Theſſalonic.* 352. C. 1592. quam edit.

vidi

Digitized by Google

vidi in B. Oppenheimeri. Pars III. qvv. 122. conſtans prod. *Theſſalonic.* 354. C. 1594. fol.

ר׳ שלמה בן אברהם לניאדו R. SCHE- 1947
LOMO ben ABRAHAM LANIADO, Italus, ſcr. præfationem in librum כלי פז R. *Sam. Laniado.*

ר׳ שלמה בן אברהם ואלגזי R. SCHE- 1948
LOMO ben ABRAHAM ALGASI, quem *Hendreichius* in Pandectis p. 114 cum *Sam. Algaſi* confundit floruit Sæc. XVII. medio & ſcripſit:

1) אַהֲבַת עוֹלָם *amor ſeculi*, ex Jerem. XXXI, 3. quo titulo vocatur pars una ex quatuor partibus concionum ejus, quæ innititur columnis mundi tribus quæ ſunt *cultus Dei*, *Lex & Beneficentia*, *CPoli* 407. C. 1647. & *Francof. ad Viadr.* 453. C. 1693. 4.

2) אַפִּרְיוֹן שלמה *thalamus Salomonis*, ex *Cant.* III. 9. 10, conciones ſingulares in Legem, circumciſionem, nuptias &c. *Veron.* 409. C. 1649. 4. *Francof. ad Viadr.* 452. C. 1692.

3) הֲלִיכוֹת אֵלִי *inceſſus Dei mei*, ex Pſalm. LXVIII, 25. expoſitio regularum Talmudicarum & phraſium in *Toſephoth* occurrentium ſecundum literarum ſeriem. *Smyrnæ* 423. C. 1663. 4.

4) זְהַב שֵׂיבָה *aurum ſenectutis*, expoſitio Gemaræ & Toſephoth variorum codicum: in calce occurrunt סוגיות פרה ורחל. *Furthi* apud Ioſ. ben Schelomo Salman, in 4. pp. 113.

5) יָבִין שְׁמוּעָה *intelliget concionem*, ex *Jeſ.* XXVIII. 9. comment. in librum *Halichoth olam*, vel potius in R. *Joſ. Karo* expoſitionem, quam in dictum librum ſcripſit ſub tit. כללי הגמרא. Prodiit una cum ipſo libro & *Joſ. Karo* commentario *Venet.* 399. C. 1639. fol. In Catal. Bodlej. laudatur ed. anni 1645. quæ a priori illa non eſt diſtincta.

6) לֶחֶם סְתָרִים *panis abſconſionum*, ex *Prov.* IX. 17. novellæ expoſitiones in Cod. *Avoda Sara*, *Raſchium* & *Toſephoth.* Venet. 424. C. 1664. 4.

7) מַעֲלֶפֶת סַפִּירִים *tectum ſapphiris* ex *Cant.* V. 14. libellus moralis ſecundum triginta dies menſis diſpoſitus & de variis argumentis moralibus v. c. de præſtantia Legis, præceptorum, creationis Angelorum, paradiſo, gehenna, anima &c. præcipiens & tribus columnis, *Legis cultus & beneficentiæ* innixus: excuſus primo *Smyrnæ* ſumtibus *Schelomo f.*

Mo-

Digitized by Google

Moſis Eſra ac recuſus *Amſtelod.* 463. C. 1703. 8. Tituli rationem eam reddit auctor in præfatione, quod verba ſint ſapphirina, eademque ex libro *Zohar* collecta.

8) רָצוּף אַהֲבָה *ſtratum amore* vel *pavimentum amoris* ex *Cantic.* III. 9. 10. quia quaſi ſubſtratum eſt libro hujus auctoris, qui dicitur אהבת עולם. Commentatur ibi in 340. *Toſephoth* ſive additiones Talmudicas, quæ afferuntur in libro עין ישראל ut partem concionum ejus conſtituere debeant. Prodiit liber ex curis ſecundis auctior 409. C. 1649. 4. & Francof. ad Viadr. pp. 104.

9) שֵׁמַע שְׁלֹמֹה *fama Salomonis*, ex 2. *Chronic.* IX. 1. conciones in Legem ſecundum ordinem Paraſcharum usque ad Deuteronom. *Smyrnæ* 419. C. 1659. 4. & *Amſt.* 470. C. 1710. apud *Moſen Dias* pp. 68. MS habet *Oppenheim.*

10) תַאֲוָה לָעֵינַיִם *deſiderabilis oculis* ex *Geneſ.* II. comment. in narrationes, quæ exſtant in עין יעקב *Theſſalonic.* 415. C. 1655. 4. & *Sulsbaci* 447. C. 1687. pagg. 124.

1949 ר׳ שלמה בן אברהם נאוורה R. SCHELOMO ben ABRAHAM NAVARA, Judæus converſus: vide ſupra זרח יום טוב. Eſt is nepos R. *Salom. Meir ben Moſche.*

1950 ר׳ שלמה בן אברהם פניאל R. SCHELOMO *ben Abraham* PANIEL, cujus eſt

• אור עֵינַיִם *lux oculorum*, ex *Pſalm.* XXXVIII. 11. ubi agitur de dominio (h. e. ut interpretor, influxu) ſtellarum in ſex dies creationis, atque adeo ſimul exponitur ratio creationis, fatorumque, quæ Patriarchis V. T. & filiis eorum eventura in Paraſchis ſubindicata oſtenduntur. *CPoli* & *Cremonæ* 317. C. 1557. 4. Sæpius hunc librum citat *Gilb. Gaulminus* in notis ad libros de Vita & morte Moſis v. c. p. 186. 242. 259. &c. ubi is librum vocat מאור עינים, auctorem vero dicit *Salomonem Panielidem.* *Schabtæus* in libro ipſo auctorem ſimpliciter appellat *Salomonem ben Abraham*, in Indice vero Auctorum alphabetico *Salomonem ben Abraham* פניאל. Hunc puto eſſe librum, quem Buxtorf. ut *ἀνώνυμον* recenſet argumenti Cabbaliſt. Cremonæ editum, quamvis alius ipſi teſtatus ſit, eum ad comparandas artes per 613. præcepta ſpectare.

1951 ר׳ שלמה בן אברהם הפרחון R. SCHELOMO ben Abraham HAPPARCHON

מַחְבֶּרֶת

מַחְבָּרוֹת *comoſitiones*, qui liber alias etiam dicitur ס׳ הַפַּרְחוֹן *liber Parchon*: eſt autem Lexicon Hebraicum R. Davidis Kimchii & alios Lexicographos antiquitate antecellens, conſcriptum A. M. ſecundum Epocham Judaicam 4921. h. e. ante annos 450. (C. 1161.) raræ notæ, & unicum in toto, ut exiſtimo, orbe exemplar. Collegit illud auctor ex R. *Saadia Gaon*, R. *Jehuda ben Chiug*, R. *Jona ben Gana*, *Arabicis Gloſſariis*, item R. *Samuele Hannagid*, R. *Salomon* הנבוך. Uſus eſt præceptoribus R. *Ephraim*, R. *Jehuda Levita*, R. *Aben Eſra*, exaratum eleganti charactere, in membr. fol. Ita Codicem hunc deſcribit Lambec. Tom. I. Comm. Bibl. Vindob. p. 177. & inde *Neſſelius* p. 149. n. 17. Conf. *Georg. Hier. Velſchius* de *Ruzname Naurus* p. 121. MS. habet *Oppenheim*. Schabtæus hunc librum eadem fere ratione tanquam MS. memorat, at minus recte inter præceptores ejus numerat R. *Dav. Kimchium*, quo noſter hic ætate fuit ſuperior, deinde vero pro Salom. הנבוך nominat *Salom.* הקטון. Hoc teſtimonio procul dubio nixus eſt B. *Theoph. Spizelius*, quando in Catalogo B. Vindobon. p. 70. in Arcanis Bibliothecarum Sacris retectis affirmat, Lexicon hoc & antiquitate & præſtantia ſuperare Kimchianum, quod utrumque negat Bartoloccius; poſterius forte recte (quamvis nihil hic definiri poſſit, niſi quis utrumque compararit,) prius vero perperam, ſi quidem tempus Lexici conſignati recte ſit computatum. Hoc enim incidit in annum 1161. cum Kimchius demum floruerit an. 1192. Illam temporis rationem confirmat Catalogus Grammaticorum ſupra exhibitus, ubi noſter hic *Aben Eſra*, uno tantum interjecto, poſtponitur, Kimchiis vero præponitur. Deniq; non omittendum eſt, catalogum Grammaticorum, de quo ſupra p. 336. noſtro huic *librum radicum* tribuere, qui de ipſo libro מחברות vel etiam, quod malim, de verſione Hebraica libri שרשים a *R. Jona ben Ganach* ſcripti, intelligendus eſt. Hunc *Parchon* enim interpretatum eſſe illum librum, ſupra monuimus ſub *Jona ben Ganach*. Ex hoc libro, qui dictus eſt היכוד, multa *Simſon Punctator* retulit in ſuum חבור הקונים de quo ſub ejus nomine dicemus.

2) Idem hebr. tranſtulit Ibn Ragel librum Aſtrologicum Arabice ſcriptum, de quo ſupra diximus ſub אלי אבן רגל p. 144.

ר׳ שלמה בן׳ אברהם בן שלמה מאורבינו R. SCHELOMO ben *Abraham* ben *Schelomo* URBINAS flor. an. 260. C. 1500. 1952

Digitized by Google

אֹהֶל מוֹעֵד *tentorium conventus*, ex *Exod.* XXXIII. 7. eſt dictionarium Hebraicum, quo comprehenduntur Synonyma Hebraica *Venet:* 308. C. 1548. 4. apud *Marc. Anton. Juſtinianum* pp. 117. Methodus auctoris hæc eſt, ut circa quamcunque vocem primo loco formalem & generalem quandam notionem adferat, hinc diverſos ejus ſignificatus breviter memoret, additis ad ſingulos locis Scripturæ idoneis, iisque vocalibus inſtructis. Sub finem monet auctor, ſe inprimis conſuluiſſe Targumim & varios Interpretes, a quibus tamen ſubinde deſertus ad proprium ſe ingenium receperit. Singularum vocum explicatio incipit a phraſi המלה אשר הונחה להורות h. e. *vox hæc adhibetur ad ſignificandum*, quæ voces per *Raſche Tevoth* h. e. literis ſingularum initialibus conjunctis exprimuntur hoc modo האהל i. e. *Haohel*, qui cum ſit ipſius libri titulus, patet, unde hic auctori natus ſit. In fine exſtat ſeries vocum omnium, in libro ipſo expoſitarum, una cum ſignificatu formali. Abſolvit illud auctor 260. C. 1500.

In Catalogo Bibl. Medic. Pluteo II. n. 33. exſtare dicitur R. *Salomonis ben Aaron ben Schemuel Ohel Möed* ſ. dictionar. Hebr. in 4. ed. quod procul dubio noſtri nſt.

1953 ר׳ שלמה מהאדומים R. SCHELOMO de RUBEIS ſcr.

הַשִּׁירִים אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה *Cantica Salomonis*, ex *Cantic.* I. 1. hymni ſacri octo notis Muſicis inſtructi & ad laudem divinam comparati. *Venet.* 383. C. 1623. 4. tom. 8. teſte Bartoloccio: non habet ש״ו.

ר׳ שלמה בן אדרת v. R. *Schelomo f. Abrah. f. Addereth.*

1954 ר׳ שלמה אוהב R. SCHELOMO OHEF ſcripſit

שֶׁמֶן הַטּוֹב *oleum bonum* ex *Ieſ.* XXXIX. 2. de quo libro jam diximus ſupra ſub *Aharone* הכהן cujus זקן אהרן cum hoc prodiit.

Librum hunc MS. habet R. *Dav. Oppenheimer.*

1955 ר׳ שלמה די אוליוירה R. SCHELOMO de OLIVERA Luſitanus & Rabbinus inter ſuos Amſtelodam. Sæc. XVII. medio & ulterius, ſcripſit

1) אַיֶּלֶת אֲהָבִים *cerva amabilis* ex *Prov.* V. 19. parabolæ & ingenioſe dicta argumenti moralis *Amſtelod.* 425. C. 1665. 8. inſtar Rhetoricæ cujusdam.

2)

Digitized by Google

2) דַּל שְׂפָתָיִם *oſtium labiorum*, ex Pſ. CXLI. 3. Gramm. Chaldaica cumadditionibus vocum quarundam Hebr. in ejusdem libro עץ חיים omiſſarum. Prodiit cum יד לשון.

3) דַּרְכֵי נֹעַם *via jucunda*, ex Prov. III, 17. quam ipſe ait eſſe Logicam Rabbinicam. Exhibet autem expoſitionem Hebraicam variarum formularum & rationum loquendi Gemaricarum, ſecundum literarum ſeriem. *Amſtelod.* 448. C. 1688. 8. p. 48.

4) דַּרְכֵי יְהוָה *via Domini*, ex *Exod.* II. 22. i. e. Index præceptorum alphabeticus, ex quo intelligitur primo quidem, quo in locoScripturæ quodque eorum fundetur, deinde vero ubi in Talmude vel Maimonide, vel *Iacobi Cotſenſis* libro præceptorum aliisve ejusmodi libris explicetur, *Amſtelod.* 449. C. 1689. in 8. apud Uri fil. Aaron Levi pp. 32.

5) יַד לָשׁוֹן *manus ſive inſtrumentum linguæ*, i. e. Grammat. Hebr. Luſitanice ſcripta, & ex מרפא לשון contracta *Amſtelod.* 449. C. 1689. 8. ap. *Dav. Tartas* cum דל שפתים plagg. 11.

6) Ejusdem *Lexicon Hebræo-Luſitanum* prodiit *Amſtelod.* 442. C. 1682. cujus hæc eſt ratio, ut poſita radice Hebr. addantur loci Scripturæ, in quibus exſtat, una cum expoſitione Luſitanica nudæ vocis.

7) שַׁרְשׁוֹת גַּבְלֻת *catena terminationis*, *Exod.* XXVIII. 22. quo libro collectæ ſunt voces omnes in eandem terminationem deſinentes, in eorum uſum, quos rhythmica carmina ſcribere juvat. Ibidem omnia metrorum & carminum genera habentur.

8) תְּקוּפַת הַשָּׁנָה *revolutio anni*, ubi agitur de computo Aſtronomico & ratione conciliandi menſes Lunares cum Solaribus. Liber in ſeptem ſectiones eſt diſtinctus, & in limine exponitur, quomodo Sanhedrin, auditis *αὐτοπτῶν* teſtimoniis, Novilunium proclamarit. Deinde in ipſo libro omnia ad anni Judaici rationem pertinentia diffuſe explicantur, ita ut ſectione I. omnes mundi partes inde a ſtellis usque ad elementa recenſeantur, una cum tabula, ex qua ſitus regnorum & provinciarum orbis habitabilis cognoſcitur. II. De omnibus anni partibus dicitur, menſibus item & diebus, una cum tabula omnium annorum ætatis mundi. III. De computo Aſtronomico Noviluniis, & Solſtitiis, cum tabulis huc pertinentibus. IV. De eo quomodo menſes Lunares cum Solaribus conciliari, & ad æqualem computum revocari poſſint per tabulas. V. Quomodo tabulæ Aſtronomiæ gentium cum Judæis comparari poſſint. VI. Afferuntur tabulæ multæ ad hoc doctrinæ genus facientes. VII.

 Fun-

Digitized by Google

Fundamenta explicantur, ex quibus Novilunium ex viſione Lunæ declarari poſſit, cum tabulis: totum opus lingya vernacula eſt exaratum, in calce regulæ computi Aſtronomici præcipuæ lingua Sancta exhibentur: tabulæ vero rhythmis incluſæ ſunt. MS. quod hoc modo ש״י delineavit, exſtat etiam in B. *Oppenheimeri*.

9) Ejusdem concio in initiationem Synagog. Hiſpanorum Amſtelod. ſub nomine *Talmud Tora* cum aliorum concionibus ſimilis argumenti: prod. 1675.

8) Librum de accentibus ſub titulo *Medicina Lingue* edidiſſe ipſum intelligo ex *Dan. Levi de Barrios* libro: *Arbol de las Vidas* p. 81. ubi & p. 89. alia ejus ſcripta cum laude recenſentur. Vide eundem in deſcriptione Academiæ Amſtelod. *Ceter Tora* p. 3.

11) Ejusdem carmina Hebraica varia exſtant, quorum nonnulla Dan. Levi de Barrios ſcriptis ſuis inſeruit.

ר׳ שלמה מאורבינו vide paulo ante R. *Schelomo b. Abrah. b. Schelomo Urbinas*.

ר׳ שלמה אלגאזי vide ſupra R. *Schelomo ben Abraham Algaſi*.

1956 ר׳ שלמה בן אליה R. SCHELOMO fil. ELIÆ, *Scharbit hazzaav*, *Theſſalonicenſis*, ſcripſit tractatum de curſu planetarum & Tabulas Aſtronomicas, MSS. in B. Vatic. 8. teſte Bartoloc. qui addit eundem commentatum eſſe in *Aben Eſra* librum השם & in *Pircke Avoth* ſub tit. לב אבות & in Gemaram ſub tit. לחם שלמה ac præterea conciones varias exaraſſe ſub tit. דברי שלמה quæ quidem tria ſcripta ש״י tribuit *Salomoni ben Iſaac Levitæ*; vide paulo poſt ſuo loco, ubi etiam in notis videbis noſtro huic tribuendum videri librum Grammaticum חשק שלמה de quo ſupra p. 340. n. 34.

1957 ר׳ שלמה בן אליעזר הלוי R. SCHELOMO ben ELIESER *Levita*, ſcr.

1) מוֹרֵה צֶדֶק *doctor juſtitiæ*, forte per alluſ. ad Jeſ. IX, 14. i. e. Index omnium locorum Scripturæ, quæ in Gemara explicantur. *C Poli* & *Lublini* in 4.

2) עֲבוֹדַת הַלֵּוִי *miniſterium Levi*, ex *Exod.* XXXVIII. 21. brevis expoſitio eſt, & index in præcepta legis omnia, quæ in Talmud, Mechilta

Si-

phra, Turim, Maimonide, Scriptoribus ritualibus & aliis libris explicantur. *CPoli & Venet.* 305. C. 1545. 4.

ר׳ שלמה בן אליקים פנצי R. SCHELOMO 1958

ben ELIJAKIM PANZI *Rhodiginas*, ſcr.

מַפְתֵּחַ הַגְּמָרָה *clavis Gemaræ*, i.e. delineatio Talmudis generalis in ſex capita diſtincta, quorum I. de definitione Gemaræ. II. De ejusdem objecto. III. De cauſis. IV. De ſignificatione vocis Gemaræ. &c. exponit. Laudat auctor in præfatione R. *Simſonem*, auctorem libri כריתות & R. *Joſ. Levitam*, auctorem הליכות עולם, qui ad Gemaram introducant, doletque, eos omiſiſſe Gemaræ definitionem, quem defectum ipſe nunc ſupplere aggrediatur. Prod. *Venet.* 382. C. 1622. fol. quod tamen ita eſt intelligendum, ut non ſeorſim, ſed in majori Collectione quæ ſub tit. תמת ישרים eo anno prodiit, exſtare credatur: hinc vero illum ſeorſim recudi curavit V. C. *Chriſt. Henr. Rittmeier* Prof. Helmſtad. cum verſione ſua latina *Helmſtad.* 1697. 4. Ejusdem in *Collectaneis Talmudicis*, quæ nunc ſub prelo ſudant, recudendi ſpem fecit *Henricus Jacobus van Baasbuyſen* Prof. Hanovienſis meritiſſimus. Notandum hic eſt, Cl. *Ritmeierum* auctorem noſtrum in titulo vocare R. *Elijakim Panzi Rhodius*, at ipſe auctor in limine libri ſe appellat R. *Salom. ben Elijakim* &c. qua ratione etiam vocatur in ש״ץ, ex quo etiam colligas, eundem librum alias titulum מסורת התלמוד *traditio* ſive *doctrina Talmudis* habuiſſe: dum enim is מפתח הגמרה recenſet, videri ſimul jubet מסורת התלמוד atque hunc editum ait *CPoli* 283. C. 1523. fol. quod itidem de collectione integra puto accipiendum.

ר׳ שלמה אלמולי R. SCHELOMO ALMOLI (t) 1960

vocat, vixit Sæculo XV. medio, & ſcripſit

שַׁרְשׁוֹת גַּבְלֻת *catena terminationis*, ex *Exod.* XXVIII. 22. Dictionarium Hebr. quo omnes radices ſerie literarum usque ad כ comprehenduntur cum additis variorum Rabbinorum interpretationibus, quæ inter ſe conferuntur ita, ut *Kimchius* paſſim vapulet. Bartoloccius ait editum eſſe *CPoli*, & ש״ץ de editione nihil habet, ſed ultra literam

(t) Buxtorf. Marinus & Hottingerus p. 46. B. Orient. *Almouli*, Rich. Simon vero *Amoli*, *Plantavitius* denique n. 719. *Almurinum* vocant. Confer quæ de eo diximus in Hiſtor. Lexic. Hebr. p. 51. ſq.

Digitized by Google

ram כ (in ed. Herbornenſi B. Buxtorf. p. 199. Lexicon hoc dicitur deductum ad literam ב quod eſt typographi vitium) nihil de hoc opere inveniri affirmat, ſicut nec Plantavit. vidit. In Catalogo Grammaticorum ſupra ſub voce דקדוק exhibito, dicitur an. 5200. C. 1440. ſcripſiſſe librum Grammaticum, & Lexicon ſub titulo (u) *Catenularum argentearum.* Hoc puto eſſe Lexicon *Salomonis*, quod infra inter Anon. ſub דברי הימים של משה exſtare dicetur in B. Bodlej.

2) פִּתְרוֹן חֲלוֹמוֹת *de interpretatione ſomniorum* ex *Gen.* XL. 12. ubi ea legas, quæ ad hanc artem ſpectantia in *Talmud*, *Zohar*, & aliis Scriptoribus ſpeciatimque *Joſepho Iuſto* & R. *Hai Gaon* inveniuntur. Summatim oſtenditur, quæ ſomnia boni quid vel mali præſagiant, præterea vero docetur, quomodo ſomnia bona conciliari poſſint, & quid in jejunio veniat obſervandum. Prod. aliquoties *CPoli*, *Cracov. Venet.* 8. *Amſt.* 396. C. 1636. & ibid. 402. C. 1642. ap. *Men. b. Iſrael* pp. 36. ut & cum libro שערי ציון *Wilmersdorf.* 1690. 12. Hunc librum Plantavitius perperam tribuit R. *Hai Gaon*, procul dubio ideo, quia ei multa debet collectos.

1961 ר׳ שלמה אלשמי R. SCHELOMO ELEMI *Luſitanus* (*) ſcripſit

אִגֶּרֶת הַמּוּסָר i. e. epiſtolam parænetıcam moralem eamque moralem *CPoli* 369. C. 1609. 8. ed. & recuſam cum libro דת נשים *Berol.* 1713. 8. plag. 4. per *Joſeph f. Benjamin.*

1962 ר׳ שלמה אלקבץ הלוי R. SCHELOMO ALKABETZ *Levita*, (x) ex urbe Galilææ inferioris *Saphetb*, æqualis R. *Joſ. Karo*, adeoque Sæculo XVI. medio poſt C. N. floruit, & ſcr.

1) אַיֶּלֶת אֲהָבִים *cerva amabilis*, ex *Prov.* V. 19. comment. in Canticum *Venet.* 312. C. 1552. 4. ſecundum ש״ך Bartolocc. poſt Plantavitium affert an. 364. C. 1604. apud *Jo. de Gara.*

2) בֵּית הַשֵּׁם *domus Dei*, liber Cabbaliſticus, teſte ש״ך qui editionem

(u) In Catalogo eorundem Grammat. Hebraico hæc tantum leguntur: ר׳ שלמה בן ר׳ יעקב אלמולי חבר ספר הדקדוק וס׳ השרשים קראו שרשות:

(*) In titulo hæc epiſtola dicitur ab auctore ad diſcipulum quendam ſuum ex Luſitania miſſa.

(x) Eum *Buxtorfius* p. 312. mendoſe *Simeonem* vocat, quo factum eſt, ut *Bartoloccius Simeonem Alkabetz* tanquam ab hoc diſtinctum afferret.

Digitized by Google

nem non memorat: at Bartoloccius ait eſſe comment. in lib *Ruth* CPoli 321. C. 1561. 4. editum, qua in re procul dubio hunc librum confudit cum שורש ישי de quo paulo poſt.

מְנָוֹת הַלֵּוִי *munera Levi* ex *Nehem.* XIII. 10. comm. in lib. *Eſther* in fine accedunt conciones nonnullæ: *Venet.* 345. C. 1585. 4. Plantavit. n. 369. habet annum 350.

4) שׁוֹרֶשׁ יִשַׁי *radix Iſai*, ex *Jeſ.* XI. 10. comm. in librum *Ruth*, qui prodiit *CPoli* 321. C. 1561. 4. quam credo eandem eſſe cum *Cremonenſi* anni 1566. quæ affertur in Catal. Bodlej. & *Lublini* 357. C. 1597. 4. Eum laudat *Jo. Bened. Carpzovius* prolegom. ad Colleg. Bibl. Rabb. in Ruth p. 19. MS. eſt in Biblioth. *Oppenheim.*

5) Ejusdem carmina rhythmica in laudem Sabbati inter preces Hiſpanorum quotidianas legi ex editione Veneta 1656. 8. pag. 77. monet Bartoloccius.

ר׳ שלמה אפרים R. SCHELOMO EPHRAIM, cui 1963
Bartoloc. tribuit lib. כְּלִי יָקָר tanquam comm. in Pentateuchum: at hujus auctor vocatur R. *Ephraim ben Aaron Lundſchütz*, de quo ſupra ſuo loco diximus.

ר׳ שלמה בונפיד R. SCHELOMO BONFED, cujus 1964
epiſtola MS. exſtat in B. Leidenſi inter Codd. Warnerianos in eo volumine, quod ſub tit. ס׳ הכלימה *liber opprobrii* varia exhibet ſcripta, ad religionem Judaicam vel oppugnandam vel tuendam: vide intra hunc titulum כלמה inter Anon. Hic vero obſerva Bartoloccii lapſum admodum obvium, qui auctorem noſtrum appellat R. *Schelomo ben Nachman*, ejusque epiſtolam memorat, qua diſputatio ejus, cum *Privolo* qui Judaismo exceſſerat, in Palatio Barcinonenſi habita, recenſetur. Confudit hic libros binos diverſos, & ex iis unum fecit, non recte inſpecto B. Leidenſis Catalogo, ubi p. 289. n. 62. in recenſione dicti voluminis memoratur inter cetera ſcripta *epiſtola Schelomo Bonfed*, huic vero poſt notam plenæ interpunctionis interpoſitam, quæ diſerte a ſequente diſtinguit, proximæ ſubjungitur *Nachmanidæ* diſputatio cum Priſolo, de qua ſupra ſub *Moſe Nachmanide* diximus.

ר׳ שלמה גאון R. SCHELOMO GAON ſcr. expoſiti- 1965
onem in קדיש quæ MS. exſtat in B. Vatic. fol.

ר׳

1966 ר׳ שלמה בן גבירול בן יהודה R. SCHE-LOMO ben GAVIROL ben *Jehuda*, *Hiſpanus*, *Malacenſis*, floruit prope Cæſarauguſtam an. 4830. C. 1070. teſte *Ganzio* ad hunc annum, ubi a Muſices peritia laudatur. Scripſit is

1) אַזְהָרוֹת paræneſes rhythmicas, quæ incipiunt a verbis שמור לִבִי מַעֲנֶה הַיּוֹ׳ quarum vocum literæ initiales ſi conjungantur, diſerte exprimitur nomen *Schelomo*: his verſibus comprehenduntur præcepta 613. quos in auctario (במוסף) Feſti ſeptem hebdomadarum recitare ſolent Judæi Hiſpani, in quorum *Machſor* excuſi leguntur. Leguntur etiam, in *Machſor Romano*, ed. Venetæ 1626.8. p. 239. Commentatus eſt in illos R. *Moſes ben Chajim Schem Tov*, cujus nomen vide. Confer paulo poſt n. 4.

2) כֶּתֶר מַלְכוּת *corona regni*, ex *Eſther* II, 17. i. e. cantica & preces rhythmicæ in ſingulos dies, quæ libris precum ſecundum ritum Synagogarum Germanic. addi ſolent. Prodiit libellus ſeorſim *Venet.* anno neſcio quo, qui diſſimulatus eſt in Catalogo Bibl. Leidenſis p. 258. ubi dicitur eſſe *Euchologium*. Cum Latina verſione edidit *Fr. Donatus* in libro תפוחי זהב Rom. 1618. 4. *Germanice* converſum prodiit *Amſtelod.* 434. C. 1674. 4. MS. in 8. recenſetur in Catal. B. Segverian. p. 37. Habet etiam *Oppenheimerus*, B. *Jo. Bened. Carpzov.* in Introd. in Theolog. Judaic. p. 80. ait hoc libro agi de Deo divinis ac tributis & operibus adeoque refert ad Theologiam aſceticam.

3) מַחְזוֹר Machſor Hiſpanicum varias preces pro diebus terribilibus, ut & alias diverſi argumenti, exhibet: vide v. c. p. 147. 158. & 196.

4) סֵפֶר מִצְוֹת *liber præceptorum* carmine ſcriptus, & duplici commentario R. *ben Schuſchan* & R. ben *Todros* illuſtratus, Hebr. MS. in B. Bodlej. n. 540. inter Codd. Laudanos n. 59. recenſetur, quem ego a libro אזהרות non puto diſtinguendum.

5) מְקוֹר חַיִּים *fons vitæ*, ex Pſ. XXXVI. 10. liber Philoſophicus MS.

6) שִׁירִים וּזְמִירוֹת *cantica & rhythmi*, hujus noſtri & *Aben Eſra* & R. *Juda Levita* prodiiſſe dicuntur *CPoli* 305. C. 1545. 4.

7) תִּקּוּן מִדּוֹת הַנֶּפֶשׁ *correctio morum animæ*. Hic, ſi lemmati, libello ipſi præmiſſo, credimus, ſcriptus ab auctore eſt in ditione Cæſarau-

Digitized by Google

auguſtana 808. C. 1048. menſe Niſan. Libri ratio hæc eſt, ut ſecundum quinque hominis ſenſus in quinque diſtinguatur partes, quarum unaquæque quatuor habet ſubſectiones, quæ ſingulæ de virtute aliqua præcipiunt, quæ ad illum ſenſum, cui ſectio deſtinata eſt, præ ceteris pertinet. Sic ſectio I. de *Viſu* inſcribitur: ad viſum autem refertur גַּאֲוָה *ſuperbia*, הָעֲנָוָה *humilitas*, הַבּוֹשֶׁת *pudor*, & הָעַזּוּת *pervicacia*. De his itaque argumentis ordine in quatuor illis ſubſectionibus præcipitur, & ſic de ceteris habendum eſt. (y) Prodiit hic liber *Rivæ Trid.* 322. C. 1562. 4. una cum ס׳ הַתַּפּוּחַ & מוסרי הפילוסופים de quibus ſuo loco. Atque huic collectioni datus eſt titulus גֹּרֶן נָכוֹן *area purgata* ex 2. Sam. VI. 6. qui in ſuperiori parte folii primi hujus collectionis expreſſus eſt: quod propterea notandum eſt ne cum Bartoloccio hunc putemus eſſe novi libri, a noſtro ſcripti, titulum. Editor hujus collectionis eſt *Iac.* מרקריאה cujus præfatiuncula præmittitur. Miror ש״י titulum hunc prorſus non memorare. *Tikkun Middoth* prodiit etiam *CPoli* in 4. quæ editio recenſetur in Catalogo B. Leidenſis p. 271. n: 71. ubi dicitur ex Arab. L. in Hebr. converſus a *Jehuda f. Tibbonis.* quod neſcio an recte dicatur; ſaltem in libro ipſo non monetur.

Eum librum per 66. capita de vita ſpirituali agere & MS. eſſe in Vatic. teſtatur Bartoloc. ſub R. *Schelomo ben Jehuda Gavirol*, quem cave a noſtro diſtinguas ejus exemplo.

Eidem Bartoloccius adſcribit librum מבחר הפנינים, tanquam Arabica lingua exaratum, ac deinde a R. *Jehuda Aben Tibbon* hebr. converſum: vide ſupra R. *Jedaja Happenini*. Idem מַעֲמָדוֹת h. e. de ſerie ſtationum Sacerdotalium ſcripſiſſe noſtrum teſtatur, quod ab aliis relatum non legi: vide inter Anon. מעמדות. Non minus eidem tribui debet carmen Grammaticum, quod dicitur מַחְבֶּרֶת שִׁירָה שְׁתוּלָה בְּאַרְבַּע מֵאוֹת בָּתִּים (z) i. e. *compoſitio meditationis plantata in* 400. *Battim* (h. e.

(y) Illam de moribus doctrinam eadem methodo ex noſtro auctore, cujus tamen nomen non memorat, expoſuit *Georg. Gentius* in notis ad *Maimonidæ* Canones Ethicos p. 63-128.

(z) Ita exhibui ſupra in Catalogo Grammaticorum Latino p. 338. quem poſtea hebraice deſcriptum a Vener. *Ungero* nactus, ita has voces exprimendas fuiſſe video: מחברת שירה שקולה בארבע מאות בתים i. e. *compoſitio metrica & quaſi ad pondus appenſa, 400. diſtichis conſtans.* Hinc intelligitur, cur noſter ab *Aben Eſra* ad *Geneſ.* III. vocetur בעל השירים שקולים i. e. *Magiſter canticorum certa dimenſio-*

(h. e. ut interpretor, *ſtrophis*.) Ejusdem carminis meminit *Aben Eſra* in initio libri מאזנים & Catalogus Grammaticorum ſupra ſub voce דקדוק exhibitus. Errat Bartoloccius, quando a noſtro hoc *Salomone b. Gavirol* diſtinguit, præeunte Plantavitio, R. *Salomonem ben Gabriel*, eique tribuit librum גורן נכון quem a *Tikkun Middoth Nephesch*, quem Bartoloccius noſtro tribuit, non diverſum eſſe modo vidimus. Plantavit. n. 112. ait eſſe librum moralem rhythmicum, quem apud R. *Judam Leonem Mutinatem* viderit: ubi ut moralem recte appellat, ita rhythmos fruſtra in libro quæſiveris. Nec magis vere & Plantav. & Bartoloc. noſtro tribuunt יְרִיעוֹת עִזִּים *cortinæ caprarum, Exod.* XXVI. 7. quem librum uterque ajunt eſſe comment. in Legem. Enimvero exſtat hujus tituli liber qui eſt R. *Simſonis f. Schemuel*, de quo ſuo loco, & 613. præcepta rhythmicis verſibus complectitur; cujus generis carmen cum *Salomo* noſter ſcripſerit, quod modo vidimus, ratio in promtu eſt, cur Bartolocc. in ſuum errorem inciderit.

1967 שלמה בן דוד SALOMO fil. DAVIDIS, Rex omnium Sapientiſſimus, cujus ſcripta varia in Sacro Canone exſtant, præter quæ alia eidem falſo inſcribuntur, hoc loco a nobis commemoranda. Sunt autem

סֵפֶר הַחָכְמָה *liber Sapientiæ*, vel ut Nachmanidæ, loco mox citando, & *Schabbatao* in ש״י audit חוכמתא רבתא דשלמה *Sapientia magna Salomonis*, qui a Patribus quidem, quod oſtendit *Valeſius* ad Euſebium p. 94. a. & Serarius ad Bonifacii epiſtol. 1. Salomoni nonnunquam tribuitur, refragante omnino Hieronymo in præf. & *Auguſtino* in Speculo, qui tamen & ipſe *propter quandam eloquii ſimilitudinem*, quam ceteros etiam permoviſſe ait, alibi ſub Salomonis nomine adferre conſuevit. Genuinum Salomonis ſcriptum eſſe ex eo, quod cap. IX. in precatione quadam Salomonea geſta ſibi tribuit, cum Bartoloccio non magis credideris, quam perſuaderi tibi patiaris, tot alia ſcripta illis deberi, quorum perſonam ſumſerunt Scriptores recentioris ætatis. Sed hanc cauſam noſtrates contra Pontificios* jam pridem evice-

ne conſtantium. Poemata ejus admirabilia vocat *Imman. Aboab* p. 280. Nomologiæ, ubi nomen ejus effert *Selomo ben Guibirol*. Eum poeſeos Hebræorum hodiernæ, metro æque ac rhythmis comprehenſæ, auctorem facit *Gilb. Genebrardus* in Chronographia ſua p. 580. ad A. C. MXXX. Adde *Hottingerum* Hiſtor. Eccleſ. N. T. Sæc. XI. p. 507. ſq. & *Wagenſeilii* Peram Juvenilium librorum Parte IV. p. 258. Supra in Catalogo, quem dixi, noſter mendoſe vocatus eſt *filius Gabriel pro Gavirol*.

(*) Neque tamen iidem inter ſe conſentiunt. Cl. Dupin enim p. 14. diſſert. Præliminaris ad

Digitized by Google

evicerunt, noviſſime autem eandem peroravit Celeb. *Gottlieb Wernsdorfius* diſſert. ſingulari, & conjunctiſſimus Collega *Fabricius* meus in Bibliotheca Græca lib. III. p. 735. ſq. contra auctorem Obſervationis XIII. quæ Tomo V. Obſervatt. Selectarum Halenſium continetur, cujus & prolegomena libris Apocryphis, gr. & Lat. editis, præmiſſa conferre licebit. Sufficit, & ſtylum ipſum, qui Hebraicus certe non fuit, teſte Eccleſia Judaica & Hieronymo, & res ætate Salomonis longe recentiores hunc ipſi fœtum abjudicare. *Chaldaica*, (*) & quidem recentioris ævi judice Buxtorf. p. 342. Bibl. R. dialecto exaratum librum hunc legit Nachmanides, quod ipſe adductis ex eo verſibus quibusdam cap. VII. qui Græco contextui exacte reſpondent in præf. comm. in Pentateuchum oſtendit quem locum, ad quem etiam ש״י provocat & *Schalſcheleth* p. 68. b. inde repetiit R. *Aſarias* in Meor *Enajim* p. 375. b. & *Scipio Sgambatus* in Archivis Vet. Teſt. p. 527. Vener. *Muhlius* autem beneficio Codicis ſui MS. p. 5. Apologiæ Talmudicæ emendatiorem dedit. Idem *Aſarias* l. c. in gratiam Regis cujusdam Orientalis ab eo Chaldaice exaratum ſuſpicatur, niſi, quod diſerte addit, translatus potius videatur. Utriusque locum hebr. & Lat. attulit *Voiſinius* ad *Raymundi Martini* Pugionem Fidei p. 126. ed. Lipſ. Auctorem ceteroquin libri pleroſque *Philonem* Seniorem exiſtimare notius eſt, quam ut a nobis moneri debeat: confer tamen, quæ ſupra ſub פילן hanc in rem diximus. Quando *Plantavitius* n. 199. recenſet librum חכמת שלמה & librum ait eſſe concionum R. *Salomonis ben David*, *CPoli* & *Theſſalonicæ* excuſum, confudit librum מלכת דרשות cum libro חכמה & nomen *Salomonis* cum *Salomone* Judæo recentiore, cujus conciones *Theſſalon.* editas exſtare infra ſuo loco oſtendemus.

2) מַפְתֵּחַ שְׁלֹמֹה *clavis Salomonis* in ש״י memoratur MS, tanquam ad evocandos & adjurandos malos genios ſpectans: hæc in variis

Qqqqqq 2

Tom. I. Bibl. Eccleſ. Judæum Helleniſtam auctorem putat, Salomonearum ſententiarum & dictionis imitatorem. Ὁμόψηφον illic habet *Valeſium* ad Euseb. Hiſt. Eccleſ. II. 22 Sic & *Scipio Sgambatus* p. 524. Archivorum V. T. ſententias tantum pleraſque Salomonis eſſe ſtatuit, aut ore traditas, aut commentariis aliorum ſervatas, aut Scriptori divinitus inſpiratas.

(*) Illuſtris *Huetius* in demonſtr. Evangel. & *Sgambatus* libro citato p. 517. Hebraice primum ſcriptum ex Hebraiſmis in Græco ocourrentibus minus ſolide probant, cum illi quidem ex alia cauſa, nempe a Scriptore Helleniſta, repeti commode poſſint, & luculentiora Græciſmi veſtigia in contextu oſtenderit *Steph. Le Moyne* in notis ad Varia Sacra p. 595.

Digitized by Google

quo nomine nemo eſt, qui ejus modi ſcriptum exararit, adeoque de noſtro debet accipi. In B. Oppenheimeriana exſtant hujus Salomonis noſtri qvv. & reſp. MSS. 4. quæ ab editis forte ſunt diſtinctæ. In Catal. Bodlej. laudatur editio *Veneta* 1545.

4) תּוֹלְדוֹת אָדָם *generationes Adami*, ex *Geneſ.* V. qvv. & reſponſ. de cauſis pecuniariis n. 405. poſt priores illas exaratæ: accedunt in fine qvv.& reſp. הר״מה & מהר״יל *Liburni* 417. C. 1657. fol.pp.104. ap.*Iedidja Gabbai. Bartol.* memorat etiam ed. *Bonon.* 238. C. 1578.

5) תּוֹרַת הַבַּיִת *lex domus*, ex *Ezech.* XLIII. 12. ubi de ritibus domeſticis, v. c. de jugulandis animalibus, de cibis licitis & illicitis, de immunditie feminarum &c. agitur, diſtinctus in domos 7. & ſectiones varias. *Cremonæ* 326. C. 1566. 4. ap. *Vinc. Conti* pp. 72 Hæc editio ſine commentariis vocatur תּוֹרַת הַבַּיִת הַקָּצֵר *lex domus ſuccincta*, cui contra diſtinguitur תּוֹרַת הַבַּיִת הָאָרוֹךְ *lex domus major* ſeu *amplior*, ubi præter contextum libri exhibentur commentarii duo, alter in latere altero R. *Aaronis ben Joſeph Levi*, ſub titulo בֶּדֶק הַבַּיִת *fiſſura domus*, ubi notatur paſſim liber *Salomonis* noſtri, alter in latere oppoſito ſub tit. מִשְׁמֶרֶת הַבַּיִת *cuſtodia domus*, qui teſte ש״י auctorem habet vel diſcipulum quendam R. *Salomonis*, vel *Salomonem* ipſum, eo relatus, ut ad animadverſiones illas reſpondeatur. Prod. *Venet.* 368. C. 1608. fol. ap. *Jo. de Gara.* In Catal. Bodlej. laudatur ed. *Veneta* 1568.

6) קִדּוּשִׁין tractatus Talmudicus, cum *Chidduſchin* ſive novellis obſervationibus Salomonis noſtri, & variis aliorum notis prodiit *Sabionetæ* 313. C. 1553. fol.

Ejusdem expoſitt. Morales allegoricorum Talmudis dictorum MSS. in B. Vatic. n. 293. teſte Bartol. qui ab his diſtinguit ejusdem illuſtrationem *Aggadoth* Gemaricarum, quæ ibidem exſtat MS. n. 357.

1946 ר׳ שלמה בן אברהם הכהן R. SCHELOMO ben ABRAHAM *Sacerdos* ſcr.

שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſtiones & reſponſiones*, quarum pars I. prodiit *Theſſalonic.* fol. Pars II. quæ conſtat qvv. 236. una cum novellis explicationibus locorum quorundam in *Toſephoth* Talmudicis. *Venet.* 352. C. 1592. fol. vel ſecundum ש״י potius *Theſſalonic.* 352. C. 1592. quam edit. vidi

Digitized by Google

vidi in B. Oppenheimeri. Pars III. qvv. 122. conſtans prod. *Theſſalonic.* 354. C. 1594. fol.

1947 ר׳ שלמה בן אברהם לניאדו R. SCHELOMO ben ABRAHAM LANIADO, Italus, ſcr. præfationem in librum כלי פז R. *Sam. Laniado.*

1948 ר׳ שלמה בן אברהם ואלגזי R. SCHELOMO ben ABRAHAM ALGASI, quem *Hendreichius* in Pandectis p. 114 cum *Sam. Algaſi* confundit floruit Sæc. XVII. medio & ſcripſit:

1) אַהֲבַת עוֹלָם *amor ſæculi*, ex Jerem. XXXI. 3. quo titulo vocatur pars una ex quatuor partibus concionum ejus, quæ innititur columnis mundi tribus quæ ſunt *cultus Dei*, *Lex & Beneficentia*, *CPoli* 407. C. 1647. & *Francof. ad Viadr.* 453. C. 1693. 4.

2) אַפִּרְיוֹן שְׁלֹמֹה *thalamus Salomonis*, ex *Cant.* III. 9. 10, conciones ſingulares in Legem, circumciſionem, nuptias &c. *Veron.* 409. C. 1649. 4. *Francof. ad Viadr.* 452. C. 1692.

3) הֲלִיכוֹת אֵלִי *inceſſus Dei mei*, ex Pſalm. LXVIII. 25. expoſitio regularum Talmudicarum & phraſium in *Toſephoth* occurrentium ſecundum literarum ſeriem. *Smyrnæ* 423. C. 1663. 4.

4) זְהַב שֵׂיבָה *aurum ſenectutis*, expoſitio Gemaræ & Toſephoth variorum codicum: in calce occurrunt סוגיות פרה ורחל. *Furthi* apud Ioſ. ben Schelomo Salman, in 4. pp. 113.

5) יָבִין שְׁמוּעָה *intelliget concionem*, ex *Jeſ.* XXVIII. 9. comment. in librum *Halichoth olam*, vel potius in R. *Joſ. Karo* expoſitionem, quam in dictum librum ſcripſit ſub tit. כללי הגמרא. Prodiit una cum ipſo libro & *Joſ. Karo* commentario *Venet.* 399. C. 1639. fol. In Catal. Bodlej. laudatur ed. anni 1645. quæ a priori illa non eſt diſtincta.

6) לֶחֶם סְתָרִים *panis abſconſionum*, ex *Prov.* IX. 17. novellæ expoſitiones in Cod. *Avoda Sara*, *Raſchium* & *Toſephoth*. Venet. 424. C. 1664. 4.

7) מַעֲלֶפֶת סַפִּירִים *tectum ſapphiris* ex *Cant.* V. 14. libellus moralis ſecundum triginta dies menſis diſpoſitus & de variis argumentis moralibus v. c. de præſtantia Legis, præceptorum, creationis Angelorum, paradiſo, gehenna, anima &c. præcipiens & tribus columnis, *Legis cultus & beneficentiæ* innixus: excuſus primo *Smyrnæ* ſumtibus *Schelomo f.* Mo-

Moſis Eſra ac recuſus *Amſtelod.* 463. C. 1703. 8. Tituli rationem eam reddit auctor in præfatione, quod verba ſint ſapphirina, eademque ex libro *Zohar* collecta.

8) רְצוּף אַהֲבָה *ſtratum amore* vel *pavimentum amoris* ex *Cantic.* III. 9. 10. quia quaſi ſubſtratum eſt libro hujus auctoris, qui dicitur אהבת עולם. Commentatur ibi in 340. *Toſephoth* ſive additiones Talmudicas, quæ afferuntur in libro עין ישראל ut partem concionum ejus conſtituere debeant. Prodiit liber ex curis ſecundis auctior 409. C. 1649. 4. & Francof. ad Viadr. pp. 104.

9) שֵׁמַע שְׁלֹמֹה *fama Salomonis*, ex 2. *Chronic.* IX. 1. conciones in Legem ſecundum ordinem Paraſcharum usque ad Deuteronom. *Smyrnæ* 419. C. 1659. 4. & *Amſt.* 470. C. 1710. apud *Moſen Dias* pp. 68. MS habet *Oppenheim.*

10) תַּאֲוָה לָעֵינַיִם *deſiderabilis oculis* ex *Geneſ.* II. comment. in narrationes, quæ exſtant in עין יעקב *Theſſalonic.* 415. C. 1655. 4. & *Sulsbaci* 447. C. 1687. pagg. 124.

1949 ר׳ שלמה בן אברהם נאוורה R. SCHELOMO ben ABRAHAM NAVARA, Judæus converſus: vide ſupra זרח יום טוב. Eſt is nepos R. *Salom. Meir ben Moſche.*

1950 ר׳ שלמה בן אברהם פניאל R. SCHELOMO *ben Abraham* PANIEL, cujus eſt

• אור עֵינַיִם *lux oculorum*, ex *Pſalm.* XXXVIII. 11. ubi agitur de dominio (h. e. ut interpretor, influxu) ſtellarum in ſex dies creationis, atque adeo ſimul exponitur ratio creationis, fatorumque, quæ Patriarchis V. T. & filiis eorum eventura in Paraſchis ſubindicata oſtenduntur. *CPoli & Cremonæ* 317. C. 1557. 4. Sæpius hunc librum citat *Gilb. Gaulminus* in notis ad libros de Vita & morte Moſis v. c. p. 186. 242. 259. &c. ubi is librum vocat מאור עינים, auctorem vero dicit *Salomonem Panielidem.* *Schabtæus* in libro ipſo auctorem ſimpliciter appellat *Salomonem ben Abraham*, in Indice vero Auctorum alphabetico *Salomonem ben Abraham* פניאל. Hunc puto eſſe librum, quem Buxtorf. ut ἀνώνυμον recenſet argumenti Cabbaliſt. Cremonæ editum, quamvis alius ipſi teſtatus ſit, eum ad comparandas artes per 613. præcepta ſpectare.

1951 ר׳ שלמה בן אברהם הפרחון R. SCHELOMO ben Abraham HAPPARCHON

מַחְבֶּרֶת

מַחְבָּרוֹת *comoſitiones*, qui liber alias etiam dicitur ס׳ הַפַּרְחוֹן *liber Parchon*: eſt autem Lexicon Hebraicum R. Davidis Kimchii & alios Lexicographos antiquitate antecellens, conſcriptum A. M. ſecundum Epocham Judaicam 4921. h. e. ante annos 450. (C. 1161.) raræ notæ, & unicum in toto, ut exiſtimo, orbe exemplar. Collegit illud auctor ex R. *Saadia Gaon*, R. *Jehuda ben Chiug*, R. *Jona ben Gana*, *Arabicis Gloſſariis*, item R. *Samuele Haunagid*, R. *Salomon* הנגוך. Uſus eſt præceptoribus R. *Ephraim*, R. *Jehuda Levita*, R. *Aben Eſra*, exaratum eleganti charactere, in membr. fol. Ita Codicem hunc deſcribit Lambec. Tom. I. Comm. Bibl. Vindob. p. 177. & inde *Neſſelius* p. 149. n. 17. Conf. *Georg. Hier. Velſchius* de *Ruzname Naurus* p. 121. MS. habet *Oppenheim*. Schabtæus hunc librum eadem fere ratione tanquam MS. memorat, at minus recte inter præceptores ejus numerat R. *Dav. Kimchium*, quo noſter hic ætate fuit ſuperior, deinde vero pro Salom. הנגוך nominat *Salom.* הקטון. Hoc teſtimonio procul dubio nixus eſt B. *Theoph. Spizelius*, quando in Catalogo B. Vindobon. p. 70. in Arcanis Bibliothecarum Sacris retectis affirmat, Lexicon hoc & antiquitate & præſtantia ſuperare Kimchianum, quod utrumque negat Bartoloccius; poſterius forte recte (quamvis nihil hic definiri poſſit, niſi quis utrumque compararit,) prius vero perperam, ſi quidem tempus Lexici conſignati recte ſit computatum. Hoc enim incidit in annum 1161. cum Kimchius demum floruerit an. 1192. Illam temporis rationem confirmat Catalogus Grammaticorum ſupra exhibitus, ubi noſter hic *Aben Eſra*, uno tantum interjecto, poſtponitur, Kimchiis vero præponitur. Deniq; non omittendum eſt, catalogum Grammaticorum, de quo ſupra p. 336. noſtro huic *librum radicum* tribuere, qui de ipſo libro מחברות vel etiam, quod malim, de verſione Hebraica libri שרשים a *R. Jona ben Ganach* ſcripti, intelligendus eſt. Hunc *Parchon* enim interpretatum eſſe illum librum, ſupra monuimus ſub *Jona ben Ganach*. Ex hoc libro, qui dictus eſt היסוד, multa *Simſon Punctator* retulit in ſuum חבור הקונים de quo ſub ejus nomine dicemus.

2) Idem hebr. tranſtulit Ibn Ragel librum Aſtrologicum Arabice ſcriptum, de quo ſupra diximus ſub אלי אבן רגל p. 144.

ר׳ שלמה בן׳ אברהם בן שלמה 1952
מאורבינו R. SCHELOMO ben *Abraham* ben *Schelomo* URBINAS flor. an. 260. C. 1500.

Digitized by Google

אהל מועד *tentorium conventus*, ex *Exod.* XXXIII. 7. eſt dictionarium Hebraicum, quo comprehenduntur Synonyma Hebraica *Venet:* 308. C. 1548. 4. apud *Marc. Anton. Juſtinianum* pp. 117. Methodus auctoris hæc eſt, ut circa quamcunque vocem primo loco formalem & generalem quandam notionem adferat, hinc diverſos ejus ſignificatus breviter memoret, additis ad ſingulos locis Scripturæ idoneis, iisque vocalibus inſtructis. Sub finem monet auctor, ſe inprimis conſuluiſſe Targumim & varios Interpretes, a quibus tamen ſubinde deſertus ad proprium ſe ingenium receperit. Singularum vocum explicatio incipit a phraſi המלה אשר הונחה לתורות h. e. *vox hæc adhibetur ad ſignificandum*, quæ voces per *Raſche Tevoth* h. e. literis ſingularum initialibus conjunctis exprimuntur hoc modo האהל i. e. *Haohel*, qui cum ſit ipſius libri titulus, patet, unde hic auctori natus ſit. In fine exſtat ſeries vocum omnium, in libro ipſo expoſitarum, una cum ſignificatu formali. Abſolvit illud auctor 260. C. 1500.

In Catalogo Bibl. Medic. Pluteo II. n. 33. exſtare dicitur R. *Salomonis ben Aaron ben Schemuel Ohel Möed* ſ. dictionar. Hebr. in 4. ed. quod procul dubio noſtri eſt.

1953 ר׳ שלמה מהאדומים R. SCHELOMO de RUBEIS ſcr.

הַשִּׁירִים אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה *Cantica Salomonis*, ex *Cantic.* I. 1. hymni ſacri octo notis Muſicis inſtructi & ad laudem divinam comparati. *Venet.* 383. C. 1623. 4. tom. 8. teſte Bartoloccio: non habet ש״ו.

ר׳ שלמה בן אדרת v. R. *Schelomo f. Abrah. f. Adderetb.*

1954 ר׳ שלמה אוהב R. SCHELOMO OHEF ſcripſit

שֶׁמֶן הַטּוֹב *oleum bonum* ex *Ieſ.* XXXIX. 2. de quo libro jam diximus ſupra ſub *Aharone* הכהן cujus זקן אהרן cum hoc prodiit.

Librum hunc MS. habet R. *Dav. Oppenheimer.*

1955 ר׳ שלמה די אוליוירה R. SCHELOMO de OLIVERA Luſitanus & Rabbinus inter ſuos Amſtelodam. Sæc. XVII. medio & ulterius, ſcripſit

1) אַיֶּלֶת אֲהָבִים *cerva amabilis* ex *Prov.* V. 19. parabolæ & ingenioſe dicta argumenti moralis *Amſtelod.* 425. C. 1665. 8. inſtar Rhetoricæ cujusdam.

2)

Digitized by Google

2) דַּל שְׂפָתָיִם *oſtium labiorum*, ex Pſ. CXLI. 3. Gramm. Chaldaica cum additionibus vocum quarundam Hebr. in ejusdem libro עץ חיים omiſſarum. Prodiit cum יד לשון.

3) דַּרְכֵי נֹעַם *via jucunda*, ex Prov. III. 17. quam ipſe ait eſſe Logicam Rabbinicam. Exhibet autem expoſitionem Hebraicam variarum formularum & rationum loquendi Gemaricarum, ſecundum literarum ſeriem. *Amſtelod.* 448. C. 1688. 8. p. 48.

4) דַּרְכֵי יְהוָה *via Domini*, ex *Exod.* II. 22. i. e. Index præceptorum alphabeticus, ex quo intelligitur primo quidem, quo in loco Scripturæ quodque eorum fundetur, deinde vero ubi in Talmude vel Maimonide, vel *Iacobi Cotſenſis* libro præceptorum aliisve ejusmodi libris explicetur, *Amſtelod.* 449. C. 1689. in 8. apud Uri fil. Aaron Levi pp. 32.

5) יַד לָשׁוֹן *manus ſive inſtrumentum linguæ*, i. e. Grammat. Hebr. Luſitanice ſcripta, & ex מרפא לשון contracta *Amſtelod.* 449. C. 1689. 8. ap. *Dav. Tartas* cum דל שפתים plagg. 11.

6) Ejusdem *Lexicon Hebræo-Luſitanum* prodiit *Amſtelod.* 442. C. 1682. cujus hæc eſt ratio, ut poſita radice Hebr. addantur loci Scripturæ, in quibus exſtat, una cum expoſitione Luſitanica nudæ vocis.

7) שַׁרְשׁוֹת גַּבְלֻת *catena terminationis*, *Exod.* XXVIII. 22. quo libro collectæ ſunt voces omnes in eandem terminationem deſinentes, in eorum uſum, quos rhythmica carmina ſcribere juvat. Ibidem omnia metrorum & carminum genera habentur.

8) תְּקוּפַת הַשָּׁנָה *revolutio anni*, ubi agitur de computo Aſtronomico & ratione conciliandi menſes Lunares cum Solaribus. Liber in ſeptem ſectiones eſt diſtinctus, & in limine exponitur, quomodo Sanhedrin, auditis αὐτοπτῶν teſtimoniis, Novilunium proclamarit. Deinde in ipſo libro omnia ad anni Judaici rationem pertinentia diffuſe explicantur, ita ut ſectione I. omnes mundi partes inde a ſtellis usque ad elementa recenſeantur, una cum tabula, ex qua ſitus regnorum & provinciarum orbis habitabilis cognoſcitur. II. De omnibus anni partibus dicitur, menſibus item & diebus, una cum tabula omnium annorum ætatis mundi. III. De computo Aſtronomico Noviluniis, & Solſtitiis, cum tabulis huc pertinentibus. IV. De eo quomodo menſes Lunares cum Solaribus conciliari, & ad æqualem computum revocari poſſint per tabulas. V. Quomodo tabulæ Aſtronomiæ gentium cum Judæis comparari poſſint. VI. Afferuntur tabulæ multæ ad hoc doctrinæ genus facientes. VII.

 Fun-

phra, Turim, Maimonide, Scriptoribus ritualibus & aliis libris explicantur. *CPoli & Venet.* 305. C. 1545. 4.

ר' שלמה בן אליקים פנצי R. SCHELOMO 1958
ben ELIJAKIM PANZI *Rhodiginas*, ſcr.

מַפְתֵּחַ הַגְּמָרָה *clavis Gemaræ*, i.e. delineatio Talmudis generalis in ſex capita diſtincta, quorum I. de definitione Gemaræ. II. De ejusdem objecto. III. De cauſis. IV. De ſignificatione vocis Gemaræ. &c. exponit. Laudat auctor in præfatione R. *Simſonem*, auctorem libri כריתות & R. *Ioſ. Levitam*, auctorem הליכות עולם, qui ad Gemaram introducant, doletque, eos omiſiſſe Gemaræ definitionem, quem defectum ipſe nunc ſupplere aggrediatur. Prod. *Venet.* 382. C. 1622. fol. quod tamen ita eſt intelligendum, ut non ſeorſim, ſed in majori Collectione quæ ſub tit. תמת ישרים eo anno prodiit, exſtare credatur: hinc vero illum ſeorſim recudi curavit V. C. *Chriſt. Henr. Rittmeier* Prof. Helmſtad. cum verſione ſua latina *Helmſtad.* 1697. 4. Ejusdem in *Collectaneis Talmudicis*, quæ nunc ſub prelo ſudant, recudendi ſpem fecit *Henricus Jacobus van Baashuyſen* Prof. Hanovienſis meritiſſimus. Notandum hic eſt, Cl. *Ritmeierum* auctorem noſtrum in titulo vocare R. *Elijakim Panzi Rhodius*, at ipſe auctor in limine libri ſe appellat R. *Salom. ben Elijakim* &c. qua ratione etiam vocatur in ש"ך, ex quo etiam colligas, eundem librum alias titulum מסורת התלמוד *traditio* ſive *doctrina Talmudis* habuiſſe: dum enim is מפתח הגמרה recenſet, videri ſimul jubet מסורת התלמוד atque hunc editum ait *CPoli* 283. C. 1523. fol. quod itidem de collectione integra puto accipiendum.

ר' שלמה אלמולי R. SCHELOMO ALMOLI (t) 1960
vocat, vixit Sæculo XV. medio, & ſcripſit

שַׁרְשֶׁרֶת גַּבְלֻת *catena terminationis*, ex *Exod.* XXVIII. 22. Dictionarium Hebr. quo omnes radices ſerie literarum usque ad נ comprehenduntur cum additis variorum Rabbinorum interpretationibus, quæ inter ſe conferuntur ita, ut *Kimchius* paſſim vapulet. Bartoloccius ait editum eſſe *CPoli*, & ש"ך de editione nihil habet, ſed ultra literam

(t) Buxtorf. Marinus & Hottingerus p. 46. B. Orient. *Almouli*, Rich. Simon vero *Amoli*, *Plantavitius* denique n. 719. *Almurinum* vocant. Confer quæ de eo diximus in Hiſtor. Lexic. Hebr. p. 55. ſq.

Digitized by Google

ram נ (in ed. Herbornenſi B. Buxtorf. p. 199. Lexicon hoc dicitur deductum ad literam ב quod eſt typographi vitium) nihil de hoc opere inveniri affirmat, ſicut nec Plantavit. vidit. In Catalogo Grammaticorum ſupra ſub voce דקדוק exhibito, dicitur an. 5200. C. 1440. ſcripſiſſe librum Grammaticum, & Lexicon ſub titulo (u) *Catenularum argentearum.* Hoc puto eſſe Lexicon *Salomonis*, quod infra inter Anon. ſub דברי חומים של משה exſtare dicetur in B. Bodlej.

2) פִּתְרוֹן חֲלוֹמוֹת *de interpretatione ſomniorum* ex *Gen.* XL. 12. ubi ea legas, quæ ad hanc artem ſpectantia in *Talmud*, *Zohar*, & aliis Scriptoribus ſpeciatimque *Joſepho Juſto* & R. *Hai Gaon* inveniuntur. Summatim oſtenditur, quæ ſomnia boni quid vel mali præſagiant, præterea vero docetur, quomodo ſomnia bona conciliari poſſint, & quid in jejunio veniat obſervandum. Prod. aliquoties *CPoli*, *Cracov. Venet.* 8. *Amſt.* 396. C. 1636. & ibid. 402. C. 1642. ap. *Men. b. Iſrael* pp. 36. ut & cum libro שערי ציון *Wilmersdorf.* 1690. 12. Hunc librum Plantavitius perperam tribuit R. *Hai Gaon*, procul dubio ideo, quia ei multa debet collectos.

1961 ר׳ שלמה אלשמי R. SCHELOMO ELEMI *Luſitanus* (*) ſcripſit

אִגֶּרֶת הַמּוּסָר i. e. epiſtolam paræneticam moralem eamque moralem *CPoli* 369. C. 1609. 8. ed. & recuſam cum libro דת נשים *Berol.* 1713. 8. plag. 4. per *Joſeph f. Benjamin.*

1962 ר׳ שלמה אלקבץ הלוי R. SCHELOMO ALKABETZ *Levita*, (x) ex urbe Galilææ inferioris *Sapheth*, æqualis R. *Joſ. Karo*, adeoque Sæculo XVI. medio poſt C. N. floruit, & ſcr.

1) אַיֶּלֶת אֲהָבִים *cerva amabilis*, ex *Prov.* V. 19. comment. in Canticum *Venet.* 312. C. 1552. 4. ſecundum ש״י Bartolocc. poſt Plantavitium affert an. 364. C. 1604. apud *Jo de Gara.*

2) בֵּית הַשֵּׁם *domus Dei*, liber Cabbaliſticus, teſte ש״י qui editionem

(u) In Catalogo eorundem Grammat. Hebraico hæc tantum leguntur: ר׳ שלמה בן ר׳ יעקב אלמולי חבר ספר הדקדוק וס׳ השרשים קראו שרשות׃

(*) In titulo hæc epiſtola dicitur ab auctore ad diſcipulum quendam ſuum ex Luſitania miſſa.

(x) Eum *Buxtorfius* p. 312. mendoſe *Simeonem* vocat, quo factum eſt, ut *Bartoloccius Simeonem Alkabetz* tanquam ab hoc diſtinctum afferret.

Digitized by Google

nem non memorat: at Bartoloccius ait eſſe comment. in lib *Ruth* CPoli 321. C. 1561. 4. editum, qua in re procul dubio hunc librum confudit cum שורש ישי de quo paulo poſt.

מְנוֹת הַלֵּוִי *munera Levi* ex *Nehem.* XIII. 10. comm. in lib. *Eſther* in fine accedunt conciones nonnullæ: *Venet.* 345. C. 1585. 4. Plantavit. n. 369. habet annum 350.

4) שֹׁרֶשׁ יִשַׁי *radix Iſai*, ex *Jeſ.* XI. 10. comm. in librum *Ruth*, qui prodiit *CPoli* 321. C. 1561. 4. quam credo eandem eſſe cum *Cremonenſi* anni 1566. quæ affertur in Catal. Bodlej. & *Lublini* 357. C. 1597. 4. Eum laudat *Jo. Bened. Carpzovius* prolegom. ad Colleg. Bibl. Rabb. in Ruth p. 19. MS. eſt in Biblioth. *Oppenheim.*

5) Ejusdem carmina rhythmica in laudem Sabbati inter preces Hiſpanorum quotidianas legi ex editione Veneta 1656. 8. pag. 77. monet Bartoloccius.

ר׳ שלמה אפרים R. SCHELOMO EPHRAIM, cui Bartoloc. tribuit lib. כְּלִי יָקָר tanquam comm. in Pentateuchum: at hujus auctor vocatur R. *Ephraim ben Aaron Lundſchütz*, de quo ſupra ſuo loco diximus. 1963

ר׳ שלמה בונפיד R. SCHELOMO BONFED, cujus epiſtola MS. exſtat in B. Leidenſi inter Codd. Warnerianos in eo volumine, quod ſub tit. ס׳ הכלימה *liber opprobrii* varia exhibet ſcripta, ad religionem Judaicam vel oppugnandam vel tuendam: vide intra hunc titulum כלמה inter Anon. Hic vero obſerva Bartoloccii lapſum admodum obvium, qui auctorem noſtrum appellat R. *Schelomo ben Nachman*, ejusque epiſtolam memorat, qua diſputatio ejus, cum *Privolo* qui Judaismo exceſſerat, in Palatio Barcinonenſi habita, recenſetur. Confudit hic libros binos diverſos, & ex iis unum fecit, non recte inſpecto B. Leidenſis Catalogo, ubi p. 289. n. 62. in recenſione dicti voluminis memoratur inter cetera ſcripta *epiſtola Schelomo Bonfed*, huic vero poſt notam plenæ interpunctionis interpoſitam, quæ diſerte a ſequente diſtinguit, proximæ ſubjungitur *Nachmanidæ* diſputatio cum Priſolo, de qua ſupra ſub *Moſe Nachmanide* diximus. 1964

ר׳ שלמה גאון R. SCHELOMO GAON ſcr. expoſitionem in קִדּוּשׁ, quæ MS. exſtat in B. Vatic. fol. 1965

ר׳

Digitized by Google

1966 ר׳ שלמה בן גבירול בן יהודה R. SCHELOMO ben GAVIROL ben *Jehuda*, *Hiſpanus*, *Malacenſis*, floruit prope Cæſarauguſtam an. 4830. C. 1070. teſte *Ganzio* ad hunc annum, ubi a Muſices peritia laudatur. Scripſit is

1) אַזְהָרוֹת paræneſes rhythmicas, quæ incipiunt a verbis שמור ליבי מענה היר: quarum vocum literæ initiales ſi conjungantur, diſerte exprimitur nomen *Schelomo*: his verſibus comprehenduntur præcepta 613. quos in auctario (במוסף) Feſti ſeptem hebdomadarum recitare ſolent Judæi Hiſpani, in quorum *Machſor* excuſi leguntur. Leguntur etiam, in *Machſor Romano*, ed. Venetæ 1626. 8. p. 239. Commentatus eſt in illos R. *Moſes ben Chajim Schem Tov*, cujus nomen vide. Confer paulo poſt n. 4.

2) כֶּתֶר מַלְכוּת *corona regni*, ex *Eſther* II. 17. i. e. cantica & preces rhythmicæ in ſingulos dies, quæ libris precum ſecundum ritum Synagogarum Germanic. addi ſolent. Prodiit libellus ſeorſim *Venet.* anno neſcio quo, qui diſſimulatus eſt in Catalogo Bibl. Leidenſis p. 258. ubi dicitur eſſe *Euchologium*. Cum Latina verſione edidit *Fr. Donatus* in libro תפוחי זהב Rom. 1618. 4. *Germanice* converſum prodiit *Amſtelod.* 434. C. 1674. 4. MS. in 8. recenſetur in Catal. B. Segverian. p. 37. Habet etiam *Oppenheimerus*, B. *Jo. Bened. Carpzov.* in Introd. in Theolog. Judaic. p. 80. ait hoc libro agi de Deo divinis ac tributis & operibus adeoque refert ad Theologiam aſceticam.

3) מַחְזוֹר Machſor Hiſpanicum varias preces pro diebus terribilibus, ut & alias diverſi argumenti, exhibet: vide v. c. p. 147. 158. & 196.

4) סֵפֶר מִצְוֹת *liber præceptorum* carmine ſcriptus, & duplici commentario R. *ben Schuſchan* & R. ben *Todros* illuſtratus, Hebr. MS. in B. Bodlej. n. 540. inter Codd. Laudanos n. 59. recenſetur, quem ego a libro אזהרות non puto diſtinguendum.

5) מְקוֹר חַיִּים *fons vitæ*, ex Pſ. XXXVI. 10. liber Philoſophicus MS.

6) שִׁירִים וְזְמִירוֹת *cantica & rhythmi*, hujus noſtri & *Aben Eſre* & R. *Juda Levita* prodiiſſe dicuntur *CPoli* 305. C. 1545. 4.

7) תִּקּוּן מִדּוֹת הַנֶּפֶשׁ *correctio morum animæ.* Hic, ſi lemmati, libello ipſi præmiſſo, credimus, ſcriptus ab auctore eſt in ditione Cæſarau-

Digitized by Google

auguſtana 808. C. 1048. menſe Niſan. Libri ratio hæc eſt, ut ſecundum quinque hominis ſenſus in quinque diſtinguatur partes, quarum unaquæque quatuor habet ſubſectiones, quæ ſingulæ de virtute aliqua præcipiunt, quæ ad illum ſenſum, cui ſectio deſtinata eſt, præ ceteris pertinet. Sic ſectio I. de *Viſu* inſcribitur: ad viſum autem refertur גַּאֲוָה *ſuperbia*, הָעֲנָוָה *humilitas*, הַבּוֹשֶׁת *pudor*, & הָעַזּוּת *pervicacia*. De his itaque argumentis ordine in quatuor illis ſubſectionibus præcipitur, & ſic de ceteris habendum eſt. (y) Prodiit hic liber *Rivæ Trid.* 322. C. 1562. 4. una cum מוסרי הפילוסופים & ס׳ הַתַּפּוּחַ de quibus ſuo loco. Atque huic collectioni datus eſt titulus גֹּרֶן נָכוֹן *area purgata* ex 2. Sam. VI. 6. qui in ſuperiori parte folii primi hujus collectionis expreſſus eſt: quod propterea notandum eſt ne cum Bartoloccio hunc putemus eſſe novi libri, a noſtro ſcripti, titulum. Editor hujus collectionis eſt *Iac.* מרקריאה cujus præfatiuncula præmittitur. Miror ש״י titulum hunc prorſus non memorare. *Tikkun Middoth* prodiit etiam *CPoli* in 4. quæ editio recenſetur in Catalogo B. Leidenſis p. 271. n: 71. ubi dicitur ex Arab. L. in Hebr. converſus a *Jehuda f. Tibbonis.* quod neſcio an recte dicatur; ſaltem in libro ipſo non monetur.

Eum librum per 66. capita de vita ſpirituali agere & MS. eſſe in Vatic. teſtatur Bartoloc. ſub R. *Schelomo ben Jehuda Gavirol*, quem cave a noſtro diſtinguas ejus exemplo.

Eidem Bartoloccius adſcribit librum מבחר הפנינים, tanquam Arabica lingua exaratum, ac deinde a R. *Jehuda Aben Tibbon* hebr. converſum: vide ſupra R. *Jedaja Happenini.* Idem מַעֲמָדוֹת h. e. de ſerie ſtationum Sacerdotalium ſcripſiſſe noſtrum teſtatur, quod ab aliis relatum non legi: vide inter Anon. מעמדות. Non minus eidem tribui debet carmen Grammaticum, quod dicitur מַחֲבֶּרֶת שִׁיחָה שְׁתוּלָה בְּאַרְבַּע מֵאוֹת בָּתִּים (z) i. e. *compoſitio meditationis plantata in* 400. *Battim* (h.e.

Qqqqqq

(v) Illam de moribus doctrinam eadem methodo ex noſtro auctore, cujus tamen nomen non memorat, expoſuit *Georg. Gentius* in notis ad *Maimonidæ* Canones Ethicos p. 63-128.

(z) Ita exhibui ſupra in Catalogo Grammaticorum Latino p. 338. quem poſtea hebraice deſcriptum a Vener. *Ungero* nactus, ita has voces exprimendas fuiſſe video: מחברת שירה שקולה בארבע מאות בתים i. e. *compoſitio metrica & quaſi ad pondus appenſa, 400. diſtichis conſtans.* Hinc intelligitur, cur noſter ab *Aben Eſra* ad *Geneſ.* III. vocetur בעל השירים שקולים i. e. *Magiſter canticorum certa dimenſio-*

(h. e. ut interpretor, *ſtrophis.*) Ejuſdem carminis meminit *Aben Eſra* in initio libri מאזנים & Catalogus Grammaticorum ſupra ſub voce דקדוק exhibitus. Errat Bartoloccius, quando a noſtro hoc *Salomone b. Gavirol* diſtinguit, præeunte Plantavitio, R. *Salomonem ben Gabriel,* eique tribuit librum גורן נכון quem a *Tikkun Middoth Nephesch*, quem Bartoloccius noſtro tribuit, non diverſum eſſe modo vidimus. Plantavit. n. 112. ait eſſe librum moralem rhythmicum, quem apud R. *Judam Leonem Mutinatem* viderit: ubi ut moralem recte appellat, ita rhythmos fruſtra in libro quæſiveris. Nec magis vere & Plantav. & Bartoloc. noſtro tribuunt יְרִיעוֹת עִזִּים *cortinæ caprarum, Exod.* XXVI. 7. quem librum uterque ajunt eſſe comment. in Legem. Enimvero exſtat hujus tituli liber qui eſt R. *Simſonis f. Schemuel*, de quo ſuo loco, & 613. præcepta rhythmicis verſibus complectitur; cujus generis carmen cum *Salomo* noſter ſcripſerit, quod modo vidimus, ratio in promtu eſt, cur Bartolocc. in ſuum errorem inciderit.

1967 שְׁלֹמֹה בֶּן דָּוִד SALOMO fil. DAVIDIS, Rex omnium Sapientiſſimus, cujus ſcripta varia in Sacro Canone exſtant, præter quæ alia eidem falſo inſcribuntur, hoc loco a nobis commemoranda. Sunt autem

סֵפֶר הַחָכְמָה *liber Sapientiæ*, vel ut Nachmanidæ, loco mox citando, & *Schabbatæo* in ש״י audit חוכמתא רבתא דשלמה *Sapientia magna Salomonis*, qui a Patribus quidem, quod oſtendit *Valeſius* ad Euſebium p. 94. a. & Serarius ad Bonifacii epiſtol. 1. Salomoni nonnunquam tribuitur, refragante omnino Hieronymo in præf. & *Auguſtino* in Speculo, qui tamen & ipſe *propter quandam eloquii ſimilitudinem*, quam ceteros etiam permoviſſe ait, alibi ſub Salomonis nomine adferre conſuevit. Genuinum Salomonis ſcriptum eſſe ex eo, quod cap. IX. in precatione quadam Salomonea geſta ſibi tribuit, cum Bartoloccio non magis credideris, quam perſuaderi tibi patiaris, tot alia ſcripta illis deberi, quorum perſonam ſumſerunt Scriptores recentioris ætatis. Sed hanc cauſam noſtrates contra Pontificios* jam pridem evice-

ne conſtantium. Poemata ejus admirabilia vocat *Imman. Aboab* p. 280. Nomologiæ, ubi nomen ejus effert *Selomo ben Guibirol.* Eum poeſeos Hebræorum hodiernæ, metro æque ac rhythmis comprehenſæ, auctorem facit *Gilb. Genebrardus* in Chronographia ſua p. 580. ad A. C. MXXX. Adde *Hottingerum* Hiſtor. Eccleſ. N. T. Sæc. XI. p. 507. ſq. & *Wagenſeilii* Peram Juvenilium librorum Parte IV. p. 258. Supra in Catalogo, quem dixi, noſter mendoſe vocatus eſt *filius Gabriel pro Gavirol.*

(*) Neque tamen iidem inter ſe conſentiunt. Cl. Dupin enim p. 14. diſſert. Præliminaris ad

Digitized by Google

evicerunt, noviſſime autem eandem peroravit Celeb. *Gottlieb Wernsdorfius* diſſert. ſingulari, & conjunctiſſimus Collega *Fabricius* meus in Bibliotheca Græca lib. III. p. 735. ſq. contra auctorem Obſervationis XIII. quæ Tomo V. Obſervatt. Selectarum Halenſium continetur, cujus & prolegomena libris Apocryphis, gr. & Lat. editis, præmiſſa conferre licebit. Sufficit, & ſtylum ipſum, qui Hebraicus certe non fuit, teſte Eccleſia Judaica & Hieronymo, & res ætate Salomonis longe recentiores hunc ipſi fœtum abjudicare. *Chaldaica*, (*) & quidem recentioris ævi judice Buxtorf. p. 342. Bibl. R. dialecto exaratum librum hunc legit Nachmanides, quod ipſe adductis ex eo verſibus quibusdam cap. VII. qui Græco contextui exacte reſpondent in præf. comm. in Pentateuchum oſtendit quem locum, ad quem etiam ש״י provocat & *Schalſcheleth* p. 68. b. inde repetiit R. *Aſarias* in Meor *Enajim* p. 375. b. & *Scipio Sgambatus* in Archivis Vet. Teſt. p. 527. Vener. *Muhlius* autem beneficio Codicis ſui MS. p. 5. Apologiæ Talmudicæ emendatiorem dedit. Idem *Aſarias* l. c. in gratiam Regis cujusdam Orientalis ab eo Chaldaice exaratum ſuſpicatur, niſi, quod diſerte addit, translatus potius videatur. Utriusque locum hebr. & Lat. attulit *Voiſinius* ad *Raymundi Martini* Pugionem Fidei p. 126. ed. Lipſ. Auctorem ceteroquin libri plerosque *Philonem* Seniorem exiſtimare notius eſt, quam ut a nobis moneri debeat: confer tamen, quæ ſupra ſub פילון hanc in rem diximus. Quando *Plantavitius* n. 199. recenſet librum חכמת שלמה & librum ait eſſe concionum R. *Salomonis ben David*, *CPoli* & *Theſſalonicæ* excuſum, confudit librum חכמה cum libro דרשות & nomen *Salomonis* cum *Salomone* מלכו Judæo recentiore, cujus conciones *Theſſalon.* editas exſtare infra ſuo loco oſtendemus.

2) מַפְתֵּחַ שְׁלֹמֹה *clavis Salomonis* in ש״י memoratur MS. tanquam ad evocandos & adjurandos malos genios ſpectans: hæc in variis

Qqqqqq 2

Tom. I. Bibl. Eccleſ. Judæum Helleniſtam auctorem putat, Salomonearum ſententiarum & dictionis imitatorem. Ομόψηφον ille habet *Valeſium* ad Euseb. Hiſt. Eccleſ. II. 22 Sic & *Scipio Sgambatus* p. 524. Archivorum V. T. ſententias tantum plerasque Salomonis eſſe ſtatuit, aut ore traditas, aut commentariis aliorum ſervatas, aut Scriptori divinitus inſpiratas.

(*) Illuſtris *Huetius* in demonſtr. Evangel. & *Sgambatus* libro citato p. 517. Hebraice primum ſcriptum ex Hebraiſmis in Græco occurrentibus minus ſolide probant, cum illi quidem ex alia cauſa, nempe a Scriptore Helleniſta, repeti commode poſſint, & luculentiora Græciſmi veſtigia in contextu oſtenderit *Steph. Le Moyne* in notis ad Varia Sacra p. 595.

Digitized by Google

riis Bibliothecis Latine & germ. MS. exſtat, qua utraque, & expurgata quidem exſtitit in Bibliotheca Triglandina, cujus Catatalogum vide inter MSS. Orientalia p. 24. lit. P. Prodiit quoque germ. ſub titulo Theoſophiæ Pneumaticæ an. 1626. 4. Huc referri debent Solemnes formulæ adjurandi dæmones, quas Salomoni tribui veteres, nominatim *Joſephus* VIII. 2. Antiquitt. Judaic. de quo loco lege *Jo. Lomeierum* de Bibliothecis cap. III. §. 3. *Nicetas Choniates* in Annalibus lib. IV. c. 7. pag. 160. &alii monuerunt. Ioſephi locum citatum cum attuliſſet *Albardus Uchtmannus* ad librum *Bechinat Olam* p. 300. addit: *talem quoque vel ſimilem Salomonis librum hodie habet & monſtrat Judæus Metenſis.* Huc etiam pertinet

2) מַעֲשֵׂה אַשְׁמְדַאי *hiſtoria Aſchmodai* dæmoniorum Principis per Salomonem capti, ut ab eo edoceretur, ubi vermiculus שמיר ad exſtruendum Templum neceſſarius inveniri poſſet. Hæc narratio ex locis Talmudicis procul dubio conflata, MS. exſtat in Vatic. 4. teſte Bartoloc. Tom. I. p. 490. ſq. Lege, ſi placet, *Gittin* c. 7. p. 61. & *Sota* c. 9. p. 48. Eadem, puto, hiſtoria eſt, qu: de rebus Salomonis & ejus colloquio cum Asmodæo in calce Codicis Biblici Hebræi, librum Jobi & Pſalmos complexi, exſtare dicitur in Catalogo MSS. B. *Hinckelmanni* n. 164. Codex ille in membrana in 4. A. C. 1161. exaratus eſt. Germanice Iudæorum de hac re commenta leges, ſi placet, apud Eiſenmengerum Parte I. Judaismi Detecti p. 351. ſqq. Adde *Bocharti* Hierozoicon. Parte II. p. 842. Buxtorfium in Lexico Talmudico voce שמיר & *Wagenſeil*, ad Sota p. 1073. In libro מוסרי הפילוספ׳ de quo ſupra ſub *Chananja bar Iſaac* egimus, ſect. II. c. 21. fingitur Salomon aliquando dæmones 110. ad ſe congregaſſe, & ex ſingulis dictum aliquod ſapientiæ plenum requiſiviſſe. Hæc apophthegmata deinde ordine recenſentur, & in calce a Salomone literis conſignata feruntur, ne ſcilicet hæc ab impoſtore profecta quisquam ſuſpicaretur. *Gaulminus* in notis ad libb. de Vita & Morte Moſis p. 338. ita. *Eſt tamen apud Magos ἐπαοιδῆς* (incantationis) *ſpecies δεσμὸς θεῶν ſeu vinculum Deorum ſive dæmonum dicta, cujus auctorem Salomonem Judæi perhibent, de illa multa diximus ad libellum de throno Salomonis, ſive Æthiopicam fabulam, quam his diebus in venatione Latinam fecimus.*

4) ס׳ רְפוּאוֹת *librum Medicinæ* quem Hiskias abſcondiſſe dicitur in Codice *Peſachim* cap. IV. Miſna IX. quidam interpretantur de libro hujus aagumenti a Salomone ſcripto, quod teſtatur in notis ſuis Maimonides ipſe diſſentiens, quando ita ſcribit: *Prolixus eſſe volui in hocce, eo quod mihi*

Digitized by Google

mihi expoſuerunt, quod Schelomo compoſuiſſet librum Medicinæ, ut quando quis ægrotabat, aut aliqua infirmitas ei oboriebatur, remedium quæreret ex illo libro ut illi accideret id, quod ſcriptum eſt de eo, quod ſanabatur. Quando autem animadvertebat, quod homines non confidebant in Deo, removit eum librum atque abſcondidit. Sed conſideres, velim, malum, quod inde ortum eſt, atque abſurdum omnino: & quomodo Chiskiæ attribuerunt ignorantiam, cujusmodi nec ipſi plebi attribuenda ſit, & ſic etiam neque ſocietati Sapientum, qui hoc ipſi conceſſerunt Regi &c. Ipſe Maimonides, huic opinioni contradicens, librum illum Medicum Aſtrologorum figuras ſive τελέσματα, vel etiam remedia veneni expoſuiſſe putat. Ceterum *Kimchius* ad 1. Regg. IV. 33. & 2. Regg. XX. eum, quem putat, Salomonis librum a Judæis frequenter conſultum ſtatuit. Similia *Nachmanidæ & Gerſonidæ* teſtimonia lege apud *Scipionem Sgambatum* in Archivis V. T. p. 312. & *Hottingerum* in Theſauro Philolog. lib. II. c. 2. §. 2.

5) תְּהִלִּים *Pſalmi* quoque octodecim ſub Salomonis nomine circumferuntur, qui a Jo. Ludovico de la Cerda græce & Latine primum Lugd. 1628. fol. iin calce Adverſariorum Sacrorum editi, emendatius autem a conjunctiſſimo Collega meo *Jo. Alberto Fabricio* recuſi ſunt in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 915. ſqq.

De reliquis quæ Salomoni falſo tribuuntur, qualia ſunt 1) *epiſtolæ* ad *Vaphrem* Ægypti, & *Hiramum*, Tyri Regem 2) *quæſtiones* eidem ab aliis & aliis ab ipſo propoſitæ 3) *lib. de gemmis & dæmonibus* 4) *Herbarium.* 5) *liber Medicus* ab Ezechia abolitus 6) *precatio*, quæ a verbo ישתבח incipit. 7) Διδαχὴ & Hygromantia ad filium *Roboam* 8) *Teſtamentum*, quod *Gaulminus* Græce MS. habuit. 9) *Thronus Salomonis*, de quo ejusdem Gaulmini locum paulo ante attulimus 10) libri Magici varii, quorum titulos plures affert Naudæus in apologia pro Magis cap. 15. p. 324. ſqq. 11) *liber de lapide Philoſophico.* 12) *Somnia Salomonis*, quæ cum Onirocritico Danielis Venet. 1516. 4. prodierunt: de his, inquam, omnibus & ſingulis lege, quæ diligenter, ut ſolet, monuit laudatiſſimus Fabricius libro citato p. 1020. ſqq. De iisdem multus eſt *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 524. ſqq. & Cl. *Auguſt. Calmet* in præfat. ad comment. ſuos in libros Salomonis Pariſ. 1713. 4. edd.

Huc non pertinet מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה *proverbia Salomonis*, quem hiſtorias varias complecti, & *CPoli* 278. C. 1518. editum eſſe teſtatur ש״י *Venetam* editionem anni 365. C. 1605. habet *Oppenheimerus.* Ejusdem

tituli librum a R. *Gedalja fil. Jechija* de ſomniorum interpretatione ſcriptum ſupra p. 278. memoravimus.

Secretum Secretorum, quod ſub Salomonis nomine in Biblioth. Cæſarea MS. exſtare ſcribit Bartoloc. Tom. IV. p. 374. vix puto eſſe diſtinctum ab eo, quod Ariſtoteli tribui ſupra oſtendimus p. 222. ubi etiam Judaicam memoravimus fabulam de libris Salomonis ab Ariſtotele exſcriptis p. 219. ſqq. Adde illis locum R. *Schem Tov ben Joſeph ben Palkeira*, quem ex libro ejus המעלות MS. in eandem ſententiam affert *Buxtorfius* in notis ad librum *Coſri* p. 32. ubi inter cetera hæc quoque verba legas: *& ipſe Salomo conſcripſit libros Phyſicos & Theologicos, qui vero per exilia perierunt. Quod enim dicitur*: Locutus eſt præterea de arboribus, a cedro, quæ eſt in Libano, ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete, locutus eſt inſuper de Animalibus & de volatilibus, & de reptilibus, & de Piſcibus 1. *Regg.* IV. 33. *id teſtatur, quod ſcripſerit libros de proprietatibus omnium animalium, de illorum temperamentis, naturis & compoſitionibus, quæ omnia pertinent ad Philoſophiam naturalem & Theologiam &c.*

De libris Salomonis ad profana argumenta ſpectantibus & deperditis, quos Sacer Codex ipſi tribuit 1. Regg. IV. 32. ut & de דִּבְרֵי שְׁלֹמֹה *Chronico Salomonis*, lege, præter Interpretes, B. *Waltherum* in Officina Biblica p. 1184. ſqq. & plures, qui de conditione librorum ſacrorum expoſuerunt.

ר׳ שלמה דוראן R. SCHELOMO DURAN *ben Zemach* nepos R. *Schimmon ben Zemach*, per compendium dicti רשב״ץ: vide infra R. *Schelomo ben Zemach Duran.*

ר׳ שלמה דוראן R. SCHELOMO DURAN *ben Simeon*: v. R. *Schelomo ben Simeon Duran.*

1968 ר׳ שלמה הירש R. SCHELOMO HIRSCH ſcripſit germanice pro religione Judæorum, teſte Hoornbeckio de convincendis Iudæis p. 27.

1969 ר׳ שלמה הטיאס R. SCHELOMO HATTIAS, cui comm. in Pſalmos tribuit Bartoloccius, nomen fictum eſt ex R. *Schelomo* עטיאס *fil. Schem Tov* quem infra ſuo loco dabimus, ſicut & ipſe Bartoloccius huic iterum tribuit, adeoque eundem bis, ſemel recte, deinde minus emendate memorat.

Digitized by Google

ר' שלמה וואליריאו R. SCHELOMO VALE- 1970
RIO ſcr. comment. in quinque Megilloth, quem ש"י & ceteri omnes tantum quod ad argumentum memorant ſub tit. ביאור i. e. expoſitio.

ר' שלמה בן וירגא R. SCHELOMO ben VIR- 1971
GA fil. *Jebuda*, (qui in *Nic. Antonii* Bibl. Hiſpan. Vet. Tom. II. p. 236. a. *Salom. ben Vega* & in *Scipionis Sgambati* Archivis V. T. p. 401. bis *Salom. Verno* utrinque mendoſe vocatur,) Hiſpanus, arte Medicus, teſte ש"י claruit Sæc. XV. inclinante & ſcr.

שֵׁבֶט יְהוּדָה *ſceptrum Judæ*, quo titulo partim ad Geneſ. XLIX. v. 10. partim ad nomen ſuum alludit partim boni ominis cauſa uſus eſt: ipſe enim in præfatione teſtatur ſe ideo hunc libro titulum præſcripſiſſe, ut Deus reſtituat *regnum Juda* per Meſſiam ben David, qui ex tribu Juda ſit oriturus. Libri illius ſummam recte ad hæc capita revocat *Georg. Gentius* in præfatione ad verſionem ſuam Latinam, ut 1) calamitates & exilia referantur, quibus Judæi a variis gentibus in variis Orbis partibus vexati ſunt. 2) Aliquot ſcelerati Pſeudo-Meſſiæ eorumque pœnæ ſcelere dignæ narrentur. 3) Quædam in Talmude obſcure & fabuloſe dicta ſubtiliter explicentur. 4) Controverſiæ inter Judæos & Chriſtianos agitatæ ſtrictim proponantur. 5) Modus explicetur, quem in creando Principe ſuo olim Hebræi obſervarint. 6) Fabrica Sacræ Ædis Hieroſolymit. delineetur una cum ratione ſacrorum, quæ a Pontifice maximo in feſto Expiationis celebrantur. 7) Ritus deſcribantur, qui in immolando agno Paſchali obſervati olim ſunt. Prodiit liber ſæpius nempe *Adrianopoli* 314. C. 1554. 4. *Neapoli*: *Pragæ* 369. C. 1609. 4. apud *Gerſonem fil. Joſ. Bezalel* pp. 50. *Amſtelod*. 415. C. 1655. 8. 460. C. 1700. cum additionibus R. *Schabtai Meier* de quibus ſuo loco & 469. C. 1709. apud *Schelomo ben Joſeph Probs* pp. 64. in 12. & *germanice Cracov*. 351. C. 1591. & *Amſtelod*. 408. C. 1648 4. ut & 460. C. 1700. *Gentius* vero in præf. *Venetam*, *Theſſalonicenſem* & *CPolitanam*, omiſſis tamen annis, recenſet, qui addit *Luſitanice* verſum a Judæo Luſitano prodiiſſe *Amſtelod*. & germanice literis Hebraicis *Pragæ* primum, deinde *Amſtelod*. lucem vidiſſe.

In germ. verſione quædam fruſtra quæri, quæ in Hebr. obvia ſint, oſtendit Vener. *Jo. Wulferus* in notis ad Theriacam Judaicam p. 253. Ex illa germ. ea quæ de ritu, quo Princeps Iſraelis in Babylonia olim doctus

doctus fuerit, & quo Princeps Iſraelis Babyloniæ Regem olim adierit germ. exhibet Jo. Buxtorfius in Grammat. Hebr. Theſauro p. 654. ſqq. ut & narrationem de *Eldavid*, Pſeudo Meſſia p. 622. ſq.

Latina interpretatio cura *Georg. Gentii*, qui tamen præfationem auctoris, conſilio minus probando, omiſit, vulgata eſt ſub titulo: *Hiſtoria Judaica res Judaorum ab everſa Æde Hieroſolymitana ad hac fere tempora complexa. Amſtelod.* 1651. 4. & 1680. verſio elegans quidem ſed nimio & adfectato latinitatis ſtudio facta. Hinc apparet, erraſſe *Iſaacum Voſſium*, quando in Appendice ad LXX. Intt. Hiſtoriam illam Judaicam a libro שבט יהודה diſtinctam judicat, ex merito ideo notatus a M. Chriſtiano Reineccio in diſſert. de Traditione Eliana §. 7. ubi plura de hoc libro. Eundem jam antea latine verterat *Honorius* Ciſterc. Monachus, (qui an. 1452. floruit) ſi credimus *Carolo de Viſch* in Biblioth. Sacri Ordinis Ciſtercienſi & Imbonato p. 76. b. Biblioth. Latino-Hebr. Notas quas *Gentius* in præf. pollicetur, fruſtra exſpectarunt eruditi. Candorem & fidem in hac hiſtoria, ut in ceteris monimentis hiſtoricis, paſſim deſiderarunt docti: hujus laude excidit auctor præ nimio ſtudio, doctrinam, eloquentiam, prudentiam & innocentiam ſuorum prædicandi, ſicut & diſputationem Iudæorum cum Hieronymo a S. Fide habitam cum inſigni Judæorum laude finitam teſtatur p. 269. edit. Lat. quam tamen aliter cecidiſſe ſuo loco oſtendimus. Nihilominus tamen, etiam in ipſa hac diſputatione recenſenda in importunos Judæorum mores invehitur. Orationes a ſuis habitas integras promulgandi occaſionem ſubinde captat, non ſine additis elogiis vide v. c. p. 114. Allegat *Nic. Liranum* p. 23. & *Thomam*, neſcio quem, forte *Aquinatem*, quem de Judæorum exſilio colloquentem cum Rege Hiſpaniæ introducit p. 17. ſq. A Scriptore domeſtico *Ganzio* reprehenditur noſter ad annum 3775. eo nomine, quod Auguſtum Imperatorem Judæos magna clade affeciſſe dicat, quæ tamen nullis hiſtoriarum monimentis conſtet. Laudat libellum B. Carpzov. ad Schickardi Opus Regium Hebr. p. 80. ſq.

Præter hunc librum exaravit noſter

שֵׁבֶט עֶבְרָתוֹ *virga indignationis ſuæ*, ex *Thren*. III. 1. cujus ipſe meminit in libro priori n. 50. p. 318. verſ. Lat. ubi refert, ſe in eo libro cladem Toletanam fuſe deſcripſiſſe: allegat eundem iterum p. 388.

1972 שלמה זלמן בן דוד R. SCHELOMO SALMAN fil. *David*, Cilicenſis Sileſius, qui claruit Sæculo XVII. exeunte, auctor eſt com-

commentarii in lib. עין יעקב ex Interpretibus aliis collecti, qui cum ipſo libro aliquoties prodiit. Vide ſupra *Jacob fil. Chaviv.* Idem Amſtelod. varios libros in lucem protulit, v. c. R. Chajim Sacerd. מקור חיים alios autem recudi fecit.

ר׳ שלמה זלמן צבי R. SCHELOMO SALMAN ZEVI: vide ſupra R. זלמן *Zevi.*

ר׳ שלמה זלמן בן יהודה R. SCHELOMO 1973

SALMAN fil. *Jehuda Löw*, ex ſtirpe Aaronis adhuc ſuperſtes & in variis Belgii ac Germaniæ urbibus ita verſari ſolitus, ut pueris inſtituendis operam ſuam collocaret. Scripſit סֵפֶר בִּנְיַן שְׁלֹמֹה *librum ædificii Salomonis* h. e. Grammaticam Hebraicam Sacram, Francof. ad Mœn. 468. C. 1708. 4. 1. alphab. 6. plagg. quæ tamen Judæis ſe adeo non probavit ob antiquiores Grammaticos & Doctores, Aben Eſram, Kimchium, Eliam Levitam, Iſaacum Abarbanelem & alios liberius notatos, ut de eo flammis delendo cogitarent Rabbini Francofurtenſes, niſi mitiora aliorum conſilia, & ipſius auctoris palinodia obſtitiſſent. Diſtinctum eſt hoc ædificium in duodecim domos, quæ in diverſa abeunt conclavia, ſuis ſingula feneſtris inſtructa. Grammatica itaque eſt abſoluta, nec elementaris tantum, ſed ſimul exegetica & inprimis ad interiorem Syntaxeos Hebraicæ ac idiotiſmorum rationem manu ducens: digna quoque, quæ a Chriſtianis evolvatur. Fuſiorem libri recenſionem habes in Relationibus Innoxiis vernacula lingua editis an. 1713. p. 57. ſqq. Conqueritur auctor, ſubinde de ſtudio Grammatico inter ſuos nimis neglecto, & diligentius tractando. Caſtigat auctorem ob libidinem alios reprehendendi R. *Aſarias ben Moſche* in fine præfationis ad librum precum, quem cum inſtructione de Grammatica lectione edidit Berolini 1713.

שלמה זלמן בן יצחק SCHELOMO SALMAN 1974

fil. *Iſaac* edidit Patris ſui conciones in Paraſchas legis cum nonnullis ſuis acceſſionibus *Francof. ad Viadr.* 451. C. 1691. 4.

שלמה זלמן SCHELOMO SALMAN fil. *Moſis Raphael,* 1975

Londinenſ. forte adhuc ſuperſtes librum תִּקּוּנֵי שַׁבָּת auctiorem edidit. Vide hunc tit. ſuo loco ſub ת. inter Anonym.

Digitized by Google

1976 ר׳ שלמה בן חנוך R. SCHELOMO ben CHANOCH

CPolitanus quomodo vocatur Bartoloccio, quem ש״י ſimpliciter vocat *Salomonem CPolit.* Scripſit comm. in Pentat. ſub tit. מְגַלֶּה עֲמוּקוֹת *revelans profunda*, ex *Job.* XII. 22. quo difficiliora quædam Pentateuchi loca contra mentem veterum Rabbinorum explicari ait Bartol. Compoſitus liber eſt an. 5113. C. 1353. MS. in Vatic. ש״י ait eſſe commentarium Philoſophicum.

1977 שלמה בן חסדי SCHELOMO ben CHASDAI, hujus

manu deſcripta exſtant Biblia Hebræa cum commentariis *Jarchii*, *Aben Eſra*, *Dav. Kimchii*, & R. *Levi ben Gerſon*, itemque Maſora, & quidem anno 5157. C. 1397. fol. in Bibl. Medic. Pluteo II. n. 1.

1978 ר׳ שלמה בן חריזי R. SCHELOMO ben CHARISI

ſcripſit אִגֶּרֶת הַמּוּסָר *epiſtolam moralem*, quam is ex Græco Ariſtotelis Arabice convertit, filius vero ejus *Jehuda* Hebraicam fecit. MS. in Bibl. Vindobon. In B. *Oppenheimer*. exſtat ed. Rivæ Trid. 320. C. 1560. confer ſupra אריסטוטליס n. 20.

1979 ר׳ שלמה הרקסון R. SCHELOMO CHARCHESON, cujus poemata Hebræa MSS. exſtant in B. Bodlej. n. 5444. inter Pocockianos n. 117.

1980 ר׳ שלמה בן טוראת R. SCHELOMO ben TASRAT diſcipulus הרש״בא i. e. R. *Salomonis ben Adrath* floruit an. 5090. C. 1330. teſte *Juchaſin* p. 133. b. & ſcripſit eodem auctore librum חֻקּוֹת הַדַּיָּנִים *de ſtatutis Judicum*. Alii aliis acceptam ferunt, qua de re vide ſuo loco inter Anon. ſub ח. Hic notandum in ש״י ubi hic liber recenſetur pro *Schelomo* ben טוראת mendoſe legi ben טודרוס, quod etiam in Indice retinetur.

1981 ר׳ שלמה בן יאיש R. SCHELOMO ben JAISCH,

cujus commentarius in Aben Eſram ſuper Legem MS. exſtat in B. Bodlej. n. 5915. inter *Codd. Huntington.* n. 169.

ר׳

Digitized by Google

ר' שלמה בן ר' יהודה גבירול R. SCHELOMO ben R. *Iehuda* GAVIROL v. ſupra R. *Iehuda ben Gavirol.*

ר' שלמה בן יהושע R. SCHELOMO fil. JOSUÆ 1982

alias dictus *Salman*: ed. *Iedaja Happenini* librum בחינת עולם.

ר' שלמה יהודה ליאון R. SCHELOMO JEHU- 1983

DA LEON, Hebraicarum Scholarum apud Judæos Luſitanos præfectus, eorumque Eccleſiæ Rabbinus, & Ordinis Senatorii, qui ipſis בֵּית דִין dicitur, Collega tertius, quem Surenhuſius p. 2. præfat. ad Miſchnam laudat, quod ducentas & amplius figuras a patre *Iacobo Iehuda Leon* ſibi relictas in commune commodum ſibi ſuppeditarit. Eum acutum concionatorem & Poetam vocat R. Dan. Levi de Barrios in Vita Iſaaci Uſielis p. 40. ubi ejus in *Uſielem* carmen adfert.

שלמה בן יוסף פרובס SCHELOMO fil. JO- 1984

SEPH PROBS, Bibliopola inter Judæos, cujus induſtriæ varii Hebræorum libri recuſi debentur. v. c. שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה *Amſtel.* 457. C. 1697. 8. & Pſalterium Hebr. ibid. 463. C. 1703. 16.

ר' שלמה בן יוסף בן יעקב R. SCHELOMO 1985

fil. JOSEPH f. *Iacob*, qui comm. Maimonidæ in Ord. נזיקין ex Arab. hebraicum fecit. v. *Moſes b. Maimon.*

ר' שלמה בן ר יהודה תיבון R. SCHELOMO 1986

ben R. Jehuda TIBBON, qui floruit Sæculo XIII. medio & ſcripſit

פֵּירוּשׁ עַל הַתּוֹרָה *comment in Legem*, ut & volumen aliud ſub titulo

יִקָּווּ הַמַּיִם *congregentur aquæ*, ex Gen. I.: quem librum Philoſophicum fuiſſe teſtatur ש"י, quo explicatæ ſint cauſæ, quare aquæ & maria non obruant & cooperiant terram. MS. Utrumque librum memorat *Schalſcheleth* p. 54. b- & poſteriorem ſine argumento: addit tamen alibi ſe legiſſe, quod auctor ſit *Samuel ben Tibbon.* Bartoloccius ex ejusdem

 fide

Digitized by Google

ſide refert auctorem fuiſſe R. *Moſe ben Tibbon*, ſed id quidem *Schalſcheleth* non dicit. Idem Hebraice convertit Ariſtotelis librum *de Meteoris*, quem MS. habuiſſe ſe Bartoloccius teſtatur p. 481. Tomo I. Idem Tomo IV. p. 788. noſtri verſionem Hebr. Operis Logici Maimonidæi MS. in Vatic. exſtare ait, quam tamen p. 106. rectius tribuerat R. *Moſi ben Salom. Tibbon*.

1987 ר׳ שלמה בן יחיון R. SCHELOMO ben JACHIJUN cujus commentationem (חבור) ſine tituli & argumenti mentione memorat *Schalſcheleth* p. 42. b. ubi de anno Maimonidæ natali ex eo refert, & iterum p. 51. b.

1988 ר׳ שלמה בן יחייא R. SCHELOMO JACHIJA fil. *Joſephi* qui vixit Sæc. XIII. poſt C. N. inclinante, & juvenis obiit, cujus immaturam mortem carmine lugubri proſecutus eſt Judæus, quod refertur in *Schalſcheleth* p. 59. b.

1989 ר׳ שלמה יחייא בן דוד R. SCHELOMO JACHIJA ben *David* eruditione inter ſuos claruit, floruitque Sæculo XIV. ſed nihil ſcripſit: v. *Schalſcheleth* p. 63. a.

1990 ר׳ שלמה בן יחייא R. SCHELOMO ben JACHIJA, quem Bartoloccius teſtatur Grammatica & Philoſophica quædam ſcripta edidiſſe ac vixiſſe A. M. 5303. C. 1543. ſed ego talem non invenio in *Schalſcheleth*; cujus auctor p. 63. b. teſtatur, *Salomonem* quendam *Jachiadem* Rhodi 297. C. 1537. obiiſſe, cujus tamen nullum ſcriptum recenſet.

1991 ר׳ שלמה בן יעקב R. SCHELOMO ben JACOB, *Sacerdos Juſtitiæ*, h. e. ex genere Sacerdotali vertit librum *Ben Sira* Germ. *Amſtelod.* 420. C. 1660. 4.

ר׳ שלמה בן יעקב אלמולי vide infra R. *Schemuel ben Jacob Almoli*.

ר׳ שלמה בן יצחק R. SCHELOMO ben ISAAC *Sacerdos Juſtitiæ* vide infra ſub Simeone ben Jochai, ubi de זהר חדש.

ר׳

Digitized by Google

ר׳ שלמה בן יצחק R. SCHELOMO fil. ISAAC, 1992

Hieroſolymit. edi curavit R. *Iſaaci* fil. *Ioſephi*, comment. in *Ruth* ſub tit. מגלה סוד הגאולה Savionet. 311. C. 1551. 12.

ר׳ שלמה בן יצחק R. SCHELOMO ben ISAAC, 1993

(a) ſive ISAACIDES, per compendium literarum רש״י *Raſchi* i. e. ר׳ שְׁלֹמֹה יִצְחָקִי ut diſertis verbis interpretatur *Schalſcheleth* p. 47. a. (b) quod alii (c) minus recte legunt *Schelomo Iarchi* (*) ex quo factum eſt, ut nonnulli *Iarchium* hunc ab *Iſaacide* illo diſtinguerent. (d) Natus is eſt

(a) Hujus ipſe eruditionem laudat in comment. ad Tract. *Avoda Sara* fol. 75. a. quem a doctrina & pietate commendat *Schalſcheleth* p. 48. a. Sunt & qui Parentem Noſtri illum eſſe volunt, quem Raſchi paſſim in commentariis ſuis vocat R. *Iſaac fil. Samuelis* Narbonenſem v. c. 1. *Chron.* XVIII. 3. 2. *Chron.* XXIV. 14. Geneſ. XXXVII. 20. & 1. *Sam.* I. 24. Sicut ſimpliciter R. *Iſaacum* vocat ad *Gen.* l. c. Confer שפתי חכמים ad *Gen.* l. c. & V. C. *Jo. Frider. Breithaupt* in notis ad comment. Raſchii in eundem locum p. 1.

(b) Sic & Juchaſin p. 130. b. noſtrum vocat R. *Salom. fil. Iſaac.*

(*) Ceteroquin non ignotum alias prorſus Judæis Jarchii nomen eſt, ceu patet ex iis quæ ſupra n. 299. diximus; unde etiam conjectura adſequor, familiæ nomen olim fuiſſe.

(c) Ita explicat *Buxtorfius* in Abbreviaturis Hebr. p. 105. omiſſa prorſus altera *Iſaacida* appellatione, quod ejus exemplo fecerunt plerique omnes ex Chriſtianis, etiam *Vorſtius* in verſione *Zemach David* p. 143. ubi tamen in Hebræo nihil tale habetur. Quando vero recogito, Judæis hoc nomen Jarchii circa noſtrum eſſe ignotum, præterea illam nominaa per ראשי תיבות rationem apud eos eſſe receptam, quæ prænomen cum Parentis nomine, ceu fit v. c. in רד״ק, רמ״בן, רמבם &c. conjungit, hic autem locum non invenit; & denique nullam hujus appellationis rationem reddi poſſe: In illorum ſententiam facilis diſcedo, qui Jarchii nomen uſu magis quam certa ratione illi tribui exiſtimant. Ita ſentiunt *Rich. Simon* in Catalogo Auctorum Hiſtoriæ Criticæ V. T. ſubjuncto, p. 152. & Tom. IV. B. Crit. ep. 25. *Jo. Acoluthus* de Aquis Amaris p. 12. ſq. *Th. Crenius* in Animadverſ. Hiſtor. Philol. Part. V. p. 186. Vener. *Valent. Erneſt. Laſcherus* p. 101. Comm. de cauſis L. Hebr. & doctiſſimus mihique amiciſſimus *Matur. Veyſſiere La Croze* in dialogis de diverſis argumentis Hiſtoricis gall. ed. p. 175. Nec fuit quiſquam, qui *Jarchii* nomen aliqua veri ſpecie ornaret, ſi excipias *Conſtantinum L' Empereur* (qui & ipſe ad *Jachiadæ* comm. in Danielem p. 228. recte appellat) in notis ad *Benjaminis Tudel.* Itinerarium p. 149. ubi cum ab auctore p. 6. inter eos, quos *Lunelli*, Galliæ oppido in provincia Occitania fuiſſe dixerat, *Salomonem Sacerdotem* memorari vidiſſet, eum de noſtro accipiendum ſuadet, monetque, eum ירחי a *Lunel* appellari, quia hoc a Latina voce *Luna* quam Hebræi יָרֵחַ vocant, nomen acceperit. Debere hoc videtur L' Empereur Schic-

eſt non *Treviris*, unde *Buxtorfius* p. 445. & alii quidam cum eo *Trevirenſem* (e) vocant, nec *Lunelli* in Gallia, (f) ſpeciatimque Occitaniæ pro-vin-

kardo noſtro, qui p. 270. *Bechinath Happeruſchim* Jarchium a ירח quaſi *Lunarem* dictum ait, ſed ad *Lunel* tamen tanquam patriam non provocat. Enimvero quamvis hæc a patria denominandi ratio Judæis non inſolens ſit, hic tamen locum non tuebitur, quia, quod in textu paulo poſt oſtendemus, Judæi omnes eum non *Lunelenſem*, ſed *Trecenſem* faciunt, deinde vero *Tudelenſis* per *Salomonem* illum Sacerdotem non noſtrum Iſaacidem, ſed procul dubio alium intellexit. Salomon enim noſter plerisque obiiſſe putatur an. 1105. Tudelenſis vero, qui non niſi vivos, & ſibi viſos memorare alias ſolet, circa annum demum 1170. iter ſuum fecit. Vidit hanc exceptionem ipſe L'Empereur, eamque eludere conatus eſt, dicendo, hoc exemplo conſtare, Benjamin eos quandoque, qui obierant, Doctores recenſere. Quæ reſponſio nemini, credo, faciet ſatis, qui ſimile exemplum ex tota illa itineris enarratione dari ſibi non poſſe noverit. Taceo, non ſequi, ſi Benjamin noſtrum *Lunelli* vel maxime viderit, eum inde oriundum fuiſſe; omitto etiam, Benjaminem tantum Doctorem non ſine inſigni honoris præfatione, quam aliis longe minoris famæ permittere ſolet, commemoraturum fuiſſe, cujus nomen ſimpliciter appellat: ne dicam *Sacerdotis* nomen noſtro alibi non tribui. Recte itaque adhuc origo nominis *Jarchii* deſideratur, quæ cum non pateat, appellatio ipſa merito rejicitur. *Acoluthus* p. 5. ad Tract. de Aquis Amaris confictì nominis originem repetit vel ex doloſo Judæi Chriſtianum edocentis ingenio, vel, quod magis probat, ex imperitia Judæi Doctoris Salomonem Iſaacidem cum *Samuele Jarchinæo*, de quo ſuo loco dicemus, confundentis derivat. De qua conjectura ſentiat quisque, quod volet: poſterior illa origo mihi non ſit probabilis, cum nulla ſit inter *Salomonem* יצחקי & *Samuelem* ירחיני vel quod ad nomen, vel quod ad cetera convenientia, quæ vel imperitiſſimo confuſionis materiam præbere potuerit. Nobis hic ſuffecerit oſtendiſſe, *Jarchii* nomen nec in antiquitate Judaica nec in re ulla alia fundamentum invenire. Nihilominus tamen etymologia Lempereurii probavit ſe *Bartoloccio*. Ex illa Jarchii appellatione natum eſt *Jairi* nomen, quod ipſi tribuit *Thom. Gatakerus* paſſim, v. c. in *Cinno* p. 27. 29. 79. & de ſtylo N. T. p. 38. 39. 45. merito mirante B. *Carpzovio* p. 39. comm. ſuper *Ruth*.

(d) Huic ſententiæ occaſionem dedit Buxtorf. p. 445. ubi cum Pentateuchum Hebr. Gr. & Hiſp. cum Targum Onkelos & Raſchi comm. CPoli 307. (rectius 312. C. 1552.) editum memoraſſet: addit: *Iſte autem Raſchi, cujus commentarius R. Schelomo Iſaac Trevirenſis eſſe videtur, non R. Salomo Jarchi, qui illo recentior.* Quam Buxtorfius habuerit binos illos diſtinguendi cauſam, nec ipſe dixit, nec conjectura ego adſequor. Judæi certe recte illum commentarium *Raſchi* noſtro tribuunt, nominatimque ש״י p. 85. n. 54. Rem in medio relinquunt Cl. *Jo. Mollerus* in Homonymoſcopia p. 247. & B. *Martinus Difenbachius* in Iudæo converſo p. 288. Sic & Io. Druſius ad 1. Sam. XIV. cum retuliſſet Jarchio eam tribui ſententiam, quod mel a Jonathane guſtatum, ſaccharum fuerit, arbitratur, eam opinionem Raſchio celebri commentatori, ſed alii cuidam cognomini eſſe tribuendam, cum tamen ipſa illa interpretatio in Raſchii commentario ad Jeſaiam legatur, ceu oſtendit *Steph. Le Moyne* in notis ad varia Sacra p. 617.

(e) Sic foret Raſchius *Germanus*, qualem nemo Judæorum facit. Commoratus is quidem aliquando in Germania fuit, ſpeciatimque *Wormatiæ ad Rhenum*, ubi Judæi adhuc

Digitized by Google

vincia, ſed *Trecis* ſeu *Auguſta Tricaſſinorum*, urbe in Campania, Galliæ provincia, ſita, quam *Schalſch.* & Juchaſin II. cit. טריוס & inde ipſum Raſchium Gallum vocant. In anno ejus natali definiendo diſſentiunt Judæi, ex quibus auctor libri יסוד עולם apud *Schalſcheleth* p. 48. a. & ſcriptor *Juchaſin* p. 131. a. eum anno ætatis 75. anno mundi 4865. i. e. C. 1105. obiiſſe tradunt, ex quo conſequeretur, eum natum eſſe anno 4790. C. 1030. Quorum ſententia inde acciperet præſidium, ſi verum foret, quod ex Judæis ſibi teſte *Schalſcheleth* l. c. quidam perſuadent, *Aben Eſram* noſtri facere mentionem ſub nomine *Salomonis*. Aben Eſra enim plerisque obiiſſe exiſtimatur circa annum 1170. ante quod tempus proinde Raſchii ſcripta pervulgata fuiſſe neceſſe eſt. Sed intercedit huic ſententiæ *Schalſcheleth* p. 48. a. b. Maimonidæ, qui A. C. 1131. ut plurimum natus creditur, æqualem faciens, eumque illi in Ægypto viſum adfirmans, quam in rem adfert locum ex quadam Maimonidæ epiſtola, quo teſtetur, ſe alios adhuc commentarios ſcripturum fuiſſe, niſi hanc operam prævertiſſet *Gallus* (הצרפתי) quem ille de Raſchio interpretatur. Alias vero hujus ſententiæ ſuæ rationes, nec contemnendas adfert, quarum præcipuas ſtrictim hic repetemus. Tacet eum *R. Abraham ben Dior* in lib. Kabbalæ, quem anno 4921. C. 1161. exaravit, quem certe ob egregia merita tacere non poterat, niſi ipſe ante *Raſchium* vixiſſet. R. *Tam* Raſchii ex filia nepos vixit an. 5039. C. 1279. unde ſequeretur integro & amplius ſæculo ab avo fuiſſe ſejunctum, quod fieri nullo modo poteſt, & vel ideo hic admitti nequit, quia *Simcha Vitri*, præcipuus *Raſchii* diſcipulus, qui in *Juchaſin* eodem, quo *Raſchi*, annō obiiſſe dicitur, in

תגהורת

præſentiæ ejus veſtigia monſtrant: vide Schickardum in *Bechinath Happeruſchim* p. 170. Unde eundem, ſi non natione, ſaltem linguæ cognitione, Germanum fuiſſe ex eo *Balthaſ. Scheidius* in ep. MS. ad Buxtorfium filium evincit, quod in commentariis ſuis, præcipue in libris Chronicorum Hebraica Germ. verbis interpretatur, v. c. 2. *Chronic.* II. 10. ubi *Scheidius* voces ואר־ אוף legi vult vocibus germanicis voll auff: vide hæc in Cl. *Jo. Buxtorfii* Catalectis Theologico-Philol. p. 157.

(f) Talem enim pronunciavit *L'Empereur*, præter rem, quod oſtendimus nota c. & ante eum *Hoornbeckius* de convertendis Judæis p. 7. quem ſequitur *Bartolocc.* uterque provocantes ad epiſtolas *Gregorii* lib. 3. ep. 21. ex qua Judæos ibi floruiſſe pateat, cum *a Judais in Lunenſi civitate degentibus ad ſervitium Chriſtiana detineri mancipia* dicuntur. Enimvero ſermo ibi eſt de *Luna*, Italiæ, non *Lunel* Galliæ urbe. *Bartoloc.* mendoſe *Lunir* pro *Lunel* vocat, & paulo poſt *Trecas* falſo refert ad provinciam *Occitania* ſeu *Linguadoca*. R. *Iſaac fil. Iſrael* novam affert Raſchii patriam ליסברו quam Galliæ vocat urbem, ceu ex libro ejus MS. יסוד עולם teſtatur *Schalſcheleth* p. 48. a. ſed deſeritur a reliquis omnibus.

terniones digeſtis, in patriam reverſus eſt, ibique obiit. Cadaver ejus *Pragam* delatum volunt, ubi monimentum ejus ſepulchrale cum inſcriptione non facile legenda adhuc exſtare a Iudæis, Mantua eo profectis, nunciatum ſibi eſſe refert Schalſcheleth p. 49. a. poſt med. quod hodienum oſtentant. Ex uxore ducta tres ſuſcepit filios, quæ deinde nupſerunt R. *Meir*, R. *Iehuda Nachmanida* i. e. ר״בן & *Rabbenu Ephraim*, ex quorum primo nati ſunt Rabbenu *Tam* & *Riſchbam* quorum nomina inter Iudæos ſæpe celebrantur. Inſignia ejus exſtant apud Judæos elogia, quibus plerumque audit הַמָּאוֹר הַגָּדוֹל *lumen magnum*, præcipue vero ceu *Iuchaſin* teſtatur, פַּרְשַׁנְדָּתָא i. e. מְפָרֵשׁ הַתּוֹרָה *Interpres Legis*, quaſi κατ᾽ ἐξοχὴν (forte ex *Eſther* IX. 7.) vel רֹאשׁ שִׁבְטֵי יְהוּדָה i. e. *princeps tribuum Iuda* (cujus elogii occaſio ex literis initalibus ר״שי nata videtur) cujus generis plura vide apud Cl. *Breithauptum* præf. ad verſ. commentarii ejus in Pentat. & in Cl. *Io. Meyeri* notis ad *Seder Olam* p. 612. *Schalſcheleth* p. 49. a. l. 5. ait לא קם כמוהו במלכות צרפת h. e. *non ſurrexit ei ſimilis in Gallia*, ſicut *Abarbanel* in comm. ad *Iudic.* XX. 17. f. 69. ed. Lipſ. de eodem ait: אב בתלמוד ואחריו לא קם כמוהו h. e. *pater doctrinæ Talmudicæ, poſt quem nemo prodiit ipſi ſimilis*: quod hoc magis mirandum eſt, quia Abarbanel in commentariis ſuis ei ſæpius adverſatur, ob candorem & ſtudium veritatis ipſi longe poſtponendus, quæ ſententia eſt B. *Friſchmuthi* in diſſ. de non ſperanda Arcæ Fœderis reſtitutione cap. III. §. 3. Alia Chriſtianorum de eo judicia leges, ſi placet, collecta a Vener. *Georg. Serpilio* in Vitis Scriptorum Biblicorum Parte V. p. 116. Parte VI. 376. & Parte VII. Tom. II. p. 244. *Nic. Lyrano* adeo ſe probavit, ut is expoſitiones ejus frequentiſſime amplecteretur, quod multi jam monuerunt, ſpeciatim *Reuchlinus* apud Cl. *Io. Henr. Majum* in Vita ejus p. 270. notarum. Conf. Cl. *Th. Crenium* de Furibus Librariis p. 73. ſq.

In univerſum conſtat, ſtilum ejus admodum obſcurum eſſe tum ob conciſam ſcribendi rationem, tum ob voces exoticas, potiſſimum vero Gallicas: indulget etiam fabulis, quas Judæi aliunde ignorant, adeoque diverſis modis exponunt, unde & occaſio nata eſt tot expoſitionibus in ejus commentarios Biblicos exaratis, de quibus paulo poſt dicemus. Exſtant ejus

1) פֵּירוּשִׁים *commentarii in totam Scripturam S.* qui prodierunt in Bibliis Rabbinicis Magnis, ita quidem, ut editio I. *Veneta* 1518. exhiberet

tantum comment. in *Pentateuchum*, *Eſram*, *Paralipom.* & *quinque Megilloth* II. vero & reliquæ omnes inſecutæ ceteros, qui in reliquos Scripturæ libros exſtant, omnes ſuperadderent. Nuperrime commentarii ejus cum textu Hebr. omnes ſine aliis prodierunt. *Amſtelod.* 1700. 4. voll. in 12. cura R. *Dav. Nunnes Torres* apud *Tob.* פואה.

Comm. in *Pentateuchum* ſeorſim prodiit *Sabionetæ* 317. C. 1557. 4. quam editionem ipſe vidi, tum *CPoli* 1552. Venet. 1590. 8. quæ memorantur in Catalogo Bodlejano p. 355. *Venet.* 1607. 4. *Amſtelod.* cura *Menaſſe ben Iſrael* an. 404. C. 1644. 4. & alias ſæpiſſime cum Targumim & 5. Megilloth, quas editiones, ſi placet, petes ex Cl. Le Long Biblioth. Sacra Parte I. p. 125. ſqq.

Ex *Latina verſione* ſine textu Hebr. cum ſuccinctis eruditisque notis V. C. & de his literis præclare meriti, *Io. Friderici Breithaupti*, Conſiliarii Cæſar. Majeſt. & Duc. Goth. prodiit *Gothæ* 1710. 4. Verſio ipſa perſpicua eſt, & literalis, ad quam conficiendam multum ipſi profuit R. *Iehudæ Leonis* liber גור אריה & alius שפתי חכמים; adhibitis præterea in ſubſidium duobus Codd. MSS. membranaceis vetuſtiſſimis ex Bibl. Erfurtenſi, quibus pares in totius Europæ Bibliothecis vix reperiri poſſe exiſtimat: tam ſæpe contextui emendando occaſionem fecerunt. Alter illorum commentarios in univerſum V. T. excepto libro *Ruth*, alter in *Pentateuchum* tantum & quinque *Megilloth* excepto libro *Coheleth*, exhibent. Ex editionibus præter Baſileenſem in Bibliis Rabbin. *Amſtelod.* 413. C. 1653. 4. & *Berolinenſem* 1705. 8. conſuluit. In notis nunc emendantur, nunc ſupplentur varia contextus loca, annotatis diligenter lectionum varietatibus. Specimen verſionis illius jam an. 1701. Amſtelod. formis exſcribi cœptum erat, quod ex doctiſſimi *Adrian. Relandi* Prolegom. ad Analecta Rabbin. **8. patet, ubi neſcio, quid illi conſilio intervenerit, quo minus perficeretur. Quis fuerit Vir Antiquitatum Hebr. conſultiſſimus, quem Raſchium in Pentat. Latine editurum ſcribit *Meelführerus* diſſ. de Meritis Hebr. in Rem Lit. §. 2. dicere non habeo.

Comment. ad capp. VI. *Geneſeos* cum verſione Lat. B. *Io. Adamus Scherzerus* Trifolio ſuo Orientali inſeruit *Lipſ.* 1663. recuſ. ſub tit. *Operæ pretium Orientale* ib. 1672. & iterum ſub tit. *Selecta Rabbinica Philololog.* ibid. 1705. cura V.C. *Io. Georg. Abichtii*, Prof. Lipſ. qui verſionem comment. ad capp. VI. - XI. addidit.

Comm. in *Exodum* & *Levitic.* latine a ſe verſum promiſit Vener. *Theodorus Daſſov.* inter cetera, quorum deſignatio ſeorſim prodiit, & deinde Novis Literariis Maris Balth. 1705. ſub init. inſerta eſt. Comm.

Comm. in *Pentateuch.* & 5. *Megill.* dialecto Rabbinico Germanica *Baſil.* 1583. fol. *Prag.* 370. C. 1610. fol. & alias, & in tota Biblia cum מגיד de quo vide ſuo loco ſub R. *Iac. fil. Iſaac.*

Comm. in *Canticum* ex verſ. *Gilb. Genebrardi* Pariſ. 1570. 4.

Comm. in lib. *Eſther* ex verſ. *Lud. Henr. Aquinatis*, cum notis ejusdem & excerptis ex *Talmude* & *Ialkuth. Pariſ.* 1622. 4.

Alia ejusdem verſio *Franc. Taylori*, Angli, MS. exſtat in B. Bodlej. cujus vide Catalogum MSS. p. 58. n. 803.

Comm. in Prophetas majores & minores, ut & in Iobum & Pſalmos ſine textu Hebr. ex verſ. Lat. & notis ejusdem, quem modo laudavimus, Cl. *Io. Frider. Breithaupti*, *Gothæ* 1713. 4. In præfat. ait Interpres uſum ſe eſſe iisdem, quos modo diximus, Codicibus, ex quo patet, alterum, quem Pentateuchum ſolum & quinque Megilloth complecti dixerat, ex eadem Biblioth. Erfurt. ſuppleri potuiſſe.

Denique verſio commentt. in ceteros libros, nempe Joſuæ, Judicum, Ruth, Samuelis, Regum, Chronicorum, Esræ, Nehemiæ, Eſther itemque Proverbia Salomonis, Eccleſiaſten & Canticum Cantic. eodem modo curata prodiit *Gotha* 1714. 4.

In Hoſeam, Joelem, Amoſum, Obadiam & Jonam hujus & 2. aliorum commentt. ex verſ. Lat. *Io. Merceri* Genev. fol. iterumque ex eadem verſ. cum notis *Gvil. Coddæi* Lugd. Bat. 1621. 4.

Comm. in *Joelem* ex *Gilb. Genebrardi* verſ. *Pariſ.* 1563. 4.

Comm. in *Obadiam, Jonam, Sophoniam* ex verſ. *Arn. Pontaci* ibid. 1566. 4. In *Joelem* & *Jonam* exſtat etiam ex interpretatione *Jo. Leusdenii* in *Ioële* & *Iona* illuſtrato *Ultraj.* 1656. & 1657. 8.

Obadiæ interpretatio cum *Iona* ejusdem ſed ſine verſione edita eſt. Idem quoque *Hebr. Chald. Syriace* & *Arab.* cum Raſchii Kimchii & Aben Eſræ comm. & Lat. verſione per *Lud. Mich. Crocium* prodiit *Brem.* 1673. 4.

Comm. in *Malachiam* una cum expoſ. *Kimchii* cum verſ. *Simeon Muiſii*, Pariſ. 1618. 4. qui & comm. ejusdem ac *Aben Eſra* & *Kimchii* in Pſ. 19. lat. edidit Pariſ. 1620.

Comm. in *Proverbia* una cum comm. *Aben Eſra* & *Levi Gerſonidæ* ex verſ. Lat. *Ant. Giggæi* Mediol. 1620. 4.

De quibusdam aliis vide inter Anon. ſub פירושים, ubi verſiones variorum Rabbinorum junctim uno volumine editas recenſebimus.

Cl. *Io. Rendtorfius* Hamburgenſis, notas & obſervationes in comment. *Iarchii* ſuper totam Scripturam V. T. paratas habet, quæ inſtar

Digitized by Google

Lexici & verſionis inſervire poſſunt, quod teſtatur *Imbonatus* in Bibl. Lat: Hebr. p. 418. Nec parum ad intelligendum Raſchium profutura erat *Balthaſ. Scheidii* commentatio, in qua omnes in Raſchio alibique occurrentes voces peregrinæ originibus ſuis reſtituuntur; eam Viro cuidam erudito ab ipſo oſtenſam eſſe ſcribit Meelführerus p. 95. Acceſſionum ad Almeloveenii Biblioth. Prom. & Latentem, qui & p. 79. monuerat, *Conradum Pellicanum* omnes noſtri commentt. Biblicos latine converſos reliquiſſe.

Exſtant illorum quidam Codd. MSS. v. c. præter binos Erfurtenſes, quos adhibuit Cl. *Breithauptus,* comm. in Pentateuchum & reliquos ſacri Codicis libros duobus voll. antiqua manu in membrana exaratus in fol. Ibidem Codex Pentat. cum paraphraſi Chald. Maſora & commentario Raſchii, membranaceus, perantiquus & elegantiſſimus in 4. Sic & Regia Berolinenſ. MSS. habet noſtri commentarios, ex quibus editos paſſim emendari poſſe expertus didicit Vener. *Iablonskius*, idemque me literis humaniſſimis edocuit. Exſtant & in B. Leidenſi ex legato Scaligeri 300. & amplius annorum ætatem ſuperantes: nec minus in B. *Oppenheimeri.* Comm. in *Pentat.* cum textu ipſo in Biblioth. Senatus Lipſienſ. inter MSS. Wagenſeiliana ab editis paſſim differens: (*) vide Ampliſſimi *Gœtzii* programma, quo Bibliotheca illa aperienda indicitur. Ipſe Wagenſeilius Codicem hunc ſuum allegat in notis ad *Tela Ignea Satanæ* p. 419. eumque fuſius deſcribit verbis iſtis, quæ ex Catalogo MSS. ejus Rever. *Chriſtianus Frider Bœrnerus*, Theologus Lipſienſis, inſeruit Cl. Le Long Biblioth. Sacræ Part. I. p. 300. unde patebit, Codicem illum ipſius *Salomonis* noſtri ætatem referre, commentarium vero multa, in excuſis libris omiſſa, exhibere. Exſtant quoque Commentarii omnes in B. Medicea MSS. Pluteo III. n. 8. & iterum n. 11. Catalogi a Cl. *Io. Alb. Fabricio* cum *Lambecii* Prodromo Hiſtoriæ Liter. editi. Ibidem Pluteo I. n. 53. epitome Operum Raſchii, neſcio quæ, MS. exſtare dicitur.

Olim

(*) Codex ille fuſius in Catalogo MSS. Biblioth, Senatoria Lipſ. ita deſcribitur: Liber membranaceus longe maximus, qni complectitur R. Salom. Jarchii commentarij in Pentateuchum poſtrema: nam quæ præcedere debebant, deſiderantur. Sequuntur excerptæ ex ejus commentariis explicationes in omnes Haphtharoth quæ ſecundum ordinem librorum Biblic. non illum, quo in Synagogis prælegunturr, hic diſpoſitæ deprehenduntur. Succedit R. Salomonis comm. in Pſalmos, a cujus principio quædam abſunt, ſed quæ porro hunc excipiunt, ejusdem R Salomonis in Jobum notæ, integræ ſunt, & habent aliqua ſubjecta, quæ alibi non exſtant. Integræ quoque ſunt in Canticum Cantic. & Eccleſiaſten R. Salomonis commentationes: in fol. n. 3.

Olim quoque R. *Aſarias* Codice Raſchii MS. an. 5072. C. 1312. exarato uſus eſt, ex quo in *Meor Enajim* lib. 3. c. 20. p. 78. b. verba quædam 1. *Paralip.* V, 36. Raſchio ſuppoſita & ab alio interpolata reſtituit. Idem c. 19. ſuſpicatur, locum, qui ad *Geneſ.* XVIII. 22. in quibusdam exemplaribus de correctione Scribarum, legitur, a recentiore manu eſſe profectum. MS. comm. in Pſalm. in B. Durlacenſi ex legato *Reuchlini*, cujus Vitam vide p. 537.

Ceterum tanta eſt Raſchii obſcuritas, ut levare eam ipſi Judæi variis expoſitionibus neceſſe habuerint, quas in Indice Rerum commemorabimus diligentius. Potiores ſunt R. *Eliæ Miſrachi* ſ. Orientalis, &, qui in hunc viciſſim commentatus eſt, R. *Salomonis Luriæ*, ſed qui iterum judice *Schickardo* p. 172. *Bechinath Happeruſchim*, explicatione alicubi indiget: tum *Abrahami Pragenſis* & Jehudæ Leonis in גור אריה &c. Quædam *explicationes* (ביאורים) in eundem exſtant ineditæ, v. c. R. *Moſis Gabbai* fil. *Schem Tov* (ubi tamen puto legendum *Moſe ſ. Chaviv ſ. Schem Tov* de quo infra dicemus); in B. Bodlej. n. 3762. fol. R. *Iac. Abraham* ben עשר quæ MS. latet Amſtel. teſte ש״י &c. Sic & *Wagenſeilius* in notis ad Sota p. 41. annott. Anonymi Hebr. MSS. in comm. Raſchii ſuper Pentateuchum allegat. Exſtat & supercommentatio in Raſchium MS. neſcio cujus, in Bibl. *Oppenheim*. *Nun Hardma*, quem Bartolocc. poſt Plantavitium ait Raſchium expoſuiſſe, chimæricus auctor eſt, & ex R. *Nathanis Spiræ* מהרארני i. e. *Grodnenſis*, cujus ביאור in Raſchium exſtat, confictus.

2) פירוש התלמוד *commentarius in Gemaram* non integram, ſed aliquot tantum ejus tractatus, & quidem 23. ut teſtatur *Schalſcheleth* p. 49. a. qui ſunt ex Ordine I. *Berachoth*: ex II. *Moëd*, *Schabbath*, *Eruvin*, *Peſachim*, *Ioma*, *Succa*, *Beza*, *Roſch haſſchana*, *Taanith*, *Megilla*, *Moëd Katon & Chagiga*: ex III. *Naſchim*, *Jevamoth*, *Ketuvoth*, *Kidduſchim*, *Gittin*, *Nedarim*, *Naſir* & *Sota*: ex IV. in *Bava Kama*, *Bava Mezia & Bava Bathra* a cap. I. ad VIII. Ex reliquis tractatibus nonnullos ad modum mentemque Raſchii nepos ejus, רשב״ם i. e. R. *Schemuel ben Meir*, (quem *Bartoloc.* & cum eo Cl. Basnage in Hiſtor. Judaica T. V. p. 1630. minus recte *Samſonem* vocant,) illuſtravit, qua de re ſub ipſius nomine dicemus. Hæ expoſitiones in editionibus Talmudis exſtant, quas ſuo loco recenſebimus. Obſervationes has ſuas *Raſchius* hinc inde ex diverſis recitationibus, quas audiverat vel legerat, in ſchedis ſeu quaternionibus (קונטרסין) deſcripſerat, unde & auctores *Toſephoth* ſive additionum Talmudicarum eas ſub titulo

קונטריסים afferre ſolent, quod monet *Schalſcheleth* p. 49. a. & inde ש״י p. 67. n. 31. *Bartol.* ait, Raſchium folia ejusmodi hinc inde in diverſis Synagogis, quas adibat, diſperſiſſe, nomine ſuo diſſimulato, quæ deinde ab aliis ſint collecta: quod unde acceperit, nec ipſe monet, nec ego conjectura adſequor. Vener. *Theod. Daſſovius* has commentatt. Talmudic. reſpexit, quando eum in diſſert. de rebus in agris relictis Hebræorum vett. §. 5. appellat *rituum antiquorum indagatorem ſolertiſſimum.* Commentarios eosdem Claves Gemaricas vocat *Meelführerus* in diſſ. de Meritis Hebræorum in rem Literar. §. 2. eosque exactiſſimum inſtitutorum veterum rationem dare ait, ſed qui ſimul Lectorem illorum peritum requirant.

Comm. ejus in *Pirke Avoth* MS. in Bibl. Vatic. in fol. prodiit etiam *Venet.* 1605. 4.

3) ס׳ פַּרְדֵּס *liber paradiſi*, commentatio ritualis & juridica, teſte ש״י, cujus compendium tantum apud ſe eſſe ſcribit *Schalſcheleth* p. 49. a. Exſtant etiam hodienum לִקּוּטֵי הַפַּרְדֵּס i. e. collectanea ex hoc libro Pardes *Venet.* 279. C. 1619. 4.

4) ס׳ הַפַּרְנָס *liber gubernatoris*, quem de argumento, neſcio quo, eum in gratiam Gubernatoris cujusdam Synagogæ in Hiſpania, Virum divitem & magnæ auctoritatis, apud quem diverterat Raſchi, exaraſſe tradit *Schalſcheleth* p. 49. a. quod ſe ex diſcipulis R. *Meir Patavini* accepiſſe ait. Bartol. quidem de regimine Reip. agere monet, id vero magis ex tit. quam rei veritate dixit: Judæi enim tacent.

5) ס׳ הָרְפוּאוֹת librum Medicum ejus vidiſſe ſe teſtatur ש״י p. 71. n. 60. MS. habet *Oppenheimerus*

6) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſtiones & reſponſiones*, ut & פְּסָקִים *deciſiones* varias eundem ſcripſiſſe auctor eſt *Schalſcheleth* p. 49. a.

7) לְשׁוֹן לִמּוּדִים *lingua eruditorum*, ex Jeſ. L. 4. liber Grammaticus, quem ſub noſtri nomine citat *Abraham Balmeſius* in *Mikne Abraham* plag. E. 2. & G. 2. Bartol. eum CPoli 1506. 4. prodiiſſe minus recte tradit, confunditque hoc modo librum ejusdem tituli, ſed diverſi auctoris, R. *Dav. fil. Jechaja*, qui ibi lucem vidit.

Unde idem Ba. acceperit, quod noſter ſcripſerit librum *Aſtrologicum*, non video; forte id ideo adfirmavit, quod *Schalſcheleth* p. 49. a. teſtetur, ex Maſſecheth המקבל שרוה מבחירו apparere, Raſchium Aſtronomiæ peritiſſimum fuiſſe.

Sin-

Singularem vitæ ſanctitatem & fatidicum Spiritum eidem tribuit *Schalſcheleth* l. c. p. 49. b. narrans, quod *Gothofredo Bullionæo*, terram Sanctam a Saracenis recuperaturo, præſignificarit, eum triduo tantum ibi regnaturum, mox vero cum tribus viris & equo uno domum reverſurum eſſe.

At totum hoc, inquit B. *Schickardus* p. 172. *Bechinath Happeruſchim, fabuloſum eſſe, ex probatiſſimorum Hiſtoricorum conſenſu conſtat, qui omnes unanimiter ibi regnaſſe ſcribunt ultra annum, ibidem quoque vita functum, nec in Lotharingiam reverſum, & toto fere Seculo deinceps Palæſtinæ poſſeſſionem penes Chriſtianos Reges fuiſſe.* Confer hanc in rem doctiſſimi *Jo. Jac. Schudtii* Memorabilia Judaica Part. I. lib. 5. cap. 11. p. 407. ſqq.

Lege, ſi placet, de noſtro eruditiſſimum *Adrianum Relandum* in proleg. ad *Analecta Rabbinica* & in ipſis Analectis, ubi Vita noſtri ex Bartoloc. repetitur; *Pet. Baelium* in Dictionario Hiſtor. Critico Tom. II. p. 1630. & 1663. *Gvil. Schickardi* Bechinath Happeruſchim p. 170. ſqq. *Jo. Leusdenii* diſſert. IV. Jonæ Illuſtrato præmiſſam ſect. 4. & Philologum Hebræo mixtum p. 124. V. C *Jac. Basnage* in Hiſtor. Judæorum Tom. V. p. 1650. *Rud. Mart. Meelführerum* de Meritis Hebræorum in rem Literar. §. 2. *Io. Hoornbeeck* de convertendis Judæis p. 6. ſq. Prolegom. *Georg. Serpilium* locis ſupra citatis, & *Rich. Simonem* in Hiſtor. Crit. V. T. lib. III. c. 6. & in Catalogo Auctorum illi in calce ſubjuncto.

ר׳ שלמה בן יצחק לוי R. SCHELOMO ben 1994
ISAAC *Levita*, claruit Sæculo XVI. medio & ſcr.

1) דִּבְרֵי שְׁלֹמֹה *verba Salomonis*, ex 1. *Regg.* XI. 41. conciones quinque in ſingulas Paraſchas, quibus additæ ſunt aliæ in dies terribiles, dies feſtos & alia argumenta. *Venet.* 356. C. 1596. fol. (*) *Plantavit.* n. 126. *Theſſalonicæ* primum ait prodiiſſe. ש״ש & hunc recenſet, & alium p. 45. ſub tit. מִסְפַּר דִּבְרֵי שְׁלֹמֹה *numerus verborum Salomonis*, quem ſine mentione argumenti editum ait *Venet.* Crediderim eundem eſſe librum, vel forte partem iſtius libri, præcipue cum Bartoloccius ſub *Salom. Levita*, hunc titulum recenſens affirmet, eum comprehendere conciones in legem inde a Levitico ad finem. In Catal. Bodlej. p. 120. recen-

(*) Prodierunt, quod ad Partem I. apud Matth. Saneti pp. 314. Conciones non ſecundum Paraſchas, ſed Sabbata & dies feſtos ſunt diſpoſitæ.

Digitized by Google

cenſetur pars I. libri דברי שלמה qui contineat conciones ſuper ſectiones Legis *Venet.* 1614. ibi vero minus recte tribuitur R. *Salom. Levitæ* tanquam diſtincto a R. *Salom: f. Iſaaci Lev.*

2) חֵשֶׁק שְׁלֹמֹה *deſiderium Salomonis*, ex 1. Regg. IX. 19. comment. in *Jeſaiam* ex dictis Rabbinorum & libro *Zohar*, *Theſſalonicæ* 360. C. 1600. fol.

3) לֵב אָבוֹת *cor Patrum*, ex *Malach.* III. 24. comment. in *Pirke Avoth.* Theſſalon. 331. C. 1571. 4. MS. habet Oppenheim.

4) לֶחֶם שְׁלֹמֹה *panis Salomonis*, ex 1. Regg. IV. 22. expoſitio dictorum Rabbinicorum in Gemara obviorum, ex *Medraſchim collecta.* Venet. 357. C. 1597. 4. Bartoloccius ſupra libros hos omnes præter ſecundum tribuit R. *Salomoni* ben *Eliæ*, *Scharbith Haſſaav*, neſcio qua cauſa adductus, additque varias ejus conciones MSS. in B. Vatic. 4. inveniri, ac præterea tabulas Aſtronomicas: vide ſupra *Schelomo ben Eliæ*. Crediderim ego, duos hos eſſe auctores, alterum *Sal. ben Eliæ*, Aſtronomum illum, alterum noſtrum hunc: cui vero ex his comm. in Aben Eſræ librum הַשֵּׁם tribuendus ſit, dicere non habeo. Idem Bartoloccius noſtri iterum facit mentionem ſub R. *Schelomo Levi*, ubi recenſet ejus דברי שלמה.

1995 ר׳ שלמה בן יצחק ממרינו R. SCHELOMO ben *Iſaac* de MARINO ſcripſit

תִּקּוּן עולם *ordinatio mundi*, comm. in *Jeſaiam* per omnia commata, *Veronæ* 412. C. 1652. apud *Abrah. Ortona.*

1996 ר׳ שלמה יזיא R. SCHELOMO JEZIJA cui *Plantavitius* n. 759. tribuit

תִּפְאֶרֶת יִשְׂרָאֵל *gloria Iſraelis*, ex *Thren.* II. 1. quem librum ait, parte ſui priori ſex amplas conciones, poſteriori vero explicationem libri Eſther complecti ed. *Venet.* apud *Iuntam.* Auctorem hunc ש״י vocat *Samuelem* ben יאצע & librum ejus ait eſſe סֵפֶר דְּרָשׁוֹת librum concionum, nec loco nec anno editionis addito.

ר׳ שלמה ירושלמי R. SCHELOMO HIEROSOLYMITANUS, cui Bartoloccius eos tribuit libros, quos nos vindicavimus ſupra R. *Schalom Ieruſchalmi*: ita enim appellatur in ש״י.

ר׳

ר׳ שלמה בן ישראל R. SCHELOMO fil. 1997
ISRAEL *Solcovienſis*, cujus

תִּפְאֶרֶת הַקֹּדֶשׁ *decor ſanctitatis*, id eſt conciones in Haphtharas aliquot Paraſcharum, diebus Sabbati vel feſtis majoribus prælegi ſolita, prodierunt *Furthi* 461. C. 1701, 4. pp. 92. apud *Levi Hirſch*: textus Haphtharum ſemper eſt additus. MS. habet *Oppenh.*

ר׳ שלמה כהן R. SCHELOMO COHEN (Sacerdos) 1998
cui *Plantavitius* n. 668. ex Catal. Pragenſi tribuit *quæſita & reſponſa*, non alius credo, eſt, quam *Schelomo ben Abraham Haccohen*, de quo ſupra diximus.

ר׳ שלמה הלוי R. SCHELOMO LEVITA ben ALCABETZ, v. ſupra R. *Schelomo Alkabetz Levi*.

ר׳ שלמה הלוי SCHELOMO LEVITA, qui ex Iudaiſmo ad CHRISTUM converſus dictus eſt *Paulus Brugenſis*, de quo vide ſupra ſuo loco.

ר׳ שלמה הלוי R. SCHELOMO LEVITA, qui a 1999
Marco Florentino Pontifice Maximo de variis interrogatus, & ad ea audacius reſpondens ſiſtitur in שבט יהודה p. 276. ſq. ed. Lat. Ibidem p. 337. Judæus ejuſdem nominis, & niſi fallor, ab hoc non diſtinctus, laudatur tanquam vir ſapientiſſimus & artis Cabbaliſticæ peritus, diciturque ibi puerum quendam, quem Chriſtiani a Judæis occiſum finxerint, poſito ſub lingua ejus divino nomine, reſuſcitaſſe.

ר׳ שלמה לוריה R. SCHELOMO LORIA fil. IE-
CHIEL per compendium מהרשל floruit A. M. 5351. C. 1591. (*) 2000
ſi credimus ש״י cui magis crediderim, quam *Ganzio*, qui eum anno 333. C. 1573. jam defunctum fuiſſe affirmat. Fuit is, eodem Ganzio teſte *Oſtrenſis* מאוסטרא Poloniæ urbe, non *Auſtriacus*, ut *Vorſtius & Bartoloccius* accepit, *lumen magnum, corona Iſraelis, miraculum ſuæ ætatis, in cujus luce ambularint omnes populi, & ex cujus aquis biberint Judæi diſperſi, quique famam per omnes terras protulerit, diſcipulos plures habuerit & omnes æquales ſuos ſuperarit.* Ex quo elogio intelligitur, quanta ejus ſit inter Judæos exiſtimatio. Scripſit is

(*) Sic Theod. Ebertus in Poetica Hebr. p. 143. ait, Loriam hunc ſuo fere Sæculo (prodiit illa Poetica Lipſ. 1628.) Oſdroviæ in Podolia Scholam habuiſſe, & non ita pridem Lublini obiiſſe.

Digitized by Google

1) ביאורים ביאורים *expoſitiones*, quæ dicuntur ביאורים מהר"של expoſitiones R. *Salom. Loriæ* & alias vocantur עמודי שלמה quem titulum vide.

2) Eidem ego tribuerim ביאורים *illuſtrationes*, quæ ſub nomine מהר"של (ita enim compendioſe noſter vocatur) exſtant MSS. in B. Oppenheimer. in *Arba Turim*, una cum novellis obſervationibus (חדושים) in tract. *Eruvin*, ſicut in eadem *Chidduſchin* ejus in Ord. *Even haëſer* usque ad ſect. XV. & in alio Codice animadverſiones in *Jore Dea* & *Even haeſer* exſtant.

3) חָכְמַת שְׁלֹמֹה *ſapientia Salomonis* ex 1. *Regg.* IV. 34. quo libro comprehenduntur novellæ expoſitiones in Codices quosdam Talmudicos, quas in Academia docuit, quæ partim in Raſchium partim in *Toſephoth* Gemaricas animadverſiones ſuppeditant, ubi nonnunquam diſſenſum inter Raſchium & Toſephoth oſtendit, nonnunquam vero ſecum invicem conciliat. Pertinent ad 19. tractatus, qui ſunt *Berachoth*, *Schabbath*, *Eruvin*, *Peſachim*, *Succa*, *Beza*, *Cetuvoth*, *Jevamoth*, *Gittin*, *Kidduſchin*, *Sota*, *Bava Kama*, *Bava Metzia*, *Bava Bathra*, *Sanhedrin*, *Schevuoth*, *Maccoth*, *Chulin* & *Nidda* *Cracov.* 341. C. 1581. 4. *Amſtelod.* 451. C. 1691. apud *Ioſ. Athiam* pp. 136. literis quadratis, & *Sulsbaci* 445. C. 1685. 4. *Bartolocc.* poſt *Plantavitium* n. 200. teſtatur, eſſe compendium totius Talmudis, *Pragæ* editum, quo ipſo confuderunt illi hunc librum cum ſequente, qui *Prag.* editus eſt. Ceterum exſtant quædam Talmudis editiones cum animadverſionibus ex hoc libro excerptis v. c. in *Cracov.* 362. C. 1602. & *Lublin* 378. C. 1618. fol.

4) יָם שֶׁל שְׁלֹמֹה *mare Salomonis*, ex 2. *Chronic.* IV. 4. i. e. novellæ expoſitiones, & ſubtiliores commentationes de ritibus & inſtitutis, quorum mentio eſt in *Bava Kama*, *Prag.* 378. C. 1618. fol. & in *Chulin Cracov.* 375. C. 1615. & in *Beza* Lublini 396. C. 1636. fol. prout monet ש"י qui addit, eundem in alios quoque tractatus plures commentatum eſſe, qui MSS. lateant. *Bartoloccius* de variis legalibus & cerimonialibus hic ait exponi. MS. habet *Oppenheim.*

5) יְרִיעוֹת שְׁלֹמֹה (b) *cortina Salomonis*, ex *Cantic.* I. 5. animadverſiones in *Eliam Miſrachi* & *Raſchium*, ſuper Legem. *Prag.* 370. C. 1610. 4. apud *Ioſeph Bezalel* pp. 38. 6)

(b) In hoc libro partim *Eliæ Orientalis* animadverſiones, partim alia loca *Raſchii* ab Elia neglecta illuſtrantur.

Digitized by Google

6) עֲטֶרֶת שְׁלֹמֹה *corona Salomonis*, comm. in librum R. *Iſaac Durenſis*, qui dicitur ס׳ השערים qui cum hoc comment. prodiit *Lublini* 359. C. 1599. fol. teſte ש״י, neſcio quam recte: vidi ego editionem *Baſileenſem* ejusdem anni in 4. ubi etiam dicitur vocari שׁוֹמֵר אֱמוּנִים *cuſtodiens fidem*. *Bartoloc*. cum Plantav. n. 590. itidem habet ed. Baſil. titulum vero uterque vocant פִּתְחֵי שְׁעָרִים *ingreſſus portarum*, & eum a commentario ejus in librum R. *Iſaaci Durenſis* diſtinguunt, quod fieri non debebat.

7) עַמּוּדֵי שְׁלֹמֹה *columnæ Salomonis*, ex I. Regg. VII. 2. explicationes libri præceptorum magni, qui dicitur סמ״ג, Baſil. 360. C. 1600. 4. Alio nomine vocatur ביאורים מהר״של. v. n. 1. (c)

8) פירוש *expoſitio* in בִּרְכַּת הַמָּזוֹן *benedictiones ciborum*, cum comment. alio R. *Nathan Spira* Venet. 363. C. 1603. 8.

9) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa*, quibus inſtituta varia inter Judæos Germanos obſervari ſolita exponuntur: *Lublin*. 304. C. 1544. fol. & ibid. 335. C. 1575. 4.

10) שחיטות ובדיקות *liber de mactandis & explorandis animalibus* cum animadverſionibus & commentario noſtri *Venet*. 361. C. 1601. 4. Huic *Bartoloccius* tribuit etiam מְנוֹרַת הַזָּהָב *candelabrum aureum* ex *Exodi* XXV. 31. qui ſit Cabbaliſticus, at ש״י eum adſcribit ibidem *Salomoni Luriæ*, quem tamen a noſtro hoc in Indice Scriptorum Alphabetico diſerte diſtinguit, præter rationem, ut puto. MS. habet Oppenheim.

ר׳ שלמה מאיר בן משה נאורה R. SCHELOMO MEIR ben *Moſche Navara*, Caſalenſis, ex Ducatu Monteferratenſi natus an. 5366: C. 1606. qui jam anno ætatis 13. conciones Hebr. ſcribere cœpit, ac tandem Hieroſolymas profectus ad Rabbinatus dignitatem pervenit, magnamque ex notitia Cabbalæ famam ſibi peperit. Tandem vero anno 1664. 25. Junii ad CHRISTI ſacra acceſſit, & in baptiſmo nomen *Proſperi Ruggerii* nactus eſt. Varia is tum ante tum poſt converſionem ſcripſit, v. c. 2001

שֹׂבַע שְׂמָחוֹת *ſaturitas lætitiarum*, ex *Pſalmo* XVI. 11. ubi inter ce-

Tttttt 2

(c) Vidi ego libellum ſub tit. וזכרתם את כל מצות יהוה h. e. *& recordemini omnium præceptorum Domini*, *Baſileæ* an. 360. 4. cura *Eliæ f. Moſche* לואנץ editum apud *Conr. Waldkirch* pp. 49. qui ex comment. ejus in סמ״ג librum præceptorum magnum dicitur excerptus.

cetera Meſſiam an. 1676. venturum eſſe ſcribit, quod tum temporis ut Judæus ſibi perſuaſerat.

Commentatus idem eſt in librum פִּרְקֵי שִׁירָה de quo ſuo loco.

Deſcripſit & vitam R. *Joſephi Karo* & hiſtoriam Rabbini cujusdam *Joſephi della Rena*, qui tandem dæmoni ſe tradidit.

Delineavit quoque vitam pueri Galilæi, qui vix natus prophetias quinque Chaldaica lingua edidit.

Alia, non edita, exſtant MSS. apud *Philippum Carolum Armenzanum* Ord. Prædicatorum, teſte *Bartoloccio* in Append. Biblioth. Rabb. p. 526. ſq. ubi etiam oſtendit, quomodo idem meditationibus Cabbaliſticis variis in primam Geneſeos vocem Judæum alium ad ſaniorem mentem revocarit. *Jo. Paſtritius* apud *Imbonatum* p. 127. Biblioth. Lat. Hebr. teſtatur, ſe vitam ejus additis epiſtolis ad ſe ſcriptis & figuris Cabbaliſticis, quas exaravit, conſcripſiſſe.

2002 ר׳ שְׁלֹמֹה מַזָּל טוֹב R. SCHELOMO MASSAL TOV

(d) claruit Sæculo XVI. ineunte

שִׁירִים וּזְמִירוֹת *cantica & hymnos*, in varia argumenta & caſus obvenientes, v. c. in circumciſionem, ſponſalia, Sabbata, & dies feſtos CPoli 305. C. 1545. ſecundum ש״ו quamvis *Bartolocc.* poſt *Plantavit.* memoret an. 308. Poſterior horum n. 688. titulum effert שִׁירִים וּזְמִירוֹת וְתִשְׁבָּחוֹת additque, textum eſſe vocalibus inſtructum, & inter Judæos Italos & Germanos raro obvium, quem ipſe poſſideat: prior ait eſſe commentarium in *Pentateuchum*, in cujus calce legantur tres ſermones, item Cantica, Pſalmos & hymnos in Synagogis receptos. Cum vero nec *Plantav.* nec ש״ו de commentario quidquam dicant, non magis recte hæc dici puto, quam idem noſtro tribuit librum עבודת הלוי, ſub quo titulo duo quidem exſtant libri, ſed alter R. *Salom. Elieſeris*. alter *Aſilrad Banditb.*

Idem variorum libros carminibus ſuis ornavit, v. c. R. *Jac. ben Aſcher* expoſitionem in Pentat. *CPoli* 274. C. 1514. ed. ſæpe recuſam.

ר

(d) Nomen hoc alias eſt appellativum & boni ominis cauſa per *Raſche Tevoth* exprimi ſolet מ״ט i. e. *fortuna bona*: hinc proprii Nominis locum tuetur, quod latine expreſſeris per *Bonaventura*.

Digitized by Google

ר׳ שלמה בן מלך R. SCHELOMO BEN MELECH, *Hiſpanus* Sæculi XVI. ſcr. 2003

מִכְלַל יופי *perfectio pulchritudinis* ex Pſ. L. 2. qui eſt perpetuus & literalis in totam Scripturam Sacram commentarius, ex præſtantiſſimis Judæorum Interpretibus, præcipue vero commentario, Grammatica & Lexico *Davidis Kimchi* (e) ita collectus, ut primo quidem vocum ejusque ſtructuræ ex præceptis Grammaticis deducendæ ac propriæ ſignificationis habeatur ratio, deinde vero literalis ſenſus ſuccincte & plerumque (niſi præjudicia Judaica obſtent) non infeliciter eruatur. Hocenim duplex inſtitutum ſibi fuiſſe teſtatur ipſe auctor in præfatione. Eo ſæpe & diligenter uſus eſt *Jo. Druſius* in commentariis ſuis, illis potiſſimum in locis, ubi idiotiſmi Hebræi idoneis locis, quos auctor cum cura afferre ſolet, demonſtrandi erant. Prodiit aliquoties, & quidem literis quadratis *CPoli* 314. C. 1554. fol. *Theſſalonicæ* 327. C. 1567. *Amſtelod.* 421. C. 1661. fol. iterumque ibidem 445. C. 1685. fol. quæ utraque editio adjunctum habet *Jacobi Abendanæ*, qui frater erat *Iſaaci*, Spicilegium, literis Rabbinicis textui *Salomonis ben Melech* ad latus adjunctum, in quo aliorum Interpretum tum literalium tum allegoricorum & interdum etiam Cabbaliſticorum interpretationes afferre ſolet, inprimis tamen ipſa Kimchii loca, quæ *Salomon* tantum ſubinnuit indice digito, diſerte & ſecundum ipſa ejus verba apponit. Superiori ſæculo rarior is fuit, quemadmodum & *Leo Mutinenſis* in præf. ad Lexicon ſuum Hebr. Italicum rariſſimum vocat, unde nec *Buxtorfius* ampliorem ejus, quam ex catalogo Amici cujusdam notitiam habuit, & *Plantavitius* quoque ex ſola *Jo. Morini* in Exerc. Biblic, VI. libri I. c. 4. eum ſibi cognitum eſſe profitetur n. 734. ubi titulum ei facit תוספות על המקרא *additiones ad Scripturam*, quia ſcilicet & *Morinus* ſimpliciter *annotationes in univerſa Biblia* dixerat. Verum tamen titulum *Michlal Jophi* idem n. 352. affert, ſed tanquam CPoli 4. editum, qua forma tamen lucem nunquam vidit. Ex his ſimul intelligitur, eum *Michlal Jophi* ab iſtis annotatt. diſtinxiſſe. Ceterum *Theſſalonicenſis* illa, quam dixi, editio, memoratur in ש״י quæ & in Catalogo B. Oppenheimerianæ notata erat, tanquam quæ in ipſa illa Bibl. exſtaret ſed

(e) Hunc enim totius collectionis ſuæ fundamentum eſſe voluit auctor, quod in præfatione profitetur, ubi etiam monet, *Kimchium* a ſe innui, quando occurrit והוא נכון *& rectum eſt* aut בפירוש *in commentario.*

ſed ea, ſedulo quæſita, inveniri non poterat. Interim non dubito eam ibi inveniri, cum in deſignatione librorum, quos ex certis editionibus deſiderat auctor, non deprehendatur. Præter *CPolitanam* edit. *Venetam* memorat *Rich. Simon*, neſcio quam recte, in Indice auctorum ſubjuncto Hiſtoriæ Criticæ V. T. qui etiam in corpore ipſo Hiſtor. Crit. lib. III. c. 7. p. 22. recte judicat, præſtitiſſe, ſi hic *Melechii* commentarius Bibliis Venetis loco *Baal Hatturim* fuiſſet inſertus. Ceterum is minus accurate titulum utroque in loco per *Michol Iophi* exprimit, ſenſu quod ad priorem vocem nullo, ſicut *Io. Henr. Heideggerus* p. 25. *Enchiridii Biblici* יופי מכלול pro מכלל appellat, ſenſu tamen eodem. Nonnulla ex hoc commentario latine converſa prodiere, & integra quidem Cantici expoſitio Hebr. & latine ex verſione *Chriſtophori Molitoris* prodiit *Altorf.* 1659. 4. Vener. *Theodorus Daſſovius* inter cetera, quæ in Novis Literar. Maris Balthici 1705. p. 86. ſqq. promiſit, memorat etiam verſionem commentariorum *Melechi* in *Geneſin, Ieſaiam, Ezechielem*, & Prophetas minores fere omnes. Commentationes ejus in *Ioſuam* latine editæ ſunt a V. C. *Nic. Kœppen* Gryphisw. 1709. 4. per varias diſſertatt., quæ ad ſenſum libri hujus indagandum referuntur. Liber *Ruth* cum comment. Rabb. aliis ac noſtri Melech a *Io. Bened. Carpzov.* primum Lipſ. 1703. 4. in Collegio Rabbin. Bibl. editus *Trajecti ad Rhenum* cum brevi Introductione in Grammaticam Hebr. Altingianam Celeb. *Adriani Relandi* cura recuſus eſt an. 1710. 8. Sic & liber *Eſther* cum ejusdem & aliorum Rabbinorum notis ſtudio filii ejus *Io. Bened. Carpzov.* Prof. hodie Lipſienſ. hebr. & Lat. prodiiſſe dicitur Lipſ. 1711. *Ionæ* Prophetia cum noſtri & aliorum interpretat. cura M. G. C. B. i. e. M. *Georgii Chriſtiani Burcklini* Francof. ad Mœn. 1697. 4. ſine verſ. Lat. ſicut & *Io. Leusdenius* repetitæ editioni ſui Jonæ Illuſtrati an. 1692. addidit itidem ſine verſione. Commentatt. in *Malachiam* Latine a modo laudato *Nic. Kœppen* primum per diſputationes, hinc junctim editæ ſub tit. *Os Angeli Domini*, ſive obſſ. Philologicæ LXXIX. in Prophetiam Malachiæ, in quibus ſecundum ductum R. Salomo ben Melech in Michlal Iophi in verum difficiliorum quorundam locorum ſenſum inquiritur, iidemque a Pſeudhermenia Judæorum inprimis vindicantur. *Gryphiswald*, 1708. 4.

2004 ר׳ שלמה מולכו R. SCHELOMO MOLCO, (cum Salomone Rege non confundendus, quod *Plantavitio* uſu venit: vide ſupra *Salomo* fil. *David*) qui vocari Judæis ſolet הפורטוגאלי i. e. *Luſitanus*, Regis Luſitani Secretarius, deinde vero a R. *Davide Rubenita* ad Judaismum

per

Digitized by Google

perductus: ita enim inter ceteros refert *Menaſſe ben Iſrael* in *Spe Iſraelis* p. 53. *Rabbinus Ioſeph Coben* (inquit) *bomo fide dignus*, *bac narrat verius in ſua Cbronologia*, *docens Iudaum*, *qui ex iſtis terris venit*, *fuiſſe fratrem Regis Iſraelitarum*, *DAVIDEM RUBENITAM dictum*, *viſisque in tranſcurſu Indis in Luſitaniam veniſſe*, *ubi Regis Secretarium ad Iudaismum convertit*, *qui cum ipſo inde fugiens nomen SALOMO MOLHO*, *aſſumſit*, *& brevi tempore adeo familiarem ſibi reddidit Legem*, *imo ipſam Cabbalam*, *ut in admirationem ſui totam raperet Italiam*. *Secretarius igitur una cum Rubenita Papam*, *Carolum V. & Regem Franciſcum ad Iudaismum allicere conabatur Salomo Molbo Mantuæ captus ac vivus combuſtus eſt*, *an.* 1540. *vita tamen ipſi ante conceſſa*, *ſi Romanum ſe vellet profiteri*, *Rubenita vero a Carolo V. in Hiſpaniam abductus in carcere paucis poſt diebus exſpiravit*. Monet idem *Menaſſe*, *Ortelium* & *Boterum* in relationibus ſuis de ultima Tartariæ parte hujus rei non recte meminiſſe, quod ante eum obſervaverat Aſarias in *Meor Enajim* p. 186. a.

Eadem fere affert *Schalſchelеth* p. 45. b. & 48. a. & Ganzius ad an. 293. itemque *Perizolius* c. XIV. Itinerarii p. 91. ſq. ubi & *David* ille *Rubenita* delineatur. Ceterum Bartoloccius legationem illam, quam *Davidem Rubenitam* ex remotiſſimis regionibus ad Regem Portugalliæ obiiſſe dicunt, ut nomine Regum Iſraelitarum fœdus cum Rege dicto ſanciret, falſam eſſe evincere inſtituit Bartoloc. T. I. p. 43. ſq. ubi putat, eam fabulam ortam eſſe ex literis a *Davide*, Æthiopiæ Rege an. 1532. ad Clementem VII. exaratis, in quibus Pontifici R. obedientiam ſpoponderit. Literæ illæ latine exſtant in *Paulo Iovio* & leguntur p. 236. ed. Baſil. Italice vero prodierunt *Bonon.* 1533. 4. ſub titulo: *L' Ambaſciaria di David Re dell Etiopia al Sanctiſſimo S. N. Clemente VII.* Quæ quidem Hebræi Itali audientes, Bartoloccio judice, quem ſequitur eruditiſſimus *Th. Hyde* ad *Perizol* p. 91. putarunt, *David* eſſe nomen Oratoris a Rege Æthiopiæ ſive a Regibus Iſraelitarum in partibus Indiæ regnantibus miſſi. Confer V. C. *Iac. Basnage* Hiſtor. Judaic. Tom. V. p. 1993. ſq. ubi luculente oſtendit, *Gedaliam* & ceteros Judæos non tam per errorem, quam deſtinato conſilio hanc hiſtoriam in gentis ſuæ gloriam iſtis fictionibus depravaſſe & ex Davide Rege Æthiopiæ Rabbinum de tribu Ruben, ex Principe Chriſtiano Reges Judæos confinxiſſe. Adde quæ de eodem habet *Io. a Lent* de Pſeudo Meſſiis p. 72. - 74. Quidquid hujus erit, afferunt Judæi ſcripta aliqua ab hoc, quem putant, Proſelyto exarata, v. c.

1) דְרָשׁוֹת *conciones*, quas alias etiam סֵפֶר הַמְּפֹאָר *librum elegantiſſimum*, appellari affirmat ש״ש qui monet præter conciones inveniri ibi

Digitized by Google

intentiones ſive ſenſus Talmudis interiores (כוונות) ſubtili & myſterii plena ratione expoſitos, ac præterea de futura liberatione exponi. *Cracov.* 330. C. 1570. 4. In B. Oppenheimeri exſtat editio harum concionum *Theſſalonic.* 289. C. 1529. & Amſtel. 469. C. 1709. 4. apud *Moſen ben Abraham Mendes*, cura R. *Jechiel f. R. Zevi* pp. 26. leguntur, & ibidem MSS. fol. niſi forte hæ aliæ ſunt ab editis.

2) חַיַּת קָנֶה *beſtia arundinis* ex Pſ. LXVIII. 31. liber Cabbaliſticus parvus, ubi de duabus beſtiis in viſione ſibi oblatis exponit auctor *Amſtelod.* & *Prag.* ſine anno 4. pp. 8. Hunc puto eſſe librum Cabbaliſticum, quem ab eo ſcriptum tradit *Ganzius* ſine facta tituli mentione, quamvis eum vidiſſe ſe teſtetur. *Schalſcheleth* p. 48. a. refert, quid hic *Salomo* more Cabbaliſtico diſcipulos ſuos de tempore adventus Meſſiæ docuerit.

2005 ר׳ שלמה בן מנחם R. SCHELOMO ben MENACHEM ſcr.

עדות לישראל *teſtimonium Iſraelis*, ex Pſ. CXXII. 11. expoſitio libri *Coſri* MS. de quo Bartol. videri jubet librum *Coſri* Parte III. p. 61. 62. ubi tamen fruſtra quæſivi. MS. habet Oppenheim.

2006 ר׳ שלמה בן מרדכי R. SCHELOMO ben MORDECHAI ſcr.

מִזְבַּח הַזָּהָב *altare aureum* ex *Exod.* XXXIX. 38. liber Cabbaliſticus, ubi de ſuffitu & accendendis candelis, cum formulis precum peſtilentiæ tempore adhibendis; *Baſil.* 362. C. 1602. 4. apud *Conradum Waldkirchium* pp. 44.

2007 ר׳ שלמה בן משה מאלגיריד R. SCHELOMO ben MOSCHE de *Algerio* qui *Mutza Aben Zena*, ut Bartoloc. vocat h. e. *Avicenna* librum de *cælo & mundo* ex Arabico hebr. vertit, quæ verſio MS. exſtat in B. Vatic. 4. & in Bodlejana n. 5396 Confer quæ ſcripſi ſupra ſub *Abraham ben Meir Aben Eſra* & ſub *Abu Ali Ibn Sina.* Non dubito hunc eſſe illum *Schelomo f. Moſis* אלגואר ש״ו quem teſtatur Ariſtotelis librum de Rebuspublicis convertiſſe: v. *Ariſtoteles.*

2008 ר׳ שלמה בן משה R. SCHELOMO ben MOSCHE ſcripſit

בית

בית אלהים *domus Dei*, ex *Geneſ.* XXVIII. 17. ubi de templo Salomonis tribus partibus agitur, quarum I. שערי צדק *portæ juſtitiæ*, II. בית מדות *domus menſurarum* dicitur: III. vero deſideratur. MS. in B. Vatic.

ר׳ שלמה בן משולם דאפירה R. SCHELOMO ben MESCHULLAM DAPHIRA ſcr. 2009

אמרי נואש *verba hominis ſpe deſtituti* ex *Iob.* VI. 26. quem MS. inter Codd. Pocockianos n. 52. qui nunc eorum ordo eſt (vel n. 120. prout in Catalogo B. Bodlej. numeratur) evolvere me memini. Hujus titulus ita habet: אמרי נואש אמר שלמה בן משולם דאפירה. Liber ipſe primum exhibet חלק החרזים *partem rhythmorum*, ubi agit, de vocibus ſimplicibus, quæ eodem modo terminantur, quales ſunt: אב או אי אי אח &c. quæ ſingulæ adductis ſemper Scripturæ locis explicantur. Has ſequitur חלק המלים המשותפים i. e. *pars ſ. ſectio vocum æquivocarum* v. c. אבן , אבל , אב, ac denique המלים הנרדפים i. e. *voces Synonymæ.* Sic circa vocem אב hæc notata leges: אב, אדון, גביר קצין, שוטר, מושל , רחן, סגן, נשיא , נגיד , מצוה , מושיע ורב , שר וגדול , טפסר , מנזר , מלך , פקיד , ממונה , משיח , שליש , חור פקור , שוע , קוע , בעל , אלוף , חשמן , רם , ונשא , ראש נכבד , ונשיא

His Synonymis adduntur explicationes: ſed quæ nihil aliud continent, quam ſingulas voces vel epitheto, vel verbo quocunque ex Scriptura Sacra deſumto, inſtructas & munitas. In verbis eodem modo procedit e.g. in ברא addit יצר, פעל, עשה, חדש, יעול. Idem liber MS. exſtat in eadem B. Bodlej. inter Codd. Huntington. n. 308. & in B. Oppenheimeri. Buxtorf. p. 438. B. Rabb. ait eum agere de rhythmis Hebraicis ſeu Poeticorum verborum copia, quem ſecuti ſunt Hotting. & Bartolocc. qui omnes auctorem *Piera* (פירה) vocant, quibus etiam proxime accedit ש״י appellans eum פיערו quæ ſcriptio ex dictis emendari poteſt.

ר׳ שלמה בן משה עזרה R. SCHELOMO fil. MOSCHE *Eſra*, ſumtibus ſuis & cum præfat. ſua edi curavit librum *Salom. Algaſi* מעלפה ספירים de quo ſuo loco. 2010

Digitized by Google

2011 שלמה מנורצי SCHELOMO MINNORZI, i.e. *Nurſienſis*, ed.
שאלות ותשובות *quaſita & reſponſa, Mant.* 348. C. 1588. 4. In Catal. Bodlej. video memorari edit. *Mantuan.* 1597. 4.

2012 ר׳ שלמה עתיה R. SCHELOMO ATHIAS ben *Schem Tov,* quem Bartoloccius ſuperius R. *Schelomo* הטיאס deinde vero R. *Schelomo* עטיה vocat, & utrinque illi tribuit commentarium in Pſalmos, quod poſterius recte ab ipſo fit. Prodierunt enim Pſalmi cum comm. ejus *Venet.* 309. C. 1549. fol. qui ex *Raſchio, Kimchio* & aliis Interpretibus eſt collectus. Idem *Bartoloccius* p. 322. b. & Hendreich. in Pandect. Brandenb. *Samuelem* עתייה tanquam interpretem Pſalmorum inferius memorat, qui ab hoc certe non eſt diſtinguendus.

ר׳ שלמה פערן vide R. *Schelomo f. Meſchullam.*

ר׳ שלמה בן פניאל vide ſupra R. *Schelomo ben Abrah. Paniel.*

2013 ר׳ שלמה פראנקו R. SCHELOMO FRANCO ſcr. comment. in R. *Aben Eſram,* ſuper Legem: in eum vero viciſſim animadverſiones ſcripſit R. *Abraham ben El Nobib,* MS. teſte ש״י.

ר׳ שלמה פרחום R. SCHELOMO PARCHOM: vide ſupra R. *Schelomo ben Abraham Parchom.*

ר׳ שלמה צבי vide ſupra ר׳ זלמן צבי.

2014 ר׳ שלמה בן צבי הירש R. SCHELOMO fil. ZEVI *Hirſch,* Sæculo ſuperiori vixit, & MS. reliquit comm. in *Pirke Aboth,* quem R. *Moſes fil. R. Iſaaci Sprinz* ſub titulo ס׳ בית דוד ושלמה *domus Davidis & Salomonis,* quem a nomine auctoris & ſoceri ſui editor mutuum ſumſit, in lucem protulit *Prag.* 449. C. 1689. 4.

2015 ר׳ שלמה בר ר׳ צמח דוראן R. SCHELOMO bar ZEMACH DURAN nepos illius, qui vocatur תשב״ץ i.e. R. *Schelomo Duran,* de quo ſuo loco: hic per compendium vocari ſolet רשב״ץ & ſcripſit
תפארת ישראל *gloria Iſraelis* ex *Thren.* II. 1, quo comprehendun

duntur ſex conciones de ſeptem ſapientiæ generibus agentes, quibus junctus eſt libellus מְגִלַּת סֵפֶר *volumen libri*, ex Pſ. XL. 8. comm. in lib. *Eſther*, in quem commentatur auctor occaſione homiliæ ultimæ, quæ agit de Amalekitis, ad quos cum *Haman* pertineat, de eo & toto libro Eſther commentatio ſuſcipitur: in calce oratio legitur de convivio præcepti (סעודת מצוה) ubi de moderatione in dictis & factis ut & in cibo potuque capiendo præcipitur. Accedit tandem *Iſaaci f. Geath* Canticum feſto *Purim* canendum cum comm. R. *Aba Mari. Venet.* in 4. ſine anno. Bartoloccius pro comm. in Eſther ſimpliciter habet. Huic idem tribuit librum אֹהֵב מִשְׁפָּט comment. in Jobum, ut & תִּקּוּן סוֹפְרִים ſed prior eſt R. *Simeonis ben Duran*, poſterior R. *Salomonis ben Simeon Duran*. Idem hujus auctoris jam ſupra meminit, cum eum appellaret R. *Schelomo Duran bar Zemach*, ubi illi minus recte tribuit librum חֵשֶׁק שְׁל״מֹ״ה *deſiderium Salomonis*, ex 1. *Regg.* IX. 19. i. e. comm. ut putat in *Proverbia Salomonis*, ac ſimul reprehendit *Plantavitium*, qui perperam tribuerit R. *Jochanan Alman*, non recordatus, quod ipſe (*Bartolocc.*) illi ſupra adſcripſerit, cum *Jochanan Alman* recenſeret, & ex merito quidem, quia auctor *Schalſcheleth* p. 63. b. diſerte Jochanani illi commentarium hunc vindicat, quem etiam ſecutus eſt ש״י. Præterea in eo minus accurate egit *Bartol.* quod ad *Proverbia* explicanda pertinere eam crediderit, qui ad *Canticum Canticorum* ſpectat, ceu ipſe ſub *Jochanan* recte monuerat. Utroque in loco idem teſtatur, librum hunc editum eſſe *Venet.* 383. C. 1623. 4. quod itidem falſo dici exiſtimem (quamvis ipſo hoc anno auctorem vixiſſe dicat) & forte inde natum eſt, quia alius ejusdem tituli ſed diverſi argumenti liber *Venet.* 377. lucem vidit. Certe auctor hujus libri *Jochanan* eo tempore non vixit, cujus ætas, ceu ſupra oſtendimus, incidit in Sæculi XV. finem.

ר׳ שלמה מקאן הלוי R. SCHELOMO MIKKAN *Levita*, ſcripſit 2016

שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſita & reſponſa*, quæ tanquam inedita allegantur in libro כנסת הגדולה.

ר׳ שלמה מקונסטנטינה R. SCHELOMO *CPolitanus* ſcripſit 2017

מְגַלֶּה עֲמוּקוֹת *revelator profundorum*, ex *Job.* XII. 22. comm. Philoſoph. in Legem MS. teſte ש״י MS. habet *Oppenheim.*

Digitized by Google

2018 ר׳ שלמה הקטון R. SCHELOMO PARVUS, antiquus Grammaticus, vide ſupra ſub R. *Salomo ben Abrab. Parchom.*

2019 ר׳ שלמה קמחי הלוי R. SCHELOMO KIMCHI *Levita*, ſcr. in Prophetas priores & poſteriores, ut tradit Bartoloc. neſcio quo auctore.

2020 ר׳ שלמה רונקיל R. SCHELOMO RUNCKEL cujus אִגֶּרֶת מְלִיצוּת *epiſtolam rhetoricam* MS. habet R. Dav. Oppenh.

2021 ר׳ שלמה רופא R. SCHELOMO *Medicus*, vertit ex Arabico *Abi Ali Ibn Elbitam* Arabis opuſculum de Sphæra, ſive Introductionem in Aſtronomiam in B. Vindobon. Vide Lambec. Tomo I. pag. 177. Commentariorum, ubi monet, citari hunc auctorem ab *Averroe* in epitome Almageſti.

2022 ר׳ שלמה שלומל R. SCHELOMO SCHLUMEL ſcr. כְּתָבֵי שֶׁבַח *epiſtolas laudatorias* ſive literas, quas Hieroſolymis ad Judæos Noricos miſit, quibusque R. *Iſaacum Loriam* celebrem Cabbaliſtam valde laudavit. Prodierunt *Baſil.* 1629. 4. in Collectione, quæ נובלות חכמה & תעלומות R. *Joſephi del Medico* complectitur p. 37-50. Confer *Jo. Wulferum* ad Theriacam Judaic. p. 59. & 71. Compendium illarum legitur in præfat. ad עמק המלך.

2023 ר׳ שלמה בן שמואל R. SCHELOMO ben SCHEMUEL, *Florentinus*, Sæc. XVII. ſcripſit דּוֹרֵשׁ מִשְׁפָּט *quærens judicium* ex *Ieſ.* XVI. 5. i. e. additiones ad librum מוֹרֵה צֶדֶק ex libris Juridicis, ac Scriptoribus qvv. & reſpp. qui ad prædictum librum non ſunt adhibiti: pertinent vero tantum ad illam partem *Turim*, quæ vocatur חושן משפט. *Theſſalonic.* 415. C. 1655. 4.

2024 ר׳ שלמה בן שמעון דוראן R. SCHELOMO ben SCHIMON DURAN, *ben Zemach*, qui vocatur per compendium תש״בץ, ſcripſit

תקון

Digitized by Google

תקון סופרים *correctio Scribarum*; vide paulo ante R. *Schelomo ben Zemach Duran.*

ר׳ שלמה שמעיה R. SCHELOMO SCHEMAJA ben 2025

R. *Niſſim Iſaac Sphorno* præfationem præmiſit libro Coſari cum commentario R. *Judæ Muſcato Venet.* 354. C. 1594. 4. edito.

ר׳ שלמה בן תבון R. SCHELOMO ben TIBBON vide ſupra *Schelomo b. Jehuda Tibbon.*

ר׳ שלמה תלמיד R. SCHELOMO TALMID (*Diſcipulus*,) ſcripſit 2026

שש כנפים *ſex alæ*, quas Bartoloc. ait eſſe ephemerides ſex tabulis conſtantes, ex Buxtorf. Schabtæus teſtatur pertinere ad Aſtronomiam & Calendarii rationem, & videri vult librum מנות הלבנות ut & quæſt. & reſponſ. מה״ריל.

ר׳ שלמון בן ירוחם R. SCHALMON ben JERU- 2027

CHAM, *Karæus*, æqualis R. *Saadia Gaon*, adeoque Sæculo X. ineunte floruit, & laudatum Saadiam habuit præceptorem, quod ex teſtimonio R. *Jepheth Hallevi* Karæi oſtendit *Jac. Triglandius* diſſ. de Karæis p. 108. (confer ſupra R. *Saadias Gaon*) Scripſit is carmen rhythmicum de doctrinæ Talmudicæ vanitate, quod MS. habuit Triglandius, ceu apparet partim ex Catalogo ejus p. 24. libb. Orientt. partim ex ejusdem diſſert. de Karæis p. 96. 109. (ubi ab elegantia valde laudatur) & inprimis p. 120. ſq. Extorſerat hoc illi *Saadias Gaon*, ejus quondam diſcipulus, ſcripto quodam ſuo ſingulari, quo argumentis ſeptem traditionum Talmudicarum auctoritatem adſtruere & *Schalmonis*, peregre profecti, cœtum ad ſuas partes transferre conatus erat: his enim ille reſpondendum eſſe ducens carmen hoc conatibus ejus oppoſuit, cujus ſumma capita refert *Triglandius* l. c. p. 121. ſq. Ex eodem locum affert V. C. *Jo. Meyerus* in prolegomenis ad *Seder Olam* p. 187. Procul dubio idem eſt liber, qui ſine titulo ſub *Schalmonis* nomine memoratur in Catalogo Bibliothec. Leidenſis p. 284. n. 21.

שם SEMUS, filius NOACHI, cui Judæi, more ſuo, varia vel ſcripta vel inventa tribuunt, quæ *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. p. 165. ſqq. & Amiciſſimus *Jo. Alb. Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho V.T. 2028

Digitized by Google

V. T. p. 283. recenſuit. Sunt illa 1) *traditio Theologica.* 2) *præcepta de ritu Sacerdotali* 3) *de ratione Temporum*: 4) *prophetiæ* :5) *præcepta Philoſophica.* 6) ſpeciatim *Politicæ*: 7) *Leges* quædam. 8) *Pſalmi* 9) *liber de Medicina* qui ſub titulo : ספר רפואות אשר העתיקו חכמים הראשונים מספר שם בן נח h. e. *liber medicinæ, quem Sapientes antiqui tranſtulerunt ex libro Semi fil. Noæ*, in Bibliotheca Bavarica exſtare dicitur. Inter hæc ſunt nonnulla, v. c. *Pſalmi*, quæ a Judæis *Melchiſedeco* alias tribuuntur, unde apparet, Sgambatum Melchiſedecum a Semo non diſtinxiſſe, ad exemplum Judæorum fere omnium, de quibus videas *Bochartum* in Geographia Sacra lib. II. c. 1. & *Hottingerum* in *Smegmate Orientali* c. 8. p. 256. Sed falli, hac in parte Judæos & res ipſa oſtendit, & ex noſtratibus præter alios evicit B. *Zach. Dorſcheus* in Pentadecade p. 426.

2029 שמואל SCHEMUEL *Propheta*, cujus in Canone Sacro libri bini exſtant, ſcripſiſſe etiam Judæis ac ſpeciatim *Levi Gerſonidæ* putatur סֵפֶר מִשְׁפַּט הַמֶּלֶךְ *librum de Jure Regio*, de quo mentio fit 2. *Sam.* X. 25. Enimvero plerique Interpretes illum non diſtinguunt ab iis, quæ 1. *Sam.* VIII. 10. ſq. tradita erant. Noviſſime Cl. *Jo. Buxtorfius* in Catalectis Theologico Philologicis p. 31. hæc ita diſtinguit, ut cap. VIII. de Jure Regio uſurpativo (cujus ſententiæ patronos recenſet B. *Wandalinus* in lib. de Jure Regio ἀνυπευθύνῳ cap. II. ſqq. & *Gisb. Voetius* Parte IV. Diſpp. Select. p. 218. ſq.) capite X. vero de legitimo actum putet, in quam ſententiam per inſtitutum noſtrum inquirere nunc non licet. Id per ſe patet, ex neutro loco ſingulare aliquod Samuelis ſcriptum elici poſſe.

2030 רב שמואל RAV SCHEMVEL, qui in Gemara fere ſemper una cum רַב nominatur רַב וּשְׁמוּאֵל fuit princeps Academiæ in Nahardea, ætate prima *Amorraitarum* ſeu *Gemaricorum*, & obiit an. 4010. C. 250. a ſingulari embolismorum notitia *Samuel Iarchineus* appellatus: oſtenditis modum inveniendi Solis ingreſſum in quatuor puncta cardinalia; exſtant tabulæ MSS. in B. Vatic.

2031 ר׳ שמואל R. SCHEMUEL, neſcio quis, cujus liber MS. *de adventu Meſſiæ*, memoratur inter MSS. Medicea, apud *Spizelium* p. 83. in Arcanis Bibliothecarum Sacris Retectis.

ר׳ שמואל אבץ R. SCHEMUEL ABATZ: vide ſupra ſub בחיי הזקן.

שמואל

Digitized by Google

שמואל אבוהב SCHEMUEL ABOAB, *Venetus*, cujus librum aliquem de præceptis MS. allegat *Dan. Levi de Barrios* in la eternitad de la Ley Moſaica p. 84. Hujus librum quv. & reſpp. citat *Moſ.* Chagis in *Leket Hakkemach*. 2031

ר׳ שמואל אברבליה R. SCHEMUEL ABRABALIJA, *Doctor Judæus*, qui a *Marco Florentino*, Pontifice Romano, de variis interrogatus & reſpondens ſiſtitur in *Schevet Jehuda* p. 276. 2032

ר׳ שמואל בן אברהם R. SCHEMUEL ben ABRAHAM, cujus diſſertat. de Metempſychoſi Latine converſam editurum ſe quondam recepit *Jac. Gaffarellus* - v. Nova literaria Germaniæ an. 1706. p. 160. 2033

ר׳ שמואל בן אברהם הכהן R. SCHEMUEL ben ABRAHAM *Sacerdos*, cui ש״י tribuit librum תורת חכם *Lex Sapientis*, cujus auctor vocandus erat R. *Chajim fil. Abraham* de quo ſupra ſuo loco. 2034

שמואל בן אברהם לניאדו v. infra R. *Schemuel Laniado*.

ר׳ שמואל בן אורי שרגא R. SCHEMUEL fil. URI SCHARGA *Veibes*, ſcripſit 2035

בית שמואל *domus Samuelis*, i. e. comment. in *Schulchan Aruch*, *Furthi* 454. C. 1694. fol. pp. 148. apud *Zevi Hirſch ben Ioſeph*.

ר׳ שמואל אוזידה R. SCHEMUEL OSEIDA, fil. *Iſaaci*, ex *Iapheth*, ſuperioris Galilææ urbe, concionator inter ſuos celebris, floruit Sæc. XVI. inclinante, & ſcr. 2036

1) אגרת שמואל *epiſtola Samuelis*, expoſitio libri *Ruth* addito comm. *Raſchii*, *Corigsmia* ſeu *Coregismi* juxta *CPolin* edita an. 357. C. 1597. 4. & *Amſtelod.* 472. 4. pp. 80. apud *Nathan Pua*. Hanc epiſt. non diſtinguendam puto ab ea, quæ a Plantavit. & Bartoloccio tribuitur R. *Samueli Aripol.*

2) לחם דמעה *panis lacrymarum*, ex *Pſ.* LXXX. 6. comm. in *Threnos*, adjunctum habens comment. *Raſchii*, cum ipſo contextu: *Venet.* 360. C. 1600. 4. ap. *Dan. Zanetum* pp. 120. & *Amſtelod.* 470. C. 1710.

32

Digitized by Google

3) מִדְרַשׁ שְׁמוּאֵל *expoſitio Samuelis, comment. in Pircke Avoth*, quo in uno latere complexus eſt commentarios omnes in *Pircke Avoth* exſtantes; in altero vero tantum comm. *Raſchii*. *Cracov*. 354. C. 1594. 4. pp. 252. recuſ. Francof. ad Mœn. cura *David Grünhut* 473. C. 1713. quæ tertia eſt editio, ut in titulo dicitur in fol. pp. 64. In B. Bodlej. exſtat ed. *Veneta* 1579. & 1605. 4. ap. *Io. de Gara*.

שמואל אורגילס vide paulo poſt *Schemuel ben Ioſeph Orgilas*.

2037 ר׳ שמואל אלבאלנאסי R. SCHEMUEL ALBALNASI ſcripſit

דַּרְכֵי קְהִלַּת קֹדֶשׁ *vias Eccleſiæ Sanctæ*, quem libellum in מהררי נסרים *Venet*. apud *Dan. Zanetum* 270. C. 1510. 4. edito exſtare monet Bartoloccius.

2038 ר׳ שמואל אלגאזי בן יצחק R. SCHEMUEL ALGASI *ben Iſaac* Sæc. XVI. medii Scriptor ſcr.

1) בֵּיאוּר expoſitionem diffuſam in ספר יראים.

2) דְּרָשׁוֹת *conciones*, quas in libro ejus תולדות אדם allegari ait ש״י.

3) חדושים *novellæ obſervationes* in octodecim Tractatus Talmudicos, ut & in R. Niſſim (ה״רן) & נימוקי יוסף MS.

4) קְבוּצַת כֶּסֶף *congregatio argenti*, ex *Ezech*. XXII. 20. index dictorum & rerum in Gemara Babylonica & Hieroſolymitana, ut & *Siphra*, *Siphri*, *Mechilta* & *Rabboth* obviarum.

5) תּוֹלְדוֹת אָדָם *generationes Adami*, ex *Gen*. V. i. e. compendium Chronologicum inde ab Adamo usque ad tempus, quo libri Judaici in Italia ſunt combuſti. *Venet*. 347. C. 1587. 8. ſecundum ש״י vel ſecundum Bartoloc. an. 360. 8. C. 1600. qui ſimul obſervat, librum iſtum 17. annis ante, quam ederetur, ſcriptum eſſe. Plantavit. n. 725. annum facit 365. tribuitque R. *Samueli Algaſio ben Moſche Gallo*, qui tamen editionis tantum curam habuit.

6) תַּנְחוּמוֹת אֵל *conſolationes Dei*, ex *Jobi* XV. 11. i. e. comment. in Pſalmos.

Hos libros omnes ש״י tribuit noſtro *Samueli ben Iſaac*, at Plantavitius n. 607. & cum eo *Bartoloccius* quosdam horum nempe 1. 2. & 4. tribuunt R. *Samueli Algaſio ben Moſis Gallo*, & præterea adjungunt ש״ת i. e.

quaſi.

Digitized by Google

quaſi. & reſponſ. ut & ס' נְחוּמוֹת *librum conſolationum* in calamitatibus hujus vitæ, quem *Plantavit.* n. 447. tanquam a ſe poſſeſſum, ſed ſine loco & anno editionis memorat, qui jam n. 607. eidem librum *de conſolatione* qua procul dubio ad *Tanchumoth El* reſpicit, inſcripſerat. Cum vero nullus ejus modi liber *Nechimoth* exſtet, multo minus *Algaſio* a quoquam alio tribuatur, non dubito, eum ex titulo *Tanchumoth El* confictum eſſe, quemadmodum nec exiſtimandum eſt, *Sam. ben Moſe' Algaſi* (f) quenquam dictorum librorum exaraſſe, ſicut Bartolocc. recte notarat Plantavit. quod eidem librum *Toldoth Adam* vindicaverat.

ר' שמואל אידילש R. SCHEMUEL EIDELS: vide *Schemuel Elieſer ben Jehuda.*

ר' שמואל בן אלחנן יעקב ארקוולטי 1039

R. SCHEMUEL ben ELCHANAN Jacob ARKEVOLTI, quem alii *Arcolti* vel *Arcavolti* vocant, *Patavinus*, floruit Sæc. XVI. medio, & ſcr.

1) דֶּגֶל אַהֲבָה *vexillum amoris*, *Cantic.* II. 4. liber moralis, quo animus hominis ab hujus mundi deliciis avocatur: *Venet.* cum commentario 311. C. 1551. 12.

2) מַעְיַן גַּנִּים *fons hortorum*, ex *Cant.* IV. 8. in quinque canales diſtributus, & 25. epiſtolas cum totidem reſponſoriis exhibens eleganti ſermone ſcriptas. *Venet.* 313. C. 1553. 8. apud *Bragadinum*: ita recte deſcribit librum ש"י pro eo, quod *Bartoloccius* decem canales commemorat, quorum ſinguli decem exhibeant epiſtolas cum 25. reſponſoriis; ſicut *Plantavitius* n. 385. quinquaginta numerat epiſtolas, per 5. canales diviſas, quarum 25. reſponſiones ſibi proprias adjunctas habeant. MS. habet Oppenheim.

3) עֲרוּגַת הַבֹּשֶׂם *area aromatica* ex *Cantic.* VI. 2. Grammatica Hebraica in 32. areolas diſtincta, quam ſæpius allegare ſolet Buxtorfius. Inter cetera cap. 30. traditur ratio Steganographiæ ſeu Cryptographiæ per numeros & alios modos, inſtituendæ. *Venet.* 362. C. 1602. 4. apud *Io. de Gara* pp. 121. cum licentia Superiorum. Ex hujus libri capite XXXI. & XXXII. ea, quæ ad poeſin Hebr. pertinent, latine reddita legi poſſunt in calce libri *Coſri* ex verſione Buxtorfii p. 424. ſqq.

4) עָרוּךְ *Lexicon Talmudicum*, R. *Nathanis* cum Indice locorum

Xxxxxx Miſch

(f) Imo talis *Schemuel Algaſi fil. Moſis Galli*, nunquam exſtitit, ſed ex *Samuele fil. Moſis Galli*, qui ejus תולדות אדם *Venetiis* edi curavit, confictus eſt.

Miſchnæ & Gemaræ in ipſo Lexico citatorum, ubi potiſſimum inveniri debeant, in ora, noſtri Arkevolti ſtudio, collocato, ex edit. *Veneta* 291. C. 1531. 4. & aliis de quibus ſuo loco.

5) Carmen quoddam ejus in Circumciſionem exſtat in *Seder Tephilloth* ordine *Beracha*, ſecundum ritum Iudæorum Italorum, ex ed. *Venet.* 373. C. 1613. Idem varia carmina in laudem librorum quorundam ſcripſit cum ipſis libb. edita, v. c. in R. *Moſis Corduero* פירוש על סדר עבודת יום כפורים.

Bartoloccius noſtro etiam tribuit מְנוֹרַת הַמָּאוֹר *candelabrum lucis*, cujus argumentum tacet, editionem vero memorat *Venetam* 362. C. 1602. fol. Non dubito, hunc eſſe librum, quem ſub eodem titulo edidit R. *Iſaac Aboab* qui Venet. 304. & 355. fol. lucem adſpexit. *Bartoloc.* enim monet, librum hunc anno 355. prelo ſubjectum eſſe & an. 362. prodiiſſe. *Hendreichius* in Pandectis tres ex hoc facit auctores, nempe *Sam. Arkevoltum Alkanan* p. 116. & *Sam. Arcolti* p. 254. & Sam. Arcevolti Alchanan p. 93.

ר׳ שמואל אליעזר בר יהודא הלוי R.

SCHEMUEL ELIESER *bar Iehuda Levita*, Archiſynagogus Synagogæ (non *Auſtriæ* ut Bartolocc. ſcribit, ſed) *Oſtravienſis* (qui alio nomine ab uxore ſua, quæ maritum ad ſtudia excitaſſe ſedulo dicitur, dictus eſt *Schemuel* אידלש per compendium מהר״שא) anno 1683. nonagenario major adhuc vixit. Hujus mentio fit in *Zemach David* continuato p. 46. b. Scripſit is

1) חִדּוּשֵׁי אַגָּדוֹת *novella allegoriarum* h. e. novæ obſervationes & expoſitiones *Aggadoth* Talmudicarum, etiam illarum, quæ in libro עין יעקב omiſſæ ſunt *Cracov.* 391. C. 1631. fol. & in ordinem *Seraim*, *Moëd*, ex parte, *Naſchim*, *Neſikin*, & *Kidduſchin Lublin.* 387. C. 1627. fol. Adde edit. *Francof. ad Mœn.* 443. C. 1683. fol. apud *Blaſium Ilsnerum* permiſſu Superiorum pp. 195. & *Prag.* 452. C. 1692. Eædem in edit. Berolin. libri עין יעקב an. 1709. fol. excuſæ ſunt

2) חִדּוּשֵׁי הֲלָכוֹת novellæ obſervationes in Talmudicas *conſtitutiones* ſeu *Halachoth* ſuper Raſchium & *Toſephoth* quod ad octodecim Tractatus *Lublin.* 372. C. 1612. fol. deinde vero in totum Talmud Francof. ad Mœn. 1680. fol. ש״ו tum *Berol.* 1706. fol. plag. 97. Tanti hæ obſervatt. fiunt Judæis, ut de illis novæ Talmudis editioni inſerendis cogitatum fuerit.

In tractatum פסחים *Lublin.* 392. C. 1632.

Ejus-

Digitized by Google

Ejuſdem *Chidduſche Halachoth* ex curis ſecundis, & quidem in *Bava Kama*, *Bava Mezia*, *Schabbath*, *Eruvin*, *Jevamoth*, *Gittin*, *Chulin*, quibus ſimul comprehenduntur obſervationes generi ejus, *Moſis*, Præſidis Curiæ Lublinenſis, in *Halachoth & Aggadoth* Talmudicas. *Lublin*. 430. C. 1670. & *Berol*. 466. C. 1706. fol. & antea *Prag*. 452. C. 1702.

Ejus חִדּוּשִׁים מַסֶּ׳ נִדָּה *obſervatt*. in Tract. *Nidda Prag*. 362. C. 1602. 4. plagg. 8.

ר׳ שמואל בן אליעזר מאפטא R. SCHE- 2041

MUEL ben ELIESER *Opatenſis*, ex urbe Diœceſeos Sendomirienſis oriundus, ſcripſit

חִדּוּשֵׁי ג״פרת i. e. novas obſervationes in *Gemaram*, *Peruſch* i. e. Raſchium & *Toſephoth* quod ad Codicem *Cetuvoth* & *Kidduſchim*, *Proſtitzii* 378. C. 1618. 4. plagg. 9.*)

ר׳ שמואל אלמולי v. infra R. *Schemuel ben Jacob Almoli*.

ר׳ שמואל בן אליקים געץ R. SCHEMUEL 2042

fil. ELIJAKIM GETZ, vulgo vocatus זנוויל, Judex Synagogæ סווריענץ edidit Patris ſui librum רפואות בתפוחים cum præfatione ſua: vide in Appendice R. *Elijakim Getz*.

ר׳ שמואל בן אלכסנדר R. SCHEMUEL fil. *A-* 2043

lexandri claruit Sæculo ſuperiori inclinante & ſcr.

פְּרִי מְגָדִים *fructus rerum pretioſarum*, ex *Cantic*. IV. 13. quo libro per titulos, ſecundum ordinem literarum diſpoſitos, exhibet indicem inſtitutorum & rituum ad illos titulos pertinentium, quo loco in Ordine *Schulchan Aruch*, qui dicitur *Choſchen miſchpath*, inveniantur. *Francof. ad Viadr*. 451. C. 1691. 8. Titulum hunc ideo ſelegit, quia hic index eſt inſtar fructuum poſt menſam (שלחן) apponi ſolitorum, præterea vero in voce מגדים idem numerus, qui in שמואל, latet nempe 377.

ר׳ שמואל מאפטא R. SCHEMUEL OPATEN- 2044

SIS ex urbe Diœceſeos Sendomirenſis oriundus, qui an. 465. C. 1705. die 5. menſis Tammuz (Septembr.) obiit, & ſepultus eſt *Ottenſenii*, vico *Alto-*

(*) Obſervationes hos collegit auctor ex R. Joſ. ben Löw, R. *Schemuel* Medinenſi, R. *Schelomo Cohen* aliorumque libris quæſt. & reſponſ.

Altonaviæ contiguo prope Hamburgum, ubi in epitaphio vocatur אברך אב בחכמה ורך בשנים i. e. *Abrech pater ſapientia & tener annis*: ita enim Interpretes Judæorum explicare ſolent *Joſephi* nomen *Geneſ.* XLI. 43. Dicitur ibidem ſcripta Medica, nondum edita, reliquiſſe

2045 ר׳ שמואל אלמושנינו R. SCHEMUEL ALMOSNINO, ſcripſit in commentar. *Raſchii* ſuper Pentateuchum, quem MS. in B. Vatic. eſſe in 4. teſtatur Bartolocc.

Prodiit is junctim cum tribus aliis in Pentateuchum commentariis, nempe R. *Caniſel*, *Moſis Albelda*, *Aaron Abu Aldari* CPoli fol. teſte ש״י.

ר׳ שמואל אלקעי vide infra R. *Schemuel* קלעי.

2046 ר׳ שמואל אריפול R. SCHEMUEL AREPOL, vel ARIPOL, *ben R. Iſaac ben Jom Tov Arepol*, vixit Sæc. XVI. & ſcr. libros varios, quos tanquam nugarum plenos nihili fieri ab Hebræis CPolitanis teſtatur Buxtorfius p. 443.

אֲגֻדַּת שְׁמוּאֵל *faſciculum Schemuelis*, quæ collectio eſt inſtar indicis & compendii quinque librorum, quos idem exaravit, & ejusmodi titulis inſcripſit, quorum ſymbolum conſtituit vox שמואל (g) primus enim dicitur שַׂר שָׁלוֹם *princeps pacis* ſecundus מִזְמוֹר לְתוֹדָה *Pſalmus Evcbariſticus*, tertius וַעַד לַחֲכָמִים *conventus Sapientum*, quartus אִמְרַת אֱלוֹהַּ *dictum Dei*, & quintus לֵב חָכָם *cor ſapientis*. Sic & liber iſte quinque partibus abſolvitur, quarum I. ſub tit. רֶכֶב יִשְׂרָאֵל *currus Iſraelis* pertinet ad alphabeta illa, quæ leguntur in Pſalmo CXIX. II. יַעֲלַת חֵן *rupicapra gratioſa*, in Canticum Canticorum. III. פִּי חָכָם os *ſapientis* in Eccleſiaſten. IV. וָוֵי הָעַמּוּדִים *uncini columnarum*, ubi de diſpoſitione hominis decente inter precandum. V. לִוְיַת חֵן *acceſſio gratiæ Venet.* 353. C. 1593. 4. ap. *Io. de Gara.* Hujus libri titulum Bartoloc. poſt Plantavit. admodum mendoſe effert per אִגֶּרֶת שְׁמוּאֵל *epiſtola Samuelis* (cujus tituli librum ſupra ſub *Schemuel Algaſi* recenſuimus) quam ait eſſe librum legalem, in octo partes diſtinctum: quæ quidem omnia ex dictis facile emendari poſſunt. Eodem titulo אגרת recenſetur etiam in Catal. Leidenſ. p. 270. n. 59. Ratione anni Bartol. cum ש״י conſentit: ego vero vidi edit.

(g) Hujus enim vocis literæ ſeorſim ſumtæ faciunt initium titulorum ſingulorum.

Digitized by Google

edit. Venet apud *Jo. de Gara*, ubi annus per voces ſymbolicas זהב פרוים expreſſus erat, quarum literæ efficiunt an. 350.

Libri iſti quinque ſinguli ſeorſim prodierunt & quidem

1) וַעַד לַחֲכָמִים *conventus ſapientum*, explicatio precum ſecundum ש״ץ *Venet.* neſcio quo anno, qui liber ſecundum Bartoloc. conciones complectitur. Unde videtur hunc confudiſſe cum alio

2) אִמְרַת אֱלֹהַּ *verbum Dei*, ex *Prov.* XXX. 5. conciones in omnes legis Paraſchas, de quibus tamen ש״ץ nil monet, editæne ſint an MSS. neque ipſe eas aut vidi aut ab aliis laudatas memini.

3) לֵב חָכָם *cor ſapientis*, ex *Ecclеſ.* VIII. 5. comm. in Eccleſiaſten *CPoli* 351. C. 1591. 4. In Catal. Bodlej. p. 39. memoratur annus 1586. 4. Meelführerus in diſſ. de meritis Hebr. in Rem Literar. §. 8. adfert ed. Lublin. 1604. 4.

4) מִזְמוֹר לְתוֹדָה *Pſalmus Euchariſticus*, ex Pſalm. C. 1. expoſitio Pſalmi CXIX. & Pſalmi XV. Graduum: *Venet.* 336. C. 1576. apud *Jo. de Gara* & *Prag.* 370. C. 1610. 4. plagulis 40.

5) שַׂר שָׁלוֹם Princeps pacis, ex *Jeſ.* IX. 5. comm. in *Canticum* Venet. 8. non in *Eccleſiaſt.* quod vult Buxt.

6) נְעִים זְמִירוֹת *jucundus cantionibus* ex 2. *Sam.* XXIII. 1. expoſitio Pſalmi XV. Graduum *Cracov.* 336. C. 1576. 4.

ר׳ שמואל ארקוולטי v. ſupra R. *Schemuel f. Elchanan Iac. Arkevolti*

ר׳ שמואל אשכנזי R. SCHEMUEL GERMANUS: vide R. *Schemuel Japhe.*

ר׳ שמואל אשכנזי R. SCHEMUEL GERMANUS: vide R. *Schemuel f. Iebuda Lev.*

ר׳ שמואל אשפיריל R. SCHEMUEL SPERELLUS 2047

cujus tractatus Chirurgicus de vulneribus MS. lingua Catalonica ſed characteribus Rabbinicis exſtat in Vatic. 4.

ר׳ שמואל בכרך R. SCHEMUEL BACHRACH Præ- 2048

es Curiæ *Wormat.* cujus

חדושים *novellæ obſſ.* in *Gemaram*, *Raſchi* & Toſephoth MS. in B. Oppenheimeri 4.

Digitized by Google

2049 ר׳ שמואל בכמור R. SCHEMUEL BOCHMER ſcr. עין הגנים *fons hortorum*, MS. in B. Medicea: vid. Catalogo p. 138. b. ed. Cl. Fabricii.

2050 ר׳ שמואל מבונעירבוק R. SCHEMUEL MIBBONERBOCK diſcipulus *Raſchii* adeoque Scriptor Sæculi XII. poſt C. N. ſcripſit

ספר הפרדס *librum de paradiſo*, teſte *Iuchaſin* p. 164. a. Supra ſub R. *Schelomo fil. Iſaac* oſtendimus, huic acceptum ferri librum הפרדס qui non videtur ab hoc diſtinctus, quem forte diſcipulus ex doctrina ejus conſcripſit. Noſtrum hic innuere videtur *Schalſcheleth* p. 54. b. ubi meminit *Schemuel* מבונברק.

2051 ר׳ שמואל בנבנשתי R. SCHEMUEL BENBENASTE *Hiſpanus*, qui librum *Bœthii* de Conſolatione Philoſophiæ hebr. convertit ſub tit. נחמת בואיציאו Vide quæ ſupra diximus ſub בואציאו Eundem in controverſia Grammat. allegat *Balmeſius* in Grammat. ſua plag. r. 8. Hic eſt, quem multos libros Grammaticos ſcripſiſſe Catalogus Grammaticorum ſupra exhibitus p. 339. teſtatur, ubi refertur in A. C. 1300.

ר׳ שמואל בנבנסתי vide infra *Schemuel ben Iac. Benbenaſte*

2052 ר׳ שמואל גאליקו R. SCHEMUEL GALIKO claruit Sæculo XVII. & ſcr.

עסיס רמונים *ſuccus malogranatorum*, ex *Cantic.* VIII. 2. eſt compendium libri *Pardes Rimmonim*; prod. *Venet.* 361. C. 1601. *Mant.* 384. C. 1624. & *Amſtel.* 468. C. 1708. 4. confer ſupra *Moſes Corduero*. Librum illum correxit deinde, & expoliit R. *Menachem Aſarias Mippano* conf. ſupra R. *Menachem Aſarias*.

2053 ר׳ שמואל בן דוד R. SCHEMUEL ben DAVID, cujus commentarius in Pentateuchum quinque voluminibus, in forma quarti ordinis luculenter exaratis, exſtat MS. in Bibl. Mertonenſi num. 336. ex legato *Rob. Huntingtoni*. Ante præfationem hæc leguntur librarii verba: בשם יהוה אל עולם בעזרת י׳ אלהי ישראל אכתוב פירוש רבינו שמואל זכר צדיק לברכה h. e. *in nomine Domini, Dei æter-*

ni

ni, auxilio Domini DEi Iſraelis deſcribam commentarium R. Samuelis: memoria juſti ſit in benedictione. Hunc autem *Samuelem* quo nomine in Catalogo ſimpliciter vocatur, *Davidis* fuiſſe filium, ex ſubſcriptione apparet, quæ his verbis concepta eſt: נשלם פירוש כל התורה הברורה הטהורה ביום שלישי בשבת שהוא שני ימים לחודש מרחשון שנת את״תכא לשטרות מה שקבץ וחבר מדברי רבותי׳ הקדמונים ז״ל ומפרושי הגאונים האחרונים שמואל בן ר׳ דויד הרב בן ר׳ שלמה הרב בן ר׳ אברהם החכם.

h. e. *abſolutus eſt commentarius totius legis puræ & perfectæ, die tertio Sabbati qui eſt ſecundus menſis MARCHESVAN (Octobr.) anni 1821, æræ contractuum (i. e. A. M. 5271. C. 1511.) quicquid collegit & congeſſit ex dictis Rabbinorum noſtrorum veterum p. m. & ex commentariis Geonæorum poſteriorum Samuel ben R. David &c.* Librarii nomen in fine ſignatum fuit עמרם בן סעדיה, cujus ſcribendi ratio hoc habet ſingulare, quod nomen יהוה per tria י (*Jodin*) exprimat Commentarius ipſe diffuſus eſt, quippe qui non inhæret ſtricte verborum explicationi, ſed interdum aliorum quoque interpretationes affert, e. g. R. *Tanchum*, & R. *Jehuda ben Paſſi*, ex cujus (poſterioris) commentario ad quæſtionem למה התחיל בבית *quare cum* ב *inceperit* Moſes Pentatenchum? reſpondet,

להודיעך שה״בה ברא שני עולמים העולם הזה והעולם הבא. h. e. *ut ſignificetur, quod Sanctus Benedictus ille creaverit duos mundos, mundum hunc & mundum alterum.* Ex alio vero hæc ibidem cauſa affertur: שהוא לשון ברכה ולא באלף שהוא לשון ארירה h. e. *quia* ב *ingreditur vocem* ברכה (*benedictio*) *non autem per* א (incepit) *quia* א *ingreditur vocem* ארירה (*maledictio*)

Voces ברא אלהים ex idiotismo, quem hic fingunt Rabbini, quod plurium numerus præſtantiam hic inferat, interpretatur. Cur ſecundo diei non addita ſint verba: *& erat bonum*, hanc reddit rationem, *quod opus aquarum non fuerit perfectum niſi die tertio.* Solet frequenter afferre allegoricas interpretationes, ſingulasque voces vel phraſes perſequitur, & ſatis bene explicat. Ex hoc commentario loca nonnulla attulit Cl. *Andreas Chriſtoph. Zellerus*, Amicus meus æſtumatiſſimus & jucundus itineris Anglicani comes, in commentatione ſua erudita ad Tractatum *Maimonidæ* de Vacca rufa p. 330. 332. 333. 348. &c. item p. 363.

ר

2054 ר׳ שמואל דוד אוטלינגו R. SCHEMVEL ben *David* OTELINGO fil. Jechiel, noſtræ ætatis homo, ſcr.

מְעִיל שְׁמוּאֵל *Pallium Samuelis*, ex 1. *Samuel.* XXVIII. 14. qui liber eſt compendium libris שני לוחות הברית, *Venet.* an. 465. C. 1705. apud Aloyſ. Bragadin. pp. 154. 8. cum lic. ſuper.

2055 ר׳ שמואל בן דוד הלוי R. SCHEMUEL ben DAVID *Levita*, Archiſynagogus *Amſtel.* ſcr.

נַחֲלַת שִׁבְעָה i. e. *hereditas ſeptem* ubi ea, quæ ad ritus libelli repudii, ſponſalium contractuumque ſcribendorum pro diverſa variarum regionum conſvetudine pertinent, ex *Turim* & *Schulchan Aruch* ediſſeruntur: *Amſtelod.* 427. C. 1667. pp. 100. & *Francof. ad Mæn.* 454. C. 1684. pp. 40. cui curæ auctoris ſecundæ acceſſerunt. Pars II. prod. *Furthi.* *) an. 452. C. 1692. 4. pp. 46.

2056 שמואל היידא SCHEMVEL HEIDA, ben *Moſe* Pragenſis Synagogæ, ſcr. amplum commentar. in תנא דבי אליהו ſub tit. זִקּוּקִין דְּנוּרָא וּבְעוּרִין דְּאֶשָּׁא *ſcintillæ ignis & flamma ignis* ex *Exod.* XXIV. 17. comm. in *Seder Elijahu Rabba Veſutha*, pars I. pp. 177. II. pp. 62. Pragæ in fol. ſine anno: conf. ſupra p. 145.

2057 ר׳ שמואל בן דייסוס R. SCHEMVEL fil. DAISOS, qui curam habuit editionis libri כתר שם טוב R. Schem Tov f. Abrah. *Venet.* 1601. editi.

2058 ר׳ שמואל בן וואלף R. SCHEMUEL fil. Wolf R. פישלש, *Lembergenſis* תקון שטרות auctius edidit Amſtelod. 457. C. 1697. 12. vide ſupra R. *Jehuda Barſillai.*

2059 ר׳ שמואל די וידאש R. SCHEMUEL de VIDAS ſcripſit

פירוש

(*) Titulus hic, qui nullum fundere videtur ſenſum, quoad vocem poſteriorem ipſius auctoris prænomen שמואל per Gematriam exhibet: שבעה enim quoad literas efficit numerum 377. qui etiam ex שמואל prodibit, ut proinde idem ſit, ac ſi dixeris: *hereditas Samuelis.*

פירוש comm. in *Threnos*, cui additus alius eſt liber ſub tit. אמרות טהורות *Theſſalonic.* 356. 8. C. 1596.

ר׳ שמואל חיון R. SCHEMUEL CHIVAN vel *Chijun* 2060
ſcripſit
בני שמואל *liberi Samuelis*, i. e. commentationes in ſingula capita Ordinis *Choſchen miſchpath*, ex variis ICtis collectæ, quibus additæ ſunt 63. quu. & reſponſ. *Theſſalonic.* 373. C. 1613. fol.

ר׳ שמואל וולירואו v. R. *Schemuel fil. Jehuda Valerio.*

ר׳ שמואל זנוויל בן אהרן R. SCHEMUEL SAN 2061
VEL f. *Aharon*, סופר i. e. ſcriba Synagogæ Wormat. deinde vero ea combuſta, Hamburgi commoratus, ubi edidit חידה מזוקקה וצרופה *ænigma defæcatum & probatum* ſermone rhythmico Hebraico de tabaco *Hamb.* 453. C. 1693. in folio unico expanſo.

ר׳ שמואל זנוויל בן חנוך R. SCHEMUEL SAN- 2062
VEL *ben Chanoch*, pater domus judicii in Synagoga Mogunt. ſcr. conciones in legem usque ad librum Numerorum. *Amſtelod.* 438. C. 1678. fol. pp. 78. apud *Dav. Caſtro Tartas*, recuſ. Venet. 462. C. 1702. fol. utrinque ſub tit. דברי שמואל *verba Samuelis*.

ר׳ שמואל חסיד R. SCHEMUEL *Pius*; vide ſupra R. *Jehuda* חסיד

ר׳ שמואל חיית R. SCHEMUEL CHAIIS, quem vocat 2063
Bartoloccius, eique tribuit librum מבקש השם: dici debebat R. Schemuel ben Jacob חאגיז, quem vide.

ר׳ שמואל חיים ישעיה R. SCHEMUEL CHA- 2064
IIM JESCHAIA, Archiſynagogus Franoof. an. 452. C. 1692. v. *Zemach David* continuatum p. 47. b.

ר׳ שמואל בן ווקר R. SCHEMUEL fil. WAKER, 2065
Medicus, qui tempore Regis Alphonſi, qui nepos magni erat, vixit, & in *Schevetb Jehuda* ſeu hiſtoria Judaica *Georg. Gentii* p. 101. vocatur vir ſummus ſui ævi, ſapientia, conſilio & motuum cœleſtium ſcientia, quæ Aſtronomia vocatur.

Digitized by Google

2066 ר׳ שמואל בן חפני הכהן R. SCHEMUEL ben CHOPHNI, *Sacerdos*, Cordubenſis inter Geonæos, obiit A. M. 4794. C. 1054. teſte *Juchaſin* p. 130. b. & *Zemach David* ad eundem annum. Scripſit is teſte *Juchaſin*

ס׳ מִקָּח וּמִמְכָּר librum de emtione & venditione, item ס׳ מַצְרְנוּת *de poſitione terminorum*; ac denique ס׳ שְׁבוּעוֹת ſive *de juramentis*. Allegatur etiam in *Juchaſ.* p. 106. Ejusdem allegoricas expoſitiones Pentateuchi Moſis in B. Vatic. n. 359. exſtare teſtis eſt Bartol.

2067 ר׳ שמואל בר טוביה R. SCHEMUEL bar TOBIÆ *Germanus*, unus ex novem Rabbinis Germanis, qui citantur in מרדכי

2068 ר׳ שמואל יאצע R. SCHEMUEL JAZA ſcr.

תִּפְאֶרֶת יִשְׂרָאֵל *gloria Iſraelis*, ex *Thren.* II. 1. quo comprehenduntur conciones teſte ש״י: hunc Bartoloccius cum Plantavitio n. 759. vocat R. Schelomo יזיא ſub quo nomine vide, quæ ſupra ſcripſimus.

2069 ר׳ שמואל בן יהודה R. SCHEMUEL ben JEHUDA, ſcr.

מַאֲמַר הַשֵּׂכֶל *ſermo intellectus*, quo libro, ad exemplum libri חובת הלבבות in decem præcepta Decalogi elaborato, explicatur Decalogus, atque adeo præcepta 613. omnia, additis ſingulorum rationibus Cabbaliſtice & Philoſophice. *Cremonæ* 317. C. 1557. 4. pp. 54. literis quadratis apud *Vinc. Conti.* Nomen auctoris in calce expreſſum eſt, qui in præf. monet, ſe hunc in gratiam ſimpliciorum exaraſſe. *Plantavitius* n. 309. librum concionum eſſe ait, ex fide Catalogi Pragenſis, auctoris nomine non memorato. Idem hic liber eſt, qui in Catal. B. Medic. MS. exſtare dicitur Pluteo II. n. 36. ubi tamen mendoſe vocatur *Meemon Haſſchebel* מַאֲמַר הַשֶּׁבֶל & vertitur *inſtructio ſemitæ ſeu greſſuum, Philoſophica tractatio*, *impreſſa* in 4. Auctor Catalogi legit שֶׁבֶל obvio errore pro שֵׂכֶל & priorem vocem vertit per *ſemitam*, quia ſcilicet vox affinis שְׁבִיל hanc habet notionem. Parum abeſt, quin dicam, סֵפֶר הַשֵּׂכֶל qui in Catalogo Mediceo eodem n. 20. tanquam MS. recenſetur 4. eundem eſſe cum noſtro hoc.

ר׳

Digitized by Google

ר' שמואל יהודה R. SCHEMUEL JEHUDA, Rav 2070
Synagogæ Venetæ, floruit Sæc. XVI. medio, & ſcr.

דרשות conciones duodecim, maximam partem parentales, (*) ed. *Venet.* 348. C. 1588. ita *Bartoloc.* poſt *Plantavitium*: at ש"י rectius auctoris nomen effert per R. *Sam. Iuda ben Meir Katzenelbogen* Patavinus & librum ait editum recte *Venet.* 354. C. 1594. 4. Exprimitur enim annus in titulo per vocem ושמרו, conſtat paginis 66.

ר' שמואל אבן יהודה R. SCHEMUEL IBN 2071
IEHUDA, Judæus Medicus Arabs, patria Andaluſenus, vixit anno Hegiræ 566. C. 1188. de quo *Abulpharajus* egit Dynaſtia IX. p. 298. teſtaturque, eum inprimis ſcientias Mathematicas calluiſſe & ſcriptis expoſuiſſe, ut & de Medicis eſſe commentatum: deinde vero cum ad Turcas acceſſiſſet, libro ſingulari Judæos poſtulaſſe criminis immutatæ Legis.

ר' שמואל בן ר' יהודה ואלעריאנו 2072
R. SCHEMUEL ben R. JUDA VALERIO Medicus, quem ש"י p. 23. n. 13. typographi vitio ואלערי vocat, ſcr.

1) חָזוֹן לַמּוֹעֵד *viſio temporis ſtatuti*, ex *Habac.* II. 3. comm. in Danielem *Venet.* 346. C. 1586. 4. ap. *Jo. de Gara* pp. 112.

2) יַד הַמֶּלֶךְ *manus Regis* ex *Eſth.* I. 7. comm. in lib. *Eſther* ibid. 346. C. 1586. 4. apud eundem.

ר' שמואל בן יהודה ליב R. SCHEMUEL filius 2073
JEHUDA *Löw*, qui etiam vocatur *Schemuel Germanus*, edidit לקוטים שונים *Collectanea diverſa*, ex *Joſephi del Medico* תעלומות חכמה de quo ſuo loco diximus. Prod. Baſil. 389. C. 1629. Addidit editor hinc inde animadverſiones ſuas.

ר' שמואל בן יהודה בן מאיר R. SCHE- 2074
MULL JUDA ben MEJR; vide paulo ante R. *Schemuel ben Jehuda*.

(*) Sic p. 17. legitur concio funebris in Gaon *Muſcato*, p. 23. in *Iſaac Pua* p. 29. in *Moſen Iſſarlam*, p. 53. in *Ioſ. Karo*, p. 57. in Salman Sacerdotem Synag. Mantuanæ, &c.

Digitized by Google

2075 R ר׳ שמואל בן יהודה אבן תיבון

SCHEMUEL ben *Jehuda* Aben TIBBON, Granatenſis Hiſpanus, æqualis Maimonidæ, adeoque Sæc. XIII. floruit: hujus enim ad ipſum exſtant epiſtolæ de libro *More Nevochim*, quem hic converterat, hebraice exaratæ: hic in *Schalſcheleth* p. 50. a. vocatur ראש המעתיקים *princeps Interpretum*. Scripſit

1) אותות השמים *ſigna cæli*, ſive tractatum de meteoris, ex operibus *Ariſtotelis* compilatum, & in quatuor partes diſtinctum quem poſſediſſe ſe MS. teſtatur *Bartoloc.*

2) דעות הפילוסופים *conciones Philoſophorum* lib. ex Arab. Hebraice converſum & ex Ariſtotelis ſcriptis compilatum. MS. teſte ש״י quem habet *Oppenheim*.

3) יקוו המים *congregentur aquæ*, ex *Geneſ.* I. quem alii R. *Salomoni ben Jehuda Tibbon*, de quo ſupra diximus, tribuunt: liber eſt Philoſophicus, quo explicatur, quare aquæ & maria non opprimuat vel inundent terram. MS. memorat ש״י & habet quoque *Oppenh.* In Catalogo B. Oppenheim. notatum vide, quod prodierit *Amſtelod. Sulsbaci* & *Francof. ad Viadrum.*

4) מורה נבוכים *doctorem perplexorum* Maimonidæ ex Arab. Hebraice convertit, cui verſioni idem addidit expoſitionem dictionum, in variorum Philoſophorum ſcriptis obviarum; eam Nobiliſſ. D. *Uffenbachius* MS. habet in Codice chartaceo quarti ordinis: vide ſupra R. *Moſes ben Maimon*. Idem ejus ep. תחית המתים de reſurrect. mortuorum interpretatus eſt: MS. in B. Vatic. 4.

5) מקור חיים *fons vitæ*, R. *Samuelis* צרצה qui liber eſt commentarius in Aben Eſram &c. cui varia addidit noſter. *Mant.* 319. fol. C. 1559. vide ſuo loco.

6) Idem auctor eſt interpretationis Hebr. commentarii Maimonidæ in caput X. Sanhedrin & *Pirke Avoth Sabionetæ* 319. C. 1559. fol. ubi etiam præfat. præmiſit.

7) ס׳ תולדות אלכסנדר *liber generationum Alexandri M.* eundem agnoſcit Interpretem, qua de re ſupra ſub פטולמי diximus.

Hottingerus eidem Hiſtor. Eccleſ. Sæc. XII. p. 261. tribuit verſionem libri חובת לבבות ut & ſcripti Saadiæ *de fundamentis fidei*, quemadmodum

Digitized by Google

admodum Spizelius in Specim. B.Univerſ. ei vindicat verſionem libri *Coſri*, quas tamen interpretationes omnes ad R. *Jehudam ben Schemuel Aben Tibbon*, referendas eſſe ſupra oſtendimus ſuo loco. Sic & רוח חן ſive Phyſica quam noſtro nonnulli adſcribunt, eidem *Jehudæ*, quem diximus, deberi infra ſub רוח חן inter Anonymos commonſtrabimus.

Bartoloccius a noſtro librum *Abunaſar Alpharabi de principiis rerum*, ut & *Averrois* libros de phyſico auditu, de Cœlo, Mundo, Generatione & corruptione, de anima, ſenſu & ſenſibili hebr. converſos & MSS. in B. Vatic. 4. eſſe teſtatur. Conf. quæ ſupra ſub אבן רשד ſcripſimus.

ר׳ שמואל יהודי R. SCHEMUEL *Judæus* vel *Iſraelita*, qui *Samuelis Marocchiani* nomine dici ſolet, Feſſanus ex Africa, Toleti ſub Alphonſo VI. an. 1085. ad veram ſidem converſus, & Marocum deinde reverſus cum *Albucalebo*, Muhammedanorum magiſtro, diſputavit, cujus diſputationis hiſtoria, Arabice ab ipſo ſcripta, adhuc MS. exſtat in Bibliotheca Eſcuriali, teſte *Nicolao Antonio* in Bibliotheca Hiſpanica Veteri Tom. II. p. 2. b. 2076

2) Idem epiſtolam ad R. *Iſaacum*, Subjulmetanæ in regno Maroccitano Synagogæ Magiſtrum, de Meſſiæ apud Judæos exſpectatione Arabice ſcripſit, quæ deinde ab *Alphonſo Bonohomine* (*) Hiſpano anno 1339. ut in titulo *Antwerp.* ſeu potius *Lipſ.* legitur, vel ſecundum *Antonium* an. 1338. Latine converſa in hominum manibus diu verſata eſt, dum tandem lucem adſpexit, aliquoties recuſa. Latine exſtat MS. in Cod. B. Vatic. 4079. ſub tit. *Alphonſi Hiſpani interpretatio argumentorum de fide Samuelis Iſmaelitæ* (lege *Iſraelitæ.*) Prima editio eſt *Mantuana* 1475. ſub tit. *Tractatulus multum utilis ad convincendum Judæos de errore ſuo, quem habent de Meſſia adhuc venturo, & de obſervantia Legis Moſaicæ.* Hanc editionem præter Bartoloccium memorat *Beughem* in Incunabulis Typographiæ p.

(*) Neque tamen is ex Arabico contextu, ſed ex *Hebr.* verſione tranſtuliſſe exiſtimandus eſt auctoritate MS. verſ. Lat. quam Cl. *Montfauconius* Bononiæ ſibi viſam his ipſius verſionis verbis deſcribit: *Incipit epiſtola R. Samuelis Iſraelitæ, oriundi de civitate Regis Manisbaorum, miſſa R. Iſaac Magiſtro Synagogæ quæ eſt in ſubſime in regno prædicto, anno domini milleſimo. Sed tranſlata de HEBRÆO in Latinum per Fratrem Alphonſum Bonum hominem, Hiſpan. quam tranſlationem fecit A. D. 1309. Sanctiſſ. D. Benedicti Papæ XII. Pontificatus ſui anno* 5. Eodem Codice dicitur contineri verſio italica, ſicut & paulo ante *Hebr.* MSt ibidem recenſetur. Ceterum in verbis modo allatis ut alia ſunt minus recte dicta & facile per ſe emendanda, ita annus 1309. minus recte pro 1339. illi interpretationi definitur, cum annus V. Pontificatus Benedicti non in annum 1309. ſed 1339. incidat.

34. qui & p. 122. aliam *Norimbergenſem* anni 1498. neſcio quam recte recenſet, & eadem pagina titulum ita effert: R. *Samuel Marocchianus, Iudæus, poſtea Chriſtianus factus, Sæc. XI. vixit, & librum 27. capitibus conſtantem, reliquit de adventu Meſſiæ, qualem Iudæi adhuc temere exſpectant. Puto,* (ita idem pergit) *hunc librum eſſe eundem, qui ſub titulo de erroribus Iudæorum Colon. 1493. prodiit.* Præterea cum *Petri Alphonſi* dialogo contra Judæos *Colon.* 1536. 8. tum vero in Biblioth. PP. Tom. XVIII. p. 519. in Orthodoxographis p. 1586. ut & poſt Scrutinium Scripturarum *Pauli Burgenſis*, & poſt librum *Zelus Chriſti. Antwerpienſem* ed. an. 1486. memorari video in Cavei Hiſtoria Literar. Scriptorum Eccleſiaſt. p. 533. *Argentoratenſem* laudat *Wagenſeilius* p. 232. ad Tela Ignea Satanæ, cujus locum aliquem ex MS. ſuo emendat ibidem: conf. p. 198. *Brixienſem* anni 1538. 8. & *Pariſienſem* veterem in 16. allegari video in Catalogo Bibl. Thuan. Part. I. p. 194. ed. Hamb.

Exſtat etiam *Veneta* ann 1655. 8. & noviſſima *Antwerpienſis*, quam titulus præ ſe fert, ſive potius *Lipſienſis* anni 1710. 8. in cujus titulo auctor ſimpliciter vocatur *Samuel* (qui in prooemio p. 9. audit *Samuel Iſraelita*) libellus vero an. 1339. latine redditus, & deinde ſub *Benedicto* VII. (confer procem. p. 10.) *Venet.* excuſus ac *Macerata* recuſus dicitur. At enimvero falſo hæc dici neceſſe eſt, cum Bened. VII. anno 12. Sæculi XI. inſulam Pontificis Maximi acceperit, quo tempore ipſe liber ne Arabice quidem exaratus erat. Si qua hic emendatio ſuſcipi poteſt, crediderim *Bened.* XI. nomen ſubſtituendum eſſe, ſub quo verſio Latina facta, non autem edita, dici poteſt, quoniam is inde ab anno 1334. usque ad an. 1342. Eccleſiæ Romanæ præfuit: interpretatio autem, ut monuimus, an. 1338. vel 1339. perfecta eſt. In prooemio libri p. 10. *Benedicti* XII. nomen legitur, ſed talem non habuit huc dum Eccleſia Romana.

Hiſpanicam verſionem libelli ab *Alvaro de Villaſenſa*, JCto Salmanticenſi, an. 1418. factam exſtare teſtatur Hieronymus Romanus de la Hiqvera in hiſtoria Toletanæ urbis MS. lit. 16. c. 5. ad quem provocat *Nic. Antonius.*

Italicam Venet: 1544. 8. lucem vidiſſe memorat Bartoloccius, ſub tit. *Requiſitioni profondiſſime & argomenti ſottiliſſimi del Sapiente Hebreo Maëſtro Samuele* h. e. Scrutinium profundiſſimum & rationes ſubtiliſſimæ ſapientis Hebræi Magiſtri Samuelis. In Catal. Bodlej. ed. in an. 1535. refertur ſub tit. *Requiſitioni de la vera Fede* contra Hebræos. Si *Martino Lipenio* in Biblioth. Theolog. tit. *Meſſias Iudæorum fictitius*, fides haberi poteſt, Italica illa

Digitized by Google

illa verſio edita eſt *Venet.* 1538. 8. ſicut idem *Latinam Colon.* 1536. *Baſil.* 1550. *Pariſ.* 1575. 1589. 1610. & *Venet.* iterum 1592. prodiiſſe teſtatur quæ poſtrema titulum habet: *Aureus R. Samuelis tractatus, in formam epiſtolæ conſcriptus de miſerrimo Iudæorum hujus temporis ſtatu, in* 4. Adde ed. *Venetam* 1537. 8. & *Lugdun.* 1527. 16. ſub tit. *epiſtola R. Samuelis Iudæi de prophetiis V. T. pro Chriſtianis in Iudæos.*

MS. hic liber lat. exſtat in B. Medicea ſub tit. liber de adventu Meſſiæ, R. *Samuelis. Hoornbeeckius* in prolegom. libri de Convincendis Judæis ſect. 5. libellum hunc pro genuino non agnoſcit, neſcio quo argumento inductus, monetque præterea, eum in Bibl. Ultraject. paulo aliter, quam in editis exemplaribus, legi. Ceterum *Hottingerus* p. 412. *Bibliothecarii Quadripartiti* teſtatur eundem libellum *Germanice* quoque exſtare: MS. certe hac lingua fuit in Bibl. Spizeliana; ceu ex Catalogo ejus inter Codd. MSS. in fine patet, n. 50. ubi etiam n. 192. Lat. exſtat.

ר׳ שמואל בן יום טוב אריפול v. ſupra R. *Schemuel ben Arepol.*

ר׳ שמואל בן יוסף R. SCHEMUEL ben IOSEPH 2077

Lublinenſis Pater domus judicii Synagogæ Bomſelanæ, ſcr.

לֶחֶם רַב *panis multus* quo colliguntur ſtatuta varia, in *Schulchan Aruch* omiſſa, & ſecundum ordinem ejus diſpoſita *Prag.* 369. C. 1609. 4. pp. 66. ap. *Abrah. ben Schalom.*

ר׳ שמואל בן יוסף אזובי R. SCHEMUEL 2078

ben *Ioſeph* ÆSOBI: hunc ſcripſiſſe carmen ſub titulo

קְעָרַת כֶּסֶף *ſcutella argentea*, ex *Num.* VII. 13. occaſione carminum, quæ ipſi pater ejus R. *Ioſeph* dedicaverat, teſtatur Bartoloccius, idque ait MS. legi in B. Vatic. 4. Ceteroquin ipſe *Ioſeph* אזובי carmen morale ſub eodem titulo קערת כסף ſcripſit, de quo ſupra ſub ejus nomine diximus.

ר׳ שמואל בן יוסף הכהן R. SCHEMUEL ben 2079

JOSEPH, *Sacerdos*, ſcr.

1) דֶּרֶךְ חַיִּים *via vitæ*, *Jer.* XVIII. 15. expoſitio 613. præceptorum, omniumque eorum, quæ hodie ſunt recepta. CPoli in 4.

בר

tibus ad Sabbata & dies feſtos pertinentibus commentatur. MS. habet *Oppenheim.*

2) עֹלַת תָּמִיד *holocauſtum juge* ex *Num.* XXVIII. 6. comm. in eundem Ordinem inde ab initio usque ad *Hilchoth Sabbath, Amſtelod.* 441. C. 1681. fol. Hunc libro titulum inſcripſit, eo quod de ritibus agit, qui per totum diem continuo (בתמידות) obſervantur. In præf. promittit opus amplum ſub tit. טִירַת כֶּסֶף *palatium argenteum* ex *Cantic.* VIII. 9.

3) פֵּירוּשׁ *comm. in librum precum, Amſtelod.* 446. C. 1686.

ר' שמואל יחייה R. SCHEMUEL JACHIJA *Hiſpanus*, ſcr. hiſpanice triginta ſermones in dies feſtos *Hamb.* 389. C. 1629. 4. 2081

ר' שמואל בן יעקב בנבנשתי R. SCHEMUEL ben *Iacob* BENBENASTE ſcr. 2082

אוֹרֶךְ יָמִים *longitudo dierum*, ex *Prov.* III. 2. libellus, quo pueri recte vivendi rationem bonosque mores edocentur. *Venet.* 8. Bartolocc. eum perperam tribuit ſequenti, qui præterea minus recte ſcribit ערך ימים.

ר' שמואל בן יעקב חאגיז R. SCHEMUEL ben JACOB CHAGIS, ſcr. 2083

מְבַקֵּשׁ יְהוָה *quærens Dominum*, ex *Iob.* XII. 12. tres conciones in ſingulas Legis Paraſchas usque ad Paraſcham נצבים. Additus eſt liber דְּבַר שְׁמוּאֵל *verbum Samuelis* ex 1. *Sam.* IV. 1. qui eſt comm. in Deuter. *Venet.* 356. C. 1596. 4. Prior liber habet pagg. 258. poſterior pp. 48.

Hunc auctorem Bartolocc. ſupra vocavit *Sam.* חיון hoc vero in loco vocat R. *Schem. ben Jac.* עססן pro עססה quem dixerat *Plantavitius* n. 119. qui & ipſe alibi vocaverat חיון. Verum nomen eſt חאגיז quod etiam retinuit ש"י. Huic Bartoloc. tribuit librum אורך ימים, qui tamen eſt ad præcedentem referendus, quod neſcio quomodo factum ſit, cum *Plantavit.* quem ſequi ſolet Bartoloccius, ad verum auctorem retulerit.

ר' שמואל בן יעקב יוסף R. SCHEMUEL *ben Jacob Joseph*, ſcr. 2084

כֻּתֹּנֶת עוֹר *tunicæ pellicea*, ex *Gen.* III. ubi 13. capita variarum commentationum & expoſitionum leguntur *Cracov.* 403. C. 1643. 4. pp. 60.

2085 ר׳ שמואל בן ר׳ יעקב אלמולי R. SCHEMUEL ben R. JACOB, ALMOLI *Medicus*, ſcr.

שַׁעַר שֵׁם יְהוָה הֶחָדָשׁ *porta nominis Dei nova*, ubi commentatur de articulis fidei, & philoſophice quoque de Deo diſſerit, tribus tractatibus. Atque hic quidem liber exhibet partem primam operis amplioris, quod ab eodem de omnibus religionibus ſcriptum titulum habet שׁוֹמֵר אֱמוּנִים *cuſtodiens fidem*, ex *Jeſ.* XXVI. 2. & MS. circumfertur. Liber, de quo hic agimus, prodiit *CPoli* 293. C. 1533. 4. Notandum hic eſt, auctorem minus recte in ש״י vocari *Schemuel*, qui dici debebat *Schelomo*, prout titulus libri, in B. Oppenheimeri obvii, præfert.

2086 ר׳ שמואל יפה בן יצחק R. SCHEMUEL JAPHE, ben R. ISAAC Germanus floruit CPoli Sæc. XVII. ineunte & ſcr.

1) בֵּית דִּין יָפֶה *domus judiciorum* ſeu *rituum pulchra*, liber ritualis teſte ש״י MS. Oppenheim.

2) יָפֶה לַבְּדִיקָה *pulcher ad inquiſitionem*, index omnium *Aggadoth*, quæ in ſcriptis ejus adferuntur. Hujus ipſe meminit in præf. ad יפה תואר ſive *comm. in Bereſchith Rabba*, in cujus calce etiam index *Aggadoth*, quæ in Rabboth Pentateuchi & 5. Megilloth leguntur, exſtat.

3) יְפֵה מַרְאֶה *pulcher adſpectu*, ex 1. *Sam.* XVII. 42. non autem *ſpecioſum ſpeculum*, ut vertit *Io. Morinus*, recte ideo notatus a *Plantavitio* n. 240. comm. ſubtilis & acutus, quem ad explicandas *Aggadoth* Talmudis Hieroſolymit. & *Rabboth* ſuper Pentateuchum ſe compoſuiſſe auctor in præf. ſcribit, quod quidem vere dicitur, quia illas Aggadoth expoſuit, quæ & in Talmude & in *Rabboth* leguntur, ceu ex Indice, libro ipſi ſubjecto, patet. Prodiit *Venet.* 350. C. 1590. fol. ap. *Io. de Gara.*

4) יְפֵה עֵינַיִם *pulcher oculis*, ex 1. *Sam.* XVI. 12. conciones in Legem ſecundum ejus ordinem diſpoſitæ; in quarum fine leguntur aliæ quædam ſuper certa argumenta. *Venet.* 391. C. 1631. fol.

יְפַת

Digitized by Google

5) יְפֵה עָנָף *pulcher ramis* ex *Ezech*. XXXI.3. comm. in *Midraſch Rabba* ſuper quinque Megilloth. *Francof. ad Viadr*. 456. C. 1696. fol. cum textu ipſo, ſed in tres tantum libellos, Ruth, Eſther & Threnos pp. 112.

6) יְפֵה תוֹאַר *pulcher forma*, ex *Geneſ*. XXXIX. 6. comm. elegans isque allegoricus literalis diffuſus in *Rabboth*, quod ad *Geneſin Venet*. 357. C. 1597. fol. recuſ. *Furthi* 452. C. 1692. & *Prag*. 449. C. 1689. fol. quod ad *Exodum Venet*. 417. C. 1657. fol. in Commiſſar. Vendramin. per Ant. Rizini pp. 257. quod ad *Leviticum CPoli* 408. C. 1648. fol. recuſ. Wilmersd. 1714. fol. quod ad *Numeros CPoli* fol. neſcio quo anno. Bartoloccius ait eſſe tantum comment. in *Exodum* an. 417. editum. Plantavitius longius abit n. 241. qvando ait eſſe Gloſſarium in omnes Legis ſectiones ed. 356. Textus ipſe τῶν *Rabboth* additus eſt.

7) קִצּוּר עֲקֵידַת יִצְחָק compendium libri Akedath Iſaac R. *Sam. Iaphe* MS. habere R. *Iacobum Romanum* ſcribit Buxtorf. App. B. Rabb. cujus auctorem vereor, ut recte a noſtro diſtinguat ש״י in Indic. Scriptorum alphabet.

8) סֵפֶר עַל תְּפִלּוֹת כֹּל הַשָּׁנָה *explanatio precum totius anni* Cabbaliſtica: MS. exſtat in B. Vatic. 4.

ר׳ שמואל בן ר׳ יצחק R. SCHEMUEL ben R. 2087

ISAAC *Sardus* (הסרדי) (h) vixit A. M. 4985. C. 1225.

סֵפֶר הַתְּרוּמוֹת *liber oblationum* i. e. variæ obſervationes novæ de cauſis & inſtitutis pecuniariis v. c. de commodato & mutuo, variisque circa uſuras caſibus, *Theſſalonic*. 356. 4. & *Prag*. 365. fol. C. 1596. & 1605. pp. 105. In B. Oppenh. exſtat editio Theſſalonic. anni הש״סח i. e. 368. vel ſi ה ſimul computes 373. Idem cum diffuſis interpretationibus R. *Aſariæ filii R. Ephraim*, quas dixit גדולי תרומה prodiit *Venet*. 403. C. 1643. fol.

שמואל בן ר׳ יצחר אריפול SCHEMUEL ben R. ISAAC AREPOL vide ſupra R. *Schemuel Arepol*.

ר׳ שמואל בן יצחק אלגאזי vide ſupra Schemuel אלגאזי.

ר׳ שמואל בן יצחק אוחידא v. ſupra Schemuel אוחידא.

(h) Ita & in libro ipſo, & in ש״י nec non in *Schalſcheleth* p. 55. a. conſtanter vocatur, pro quo Bartoloc. mendoſe ſcribit ספרדי, i. e. *Hiſpanus*.

Digitized by Google

2088 ר׳ שמואל בן יצחק אברבנל R. SCHEMUEL ben ISAAC ABARBANEL, quem patre ipſo doctiorem fuiſſe Bartolocc. affirmat Part. III. p. 881. qua de re dubito; ditiorem fuiſſe patet ex Ganzio ad an. 5300. ubi eum cum ingentibus divitiis Neapoli profectum dicit.

2098 ר׳ שמואל בן ר׳ יצחק פיה R. SCHEMUEL ben R. ISAAC PEA, *Patavinus* ſcr. præfationem in librum דֶּרֶךְ אֱמוּנָה *via fidei*, ed. Patav. 323. C. 1563. 8.

2090 ר׳ שמואל ישראלי R. SCHEMUEL ISRAELITA, ſcr. *de diſperſione Iudæorum*, qui tract. MS. exſtat in Bibl. Reginæ Sueciæ, Romæ, teſte Bartoloccio: ſed hic non eſt diſtinguendus a R. *Samuele* יהודי de quo paulo ante; nam is ſolet etiam *Iſraelita* vocari.

2091 ר׳ שמואל בן יששכר בער R. SCHEMUEL ben ISSACHAR *Bähr*, ben *Jehuda* Lövv איבשיץ quæ eſt *Moraviæ* urbs Sæc. XVII. medio claruit, & ſcr.

אֹהֶל יִשָּׂשכָר *tentorium Iſſacharis*, animadverſiones & illuſtrationes in librum שחיטה ובדיקה R. *Jacob Veil*, quæ in altero latere oppoſitam ſibi habent interpretationem vernaculam, *Wilmersdorf*. 430. C. 1670. 4. Textus dicti libri ipſe accedit. MS. habet *Oppenheim*.

2092 ר׳ שמואל הכהן די פיזא R. SCHEMUEL *Sacerdos de Piſa*, *Luſitanus*, ſcr.

צָפְנַת פַּעְנֵחַ *revelator arcanorum* ex *Gen*. XLI. 45. comm. in partem Eccleſiaſtæ & *Jobi Venet*. 421. C. 1661. 4.

2093 ר׳ שמואל הכהן R. SCHEMUEL *Sacerdos*, *Theſſalonicenſis* ſcripſit

אוּרִים וְתֻמִּים *lux & perfectio*, (i) ex *Exod*. XXVIII. 30. ubi contra

(i) Per *Vrim* itaque *ſcientiam aſtrorum*, per *Tummim* vero *veritatem* ex ſideribus manifeſtatam innui credidit, ſed forte ſolus credidit: neque enim memini alium exſtare hujus ſententiæ patronum inter tot alias, quas noviſſime collegit M. *Georg. Guilielmus Dietericus* in Duodenio Sacro de Vrim & Thumim *Numburgi* 1714. 4. edito.

Digitized by Google

tra *Maimonidem* defendit Aſtrologiam, quam per Urim & Tummim ſignificatam putat, ſimulque negat, quenquam, niſi Aſtrologum, in Summum Sacerdotem eligi potuiſſe: MS. in B. Vatic. 8.

ר׳ שמואל הכהן בן יוסף R. SCHEMUEL ben IOSEPH, *Sacerdos*, vide ſupra R. *Schemuel ben Joſeph*.

ר׳ שמואל הכהן בן חפני R. SCHEMUEL *Sacerdos* ben CHOPHNI, vide ſupra R. *Schemuel ben Chophni*.

ר׳ שמואל לאניאדו R. SCHEMUEL LANIADO 2094 *ben Abraham* ex *Turia* provincia *Alep*, oriundus; vixit Sæc. XVI. inclinante: librum enim כלי חמדה abſolvit, quod ex calce apparet, A. C. 1594. Scripſit

1) כְּלִי חֶמְדָּה *vas deſiderabile* ex *Jerem.* XXV. 34. i. e. expoſitio allegorica & literalis ex variis Medraſchim per conciones varias in ſingulas Paraſchas propoſita. *Venet.* 356. fol. apud *Jo. de Gara* C. 1596. (k) & *Prag.* 370. C. 1610. fol. pp. 268. Bartoloccius præter rationem reprehendit *Plantav.* quod pro comm. in Rabboth habuerit: quod recte factum inde patet, quia ſingulæ conciones in Paraſchas habitæ fundamenti loco certum locum *τῶν* Rabboth præſtruunt (vide notam k) & ſingulæ quoque paginæ præferunt titulum בראשית רבה שמות רבה &c. Inde & *Hotting.* p. 4. & 8. B. Orient. idem tradit.

2) כְּלִי יָקָר *vas pretioſum*, ex *Prov.* XX. 15. comm. in Prophetas priores ex Interpretibus antiquioribus collectus. Venet. 363. C. 1603. fol. ap. Jo. de Gara pp. 564. cum textu ipſo. Plant. n. 257. & Bart. perperam ponunt annum 368. C. 1608. Hic in toto illo commentario contradicit *Abarbaneli* non tam veritatis eruendæ, quam ingenii oſtentandi cauſa, judice *Jo. Buxtorfio* in Exercitatt. p. 234. & poſtea *Jo. Bened. Carpzovio* indiſputat. de Sepultura Joſephi §. 25.

Zzzzzz 3 3)

(k) Hanc editionem ipſe vidi: Bartoloc. adfert *Venetam* 417. C. 1657. apud Hieron. Bragadinum quam ex confuſione hujus libri cum כלי פז qui *Venet.* eo anno prodiit, exſculpſiſſe mihi videtur. Tituli rationem auctor duplicem reddit, nempe, quod commentario complexus ſit præſtantiſſima quæque, quæ in aliis inveniantur, deinde vero, quod lex ſit כלי חמדה per quod creatum ſit hoc univerſum. Operis ratio hæc eſt, ut in Paraſchas Legis conciones nunc plures nunc paucio[res], plerumque tamen, duæ exhibeantur, quæ habitæ ſunt ſuper locis quibusdam ex *Rabboth*, quæ proinde eadem opera illuſtrantur.

Digitized by Google

3) כְּלִי פָּז *vas auri puri* ex *Jobi* XXVIII. 17. comment. amplus in *Jeſaiam*, cujus textus punctatus & accentuatus accedit *Venet*. 417. C. 1657. fol. ap. *Hier. Bragadin*. cum licentia Superiorum corrigente R. *Levi Laniado fil. Iſaaci*, cum præf. nepotis R. *Schelomo ben Abrab. Laniado*. pp. 256.

4) שֶׂכֶל טוֹב *intellectus bonus*, ex 2. *Chron*. 30. 22. expoſitio Medraſch שוחר טוב, qui allegatus eſt in præfatione libri ejus כלי פז.

2095 ר׳ שמואל הלוי R. SCHEMUEL *Levita*, ſcr.

1) בָּשָׂר עַל גַּבֵּי גֶחָלִים *caro ſuper prunis*, ex quorundam ſententia, quamvis alii aliter de auctore ſtatuant: vide ſupra hunc titulum inter Anonymos.

2) כָּל הַחַיִּים *omnia animalia*, ubi tradit hiſtoriam animalium tam terreſtrium quam aquatilium, formamque eorum, conſtitutionem & indolem exponit: MS. Amſtelod. & in B. Oppenheim. Suſpicor fere, priorem librum ab alio, quam qui poſterioris auctor eſt, profectum eſſe quamvis uterque fuerint *ὁμώνυμοι*.

2096 ר׳ שמואל הלוי R. SCHEMUEL LEVITA, a tribu ex qua ortus fuit, & נגיד i. e. *dux* a dignitate in ipſum collata, dictus, Grammaticus de quo *Io. Morinus* in Exercitt. Biblicis p. 527. ex præfatione Grammaticæ Hebr. R. *Iona* MS. & ex Arabico hebraice converſæ monet, quod auctor illius præfationis vehementer laudet R. *Iehudam Chiug*, dicatque, poſt eum prodiiſſe magna cum virtute & manu excelſa duos principes exercitus ſapientiæ *Samuelem Levitam*, Ducem & principem exercitus Iſrael & Sapientem Doctorem R. *Ionam* cognomine *Maran* fil. *Gana*. Hic procul dubio idem eſt, qui ſupra in Catalogo Grammaticorum, quem exhibuimus ſub voce דקדוק, vocatur Samuel נגיד i. e. Princeps *Cordubenſis*, cui tribuitur סֵפֶר הָעֹשֶׁר *liber divitiarum*, qui libris omnibus aliis dicitur præſtitiſſe. Neque dubitandum eſt, eundem hunc eſſe, qui laudatur a *Ganzio* ad annum 4787. C. 1027. tanquam Scribæ & conſiliarii munere apud Regem חבוס *Granatæ* per ſeptem annos defunctus, deinde vero a filio illius Regis Princeps (נגיד) conſtitutus qui egregia Iſraeli officia præſtiterit &c. Idem obitum ejus refert in A. M. 815. C. 1055. Meminit quoque ejus *Gedalias* in *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 39. b. & ante utrumque *Abraham ben Dior* in calce Cabbalæ Hiſtoricæ. Nullus vero illorum ſcriptum quoddam ei tribuit, unde neſcio an

Digitized by Google

an huic tribui poſſit liber בן משלי de quo paulo poſt ſub *Schemuel* הנגיד dicemus.

שמואל הלוי SCHEMUEL LEVITA qui interfuit diſputationi Judæorum cum Hier. a S. Fide a Judæis habitæ; vide *Scheveth Iehuda* p. 227. ed. Lat. 2097

ר׳ שמואל מלומבריקה R. SCHEMUEL LOMBRICENSIS ſcr. *conciones*, & in fine de veſtimento ציץ agit, ut teſtatur Bartoloccius, neſcio qua fide. 2098

ר׳ שמואל לטיף R. SCHEMUEL LATEPH ſcr. *ordinem precum*, ex quibus ea eſt precatio, quæ exſtat in principio *Machſor* Romani Venet. 386. C. 1626. 8. Hunc credo eundem eſſe, qui Kimchii librum שורשים cum præf. ſua edidit *Neapoli* 1490. 2099

ר׳ שמואל לניארו vide paulo ante R. Schemuel לאניארו

ר׳ שמואל לירמא R. SCHEMUEL LERMA ſcr. comment. in *Pirke Avoth* 4. teſte Bartoloccio. 2100

ר׳ שמואל בן מאיר R. SCHEMUEL ben MEIR, qui vocatur per compendium literarum רשב״ם (l) nepos *Raſchii*, adeoque floruit Sæculo XII. & ſcripſit comment. amplum in Gemaram, ex quo tamen nil ſupereſt, niſi in eos Codices, in quos non exſtat commentarius Raſchii, ſpeciatimque in *Bava Bathra* &c. Interim in caput ערבי פסחים (quod eſt caput X. *Erubhin*) exſtat & noſtri hujus & Raſchii commentatio: v. ש״י p. 71. b. & *Schalſcheleth* p. 51. b. cujus auctor ait, legiſſe ſe, quod hic *Samuel*, vivo adhuc avo ſuo *Raſchio*, ſcripſerit in Gemaram, is autem, cum videret, eum prolixiorem fuiſſe in commentando ira correptus in conſpectu ejus combuſſerit: monet tamen alios negare, quod combuſſerit. Addit quoque, ſe legiſſe in animadverſionibus Maimonideis ſuper תפלות השנה quod noſter ſcripſerit in *Alpheſium*. Idem denique obſervat ex libro אריאיטי quod aliquot tantum tractatus, quos morte præventus inexplicatos reliquerit, expoſitione ſua illuſtravit 2101

Præ-

(l) Quod nomen *Bartoloccius* aliquoties, v. c. Tomo IV. p. 379. & 381. & ejus exemplo Cl. *Jac. Basnage* Tomo V. Hiſtor. Judaicæ p. 1630. minus recte explicant per *Samſon fil. Meir*.

Præterea prodierunt nunc hujus רשבם animadverſiones in Pentateuchum, ſuccinctæ illæ quidem, ſed non contemnendæ, in Pentateucho, qui cum triplici *Targum* & Rabbinorum *Raſchii* & *Aben Eſra* commentariis prodiit Berol. 1705. 8. Eas autem ſuppeditavit R. *Dav. Oppenheimer*, Archiſynagogus Pragenſis, ex inſtructiſſimæ ſuæ Biblioth. Cod. MS. ubi tamen notandum eſt animadverſiones ejus demum incipere in Paraſcha IV. quæ incidit in cap. XVIII. ſi exceperis notulam unam ad cap. IX. poſitam, quæ ex libro פענח רזא in quo noſter paſſim citatur, repetita eſt. Codex MS. membranaceus nunc eſt in Bibl. inſtructiſſima Celeb. Jablonskii.

2102 ר׳ שמואל מארלי R. SCHEMUEL MORLI citatur poſt præf. ad שלטי גבורים in Catalogo auctorum, quibus Scriptor uſus eſt.

2103 ר׳ שמואל די מדינה R. SCHEMUEL MEDINENSIS (f) Sæc. XVI. medio, æqualis R. *Ioſ. Karo* vixit & ſcr.

1) בן שמואל *filius Samuelis*, quo comprehendit 30. conciones in Legem, cultum divinum, opera miſericordiæ, Sabbata & feſta Mant. 376. C. 1611. 4. pp. 124. Has typis exſcribendas curavit filius ejus שמעיה In Catalogo Bibl. Leidenſis pag. 269. n. 51. hic liber tribuitur *Samueli Ramatæo*, ideo quod in titulo auctor vocatur *Samuel* הרמתי, qui in præmiſſo carmine *Schemaja* audit *Sam. Medinenſis*.

2) שאלות ותשובות *quæſita & reſponſa*, num. 310. *CPoli* fol. & aliæ ejusd. qvv. 248. ſecundum Ordinem *Orach Chajim* & *Iore Dea*, *Theſſalonica* 356. C. 1596. fol. apud *Abrab. Ioſ. ex ſtirpe Bathſeba* pp. 168. Aliæ ejusd. qvv. 244. in *Even Eſer* eodem anno & loco pp. 204. ac denique aliæ 464. in *Choſchen miſchpath Theſſalonic.* 360. 1600. pp. 321. Idem *Plantav.* n. 574. & ejus exemplo *Bartoloc.* Sam. Medinenſis פסקי *deciſiones* recenſet, quas puto eſſe eas, quarum auctorem ש״י vocat *Simeonem Mutinenſem*, minus recte: ipſe enim vidi פסקי ſive deciſiones illas ſub nomine *Schem vel Medinenſ.* in fol. pp. 257. fol. ſine loco, quem CPolin ſuſpicor, edd. Denique *Plantav.* n. 432. *Samueli* די מודינה adſcribit משפטי שמואל

(f) Ita appellat ש״י, *Plantav.* n. 671. & alii recte omnino, & ipſi titulo convenienter ut proinde alii minus recte די מודינה i. e. *Mutinenſem* vocent. Conf. *Imman. Aboab* Nomologiam p. 310. ubi eum in hanc, quam diximus, ætatem refert.

Digitized by Google

שמואל qui tamen liber tribui debebat *Samueli* לבירת קלעי de quo paulo poſt.

Notandum denique eſt, quod ש״י monet, librum, qui dicitur בְּנֵי שְׁמוּאֵל *filii Samuelis* & commentarium in *Arba Turim* exhibet, ſcriptum eſſe a nepote *Samuelis Mutinenſis*, qui an noſter ſit, idem ſe neſcire profitetur; cum totam rem fando ab aliis acceperit.

ר׳ שמואל מוטוט R. SCHEMUEL MOTHOTH, 2113
quem ש״י מטוט *Bartoloc.* vero מותות ſcribunt minus accurate:

מְגִלַּת סְתָרִים *volumen occultorum*, ubi commentatur in comm. *Aben Eſra* ſuper Legem & obſcuriora ejus loca illuſtrat *Venet.* 314. C. 1554 4. pp. 52. apud *Aloyſ. Bragadinum*: MS. habet *Oppenh.*

2) מְשׁוֹבֵב נְתִיבוֹת *reſtituens ſemitas*, ex Jeſ. LVIII. 12. liber Cabbaliſt. MS. habet *Oppenh.*

ר׳ שמואל מתנות תמך בר נסים R. 2114
SCHEMUEL MATTANOTH TAMACH *bar Niſſim*, ſcr. expoſitionem in 2. libb. *Chronicorum*, *Regum*, *Danielis* & *Eſra*, ſub titulo מדרש MS. in B. Vatic. 4. Confer paulo poſt R. *Schemuel ben Niſſim.*

ר׳ שמואל מקשן R. SCHEMUEL MAKSCHAN, ſcr. 2115

1) בֵּית דִּין שְׁמוּאֵל *domus judicii*, ſive *Curia Schemuelis*, comm. in lib. *Eſther* & *Ruth Cracov.* 4. ſine mentione anni.

2) יְגוֹן לֵב *moleſtia animi*, (alludit ad *Pſalmum* XIII. 2.) comment. in *Threnos* ſecundum ש״י.

ר׳ שמואל מרגליות R. SCHEMUEL MARGOLIJOTH, ſcripſit 1216

1) אור חָדָשׁ *lumen novum*, ſermones morales *Cracov.* 8.

2) אור הַחַיִּים *lumen vitæ*, liber itidem moralis: ibidem 8. hunc librum Bartol. bis recenſet, ſemel quidem ſub auctoris nomine Tomo IV. antea vero Tom. I. p. 96. ubi fide Buxtorfii in Synagoga Judaica c. XII. p. 245. ait, eſſe librum germanicum in gratiam feminarum & puerorum de vita recte agenda exaratum.

Digitized by Google

ר׳ שמואל ממרוקו R. SCHEMUEL MAROCCITANUS : vide ſupra R. *Schemuel* יהודי.

2117 ר׳ שמואל מרסילי יהודה R. SCHEMUEL MARSILI IEHUDA de *Turri Mariſio* ſcr. expoſitionem Aſtronomicam in 1. & 2. lib. Algameſti Ptolemæi anno 5091. C, 1331. MS. in Bibl. Vaticana. 4.

2118 ר׳ שמואל בן משה R. SCHEMUEL fil. MOSIS רלוגטש qui librum מגיד cum expoſitione ſua nova German. אגרת שמואל Amſtelod. 459. C. 1699. 12. edidit.

ר׳ שמואל הנביא R. SCHEMUEL *Propheta*: vide ſupra R. *Iebuda* החסיד.

ע׳ שמואל הנגיד R. SCHEMUEL NAGID, (*Princeps*) vide ſupra R. *Schemuel Levi*. Ab hoc forte diſtinguendus eſt *ὁμώνυμος*.

2119 ר׳ שמואל הנגיד R. SCHEMUEL NAGID *Poeta*, cui tribuitur

1) בֶּן מִשְׁלֵי *filius proverbiorum*, quem librum ש״י teſtatur rhythmis & carminibus conſtare: Bartoloccius ait eſſe MS. & præcipere de ingreſſu ad ſcientias Talmudicas, modoque argumentandi & reſpondendi. Buxtorf. p. 440. refert, verſus eſſe Poetæ antiquiſſimi *Sam. Nagid*, qui ante 700. annos ſcripſerit; alios vero tribuere *Jebuda ben Tibbon*. Si in ætate definienda non ſit erratum, non pæter rationem liber hic poterat adſcribi *Samueli Levita*, Grammatico, qui itidem נגיד dicitur, cujus ætatem in idem tempus incidere ſupra ſuo loco evicimus.

2) נְבוּאַת נַחְמָן קְטוּפָה בַּר פִּנְחָס *prophetiam Nachman Ketupha bar Pinchas*, qui vix natus vatem egerat, a R. *Abraham Levita* Seniore deſcriptam, noſter commentario illuſtravit teſte ש״י qui utrumque librum *Ben Miſchle*, & præſentem de quo agimus, comment. eidem *Samueli Nagid* adſcribit. Cum vero *Abrah. Levita Senior* vixerit demum Sæculo XIV. quod ſupra ſuo loco ſub nomine ejus oſtendimus, auctor vero *Ben Miſchle* longe fuerit antiquior ſecundum Buxtorfium, conſequeretur, diverſo Scriptori poſteriorem librum eſſe tribuendum.

3) Huic Judæi & ש״י tribuunt מְבוֹא הַגְּמָרָא *introductio ad Gemaram*

Digitized by

maram, quæ ſub *Samuelis Nagid* nomine prodiit cum libro *Halichoth Olam Venet.* 1545. 4. & 1598. 4. alibique. Hinc factum puto, ut Bartolocc. librum *Ben Miſchle* de quo n. 1. ad argumentum hoc retulerit.

4) Denique ש״י in Indice Scriptorum Alphabetico monet in מכלל־יופי dici, quod hic *Samuel* duos & viginti libros ſcripſerit

ר׳ שמואל בן נסים R. SCHEMUEL ben NISSIM 2120
cujus comment. in *Jobum* Hebr. MS. exſtat in B. Bodlej. n. 6055. Catalogi, inter Codd. Huntingtonianos n. 309. Forte hic idem eſt cum R. *Schemuel Mattanoth Jamach bar Niſſim.*

ר׳ שמואל די סילוה R. SCHEMUEL de SILVA, 2121
Judæus Medicus, qui animæ immortalitatem ſingulari libro adſtruxit, an. 1623. quem deinceps confutare conatus eſt *Uriel Acoſta*, ſub cujus nomine vide quæ ſcripta ſunt.

ר׳ שמואל הסלמי R. SCHEMUEL SALAMI, cujus 2122
epiſtolas ad R. *Levi* inter epiſtolas R. *Abu bar Moſche*, quæ MSS. exſtant in Vatic. legi teſtis eſt Bartoloccius.

ר׳ שמואל הסרדי vide R. *Schemuel ben Iſaac.*

ר׳ שמואל סרסא R. SCHEMUEL SIRSA aut SARSA quomodo vocatur in *Juchaſin* p. 124. b. vel צרצא (ZARZA) u- 2123
troque enim modo in ש״י appellatur, (in libris excuſis lego צרצה) qui cognomen habuit אבן סנה unde & a Bartoloccio & ש״י vocatur *Sam.* אבן סינה. Ex quo apparet, errare Plantavitium, qui *Sam. Tzartza* a *Sam. Aben Sena* diſtinguit. Fuit is miniſter Synagogæ & floruit A. M. 5252. C. 1492. teſte *Ganzio* ad hunc annum & Juchaſin l. c.

1) טָהֳרַת הַקֹּדֶשׁ *mundatio ſanctitatis* ex 2. *Chron.* XXX. 19. ceu apparet ex calce libri ejus מְקוֹר חַיִּים. Hunc librum Bartoloccius teſtatur combuſtum eſſe, eo quod æternitatem mundi adſtruere videretur; quod ſane minus recte dicitur. Quando enim ad fidem verbis faciendam provocat ad *Juchaſin* p. 134. b. nihil certe in illo loco præſidii ipſi relictum eſt, cum ibi non de libro hoc, ſed de ipſius *Zarza* vivicomburio agatur, cui pœnæ, annitente *Iſaaco Kanpanthon*, addictus eſſe dicitur, eo quod æternitatem mundi in ſermone familiari adfirmarit. Confer *Me-*

Digitized by Google

naſſe ben Iſrael p. 9. de Creatione. Ibidem *Juchaſin* refert, *Iſaacum Kanpanthon* exclamaſſe מַדּוּעַ לֹא יִבְעַר הַסְּנֶה *quare non ardebit rubus*? quibus verbis manifeſtum eſt, eum ad ejus cognomen אבן סנה falſe alluſiſſe: Inde vero & id colligas, quod non tam אבן סינה quem אֶבֶן סֶנֶה vocari debeat, quod & diſerte in librorum titulis exſtat. Scripſit præterea

2) מִכְלַל יוֹפִי *perfectio pulchritudinis*, ex Pſ. L. 2. quem Bartolocc. ait eſſe comm. in 4. editum, cum tamen nunquam prodierit. Buxtorf. quidem itidem memorat edit. *Theſſalonic.* 327. C. 1567. fol. ſed illa eſt editio אך מכלל יופי quem ſcr. *Sal. Aben Melech* cujus nomen vide ſupra. Schabbatæus in ש״ר ait comprehendere explicationes ex *Aggadoth* & *Medraſchim* nec non Philoſophia petitas, & allegari in calce libri ejus מקור חיים. Exſtat tamen MS. in Bodlej. ubi n. 3137. legis: *Michlal Jophi* Hebr. per auctorem אך *Mekor Chajim*, inter Codd. *Seldeni* n. 4. Liber hujus tituli diſerte noſtro tribuitur a *Ganzio* l. c. ſed ſine commemoratione argumenti, & *Juchaſin* l. c. ipſi adſcribit פֵּירוּשׁ הַתּוֹרָה *comment. in Legem*, atque hunc credo eſſe ipſum *Michlal Jophi*, de quo agimus.

3) מְקוֹר חַיִּים *fons vitæ*, ex Pſ. XXXVI. 10. comm. in *Aben Eſram* ſuper Legem, ubi etiam rationes præceptorum explicat, & quidem ex ſententia *Maimonidæ*, *Aben Eſræ* & *Nachmanidæ*, quibus variæ additiones *Samuelis Aben Tibbon* & R. Schem Tov פאלקירה acceſſerunt. *Mantuæ* 319. C. 1559. fol. apud Meir b. Ephraim Patav. pp. 130. correctum a *Samuele* קוים *ben Moſche*. Hunc librum ſæpe allegat *Chriſt. Gerſon* in Talmude ſuo Judaico. In calce exſtat epiſtola R. *Iſaaci Alchadeph* ad *Samuelem* noſtrum qua doctrina ejus & ſcripta impenſe laudantur. Hinc intelligitur, *Samuelem* hunc in explicanda Scriptura rationi & ingenio ſuo multum indulſiſſe, atque adeo novas ſectatum ſententias aliorum ſibi odia contraxiſſe.

Plantavitius n. 402. exemplo Indicis expurgatorii Romani noſtrum vocat אֶבֶן סְנֶה dubius tamen, num recte id fiat, quod nunc facile intelligitur affirmandum eſſe, cum hoc ſit noſtri cognomen.

ר׳ שמואל הסרדי בן יצחק R. SCHEMUEL SARDI f. ISAACI, v. ſupra R. *Schemuel ben Iſaac* הסרדי.

2124 ר׳ שמואל בן סורסלייאו R. SCHEMUEL ben SURSELIJO ſcr.

בְּלִי

Digitized by Google

כללי שמואל *concluſiones Samuelis*, quæ exſtant in libro תומרת ישרים de quo vide ſupra ſub *Benjamin ben Abraham* מוטאל. Forte hic eſt ille R. *Schemuel* צירארליו quem inter diſcipulos R. *Iſaaci Aboab* & exules ex Hiſpania Sæc. XVI inclinante, numerat *Schalſcheleth* p. 63. b. de quo vide etiam *Imman. Aboab* p. 301. Nomologiæ ubi vocatur *Serrelvo.*

2125 ר׳ שמואל בן עזריה R. SCHEMUEL ben ASARIA ad *Iſmaelitas* defecit, & contra Judæos ſcripſit librum, quem dixit אפחאם על יהוד *denigratio contra Iudam:* ceu teſtatur *Iuchaſin* p. 149. b.

2126 ר׳ שמואל בן עטיאה R. SCHEMUEL ben ATHIAS ſcripſit

מפתחות להר״מבם claves ſ. indices in Maimonidæ יד חזקה, qui cum ipſo hoc opere non prodierunt. *CPoli* fol.

2127 ר׳ שמואל בן עטר R. SCHEMUEL ben ATHAR ſcripſit

זרזיר מתנים *accinctus lumbis*: ex *Prov.* XXX. 31. liber hiſtoriis & relationibus plenus, quem ש״י ſine loco & anno editionis memorat. unde forte non prodiiſſe dicendus eſt. *Plantavitius* n. 177. pro libro concionum habet: MS. eſt in Bibl. Oppenheim.

2) מעשיות *hiſtoria*, ab eodem & R. *Iſaaco Leon* collectæ *Venet.* 8. prodierunt. In B. Oppenheimeri vidi ed. *Veronenſ.* 407. C. 1647. & *Ferrarienſ.* 317. C. 1557.

2128 ר׳ שמואל עתיירה R. SCHEMUEL ATHIJA, quem *Bartoloccius* commentarium in Pſalmos ſcripſiſſe ait, procul dubio idem eſt cum Salomone עתיירה de quo ſuo loco.

2129 ר׳ שמואל פייבש R. SCHEMUEL PHEIBSCH præſes Synagogæ Pirdenſ. in ditione Onolsbacenſi, ſcr.

1) בית שמואל *domus Samuelis*, ex 2. Sam. VII. 17. comment. in illam partem *Schulchan Aruch*, quæ appellatur אבן העזר Hic ipſius auctoris

Digitized by Google

ctoris ſumtibus primus omnium ex prelo Dyrenfurtenſi R. *Schabtai* an. 1689. fol. prodiit, quod apparet ex ipſo titulo & ex carmine Hebraico R. *Schabtai*, quo in calce operis collocato *Schabtaus* origines Typographiæ ſuæ deſcripſit. Recuſus idem liber eſt *Furthi* 1695. fol., ſed omiſſo illo *Schabtai* carmine.

2) לֶקֶט שְׁמוּאֵל *collectio Samuelis*, i. e. Jalkut ex diverſorum Auctorum libris de variis argumentis, ſecundum alphabetum diſpoſitis, compilatum & *Venet.* an. 454. C. 1694. in fol. pp. 43. ex officina Vendramina editum. Sic e. g. de *Adamo*, *Patriarchis* (אבות) *Aarone* &c. miſcellaneas obſervationes ibi inveneris, quibus ſua quoque cogitata auctor inſeruit. In calce exſtat דְרוּשׁ שְׁמוּאֵל ubi leguntur expoſitiones variæ locorum quorundam Pentateuchi, hinc inde deſumtorum, quas a præceptoribus ſuis audiverat. Hæc commentatio decurrit usque ad p. 64. In titulo auctor vocatur R. Schemuel פייווש Viennenſis fil. *Juſſa*, qui ſcripſit כתונת פסים.

2130 ר׳ שמואל מפירושה R. SCHEMUEL *Peruſinus*, cui Bartolocc. tribuit

יְפֵה נוֹף *pulcher tractu* ex Pſ. XLVIII. 3. ſed vide inter Anonym. יפה נוף ſub י׳.

2131 ר׳ שמואל פרידריך ברענץ R. SCHEMUEL FRIDERICUS BRENTZIUS, quem dixeris etiam hebr. cum *Bartoloccio* ברינציאוס *Oettingenſis*, ex Judæo Chriſtianus, Oſterbergæ in Suevia prope Memmingam natus, deinde vero 1610. cum uxore & liberis duobus *Feuchtwangiæ*, quæ eſt urbs Brandenburgenſis ditionis, baptiſatus, ſcripſit librum vernaculum

Leberis Judaica detracta (Jüdiſcher abgeſtreiffter Schlangenbalg) (*) ſive *ſolida detectio & depulſio omnium conviciorum & mendaciorum*, quibus Judæi in CHRISTUM & Chriſtianos utuntur. Hic liber primum prodiit, quod ex ſubſcriptione præfationis patet, *Oettingæ* an. 1614. Illi reſpondit deinde R. *Salman* (זלמן) ſive *Schelomo Zevi* Judæus ſub titulo: *Theriaca Judaica* lingua & literis Hebræo Rabbinicis excuſa: *Hanov.* 375. C. 1615.

(*) Hunc libri titulum auctoris nomen putavit Cl. Basnage T. V. Hiſt. Judaic. p. 2088. ubi ait Ex Judæum illum appellatum fuiſſe *Schlangenbach*.

Digitized by Google

1615. 4. Utrumque ſcriptum Vener. *Io. Wulferus* optimo conſilio recudi curavit ſub titulo: *Theriaca Iudaica ad examen revocata* : ſive ſcripta amœbæa Sam. Frid. Brenzii, Converſi Judæi & Salom. Zevi, Judæi aſtutiſſimi, nunc primum verſione Lat. juſtisque animadverſionibus aucta & in publicum miſſa *Norimb.* 1681. 4. In hoc volumine primo legitur ſcriptum german. *Brenzii*, tum Apologia *Salm. Zevi*, quam excipit verſio apologiæ Latina cum animadverſionibus Wulferi eruditis & diffuſis, quæ ſingulis capitibus ſubjunguntur. In calce accedit *Iſaaci Viva* Vindex Sanguinis contra *Jac. Geuſium.* Quod ad *Brenzium* attinet, in eo quidem *Wulferus* p. 36. Animadverſionum partim ignorantiam craſſam, partim odium, vel mentiendi libidinem, vel immaturum Zelum reprehendit, quo adductus Judæis multa affinxerit. Idem p. 72. & alibi paſſim calumnias in Judæos præter rem eructatas retundit; p. 113. plagii inſimulat, quando eum ſua maximam partem a *Pfefferkornio* aliisque (vide exemplum p. 150. & p. 389.) ſuffuratum videri profitetur, quamvis ſparſim nonnulla addiderit, ut plagium hoc facilius tegeret. Sic & B. *Wagenſeilius* in ſcripto vernaculo, quo confutavit fabulam de ſanguine Chriſtianorum a Judæis adhiberi ſolito p. 139. in eodem præter imperitiam & Judaicæ fidei ignorationem mentiendi libidem notat. Conf. idem p. 85. epiſtolæ de Infundibulo ſuo. Qua in re recte eum pronunciaſſe non dubitem, cum idonea exempla in animadverſionibus paſſim protulerit *Wulferus* in quibus tamen faventior Judæis aliquoties fuiſſe recte viſus eſt V. C. nobisq; amiciſſimo *Jo. Iacobo Schudtio* in Judæo Chriſticida, v. c. p. 190. & in Memorabilibus Judaicis, libro præſtantiſſimo, paſſim. Neque tamen laudatus *Wulferus* ſine nota dimitit antagoniſtam, *Brenzii* quippe quem interdum notiſſima fortiter negare oſtendit p. 133. (adde exempla alia p. 38. 53. & 54.) ſicut & p. 38. eundem plagii in Lipmannum patrati convincit. Neque mireris admodum, *Brenzium* vel minus accuratum vel minus candidum fuiſſe, ſi vera ſunt, quæ *Salman Zevi* p. 14. ſcribit, quod in Judaiſmo ſtabularius & aquarius, adeoque rudis & rerum omnium imperitus fuerit, ſicut & p. 27. eidem furtum equorum abactorum exprobrat, atque hoc crimen Chriſtianiſmi amplectendi occaſionem ipſi præbuiſſe forſan non ſine mendacio narrat.

ר׳ שמואל בן פנחס R. SCHEMUEL ben PINCHAS Sacerdos juſtitiæ ſcr. 2132

תחלת

Digitized by Google

תְּחִלַּת דִּבְרֵי שְׁמוּאֵל *initium verborum Samuelis*, comm. in Targum *Eſther Prag.* 361. C. 1601. 4. ubi ſimul ipſe liber Eſther illuſtratur.

שמואל ציראליו vide ſupra Schemuel כורסלאייו

שמואל בן צדוק SCHEMUEL ben ZADOCK vide infra תשבץ.

ר׳ שמואל צרצה R. SCHEMUEL ZIRZA vide ſupra *Schemuel* סרסה

2133 ר׳ שמואל צורף SCHEMUEL ZOREPH, Levita, Parnas Synag. Posnanenſ. ſcr.

מַצְרֵף לַכֶּסֶף *purgans argentum* ex *Prov.* XVII. 3. i. e. compendium & Index libri שני לוחות הברית. In calce exſtat quoque compendium libri מבחר הפנינים ſub tit. כור לזהב *catinus auro* ex *Prov.* XVII. 3. Francof. Od. 441. C. 1681. apud Becmannum: prius compendium conſtat pagg. 91. poſterius pp. 14.

2134 ר׳ שמואל מקאסטילנובו R. SCHEMUEL de CASTRONOVO, cui Bartolocc. tribuit מְעוֹן הַשּׁוֹאֲלִים *habitaculum Poſtulantium*, quo libro contineantur carmina ad ritus Hebræorum ſpectantia, cum verſione Italica, & precatione tempore circumciſionis recitanda. *Venet.* 369. C. 1609. 8. At enim vero ipſe ſupra hanc ſcriptionem tribuerat R. Moſi ריטה verſionem vero Italicam *Debora Aſcarelli*, unde neſcio cur nunc *Samueli* acceptam ferat, niſi forte verſio Italica nova ſit noſtro.

שמואל קוידנבר vide ſupra R. Aharon ben Schemuel קוידנבר.

2135 ר׳ שמואל קורדוס R. SCHEMUEL CORDOS ſcr. comm. in Cod. *Gittin* de divortiis & libello repudii, quomodo is ſcribi debeat. MS. in B. Vatic.

2136 ר׳ שמואל הקטן R. SCHEMUEL *Parvus*, cujus ut Doctoris Miſchnici paſſim mentio fit in Pandectis Talmudicis, v. c. in *Pirke Avoth* cap. IV. ſect. 19. ubi gnome quædam ejus, quæ tamen etiam *Proverb.* XXIV. 17. 18. legitur, refertur, *Sanhedrin* f. 11. *a. Sota* f. 48. b. & plenius in *Avoda Sara* Talmudis Babyl. f. 42. col. 3. & in *Semachoth* c. 8. quæ loca

Digitized by Google

loca partim in *Juchaſin* p. 21. a. partim in Scriptoribus Chriſtianis, Bartoloccio Tomo I. p. 730. Tom. III. p. 318. & Tom. IV. p. 403. *Iac. Altingio* in *Schilo* Lib. IV. c. 26. & 27. pleniſſimeque omnium in Vener. & non minus ingenio quam doctrina valentis, *Guſtavi Georgii Zeltneri*, Theologi Altorfini, diſſertatione mox citanda p. 29. ſqq. Huic ſpeciatim tribuitur famoſa illa & hodieque inter Judæos quotidie frequentata precandi formula quæ ſub titulo

בִּרְכַּת הַמִּינִים *imprecatio adverſus hæreticos*, ſpeciatimque Chriſtianos in octodecim benedictionibus ſeu שמונה עשרה, quas appellant, legitur, paucis verſibus comprehenſa: De precatione illa præter citatos ac potiſſimum Vener. *Zeltnerum* in commentatione de *Fragmento Pauli quondam Perverſi* ἀθεοπνεύςῳ *inter Judæorum preçes obvio & ad examen revocato Altorfii 1713. 4.* leges fuſe diſſerentes *Jo. Andr. Eiſenmengerum* in Judaiſmo Detecto Parte II. p. 107. ſeqq. *Io. Wulferum* ad Salman Zevi Theriacam Judaic. p. 118. Jo. Buxtorfium in Lexico Talmudico f. 1201. & 2442. ex Hebræis vero præter *Salman Zevi* lib. cit. c. 2. §15. qui in caſſum oſtendere conatur, ad Chriſtianos eam minime pertinere, librum כל בו p. 6. היכל הקודש p. 17. עבודת הקדש Parte II. c. 12. כד הקמח fol. 79. col. 4. & שבט יהודה fol. 65. col. 1. Hujus auctorem *Schemuelem Katon* cum *Paulo Apoſtolo*, adhuc dum in Judaiſmo hærente, eundem faciunt nonnulli ex Chriſtianis, quam ſententiam, primus, quod ſciam, ornare adgreſſus eſt *Iac. Altingius* (*) in Schilo l. c. nec ita pridem modo laudatus *Zeltnerus*

Bbbbbbb

(*) *Altingii* argumenta petita ſunt a communi utriusque (*Sam. Katon & Pauli*) præceptore Gamaliele, communi contra Chriſtianos Zelo, ab utroque opere ipſo demonſtrato, communi odii illius, quam Talmudici referunt, depoſitione & nata hinc ſuſpicione hæreſeos, ætate denique utriusque æquali. Enimvero quando recogito, Talmudicos de *Samuele Katon* tam præclare ſentire, ut illi in *Pirke Avoth* c. 4. §. 19. ſententiam ſingularem, in *Sanhedrin* f. 11. a. in ſuffragio ferendo prærogativam, in *Avoda Sara* f. 42. prophetiæ donum a *Bath Kol* ipſi vindicatum, in *Sanhedrin* f. 11. a. vaticinium de *Simeone & Iſmaële* gladio perituris tribuant, imo in *Semachoth* c. 8. cum honore ſepultum tradant; eadem vero opera perpendo, nec Miſchnæ nec Gemaræ collectoribus ignotum eſſe potuiſſe, eum, quem ita celebrent, denique a ſacris ſuis ſeceſſiſſe, adduci non poſſum, ut credam, eos tanta in eum elogia, ſi vel maxime vita in Judaiſmo acta promeruiſſet, collaturos fuiſſe, præcipue cum nusquam alibi ſimile exſtet in Talmude exemplum, quamvis in eodem Servatoris diſcipuli, ex Judæis itidem orti, memorentur. Cum igitur facile fieri potuerit, ut plures eodem tempore a Gamaliele contra Chriſtianos incitarentur, aliquos etiam eorum pœnitudo factorum ſubiret, præterea vero cognomen קטן inter Judæos ea quoque ætate frequentatum fuerit, ut non neceſſario ex *Pauli* nomine translatum videri debeat, cauſam eſſe video, cur de hac comparatione adhuc dubitemus.

כְּתֹנֶת עוֹר *tunica pellicea*, ex *Gen.* III. ubi 13. capita variarum commentationum & expoſitionum leguntur *Cracov.* 403. C. 1643. 4. pp. 60.

2085 ר׳ שמואל בן ר׳ יעקב אלמולי R. SCHEMUEL ben R. JACOB, ALMOLI *Medicus*, ſcr.

שַׁעַר שֵׁם יְהוָה הֶחָדָשׁ *porta nominis Dei nova*, ubi commentatur de articulis fidei, & philoſophice quoque de Deo diſſerit, tribus tractatibus. Atque hic quidem liber exhibet partem primam operis amplioris, quod ab eodem de omnibus religionibus ſcriptum titulum habet שֹׁמֵר אֱמוּנִים *cuſtodiens fidem*, ex *Jeſ.* XXVI. 2. & MS. circumfertur. Liber, de quo hic agimus, prodiit *CPoli* 293. C. 1533. 4. Notandum hic eſt, auctorem minus recte in ש״י vocari *Schemuel*, qui dici debebat *Schelomo*, prout titulus libri, in B. Oppenheimeri obvii, præfert.

2086 ר׳ שמואל יפה בן יצחק R. SCHEMUEL JAPHE, ben R. ISAAC Germanus floruit CPoli Sæc. XVII. ineunte & ſcr.

1) בֵּית דִּין יָפֶה *domus judiciorum* ſeu *rituum pulchra*, liber ritualis teſte ש״י MS. Oppenheim.

2) יָפֶה לַבְּדִיקָה *pulcher ad inquiſitionem*, index omnium *Aggadoth*, quæ in ſcriptis ejus adferuntur. Hujus ipſe meminit in præf. ad יפה תואר ſive *comm. in Bereſchith Rabba*, in cujus calce etiam index *Aggadoth*, quæ in Rabboth Pentateuchi & 5. Megilloth leguntur, exſtat.

3) יְפֵה מַרְאֶה *pulcher adſpectu*, ex 1. *Sam.* XVII. 42. non autem *ſpecioſum ſpeculum*, ut vertit *Io. Morinus*, recte ideo notatus a *Plantavitio* n. 240. comm. ſubtilis & acutus, quem ad explicandas *Aggadoth* Talmudis Hieroſolymit. & *Rabboth* ſuper Pentateuchum ſe compoſuiſſe auctor in præf. ſcribit, quod quidem vere dicitur, quia illas Aggadoth expoſuit, quæ & in Talmude & in *Rabboth* leguntur, ceu ex Indice, libro ipſi ſubjecto, patet. Prodiit *Venet.* 350. C. 1590. fol. ap. *Io. de Gara.*

4) יְפֵה עֵינַיִם *pulcher oculis*, ex 1. *Sam.* XVI. 12. conciones in Legem ſecundum ejus ordinem diſpoſitæ; in quarum fine leguntur aliæ quædam ſuper certa argumenta. *Venet.* 391. C. 1631. fol.

יְפֵה

Digitized by Google

5) יָפֶה עָנָף *pulcher ramis* ex *Ezech.* XXXI. 3. comm. in *Midraſch Rabba* ſuper quinque Megilloth. *Francof. ad Viadr.* 456. C. 1696. fol. cum textu ipſo, ſed in tres tantum libellos, Ruth, Eſther & Threnos pp. 112.

6) יְפֵה תוֹאַר *pulcher forma*, ex *Geneſ.* XXXIX. 6. comm. elegans isque allegoricus literalis diffuſus in *Rabboth*, quod ad *Geneſin Venet.* 357. C. 1597. fol. recuſ. *Furthi* 452. C. 1692. & *Prag.* 449. C. 1689. fol. quod ad *Exodum Venet.* 417. C. 1657. fol. in Commiſſar. Vendramin. per Ant. Rizini pp. 257. quod ad *Leviticum CPoli* 408. C. 1648. fol. recuſ. Wilmersd. 1714. fol. quod ad *Numeros CPoli* fol. neſcio quo anno. Bartoloccius ait eſſe tantum comment. in *Exodum* an. 417. editum. Plantavitius longius abit n. 241. qvando ait eſſe Gloſſarium in omnes Legis ſectiones ed. 356. Textus ipſe τῶν *Rabboth* additus eſt.

7) קִצּוּר עֲקֵידַת יִצְחָק compendium libri Akedath Iſaac R. *Sam. Iaphe* MS. habere R. *Iacobum Romanum* ſcribit Buxtorf. App. B. Rabb. cujus auctorem vereor, ut recte a noſtro diſtinguat ש״י in Indic. Scriptorum alphabet.

8) סֵפֶר עַל תְּפִלּוֹת כֹּל הַשָּׁנָה *explanatio precum totius anni* Cabbaliſtica: MS. exſtat in B. Vatic. 4.

ר׳ שמואל בן ר׳ יצחק R. SCHEMUEL ben R. ISAAC *Sardus* (הסרדי) (h) vixit A. M. 4985. C. 1225. 2087

סֵפֶר הַתְּרוּמוֹת *liber oblationum* i. e. variæ obſervationes novæ de cauſis & inſtitutis pecuniariis v. c. de commodato & mutuo, variisque circa uſuras caſibus, *Theſſalonic.* 356. 4. & *Prag.* 365. fol. C. 1596. & 1605. pp. 105. In B. Oppenh. exſtat editio Theſſalonic. anni השׁ״סח i. e. 368. vel ſi ה ſimul computes 373. Idem cum diffuſis interpretationibus R. *Aſariæ filii R. Ephraim*, quas dixit גדולי תרומה prodiit *Venet.* 403. C. 1643. fol.

שמואל בן ר׳ יצחר אריפול SCHEMUEL ben R. ISAAC AREPOL vide ſupra R. *Schemuel Arepol.*

ר׳ שמואל בן יצחק אלגאזי vide ſupra Schemuel אלגאזי.

ר׳ שמואל בן יצחק אוחידא v. ſupra Schemuel אוחידא.

Zzxzzz 2 ר׳

(h) Ita & in libro ipſo, & in ש״י nec non in *Schalſcheleth* p. 55. a. conſtanter vocatur, pro quo Bartoloc. mendoſe ſcribit ספרדי, i. e. *Hiſpanus.*

2088 ר׳ שמואל בן יצחק אברבנל R. SCHEMUEL ben ISAAC ABARBANEL, quem patre ipſo doctiorem fuiſſe Bartolocc. affirmat Part. III. p. 881. qua de re dubito; ditiorem fuiſſe patet ex Ganzio ad an. 5300. ubi eum cum ingentibus divitiis Neapoli profectum dicit.

2098 ר׳ שמואל בן ר׳ יצחק פיה R. SCHEMUEL ben R. ISAAC PEA, *Patavinus* ſcr. præfationem in librum דֶּרֶךְ אֱמוּנָה *via fidei*, ed. Patav. 323. C. 1563. 8.

2090 ר׳ שמואל ישראלי R. SCHEMUEL ISRAELITA, ſcr. *de diſperſione Iudæorum*, qui tract. MS. exſtat in Bibl. Reginæ Sveciæ, Romæ, teſte Bartoloccio: ſed hic non eſt diſtinguendus a R. *Samuele* יהודי de quo paulo ante; nam is ſolet etiam *Iſraelita* vocari.

2091 ר׳ שמואל בן יששכר בער R. SCHEMUEL ben ISSACHAR *Bähr*, ben *Jebuda* Lövv איבשיץ quæ eſt *Moraviæ* urbs Sæc. XVII. medio claruit, & ſcr.

יְשָׂשכָר *tentorium Iſſacharis*, animadverſiones & illuſtrationes in librum שחיטה ובדיקה R. *Jacob Veil*, quæ in altero latere oppoſitam ſibi habent interpretationem vernaculam, *Wilmersdorf*. 430. C. 1670. 4. Textus dicti libri ipſe accedit. MS. habet *Oppenheim*.

2092 ר׳ שמואל הכהן די פיזא R. SCHEMUEL *Sacerdos de Piſa*, *Luſitanus*, ſcr.

צָפְנַת פַּעְנֵחַ *revelator arcanorum* ex *Gen.* XLI. 45. comm. in partem Eccleſiaſtæ & *Jobi Venet.* 421. C. 1661. 4.

2093 ר׳ שמואל הכהן R. SCHEMUEL *Sacerdos*, *Theſſalonicenſis* ſcripſit

אוּרִים וְתוּמִּים *lux & perfectio*, (i) ex *Exod.* XXVIII. 30. ubi contra

(i) Per *Vrim* itaque *ſcientiam aſtrorum*, per *Tummim* vero *veritatem* ex ſideribus manifeſtatam innui credidit, ſed forte ſolus credidit: neque enim memini alium exſtare hujus ſententiæ patronum inter tot alias, quas noviſſime collegit M. *Georg. Guilielmus Dietericus* in Duodenio Sacro de Vrim & Thumim *Numburgi* 1714. 4. edito.

Digitized by Google

tra *Maimonidem* defendit Aſtrologiam, quam per Urim & Tummim ſignificatam putat, ſimulque negat, quenquam, niſi Aſtrologum, in Summum Sacerdotem eligi potuiſſe: MS. in B. Vatic. 8.

ר׳ שמואל הכהן בן יוסף R. SCHEMUEL ben IOSEPH, *Sacerdos*, vide ſupra R. *Schemuel ben Joſeph.*

ר׳ שמואל הכהן בן חפני R. SCHEMUEL *Sacerdos* ben CHOPHNI, vide ſupra R. *Schemuel ben Chophni.*

ר׳ שמואל לאניאדו R. SCHEMUEL LANIADO

ben Abraham ex *Turia* provincia *Alep*, oriundus; vixit Sæc. XVI. inclinan- 2094
te: librum enim כלי חמדה abſolvit, quod ex calce apparet, A. C. 1594. Scripſit

1) כְּלִי חֶמְדָּה *vas deſiderabile* ex *Jerem.* XXV. 34. i.e. expoſitio allegorica & literalis ex variis Medraſchim per conciones varias in ſingulas Paraſchas propoſita. *Venet.* 356. fol. apud *Jo. de Gara* C. 1596. (k) & *Prag.* 370. C. 1610. fol. pp. 268. Bartoloccius præter rationem reprehendit *Plantav.* quod pro comm. in Rabboth habuerit: quod recte factum inde patet, quia ſingulæ conciones in Paraſchas habitæ fundamenti loco certum locum *τῶν* Rabboth præſtruunt (vide notam k) & ſingulæ quoque paginæ præferunt titulum בראשית רבה שמות רבה &c. Inde & *Hotting.* p. 4. & 8. B. Orient. idem tradit.

2) כְּלִי יָקָר *vas pretioſum*, ex *Prov.* XX. 15. comm. in Prophetas priores ex Interpretibus antiquioribus collectus. Venet. 363. C. 1603. fol. ap. Jo. de Gara pp. 564. cum textu ipſo. Plant. n. 257. & Bart. perperam ponunt annum 368. C. 1608. Hic in toto illo commentario contradicit *Abarbaneli* non tam veritatis eruendæ, quam ingenii oſtentandi cauſa, judice *Jo. Buxtorfio* in Exercitatt. p. 234. & poſtea *Jo. Bened. Carpzovio* indiſputat. de Sepultura Joſephi §. 25.

(k) Hanc editionem ipſe vidi: Bartoloc. adſert *Venetam* 417. C. 1657. apud Hieron. Bragadinum quam ex confuſione hujus libri cum כלי פז qui *Venet.* eo anno prodiit, exſculpſiſſe mihi videtur. Tituli rationem auctor duplicem reddit, nempe, quod commentario complexus ſit præſtantiſſima quæque, quæ in aliis inveniantur, deinde vero, quod lex ſit כלי חמדה per quod creatum ſit hoc univerſum. Operis ratio hæc eſt, ut in Paraſchas Legis conciones nunc plures nunc pauciores, plerumque tamen, duæ exhibeantur, quæ habitæ ſunt ſuper locis quibusdam ex *Rabboth*, quæ proinde eadem opera illuſtrantur.

Digitized by Google

3) כְּלִי פָּז *vas auri puri* ex *Jobi* XXVIII. 17. comment. amplus in *Jeſaiam*, cujus textus punctatus & accentuatus accedit *Venet*. 417. C. 1657. fol. ap. *Hier. Bragadin*. cum licentia Superiorum corrigente R. *Levi Laniado fil. Iſaaci*, cum præf. nepotis R. *Schelomo ben Abrah. Laniado*. pp. 256.

4) שֶׂכֶל טוֹב *intellectus bonus*, ex 2. *Chron*. 30. 22. expoſitio Medraſch שוחר טוב, qui allegatus eſt in præfatione libri ejus כלי פז.

2095 ר׳ שמואל הלוי R. SCHEMUEL *Levita*, ſcr.

1) בָּשָׂר עַל גַּבֵּי גֶחָלִים *caro ſuper prunis*, ex quorundam ſententia, quamvis alii aliter de auctore ſtatuant: vide ſupra hunc titulum inter Anonymos.

2) כָּל הַחַיִּים *omnia animalia*, ubi tradit hiſtoriam animalium tam terreſtrium quam aquatilium, formamque eorum, conſtitutionem & indolem exponit: MS. Amſtelod. & in B. Oppenheim. Suſpicor fere, priorem librum ab alio, quam qui poſterioris auctor eſt, profectum eſſe quamvis uterque fuerint ὁμώνυμοι.

2096 ר׳ שמואל הלוי R. SCHEMUEL LEVITA, a tribu ex qua ortus fuit, & נגיד i. e. *dux* a dignitate in ipſum collata, dictus, Grammaticus de quo *Io. Morinus* in Exercitt. Biblicis p. 527. ex præfatione Grammaticæ Hebr. R. *Ionæ* MS. & ex Arabico hebraice converſæ monet, quod auctor illius præfationis vehementer laudet R. *Iehudam Chiug*, dicatque, poſt eum prodiiſſe magna cum virtute & manu excelſa duos principes exercitus ſapientiæ *Samuelem Levitam*, Ducem & principem exercitus Iſrael & Sapientem Doctorem R. *Ionam* cognomine *Maran* fil. *Ganæ*. Hic procul dubio idem eſt, qui ſupra in Catalogo Grammaticorum, quem exhibuimus ſub voce דקדוק, vocatur Samuel נגיד i. e. Princeps *Cordubenſis*, cui tribuitur סֵפֶר הָעֹשֶׁר *liber divitiarum*, qui libris omnibus aliis dicitur præſtitiſſe. Neque dubitandum eſt, eundem hunc eſſe, qui laudatur a *Ganzio* ad annum 4787. C. 1027. tanquam Scribæ & conſiliarii munere apud Regem חבוס *Granatæ* per ſeptem annos defunctus, deinde vero a filio illius Regis Princeps (נגיד) conſtitutus qui egregia Iſraeli officia præſtiterit &c. Idem obitum ejus refert in A. M. 815. C. 1055. Meminit quoque ejus *Gedalias* in *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 39. b. & ante utrumque *Abraham ben Dior* in calce Cabbalæ Hiſtoricæ. Nullus vero illorum ſcriptum quoddam ei tribuit, unde neſcio an

Digitized by Google

an huic tribui poſſit liber בן משלי de quo paulo poſt ſub *Schemuel* הנגיד dicemus.

שמואל הלוי SCHEMUEL LEVITA qui interfuit diſputationi Judæorum cum Hier. a S. Fide a Judæis habitæ; vide *Scheveth Iehuda* p. 227. ed. Lat. 2097

ר׳ שמואל מלומבריקה R. SCHEMUEL LOMBRICENSIS ſcr. *conciones*, & in fine de veſtimento ציץ agit, ut teſtatur Bartoloccius, neſcio qua fide. 2098

ר׳ שמואל לטיף R. SCHEMUEL LATEPH ſcr. *ordinem precum*, ex quibus ea eſt precatio, quæ exſtat in principio *Machſor* Romani Venet. 386. C. 1626. 8. Hunc credo eundem eſſe, qui Kimchii librum שורשים cum præf. ſua edidit *Neapoli* 1490. 2099

ר׳ שמואל לניארו vide paulo ante R. Schemuel לאניארו

ר׳ שמואל לירמא R. SCHEMUEL LERMA ſcr. comment. in *Pirke Avoth* 4. teſte Bartoloccio. 2100

ר׳ שמואל בן מאיר R. SCHEMUEL ben MEIR, qui vocatur per compendium literarum רש״בם (l) nepos *Raſchii*, adeoque floruit Sæculo XII. & ſcripſit comment. amplum in Gemaram, ex quo tamen nil ſupereſt, niſi in eos Codices, in quos non exſtat commentarius Raſchii, ſpeciatimque in *Bava Bathra* &c. Interim in caput ערבי פסחים (quod eſt caput X. *Erubhin*) exſtat & noſtri hujus & Raſchii commentatio: v. ש״י p. 71. b. & *Schalſcheleth* p. 51. b. cujus auctor ait, legiſſe ſe, quod hic *Samuel*, vivo adhuc avo ſuo *Raſchio*, ſcripſerit in Gemaram, is autem, cum videret, eum prolixiorem fuiſſe in commentando ira correptus in conſpectu ejus combuſſerit: monet tamen alios negare, quod combuſſerit. Addit quoque, ſe legiſſe in animadverſionibus Maimonideis ſuper תפלות השנה quod noſter ſcripſerit in *Alphesium*. Idem denique obſervat ex libro אריאשי quod aliquot tantum tractatus, quos morte præventus inexplicatos reliquerit, expoſitione ſua illuſtravit 2101

Præ-

(l) Quod nomen *Bartoloccius* aliquoties, v. c. Tomo IV. p. 379. & 381. & ejus exemplo Cl. *Jac. Basnage* Tomo V. Hiſtor. Judaicæ p. 1630. minus recte explicant per *Samſon fil. Meir*.

שמואל qui tamen liber tribui debebat *Samueli* לביית קלעי de quo paulo poſt.

Notandum deníque eſt, quod ש״י monet, librum, qui dicitur בְּנֵי שְׁמוּאֵל *filii Samuelis* & commentarium in *Arba Turim* exhibet, ſcriptum eſſe a nepote *Samuelis Mutinenſis*, qui an noſter ſit, idem ſe neſcire profitetur; cum totam rem fando ab aliis acceperit.

ר׳ שמואל מוטוט R. SCHEMUEL MOTHOTH, 2113
quem ש״י מטוט *Bartoloc.* vero מותות ſcribunt minus accurate:

מְגִלַּת סְתָרִים *volumen occultorum*, ubi commentatur in comm. *Aben Eſra* ſuper Legem & obſcuriora ejus loca illuſtrat *Venet.* 314. C. 1554 4. pp. 52. apud *Aloyſ. Bragadinum*: MS. habet *Oppenh.*

2) מְשׁוֹבֵב נְתִיבוֹת *reſtituens ſemitas*, ex Jeſ. LVIII. 12. liber Cabbaliſt. MS. habet *Oppenh.*

ר׳ שמואל מתנות תמך בר נסים R. 2114
SCHEMUEL MATTANOTH TAMACH *bar Niſſim*, ſcr. expoſitionem in 2. libb. *Chronicorum*, *Regum*, *Danielis* & *Eſra*, ſub titulo מדרש MS. in B. Vatic. 4. Confer paulo poſt R. *Schemuel ben Niſſim*.

ר׳ שמואל מקשן R. SCHEMUEL MAKSCHAN, ſcr. 2115

1) בֵּית דִּין שְׁמוּאֵל *domus judicii*, ſive *Curia Schemuelis*, comm. in lib. *Eſther* & *Ruth Cracov.* 4. ſine mentione anni.

2) יְגוֹן לֵב *moleſtia animi*, (alludit ad *Pſalmum* XIII. 2.) comment. in *Threnos* ſecundum ש״י.

ר׳ שמואל מרגולית R. SCHEMUEL MARGO-
LIJOTH, ſcripſit 1216

1) אוֹר חָדָשׁ *lumen novum*, ſermones morales *Cracov.* 8.

2) אור הַחַיִּים *lumen vitæ*, liber itidem moralis: ibidem 8. hunc librum Bartol. bis recenſet, ſemel quidem ſub auctoris nomine Tomo IV. antea vero Tom. I. p. 96. ubi fide Buxtorfii in Synagoga Judaica c. XII. p. 245. ait, eſſe librum germanicum in gratiam feminarum & puerorum de vita recte agenda exaratum.

ר' שמואל ממרוקו R. SCHFMUEL MAROCCITANUS : vide ſupra R. *Schemuel* יהודי.

2117 ר' שמואל מורסילי יהודה R. SCHEMUEL MARSILI IEHUDA de *Turri Mariſio* ſcr. expoſitionem Aſtronomicam in 1. & 2. lib. Algameſti Ptolemæi anno 5091. C, 1331, MS. in Bibl. Vaticana. 4.

2118 ר' שמואל בן משה R. SCHEMUEL fil. MOSIS רלוגמש qui librum מגיד cum expoſitione ſua nova German. אגרת שמואל Amſtelod. 459. C. 1699. 12. edidit.

ר' שמואל הנביא R. SCHEMUEL *Propheta*: vide ſupra R. *Iehuda* החסיד.

ע' שמואל הנגיד R. SCHEMUEL NAGID, (*Princeps*) vide ſupra R. *Schemuel Levi*. Ab hoc forte diſtinguendus eſt *ὁμώνυμος*.

2119 ר' שמואל הנגיד R. SCHEMUEL NAGID *Poeta*, cui tribuitur

1) בֶּן מִשְׁלֵי *filius proverbiorum*, quem librum ש"י teſtatur rhythmis & carminibus conſtare: Bartoloccius ait eſſe MS. & præcipere de ingreſſu ad ſcientias Talmudicas, modoque argumentandi & reſpondendi. Buxtorf. p. 440. refert, verſus eſſe Poetæ antiquiſſimi *Sam. Nagid*, qui ante 700. annos ſcripſerit; alios vero tribuere *Jehudæ ben Tibbon*. Si in ætate definienda non ſit erratum, non pæter rationem liber hic poterat adſcribi *Samueli Levitæ*, Grammatico, qui itidem נגיד dicitur, cujus ætatem in idem tempus incidere ſupra ſuo loco evicimus.

2) נְבוּאַת נַחְמָן קְטוּפָה בַּר פִּנְחָס *prophetiam Nachman Ketupha bar Pinchas*, qui vix natus vatem egerat, a R. *Abraham Levita* Seniore deſcriptam, noſter commentario illuſtravit teſte ש"י qui utrumque librum *Ben Miſchle*, & præſentem de quo agimus, comment. eidem *Samueli Nagid* adſcribit. Cum vero *Abrah. Levita Senior* vixerit demum Sæculo XIV. quod ſupra ſuo loco ſub nomine ejus oſtendimus, auctor vero *Ben Miſchle* longe fuerit antiquior ſecundum Buxtorfium, conſequeretur, diverſo Scriptori poſteriorem librum eſſe tribuendum.

3) Huic Judæi & ש"י tribuunt מְבוֹא הַגְּמָרָה *introductio ad Gemaram*

Digitized by Google

maram, quæ ſub *Samuelis Nagid* nomine prodiit cum libro *Halichoth Olam Venet.* 1545. 4. & 1598. 4. alibique. Hinc factum puto, ut Bartolocc. librum *Ben Miſchle* de quo n. 1. ad argumentum hoc retulerit.

4) Denique ש״י in Indice Scriptorum Alphabetico monet in מכלל־יופי dici, quod hic *Samuel* duos & viginti libros ſcripſerit

2120 ר׳ שמואל בן נסים R. SCHEMUEL ben NISSIM cujus comment. in *Jobum* Hebr. MS. extat in B. Bodlej. n. 6055. Catalogi, inter Codd. Huntingtonianos n. 309. Forte hic idem eſt cum R. *Schemuel Mattanoth Lamach bar Niſſim.*

2121 ר׳ שמואל די סילוה R. SCHEMUEL de SILVA, *Judeus Medicus*, qui animæ immortalitatem ſingulari libro adſtruxit, an. 1623. quem deinceps confutare conatus eſt *Uriel Acoſta*, ſub cujus nomine vide quæ ſcripta ſunt.

2122 ר׳ שמואל הסלמי R. SCHEMUEL SALAMI, cujus epiſtolas ad R. *Levi* inter epiſtolas R. *Abu bar Moſche*, quæ MSS. exſtant in Vatic. legi teſtis eſt Bartoloccius.

ר׳ שמואל הסרדי vide R. *Schemuel ben Iſaac.*

2123 ר׳ שמואל סרסא R. SCHEMUEL SIRSA aut SARSA quomodo vocatur in *Juchaſin* p. 124. b. vel צרצא (ZARZA) utroque enim modo in ש״י appellatur, (in libris excuſis lego צרצה) qui cognomen habuit אבן סנה unde & a Bartoloccio & ש״י vocatur *Sam.* אבן סינה. Ex quo apparet, errare Plantavitium, qui *Sam. Tzartza* a *Sam. Aben Sena* diſtinguit. Fuit is miniſter Synagogæ & floruit A. M. 5252. C. 1492. teſte *Ganzio* ad hunc annum & Juchaſin l. c.

1) טָהֳרַת הַקֹּדֶשׁ *mundatio ſanctitatis* ex 2. *Chron.* XXX. 19. ceu apparet ex calce libri ejus מְקוֹר חַיִּים. Hunc librum Bartoloccius teſtatur combuſtum eſſe, eo quod æternitatem mundi adſtruere videretur: quod ſane minus recte dicitur. Quando enim ad fidem verbis faciendam provocat ad *Juchaſin* p. 134. b. nihil certe in illo loco præſidii ipſi relictum eſt, cum ibi non de libro hoc, ſed de ipſius *Zarzæ* vivicomburio agatur, cui pœnæ, annitente *Iſaaco Kanpanthon*, addictus eſſe dicitur, eo quod æternitatem mundi in ſermone familiari adfirmarit. Confer *Me-*

Digitized by Google

naſſe ben Iſrael p. 9. de Creatione. Ibidem *Iuchaſin* refert, *Iſaacum Kanpanthon* exclamaſſe מַדּוּעַ לֹא יִבְעַר הַסְּנֶה *quare non ardebit rubus*? quibus verbis manifeſtum eſt, eum ad ejus cognomen אבן סנה ſalſe alluſiſſe: Inde vero & id colligas, quod non tam אבן סינה quem אֶבֶן סְנֶה vocari debeat, quod & diſerte in librorum titulis exſtat. Scripſit præterea

2) מִכְלַל יוֹפִי *perfectio pulchritudinis*, ex Pſ. L. 2. quem Bartolocc. ait eſſe comm. in 4. editum, cum tamen nunquam prodierit. Buxtorf. quidem itidem memorat edit. *Theſſalonic.* 327. C. 1567. fol. ſed illa eſt editio מכלל יופי של quem ſcr. *Sal. Aben Melech* cujus nomen vide ſupra. Schabbatæus in ש"י ait comprehendere explicationes ex *Aggadoth* & *Medraſchim* nec non Philoſophia petitas, & allegari in calce libri ejus מקור חיים. Exſtat tamen MS. in Bodlej. ubi n. 3137. legis: *Michlal Jophi* Hebr. per auctorem של *Mekor Chajim*, inter Codd. *Seldeni* n. 4. Liber hujus tituli diſerte noſtro tribuitur a *Ganzio* l. c. ſed ſine commemoratione argumenti, & *Juchaſin* l. c. ipſi adſcribit פֵּירוּשׁ הַתּוֹרָה *comment. in Legem*, atque hunc credo eſſe ipſum *Michlal Jophi*, de quo agimus.

3) מְקוֹר חַיִּים *fons vitæ*, ex Pſ. XXXVI. 10. comm. in *Aben Eſram* ſuper Legem, ubi etiam rationes præceptorum explicat, & quidem ex ſententia *Maimonidæ*, *Aben Eſræ* & *Nachmanidæ*, quibus variæ additiones *Samuelis Aben Tibbon* & R. Schem Tov פאלקירה acceſſerunt. *Mantuæ* 319. C. 1559. fol. apud Meir b. Ephraim Patav. pp. 130. correctum a *Samuele* קוים *ben Moſche*. Hunc librum ſæpe allegat *Chriſt. Gerſon* in Talmude ſuo Judaico. In calce exſtat epiſtola R. *Iſaaci Alchadeph* ad *Samuelem* noſtrum qua doctrina ejus & ſcripta impenſe laudantur. Hinc intelligitur, *Samuelem* hunc in explicanda Scriptura rationi & ingenio ſuo multum indulſiſſe, atque adeo novas ſectatum ſententias aliorum ſibi odia contraxiſſe.

Plantavitius n. 402. exemplo Indicis expurgatorii Romani noſtrum vocat אֶבֶן סְנֶה dubius tamen, num recte id fiat, quod nunc facile intelligitur affirmandum eſſe, cum hoc ſit noſtri cognomen.

ר׳ שמואל הסרדי בן יצחק R. SCHEMUEL SARDI f. ISAACI, v. ſupra R. *Schemuel ben Iſaac* הסרדי.

2124 ר׳ שמואל בן סורסלייאו R. SCHEMUEL ben SURSELIJO ſcr.

Digitized by Google

כְּלָלֵי שְׁמוּאֵל *concluſiones Samuelis*, quæ exſtant in libro תומרת ישרים de quo vide ſupra ſub *Benjamin ben Abraham* מוטאל. Forte hic eſt ille R. *Schemuel* ציראלייו quem inter diſcipulos R. *Iſaaci Aboab* & exules ex Hiſpania Sæc. XVI inclinante, numerat *Schalſcheleth* p. 63. b. de quo vide etiam *Imman. Aboab* p. 301. Nomologiæ ubi vocatur *Serrelvo*.

2125 ר׳ שמואל בן עזריה R. SCHEMUEL ben ASARIA ad *Iſmaelitas* defecit, & contra Judæos ſcripſit librum, quem dixit אפחאם על יהוד. *denigratio contra Iudam*: ceu teſtatur *Iuchaſin* p. 149. b.

2126 ר׳ שמואל בן עטיאה R. SCHEMUEL ben ATHIAS ſcripſit

מַפְתְּחוֹת להר״מבם claves ſ. indices in Maimonidæ יד חזקה, qui cum ipſo hoc opere non prodierunt. *CPoli* fol.

2127 ר׳ שמואל בן עטר R. SCHEMUEL ben ATHAR ſcripſit

זַרְזִיר מָתְנַיִם *accinctus lumbis*: ex *Prov.* XXX. 31. liber hiſtoriis & relationibus plenus, quem ש״י ſine loco & anno editionis memorat. unde forte non prodiiſſe dicendus eſt. *Plantavitius* n. 177. pro libro concionum habet: MS. eſt in Bibl. Oppenheim.

2) מַעֲשִׂיּוֹת *hiſtoriæ*, ab eodem & R. *Iſaaco Leon* collectæ *Venet.* 8. prodierunt. In B. Oppenheimeri vidi ed. *Veronenſ.* 407. C. 1647. & *Ferrarienſ.* 317. C. 1557.

2128 ר׳ שמואל עתיירה R. SCHEMUEL ATHIJA, quem *Bartoloccius* commentarium in Pſalmos ſcripſiſſe ait, procul dubio idem eſt cum Salomone עתיירה de quo ſuo loco.

2129 ר׳ שמואל פייבש R. SCHEMUEL PHEIBSCH præſes Synagogæ Pirdenſ. in ditione Onolsbacenſi, ſcr.

1) בֵּית שְׁמוּאֵל *domus Samuelis*, ex 2. Sam. VII. 27. comment. in illam partem *Schulchan Aruch*, quæ appellatur אבן העזר Hic ipſius auctoris

Digitized by Google

ctoris ſumtibus primus omnium ex prelo Dyrenfurtenſi R. *Schabtai* an. 1689. fol. prodiit, quod apparet ex ipſo titulo & ex carmine Hebraico R. *Schabtai*, quo in calce operis collocato *Schabtaus* origines Typographiæ ſuæ deſcripſit. Recuſus idem liber eſt *Furthi* 1695. fol., ſed omiſſo illo *Schabtai* carmine.

2) לֶקֶט שְׁמוּאֵל *collectio Samuelis*, i. e. Jalkut ex diverſorum Auctorum libris de variis argumentis, ſecundum alphabetum diſpoſitis, compilatum & *Venet.* an. 454. C. 1694. in fol. pp. 43. ex officina Vendramina editum. Sic e. g. de *Adamo*, *Patriarchis* (אבות) *Aarone* &c. miſcellaneas obſervationes ibi inveneris, quibus ſua quoque cogitata auctor inſeruit. In calce exſtat דְרוּשׁ שְׁמוּאֵל ubi leguntur expoſitiones variæ locorum quorundam Pentateuchi, hinc inde deſumtorum, quas a præceptoribus ſuis audiverat. Hæc commentatio decurrit usque ad p. 64. In titulo auctor vocatur R. Schemuel פייווש Viennenſis fil. *Iuſſa*, qui ſcripſit כתונת פסים.

2130 **ר׳ שמואל מפירושה** R. SCHEMUEL *Peruſinus*, cui Bartolocc. tribuit

יְפֵה נוֹף *pulcher tractu* ex Pſ. XLVIII. 3. ſed vide inter Anonym. יפה נוף ſub י׳.

2131 **ר׳ שמואל פרידריך ברענץ** R. SCHEMUEL FRIDERICUS BRENTZIUS, quem dixeris etiam hebr. cum *Bartoloccio* ברינציאוס *Oettingenſis*, ex Judæo Chriſtianus, Oſterbergæ in Suevia prope Memmingam natus, deinde vero 1610. cum uxore & liberis duobus *Feuchtwangiæ*, quæ eſt urbs Brandenburgenſis ditionis, baptiſatus, ſcripſit librum vernaculum

Leberis Iudaica detracta (Jüdiſcher abgeſtreiffter Schlangenbalg) (*) ſive *ſolida detectio & depulſio omnium conviciorum & mendaciorum*, quibus Judæi in CHRISTUM & Chriſtianos utuntur. Hic liber primum prodiit, quod ex ſubſcriptione præfationis patet, *Oettingæ* an. 1614. Illi reſpondit deinde R. *Salman* (זלמן) ſive *Schelomo Zevi* Judæus ſub titulo: *Theriaca Iudaica* lingua & literis Hebræo Rabbinicis excuſa: *Hanov.* 375. C. 1615.

(*) Hunc libri titulum auctoris nomen putavit Cl. Basnage T. V. Hiſt. Judaic. p. 2088. ubi ait Ex Judæum illum appellatum fuiſſe *Schlangenbach*.

Digitized by Google

1615. 4. Utrumque ſcriptum Vener. *Io. Wulferus* optimo conſilio recudi curavit ſub titulo: *Theriaca Iudaica ad examen revocata* : ſive ſcripta amœbæa Sam. Frid. Brenzii, Converſi Judæi & Salom. Zevi, Judæi aſtutiſſimi, nunc primum verſione Lat. juſtisque animadverſionibus aucta & in publicum miſſa *Norimb.* 1681. 4. In hoc volumine primo legitur ſcriptum german. *Brenzii*, tum Apologia *Salm. Zevi*, quam excipit verſio apologiæ Latina cum animadverſionibus Wulferi eruditis & diffuſis, quæ ſingulis capitibus ſubjunguntur. In calce accedit *Iſaaci Viva* Vindex Sanguinis contra *Jac. Geuſium.* Quod ad *Brenzium* attinet, in eo quidem *Wulferus* p. 36. Animadverſionum partim ignorantiam craſſam, partim odium, vel mentiendi libidinem, vel immaturum Zelum reprehendit, quo adductus Judæis multa affinxerit. Idem p. 72. & alibi paſſim calumnias in Judæos præter rem eructatas retundit; p. 113. plagii inſimulat, quando eum ſua maximam partem a *Pfefferkornio* aliisque (vide exemplum p. 150. & p. 389.) ſuffuratum videri profitetur, quamvis ſparſim nonnulla addiderit, ut plagium hoc facilius tegeret. Sic & B. *Wagenſeilius* in ſcripto vernaculo, quo confutavit fabulam de ſanguine Chriſtianorum a Judæis adhiberi ſolito p. 139. in eodem præter imperitiam & Judaicæ fidei ignorationem mentiendi libidem notat. Conf. idem p. 85. epiſtolæ de Infundibulo ſuo. Qua in re recte eum pronunciaſſe non dubitem, cum idonea exempla in animadverſionibus paſſim protulerit *Wulferus* in quibus tamen faventior Judæis aliquoties fuiſſe recte viſus eſt V.C. nobisq; amiciſſimo *Jo. Iacobo Schudtio* in Judæo Chriſticida, v.c.p. 190. & in Memorabilibus Judaicis, libro præſtantiſſimo, paſſim. Neque tamen laudatus *Wulferus* ſine nota dimitit antagoniſtam, *Brenzii* quippe quem interdum notiſſima fortiter negare oſtendit p. 133. (adde exempla alia p. 38. 53. & 54.) ſicut & p. 38. eundem plagii in Lipmannum patrati convincit. Neque mireris admodum, *Brenzium* vel minus accuratum vel minus candidum fuiſſe, ſi vera ſunt, quæ *Salman Zevi* p. 14. ſcribit, quod in Judaismo ſtabularius & aquarius, adeoque rudis & rerum omnium imperitus fuerit, ſicut & p. 27. eidem furtum equorum abactorum exprobrat, atque hoc crimen Chriſtianiſmi amplectendi occaſionem ipſi præbuiſſe forſan non ſine mendacio narrat.

ר' שמואל בן פנחס R. SCHEMUEL ben PINCHAS Sacerdos juſtitiæ ſcr. 2132

תחלת

Digitized by Google

תְּחִלַּת דִּבְרֵי שְׁמוּאֵל *initium verborum Samuelis*, comm. in Targum *Eſther Prag.* 361. C. 1601. 4. ubi ſimul ipſe liber Eſther illuſtratur.

שמואל ציראליין vide ſupra Schemuel כורסלאייו

שמואל בן צדוק SCHEMUEL ben ZADOCK vide infra תשבץ.

ר' שמואל צרצה R. SCHEMUEL ZIRZA vide ſupra *Schemuel* סרסה

2133 ר' שמואל צורף SCHEMUEL ZOREPH, Levita, Parnas Synag. Poſnantenſ. ſcr.

מְצָרֵף לַכֶּסֶף *purgans argentum* ex *Prov.* XVII. 3. i. e. compendium & Index libri שני לוחות הברית. In calce exſtat quoque compendium libri מבחר הפנינים ſub tit. כור לזהב *catinus auro* ex *Prov.* XVII. 3. Francof. Od. 441. C. 1681. apud Becmannum: prius compendium conſtat pagg. 91. poſterius pp. 14.

2134 ר' שמואל מקאסטילנובו R. SCHEMUEL de CASTRONOVO, cui Bartolocc. tribuit מְעוֹן הַשּׁוֹאֲלִים *habitaculum Poſtulantium*, quo libro contineantur carmina ad ritus Hebræorum ſpectantia, cum verſione Italica, & precatione tempore circumciſionis recitanda. *Venet.* 369. C. 1609. 8. At ènim vero ipſe ſupra hanc ſcriptionem tribuerat R. Moſi ריטה verſionem vero Italicam *Debora Aſcarelli*, unde neſcio cur nunc *Samueli* acceptam ferat, niſi forte verſio Italica nova ſit noſtro.

שמואל קיידנבר vide ſupra R. Aharon ben Schemuel קיידנבר.

2135 ר' שמואל קורדוס R. SCHEMUEL CORDOS ſcr. comm. in Cod. *Gittin* de divortiis & libello repudii, quomodo is ſcribi debeat. MS. in B. Vatic.

2136 ר' שמואל הקטן R. SCHEMUEL *Parvus*, cujus ut Doctoris Miſchnici paſſim mentio fit in Pandectis Talmudicis, v. c. in *Pirke Avoth* cap. IV. ſect. 19. ubi gnome quædam ejus, quæ tamen etiam *Proverb.* XXIV. 17. 18. legitur, refertur, *Sanhedrin* f. 11. *a. Sota* f. 48. b. & plenius in *Avoda Sara* Talmudis Babyl. f. 42. col. 3. & in *Semachoth* c. 8. quæ loca

Digitized by Google

loca partim in *Juchaſin* p. 21. a. partim in Scriptoribus Chriſtianis, Bartoloccio Tomo I. p. 730. Tom. III. p. 318. & Tom. IV. p. 403. *Iac. Altingio* in *Schilo* Lib. IV. c. 26. & 27. pleniſſimeque omnium in Vener. & non minus ingenio quam doctrina valentis, *Guſtavi Georgii Zeltneri*, Theologi Altorfini, diſſertatione mox citanda p. 29. ſqq. Huic ſpeciatim tribuitur famoſa illa & hodieque inter Judæos quotidie frequentata precandi formula quæ ſub titulo

בִּרְכַּת הַמִּינִים *imprecatio adverſus hæreticos*, ſpeciatimque Chriſtianos in octodecim benedictionibus ſeu שמונה עשרה, quas appellant, legitur, paucis verſibus comprehenſa: De precatione illa præter citatos ac potiſſimum Vener. *Zeltnerum* in commentatione de *Fragmento Pauli quondam Perverſi ἀθεοπνεύςῳ inter Judaorum preçes obvio & ad examen revocato Altorfii 1713. 4.* leges fuſe diſſerentes *Jo. Andr. Eiſenmengerum* in Judaiſmo Detecto Parte II. p. 107. ſeqq. *Io. Wulferum* ad Salman Zevi Theriacam Judaic. p. 118. Jo. Buxtorfium in Lexico Talmudico f. 1201. & 2442. ex Hebræis vero præter *Salman Zevi* lib. cit. c. 2. §15. qui in caſſum oſtendere conatur, ad Chriſtianos eam minime pertinere, librum כל בו p. 6. היכל הקודש p. 17. עבודת הקדש Parte II. c. 12. כר הקמח fol. 79. col. 4. & שבט יהודה fol. 65. col. 1. Hujus auctorem *Schemuelem Katon* cum *Paulo Apoſtolo*, adhuc dum in Judaiſmo hærente, eundem faciunt nonnulli ex Chriſtianis, quam ſententiam, primus, quod ſciam, ornare adgreſſus eſt *Iac. Altingius* (*) in Schilo l. c. nec ita pridem modo laudatus *Zeltnerus*

(*) *Altingii* argumenta petita ſunt a communi utriusque (*Sam. Katon & Pauli*) præceptore Gamaliele, communi contra Chriſtianos Zelo, ab utroque opere ipſo demonſtrato, communi odii illius, quam Talmudici referunt, depoſitione & nata hinc ſuſpicione hæreſeos, ætate denique utriusque æquali. Enimvero quando recogito, Talmudicos de *Samuele Katon* tam præclare ſentire, ut illi in *Pirke Avoth* c. 4. §. 19. ſententiam ſingularem, in *Sanhedrin* f. 11. a. in ſuffragio ferendo prærogativam, in *Avoda Sara* f. 42. prophetiæ donum a *Bath Kol* ipſi vindicatum, in *Sanhedrin* f. 11. a. vaticinium de *Simeone & Iſmaële* gladio perituris tribuant, imo in *Semachoth* c. 8. cum honore ſepultum tradant; eadem vero opera perpendo, nec Miſchnæ nec Gemaræ collectoribus ignotum eſſe potuiſſe, eum, quem ita celebrent, denique a ſacris ſuis ſeceſſiſſe, adduci non poſſum, ut credam, eos tanta in eum elogia, ſi vel maxime vita in Judaiſmo acta promeruiſſet, collaturos fuiſſe, præcipue cum nusquam alibi ſimile exſtet in Talmude exemplum, quamvis in eodem Servatoris diſcipuli, ex Judæis itidem orti, memorentur. Cum igitur facile fieri potuerit, ut plures eodem tempore a Gamaliele contra Chriſtianos incitarentur, aliquos etiam eorum pœnitudo factorum ſubiret, præterea vero cognomen קטן inter Judæos ea quoque ætate frequentatum fuerit, ut non neceſſario ex *Pauli* nomine translatum videri debeat, cauſam eſſe video, cur de hac comparatione adhuc dubitemus.

Digitized by Google

rus, qui Altingio nondum viſo, ceu ipſe §. 63. profitetur, eandem conjectura aſſecutus erat, non infeliciter, quantum quidem tam remotæ antiquitatis argumentum patitur, veri ſimilem reddidit. Oſtendit enim ea, quæ de *Samuele Parvo* in citatis Talmudis locis adferuntur, apprime in Paulum cadere, conſpirare etiam tempus, quo precatio hæc elaborata a Judæis feratur, nempe ætatem Gamalielis Senioris cujus diſcipulus *Samuel* noſter eam in urbe *Jaſne* ex odio in Chriſtianos concepiſſe dicatur. Adeſſe quoque nominis convenientiam ex parte, cum *Pauli* nomen Hebraicum קטן apprime referat, nec obſtare quod שמואל vocetur, qui teſte ſacra pagina שאול appellatus ſit, cum horum nominum confuſio obvia ſit, vel etiam Judæi de induſtria nomen Saulis levi permutatione forte inflexerint & ne apoſtatæ aliquid debere viderentur, niſi id potius in gratiam Davidicæ poſteritatis factum dicere malis. Has & alias circumſtantias in utrumque cadentes pro ſententia ſua ingenioſe omnino urget Vir doctus, tandemque p. 63. *Herm. Witſium* in Meletematibus Leidenſibus Sectione I. §. 22 Vitæ Pauli & §. 66. Cl. *Campeg. Vitringam* lib. III. Synagogæ Parte II. c. 14. notat, qui Altingianam ſententiam parvi penderint. Addimus his B. *Thomam Ittigium*, cui in Selectis Capitibus Hiſtor. Eccleſ. Sæc. I. p. 469. iſtæ Altingii conjecturæ longius petitæ viſæ ſunt; ſicut viciſſim non improbatæ videntur Cl. *Adriano Relando* in notis ad Othonis Hiſtoriam Doctorum Miſchnicorum p. 108. Denique non omittendum eſt, *Jul. Conr. Ottonem*, Ex Judæum, ad priſtina ſacra relapſum, fucum feciſſe Chriſtianis, quando in Catalogo Rabbinorum, libro ſuo *Gale Razaia* ſubjecto, cap. 2. ברכת המינין interpretatur de eo *quomodo ſinguli fructus benedicendi ſint.* Voluit enim pro ſubdolo ingenio Chriſtianos celare conſilium Judaicum, quod hac precandi formula nimis aperte ſe prodit, nec ipſi ob uſum frequentiſſimum obſcurum eſſe ullo modo poterat.

2137 ר׳ שמואל לבית קלעי R. SCHEMUEL de familia KALAI qui in Catal. Bodlej. p. 374. minus recte vocatur *Kali*, ſcr.

משפטי שמואל *judicia Samuelis*, quo libro continentur 134. quæſtiones & reſponſ. ut & deciſiones ejus variæ cum expoſitione variorum tractatuum Talmudicorum *Venet.* 359. C. 1599. fol. apud *Dan. Sancti* pp. 181. Hunc librum *Plantavit.* n. 432. per errorem tribuit R. *Sa-*

mueli

mueli Mimmodena; *Bartoloccius* vero auctorem vocat *Sam.* אַרְקָוִי quem *Patracenſem Epirotam* vocat: quod utrumque ex re ipſa emendavimus V. C. Jac. Basnage Tom. V. Hiſt. Jud. p. 2037. librum memoriæ vitio *judicia Salomonis* inſcribi, eoque ad Salomonis ſapientiam alludi ait.

ר׳ שמואל מבונעירנוק R. SCHEMUEL MEVONIRNOCK vide ſupra *Schemuel* מבונעירבוק.

ר׳ שמואל די קצירים R. SCHEMUEL de CACE- 2138
RES qui verſionem Bibliorum Hiſpanicam ex *Ferrarienſ.* anni 1553. expreſſam ſed emendatam charactere Romano ed. *Amſtelod.* 421. C. 1661 8. Hic laudatur a Dav. Levi de Barrios in deſcriptione Academiæ *Cether Tora* quæ eſt Judæorum Hiſpan. Amſtelod. cujusque is membrum fuit p. 3. ubi vocatur *eximius concionator & vir curioſiſſimus.*

ר׳ שמואל מרוסייה R. SCHEMUEL ex *Ruſſia*, 2139
ſcr. catalogum verſiculorum Pentateuchi, qui adducuntur in Talmud Babylon, ſecundum Paraſchoth MS. in B. Vatic.

ר׳ שמואל נחמיאש R. SCHEMUEL NACHMI- 2140
ASCH, *Venetus*, origine vero Theſſalonicenſis, ex Judæo Chriſtianus an. 1649. 22. *Dec.* factus, ubi in Sacramento initiationis nomen *Julii Moroſini* accepit. Scripſit italice

Viam Fidei, quo libro ritus Judæorum explicat, & oſtendit, a nullo Judæo hodie 613. præcepta illa obſervari, qua occaſione ſuperſtitiones eorum caſtigat. Prodiit liber 1683. auctor vero obiit 1687. *Jo. Paſtritius* apud Imbonatum p. 126. b. teſtatur, ſe auctori ad conficiendum hunc librum varias diſſertationes ſuas ſuppeditaſſe. Vide plura apud *Bartoloc.* Tom. III. p. 755. & IV. p. 404.

ר׳ שמואל בן סעדיה R. SCHEMUEL fil. SEA- 2141
DIA (*Saadias*) cujus comm. in Deuteron. hebr. exſtat in B. Bodlej. n. 5922. inter Codd. Huntington. n. 176.

ר׳ שמואל פלורנטין R. SCHEMUEL FLORENTI- 1242
NUS citatur in præfat. ad librum חכן ישועות & per compendium ſcriptionis dicitur מהר״שף.

Digitized by Google

2143 ר׳ שמואל צרפתי R. SCHEMUEL *Gallus* ? incola מתא פאס i. e. ut interpretor, Synagogæ Feſſanæ, cujus

דִּבְרֵי שְׁמוּאֵל *verba Samuelis*, i. e. *Chidduſchim* ſive novellæ obſervationes in Codd. quosdam Talmudicos ex majori opere excerptæ, *Amſtelod.* an. 459. C. 1699. 8. pp. 51. prodierunt.

2144 ר׳ שמואל בן שוזען R. SCHEMUEL ben SCHUSAN, ſecundum ש״ו vel שושן ſecundum Bartoloccium ſcr.

שַׁבְּתוֹת יְהוָה *Sabbata Domini*, ex *Levit.* XXIII, 38. i. e. conciones in Sabbatum. Vix credo, eundem hunc eſſe cum שמואל בן שושן quem ut Principem captivitatis Judaicæ, & ex Davidis familia ortum prædicat *Salom. ben Virga* in Scheveth Jehuda p. 218. ubi eum ut ſibi ſanguine junctum & piiſſimum laudat.

2145 ר׳ שמואל שאטין R. SCHEMUEL SCHOTTEN fil. *Joſephi* Rabbinus Synagogæ Francofurtenſis, ab urbe hujus nominis, Francofurto vicina, dictus & adhuc ſuperſtes, cujus nomen in Privilegiis librorum Judaic. ſæpius occurrit; hunc a Cabbalæ ſcientia laudat Meelführerus p. 20. diſp. de Fatis eruditionis Oriental. p. 20. & ibidem p. 16. prolixam illius ad ſe epiſtolam commemorat. Illum ajunt, nunc in excudendo Talmude Babylonico occupari. Multa etiam in ſcriniis elaborata habere dicitur, quæ inpoſterum forte lucem ſunt viſura.

Hujus *precatio pænitentialis* in memoriam incendii Francof. ad Mœn. an. 1711. facti quotannis pronuncianda, hebr. cum verſ. germ. exſtat in doctiſſimi Schudtii Memorabilibus Judaicis Part. III. p. 75. ſq. Ejusdem

כוס ישועות *poculum ſalutum* ex Pſ. CXVI. 13. i. e. obſervationes in Codices *Bavoth, Maccoth, Schevuoth, Sanhedrin & Avoda Sara* pp. 159. prodiit *Francof. ad Mœn.* 470. C. 1710. fol. apud *Kelnerum.*

2146 ר׳ שמואל שולם R. SCHEMUEL SCHULLAM (g) *Medicus*, qui primus librum *Juchaſin* CPoli edidit, & notis ſuis interſtinxit, quæ compendioſa ſcribendi ratione אשש i. e. אמר שמואל שולם indicantur; vide R. *Abraham* זכות.

ר

(g) Hic ab aliis *Solem*, ab aliis *Schalom* pro diverſa ſcilicet literarum & vocalium ſcriptura vocatur.

ר׳ שמואל שלום R. SCHEMUEL SCHALOM 2147
מגלמאסי flor. Sæc. XVII. ineunte, diſcipulus R. *Schem Tov* fil. *Abrah.* cujus כתר שם טוב *Venet.* 361. C. 1601. fol. ed. præfatione inſtruxit.

ר׳ שמואל בן שלמה R. SCHEMUEL ben SCHELO- 2148
MO, cognomine *Nin de Karckeſona*, ſcr. carmen & brevem expoſitionem in *More Nevochim*, MS. in Colleg. Neophytorum Rom. 4. Neſcio an idem ſit, qui interfuit diſputationi R. *Jechielis*, cum *Nicolao* Ex Judæo habitæ, Pariſiis Sæc. XIII. vide ipſam illam diſputationem in Wagenſeilii 2149
Telis Igneis Satanæ p. 16.

שמואל בן שלמה SCHEMUEL f. *Schelomo Medicus*: v. ſupra *Iſrael b. Schemuel f. Schelomo.*

ר׳ שמואל בן תבון R. SCHEMUEL ben TIBBON: vide ſupra *R. Schemuel ben Jehuda ben Tibbon.*

ר׳ שמחה בן גרשון R. SIMCHA fil. GERSCHON, 2150
Sacerdos ſcripſit

ס׳ שמות librum de nominibus Propriis ſive Onomaſticon, in quo nomina Virorum usque ad p. 70. & feminarum usque ad p. 112. a. Hebraica, Italica, Hiſpan. German. &c. hinc etiam locorum & fluviorum nomina usque ad p. 114. ſerie literarum collocantur, & illuſtrantur, ut inprimis de recta illa ſcribendi ratione, tum vero etiam interdum de origine eorum conſtare poſſit. Liber elegans & partim Judæis ad inſtrumenta contractuum, libellos repudii &c. recte ſcribendos partim Chriſtianis ad perſpiciendas nominum inter Judæos receptorum rationes perutilis. Prodiit *Venet.* an. 417. C. 1675. in Commiſſaria Vendramina per *Anton. Rizini* cum licent. Super. pp. 132. computatis indicibus. E. c. afferemus ex p. 22. b. quæ auctor ſcribit de nomine הירש hoc modo: הירש כתב בעל רמשק אליעזר נר״ו ח״ל הירש ביוד הי״רץ ביוד ואם נקרא הירצקא כותבים ביוד וגם ק״א לבסוף מצאתי ואם שמו הירש כותבים צבי המכונה הי״רש (ועיין לקמן בשם וואלף ובשם חיים) ואם שמו הירץ כותבים נפתלי המכונה הירץ ורוב בני אשכנז נקראים הירץ קבלתי עכ״ל

Modos & cauſas ſcriptionis diverſæ collegiſſe ſe, auctor in limine

 pro-

profitetur ex ſchedis R. *Salom. Loriæ*, *Iſaaci Chajut* & filii ejus *Menachem Manes Chajut*, nepotisque *Schimſchon Chajut*, tum vero ex *Moſe Germano*, *Ioſepho Iranenſi* & *Elieſeris* libro דמשק אליעזר & ejusdem Catalogo nominum MS. Horum vero obſervatis ſua immiſcuit, eaque præterea animadverſionibus illuſtravit. Titulus libri שמורה partim argumentum libri partim auctoris nomen ingenioſe exprimit, quia ex voce שמורה ſi duæ vocales (Scheva & cholem) in computum aſſumantur, is producitur per literas numerus, qui latet in voce תשמורה hæc vero nempe תשמח producit numerum 748. qui etiam latet in integro auctoris nomine שמחה ווירדמן כהן.

2151 שמחה מעיר ויטרי SIMCHA ex urbe VITRI (h) *Raſchii* diſcipulus, ſcr.

1) מַחֲזוֹר וִיטְרִי *cyclus Vitri*, ubi de curſu & motu planetarum & orbium cœleſtium: vide qvv. & reſponſa מהריק ſect. 176. & lib. תולדות אדם *Algaſai*, & *Schalſcheleth* p. 49. b.

2) מַחֲזוֹר הַפֶּסַח *cyclus Paſchalis*, liber ejusdem argumenti.

שמחה לוצאטו vide paulo poſt *Simeon Luzato*.

2152 ר׳ שם טוב בן אברהם R. SCHEM TOV ben ABRAHAM ſcr.

1) כֶּתֶר שֵׁם טוֹב *corona boni nominis* conciones in Legem, quas habuit in Synagogis פטרן & לפאנטו *Venet.* 361. C. 1601. fol. apud *Abrah. Zaneti* pp. 136. cum præf. *Schemuel Schalom.* Plantavit. n. 264. minus recte habet 366. exſtat MS. in Bibl. Medic. Pluteo II. n. 20.

2) מַאֲמַר מָרְדְּכַי *oratio Mordechai*, expoſitio libri *Eſther Venet.* 4. vidi ed. *CPolit.* 345. C. 1585. Schabtæus ſimpliciter vocat שם טוב & Bartoloccius plenius R. *Schem Tov ben Abraham*, *ben R. Joſua*, *ben R. Saul*, *ben R. Moſche*, *ben R. David*, *ben R. Abraham ben Gaon.*

2153 ר׳ שם טוב בן ארדוטיאל R. SCHEM TOV ben

(h) Galliæ hoc videtur opidum, quod vocari ſolet *Vitriacum*. Titulum libri *Vorſtius* male p. 134. legit *Machaſor & Jathire* notatus ideo a B. *Andrea Acolutho* p. 3. de Aquis Amaris, qui tamen & ipſe minus recte tradit, librum precum eſſe illud *Machſor Vitri*, contra veterum & ipſius quoque *Buxtorfii*, ad quem diſerte provocat, relationem, quippe qui pro Aſtronomico habent.

Digitized by Google

ben ARDUTIEL, ſcr. ordinem וידוי ſive formulam faciendi confeſſionem generalem, quæ habetur inter preces Hiſpanorum *Venet.* 1656. 8. ed. p. 134.

2154 ר׳ שם טוב אלחנאטי R. SCHEM TOV ALCHANATI commentarium *Raſchii* in Geneſin in epitomen redegit, de qua Bartoloccius videri jubet R. *Iudæ Gedaliæ* præfat. ad *Midraſch Rabba*, ed. *Theſſalonic.* 354. C. 1594.

2155 ר׳ שם טוב בן יוסף בן פאלקירה R. SCHEM TOV ben JOSEPH ben PALKEIRA Hiſpanus floruit an. 5269. C. 1509. & ſcripſit

1) אגרת בעלי הנהגת הגוף והנפש *epiſtolam de regimine corporis & animæ* rhythmicam, quam MS. ſe habere ſcribit *Buxtorfius*, de argumento tacens, quod ad facultates membrorum corporis ut & animæ ediſſerendas ſpectare ſcribit ש״י. Exſtat etiam in Bibl. Medicea Pluteo II. n. 46. 4. in cujus Catalogo dicitur liber Medicus Anatomicus. Habet quoque MS. Oppenheimerus.

2) אגרת הויכוח *epiſtola diſputationis*, ubi diſputantes introducuntur bini, quorum alter Gemaræ ſtudioſus eſt & legis ritualis, alter Philoſophiæ; eademque opera oſtenditur, utrumque ſtudium non pugnare, ſed licere potius & Philoſophiam & reliqua ſcientiarum genera tractare. Prod. *Prag.* 285. C. 1525. & ibid. 370. C. 1610. 8. ita delineat librum ש״י, at *Bartolocc.* poſt *Plantavitium* n. 17. librum complecti ait acutam & jucundam inter Legis peritum & virum pium diſputationem, quorum ille contendat, notitiam legis pietati morumque probitati, hic vero pietatem vitæque integritatem legis cognitioni præferendam eſſe.

3) דעות הפילוסופים *ſcientiæ philoſophorum*, collectæ ex Ariſtotele & aliis Philoſophis, ac Hebraice converſæ, MS.

4) ספר המבקש *liber quærentis*, ex variis ſcientiis ſelectus, & ex parte metricus MS. in B. R. *Oppenheim.*

5) ס׳ המעלות *liber graduum*, quem MS. ſe a *Jacobo Romano* accepiſſe ſcribit Buxtorf. ad librum *Coſari* p. 32. ubi locum inde adfert integrum, ex quo perſpicias, conſilium ejus fuiſſe Hebræorum ſapientiam cum Philoſophorum Gentilium ſcriptis conferendi: unde forte hic liber a tertio non eſt diſtinctus. Eundem librum habuit MS. *Jo. Picus Miran-*

vandulanus, ceu patet ex *Gaffarelli* Catalogo Codd. MS. quibus ille uſus eſt. Is auctorem vocat *Schem Tov ben Joſ. ben Phalachera*: titulum effert *de variis hominum gradibus*: initium ait eſſe; *Liber Graduum R. Schem Tov.*: finem vero; *Cor ponat in Sapientiam meam*. Hinc & ſimul conficitur, auctorem hunc librum ante annum 1494. quo obiit Picus, exaraſſe. Lege infra ipſum Gaffarelli libellum in fine.

6) צְרִי הַיָּגוֹן *opobalſamum moleſtiæ*, ſive conſolationes calamitatibus opponendæ cum immixtis textui animadverſionibus Cremon. 317. C. 1557. quæ etiam repetitæ ſunt & amplificatæ in edit. *Pragenſi* opera R. *Jacobi* filii *Gerſon*, ceu monetur in Theatro Anonymorum Placciano p. 714. b. *Cremonenſis* edit. conſtat, pp. 20. ap. *Vinc. Conti* curata. In titulo hi leguntur verſus:

בטוב חמשת מיני דגן · | סגלת ספר צרי היגון.
להשביע הגוף מרעבון | להשקיט הנפש מדאבון

7) רֵאשִׁית חָכְמָה *initium ſapientiæ*, ex *Prov.* IV. 7. quem librum in tres partes diſtinctum, ac manu exaratum in B. Vatic. 4. exſtare teſtatur Bartoloccius, ita quidem, ut in univerſum de timore Dei, ſpeciatim vero Parte I. de actionibus dirigendis exponat II. opiniones variorum Philoſophorum de ſcientiis explicet, ac III. Philoſophiam ad veram felicitatem neceſſariam eſſe evincat. Librum hunc non noſtro, ſed potius patri ejus *Joſepho Palkeira* tribuit ש״ש aitque eſſe commentationem Philoſophicam, ex Ariſtotele & Platone collectam. Crediderim, Bartoloccii auctoritate magis ſtandum eſſe, qui ipſius MS. evolvendi copiam habuit, præcipue cum idem *Joſepho Palkeira* alium libellum itidem MS. tribuat de quo ſupra.

Bartoloc. noſtrum hunc in *Maimonidæ* ſententiam *de cauſis inimicitiæ* commentatum eſſe, & in fine de intellectus humani imbecillitate agere teſtatur, MS. in Vatic. 4. quæ, eodem teſte, exhibet ejusdem ſcripta de vanitate mundi, de materia prima, aliisque principiis Phyſicis ut & *hiſtoriam* rerum a Chriſtianis Regibus geſtarum. Quo auctore illi Bartolocc. poſtremum librum vindicet, non dixerim, niſi forte id factum ſit ex *Schevetb Jehuda*, R. *Salom. ben Virga* qui p. 313. ſq. ed. Lat. refert, quæ Judæis acciderint in Hiſpania ſub *Henrico*, & p. 406. aliam eorundem calamitatem ex eodem recenſet. Sed quis præſtiterit, illum *Schem Tov* noſtrum eſſe? Dum vero idem noſtro *conciones* tribuit, fallitur omnino, cum illæ ad R. *Schem Tov ben Joſeph Schem Tov* ſint potius referendæ.

8)

8) מְקוֹר חַיִּים *fons vitæ*, liber R. *Samuelis Sarſa* cum *Sam. Tibbon* & noſtri *Schem Tov* acceſſionibus, *Mantuæ* 319. C. 1559. fol.

ר׳ שם טוב בן ר׳ יוסף שם טוב R. 2156

SCHEM TOV fil. *Ioſephi* floruit An. 5190. C. 1430. & ſcripſit

1) סֵפֶר הָאֱמוּנוֹת *librum fidei*, ubi de articulis fidei philoſophice diſſerit per undecim ſectiones & capita varia. *Ferrar.* 316. C. 1556. 4. Cumque in hoc libro varia contra *Aben Eſram*, *Maimonidem* & *Ralbag* ſcripſiſſet, adverſarium nactus eſt R. *Moſen Alaſchkar*, cujus nomen vide. Hunc librum *Bartolocc.* tribuit cuidam R. *Schem Tov* ſimpliciter, nec illi præterea ullum alium adſcribit, unde factum eſt, ut reliquos duos acceptos ferret aliis hujus nominis, , quibus non debentur.

2) דְּרָשׁוֹת *conciones* in Legem, quibus immiſtæ ſunt aliæ ad certa argumenta v. c. pœnitentiam, Novum Annum, dies Jejunii ſpectantes. *Ferrar.* & *Venet.* 307. C. 1547. fol. apud Juſtinian. pp. 81. Has Bartoloc. tribuit R. *Schem Tov* proxime antecedenti. quod & facit Catal. Bodlej. p. 160. ubi memoratur ed. *Patav.* 1567.

3) מוֹרֶה נְבוּכִים *Doctor perplexorum*, cum noſtri & *Ephodai* commentario *Venet.* 311. C. 1551. fol. iterumque, accedentibus aliorum expoſitionibus *Sabionetæ* 313. C. 1553. fol. v. ſuo loco. Quædam horum tribuere alii ſolent R. *Joſeph ben Schem Tov*, ſub cujus nomine vide, quæ ſcripta ſunt.

ר׳ שם טוב בן ר׳ יצחק שפרוט R. SCHEM 2157

TOV ben R. IITZCHACK SPROT (i) *Tudelenſis*, teſte ש״י floruit an. 134. C. 1374. ſi credimus *Juchaſin* p. 133. b. & *Ganzio* ad hunc annum: confer tamen, ſi placet, not. l. Scripſit is:

1) אֶבֶן בּוֹחַן *lapis Lydius* ex *Jeſ.* XXVIII. 16. liber Polemicus contra Chriſtianos, in quo inter Judæum & Chriſtianum de Lege, Prophetis & Evangelio diſputatur, quorum prior nomen habet מְיַחֵד i. e. *unitarius*, poſterior מְשַׁלֵּשׁ *Trinitarius.* Liber ipſe in XVI. ſectiones diſtinctus eſt, quæ ſingulæ certis conſtant capitibus; in eodem variæ legun-

(i) Eum *Vorſtius* in verſione *Zemach David*, *Schepharth*, Alſtediusque ſimiliter p. 423. Chronologiæ *Schepherth*, *Bartoloccius* vero *Schiprut* vocant: ego communem Judæorum pronunciationem ſecutus ſum.

Digitized by Google

tur animadverſiones in Kimchii librum, quem dixit ס׳ מלחמות יהוה quippe qui noſtro non videtur Chriſtianis recte,& ut par erat, occurriſſe. In calce agitur de decem conditionibus & momentis, quæ diebus Meſſiæ impleri debent.

Ita codicem deſcribit ש״י ſeque eum vidiſſe teſtatur MS. in Bibl. Leidenſi, qui procul dubio is eſt, qui inter Codd. Warnerianos illius Biblioth. p. 284. n. 18. Catalogi ita recenſetur; *Lapis Lydius Schem Tov contra Chriſtianos, item ejusdem Evangelium Chriſtianorum, unde loca quædam citata refellit, item decem conditiones implendæ tempore Meſſiæ.* Exſtat etiam MS. in B. Medic. Pluteo II. n. 17. exaratum in Tortona an. 5145. C. 1385. ab *Obadia Amathia*, qui proxime ad ætatem Scriptoris accedit. Habet quoqne MS. Oppenheimerus & legitur in B. Collegii Neophytorum Romani in 4. ex quo Codice Bartoloccius ita recenſet, ut dicat Opus in XIV. tractatus diviſum, quorum I. omnes fidei Chriſtianæ Articulos adgreditur. II. agit de lege Moſis. III. contra SS. Trinitatem diſputat ex *Pſalmis*. IV. ex *Proverbiis*. V. ex *Daniele*. VI. ex *Jobo*. VII. ex *Jeremia*. VIII. ex *Jeſaia*. IX. ex *Ezechiele*. X. ex duodecim Prophetis XI. ex hiſtoriis myſticis Talmudicis. XII. ex paraphraſi *Onkeloſi*. XIII. disquirit de reſurrectione mortuorum,& XIV. de notis Meſſiæ. Addit idem, ſingulis capitibus ſubjungi argumentum contra Evangelium, ac tandem ſuccedere Tract. XV. contra *Magiſtrum Alphonſum* (k) ex Judæo Chriſtianum, qui ſcripſerit contra Kimchii librum מלחמות Qua in relatione ut nonnulla aliter quam in ש״י traduntur, ita minus recte ſubjungitur, librum prodiiſſe *Pariſ.* 1555. 12. Nam lucem is, quod quidem ſciam, nunquam vidit. Quando Bartoloccius Tomo I. p. 12. Evangelium Matthæi barbare & inepte in Hebr. L. translatum ſeu potius depravatum ab impio quodam Judæo vel Atheo MS inter opera noſtri *Schem Tov* reperiri, & ſeorſim etiam in B. Vatic. MS. papyr. in 4. legi affirmat, prius illud de hoc opere polemico putem intelligendum: unde & idem Tomo IV. p. 408. ait R. *Schem Tov* tranſtuliſſe Evangelium Matthæi Hebr. & vocaſſe *Lapidem Lydium*, phraſi inelegante rudi ac barbara.

Ceterum librum hunc *Juchaſin* l. c. & *Ganzius* ad an. 5135. tribuunt R. *Iſaac Sprot*, MSS. vero, & eorum fide ש״י ac Bartoloccius R. *Schem Tov* filio *Iſaaci*, unde & ש״י diſerte reprehendit *Ganzium*, quod alium fue-

k) Quis hic *Alphonſus* ſit, non ſatis conſtat: forte is eſt *Petrus Alphonſus*, Ex Judæus, quem ſupra ſuo loco ſub פ oſtendimus Sæculo XII. ſingularem librum contra Judæos exaraſſe.

Digitized by Google

fecerit auctorem. Propterea & Bartoloc. (l) ſub *Iſaaco* שפרוט Judæos illos ex laudato MS. corrigit, ac præterea monet, in ejus calce legi, ſcriptum eſſe ab auctore hunc librum *Turieſſi* veteris Caſtiliæ urbe: anno 5000. C. 1240. quo ipſo, niſi in numero erratum ſit, Scriptoris hujus ætas ad remotius Sæculum referenda eſſet. Cl. Jac. Basnage Hiſt. Jud. Tom. V. p. 1789. ad Bartoloccium provocans annum compoſitionis facit 1340. pro 1240. idemque librum contra Chriſtianos ſcriptum *Iſaaco Sprot* tribuit, & ab eo diſtinguit אבן בוחן quem adſcribit filio ejus R. *Schem Tov ben Iſaac Sprot* tanquam talem, quo Evangelium Matthæi Hebr. converſum exhibeatur. Enimvero ex dictis patet, librum אבן בוחן eſſe una cum verſ. Evangelii huic *Schem Tov* acceptum ferendum.

2) Tractatum ejus Hebræum contra Articulos fidei MS. ſe apud *Gregor. de Scharinthiis*, concionatorem ad Hebræos Romanum, vidiſſe teſtatur *Bartol.* in cujus fundamento III. *Nic. Lyrani* mentio fiat.

3) פַּרְדֵּס רִמּוֹנִים *paradiſus malogranatorum*, ex *Cantic.* IV. 13. ubi explicantur narrationes Talmudis allegoricæ (אגדות) ſecundum ſeriem operis Talmudici, quas literaliter intelligendas negat *Sabionetæ* 314. C. 1554. 4. opera R. *Salom. Iſaac* Hieroſol. apud *Cornel. Adelkind.*

4) צָפְנַת פַּעְנֵחַ *revelator arcanorum*, ex *Geneſ.* XL. 45. expoſitio commentarii *Aben Eſra* in Legem MS. Eum Francof. ad Mœn. apud R. *Chajim Bacharacenſem* MS. inveniri teſtatur *Meelführerus* in diſp. de Meritis Hebr. in rem Lit. §. 3.

5) סֵפֶר רְפוּאָה *Opera Medica Almanſoris* Arabis Hebraice convertit, quæ ſupra ſub אלמנצורי recenſuimus. Bartoloccius ab hac verſio-

Cccccc 2

(l) Vide eum Tomo III. p. 927. ubi initium Codicis hoc eſſe ait: אמר המחבר שם טוב בן ר' יצחק בן שפרוט i. e. *dixit auctor Schem Tov f. R. Iſaaci f. Schproth:* in calce vero idem legi adfirmat: *& hoc ipſo abſolutum eſt illud, quod intendi hoc libro, quem vocavi*: Even bochan, *menſe Ijar* (Aprili) *an.* 5000. *a creatione C.* 1240. *in urbe Taraſona. Benedictus deus, qui dedit robur Obadia ben R. Amathia. Auctor eſt Schem Tov, ben R. Iſaac ben Sprot.* Si his verbis ac ſpeciatim nota temporis ibi definita ſtandum eſſet, Schem Tov noſter ad an. 1240. referri deberet; quod veri ſimile videri poterat, cum ſic ad R. *Joſ. Kimchii*, qui floruit Sæculo XII. medio, ætatem propius accedat, in cujus librum animadverſiones ſcripſit. Et fieri ſane potuit, ut Judæorum Chronologi, qui & in nomine auctoris ipſo lapſi ſunt, annum deſcriptionis ab *Obadia* factæ, qui fuit C. 1385. ut ex Codice MS. Mediceo monuimus, confunderent cum anno ſcriptionis. At enimvero communis ille Judæorum calculus bene habet, cum Bartol. teſtetur, ſe in R. *Schem Tov* noſtri libro, quem contra articulos fidei ſcripſit, mentionem inveniſſe *Nic. Lyrani*, cujus ætas cum in Sæculum XIV. nempe an. 1330. incidat, conſequitur, noſtrum eo poſteriorem vixiſſe.

ſione diſtinguit, ſcriptum ejus aliud *de viribus alimentorum & medicaminum*, quod ego putem ad totam illam collectionem pertinere.

6) Comm. in libros Ariſtotelis de anima, a R. *Schem Tov ben Iſaac* ex Arabico hebr. converſus, qui videtur eſſe *Averrois*, MS. exſtat in Bibl. conjunctiſſimi Collegæ mei *Georg. Eliezeris Edzardi* in 4: cumque in eodem Volumine exſtet comm' in libb. Ariſtotelis Phyſicos eadem manu deſcriptus, forte & ejus verſio noſtro tribuenda eſt, quamvis nomen ejus in Codice ab initio mutilo non legatur. Uterque liber conjunctus exſtat etiam MS. in B. Senat. Lipſ. inter Codd. Wagenſeil.

2157 ר' שם טוב בן עזיאל R. SCHEM TOV fil. USIEL, qui Sæculo XV. inclinante ex Hiſpania cum ceteris Judæis expulſus in regnum *Fez* abiit, & ſæpe a R. *Iſaaco Karo* in בית יוסף citatur. Conf. *Imman. Aboab* Nomologiam p. 300.

2158 ר' שם טוב מליאון R. SCHEM Tov *Hiſpanus, Legionenſis*, מליאון ut vocatur in *Iuchaſin* p. 233. a. quem alii מלונרין i. e. *Lugdunenſem* vocant, unde & ש"י partim in opere ipſo promiſcue nunc מליאון nunc מלונרין v. c. p. 40. n. 120. eum ortum dicit, partim vero in Indice alphabetico, (ubi tamen per typographi errorem לונרן pro לוגרין legitur,) utrumque nomen patriæ conjungit, ſicut & in MSS. Oppenheimerianis nomen לוגרין obſervavi. Malim ego acquieſcere in ſententia Juchaſin, quam ſequitur *Zemach David*, cujus mentem non adſecutus eſt Vorſtius in verſione, quando p. 143. vertit *Lugdunenſem*: ליאון enim i. e. *Leon* (non *Lyon*) Hebræis Legionem Hiſpaniæ, non Lugdunum Galliæ urbem, notat. Obiit noſter an. 5053. C. 1293. teſte *Juchaſin*, qui ei tribuit

1) מִזְבַּח הַזָּהָב *altare aureum*, i. e. quæſtiones & reſponſiones de argumentis Philoſophicis & Cabbaliſticis. *Venet.* 4. editum teſtatur ש"י. *Oppenheimerus* habet MS.

2) מִשְׁכַּן הָעֵדוּת *tabernaculum teſtimonii*, ex *Num.* I. 50. quod ש"י MS. ſine mentione argumenti recenſet. Vidi ego illud MS. in B. Oppenheim. in fol. de pœnitentia agenda exponens, ubi tamen in titulo tribuitur R. *Moſi b. Schem Tov*, de quo ſupra diximus.

3)

Digitized by Google

3) ספר המשקל *liber de metro*, ubi de ratione carmina metrice elaborandi agitur, quem *Plantavit*, n. 433. & *Bartoloc.* Venetiis editum teſtantur, tacente de editione *Schabbatao*.

Bartoloccius præterea noſtro huic vindicat ס׳ אמונה *librum fidei*, *librum concionum*, & comment. in *More Nevochim*, qui tamen profecti ſunt a R. *Schem Tov ben Joſeph Schem Tov*, de quo infra ſuo loco. Ejusdem ait eſſe מאמר מרדכי nec non כתר שם טוב qui debentur R. *Schem Tov ben Abraham*; porro דרך אמונה גדול qui acceptus ferri debebat R. *Abrah.* ביבאגו *ben R. Schem Tov*, quod cognomen confuſioni huic anſam præbuiſſe videtur. Denique ad noſtrum refert commentarium, qui exſtat in epiſtolam *Peripoth Duran*, ſed eum R. *Ioſephum fil. Schem Tov* auctorem agnoſcere ſub nomine *Peripoth* oſtendimus.

ר׳ שם טוב מפאנו R. SCHEM TOV FANENSIS, 2159
quem de Cabbala ſcripſiſſe teſtatur Bartoloccius, neſcio quo auctore. Forte hic eſt ille, cujus liber Cabbal. Hebr. exſtat in Bibl. Bodlej. num. 5958. inter Codd. Huntingtonianos n. 211.

שם טוב שלמה בן אדרת SCHEM TOV 2160
ben SCHELOMO *ben Adrath* cujus comm. in R. *Nachmanidæ* librum סודות התורה exſtat MS. in B. Oppenheimeri in fol.

ר׳ שם טוב R. SCHEM TOV, neſcio quis cujus liber *de myſteriis Legis* Hebr. in Bodlejan. inter Codd. Huntingtonian. num. 210. deprehenditur. 2161

ר׳ שמירה R. SCHEMIRA, orationem Cabbaliſticam 2162
in *Schema Iſrael* &c. ſcripſit, quam in B. Ducis Parmenſis Romæ MS. eſſe 4. affirmat Bartoloccius. Vereor, ne ille vocandus ſit ר׳ שמריה i. e. *Schemarjæ* cujus nominis Scriptores infra recenſebimus.

שמסולי הספרדי SCHAMSULLAI *Hiſpanus*: vide ſupra R. *Abrah. Schamſullai.*

ר׳ שמעון R. SCHIMON, *Haddarſchan*, i. e. concionator, 2163
Francofurtenſis qui dici ſolet ראש הדרשנים princeps concionatorum floruit 5070. 1310. (m) cujus eſt ילקוט שמעוני *pera Simeonis*, h. e. col-

(m) Teſte *Ganzio* ad hunc annum, & R. Aſaria in *Meor Enajim*.

Digitized by Google

collectio interpretationum variarum in totum ſacrum Codicem ſecundum ordinem librorum Biblicorum ex libris Medraſchicis variis, ut & *Siphra*, *Siphre*, *Mechilta*, *Rabboth*, *Tanchuma*, ac ipſo Talmud facta, & in duas diſtincta partes, quarum prior ad Pentateuchum, poſterior ad reliquos libros ſacros pertinet. Prodiit primum *Theſſalonicæ* an. 281. C. 1521. apud *Moſen Soncinatem*, quam ed. alii referunt in an. 286. computato ſcilicet, quod ut plurimum omitti debet, τῷ ה. hinc *Venet.* 326. C. 1566. apud *Aloyſ. Bragadin.* fol. cum expoſitione vocum difficiliorum & indice locorum allegatorum tum *Cracov.* 355. C. 1595. fol. deinde *Lublini* 403. C. 1643. fol. cum varietatibus lectionum & animadverſionibus R. *Meir ben Petachja*, & Indice locorum ex Medraſchim & Gemara citatorum.

Iterum *Liburni* 410. quod ad partem priorem & 420. quod ad partem poſteriorem i. e. A. C. 1650. & 1660. cum בְּרִית אַבְרָהָם i. e. amplo commentario R. *Abrab. ben Sam. Gedalja* Hieroſolymitani, ex nonaginta amplius libris collecto.

Hinc iterum *Lublini* 440. C. 1680. & *Francof. ad Mœn.* 447. C. 1687 fol. 2. voll. ad fidem editionis *Liburnenſis* nitide omnino, quod ad typos & chartam; ac denique ad hujus exemplum *Francof. ad Viadr.* 1709. fol. ubi in titulo vocatur באר פרושה *fons interpretationis.*

Quædam ex eo comvertit *Conſtant. Lempereur*: v. ſupra ſub *Iſaaco Abarbanel* ubi de ejus comm. in Jeſaiam. *Aſarias* p. 85. *Meor Enajim* monet, in *Jalkut* hoc ad *Dan.* VIII. 21. citari locum ex *Seder Olam*, qui tamen in edit. ejus Turcica & Veneta aliter legatur. In hoc *Jalkuth* Liber זית רַעֲנָן *olea virens* R. *Abrab.* אבלי instar commentarii prodiit *Deſſav.* 464. C. 1704.

Noſtro huic Bartoloccius tribuit *Logicam*, quæ ſub Simeonis nomine hebr. cum vocalibus & Latina verſione *Seb. Munſteri* prodiit *Baſil.* 258. C. 1528. 4. At illa noſtri non eſt, ſed alterius *Simeonis*, vel potius *Moſis Maimonidæ*, ſub cujus nomine vide quæ ſcripſimus. Nec rectius monet, ejus Grammaticam MS. exſtare ſub tit. ספר המלמד hic enim eſt R. *Simſonis ben Abtalion.*

ר׳ שמעון R. SCHIMEON, cui Logica tribuitur, de qua vide ſub *Moſe ben Maimon.*

2164 ר׳ שמעון בן אברהם R. SCHIMON ben ABRAHAM, unus ex auctoribus *Toſephoth.*

ר׳

Digitized by Google

ר׳ שמעון אלמושנינו R. SCHIMEON ALMOSNI- 2165
NO, cui Bartoloccius tribuit

מַאֲמַץ כֹּחַ qui eſt R. *Moſis Almoſnino*, ex quo hoc nomen confictum eſſe patet.

ר׳ שמעון אלקביץ R. SCHIMON ALKABETZ, cui 2166
idem Bartoloc. adſcribit

אילת אהבים tanquam comm. in *Canticum*, eodem modo confictus eſt ex R. *Salomone Alkabbetz*, cujus liber ejuſdem tituli & argumenti exſtat *Venet*. 312. editus. Neque credi debet, quod Bartol. perſvadere vult, alium eſſe poſterioris ſive *Salomonis* librum: neque exſtitit unquam *Simeon* hujus cognominis

ר׳ שמעון בן אפרים יהודה R. SCHIMON 2167
fil. Ephraim Judæ, *Eiſenſtadenſis*, edidit librum גלגולי נשמות R. Menach. Aſariæ Fanenſis, *Francof. ad Viadr*. 461. C. 1701. 4.

ר׳ שמעון מאשנבורג R. SCHIMON ASCHENBUR- 2168
GENSIS ſive *Aſciburgienſis* qui in Actis Erud. Lipſ. 1710. p. 338. *Osneburg* vocatur, minus recte: Iudæi more ſuo vocant *Oſchenburg*, ab urbe ſupra Francofurtum ad Mœn. ſita, quæ germanice *Aſcheburg*, vel *Aſchaffenburg*, Latinis *Aſciburgium* vocari ſolet. Scripſit is

דֶּבֶק טוֹב *junctura bona*, ex *Jeſ*. XLI. 7. expoſitio in comment. *Raſchii* ſuper Pentateuchum ſuccincta cum figuris ad eum rectius intelligendum facientibus, *Venet*. 348. C. 1588. *Cracov*. 350. & 353. C. 1590. & 1593. *Lublin*. 398. C. 1638. & *Pragæ* in 4. quæ omnes exſtant in B. Oppenheimeri: denique *Amſtelod*. 1713. 12. pp. 204. apud *Salom*. b. *Joſ*. *Probs* & ib. 1714. pp. 120. Hunc Bartoloccius Simeonem ושמבורג *Vſchenburg* vocat, procul dubio *Hottingeri* exemplo, qui p. 6. Bibl. Orient. teſtatur, ſe Heidelbergæ vidiſſe *Sim*. *Vſchemburg* Levitæ Biurim ſive explicatt. in comment. Rabbin.

ר׳ שמעון שלישי בן גמליאל השני 2169
R. SCHIMON *Tertius* fil. GAMLIELIS *Secundi*, poſt obitum *Akibæ* princeps

Digitized by Google

ceps Synogogæ in Terra Sancta, ubi varios habuit ſocios, inter quos eminebant R. *Meir* & R. *Nathan*, qui cum novas ſententias invehere conarentur, Judæi illos non proprio nomine, ſed periphraſtice in Talmud allegant, ita ut de R. *Meir* dicant אֲחֵרִים *alii*, de R. *Nathan* vero יֵשׁ אוֹמְרִים *ſunt qui dicant*. Hic *Simeon* fuit pater *Rabbenu Hakkadoſch*, teſte Abarbanele, & Bartoloccius ei cum *Plantavitio* tribuit יסוד תשובה quod minus recte fieri ſtatim, credo, patebit

ר׳ שמעון בן גמליאל R. SCHIMON ben GAMLIEL ſcr.

יְסוֹד תְּשׁוּבָה *fundamentum pœnitentiæ*, ubi oſtenditur, quomodo pœnitentia de variis peccatis agi debeat, qui liber ex variis collectus & *Cracov*. 4. ap. *Dan. Iechiel fil. Aſcher* editus eſt, teſte ש״ר, unde ſimul intelligitur, priori illi *Samueli ben Gamliel* tribui non poſſe, qui ſua ex aliis tum temporis nec collecturus erat, nec colligere poterat. In B. Oppenheimeri exſtat editio *Theſſalonic*. 348. C. 1588. & *CPolit*. ibidem legitur MS.

ר׳ שמעון דוראן R. SCHIMON DURAN: vide infra R. *Schimon bar Zemach Duran*.

2169 ר׳ שמעון וואלף R. SCHIMON WOLF fil. R. *Meir Niclasburg*, Pragenſis, cujus exſtat שַׁעַר שִׁמְעוֹן *porta Schimonis*, h. e. comment. in פרקי שירה una cum libro ipſo & fratris ſui Iſaaci commentario in eundem ſub tit. שיח יצחק *Venet*. 424. C. 1664. 4.

2170 ר׳ שמעון וואלף ברנדיס R. SCHIMON WOLF BRANDS, Judæus Berolinenſis edidit ſcriptum Germanicum ſub tit. *Vaticinium arcanum Prophetæ Regii* Pſalmo XXI. promulgatum, quo beneficio Speciei Cabbaliſticæ, quæ *Gematria* vocatur, probare inſtituit, ſolemnia coronationis Friderici III. Electoris Brandenburg. Regiomonte anno cIↄIↄccI. 18. Januar. celebrata dicto Pſalmo prænunciata eſſe. Colon. ad Spream 1701. fol. quod quidem ejus inventum indolem Judaicam ſapere, ſed revera quod ad vaticinium ipſum nullius ponderis eſſe paulo poſt oſtendit Vener. *Daniel Erneſtus Iablonskius* in *Iudicio* ſuo vernacula lingua edito. De utroque vide Cl. *Eckarti* Excerpta librorum menſtrua anni cIↄIↄccII. *Ianuar*. p. 35. ſq.

2172 ר׳ שמעון וואלף בן יעקל R. SCHIMON WOLF fil. *Ickel*, ſcr.

בְּכוֹר

Digitized by Google

כְּבוֹד חֲכָמִים *gloria Sapientum*, ubi commentatur in Aggadoth Talmudis Hieroſol. *Hamb.* apud Th. Roſe an.460. C.1700. fol. pagg. 92.

כְּבוֹד הַבַּיִת *gloria domus*, ex *Haggai* II. 9. exponit Codd. quosdam Talmud. Babylon. ib. an.467. C.1707. fol. pp. 112. pars I.

ר׳. שמעון R. SCHIMON, neſcio quis, cujus comm. in *Esdram*, *Nehemiam* & *libros Chronicorum* in prima editione Bibliorum Rabbinic. *Bombergi Venet.* 278. C. 1508. curata exſtat. Ex his comment. in *Chronica* latine convertit *Conr. Pellicanus*, quæ verſio tamen non prodiit: v Biblioth. Geſnerianam *Simleri* ſuo loco. Eidem *Bartoloccius* tribuit *comm. in Leviticum*, quo oſtendere conetur, quomodo Moſes ſecundum triplicis mundi convenientiam & rerum naturam arcam, tabernaculum, vaſa, veſtes, ritus, ſacrificia & reliqua myſteria ad Deum & virtutes cœleſtes placandas & ad expiandam horum imaginem hominem ordinarit. At enimvero ſicut hanc libri poſterioris deſcriptionem ex *Neandri* Catalogo Scriptorum Erotematibus L. Hebr. ſubjuncto hauſit p. 44. ita in eo ab errore ſibi non cavit, dum prioris & poſterioris commentationis eundem fecit auctorem, quod *Neander* non fecit. Is enim auctorem commentarii in *Esdr. Nehem.* &c. p. 432. *Simeonis* nomine ſimpliciter appellat; Interpretem vero *Levitici* vocat *Simeonem ben Ioachim* i. e. ut interpreteor *Simeon ben Iochai*: nullum enim eſt dubium, *Neandrum* innuere voluiſſe librum הַזֹּהַר qui *Simeoni ben Iochai* tribui ſolet. Propterea enim addit expoſitionem ejus multos Cabbaliſtas ſequi. Quamvis enim Neander p. 438. ipſius *Zoharis* faciat mentionem, ut proinde hunc librum ab eo diſtinxiſſe videri queat, puto tamen, id ideo factum, quia ipſum librum is non viderat. Jam vero *Simeonis*, librorum *Esdræ* &c. Interpretis comment. literalis eſt, alterius autem Cabbaliſticus. Interim id recte monet, quod *Sixtus Senenſis* noſtro huic perperam adſcripſerit *Jalkut Schimonis*, de quo paulo ante. 2173

ר׳. שמעון R. SCHIMON, neſcio quis, quem Archipræſulem & ſupremum Judicem Synagogæ Pragenſis vocat R. *Jehuda Löw ben Joſue* in libro מִלְחָמָה בְּשָׁלוֹם a *Wagenſeilio* in Exercitat. III. inter Exercitt. ſex varii argumenti edito, p. 135. ubi ait, eum litanias feciſſe, quas Judæi pronunciaverint in obſidione Pragenſi an. 1648. & alias quo- 2174

que preces feciſſe occaſione eventuum, prodigiorum & liberationum, quæ Numinis benignitate ſibi acciderint. Credo eundem eſſe, quem ſub hoc nomine & charactere dignitatis laudat *Zemach David* continuatum p. 48. b. & obiiſſe tradit an. 440. C. 1680.

2175 ר׳ שמעון בן יוחאי R. SCHIMON (a) ben JOCHAI ſive JOCHAIDES, Cabbaliſtarum ex Judæorum ſententia princeps, interdum ſimpliciter R. *Schimon* ut & הַמָּאוֹר הַגָּדוֹל *lumen magnum*, item נִיצוֹץ לְמֹשֶׁה i. e. *ſcintilla Moſis Prophetæ*, & per literas initiales רשב״י vocatus; ex Chronologorum Judæorum teſtimonio R. *Akiba* diſcipulus, circa A. C. 120. in quem belli, ab Akiba moti, finis ab iis referri ſolet, vixit. Vide *Juchaſin* p. 42. *Schalſcheleth* p. 31. & *Zemach David* ad an. 4881. Unde patet, Sixtum Senenſem lib. IV. p. 315. Biblioth. Sacræ & *Chriſtoph. Helvicum* in Elenchis Judaic. Tom. IV. diſpp. Gieſſ. diſp. IV. §. 34. eum Sanctiſſimi Servatoris noſtri natales antevertere, præter hiſtoriæ fidem tradidiſſe. Hic metu Imperatoris Romanorum in ſpeluncam confugiens per duodecim annos librum *Zohar* elaboraſſe dicitur Cod. *Schabbat* cap. II. fol, 33. e qua poſt Imperatoris obitum egreſſus (confer Zohar ed. Cremon. col. 36.) non multo poſt, cum Cabbaliſtica myſteria exponeret, obiit, quod fuſius traditur in calce *Idra Suta* p. 592. Tomo II. Cabbalæ Denudatæ, ſicut & Synagoga ejusdem auſpiciis Tiberiade (b) ſtructa celebratur apud *Hottingerum* de Cippis Hebræorum pag. 51. ed. Heidelberg. in 8.

Quod ad librum זֹהַר i. e. *ſplendoris*, (c) quem etiam מִדְרַשׁ יְהִי אוֹר *Medraſch fiat lux* vocari, teſtis eſt *Juchaſin* p. 42. a. non una eſt Judæorum ſententia, cum alii quidem cum Juchaſin p. 43. & *Schalſcheleth* p. 31. b. non ipſi, ſed ejus diſcipulis, & horum diſcipulis, alii cum *Zemach David* l. c. *Simeoni* initium, diſcipulis vero continuationem & complementum

(a) *Rittangelius* p. 16. tract. de Veritate Relig. Chriſt. *Simeonem ben Johae* vocat, additque, eum ob eximiam eruditionem, mirabilem vitæ ſanctitatem & veram doctrinam magni apud Judæos fieri, citatque hanc in rem *Moſen Chanochium* in libro morali *Brandſpiegel*, ubi ad *Jevamoth* provocetur.

(b) Simeonem noſtrum in villa *Caphar Achabara*, quæ inter *Zapheth* & Tiberiadem ſita ſit, habitaſſe, ibique mortuum & in monte prope *Mironis* villam 18. lapide ab Achabara, ſepultum eſſe, neſcio quo auctore, tradit Bartoloc. Tom. IV. p. 418. eadem opera teſtatus, locum hunc hodienum a Judæis religionis cauſa adiri ſolere.

(c) Titulus forte ex Dan. XII. 3. petitus eſt, ſicut alter ille ex Geneſ. I. 3. qui non incommode alteri jungitur, quoniam *ſplendor* ille nova omnino luce indiget.

mentum operis acceptum ferant. Dignus eſt, qui legatur, locus *Juchaſin* latine converſus: *Cognominarunt* (d) (librum Zohar) *de nomine ejus* (Simeon Jochai pro quo apud *Morinum* p. 359. Exercitt. Biblic. typographi errore legitur *Simeon Jarchi*) *licet illum non compoſuerit, ſed diſcipuli ejus, & filius ejus (Eliezer) ut diſcipuli diſcipulorum ejus compoſuerunt eum juxta id, quod ab eo exceperant. Sicut diximus de libris Miſnajoth, Siphra & Siphre & Toſaphta qui omnes facti ſunt juxta mentem Akiba, licet illi libri facti ſint, ex ipſius dictatis plusquam annis 60. poſt ipſius mortem.* Nihilominus tamen tam remotæ antiquitatis liber demum poſt R. *Moſen bar Nachman* (e) & R. *Aſcher* i. e. poſt Sæculum XIII. innotuit, ceu diſerte ſcribit *Juchaſin* l. c. neutri horum viſum eſſe teſtatus. Confer ibid. p. 152. Aliter hæc nonnihil, ac præterea factam ea ætate inſignem interpolationem, ex fide libri *Juchaſin*, in quo tamen fruſtra hodie requiras, refert *Schalſcheleth* p. 31. b. & 32. a. his verbis: *Anno circiter* 5050. (C. 1290.) *ſecta quadam* (כתות) (*Morinus* p. 359. Exercitt. per *ſodalitates* vertit, minus convenienter) *hominum extiterunt, dicentium, Zoharis verba, quæ dialecto Hieroſolymit. erant ſcripta, eſſe Simeonis ben Iochai, ſed non, quæ ſcripta erant lingua Sancta. Nonnulli dicunt R. Moſen filium Nachmanis* (eum vero ignoraſſe hunc librum ſcribit *Iuchaſin* l. c. & auctor *Schalſcheleth* ipſe p. 63. b.) *iſtum librum inveniſſe in terra Iſraelis, & eum miſiſſe in Cataloniam, poſtquam ivit in Arragoniam, & incidiſſe in manus R. Moſis de Leon* (f) *Nonnulli ulterius dicunt, quod dictus R. Moſes Leon Sapiens erat & doctus, quodque fecit iſtas interpretationes ex ingenio ſuo; atque*

(d) Ita vertenda puto verba Hebræa: כנוהו על שמו אעפ״י שהוא לא עשאו כיון שתלמידיו ובני תלמידיו עשוהו׃ quamvis non ignorem, *Morinum* propterea caſtigatum fuiſſe a Cl. *Jo. Meyero* in diſſ. de Myſterio SS. Trinit. ex V. T. probando p. 131. qui illud כנוהו *cognominarunt eum* non ad R. *Simeonem*, ſed ad titulum *Sohar*, qui cognominatus ſit *Medraſch Jehi* Or, referendum putavit. Enimvero pro Morino verborum ſeries facit, quæ diſerte tradit, non Simeonem ſed diſcipulos ejus ſcripti auctores eſſe, quamvis ab ipſo Simeone cognominatus ſit.

(e) Idem R. *Jehuda Chajat* in præf. ad comment. ſuum in מערכת האלהות tradit, idque mirum non eſſe pronunciat ideo, quod in libro תקוני הזהר (cujus locum ex Tikkun 60. adfert) prædicatur, fore, ut ultima demum ætate, Meſſiæ temporibus proxima, in manus hominum incidant: confer præfat. *Iſaaci de Lates.* Idem ſibi perſvaderi passus eſt Roſenrohtius, quod ex loco mox afferendo patebit.

(f) Si ergo in manus hujus *Moſis* incidit, non penitus ab eo fuit fictus, ſed tantum interpretationibus quibusdam auctus: latius igitur hæc verba interpretatus eſt Morinus, quando p. 362. aſſerit, *vero eſſe proximam iſtorum Judæorum ſententiam, qui hunc librum aſſeruerint, R. Moſis de Levi eſſe figmentum.* Id enim nemo Judæorum unquam profesſus eſt.

Digitized by Google

ex eo, quod multam accipiebat ex iis mercedem a Sapientibus, ſuſpendebat illis, & inſcribebat nomen R. Simeonis ben Iochai ſodalitiique ejus. Atque id quidem fecit, quod erat pauper, & adflictus. Subjungit idem ſtatim: *Huc usque liber Juchaſin, qui prolixius de eadem re agit, ſed ego credo, rem vanam eſſe, id autem verum, quod R. Simeon ben Jochai & ſocietas ejus ſancta verba hæc & plura alia protulerit; fieri tamen poteſt, ut ipſorum ætate literis non ſint conſignata: & in ordinem redacta: ſed potius in quaternionibus diſperſa, & ſucceſſu temporis conjuncta.* Hinc patet, ipſorum Judæorum judicio quædam aliquando viſa fuiſſe inſtar laciniæ cujusdam huic panno adſuta, ſicut & Abrah. Levita in libro משרא קטרין locum quendam ex *Zohar* ad Numer. X. 35. adferens, ſubjungit: *ego ſancte teſtor, iſtum ſermonem in nullo antiquo libro inveniri, ſed hac ætate eſſe adſcriptum: Deus condonet ei, qui hæc omiſit. Ego novi Virum & ſermonem ejus.* Simile additionis exemplum idem ex Zohar ad Gen. XXV. 29. in eodem libro adfert, ceu teſtatum reliquit R. *Aſarias de Rubeis* in Meor Enajim cap. XIX. p. 86. a. qui ipſe ex ſua ſententia pag. 86. b. med. (g) tradit, *in libris Simeoni noſtro adſcriptis a lectore rerum intelligente eas loquendi rationes inveniri, quæ cum ratione Scriptori alias receptæ conciliari non poſſint* (שלא מטעם וסגנון המחבר) Ceterum majus fuiſſe Zoharis opus, quam quidem hodie exſtat, modo ex *Schalſcheleth* cognovimus, qui & p. 31. b. ex traditione confirmat, cameli portantes vires ſuperaſſe, ſicut & ש״י p. 21. contendit parum admodum hodie ſupereſſe, & vel ſic commentationes in integras Paraſchas deſiderari.

His Judæorum judiciis Chriſtiani permoti ſunt, ut & ipſi diverſa ſentirent, aliis nihil de auctoritate aut auctore definientibus, quod facit Buxtorfius de Abbreviaturis p. 193. quamvis *Ludov. Cappellus* in Arcano Punctationis Revelato eum locum ad elevandam Zoharis auctoritatem unice relatum fuiſſe tradat, præter rem, quod oſtendit Buxtorfius filius de

(g) Idem lib. III. c. 44 p. 144. monet, Abarbanelem in *Majene Jeſchua* fonte XI. palma X. allegare dictum ex Zohar in *Bereſchith*, quod non legatur in edito. Sic *Galatinus* lib. II. c. 1. de Arcanis Cathol. Verit. teſtatur, ſe in Zohar MS. quod Licii viderit, & in antiqua paraphaſi Jeſ. VI. 3. inveniſſe hæc verba: קדיש אבא קדיש ברא קדיש רוחא קדישא i. e. *Sanctus Pater, Sanctus Filius, Sanctus Spiritus S.* qua tamen in re fidem ejus ſuſpectam habet Cl. Meyerus diſſert. citata p. 19. qui & p. 18. alium ex eodem locum memorat, in Zohar hodie fruſtra quærendum. Adde *Helvici* Elenchos Judaicos lib. VII. p. 188. ſq. qui Judæorum ſolicitat fidem, & *Cocceium* in Reſponſ. & Quæſt. Judaicis diſp. II. §. 24. Hujus varietatis cauſam cum ab interpolatoribus tum a librariis repetendam eſſe liquet, præcipue cum Iſaac de Lates in præf. ad Zohar teſtetur, cum per *millia & myriadas* deſcriptum eſſe.

de Origine & Antiquitate punctorum p. 71. aliis Simeonem fundamenta jeciſſe, a diſcipulis ejus deinde ex ejus diſciplina amplificata, contendentibus, quæ ſententia eſt *Io. Lighfooti* Tom. II. Opp. p. 144. *Bartoloccii* Tomo IV. p. 417. B. *Pfeiferi* p. 888. Opp. Philolog. & Celeb. *Valent. Ern. Læſcheri* p. 87. de Cauſis Linguæ Hebr. & inprimis Illuſtris *Chriſtiani a Roſenroth* in præfat. ad Tom. II. Cabbalæ denudatæ, ubi a Simeone nihil omnino hujus libri, ſi forte *Siphra de Zeniutha* exceperis, ſcriptum, reliqua vero ex doctrina ejus, cujus partem ipſe quoque antiquioribus, v. c. *Raf Hammenuna* & *R. Iebba* (h) debeat, a diſcipulis, & eorum quidem principe R. *Aba* in literas relata eſſe contendit. Alii denique librum prorſus ſuppoſitum, & poſt Sæculum demum a C. N. X. effictum autumant, quæ ſententia eſt (i) *Io. Morini* in Exercitatt. Biblicis lib. II. Exercit. IX. cap. IV. & ſqq. cui proxime accedit *Lud. Capppellus* tum in Arcano Punctationis Revelato p. 193. ſq. tum in Opp. Poſthumis p. 757. B. *Gabr. Groddeckius* in Theatro Anonymorum Placciano p. 690. V. C. *Iac. Basnage* in Hiſtoria Iudæorum lib. III. c. 10. p. 781. ſqq. & noviſſime Cl. *Frid. Strunzius* in Hiſtoria Bardeſanis & Bardeſaniſtarum p. 49. ſqq. Et duo quidem priores contra antiquitatem libri pugnaſſe ideo videntur, ut auctoritatem teſtimonii pro antiquitate vocalium, inde a Buxtorfiio Patre in Tiberiade derivati, ſubterfugere poſſent. Quicquid hujus erit, non levia illi habent ſententiæ ſuæ præſidia, quando nunc Judæorum de hoc libro usque ad Sæculum XIII. ſilentium, nunc omiſſam Cabbaliſticæ illius doctrinæ, quam Zohar nominum divinorum combinationibus & literarum permutatione inprimis urget, in Talmude, *Medraſchim* & aliis antiquis libris mentionem, nunc commemorationem punctorum & nominum, quibus inſigniuntur, ut & literarum magnarum, parvarum, inverſarum &c. de quibus ipſum Talmud tacet, frequentiſſimam, nunc copiam vocum barbararum, quam ex Targum Jonathanis & Hieroſol. ut & Rabboth & Medraſchim putant repetitam, nunc vocem תַּרְגּוּם de lingua Chaldaica, quæ notio ætate Paraphraſium Chaldaic. eſt inferior, adhibitam: nunc ipſum Chaldaicæ Linguæ uſum ea, qua vixiſſe

Ddddddd 3

(h) Vide infra recenſionem editionis Sulsbacenſis: Sic & in Zohar ad Exodi Paraſch וישמע יתרו col. 40. citatur liber quidam אגרות tanquam celeberrimus.

(i) Sic jam ante eum Scaliger Zoharem Talmude recentiorem eſſe pronunciavit p. 523. epiſtolarum: eadem ſententia fuit *Windeti* in de vita functorum ſtatu p. 162. ed. Roterod. ubi librum Zohar ineptiſſime chaldaizare, & recenſitis ſubinde hiſtoriis rerum multo recentiorem eſſe, quam ut poſſit ad A. C. quingenteſimum pertingere. Confer etiam *Druſium* in Addendis ad comment. priorem de Vocibus Hebr. p. 175.

Digitized by Google

xiſſe creditur, ætate doctis, ut exemplo Miſchnæ hebraice ſcriptæ conſtat, non receptum; nunc denique amplam ſegetem fabularum ex Talmude, Medraſchim & aliis ejusmodi libris emendicatam,ut & rerum recentioribus ſæculis geſtarum farraginem objiciunt, quæ ſingula dicendo ornat & exemplis illuſtrat *Io. Morinus* l. c. p. 358. - 369. His argumentis, quorum non eadem vis eſt, oppoſuerunt ſe alii, ſpeciatimque *Io. Buxtorfius* Filius de origine & antiquitate punctorum p. 71. ſqq. qui tamen frigidius hic rem agere mihi videtur, fortius autem *Roſenrothius* in præf. ad Tom. II. Cabbalæ denudatæ, quem id *ex nimio judaizandi fervore potius, quam veritatis* amore feciſſe credit B. *Groddeckius* in Theatro Placciano p. 691. a. Celeb. *Io. Franc. Buddeus* Tomo I. Obſervationum Select. Halenſium p. 208. ſq. & in Introd. ad Hiſtor. Philoſoph. Hebr. p. 108. Cl. M. *Nicol. Lutkens* in ſingulari diſſertat. de libro Sohar habita Lipſ. 1706. & noviſſime Vir doctiſſimus *Io. Meyerus* in calce Diſſertatt. Theolog. *de myſterio SS. Trinitatis* ex ſolius V. T. libris & Rabbinorum, præſertim Cabbaliſtarum monumentis illuſtrato p. 129. ſqq. Ab his itaque & inprimis a *Roſenrohtio* ad has exceptiones reſpondetur, exſtitiſſe librum, ſed occultatum fuiſſe, (k) quod & ipſe auctor facturum prædixerit ad exemplum ipſius Codicis Sacri, libri Jezira, Codicis Samaritani &c. imo Babylonios Talmudis nimis, quem par erat, ſtudioſos animum a Zohare, illi quippe paſſim adverſo, alienum habuiſſe: vocales ſemper fuiſſe textui additas adeoque illarum mentionem in Zohar æque atque in Talmude, quod perperam negare putant Morinum, fieri potuiſſe; in Miſchna ipſa ſtylum non eſſe pure Hebraicum, & ea ætate Chaldaiſmum magis magisque inter Judæos invaleſcere cœpiſſe, voces autem exoticas ſive barbaras a recentioribus libri collectoribus & amplificatoribus repeti poſſe; fabulas illas, allegorice interpretandas, ætate Simeonis inter Judæos viguiſſe, ut proinde eas Simeon non ex Talmude ſed Simeon æque ac Talmud ex communi traditionis fonte eas hauſiſſe videantur, res denique recentioris ætatis non tam ab ipſo Simeone, auctore primario, quam diſcipulis ejus repeti debere.

Vicis-

(k) *Paulus Riccius* lib. IV. de cœleſti Agricultura in Arte Cabbaliſt. Jo. Piſtorii p. 125. Simeonem hunc cum Dionyſio Areopagita conferens ait, *utrosque æquales circa Excidii Hieroſol. tempora floruiſſe, amborum dictata pari tenore & ſimili contemplandi lege tractare rerum arcana, ſpiritalemque ſacri eloquii tradere intelligentiam, eorundem ſcripta quoque æquali fere annorum ſpatio latitaſſe, & eodem quaſi tempore in lucem prodiiſſe.* Certe niſi *Jochaidæ* cauſa melior eſt *Dionyſiana*, vel ſic jactata illa antiquitas concidit.

Digitized by Google

Viciſſim *Roſenrohtius* pro antiquitate libri partim ſingularitatem ſtyli, partim ipſarum conſtitutionum antiquitatem, partim omiſſam in eo Gemaræ aut ullius libri Talmudici mentionem, partim claſſicam, quam apud Judæos obtineat, auctoritatem urget. Ad quæ tamen alii forte reſpondebunt, ex prioribus duabus rationibus id, de quo quæritur, evinci non poſſe, Talmudis vero ibi non fieri mentionem ob argumenti, in quo verſatur, diſſimilitudinem; Judæos denique nimiam in amplectendis ſcriptis, etiam ſuppoſitis, facilitatem ſuam pridem teſtatam feciſſe. Buxtorfius Pater, de re ipſa ceteroquin dubius, in Abbreviaturis p. 194. capere ſe non poſſe ait, *ſi ante quingentos primum annos, vel etiam paulo ſuperius natus ſit liber, quid auctorem ejus permoverit, ut tanta vetuſtate nomen quæreret, & tale quidem, quod a Cabbaliſtica doctrina nullam antiquitatis laudem poſſidebat.* Hæc ſunt augumentorum, utrinque adferri ſolitorum, pondera, quibus libratis, prudens Lector, quid ſtatuendum ſibi ſit, facile per ſe intelliget. Id quidem pro certo adfirmari poteſt, non refragantibus ipſius libri patronis cum Judæis, tum noſtratibus, diverſos eſſe libri auctores, quorum ætatem neminem puto certis limitibus circumſcribere poſſe, ipſum quoque librum ſucceſſu temporis varias interpolationes & additiones, quod R. *Aſariam* & R. *Abrahamum Levitam* teſtantes vidimus, paſſum, ut proinde teſtimoniis inde deductis certa antiquitatis fides conſtare non poſſit, ſicut nec ex altera parte negari poteſt, antiquioris doctrinæ veſtigia accuratiori judicio diſtinguenda, in eodem obſervari.

Quod ad ipſam libri conditionem attinet, ſiſtit ille commentarium in Pentateuchum (cujus tamen nonnullæ Paraſchæ expoſitione deſtituuntur,) Cabbaliſticum, ita quidem, ut hac occaſione doctrina de Deo, ejusque eſſentia & attributis ſive nominibus, ut & de Meſſia, Angelis bonis & malis, natura hominis, ejusque origine & ſtatibus una cum practicis quibusdam & ritualibus, exponatur. Aliæ itaque doctrinæ ſublimiores ſunt, vulgariores aliæ, quæ ſine ordine, ut Roſenrothius putat, primum expoſitæ, deinde ab aliis, in diſſertationibus diverſo tempore & ſecundum ordinem Pentateuchi diſpoſitæ ſunt. In his vero diſſertationibus quædam generaliores ſunt, & ad ſingularem textum Biblicum non directæ, quales tres inprimis dantur, quæ tractatus quaſi Synopticos Cabbalæ exhibent, nempe *Siphra de Zeniutha*, & qui illum explicat, *Idra Rabba*, ac qui hujus ſupplementum exhibet *Idra Sutha*. De reliquis in recenſione ipſarum editionum ſtatim ſecutura videbimus. Ceterum quantum huic operi tribuant Judæi, vel ex libro *Juchaſin* p. 42. intelli-

Digitized by Google

intelligitur, cujus hæc ſunt verba: *Propter hoc verba Zohar ſunt excellentioris veritatis, eo quod verba ſunt Rabbinorum poſteriorum*, (dixerat paulo ante, Zohar a diſcipulis Simeonis ſexaginta ab obitu ejus annis eſſe congeſtum) *qui viderunt Miſnam, & deciſiones ſententiarum, & ſermones ibi explicatos.* Ex Chriſtianis nemo præclarius de eo ſenſit, quam Chriſtianus a Roſenroth, cui in præf. ad Tomum II. Cabbalæ Denudatæ hic liber ſingulari nutu divino exaratus videtur, *quia animæ, ratione voluntatis ſuæ hoc modo conſummatæ pro perficiendo etiam methodice intellectu non ſufficerent, paucula illa a Chriſto & Apoſtolis ex hac ipſa Hebræorum Theologia exempla, inque uſum vitæ activæ accommodata theoremata Deusque, prævidiſſet, Chriſtianos in hunc finem refugituros ad avia gentilium.* Hinc, inquam, divino nutu factum putat, ut: *quicquid metaphyſicum & pneumaticum eſſet in doctrina Hebræorum, ſingulari iſtius Viri ſtudio colligeretur, ſuo tempore, cum ultima Chriſtianiſmi inſtaret conſummatio, inter exercitatiores feliciori praxi animos cum Chriſti traditis pro facilitanda animæ contemplatione redigendum.* Quod quidem nec ſatis pie, nec ipſi argumento convenienter dictum ab eo eſſe *Laurentius Odhelius* monuit in Synagoga Bifronte p. 38. ſq. cujus judicium ſequuntur alii a B. *Diſenbachio* in Judæo Convertendo p. 97. & Converſo p. 145. & 150. allegati. Viciſſim nemo magis ſiniſtre de eo judicavit, quam Morinus, cujus p. 258. b Exercitt. Biblic. hæc ſunt verba: *non modo verba, ſed literas textus varie copulat, nova alphabeta componit, finem principio, principium fine, utrumque medio permutat, κατάπαλιν ἀναστρέφει πάλιν & ex iſta multi formi copulatione cum variis Scripturæ teſtimoniis compoſita, innumeros ſenſus, quos vocant* סתרי תורה, *ARCANA legis, eruit, figuras inſuper & apices non modo literarum ſed & punctorum ſuperne & inferne penſitat, atque ex iſta penſitatione ſenſus Adonidis hortis ἀκαρποτέρους decerpit.* Prudens rerum exiſtimator media inter hos via incedat, &, ut veritatis antiquæ, atque adeo Chriſtianæ (l) rudera eximia hinc inde agnoſcet; ita ingenii luſus & figmenta quædam partim ex Hebræorum partim ex Gentilium Philoſophia hauſta, a reliquis ſejungunt. Obſcuritatem libri vix ſuperandam agnoſcunt Judæi (vide ש״י p. 21. n. 11.) & *Scaliger* epiſt. 136. non præter rem affirmat, *paucos eſſe in Europa Judæos, qui illius non mentem ſolum, ſed & ἑρμηνείαν adſequantur*, quod expertum ſe ſcribit *Plantavitius* p. 569. De eadem

(l) Loca ejusmodi poſt Galatinum alii in religionis Chriſtianæ veritate contra Judæos vindicanda verſantes attulerunt ex Zohar, idemque Roſenrohtius copioſius præſtiturus erat in Parallelismis Soharifticis N. T. quos in præmonitione ad *Zohar* pollicetur. Memini etiam, *D. Esdram Edzardum*, de his literis immortaliter meritum & in Filiis adhuc merentem, diligentisſime illa ex Zohar loca collegisſe, quæ noſtræ doctrinæ reſpondeant,

eadem obſcuritate cum Roſenrothio couqueritur Wagenſeilius ad Tela Ignea Satanæ p. 353. qui ſe etiam in eo non multum profeciſſe fatetur.

Editiones exſtant quinque (*) nempe

1) *Mantuana*, tribus in 4. voluminibus an. 320. (m) C. 1560. ap. R. *Meir ben Ephraim de Patavio & Jac. ben Naphthali*.

2) *Cremonenſis* in folio, anno eodem: (n) *Mantuanam Zohar* minus ſive זֹהַר קָטֹן, Cremonenſem una cum *Lublinenſi* majus ſive זהר גָדֹל Judæi appellant: illa Orientales & Itali ut & antiquiores Judæi, hac vero (*Cremon.* nempe & *Lublinenſi*) recentiores Judæi utuntur. Utraque editio & paginis & re ipſa multum differunt; *Cremonenſis* enim præter textum Zohar proprie ſic dictum ſuis locis inſerit libros סבא, תוספתא, ספרא דצניעותא, נוקא, פקודא, מדרש הנעלם, מדרש חזית, מדרש רות, בהיר, מאמר תא חזי, רעיא מהימנא, היכלות. *Mantuana* vero quatuor tantum ex his exhibet, nempe: *Toſaphta*, *Medraſch Neelam*, *Raja Mahemena*, & *Sitre Tora*. Præterea & aliæ varietates inter utramque inveniuntur, quarum partem recenſuit *Morinus* l. c. p. 360. Præmiſit præfationem R. *Iſaac de Lates*, ex qua rationem totius operis cognoſcere licet.

3) *Lublinenſis* prodiit anno 583. C. 1623. fol. per *Levi fil. Kalonymi* quæ etiam quod ad paginas Cremonenſem ſequitur, nonnulla tamen exhibet, quæ cura R. *Nathan Spira* acceſſerunt. Pars I. habet pp. 132. II. 122. VII. 146. Deeſt ibi præfat. *Iſ. Lateſii.* Illa merito vitioſiſſima judicatur Roſenrothio, tantum abeſt, ut accuratiſſima haberi debeat, cum Theatro Anon. Placciano p. 691.

4) *Sulsbacenſis* omnibus iſtis plenior & uſui accommodatior cura Lib. Baronis *Chriſtiani a Roſenroth* Solisbaci 1684. fol. typis *Moſis Bloch* curata, ubi libro Sohar intermiſcentur tractatus varii, una cum quorundam excerptis, ut ſunt *Midraſch Ruth*, comm. myſticus in librum Ruth, excerpta libri *Bahir*, *Toſiphta*, ſeu additamentum in ſectiones quasdam Legales: *Raja Mehimna* ſeu Paſtor Fidelis ſive commentatio Moſis (ut fertur)

Eeeeeee roa-

(*) Sex forent, ſi *Veneta*, quam Bartolocc. p. 446. b. Tom. IV. memorat, unquam exſtitiſſet.

(m) Hunc annum editionis facit ש״ץ, Bartoloccius vero an. 318. Morinus 319. Scilicet tres illæ Zoharis partes ceu totidem volumina intra tres annos illos lucem viderunt.

(n) Ita ſcribit iterum ש״ץ; ipſe tamen libri titulus an. 318. præfert, ubi & correcta dicitur hæc editio per R. Chaiim f. Schemuel גאשטינגין & *Victorium Elianum*, nepotem Eliæ Grammatici, ex officina *Vinc. Conti*. In calce latinis verbis licentia imprimendi a Decio Alterio Vicario Epiſcopali & Io. Bapt. Clarino an. 1558. 5. Auguſti conceſſa dicitur.

Digitized by Google

oralis myſtica in varias Legis ſuæ hiſtorias, textusque alios: *Chibbura Kadmaah* ſeu opus anterius de apparitionibus Moſis; *Hechaloth* ſeu deſcriptio manſionum alterius ſæculi; tractatus tres: *Sithre Tora*, ſeu arcana Legis: *Midraſch Hanneelam*, i. e. commentarius occultus: *Raſe ben Raſin*, ſeu myſteria myſteriorum: *Sabba*, ſeu hiſtoria de Sene quodam in ſectione miſchpatim enarrata: *Jannuka*, ſeu hiſtoria de puello 5. annorum in ſectione Debarim: *Midraſch Chaſith*, ſeu comm. myſticus in Canticum Canticorum, *Maamar Ta Chaſi*, ſeu diſſertatio, cujus initium: Veni, vide: *Mathnitin*, ſeu traditiones ſingulares, *Pekudin*, ſeu enarratio præceptorum. Conſpiciuntur hinc inde excerpta librorum Adami, Chanoch, Abrahami, Salomonis, R. Cruſpedai, & R. Akibæ, una cum tractatibus tribus R. Simeonis, *Siphra de Zeniutha*, liber myſteriorum, *Jdra Rabba & Idra Suta* i. e. Synodus major & minor. Textus ipſe literis quadratis, variæ Lectiones ex ſcriptis R. *Iſaaci Loria*, R. *Moſis Corduero*, MSS. Sapientum Terræ S. & impreſſis editt. una cum emendationibus ex libro דרך אמת rotundis characteribus exhibentur. Textui ſubſternuntur explicationes vocum difficiliorum e comm. R. *Iiſſachar Bar* ſub tit. אמרי בינה; in interſtitio columnarum paginæ priorum editionum *Mantuan.* & *Cremon.* ſolicite annotantur: in calce denique ſubjicitur Index Dictorum Biblicorum in Zohar hinc inde explicatorum, qui alias *Cracov.* 407. C. 1647. 4. ſub titulo פתח עינים ſeorſim prodiit. Diſſertationes loco minus idoneo in prioribus editt. poſitæ idoneo hic vindicatæ ſunt, ſicut aliæ antea omiſſæ, additæ ſunt. In limine poſt novam præfat. R. *Moſis ben UriScbraga* vetus illa *Iſaaci de Lates* conſpicitur. Hujus editionis ſpem fecerat Roſenrothius in præfat. ad Tom. II. Cabbalæ Denud. quæ in univerſum de Zohar legi debet.

5) *Amſtelodamenſis* an. 474. C. 1714. in 4. formæ minoris, tribus partibus, ad fidem editionis *Mantuanæ*, cui quod ad ipſas quoque paginas reſpondet. In margine adduntur verſus Biblici, correctiones quoque R. *Iſaaci Loria* ex דרך אמת ut & index locorum *Meir Corduero*, item *Imre Bina* accedunt, quod ad exemplum ed. *Sulsbacenſis* fieri facile apparet. Denique in calce cujusque voluminis ea ſubjiciuntur, quæ in *Mantuana* deſiderari, in Lublinenſi vero & Cremonenſi exſtare diximus. In fine Voluminis III. comparet quoque Index in Zohar ſecundum titulos literarum ordine diſpoſitus, ut ſcias, quibus in locis v. c. de Adamo quidquam inveniatur. *Siphra de Zeniutha* prodiit etiam cum libro שערי ציון *Dyrenſ.* 1705. 12. & *Amſtelod.* 1706. item cum libro יצירה ib. 1713. 12.

Digitized by Google

Zohar vetus & novum MS. habet Oppenheim. in fol. Exſtant etiam ex parte in Vatic. Medicea Pluteo II. n. 38. 48. & 53. itemque in Leidenſi.

Ceterum nonnullæ libri Zohar partes latine converſæ exſtant: ſic tres libelli *Siphra de Zeniutha*, *Idra Rabba* & *Idra Suta* literis Hebr. punctatis cum latina verſione, & ſequentibus duobus commentariis, altero R. *Chajim Vitalis* ad librum Zeniutha, altero R. *Naphtali Hirtz* ad omnes tres pertinente; nec non tractatus tres initiales, qui in edit. Mantuana ad præfationem operis referuntur, cum verſ. & commentariis partim ex libro *Sohare Chamma*; partim ex MSS. R. Chajim Vitalis in Parte II. Tomi II. Cabbalæ Denudatæ, quæ eidem Roſenrothio, qui integri operis Latinam verſionem molitus eſt, debetur, exſtant. Cabbaliſtica expoſitio initii capitis II. Geneſ. ex Zohar petita legitur in *Ludov. Cappelli* commentatt. & notis Crit. in V. T. *Amſtelod.* 1689. fol. editis, Zoharis interpretationem, ab *Ægidio Viterbienſi* factam, a Caſaubono petit Scaliger p. 333. & 343. Epiſtolarum, & ibidem eam ſibi a Caſaubono miſſam p. 345. teſtatus addit, *non eſſe eum librum quem putarit adeoque cuivis nobilium ſtudiorum cultori inutilem judicare.* Latuerat illa in Bibliotheca Regia Pariſienſi, quod patet ex p. 332. Eam tamen non pertinere ad Zohar noſtrum, ex Illuſtris *Haetii* libro de Claris Interpreribus apparet, qui *Caſaubonum* ita loquentem introducit p. 222. *Zoharis interpretationem nuper ad Scaligerum miſi, quam is ab Ægidio Viterbienſi lucubratam fuiſſe, ad me ſcripſit; Zohar ipſum, e quo profecta ea eſt, non habemus, nam quod vulgo proſtat, anagogicam quandam Pentateuchi enarrationem Syriaca conſcriptam loquela complectitur, iſtud vero Cabbaliſticam in Pentateuchum θεωρίαν Hebraice conceptam habet.* Zoharis noſtri opus ſuper librum Geneſeos ex Chaldæo translatum, inter inedita Poſtelli memoratur in Bibl. Gesneri Simleriana, & Neandro p. 438. Erotematum L. Hebr. Sic B. *Thomas Ittigius* in diſſ. de Poſtello, inter varia Opuſcula Ittigiana recuſa p. 263. ex appendice catalogi cujusdam MS. Anglicani memorat inter Poſtelli MSS. librum ſub titulo: *Lex oris ſive de natura & gratia in unum reſtituta conciliatione ſcriptum, quod Zoharis i. e. ſummi ſplendoris nomine vocatur, interprete & propter ſummam obſcuritatem Ecphraſta per parentheſin ſemicirculis a textu diſtinctum.* Latinam Zoharis verſionem in Anglia ſub prelo eſſe ex fama refert R. *Schabtai* in ש״י p. 107. b. col. 1. ſed rumorem hunc vanum fuiſſe eventus docuit. Summam Sohariſticam ſive rerum omnium in Zohar contentarum Indicem promiſit *Gaffarellus*: v. Nova Literaria German. anni 1706. p. 160.

Partes quædam Sohar (lingua Judæo Germanica expreſſæ exhibentur

bentur in libro צבי נחלת quem Judæi communiter *Zohar Germanicum* appellant: vide ſupra צבי הירש בן ירחמיאל.

Hic commemorari quoque debent תקוני זהר h. e. *correctiones* ſive *ſupplementa Sohar*, quæ etiam תקונים ישנים *ſupplementa vetera* reſpectu recentiorum appellantur. In his vox una בראשית a Simeone noſtro 70. diverſis vicibus, in quot capita totus libellus abit, exponitur, quibus in calce undecim תקונין præterea accedunt: prodiit cum animadverſionibus R. *Immanuelis ben Jekuthielis Beneventani*, Mantuæ 318. C. 1558 4. & *Cracov.* iterumque *Amſtelod.* 466. C. 1706. 4.

Pertinet huc quoque זהר חדש *Zohar novum*, quo continentur ea, quæ ad Zohar antiquum ex MS. quodam Terræ Sanctæ hauſta, addi poſſunt, nempe מדרש הנעלם *ſuper Ruth*, hinc ſuper Canticum, & Threnos, præterea vero תקונים ſive correctiones quædam, una cum expoſitione vocum difficiliorum Zohar utriusque, antiqui & recentis, ſecundum ordinem alphabet. cura *Salomonis ben Iſaac Theſſalonicæ* an. 357. C. 1597. 4. iterumque cum aditionibus R. *Iſaaci Loriæ*, aliorumque per R. *Moſen Mardochæum fil. R. Sam. Margalijoth Cracov.* 363. C. 1603. 4. apud *Iſaacum fil. Aaronis Proſtitienſem* pp. 89. *Venet.* 423. ap. *Hier Bragad.* C. 1663. 4. ac deniq; *Amſtelod.* 1701. fol. per *Iſaacum fil. Abrab.* apud *Moſen fil. Abrab. Mendes.*

Ceterum complura exſtant inter Judæos ſcripta, libro huic obſcuriſſimo lucem fœnerantia, quæ in Indice Reali aliquando recenſebimus. Interea legatur Roſenrothius in præfatione ad Partem II. Cabbalæ Denudatæ pag. 9.

Bartoloccius noſtro tribuit etiam *Tractatum Cabbaliſticum* de vocalibus Hebraicis &c. quem MS. ait eſſe in Bibl. Vatic. ſed non dubium eſt, id omne ipſo libro Sohar contineri, ex quo Buxtorfium loca quædam pro vocalium antiquitate probanda attuliſſe conſtat. Idem *Bartoloccius* & alia minus vel vere, vel diſtincte tradit, quæ ex noſtris facile emendabuntur.

2176 ר׳ שמעון בן יעקב R. SCHIMON ben JACOB f. *Ioſeph* nonnihil ſcripſit: vide ſupra R. *Jacob ben Joſeph.*

2177 ר׳ שמעון יציה R. SCHIMON JEZIJA hunc מעמדות ſ. *Ordinem Stationum* i. e. precum, hymnorum, benedictionum & Cantico-

corum, quæ a Judæis loco ſacrificiorum recitari ſolent, collegiſſe, poſt *Plantavitium* n. 388. teſtatur *Bartoloccius*, qui addit, prodiiſſe *Venet.* 312. C. 1552. 12. & ibid. cum comm. 1598. 8. item germ. *Veronæ*. Vide quæ inter Amonymos ſub מעמדות dicemus.

ר׳ שמעון בן יצחק הלוי R. SCHIMON fil. 2178

ISAACI *Levita*, ex Synag. Francof. ſcr.

מְסוֹרֶת הַמִּקְרָא *traditio Scripturæ*, qui liber ad inſtar libri תולדות אהרן continet Indicem locorum ſcripturæ, ex quo intelligitur, quibus locis in Talmud explicentur, *Lublin* 332. C. 1572. hunc librum V. C. *Iac. Le Long* in Bibl. Sac. Part. II. p. 416. inter eos numerat, qui Variantes Lectiones collegerunt.

ר׳ שמעון בר יצחק הגדול R. SCHIMON fil. 2179

ISAACI *Magni*, cujus nomen præfigitur variis precibus rhythmicis (פיוטים) quas Judæi ordinariis precibus adjicere ſolent, in *Machſor* inveniendis.

ר׳ שמעון בן ישראל R. SCHIMON fil. ISRAEL, 2180

Mœno Francofurtenſis, adhuc ſuperſtes, ſcripſit

כל דִּינֵי שְׂמָחוֹת *omnia inſtituta gaudendi*, ubi oſtendit, quomodo circa ægrotos, mortuos, ſepeliendos, & in coemeterio circa preces ſuper ſepulchris pronunciandas verſari aliquis religioſe debeat: Pars prior hebraice ſcripta p. 69. & poſterior eademj lingua Germ. Rabb. exhibens paginis 52. abſolvitur: utraque vero pars in capp. 52. abit. Prodiit *Amſtelod.* 463. C. 1703. in 4. apud *Abrab. Mendes* קויטינו. Hinc itaque patet, titulum libri de lugubri re præcipientis a gaudio quaſi per εὐφημισμὸν denominari.

ר׳ שמעון לביא R. SCHIMON LAVI, cujus 2181

ספר כונות על עשר ספירות גם חבור על ענין הטעמים i. e. meditationes in 10. Sephiroth, ut & commentatio de ratione accentuum MS. exſtat in 4. in B. Oppenheimeri.

שמעון לוי קניסו SIMEON LEVI CANISO, quem 2182

Digitized by Google

ut filium ſuum allegat Dan. Levi de Barrios p. 27. libri, quem dixit, *Triumpho del Govierno Popular*, ibidemque ſententiam ejus recitat de eo, quod introductio in Terram Sanctam alia divina miracula ſuperet.

2183 ר' שמעון לוצאטי R. SCHIMON (n) LUZATI, Rabbinus ſeu doctor Venetus, Sæculo XVII. fere medio floruit & ſcripſit italice

1) *Diſcurſum* ſeu *diſſertationem* de ſtatu Hebræorum, & ſpeciatim eorum qui *Venetiis* commorantur. *Venet.* 1638. 4. op. *Io. Coleonem.* Ex hoc libro quædam affert V. C. *Jac. Basnage* in Hiſtoria Judaica Tomo V. p. 2119. ſq. & *Jo. Chriſtoph. Wagenſeilius* in Pera Juvenilium librorum Loculamento II. p. 123. in fine, ex p. 98. libri, ubi candide profitetur, de regione, in qua decem tribus, a Salmanaſſare abductæ, commorentur, certi nihil cognitum eſſe, quamvis totus terrarum orbis hodie cognitus ſit. Cum tamen in illo libro eſſent quædam non ferenda, brevi ſcripto italico illum caſtigavit *Melchior Palontrottus*, Rom. 1641. 4. teſte *Imbonato* Bibl. Lat. Hebr. p. 161.

2) *Socrates* ſive *de anguſtia intellectus humani*, ſi a deo non fuerit illuſtratus, itidem italice: an. 1613.

Approbavit etiam judicio ſuo librum נחלת צבי.

2184 ר' שמעון בן לקיש R. SCHIMON ben LAKISCH de duplici lege a Moſe in Sinai recepta ſcripſit, cujus meminit *Jo. Picus Mirandulanus* Tomo I. Apol. p. 116. ita *Bartoloccius*: quod tamen de ſingulari ſcripto non debet accipi: vide plura de eo inter Gemaricos.

2185 ר' שמעון בן קיירא R. SCHIMON ben KAIIRA vel KEIARA vel KAIRO vixit ætate II. Geonæorum anno 4500. C. 748. quo anno, qui 1052. Aeræ Contractuum reſpondet, eum ſcripſiſſe הֲלָכוֹת גְּדוֹלוֹת *deciſiones magnas*, teſtatur *Ganzius* in Zemach David ad hunc annum. Eum in Geonatus dignitatem non fuiſſe evectum ſcribit *Abrah. ben Dior* in lib. Kabbalæ ætate II. Geonæorum. De ipſo libro ejusque editione, ac diverſis de auctore ſententiis vide, quæ infra adferentur ſub titulo הלכות inter Anonymos, unde etiam patebit, pleroſque noſtro tri-

(n) Eum Bartoloccius Tom. IV. p. 405. שמחה (*Simcha*) *Lazzato* vocat, neſcio qua de cauſa.

Digitized by Google

tribuere. Hic obſervetur, eum unicum tantum in hoc libro conſtituere articulum fundamentalem, qui eſt de exiſtentia Dei, quam ſetentiam eum Maimonidæ debere putat *Abarbanel* in lib. ראש אמנה c. XXII. fol. 30. a. quatamen in re anachronismum commiſit. Antiquior enim fuit *Maimonide*, ceu ex dictis patet. Confer B. *Jo. Bened. Carpzovium* in diſſertatione de Articulis Judæorum Fundamentalibus in Diſpp. Academicis p. 501.

Plantavitius n. 100. recenſet בעל הלכות גדולות *auctorem libri Hilchoth Gedoloth*, eumque librum ſolo hoc titulo ſe noſſe ſcribit, non recordatus, quod jam n. 135. eundem librum *Kajara* (ut ipſe nomen effert) noſtro tribuerit.

ר׳ שמעון ממודינה R. SCHIMON MUTINEN- 2186
SIS, quem *qvv. & reſponſiones* exaraſſe auctor eſt *Bartoloccius* ubi vereor ne is *Simeonem Mutin.* ex *Samuele Mutinenſi* ſeu potius *Medinenſi* effinxerit, quippe quem qvv. & reſp. ſcripſiſſe ſupra diximus. Memorat etiam ש״ש *Simeonem Mutinenſem*, cui פְּסָקִים i. e. *deciſiones* tribuit, ſed ille itidem ex *Schemuele Medinenſi* effictus eſt, cujus nomen vide ſupra.

שמעון הצדיק SCHIMON *Juſtus* vide infra inter Doctores Miſchnicos.

שמעון בר צמח דוראן SCHIMON ben ZE- 2187
MACH DURAN, nepos R. *Levi f. Gerſon*, ſecundum *Ganzium* ad an. 5151. qui per compendium ſcriptionis vocatur רשב״ץ vel מה״רש floruit 5151. C. 1391. ſcr.

1) אֹהֵב מִשְׁפָּט *diligens judicium*, ex Pſ. XXXVII. 28. comment. in *Jobum* qui una cum comm. R. *Obadiæ Sphorno* prodiit *Venet.* 350. C. 1590. 4. ap. Io. de Gara paginis 212. per *Joſ. Molcho* ed. hic comm. MS. exſtat in B. *Bodlej.* n. 1527. 4. In Catal. Bodlej. p. 164. memoratur ed. *Venet.* 1587. & alia ſine loco & anno in 4.

2) זֹהַר הָרָקִיעַ *ſplendor firmamenti*, ex *Dan.* XII. 3. comm. in librum אזהרות (quo agitur de 613. præceptis) diſpoſitus ſecundum ordinem 14. articulorum fundamentalium Maimonidæ CPoli 275. vel 280. C. 1515. aut 1520. 8. MS. habet *Oppenheimer.* Ex eo deinceps quædam transſumta ſunt in *R. Moſis ben Chajim Schem Tov* נר מצוה qui itidem eſt comm. in אזהרות ed. CPoli 327. C. 1567. 4.

3)

3) מָגֵן אָבוֹת *clypeus Patrum*, commentatio in Gemaram ſubtilis & acuta: v. *Zemach David* p. 59. & ש״ר. Hic liber exſtat MS. in B. Bodlej. n. 5239. inter Codd. Mareſchallianos fol. ubi tamen in Catalogo MS. dicitur agere de Philoſophia Morali: MS. etiam habet *Oppenh.*

4) שְׁאֵלוֹת וּתְשׁוּבוֹת *quæſt. & reſponſ.* non editæ, quæ laudantur in lib. כנסת הגדולה

5) Ab illis ſunt diſtinguendæ illæ qvv. & reſponſ. quæ per compendium vocantur תש״בץ quas literas *Zemach David* p. 95. ad an. 1151. interpretatur per תְּשׁוּבוֹת ר׳ שִׁמְעוֹן בַּר צֶמַח דוּרָאן i. e. *reſponſiones Simeonis bar Zemach Duran*; alii vero aliter accipiunt: de quo infra ſub ת dicemus.

2188 ר׳ שמעון בן הראש R. SCHIMON *filius Rav Rabbenu Aſcher*, ut explicat Buxtorfius, Doctor Talmudicus, commentatus eſt in Talmud Babylon & obiit A. C. 1248.

ר׳ שמעון בן שאול R. SCHIMON ben SCHAUL v. R. *Schimon ben Schemuel.*

ר׳ שמעון בן שטח SCHIMON ben SCHETACH: vide infra inter Miſchnicos.

שמעון בן שמואל vide R. *Schimſchon ben Schemuel.*

2189 שמעון שאטלש SCHIMON SCHATLES, ex præſidibus & Iudicibus Synagogæ Francofurt. Sæculo XVII. circiter medio ſcripſit

חִדּוּשִׁים *novellas obſervationes* in varia loca Talmudica, quæ non prodierunt: V. *Zemach David* continuatum p. 46. b.

2190 ר׳ שמעון בן שמואל R. SCHIMON ben SCHEMUEL ſcripſit

אָדָם שִׂכְלִי *homo intellectualis*, ſive הַדְרַת קֹדֶשׁ *decor ſanctitatis*, ex Pſ. XXIX. 2. ubi agit de virtutibus animæ ſanctitatem conciliantibus, ac præterea commentatur in comma ſecundum Pſalmi XXIX. ut & in tredecim Articulos Fidei, ac ſpeciatim de reſurrectione mortuorum, ubi varia habet de oſſiculo illo, quod לוז appellant Rabbini, & de quo tam mul

Digitized by Google

multa fabulantur, ut Bartoloccio diſſertationis ſingularis Tomo I. inſerendæ materiam ſuppeditarint. Prodiit liber *Friburgi Briſgoiæ* 320. C. C. 1560. 6. plagg. & *Lublin.* 359. C. 1599. 4. & recenſetur ab omnibus Bibliothecarum Rabb. Scriptoribus, ex quibus tamen nemo auctorem, qui in libro ipſo tacetur, detexit, præter Schabtæum in ש״י qui eum p. 4. n. 68. vocat R. *Schimon ben Schaul,* mendoſe quidem, pro בן שמואל quod ipſe emendat in Spicilegio p. 90. a. & ſub הֲדְרַת קֹדֶשׁ *decor ſanctitatis*, ex Pſ. XXIX. 2. quo nomine eundem librum appellari ſcribit p. 19. n. 9. ideo, quod literæ הדרת קודש per Gematriam, ratione numerorum habita, idem valeant, quod literæ nominis שמעון בן שמואל quod ego tamen non perſpicio; prius enim efficit 893. poſterius 1019. Addit ibidem, legi quoque in hoc libro precationem cum expoſitione Cabbaliſtica ſuper tredecim articulis fidei, & tredecim rationibus interpretandi legem, nec non decem præceptis. Mireris tamen ש״י in Indice Scriptorum Alphabet. R. *Schimon ben Schaul* tanquam a R. *Schimon ben Schemuel* diſtinctum recenſere. Exſtat liber MS. in B. Oppenheimeri.

Cur *Plantavitius* auctorem libri n. 48. R. אב״ד appellarit, neſcio: forte hauſit id ex Catalogo Pragenſi, ad quem provocat &, quod ibi honoris erat nomen (אב״ד enim per compendium notat אָב בֵּית דִּין *patrem domus judicii,*) pro Viri nomine habuit.

ר׳ שמעון משאנץ בן אברהם R. SCHIMON SCHANZENSIS *ben Abraham*, qui per compendium literarum vocatur רשב״א unus ex illis, qui *Toſephoth* Talmudicas ſcripſerunt, teſte ש״י ex *Schalſcheleth*: vocari hic debet *Schimſchon Miſſchantz*, ſub quo vide quæ ſcripta ſunt. Eſt tamen *Schimon Schanzenſis*, cujus meminit *Schalſchel.* p. 49. b. tanquam in מרדכי commemorati. 2191

ר׳ שמעון שפירא R. SCHIMON SPIRA, pater domus judicii & Archiſynagogus Pragenſis, circa A. C. 1648. quem laudat Scriptor libri מלחמה בשלום a *Wagenſeilio* in Exercitatt. ſex varii argumenti num. III. p. 103. editi. 2192

שמעיה SCHEMAJA quidam citatur in præfatione ad שלטי הגבורים. 2193

שמעיה SCHEMAJA, diſcipulus R. *Schimeonis ben Schetach*: vide inter Scriptores Miſchnicos.

Digitized by Google

2194 שמעיה SCHEMAJA, cujus comm. in Proverbia MS. exſtat in B. Oppenheimeri fol. ſub titulo מְלֶאכֶת שְׁמַעְיָה *Opus Schemajæ.*

2195 שמעיה SCHEMAJA, cujus comm. in Codicem *Middoth* exſtat in editione Talmudis *Amſtelod.* 406. C. 1646. fol.

2196 שמעיה די מדינה SCHEMAJA MEDINENSIS filius R. *Samuelis Medinenſis*, patris (o) ſui librum ſub tit. בֶּן שְׁמוּאֵל edidit *Mantuæ* 276. C. 1616. fol.

2197 ר׳ שמעלקי בן חיים שמש R. SCHEMALEKI ben CHAJIM SCHEMESCH ſcr.

1) סֵדֶר נָשִׁים *Ordinem feminarum*: vernacula lingua (Weiberbuch) ubi de tribus agitur præceptis, quæ feminis obſervanda ſunt ratione *placentæ, immunditiei* & accenſionis lucernarum, cum omnibus cerimoniis circa officia receptis, germ. *Prag.* 389. C. 1629. 4.

2) פֵּירוּשׁ עַל הַמָּסוֹרֶת *commentarius Maſorethicus* R. Eliæ Germani & noſtri, quo exponuntur omnia ſcriptionis compendia, quæ in Maſora per totum Sacrum Codicem occurrunt. *Prag.* 370. C. 1610. 8.

3) שְׁחִיטוֹת וּבְדִיקוֹת *de ratione mactandi & explorandi animalia* R. *Iac. Veil* cum noſtri animadverſionibus *Pragæ* & *Amſtelod.* 428. C. 1668. 4.

2198. ר׳ שמריה R. SCHEMARIA, floruit Sæculo XII. diſcipulus R. *Ephraim Nathan*, ſecundum *Schalſcheleth* p. 49. b. ubi dicitur *quæ. & reſponſ.* ut & in Gemaram ſcripſiſſe. Ab hoc diſtinctum puto

2199 ר׳ שמריה R. SCHEMARJA, cujus Logica MS. inter Codd. Warnerianos in Catalogo B. Leidenſis p. 287. n. 48. recenſetur.

2200 ר׳ שמריה עקרש R. SCHEMARIA AKRAT an. 200. C. 1440. ſcripſit libros plurimos Grammaticos: vide ſupra Catalogum Grammaticorum ſub voce דקדוק exhibitum, n. 33.

2201 ר׳ שמשון R. SCHIMSCHON ſcr. ſi Plantavitio n. 186. credimus

חִדּוּשֵׁי דְרָשׁוֹת *novas conciones* i. e. ut ipſe interpretatur, nova metho-

(o) Ita recte ſcribit ש״י, at *Imman. Aboab* p. 310. Nomologiæ *Schemajam* hunc, nepotem *Samuelis* illius vocat.

methodo excogitatas, & *Pragæ* ſine anni notatione editas, ſed hujus tituli vel Scriptoris non meminit quisquam, & videtur prior monſtri quidquam alere.

שמשון SCHIMSCHON, neſcio quis, Cabbaliſta, cujus *Gematrioth* ſive expoſitiones variorum Pentateuchi locorum Cabbaliſticæ inſertæ ſunt R. *Mardochai Cohen* commentario, qui dicitur שפתי כהן ita ut ſingulis Paraſchis ſeorſim ſubjiciantur. *Menachem de Lonzano* in אור תורה p. 3. b. allegat *Simſonis* cujusdam comm. in Pentateuchum, qui noſtri hujus eſſe videtur. Eodem tamen in loco ait illi tantum adſcribi, idque præter rem fieri, & filio ejus potius tribuendum eſſe p. 21. a. ex eo colligit, quod ad *Exod.* XXIV. 14. hæc legantur: מפי אבא מורי רבינו שמשון ע"ה פי' לשון רמז כמו איעצה עליך עיני כלומר אגיד ברמז העתידות. 2202

שמשון בן אבטליון SCHIMSCHON fil. ABTALION ſcripſit 2203

סֵפֶר הַמְלַמֵּד *librum docentem* vel *docentis*, quo Grammatica & Logica continetur MS. teſte ש"ו: exſtat in B. Oppenheimeri MS. Eum Bartoloccius ſupra perperam tribuit R. *Simeoni Haddarſchan*.

ר' שמשון בן אליעזר R. SCHIMSCHON ben ELIEZER, *Pragenſis*, qui cognomen habuit בָּרוּךְ שֶׁאָמַר *benedictus eſt qui dicit*, ſcr. librum ſub titulo 2204

בָּרוּךְ שֶׁאָמַר *benedictus qui dicit*: quem titulum, ceu ipſe pag. 115. libri hujus MS. in B. Vatic. ſcribit, ex cognomine ſuo mutuum ſumſit, quod inde nactus eſt, quia adhuc puer ſæpe, illam precandi formulam, adhibuit, quæ incipit: *Benedictus, qui dixit: & factus eſt mundus.* Ceterum hoc ipſo libro continetur inſtructio eorum, qui *Tephillin* & *Meſuſoth*, nec non Codices Pentateuchi deſcribere ſolent, additis ritibus omnibus, qui huc pertinent, cum ipſarum literarum figuris, quibus exarari debent. MS. in B. Oppenheim. Monet præterea ש"ו in libro בית יוסף ſuper Ordinem ארח חיים ſect. 36. auctorem vocari R. *Iſaacum*. Bartoloc. auctorem vocat R. *Schimſchon ben Eleaſar*: ego ſequi malui ש"ו quamvis *Elieſeris* & *Eleaſaris* permutatio frequens ſit.

ר' שמשון גינצבורג R. SCHIMSCHON GENZ- 2205

Digitized by Google

BURG, *Germanus*, Architectus & Geometra inſignis, ſcr. *de Geometria*, qui tamen liber non prodiit, teſte Bartoloc.

2206 שמשון בוירמישה SIMSON, Archiſynagogus Wormatienſis ſcr.

חוט השני *filum dibaphum*, ex Jeſ. II. 18. v. *Zemach David* continuatum p. 47. a. Vixit is Sæculo XVII. medio.

2207 ר׳ שמשון חיות R. SCHIMSCHON CHAJUT, Albæ Græcæ, quo navi profectus erat, an. 415. C. 1685. ſubito defunctus, inter MSS. ſua reliquit ſchedas avi ſui *Iſaaci*, & patris ſui *Menachemi*, animadverſionibus ſuis paſſim locupletatas, ceu teſtatur R. *Simcha ben Gerſon* in præfat. ad librum ſuum, quem dixit ספר שמות in quo ipſo frequentiſſime allegatur. Sic & ſpeciatim p. 38. b. laudatur exemplar Legis, manu ejus correctum.

2208 שמשון הנקדן SCHIMSCHON NAKDAN i. e. *punctator*, quem Judæi etiam ſimpliciter vocant מורנו *Dominum ſ. Doctorem noſtrum*, ut & ראש הנקדנים i. e. *principem punctatorum:* Vide Cl. *Jo. Henr. Michaelis* diſſert. de Codd. Hebr. MSS. p. 35. & p. 9. ubi ex Cod. MS. Erfurtenſi, notis Criticis noſtri Simſonis inſtructo, monet eum in calce ſe ipſum vocare *Simſonem Minneminon.*

Hinc miror, Schabtæum in ש״י p. 85. n. 46. ubi præcipuos הנקדנים ſive punctatores recenſet, noſtri hujus non meminiſſe, niſi ad hunc pertinere putes ספר השמשוני quem ibi memorat, & quem alias חבור הקונים *collectionem poſſeſſorum* appellari ſcribit. Dubius hæc ſcripſeram, nunc vero prorſus me confirmatum ſentio, poſtquam Cl. *Jo. Georg. Abichtius* in calce *Portæ accentuum*, optimo conſilio Latine nuper verſæ, & cum Tract. de Accentibus Hebræorum editæ librum חבור הקונים ſub noſtri *Simſon Hannakdan* nomine MStum in B. Lipſienſi exſtare monuit. Addit, eum collectum eſſe ex antiquis Judæorum Grammaticis, nempe R. *Jehuda Chiug*, R. *Jona*, R. *Aben Ganach*, R. *Parchon*, & *Aben Eſra* item ex libris *Joreſcheth Haſſeba* & *Jeſod* R. *Joſ. Kimchi*, *libro ben Porath*, ex R. *Samuele Hannagid*, R. *Moſe Sacerdote* & R. *Marino*, quod pag. 94. column. 6. moneri ait.

2209 ר׳ שמשון בר צדוק R. SCHIMSCHON filius ZADOCK

DOCK, quem diſcipulum R. *Meir* fuiſſe & qvv. ac reſponſ. quæ per compendium dicuntur תש״בץ ſcripſiſſe, ſtatuit Bartoloccius: at enimvero non tam ipſe *Simſon* quam potius diſcipulus ejus exaraſſe eas creditur, unde literæ illæ explicantur per תלמיד שמשון בר צדוק i. e. *diſcipulus Simſon* &c. vide infra תש״בץ.

2210 **שמשון מקינון** SCHIMSCHON ex KENON qui per compendium vocatur מהר״שק quem Bartoloc. vocat R. *Schimſchon ben Iſaac*, floruit 5072. C. 1312. Scr.

סֵפֶר כְּרִיתוּת *liber exciſionis*, in 5. partes diſtinctus, quarum I. tredecim modos legem explicandi proponit. II. alios Scripturam intelligendi modos explicat: III. de 32. ſemitis, quibus dicta Talmudica explicantur, exponit: IV. præcipit de ratione, qua Miſchnici & Gemarici Doctores in citandis dictis Talmudicis utuntur: in V. denique colliguntur quædam, quæ ſparſim in Miſchna & Gemara occurrunt. Ex quibus ſummatim intelligitur, eſſe introductionem ad ſtudium Talmudicum, unde & Bartoloccius, qui ſub ipſo auctoris nomine jam recenſuerat, librum *Cerithuth* tanquam ἀνώνυμον Tom. IV. p. 209. iterum recenſens ait eſſe Logicam Talmudicam. Prodiit liber *Cremonæ* 318. C. 1558. 4. apud *Vincentium Conti* pagg. 73. & antea *CPoli* 276. C. 1516. 4. quam edit. vidi in B. Oppenheimeri.

Poſtea vero recuſus eſt cum Jacobi חאגיז libro, qui dicitur ס׳ תְּחִלַּת חָכְמָה *liber de initio ſapientiæ*, quo exponuntur regulæ & præcepta, quæ exſtant in libris ſimilibus *Halichoth Olam*, *Scheerith Joſeph*, *Iabbin Schemua*: additur quoque liber אורח מישור *ſemita recta*, ubi docetur ratio ſtudendi & vitam recte agendi. *Veronæ* 407. C. 1647. & *Amſtelod.* 469. C. 1709.

Idem *Toſephoth* Talmudicas ſcripſit per diſcipulos R. *Elieſer* טוך quæ vocantur *Toſephoth* ſ. additiones טוך.

2211 **ר׳ שמשון בר שמואל ירושלמי** R. SCHIMSCHON fil. SCHEMUEL HIEROSOLYMITANUS, ſcr.

יְרִיעוֹת עִזִּים *cortinæ caprinæ*, ex *Exod.* XXVI. 7. liber rhythmicus, quo ſtatuta omnia ex præceptis tam affirmativis, quam negativis collecta exhibentur *Venet.* 357. C. 1597. 4. Bartoloccius auctorem vocat *Schimon ben Sche-*

muel, Plantavitius vero n. 246. ex Catalogo Pragenſi R. *Salomonem Gabrielem* appellat, uterque per errorem.

2212 ר׳ שמשון בן שמואל הדרשן R. SCHIMSCHON fil. SCHEMUEL, *Concionator*, ſcr.

שֶׁמֶן הַמָּאוֹר oleum luminis ex *Num.* IV. 16. conciones, quas MSS. exſtare teſtatur ש״ב MS. habet Oppenheim.

2213 שמשון משאנץ SCHIMSCHON ex SCHANTZ, prope *Cæſaris Verdam Schanzenſis* qui dictus per compendium ſcriptionis dicitur הרש״בא Floruit an. 4935. C. 1175. & ſcripſit

פירוש *commentarium* in Miſchnam quod ad Seder *Seraim* & *Taharot*, quamvis ipſe non perfecerit, ſed perficiendum reliquerit R. *Iſaaco* f. *Malchiel.* Exſtat cum alibi, tum in edit. Talmudis *Veneta.* 280. C. 1520. & 286. 1526. fol. Eum ש״ב vocat *Schimon Miſchanz.*

ס׳ שִׁמְשׁוֹנִי *liber Simſoni*: vide paulo ante שמשון הנקרן.

2214 ר׳ שעפטל בן ישעיה R. SCHABTEL fil. JESCHAJA *ben Abraham Horwitz*, cujus

צַוָּאָה ſive *teſtamentum* i. e. parænesis ad liberos de vita recte agenda prodiit cum libro avi ſimilis argumenti, qui dicitur יש נוחלין Amſtelod. 1701. 4.

2215 ר׳ שר שלום R. SAR SCHALOM, quem expoſitiones in X. Prædicamenta Ariſtotelis ſuper commentarios *Averrois* an. 5076. C. 1316. ſcripſiſſe teſtatur Bartoloc. MSS. in B. Vatic. fol. Supra mentionem fecimus *Moſis Sar Schalom*, præceptoris Abrah. Balmeſii, quem tamen a noſtro diſtinguit ætas.

2216 רב שרירא גאון RAV SCHERIRA GAON ad Geonatus dignitatem evectus A.M. 4727. Contractuum 1279. C. 967. quod ipſe teſtatur in calce epiſtolæ ſuæ reſponſoriæ, de qua ſtatim dicemus, nec minus R. *Abrah. ben Dior* in libro Cabbalæ, *Juchaſin* p. 125. a. *Zemach David* ad an. 4727. & *Schalſcheleth* p. 37. b. Iisdem teſtibus præſes ille fuit Academiæ Babylonicæ in פרוז שבור, loco teritorii Nahardeæ prope Babel, ubi tum temporis

poris non genta Judæorum millia vixiſſe ſcribit *Zemach David* l. c. Præfuit ille Accademiæ, teſte *Abrab. b. Dior*, per triginta annos usque ad an. 4757. C. 997. quo anno principatu ſe abdicans filium R. Hai ſibi ſuccedere voluit. Exſtat hujus SCHERIRAE

תְּשׁוּבָה *reſponſio* de variis capitibus hiſtoricis ad Miſchnam, Gemaram, Academias & Doctores Iudæorum pertinentibus, de quibus interrogatus erat: Illam editor libri *Juchaſin* inſeruit ipſi *Juchaſin* in edit. CPolitana, ex qua deinceps repetita eſt in Cracov. ubi legitur p. 107. usque ad 120. lingua Chaldæo Talmudica exarata, ubi primo quidem de ratione collectæ Miſchnæ, difficultatibus expeditis, & de ſtudio Talmudico cum cura tractando diſſerit, deinde vero hiſtoriam Scholarum ſeu Academiarum per varias terras conſtitutionem, Doctorumque in iis ſucceſſiones enarrat, Talmudis auctoritate innixus. Confer *Jo. Morini* Exercitt. Biblicas p. 243. ſq. ubi inter cetera obſervat, in multis ipſi non convenire cum *Abraham ben Dior*; unde & dubius hærens R. *Dav. Ganz*, quem eorum ſequeretur, tandem *Scheriræ* hujus narrationem amplexus eſt, eo quod ille Doctorum Babyloniorum & Academiarum caput, atque Abrahamo illo 150. annis antiquior fuerit. Vide *Ganzium* ad an. 234. qui ſubinde diſſenſionem utriusque commemorat, ſine interpoſita conciliatione. Viciſſim vero *Gedalias* in *Schalſcheleth* & *Abraham Zacuth* in libro *Juchaſin* p. 130. b. *Abrahami Levitæ* in libro Cabbalæ computum prætulerunt, ut proinde de principiis ipſis incerti hæreant potiores Judæorum Chronologi. Ceterum Juchaſin p. 125. b. ex *Abrahamo Levita* teſtatur, Scheriram noſtrum cum filio *Hai* ab inimicis apud Regem Turcarum, delatum, & ab hoc captum, ac deinceps privatum omnibus facultatibus ex altera manu ſuſpenſum eſſe anno ætatis centeſimo. *Bartoloccius*, ubi de noſtro exponit, videtur illam reſponſionem, quam Scheriræ tribuimus, pro ſingulari libro *quæ. & reſponſionum* habuiſſe, cum in plurium numero תְּשׁוּבוֹת appellet, easque lucem vidiſſe dicat *CPoli* & *Vener.* Jam vero ex dictis conſtat, prodiiſſe *reſponſionem* illam unam *CPoli* & *Cracov.* in libro *Juchaſin*, non autem ſeorſim; *Venetiis* vero lucem nunquam vidit, cum non exſtet editio libri *Iuchaſin* Veneta.

R. *Aſarias* in Meor Enajim aliquoties ad epiſtolam reſponſoriam *Scheriræ* provocat v. c. p. 136. a. & 139. b. quæ a noſtra hac non eſt diſtincta.

Eam latine ſe una cum *Seder Olam Rabba & Sutba* editurum promiſit Vir Clariſſimus *Io. Gagnier* in dedicatoria epiſtola *Ioſephi Pſeudo-Gorionidæ*.

2217 בר ששת *filius Scheſchath*, quem nonnulli credunt exaraſſe librum כל בו de quo inter Anonymos ſuo loco ſub כ dicemus. *Plantavitius* n. 103. commemorat בר ששת eique tribuit librum *quæ. & reſponſ.* additque auctorem non ſuo, ſed Patris tantum nomine appellari, eo quod diem ſuum obierit ante, quam magiſterii gradum obtinuiſſet. Sed ille quæſtionum Scriptor eſt *Iſaac bar Scheſchath*, de quo ſupra.

בר ששת v. ſupra R. *Jitzchack bar Scheſchath*.

2218 ר׳ ששת סגי נהור R. SCHESCHAT SAGINAHOR i. e. *cæcus*, quem Bartoloccius ſcribit unum ex illis fuiſſe, quibus *Targum* debeatur, & qui vixerit an. 4045. C. 285. Eidem quoque tribuit ספר לקוטים *librum collectaneorum*, qui Cabbaliſticus ſit & 10. *Sephiroth* explicet. Hunc MS. in B. Heidelberg. exſtare monet ex *Plantavitio* n. 289. qui addit, recenſeri etiam in Catalogo Pragenſi inter libros non editos. At enimvero nullus eſt *Scheſchath*, qui unquam inter auctores Paraphraſium numeretur; unde vereor, ne *Scheſchat* appellaverit noſter quem *Joſeph* dicere debebat: eſt enim *Joſeph Luſcus* (i. e. סגי נהור) cui plerumque Paraphraſis in Hagiographa tribuitur. Ex illo *Scheſchath* hunc, neſcio qua ratione a Bartolocc. confictum eſſe hoc magis credo, quod, quam *Scheſchato* tribuit ætatem, eadem ſit *Joſephi Luſci*: hunc enim anno 4082. C. 325. defunctum eſſe tradit *Ganzius* ad hunc annum.

2219 שת SETHUS, Adami filius, quem Scriptorum variorum auctorem tradunt cum Judæi tum Arabes, inter quæ numeratur:

1) *Aſtronomicus liber* Gr. in Biblioth. Vindobon. MS. de quo *Lambec.* lib. VII. p. 261.

2) *Vaticinium* de ſtella ſub Meſſiæ nativitatem apparitura, de quo Scriptor Operis Imperfecti in Matthæum homilia II.

3) Hæc & plura alia olim a *Gnoſticis* & *Sethianis* (vide Epiphan. hæreſi XXVI. Gnoſticorum c. 8. & hæreſi XXXIX. c. 5.) *Arabibus*, *Æthiopibus*, *Samaritanis* & *Syris* jactari oſtendit inexhauſtæ Vir doctrinæ *Jo. Alb. Fabricius* in Codice Pſeudepigrapho V. T. p. 152. ſqq.

ת

2220 תאודוטיאון THEODOTION *Epheſius*, non gente, ſed religione, ad quem proſelytus acceſſerat, Judæus, teſte *Irenæo* III. 24. de Hæreſ.

Digitized by

Hæreſ. floruit Sæculo a C. N. medio, & novam interpretationem Græcam elaboravit, quæ in eo id ſingulare & quaſi proprium habet, ut ad explum verſionis Aquilæ non nimis ſerviliter Hebræum textum ſequatur, nec more *Symmachi* licentius deſerat, & ad verſionem τῶν LXX. propius accedat. Quod ipſum una cum aliis huc pertinentibus jam monuerunt, qui data opera de eo commentati ſunt, ſpeciatimque Viri eruditiſſimi *Jo. Albertus Fabricius* in abſolutiſſimo opere Biblioth. Græcæ lib. III. pag. 334. ſq. & *Bernardus de Montfaucon* in prolegomenis, inſigni Viri doctrina dignis, quæ *Hexaplis Origenis* diligentiſſime collectis, nec uno Theodotionis fragmento conſpicuis, præmiſſa ſunt. Adde, ſi placet, *Humfredi Hody* egregiam commentationem de Textibus Originalibus libro IV. pag. 579. ſqq.

ר׳ תבון vide ſupra R. *Schemuel f. Iehuda Aben Tibbon*: v. *Iehuda ben Tibbon*: v. *Moſes ben Tibbon.*

ר׳ תדאי חגאי אבהגית R. TADDAI CHAGGAI ABHAGET, Medicus Hebræus, latinum de Metopoſcopia tractatum ſcripſit an. 1561. quem MS. Bartoloccius vidit. 2221

תרכוס הלוי R. TEDACUS *Levita*, vide ſupra טראכוס.

ר׳ תודרוס כהן THEODORUS *Sacerdos*, ex Judæo Chriſtianus, qui deinde nomen habuit *Ludovici Carreti*: vide ſupra לודויק *Carretus*. 2222

ר׳ תימון R. TIMON, ſcripſit quæſtiones in *Ariſtotelis* libros Meteorologicos, ut & in libros de Generatione & Corruptione MS. in B. Vatic. fol. 2223

תודרוס יון THEODORUS JOHN Rabbinus quondam inter ſuos Londini Anglorum, deinde vero ad Lutheranos converſus, & Lond. 1693. 31. Octobr. ſolenni ritu his ſacris initiatus. Hujus converſionis hiſtoria una cum confeſſione fidei, quam edidit, anglice prodiit Lond. 1693. 12. ſex plagg. 2224

ר׳ תודרוס הלוי R. TODROS *Levita*, ſcripſit, teſte Bartoloccio, comm. in Scripturam Sacram, qui ſit quaſi expoſitio tredecim modorum interpretandi Scripturam. Nihil hujuſmodi ab aliis relatum 2225

Ggg gggg memi-

memini, nec ſcio, quo auctore id dicat Bartol. Ceterum ſupra memoravimus quosdam hujus nominis ſub ט.

2226 **ר׳ תם** R. TAM, *Iarchii* nepos; vide ſupra R. *Iac. Tam*, a quo hic non eſt diſtinguendus, quod videri poterat credidiſſe *Bartoloccius*, qui hujus & ſub *Iac. Tam* & ſub *Tam* meminit.

2227 **ר׳ תם בן דוד יחייא** R. TAM ben DAVID JACHIJA curavit editionem CPolitanam JOSEPHI Pſeudo Gorionidæ anni 1510. cui etiam præmiſit præfationem in Veneta edit. anni 1544. repetitam, quam V. C. *Jo. Gagnier* verſioni ſuæ Latinæ *Ioſephi* ejusdem latine converſam præfixit. In limine præfationis ait ſe vidiſſe calamitates, Judæis oblatas, in exſilio ex Hiſpania per expulſorem (qui eſt, ut in margine a laudato *Gagnerio* recte monetur, Ferdinandus Rex Hiſpaniæ A. C. 1492.) quæ etiam cauſa fuit, cur librum iſtum in gentis ſuæ ſolatium iterum in lucem proferret. Monet etiam, ſe eum in certos libros, qui antea non fuerint, diviſiſſe, & ſingulis argumenta rerum præfixiſſe: quod ita puto accipiendum, non quod prorſus non fuerint, (cum ipſe Scriptor ita diviſerit,) ſed quod in priore edit. CPolitana hæc librorum diviſio non fuerit obſervata. Idem, puto, eſt, qui ſupra in Catalogo Grammaticorum ſub דקדוק collocato, ad An. 200. C. 1440. refertur laudaturque a ſcientia linguæ Hebraicæ. Quamvis enim temporis ratio non reſpondeat, aliis exemplis jam conſtitit, Catalogum illum hac in re ſæpe a vero deflectere. Præterea non diſtinguendus noſter eſt a R. *Iac. ben David Iachija*, quem ſupra oſtendimus ex *Schalſcheleth* p. 65. a. in hanc ætatem cadere, & patris ſui תהלה לדוד perfeciſſe. Is nempe pro *Iacobi* nomen *Tam* accepit, eadem de cauſa, quam ſub R. *Iacob Tam* expoſuimus.

2228 **תָּם בן יחייא** TAM fil. JACHIJA, ſecundum ש״י qui a *Bartoloccio* vocatur R. *Tam ben R. Gedalja ben Iachija*, cujus אָהֳלֵי תָּם *tentoria Tam* continet 13. *quæſt. & reſponſ.* pp. 114. fol. quæ exſtant in collectione Scriptorum ritualium ſub titulo תֻּמַּת יְשָׁרִים R. *Benjamin* f. *Abrab. Motal Venet.* 382. C. 1622. fol. editorum apud Jo. Cajan. Forte nec hic diſtinguendus eſt a priore illo *Tam ben David.*

ר׳

ר׳ תנחומא בר אבא R. TANCHUMA bar ABA, diſcipulus R. *Hunnæ Sacerdotis* cujus eſt תַּנְחוּמָא *conſolatio*, ſive, ut alias dici ſolet 2229

יְלַמְּדֵנוּ (p) *docebit nos*, commentarius Medraſchicus in quinque libros Moſis, qui hoc nomine appellatur, eo quod illa voce frequenter utitur auctor, quando ex antecedentibus certas doctrinas proponit. Prodiit liber *CPoli* 288. C. 1528. fol. & cum acceſſionibus (q) variarum explicationum Medraſchicarum ac expoſitione vocum difficiliorum *Venet.* 305. C. 1545. apud *Dan. Bomberg.* item *Veronæ* 355. C. 1595. & *Prag.* 372. C. 1612. ap. *Jac. fil. Gerſon* pp. 195. fol. ac noviſſime *Francof. ad Viadr.* 461. C. 1702. fol. apud *Kelnerum*. Vener. *Theodorus Daſſovius* in dedicat. ad differt. de Reſurrectione Mortuorum allegat edit. *Mantuanam* A. C. 1563. fol. quam doctiſſimus Collega meus *Georg. Eliezer Edzardus*, qui & ipſe habet, *Veneta* correctiorem & pleniorem recte pronunciat. Ad eam enim & Pragenſem edit. varia acceſſerunt, quæ ſemper diſerta admonitione prænotantur, v. c. expoſitio in Paraſchas ויקרא, ושמיני, וצו, וילך, פקודי, ורוב, ועקב &c. una cum explicatione vocum difficiliorum: vide præfationem Eſræ מפאנו fil. *Iſaaci*, cujus curæ hæc editio debetur. In B. Oppenheimeri præter editiones, quas memoravi, omnes exſtant bini hujus libri Codd. MSS. Schabtæus in ש״י ſub *Tanchuma* monet, in *Schalſcheleth* p. 52. b. auctorem vocari R. *Nachman*, qui fuerit filius ex ſorore R. *Moſis Cotſenſis*, cui is tribuat librum הנחמוני. Unde apparet, Schabtæum putare *Tanchuma* & *Nachmani* eundem eſſe librum. Commentarium amplum R. *Abrahami* ben בונט in *Rabboth* & *Tanchuma* MS. exſtare teſtatur ש״י Sic & R. *Jehuda ben Menachem de Lonzano* conſtitutum habuit, commentationi ſuæ, quam inſcripſit שתי ידות, inſerere ſcriptum ſingulare ſub tit. ס׳ תשלומין *liber perfectionum* ſeu *ſupplementorum*, quo ſuppleturus erat ea, quæ in *Rabboth*, *Tanchuma* & *Siphra* non exſtant. Ceterum in hoc Tanchuma quædam exſtare a recentiore manu addita, atque ea ſpeciatim quæ ad *Exodi* XV. 7. de correctionibus Scribarum legantur, & quæ contrarientur doctrinæ veterum, ſtatuit R. *Aſarias* in *Meor Enajim* c. 19. p. 86. ubi eum vocat בעל מדרש ילמדנו idque

(p) Minus itaque recte *Druſius*, quoties hunc librum ad partes vocat, *Ilmedenu* appellat.

que evincit ex duobus exemplaribus MSS. trecentorum annorum, quæ ipſe poſſideat, & in quibus tamen nihil ejusmodi legatur. Judicium Aſariæ latine converſum legere licet in limine *Seder Olam Rabba* cura V. C. *Jo. Meyeri* editi *** MS. exſtat *Tanchuma* in Biblioth. Bodlejan. num. 3757. & 5952. inter Codd. Huntington. n. 206. ut & in Bibl. Oppenheimeri in pergameno fol.

2230 ר' תנחום ירושלמי R. TANCHUM HIEROSOLYMITANUS, Grammaticus & Interpres Scripturæ Arabicus inter Judæos non vulgaris notæ, quamvis paucis cognitus aut viſus, de quo *Eduardus Pocockius* in præfat. ad comment. in *Joelem* d. 4. b. ita: *Reperiet præterea benignus Lector allegatum quendam nomine R. Tanchum Hieroſolymit. qui minus hactenus innotuit, quia nihil unquam ex ejus ſcriptis eſt vulgatum, licet non minus ea digna ſint, quæ edantur, quam quorumvis aliorum, quia in multis locis plus auxilii fert ad textum intelligendum, quam ullus alius. Notas ſcripſit Arab. lingua in totum vetus inſtrumentum (ipſo declarante) quamvis eas non contigerit mihi videre, niſi in quosdam libros, quippe tantum ea, quæ in Prophetas, excepto Jeſaia, ſcripſit, in manibus meis verſantur. Quo tempore vixerit, me latet, id tantum apparet, poſt Moſen Maimonidem ſcripſiſſe, quem ſæpe citat, & in plurimis ſequitur.*

In B. Bodlejana varii hujus commentarii Arabice ſcripti exſtant, v. c. n. 6349. inter Codd. Huntingtonianos n. 603. comm. in Prophetas poſteriores, comm. in *Jerem. Ezechielem* & XII. Prophetas ibid. Arab. fol. n. 5355. inter *Pocockianos* n. 28. & iterum in *Prophetas poſteriores* ib. n. 34. Comm. *in legem* n. 5913. inter Huntington. n. 167.

Præter hos commentarios ſcripſit etiam Lexicon Talmudicum ſub tit. *Murſed* quod exſtat Arab. in Bodlej. 4. n. 5428. inter Pocockianos n. 101. iterumque ibidem n. 102. voluminibus tribus & ejusdem epitome n. 103. Duobus voluminibus idem comprehenditur inter Codd. Huntingtonian. n. 196. 197. & 615. Hoc dictionarium paſſim ad partes vocat eruditiſſimus *Pocockius* in commentariis ſuis, ſpeciatim vero præfat. in Joelem ait, in eo non tam Scripturæ S. quam *Miſchnæ* voces explicari. Idem ſubinde laudat *Guiſius* in notis ſuis ad Codices Miſchnicos.

Ejusdem *Critica Legis* ſive Synopſis Juris Judaici Hebraic. MSS. n. 6016. inter Huntingtonianos num. 270. quemadmodum inter eosdem num. 207. recenſetur Philoſophia Naturalis R. Tanchumo Hieroſolymitano illi, neſcio, an priori, filio *Aba*, falſo adſcripta.

תרגום

Digitized by Google

תַּרְגּוּם i. e. *Chaldaica Paraphraſis.* Animus hic erat, de paraphraſibus, quæ exſtant, variis, earumque auctoribus differere: ſed cum & per anguſtiam temporis id fieri non poſſit, & pleræque earum ab ignotis auctoribus profectæ ſint, argumentum hoc ad Anonymos rejicietur.

תרפון TARPON vel TRYPHON, R. *Akiba* præceptor, vel 2231
ſecundum alios ſocius, de quo inter Miſchnicos ſuo loco dicemus.

תשב"ץ titulus libri, quo per literas initiales indicatur nomen auctoris, quod alii per תַּלְמִיד שְׁמוּאֵל בַּר צָדוֹק i. e. *diſcipulus Samuelis fil. Zadock*, alii per תַּלְמִיד שִׁמְעוֹן בַּר צָדוֹק i. e. *diſcipulus Simeonis bar Zadock*, qui uterque fuerunt diſcipuli R. *Meir Rotenburgenſis*, ut in titulo ipſo monetur. Uter igitur horum fuerit, ea alteruter hic de ritibus & conſvetudinibus variis collegiſſe putatur, quæ ex præceptore ſuo perceperit. Refert hæc ש"י additque in *Zemach David* p. 59. (ad A. C. 5151.) explicari per: תשובות שמעון בר צמח דוראן i.e. *quæſtiones R. Schimon fil. Zemach Duran.* Prodiit liber *Cremonæ* 316. C. 1556. in 4. apud Vincent. Conti pp. 55. MS. quoque habet R. *Oppenheimerus.* Hujus inſcriptionis binos habet Codices MSS. Nobiliſſimus Uffenbachius, de quibus Cl. Majus diligentius commentabitur.

F I N I S

Emendanda & Addenda potiora.

PAg. 13. n. 31. verſio illa non eſt *Eduardi Pocockii* Patris, ſed filii ὁμωνύμου

p. 22. n. 42. Abraham ille non eſt diſtinguendus ab *Abrab*, de quo n. 104.

p. 48. n. 8. lege קבלת הרא״בר.

p. 56. in notis dele ז״ל B. Cl. Schudtii nomini neſcio quo vitio præmiſſum. Vivit enim Vir doctiſſimus, & longa, quam ipſi ex animo apprecamur, vitæ digniſſimus, qui & nobis in hac opera opem liberaliter præſtitit.

p. 82. l. 7. lege ס׳ הַטְּעָמִים

p. 92. l. 22. pro *Virmiſanæ* lege *Vormatienſis*.

p. 93. l. 16. editio CPolitan. non in 8. ſed 4. forma exſtat plagulis 32. comprehenſa.

p. 95. n. 139. Auctor ille non debet vocari בן עזה ſed בן עזה, quod nomen in titulo ipſo legi.

p. 108. lin. penultima lege: אמרי שפר

p. 120. circa notas obſerva, me in Catalogo MSS. Oppenheimeriano, quem non ita pridem nactus ſum, vidiſſe memorari ſcripta Karæorum ſequentia: בן ערן, תשובת הקראים, מנהג הקראים, מורה אהרון, מצורת יהודה R. *Said bar Jepheth* ס׳ מבחר R. *Aaronis b. Ioſeph* & אשכול הכופר R. *Jebuda Abel*.

p. 125. n. 192. pro *Vermiſana* lege *Wormatienſi*.

p. 127. n. leg. שַׁעַר הַטְּעָמִים exſtat tantum in edit. Biblior. Rabbin. prima a Bombergio curata, & diſtinguenda eſt a שער הנגינות quæ in calce Bibl. Buxtorfian. legitur.

p. 151. l. 2. בעל שם denotat potius *Cabbaliſtam Practicum*, quod alibi oſtendam.

p. 163. *Elias* ille *Montalto* fuit omnino Judæus, & obiit 1616. 16. Februar. Lege R. Dan. Levi de Barrios in Vita *Iſaaci Uſielis* p. 37. & *Menaſſe ben Iſrael* in Spe Iſraelis p. 96.

p. 165. lin. 7. lege *Hamburg*. 449. C. 1689. 8. pagg. 128.

p. 167. n. 259. *Elias* ille *Kaidainenſis* vocari debet *Elias ben Arje Löw* Cobrinenſis: liber ipſe prodiit *Hamb.* 1715. 4. pp. 74. apud *Thom. Roſe*.

p. 164. ubi verba: *Inprimis autem celebrantur* &c. non de *Elia* ben Schemuel Tibbonide, ſed de *Samuele Tibbonide*, illius Parente, accipi debent.

p. 183. n. 301. lege אליקים & pro שם טוב lege טוב שם.

p.

p. 199. quæ lin. 7. ſq. leguntur ea emenda ex p. 910.
p. 203. l. 8. *ad Rhen.* leg. *ad Mæn.*
p. 210. l. 4. ez Jeſ. XVII. ſcribe ex *Judic.* VIII. 2. huc enim ſe reſpexiſſe auctor ipſe in præfat. teſtatur.
p. 212. l. 22. אריד. lege אריה
p. 220. numerum 8. cum 10. junge, & ibid. n. 9. cum 15.
p. 222. l. 24. pro הוהגת lege הנהגת.
p. 225. l. 21. pro לחס lege לחם.
p. 230. in not. l. 6. pro *Seniſe* lege *Senis ſe*
p. 235. n. 375. R. *Bechi* lege *Bechai*.
p. 237. l. 11. *olim* lege *alia.*
p. 238. l. 7. מרגליות
p. 247. l. 11. *ben Jechiel* lege *ben Jechaja.*
p. 249. in not. l. 3. pro *in notis* lege *& notis.*
p. 264. n. 415. אלידו lege אליהו
p. 269. l. 2. lege חֲבֵרוֹ pro חִבֵּרוֹ
p. 288. n. 468. idem hic eſt cum David Lida, de quo n. 504. ibidem l. 13. lege עיר דוד
p. 292. l. 25. lege צֶמַח
p. 317. l. 6. *domeſticum* leg. *auditorem.*
p. 325. n. 516. Pardo, qui *Schulchan Aruch* edidit, non eſt idem cum eo, qui convertit librum *Chovat hallevavoth*, ſed illius potius nepos, quod alias fuſius oſtendam ex *Dan. Levi de Barrios* Vita *Iſaaci Uſielis* p. 35. & ejusdem *Arbore Vitarum* p. 92.
p. 328. l. 9. pro חרעות lege הרעות
p. 330. l. 7. quæ ibi conjectura aſſecutus ſum, ea certa eſſe alias oſtendam.
p. 334. l. 15. poſt *Triumphum regiminis* excidit *popularis* i. e. *Democratiæ.*
p. 337. l. 24. pro ס' האגודה lege ex eodem Catalogo, quem Hebraicum a Cl. Ungero nactus ſum אגרון.
p. 338. l. 3. pro *Korſich* lege קריש *Kariſch.* l. 7. pro הלחברות l. המחברות l. 15. pro הרקחה l. הרקמה l. 18. pro האסף l. המאסף l. 23. pro *f. Gabriel* l. *fil. Gavirol.* l. 25. pro שיחה שתולה l. שירה שקולה.
p. 339. l. 14. *perſecutio* leg. *perfectio.* l. 17. lege ס' הַשָּׁלֵם *liber perfectus.* l. 32. in Catal. Heb. ſcribitur: R. *Ioſeph. fil. Ioſedec.* l. 34. lege *Benbenaſte*
p. 345. l. 6. *Samueli* leg. *Salomoni.*

p.

Digitized by Google

p. 351. l. 17. lege הלל הנשיא l. 25. lege *Leopolin.*

p. 356. l. 2. leg. R. *Chajim ben Benjamin Bochner.* l. 8. lege דְרוּשׁ עַל הַנְשָׁמָה

p. 360. l. 7. pro *Snovel* lege *Sanvel*, quod eſt cognomen *Samuelis.*

p. 366. l. 24. *medio* lege *incunte*: obiit enim circa an. 385. C. 1625. quo vixit *Imman. Aboab*, qui eum ſua memoria defunctum ſcribit p. 310. Nomologiæ.

p. 378. l. 28. lege A. C. 1708.

p. 394. l. 20. dele punctum poſt: *auctor eſt.*

p. 400. pro בן עויאל lege בן עוזיאל

p. 401. l. 3. *Ven.* 5348. lege 5368. C. 1608. quod alibi oſtendam.

p. 402. l. 14. leg. הבררשי.

p. 405. l. 26. תבנית lege תכנית

p. 412. l. 16. liber ille recte tribuitur R. *Iehuda Löw*, cujus nomen in ipſo titulo exſtat.

p. 420. in not. l. 2. pro *accidantur* l. *accendantur.*

p. 451. n. 764. in titulo libri lego: בית העוזיאלי

p. 453. l. 5. lege ס׳ שָׁרָשִׁים

p. 458. l. 16. lege R. *Iehuda fil. Schaul*, & l. 25. pro *Schemuel* iterum l. *Schaul.*

p. 460. l. 15. lege קְצוּר מָרְדְּכַי

p. 467. l. 15. pro ab an. 339. ad 399. lege 391. ad 399.

p. 466. l. 11. lege שפע טל

p. 491. l. 5. lege שליח צבור

p. 493. l. 23. *Gembrardus* leg. *Genebrardus.*

p. 516. l. 24. pro *verſio* leg. *recuſ.*

p. 548. Joſephum illum Græcum hebraice converſum MS. habet R. Oppenheimer, in quo etiam teſtimonium de Servatore noſtro Sanctiſſimo ſibi lectum eſſe mihi Iudæus quidam adfirmavit.

p. 555. n. 955. l. 3. lege בקשה

p. 559. lin. ult. ubi edit. Berol. τοῦ *Schulchan Aruch* de anno 459. recenſetur, id quod tantum de ordine *Orach Chajim* & *Iore Dea* accipiendum eſt, quem utrumque ſecundum ordinem alphab. cum comment. ſuo edidit R. *Iekutiel Kofman.*

p. 560. l. 12. lege *Cracov.* 406. C. 1646.

p. 567. l. 15. lege בחינת הדת

p. 582. l. 14. leg. חשן משפט.

p.

p. 585. l. 6. lege לקוטי

p. 599. l. ult. leg. דברי אגור prod. Venet. 1604. in 4. pp. 16.

p. 602. n. 1064. lege מבית לוי

p. 609. l. ult. lege: Berol. 457. C. 1697. 12.

p. 612. n. 1099. illa *Iac. Kapel* vel ut Judæi pronunciant, *Koppel* (eſt enim cognomen *Iacobi*) non diſtinguendus eſt ab illo *Iacobo*, de quo n. 1119. quod alibi fuſius oſtendam. Liber ejus עמק הלכה recuſus eſt *Amſt.* 1710. 4. pp. 37.

p. 618. Hic *Iac. Antoli* non eſt diverſus ab אנטולי de quo ſupra n. 334.

p. 619. n. 1124. Liber *Hechal hakkodeſch* eſt omnino R. *Moſis Maimonidæ Albas*, *Iacobo Scheſchportas* autem editionis & præfandi cura tantum tribuenda eſt, quod inſpectio libri me docuit.

p. 621. n. 1129. lege יפת הלוי

p. 625. l. 20. recte dicitur *Mantuana*, quæ conſtat pp. 116.

p. 626. l. 1. lege CPoli 298. C. 1538. quem annum habet ש"ר & liber ipſe, paginis 172. conſtans, exhibet.

p. 643. n. 1146. lege תולדות יצחק ſunt conciones in *Pentat.* pp. 127.

p. 646. n. 1153. ſcribi debebat יצחק עזיאל de quo alias fuſius dicemus.

p. 680. l. 19. lege פתיחת הלב.

p. 690. l. 9. non eſt *Mantuana*, ſed *Cracov.* quam ipſe vidi pagg. 81.

p. 697. l. 8. ſcribe: Berol. 1699. & 1700. 12. 2. tomis. ib. l. 27. leg. עין oro עיר

p. 698. l. 9. lege *ex officina Uri* &c.

p. 701. l. penult. prodiit illa collectio Hanov. 1715. ſub tit. *Clavis Talmudica Maxima* in 4. alphabetis 4.

p. 705. l. 14. l. הלולים & l. 19. נָוִי

p. 706. l. 18. pro *ſe* lege *ſi*.

p. 708. n. 1301. vidi librum *Venet.* an. 423. C. 1663. 4. pp. 120. ex offic. Bragad. per *Laur. Pradotto* editum: liber eſt *quæ. & reſpp.*

p. 719. n. 1333. pro סימאן in titulo libri ipſius legitur סוסאן de libro ipſo alias dicam fuſius.

p. 727. n. 7. Vidi deinde aliud ejusdem editionis exemplum, ubi comm. in lib. *Ruth* legebatur.

p. 730. l. 19. prodiit lib. in folii forma, paginarum 328.

p. 731. l. 14. lege ס' מפתח

p. 745. l. 8. lege הברית Ibid. l. 17. liber *Maſoreth habberith Gadol* recte deſcribitur a ש"ר: conſtat pp. 102.

p. 751

Digitized by Google

p. 751. l. ult. lege מאיר תהלים
p. 752. l. 9. lege הגהות
p. 768. l. 27. lege טַעֲמֵי הַמִּצְוֹת
p. 769. l. 4. prod. *Ven.* in 4. pp. 232. ap. *Jo. de Gara,*
p. 783. l. 8. excidit titulus Hebr. מִקְוֵה יִשְׂרָאֵל
p. 790. l. 18. ed. Riv. Trid. 319. non in fol. ſed 8. prod. ſub tit. סימני וקצורי מרדכי pp. 176.
p. 800. l. 21. Liber מטה משה non recuſus eſt *Berolini*: nam qui ibi editus eſt, inſcribitur ברית מטה משה, quod eſt ſcriptum R. *Moſis f. JeſaiaWengrovienſis*, de quo alias dicemus.
p. 809. l. 20. lege רֹב פְּנִינִים *multitudo margaritarum.*
p. 815. l. 9. recte adfertur an. 368. quo apud Io. de Gara pp. 192. prodiit.
p. 817. n. 1540. hic idem eſt cum *Moſe Chapbetz*, de quo infra.
p. 822. l. 13. *bujus* lege *bunc.*
p. 823. num. 1555. idem eſt cum num. 1540.
p. 829. l. 9. דְּרַשׁ מֹשֶׁה pro דרש prod. liber an. 345. pp. 70.
p. 842. l. 8. leg. הברכות & l. 10. המילה
p. 844. l. 1. pro *Marpurg.* leg. *Heidelberg.* l. 3. prod. *Heidelb.* 1672. 4. latine tantum cum notis diffuſis, ita ut paginas habeat 146. cum longa præfatione de Juramentis Judaicis. p. 846. l. 7. lege הַטּוּמְאוֹת p. 878. n. 15. lege סִדְרֵי p. 886. l. 1. leg. מַפְתֵּחַ p. 890. l. 7. poſt *Cracov.* 407. C. 1647. 8. excidit: & antea *Venet.* 347. C. 1587. 8. Ibid. l. 30. poſt C. 1592. fol. excidit: apud *Iſaac. b. Aaron Proſtitz* quod l. 31. eſt delendum. p. 895. l. 14. pro *Salom.* lege *Simeon.* Lublinenſ. editio eſt anni 357. p. 899. l. 3. lege מַרְפֵּא p. 900. lin. penult. lege סֵפֶר p. 938. l. 25. poſt Exod. XII. 16. lege: *comm. in Ruth &* &c. ibid. l. 27. מרכות p. 945. l. 20. dele *Pandectarum.* p. 951. l. 34. Vidi ego *Immanuelis* bar *Jacob* comm. in Proverbia Salom., Jobum, 5. Megilloth, Danielem, Eſram & libb. Chronic. ſine loco (quem *CPlin* ſuſpicor ex typis) & anno edit. in 4. Volumen eſt 4. digitorum craſſitiem æquans, & textum Sacrum punctatum exhibet: liber rariſſimus. Hic itaque forte illi, de quo n. 1792. diximus, acceptus ferri debet. p. 1002. n. 1879. hic ab eo, de quo n. 1867. egeram, non eſt diſtinguendus. p. 1003. l. 17. lege מקנה אברהם. p. 1011. l. ult. leg. ראשית חכמה p. 1019. l. 5. lege שֶׁפַע p. 1042. n. 1961. lege אלעמי p. 1055. l. 23. leg. יְקוּר p. 1085. n. 2035. pro *Scbarga* l. *Scbraga.* p. 1106. l. 16. l. אוהל יששכר p. 1123. l. 24. lege A. C. 1675. pro 1657.

Digitized by Google

Series librorum, qui prorſus deſiderantur in Bibliotheca Oppenheimeriana, ubi numeri præmiſſi reſpondent numeris in שפתי ישנים

43. אגרת הטעמים ר״י ספורנו
95. אור חדש
110. אור עינים
117. אמרות טהורות
50. בית אלהים
70. בית נאמן
35. דרך יהוה
45. דרכי הוראה
60. דרשות גדליה
63. דרשות גלנטי
28. הלל חמרה
31. הנהגת דברית
9. ועד לחכמים
24. זכרון תורת משה
31. זעקת סדום
36. ס׳ החיים
13. יהודה יעלה
50. יסוד אמונה
3. כבוד אלהים
20. לוחות אלפרגני
46. לקח טוב
57. לשון הזהב
58. לשון זהב
22. מאזני משקל
37. מבצר יצחק
96. מהררי נמרים
106. מוסר השכל
120. מזבח הזהב
227. מספר דברי שלמה
156. מענה רך
276. מפתחות הגמרה
278. מפתח להרמב״ם
195. מקוה ישראל
מקהיל קהלות
31. ס׳ הנפש
33. סליחות
36. סמיכות זקנים
44. ספרא עם פיר׳ הרא״בד
91. עשר יריעות
101. עשרת הדברות
79. פירוש על איכה
73. פירוש על משלי
21. קול יונים
20. קול ישועה
46. קערת כסף
53. קצור יוסיפון ל״א
57. קצור משנה תורה
66. הקירוב והישר
8. ראש יוסף על סדר זרעים
41. רפואת אברהם נחמיאש
65. ש״ת ר״ש מנורצי
78. שארית ישראל
92. שושן סודות
112. שירים וזמירות
195. שמות דברים
171. שער השם
8. תהלה לדוד
53. חומש
73. ישעיה וירמיהו עם פיר׳

Horum librorum certæ tantum editiones, in eadem Biblioth, deſiderantur.

אוהל יעקב ed. פרעזין
אילה שלוחה על התורה
אלדד הדני ed. CPolit.
אורח חיים CPolit.&Cracov.
אשת חיל Venet. 375.
בן המלך והנזיר Ferrar.
בן סירא Isnæ 302. & Amſtel. 420.
בחור Romæ.
בחיי Piſauri 274. & iterum.
דברי הימים CPoli.
ס׳ דקדוקי׳. Aug. Vindel. 281.
דרך אמונה CPoli.
דרכי נועם דקדוק CPoli.
הנהגות הרא״ש Venet. 339.
הרכבה Rom. 279. & Baſil.
חזות קשה Venet.
חית קנה Prag.
חיי עולם germ. Friburgi.
הלקת מחוקק Prag. 374.
טוביה Iſnæ.
טורים ſine בית יוסף Cracov. & Pragæ.
טורים cum Beth Joſeph *Sabion 313. & 319. & 349.*
יוסיפון CPoli.
ייחוס הצדיקים Veronæ.
יסוד אמונה
יפה נוף שיר השירים Venet.

ס׳ יצירה Prag.
כוזרי ſine com. CPoli.
לב טוב Prag. 401.
מאמר מרדכי Venet.
מאמר תחית המתים Venet.
מגלת ספר או מגלת הכתבים Mant.
מהלך Baſil.
מורה צדק CPoli.
מחזור Lublin. 339. Cracov. 318. & Wilmersd. 430.
מלחמת חכמה והעושר Venet.
מלחמת יהוה Venet.
מליץ יושר Lublin.
מנחת נתן שטערנב׳ Venet. 386.
מענה לשון Amſtel. 435.
ס׳ המעשה germ. Prag.
מציל נפשות Prag.
משניות Venet. *326*. & *369*
משפט צדק part. 2.
מתורגמן Venet. & Colon.
נפתולי Cracov. 310.
עבודת הקודש ר׳ גבאי Venet. & Mant.
עקרים Arimini.
ערוך CPoli.
פטירת משה CPoli 278.
פרדס Theſſalon.
פרקי שירה Venet. germ. Cracov.
פתרון חלומות CPoli.

צאינה

צאינה וראינה	Baſil. & Prag.
רבינו ירוחם	Venet. 309.
שאל' ותשוב' מהר"יק	CPoli.
שאל' ותשוב' מה"ריל	Sabionet.
שלחן ערוך	Venet. 325. & Cracov. 338.
שיר התנצלות	Lublin. 308.
שמוש תהלים	Lublin.
שערי גן עדן	Venet.
שערי דורא	CPoli.
שלשה דברים	Latine.
תנ"ך פריצול	Venet. 283.
תולדות אהרון	Venet. 343.
תהלים בחרוזות	Prag.
תפלה עם פירוש	Cracov. 366.

Index Titulorum librorum omnium, qui in hac Bibliotheca citantur, ubi numeri non ad paginas, ſed ad nomina auctorum referuntur, quibus interdum paginæ accedunt, ſi auctorum notitia per aliquot paginas diffundatur.

א

אב ואם	717.
אבודרהם	471.
אבי אסף	278.
אבי העוזרי	278.
אביר יעקב	493.
אבלות	726.
אבן בוחן	1677. 1892. 2157.
אבן יעקב	1059.
אבן ספיר	311.
אבן העזר	294.
אבן הפילוסופים	1753. p. 933.
אבן שועיב	794.
אבק סופרים	146.
אבקת רוכל	33. 1420.
אבר מן החי	1422.
אגרות התלמוד	1024.
אגורה	363. p. 226.
אגרת בראשית	1434. p. 766.
אגרת שמואל	2046.
ס' אגור	1048.
אגרון	1753. p. 933.
אגר' אהבה	1068.
אגרת ארחות עולם	117.
אגרת בעלי חיים	1892.
אגרת גאולת עולם	1557.
אגרת על גלגול הנפש	648.
אגרת הדבקות	39. p. 20.
אגרות דופי הזמן	1251
אגרת הנהגת הגוף והנפש	1251.

Digitized by Google

א

אהבת ציון 118
אהבת עולם 1948
אהבה בתענוגים 1619
אהל יעקב 1119
אהל יששכר 2091
אהל מועד 104. p. 68. 374. p. 235. 501, p. 319. 1952.
אהלי קדר 1936
ס' האויר 356. p. 226.
ס' האולם 1687. p. 909.
אוצר חיים 1060. 1612. p. 877.
אוצר יהודה 917.
אוצר כבוד 661
אוצר לשון הקודש 915. p. 543.
אוצר המצות 1252.
אוצר נחמד 653. & 1570.
אוצר עניים 636.
אוצר רב 501. p. 319
אוצרות חיים 697. 1227. p. 673.
אור הדרשנים 1060
אור זרוע 1187.
אור חדש 602. 700.
אור חיים 901. 2116
אור חמדה 1531.
אור יהודה 644. pag. 378. 1678. 1763.
אור יקר 1642.
אור ישר 1865.
אור ישראל 602. 1309. 1315. & 1396.
אור עולם 254. p. 164. 888. 1950.
אור עולם-בתכונה 935.
אור עינים 251.
אור עמים 878. p. 527. 1763.

א

אגרת הויכוח 2155.
אגרת לחכמי מרסיליה 1594. p. 860.
אגרת החליצה 37.
אגרת החמדה 1612.
אגרת חמודות 243.
אגרת הטיול 604.
אגרת הטעמים 176. 1089.
אגרת הכימה 1337.
אגרת הנהגת הגוף והנפש 2155
אגרת להמאור הגדול 1594. p. 861.
אגרת המוסר 286. 356. p. 221. 776. p. 455. 777. 1612. 1892. 1961. 1978.
אגרת מליצות 2020.
אגרת הסודות 1687. p. 908. 1809
אגרת פורים 1355.
אגרת הפטירה 12. 611.
אגרת הקודש 1612. p. 877.
אגרת הרמבן 1612.
אגרת שבת 110. p. 78.
אגרת שלום 961.
אגרת שמואל 2036.
אגרת תימן 861.
אגרת התשובה 677. 837. p. 488. 1126.
אדון חסדיך 740.
אדם ישר 1227. p. 674.
אדם קדמון 1227. p. 674
אדם שכלי 2190.
אדרת אליהו 237. 238. | 255 p. 166. 260. 1337. 1907.
אדרת השם 316.
אהב משפט 1282. 2187
ס' אהבת 1594. p. 841

אור

א

אלפסי 1207
אם הילד 766
אם כל חי 1447. p. 772
ס אמונה 374. p. 235. 967 1753. p. 933
אמונה רמה 69. p. 44.
אמונה והבטחון 1612. p. 877
אמונת היהודים 1744
אמונת המשיחים 1744
אמונת שמואל 200
ס' אמונות 1394. 1517. 2156
אמונות והדעות 1753. p. 933
אמרות טהורות 53. 390
אמרי בינה 1328. 1773
אמרי נואש 2009
אמרי נועם 180. 912. p. 540. 972. 1036
אמרי שפר 168. 242. 573 1709. 1710. 1716 1377
אמרת אלה 2046
אמת ואמונה 1192
אניות סוחר 1285. p. 697
ספר של ר' אנשל 338
ס' אסופות 248
אסור והיתיר 1184. 1722
אסירי תקוה 951
אסף המזכיר 573
אספמיאה 339
אפחאם על יהוד 2125
אפריון שלמה 166. 1712. p. 918 1948
ארבע טורים 81. 1023
ארבעה מטיבי לכת 1918

א

אור צדיקים 1383. 1392.
אור קדמון 490. 1549
אור שבעת הימים 1389.
אור השכל 45. 55.
אור תורה 205. 1434.
אורח חיים 1773. p. 945. 1015
אורח סלולה 1160.
אורים ותומים 50. 1386. 1446. 2093.
אורך ימים 2082.
ס' האושרים 451. p. 279.
אות ואמת 1204. 1372.
אות הברית 1440.
אות נפש 1348. p. 728.
אותות העליונים 356. p. 220.
אותות השמים 2075.
אותיות 1753 p. 933.
אותיות הסתר והמשך 708. p. 424.
אותיות של עקיבא 1801.
אותיות חרפיון 836 p. 488.
אותיות השמים 28. 976. p. 567.
אזהרות 1431. 1966
אזני יהושע 789
אחר 110. p. 83
איומה כנדגלות 1154
ס' אילים 975
אילנא דחייא 602
אילת אהבים 1955. 1962. 2166
אילת השחר 1483
אילה שלוחה 1710
איש חמודות 514
אלה תולדות אדם 418
אלמנאק 163. p. 106
אלף המגן 1532. p. 816

א

ארחות עולם 117
ארטום הזב 351
אשכול 93
אשכל הכופר 682. 1553
אשל אברהם 152
אשלי רברבי 1926
ס' אשרי 363. p. 226
אשת חיל 78. p. 56

א

ארון הברית 1924
ארון העדות 702. p. 422. 713 1139. p. 626
ארח לחיים 346
ארח מישור 818
ארחות חיים 186. 271. p. 172 602
ארחות יושר 410. p. 257. 1546
ארחות משפט 1396. p. 714

ב

ביאור 1067. p. 604. 1156. 1311. 1348 p. 729. 1533. 1612. p. 877. 1683. 1763. 2000
ביאור גדול 1431.
ביאור התפלות 756.
ביאורי יפה 1482. p. 793
בינה לעתים 1775.
בית אבות 1580.
בית אהרון 202.
בית אל 503. 521. p. 328.
בית אלהים 191. 1521. 1557. 1614. 2008. p. 1079.
בית דוד 493. 501. p. 319.
בית דוד ושלמה 2014.
בית דין יפה 2086.
בית דין שמואל 2115.
בית הילל 554.
בית חדש 799.
בית יהודה 692. p. 414. 760.
בית יהוה 1396.
בית יוסף 962.

בא גד 1522
באר אחרת 975. p. 569
באר הגולה 700. p. 419. 1636
באר היטיב 1510
באר התורה 1510
באר מים חיים 628. 1059. 1397 1394
באר משה 1582
באר עשק 1927
באר שבע 201. 403. 975. p. 569
ס' בבא 249. p. 155
בגדי אהרון 192
בדק הבית 188. 962. p. 558 1945. p. 1034
ס' בהיר 1687
בהמות טרפות 726.
בחור 249. p. 154.
בחורי חמד 1930
בחינת הדת 261. 975. p. 567.
בחינת עולם 677
ס' הבחירה 1459
בטוחות חכמה 975. p. 569.
ביאור 147. 139. 249. p. 154. 374. 929.

בית

ב

בעלי אסופות 412.
בעלי חלומות 1100.
בעלי החיים 356. 220. 411.
בעלי הכפל 708. p. 425.
בעלי הנפש 70. p. 48.
בעלי הרפיון 708. p. 425.
ס' בראשית 788.
בראשית רבה 546.
ברוך שאמר 1132. 2204.
ברותות 546.
ס' הברית 96. 268. 967.
ברית אברהם 71. 139. 161.
ברית המנוחה 96. 627.
ברית הלוי 236.
ברכי נפשי 375. p. 238. 465.
ברכת אברהם 159.
ברכת הזבח 200.
ברכת יהוה 1712. p. 918
ברכת ישרים 1273. p. 693
ברכות מהרם 1394.
ברכות המזון 1523. p. 810
ברכת הנהנין 158
ברכת נפתלי 125
ברכת המינים 2136. p. 1119
ברכת שמואל 200
ברנטספיגל 1544
בשם קדמון 1631
בשמת בת שלמה 975. p. 569
בשר על גבי גחלים 1126. 2095.
בתי הנפש והלחשים 1344
בתי שלום 1936

בית יעקב 1042. 1044. 1116. 1118.
בית ישראל 793. 1042. 1313.
בית הכנסת 1898.
בית לוי 1271. 1301.
בית לחם יהודה 692. p. 414. & 1042.
בית מדות 110. p. 81.
בית מועד 1440. & 1945.
בית נאמן 1241.
בית נתיבות 1945.
בית העוזיאלי 764.
בית השם 1859. 1962.
בית שמואל 2035. 2129.
בית השערים 1496.
בית פתלה 602.
בכורי' ומתנות כהונה 1594. p. 844.
בכושרות 345.
בן ארבעה לבינה 163. p. 106.
בן דעת 219.
בן זקנים 738.
בן יוסף 885. 960.
בן המלך והנזיר 79. p. 58.
בן משלי 2119.
בן פורתא 889. p. 531.
בן פורת יוסף 936.
בן שמואל 2103.
בני שמואל 2060.
בנין שלמה 1973.
בעל הטורים 1023. p. 584.
בעל הלשון 852.

ג

גאון יעקב 1517
גבורת אנשים 1926
ס' גאולה 1612. p. 877
גאולת הגר 1394.

גבורות

ג

גלא רזיא 42. 194. 826. p. 483.
ס' גלגולים 483. 1227. p. 673, & 674
גלוי 967
גלורת והפרורת 91. a.
גלילות ארץ ישראל 460
ס' הגן 1164.
גן המלך 1337. 1712
גן נעול 976. p. 567
גן ערן 178. 1021
גנזי המלך 1220
גנת אגוז 874
גנת ביתן 1380
גפן יחידית 566
גרושין 1642. p. 890
גרם המעלות 786.

ג

גבורות השם 700. p. 419
גביע כסף 917
גבעת בנימין 397
גבעת המורה 831. 909
גבעת עולם 903
גבעת שאול 1918.
גדולי תרומה 1775
ס' גדליה 451. p. 278
גדלת מרדכי 419.
ס' גדרים 1426. 1449
גולרת יהודה 692. p. 413
גור אריה 700. p. 419
גורל טוב 768
גורלות 110. p. 84. 211. 222
גורן נכון 1966. p. 1045.
גל של אגוזים 1427

ד

דברים נחמדים 1523
דברים עתיקים 1317
דברים שבקדושה 1448. p. 774.
דגל אהבה 2039
דור מרדכי 1498
דור הפלגה 517
דורש משפט 2013
דיני דחייא 603. p. 370
דינים 403. 433. 1057. 1457.
דיני השחיטה 178. p. 116
דל שפתים 1955
דמיון אריה 1362
דמשק אליעזר 297
ס' הדעות 1594. p. 841
דעת חכמה 748
דעת עליון 980
דעת הפלוסופים 2075. 2155

דבק טוב 2168.
דבר טוב 469
דבר שמואל 2083
דברי אגור 1056
דברי דוחן 523
דברי זכרון 971
דברי חכמים 748
דברי הימים 451. p. 278. 710 897. 917
דברי נבא 1688.
דברי נועם 586. p. 363
דברי נחמיה 1689
דברי ריבות 1276
דברי שלום 1276. 1957
דברי שלומה 1994. 1967. p. 1050
דברי שמואל 2062. 2143
דברים טובים 1523.

דקדוק

Digitized by Google

ד

דקדוק צחות לשון 604
דקדוק לשון הקודש 1831.
דרוש אדם קדמון 975. p. 568
דרוש על הנשמה 567
דרושים 1152. 1227. p. 673
דרושים שונים 1337.
דרישה ופרישה 793
דרך אמונה 60. 1374. 2140
דרך אמת 492. 1227. p. 675
דרך ארץ 1434. p. 766
דרך חיים 700, p. 419. 878 1435. pag. 766 2079
דרך חכמה 748
דרך יהוה 1501
דרך ימין 937.
דרך הישר 995. 1085. 1302 1514
דרך ישרה 1713
דרך הנשר 538
דרך עץ חיים 288 1227. pag. 673. & 675.
דרך תמים 972
דרכי הוראה 831. p. 485
דרכי יהוה 1955.
דרכי משה 1515.
דרכי נועם 451. p. 279. 586 1550. 1955.
דרכי הנקוד 1045
דרכי קהלת קודש 2037
דרכי התלמוד 1264. p. 689.
דרכי התשובה 716. p. 482
דרוש שמואל 2129
דרש 1576
דרש משה 1518
דרש הרמבן 1612. p. 877.
דרשות 451. p. 278. 700. p. 419. 709. 1531 1591. 1594. p. 862. 1703. 2004. p. 1077. 2038. 2079. 2098. 2156
רת הנשים 837. p. 489

ה

הבל הבלי חלד 697. p. 402
הגדה של פסח 692. p. 413. 820. p. 477
הגהות 139. 1603
הגהות מימוניות 1387. 1393. 1394.
הגיון 6. 101. 110. p. 81. 1594. p. 862. 1668.
הגיון הנפש 75. p. 53
הדרת זקנים 1773
הדרת הקדש 3. 1209.
הואיל משה 1510. 1522.
ס׳ טהויה 356. p. 220.
הורית הקורא 1442.
היכל יהוה 990. 1106
היכל הקודש 1087. 1124. 1595.
ס׳ ההכלמה 836. p. 487. 1903
הכרת מרות׳ 1573
הלכות גדולות 889. p. 531. 2185
ס׳ הללויה 451. p. 279
הולך תמים 91. b.
הליכות אלי 1948.
הליכות עולם 1294
הלכות 1300
הלכות נדה 1184

ה

ס׳ ההערה 836. p 478
הפלת הפילוסופום 6.
הפלת ההפלה 39. p. 21.
הצנע לכת 164
ס׳ ההקש 356. p. 219
הרחבת הלב 1245.
ס׳ הרכבה 249. p. 155. 708
p. 424.
הר סיני 451. p. 278.
השגות 70. p. 46. & 47.
582. p. 362. 1583
ס׳ השגת 836. p. 487
ס׳ ההשואה 836. p. 487
ס׳ ההשלמה 1672
התחלת יצחק 1212

ח

הלכות פסוקות 759
הלכות קטנות 1041. p. 590
הלכות שחיטה ובדיקה 765
הלכות שחיטה 1473. p. 790
הלולים קדש 1273.
הלל חמרה 1273.
המה דורות 1305.
הנהגת הבריאות 730. 1594.
p. 866. 1900
הנהגת הדבר 1829.
הנהגת החיים 1521
הנהגת המלכות 356. p. 221
הנהגות 363. p. 227.
הנהגת הנפש 1691.
ס׳ הסכמה 912. p. 540.

ו

ויכוח 994. 1526
ויכוח יוסף והשבטים 630
ויכוח מים חיים 604. 1802
וילקט יוסף 975
ויקהל משה 1522. 1601
ויקן דוד 475. p. 291
ווי העמודים 1298. p. 705. 1933
ועד לחכמים 2046
והאדם ידע 164
וידויים ותפלות 815
וידוי גדול 375. p. 238
ויחל משה 686.

ז

זהר הרקיע 1712. p. 918. 2187
זהרי חמה 116
זית רענן 48
זכות 1594. p. 864.
1612. p. 877
זכר רב 402. 1652
ס זכרונות 249. p. 156. 1151
זכרון 828. 967. 1245
1296
זכרון הדתות 1129. p. 22
זכרון משה 1047
זאת חקת התורה 74
זבח פסח 1142. p. 634
זבח שלמים 1532
זבח תודה 206
זבחי צדק 1170
זבחי שלמים 1642. p. 890
זה ינחמנו 60
זה שער ליהוה 256
זהב שיבה 1948
זהר 2175
זהר חדש 1492. 2175.
p. 1144

Digitized by

ז

ס' זרובביל 569
זר זהב 518
זרזיר מתנים 2127
זרע אברהם 72.
זרע ברך 421
זרע קודש 1601
זכרון תורת משה 1568. 1633
זמירות ישראל 1319
זמירות ושירים 1802
זקוקין דנורא 2056
זקן אהרן 185
זקן הקודש 1629

ח

חזות קשה 1257. p. 687
ס' החי 356. p. 220
חי בן מקיץ 110. p. 78
חידה אותיות אה"וי 110. p. 80. 501. p. 318
חידה מזוקקת 2061
חיי עולם הבא 151
ס' החים 604. 681
חיית קנה 2004. p. 1078
ס' חכמה 429. 1967.
חכמת יוסף 873. p. 522.
חכמת מנוח 1424.
חכמת המספר 1514.
חכמת שלמה 1967. p. 1047. 2000. p. 1072
ס' חלומות 1594. p. 864.
חליק והחלוף 11. 1904.
חלקת המחוקק 1507. 1523. 1663.
חמץ ומצה 1594. p. 842.
חנוך 187.
ס' חנוך 451. p. 278. 631. 632
חנוך בחורי יה 1797.
חנוך בית יהודה 742
חנוך לנער 1258
חן טוב 656.
חנוכת הבית 1540.
חסד לאברהם 71. 116.
חבור גדול 1380
חבור דינים 482
חבר יפה מהישועה 1704
חבור מעשיות 973
חבור הקונים 2208
חבורי לקט 83
חבצלת השרון 1513
חג פסח 1051
חדושים 70. p. 47. 250. 1706. 1945. 2089
חדושי אגדות 2040
חדושי דרשות 2201
חדושי הלכות 700. 2040
חדושי מכות 1598
חדושי נדה 2040
חדושי הפוסקים 1649.
הדושי התורה 869
חובת הלבבות 375. p. 236
חוות יאיר 89
חוות רבא 1440
חוט השני 2206
ס' החוש והמוחש 356. p. 220
חזה התנופה 1506
ס' חזון 1048
חזון למועד 2072
חזקוני 591
חזוק אמונה 1145

ח

חקת פסח 1285. p. 697. 1552
חקי חיים 1285. p. 697
חקי משפט 1285. p. 697
חרדים 314.
חשב אפוד 1854. p. 993.
חשבון העבור 75. p. 53.
חושן אהרון 192
חושן המשפט 145. 426
חשק שלמה 807. 1994
חותם תכנית 57. 677. p. 405.
חתן דמים 577

חסדי אבות 1273
חסדי יהוה 901. 1606
חסידים 716
חסן ישועות 1929
ס׳ חפץ 638
חפץ השלום 327
חקור דין 1447. p. 772
חקות הדיינים 828. 829. 1394. p. 755. 1980
חקות שמים 694
חקת התורה 694. 1285. p. 697

ט

טור פטדה 599
טירת כסף 2080
טיל אורות 1916
טעם למוסף שבת 858
טעמי המסורת 1373
טעמי מצות 490. 741. p. 444. 1439. 1457. p. 776
טעמי מקרא 698
טעמי סוכה 1728

ס׳ טבע 356. p. 219
טהרת הקודש 2123
טוב הארץ 1735
טוב טעם 249. p. 156
טוב רואי 483
טובה תוכחת 1434. p. 766
טור אודם 599
טור ברקת 599
טורי זהב 523

י

יהודה יעלה 1051
יהודה מפוקף 766
יואל משה 1447. p. 772. 1656
יודעי בינה 888. 1328. p. 715. 1605
יוחסין 163
ס׳ היום 1590
יום יהודה 223
יום כפור 1594. p. 842
יום כפור קטן 1732
יונת אלם 1447. p. 772
יון מצגלת 1728

יבין שמעתא 1948
יגון לב 2115
יד אבשלום 1257. p. 687.
יד דוד 475
יד חזקה 1594. p. 839
יד חרוצים 94
יד יוסף 885
יד מלך 1434. 2072.
יד עני 1434
יד רמה 74. p. 64
ידי משה 1521. p. 806
ידיעת יהוה 1594. p. 864

י

יסוד תשובה 2169. p. 1132
על יסודות 1214. p. 667
יסודות התכונה 328
יעלת חן 164
יער לבנון 975. p. 569
יפה לבריקה 2086
יפה מראה 1852. 2086
יפה נוף 2130
יפה עינים 2086
יפה ענף 2086
יפה תואר 2086
יפק רצון 1273
יצירה 43. 943
יקוו המים 2075
ס׳ יראה 837. p. 489
ס׳ יראים 291
יראת אל 316. p. 191
יראת שדי 1273. p. 693
ירום משה 1640
ירושת דרום 125
ירושם ים 125
ירושת משה 1640
ירושת נפתלי 125.
ירח יקר 61
יריעות עזים 2211
יריעות שלמה 2000. p. 1072
ישועות יעקב 1060. 1116. p. 617
ישועות משיחו 1142. p. 638
יש נוחלין 71
ישמח ישראל 1326
ישע אלהים 94. p. 64. 610
יש שכר 1328. p. 715
ס׳ הישר 237. p. 150. 788. 1126. 1293. 1928

י

יוסף לקח 269
יוסיף אומץ 898
יוסיף דעת 915
יוצרות 362
יורה רעה הארוך 186
יורה חטאים 316
יזל מים 164
יחוד 316. p. 190
יחוד אלהות 6.
יחוס האבות 206
יחוס בשר 702
יחוס הצדיקים 206. & 465
ס׳ יחויא 451. p. 278
ס׳ יחידות 385
יין המשומר 1739
יין הרקח 316. p. 190
ילקוט דוד 488
ילקוט המכירי 1419
ילקוט ראובני 1901
ילקוט ראובני הגדול 1901
ילקוט שמעוני 2163
ים של שלמה 2000. p. 1072
ימות עולם 495. p. 310. 1142. p. 638
ימין משה 1602
יסוד אמונה 434. 901. 1254
יסוד יוסף 863
יסוד מכפר 110. p. 83
יסוד מורא 110. p. 78
יסוד המצוה 1628
יסוד המקרא 82. p. 60
יסוד עולם 1213
יסוד תורה 110. p. 75
יסודי התורה 1594. p. 840

כ

כבוד אלהים 113. 295. 980
ס׳ הכבוד 874. p. 524

כ

כללות החכמה 1227. p. 675
כלימה 1964.
כלימת הגוים 1854
ס' כנסת הגדולה 602. p. 370
כנף רננים 116. p. 89. 895
כנפי יונה 720. 1447
כסא דוד 493. 501. p. 319.
כסאות לבית דוד 766
כסף מזוקק 672. p. 400
כסף משנה 962. p. 558. 1594. p. 852
כסף נבחר 672. p. 400
כף נחת 1179.
כפות כסף 917. 962. p. 558
ס' כפל 708. p. 424.
כפתור ופרח 1058. 1218
ס' כריתות 237. p. 150. 1549. 2210
כרם שלמה 1396
כתב יושר דברי אמת 1816
כתב התנצלות 486
כתבי שבח 2022
כתונת יוסף 978
כתונת פסים 909. 930
כתם פז 832. 1275
כתנות אור 2084
כתר זהב 832. 1275
כתר כהונה 501. p. 318
כתר מלכות 1966
כתר שם טוב 144. 828. 1023. p. 584. 2152
כתר תורה 178. p. 115. 489. 868. 1488

כ

כבוד הבית 2172
כבוד חכמים 2172
כבוד השם 295
כד הקמח 374. p. 233
ס' כוונות 1227. p. 673. & p. 675
כונות האגרות 1058
כונות על י' ספירות 2181
כונות הפילוסופים 6
כוונות ראשון 1227. p. 675
כוונות שני 1227. p. 675
כוונות תפלות 1383
כוזרי 741. p. 440
ס' כולל 1668
כוס ישועות 2145
כור לזהב 64
כח יהוה 975. p. 568
כיצד סדר משנה 1512
כל די 249; p. 156
כל דיני שמחות 2180
כל החיים 2095
כלי חמדה 1160. 2094.
כלי יקר 346. 2094
כלי כסף 917
כלי פז 958. 2094
כליל יופי 183. 1343
כליל תכלת 1440.
כלל קטון 1227. p. 675. 1676
כללי אישות 1373
כללי הגמרה 962. p. 558
כללי למורים 1227. p. 675.
כללי מדרש רבה 131
כללי הנקוד 1551
כללי שמואל 2124

ל

לב אהרן 182
לב אבות 1956. 1994

ל

לחם דמעה 2036
לחם חמודות 831. p. 485
לחם יחורה 750
לחם משנה 58. 1612
לחם סתרים 1948
לחם רב 58. 2077
לחם שלמה 1956. 1994
לכל חפץ 289. 779
למוד המשיחים 720
ס' למודים 451. p. 279
למודי יהוה 1273. p. 693
לפני ולפנים 1380
להקת נביאים 1142. p. 638
לקוטים 567. 874. p. 524. 1114. 1227. pag. 673. 1486
לקוטים שונים 2073
לקוטי שושנים 1025. 1529
לקוטי שכחה ופאה 54
לקח טוב 78. 292. 835. 941. 1582. 1610
לקט יוסף 923
לקט הקמח 1151. 1549
לקט שכחות 1668
לקט שמואל 2129
לשון זהב 677. p. 403. 1160
לשון למודים 522. p. 329. 1432. 1993. p. 1068
לב אריה 353. 692. p. 414
לב חכם 2046
לב טוב 1167
לב שמח 51
לבב חכמה 975. p. 570
לבוש אבן יקרת 1482. p. 793
לבוש אדר היקר 1482. p. 793
לבוש האורה 1482. p. 793
לבוש אור יקרות 1482. p. 793
לבוש הבוץ וארגמן 1482
לבוש החור 1482
לבוש מלכות 1482
לבוש עטרת זהב 1482
לבוש עיר שושן 1482
לבוש פנת יקרות 1482. p. 793
לבוש שמחה וששון 1482. p. 793
לבוש תכלת 1482
לבנת הספיר 679
להקת הנביאים 1142 p. 638
לוח 120. 206. 328. p. 195. 874. pag. 524. 1227. pag. 675
לוחות תכונה 1030. 1272. 1668
לוחות מהתקופות 865
לוית חן 1344. 1789
לחם אבירים 130. 362 976. p. 567

מ

מאור הקטון 1389
מאור קטון 1382
ס' מאורות 110, p. 83
מאזני הלשון 110, p. 80
מאזני משקל 1107
מאזני צדק 6, 79. p. 58
מאה דברים 1247. p. 683. 1821
מאה דפין 862. p. 505
מאת קשיטה 1347. p. 773
מאה שערים 1138. 1161, 1523
מאור הגדול 1389
מאור עינים 672. 1773.

Digitized by Google

ם

מאיר איוב 1386
מאיר נתיב 1247. p. 681
מאיר עיני חכמים 1389
מאיר עינים 374. p. 234
מאירת עינים 793. p. 466. 866
מאיר תהלות 1386
מאמץ כח 1521. p. 806. 1891 2165
מאמר האחרות 901
מאמר המדות 1447. p. 772
מאמר מרדכי 2152
מאמר השכל 2069
מאמרות 356. p. 219
מבוא אמרי שפר 816
מבוא על ההגיון 39. p. 18
מבוא גמרה 1294. p. 701
מבוא השמש 134
מבוא השערים 1184. 1737
מבוכת היהודים 961
מבחר 183. p. 120
מבחרים 5.
מבחר הפנינים 677. p. 403
מבצר יצחק 1247. p. 683
ס' המבקש 2155
מבקש יהוה 1642. p. 890 2083
מגדל דוד 451. p. 295. 483. 486. 493 497. 517. 521 1476
מגדל עוז 828. 1521. p. 806. 806. 1662
ס' מגיד 1054
מגיד אמונת ישוע 1851
מגיד מישרים 164. 962. p. 558
מגיד משנה 562. 827. 1594 p. 852

הן

מגיד שמים 976. p. 566
מגלה סוד הגאולה 1206
מגלת אסתר 1166. 1229. 1360
מגלה עמוקות 976. p. 567. 1396. 1583. 1733. 1976. 2017
מגלת אמרפל 104. p. 68
מגלת אנטיאוכוס 336
מגלת המגלה 75
מגלת ספר 2015
מגלת סתרים 2113
מגלת תענית 106. 641.
מגן אבות 2187
מגן אברהם 48. 92. 117. p. 90.
מגן דוד 267. 480 481. p. 295. 490
מגן ורומח 616.
מגן עזרך 1396
מגן שלמה 983
מדבר יהודה 692. p. 414
מדות 6. 356. p. 221. 1368.
מדות אהרן 182
ס' מדע 1594. p. 840
מדקדקים 539
מדרש 2114
מדרש אגור 1434. p. 766
מדרש חכמה 736.
מדרש שמואל 2036.
מדרש תדשא 1842
מהות הנפש 19.
מהלך כוכבים 348
מהלך שבילי הדעת 1645.
מהר"יל 1067.
מהרית גמרים 131. 490
מולדות יצחק 1243

מוסף

מ

מטה אלהים 1519
מטה דן 512
מטה יוסף 885
מטה משה 1510
מי כמוך 1525. p. 813
המילה 1594. p. 842
מילי דאבות 884
מים חיים 602. 612
מים עמוקים 242
מימוני 1594. p. 839
ס' מישרים 1289
מומי ישראל 712
מינקת רבקה 1908
מירא דכיא 1491. 1493. p. 797
מכבי יהודה 685
מכל אבקת רוכל 33
מכלול 495. p. 305
מכלל יופי 752. 1426. 2003. 2129
מכלכל מחלה 103
מכלתא 1295
מכלתין 801. p. 959
מכתב אלהים 815. p. 530. 1227 p. 676
מכתב אליהו 258
מכתם לדוד 489
מכתב התנצלות 677. p. 403
מכתב התחיה 712
משרא קטרין 104
מלא כף נחת 1070
ס' מלאכים 316. p. 191
מלאכת הגיון 39. p. 18. 1594. p. 862
מלאכת מחשבת 1555
מלאכת המספר 250
מלאכת שמיעה 2194

מ

מוסף הערוך 402.
מוסר 79. p. 59. 737. 1266 1651. b. p. 896
מוסר השכל 541. p. 344
מוסרי הפילוסופים 642
מוער דוד 475
מוער קטון 451. p. 279
מופת וההקש 39. p. 18
ס' מופת 60. 356 p. 219
מורה הדרך 1836
מורת חטאים בדרך 316
מורה המורה 45
מורה נבוכים 1594. p. 855. 2075 2156
מורה צדק 1413. 1957
מורשה קהלת יעקב 1060
מושעות אל 858
מושיע חוסים 78. p. 56. 1273. p. 693
מזבח הזהב 2006 2158
מזהב 402
מזמור לתודה) 506. 2046. pag. 1090. & 1091
מחברת איתיאל 218
מחברת שיחה 1966
מחברות 1444. 1796. 1951 p. 1037
מחברות התופת והעדן 1796
מחזור ויטרי 2151
מחזור הפסח 2151
מחזיק אמונה 1478
מחזיק הבדק 299
מחיר יין 1515. p. 802. 1569
מחנה אלהים 1550, 1690
מטה אהרון 192

מ

מנות הלוי 1962. p. 1043
מנחה בלולה 115. 1433
מנחה חדשה 991. 1388
מנחת אברהם 54
מנחת אהרון 189
מנחת כהן 134. 189. 981
מנחת יהודה 691. 714. 740. p. 449
מנחת יעקב 1050. 1109. 1515. p. 802
מנחת כהן 2079
מנחת נתן 1740
מנחת קנאות 2
מנחת רבקה 1908
מנין שטרות 702
ס׳ מסורת 979
מסורת הברית 473. 1370
מסורת הברית הגדול 1370
מסורת החכמה 104. p. 68
מסורת המסורת 249. p. 156
מסורת המקרא 2178
מסורת תלמוד 755
ס׳ מסעדים 1214
מסעות ר׳ בנימין 395. p. 248
ס׳ מספר 110. p. 83. 928
מספר 1744
מספר דברי שלמה 1994
מעבר יבוק 180
מעדני מלך 55. 677. p. 406. 831. p. 485
מעון השואלים 1651. b. p. 896. 2134
מעיל שמואל 2054

מ

מלא רצון 125
מלבושי יום טוב 831
ס׳ מלואים 861. 1213. p. 656. 1777
מלות המשותפות 84
מלות הגיון 1488. 1594. p. 862
מלחמה בשלום 744
מלחמות החכמה והעושר 740
מלחמות מצוה 967
מלחמות השם 967. 1106. 1348. p. 728. 1612. p. 878
ס׳ מליצה 356. p. 219. 1121
מליץ יושר 1054. p. 599
ס׳ מלך 1668 p. 901
מלכי אל 590
ס׳ מלכים 1890
מלכי יהודה 754
מלל לאברהם 164
מלכים ומלחמותיהם 1594. p. 847
מלמד 2203
מלמד תלמידים 1075. 1121. 1561
מנהגים 149. 214. 1067 & 1194
מנהג עולם 299
מן התחי 1496
מנהיג 126. 299
מנהיג עולם 790. 891
מנהיג הרופאים 1214
מנהיר עיני חכמים 1389
מנוחה 1422
מנוח הלבבות 1424
מנוח מצא חן 1424
מנורת זהב 1139. p. 625
מנורה כסף 917
מנורת המאור 112. 1139. p. 625. 1307.

Digitized by Google

מ

מפתח תורה קדשה 776
מפתחות על הרמ״בם 2126
ס׳ מצות 1129. 1594. p. 860. 1759. 1966
ס׳ מצות גדול 970. 1572
מצות קטון 1203
מצודת דוד 490 501. p. 319
מצות נשים 387. 1017
מציל נפשות 520
ס׳ מצנפת 197
ס׳ מצרנות 541. p. 345. 2066
מצרף לחכמה 975. p. 570
מצרף לכסף 1121. 2133
מצת שמורים 1739
מקהיל קהלת 1240
מקואות נשים 1742
מקוה ישראל 762. 780. 1307. 1463. p. 783. 1472
מקום דוד 475
מקור בינה 976. p. 567
מקור ברוך 423. 427
מקור חיים 599. p. 368. 620. 1966. 2075. 2123
מקור חכמה 748. 1328
מקח וממכר 541. 2066
מקנה אברם 108
ס׳ מקצועות 638
מקרא קודש 1761
מקראי קדש 937
ס׳ המראה 1544
מראה אופנים 1943
מראה כהן 1329
מראה פנים 356. p. 221
מראות אלהים 635. 1241. 1374
מראות יעקב 1098
מראות הצובאות 1523

מ

מעין גנים 517. 1447. 1712. p. 918. 2039
מעין החכמה 56. 119. 1611. p. 874
מעיני ישועה 1142. p. 633
מעירי השחר 180. p. 118
ס׳ מעלות 467. 1943. 2155
מעלות המדות 415. 997
מעלפת ספירים 1948
מענה לשון 288
מענה רך 1440
מעריך 1434. p. 766
מעריך המערכות 1830. p. 978
מערכת האלהות 1856
מעשה ר׳ אמנון 345
מעשה אפוד 1854. p. 994
מעשה אשמורי 1967. p. 1048
מעשה חורש וחשב 1600
מעשה חושב 1160
מעשה חייא 596
מעשה יוסף 951
מעשה מרכבה 1295. p. 703
מעשה נסים 1703
מעשה של ירושלמי 114. & 532
מעשה השם 140. 269
ס׳ מעשים 1652
מעשיות וספורים 460. 851. 1229. 2127
מפה על השלחן 1515. p. 802
ס׳ מפואר 2004. p. 1077
מפעלות אלהים 1142. p. [illegible]
ס׳ מפתח 1353
מפתח הגמרא 1958
מפתח הזהר 1531
מפתח הקבלה 1629
מפתח שלמה 1967. p. 1047

מ

משלי סנדאבר 1752
משלי שועלים 435
משלי שלמה 451. p. 278. 1967 p. 1049
משמיע ישועה 1142. p. 635
משמרת הבית 1945. p. 1034
משמרת השבת 134
משנת ר' אליעזר 280
משנת חסידים 1712. p. 918. 1755
משנה תורה 1594. p. 839
משפחת דוד 545. p. 348
משפטי הכוכבים 736
משפטי שבועות 541
משפטי שמואל 2137
משפט הכוכבים 1214. p. 667. 1322
ס' משפט המלך 2029
משפט צדק 1490. 1763. p. 939
ס' משקל 2158
משקל החכמה 1660
משרת משה 1891
מתנות כהנה 1329
מתנת עני 1217
מתנות עניים 1594. p. 844
מתוק לנפש 163. p. 107
מתורגמן 249. p. 157
ס' מתנות 363. p. 226
מתת יה 1680

מראות השתן 908. 1214
מרביץ תורה 1557. p. 824
מרגליות טובות 1060
מרים 1594. p. 847
מרכבת יחזקאל 874. p. 524
מרכבת המשנה 538. 1142. p. 630.
מרדכי 1473
מרפא לנפש 94. 1173. 1227. p. 676. 1915
מרפא נפשות 872
מרפא לשון 1550. 1660. p. 899
ס' המרקחה 708. p. 424
משא חי חזיין 382
משא מלך 911
משאת בנימין 386
משאת משה 1523. p. 809
משבית מלחמה 1306
משובב נתיבות 1583. 2113
משיב דברים נכוחים 1125
משיב מלחמה 1397
משיב נפש 799
ס' המשכיל 451. p. 279
משכיל לדוד 486
משכן העדות 1660. 2158
משל הקדמוני 1274
משלי אריסטו 356. p. 222. 1368

נ

ס' הנוח 708. p. 424
נוף עץ חיים 1227. p. 673. & p. 676
נופת צופים 752. p. 168
נוצר אמונים 178. p. 116
נורא תהלות 800

נבואת נחמן 104. 2119
ס' נגיד ומצוה 1046. 1227. p. 674
נהר פישון 1139. p. 625
נובלות אורה 975. p. 568
נובלות חכמה 975. p. 568
נוה שלום 97

נורא

Digitized by Google

נ

נפש יהודה 1661
נפתולים 1719
נפתלי שבע רצון 1715
נצוח 39. p. 18
נצח ישראל 700. p. 420.
נצחון 967. 1364. p. 734 & 738. ac 739 1677
ס' נצנים 964.
נקוד 195. 708. p. 424
נקודות כסף 92. 1926
ס' נקור 1090
נר למאור 1378. 1447. p. 773
נר מצות 644. p. 378. 700. p. 420. 878. p. 527. 1389. 1552. 2079. 2187
נשאל דוד 475
נשמת אדם 201.
נשמת חיים 1463. p. 784
נשמת שבתי 1932
נתיב הישר 1713
נתיבות משפט 598
נתיבות עולם 700. p. 420. 1440

נ

נורא תפלות 800
ס' נח 451. p. 279
ס' נחומות 2038. p. 1087.
נחל ערנים 480
נחלת אבות 1014. 1142. p. 636
נחלת בנימין 1175
נחלת יעקב 1020
נחלת עזריאל 1778
נחלת צבי 1866. 1867. 1868
נחלת שבעה 2055
ס' נחמוני 1693
נחמת בואיציאו 2051
נחמת ציון 1451
נימוקי יוסף 882
ס' הנמצא 1594. p. 864
נעים זמירות 2046
ס' נעלם 316. p. 191
נעשה ונשמע 783
נפוצות יהודה 725. 769
ס' הנפש 79. p. 85. 356. 220 1594. p. 864
על הנפש 316. p. 190. 841 1377.
נפש אדם 934
נפש דוד 480
נפש החכמה 1660.

ס

סדר זמנים 595
סדר כוכבים 1457. p. 777
סדר נשים 2197
סדר העבודה 840
סדר העבור 471
סדר עולם רבא 848. p. 49[illegible]
סדר עולם זוטא 848. p. 496
סדר קריאה 1772

סאה סולת 1915
סבוב העולם 1635. 1859
ס' הסבות 356. p. 222. 1594 p. 864
סגלת איפוקרט 215
סגלת מלכים 480
סדר אליהו 262
סדר אליהו רבא 254. p. 164. 1790

Digitized by Google

ס

סודי רזיא 316. p. 190
ס׳ סודות 1252
סודות הזהב 625
סודות התורה 110. p. 75
סולם השמים 1396
סולת המנחה 1273.
סור מרע 692. p 414
סיג לתורה 1380. p. 749
סימני מרדכי 1473
סליחות ופזמונים 147
סמדר 1350
סם חיים 619
סעודת מצוה 2015. p. 2081
ספרא דצניעותא 1127
סתרי תורה 45. 1612. p 878
סדר תנאים 889. p 531
סדרי תפלות 183. p. 121
סדרי הישועה 1612. p. 878
סוד על אחדות השם 627
סוד יהוה 374. p. 235. 504. 1472
סוד הייחוד 1457. p. 777.
סוד ישרים 692. p. 414. 1463 p. 784
סוד הנשמה 3.
סוד הסודות 356. p. 222. 1967 p. 1050
סוד השירים 1651. a
סוד שם מיוחד 1687. p. 908
סוד תמונת אותיות 110. p. 80
סוד תשובה 837. p. 489

ע

עולם אצילות 1227. p. 773
עולם קטון 876. 959. 1447. p. 773
עומק הלכה 1099
עונג שבת 1901. p. 1012
ס׳ עושר 399. 1105. 2096
ס׳ העזור 1381
עזר האמונה 1584
ס׳ העיטור 1137
עטור סופרים 1137
עט סופר 495. p. 309
עטרת זקנים 1142. p. 637. 1437
עטרת צבי ונחלת צבי 1866
עטרת שלום 1273. p. 693
עטרת שלמה 2000. p. 1073
ס׳ העיון 374. p. 235. 627.
עין הגנים 2049
עין יעקב 1042. 1706
סדר עבודה 1594. p. 845
עבודת בורא 1903
עבודה זרה 1594. p. 841
עבודת יום הכפורים 1642. p. 890
עבודת הלוי 219, 1612. p. 881 1957.
עבודת מקדש 1434. p. 766
עבודת הקודש 1374. 1945
ס׳ עיבור 1153
עיבור שנים 1333.
ס׳ עבתונות 283. 1078
עדות ביעקב 402. 1122
עדות יעקב 1061
עדות לישראל 741. p. 443. 2005
עדן גן אלהים 1612. p. 878
עובר לסוחר 1453.
עוז לאלהים 1689
עוללות אפרים 347. p. 210

Digitized

ע

ס' הענק 1624
עסיס רמונים 1447.2052
עץ הדעת 1396.p.714
עץ חיים 60.178.pag.115 451.p.279. 605.607.1041 p.589.1134. 1227.p.673. 1269.1955.p. 1039
עץ שתול 483
עצם השמים 976.p.567
עצמות יוסף 911
עקידת יצחק 1257
ס' עקרים 862
עקרים 1594.p.864
עקרת הבית 1437
ערמת המזמה 110.p.80
ערוגת הבושם 295.1021.1624 1781.2039
ערוגת מזמה 110.p.80
ערוך 1727.2039
ב'עריות 1293
עשר ספירות 651
עשרת הדברות 876.1137.1298. p.704
עשרה דברים 1293.1668.1918
עשרה יריעות 1001
עשרה מאמרות 1337.1447
ס' העשירית 374.p.235
ס' העתים 702
עתר ענן הקטורת 180

ע

עין ישראל 285.1042
עין המינין 451.p.279
עין משפט 19.& 1297
עין הקורא 980.1286
עיני אברהם 132
עיני משה 1523
עיני העדה 807
עיר בנימין 391.
עיר גבורים 346
עיר דוד 273.475.pag. 291.469.501 p.318.517
עיר מקלט 477
עולת חודש 1319
עולת יצחק 1200
עולת שבת 800.p.468.1319 2080
עולת תמיד 1319.1518.2080
עליות יבמות 660.1380
עמוד כסף 917
עמודי גולה 1203
עמודי שבע 181
עמודיה שבעה 417
עמודי שלמה 2000.p.1073
עמודי שש 347.p.210
עמודי שמים 976.p.567.
עמק ברכה 71
עמק יהושוע 1873
עמק המלך 1712
עמק רפאים 606
עמק השדים 113
על עניני התשובה 282

פ

פורת יוסף 937.1154
פזמון 515
ס' פאה 1668.p.901
ס' הפחת והפורקן 1753.p.934

תר

Digitized by Google

פ

פסקי הלכות 1457. p. 776
פענח רזא 1197
ס׳ פרדס 195. 1376. 1993. p. 1068. 2050
פרדס חכמה 110. p. 80
פרדס רמונים 1021. 1642. p. 890. 2157. p. 1127
פרדש שושנים 952
פרה אדומה 1594. p. 846
פרח שושן 1556. p. 822
ס׳ הפרחון 1951. p. 1037
פרחי כהונה 501. p. 319
פרי 1821
פרי מגדים 2043
פרי עץ חיים 607. 1227. p. 674 & 676
ס׳ הפרנס 1032. 1993. p. 1068
פרקים 434
פרפראות 1023. p. 584
פרקי אליהו 249. p. 158
פרקי אליעזר 627. p. 173
פרקי היכלות 1295
פרקי משה 1521. p. 806. 1594. p. 867
פרקי שירה 1295
ס׳ פרשיות 451. p. 279
פשר דבר 692. p. 413
פתורה 602
פתח דברי 249. p. 158
פתח עינים 290. 1579
פתח תקוה 1594. p. 861
פתחי יה 1328. p. 715
פתיחת הלב 1245
פתיל תכלת 1471. 1645. p. 894
פתרון חלומות 541. p. 344. 1960

פ

פחד יצחק 1191
פטום הקטורת 926
פי אריה 692. p. 415
פי הבאר 975. p. 569. 1059
פירוש המסורה 1055
פירוש המלות 1444. 1480
פירוש על המסורות 2197
פירוש עומק 1714
פירוש התלמוד 1993. p. 1067
פלג אלהים 885. p. 530. 975. p. 569
פלגי מים 1584
פלח הרימון 417. p. 266. 1447. p. 773. 1791
פליאה 27. 330
פליטת בית יוסף 962. p. 559
פליטת יהודה 750
פני משה 1521. p. 806. 1615
פני רבה 1463. p. 784
פנים חדשות 1151
פנים מסבירות 1596
פני יצחק 1191
פנים במשפט 1943
פסח מעובין 603. p. 370
פסיקתא זוטרתא 654
פסיקתא רבתא 1334
ס׳ פסק 316. p. 191
פסק על הזהר 1222
ס׳ הפסקה 1126
פסקים 1193. 1532. p. 816. 1993. p. 1068. 2103
פסקים וכתבים 1311.
פסקי דבבא בתרא 1380. p. 749

צ

ס׳ הצבא 581
צאינה וראינה 1054

Digitized by

צ

ציץ הזהב 76
ס' הציצית 1594. p. 842
צמח דוד 481. 499
צמח צדיק 692. p. 415
צמח צדק 1273. 1438
צניף מלוכה 1071
צפוני 40
צפוני ציוני 1450
צפנת פענח 893. 1154. 2092 2157. p. 1127
צפנת פענח חדש 930. p. 547
צרור חיים 621. 1396. p. 714 1463. p. 784
צרור הכסף 127. p. 94. 622. 917
צרור המור 127. 1041. p. 589 1220
צרי היגון 2155. p. 1126
צרי הגוף 1726
צרי הנפש 934
צבאות יהוה 1447 p. 773
צדה לדרך 413. 1430
צדק עולמים 1142. p. 638
צדקת תמים 1273
ס' צואה 271. p. 175 1594 p. 862. 2214
צוף דבש ואמרי נועם 912
צוק העיתים 1399
ס' הצורך 1603
צרת הארץ 75 p. 52. 250. p. 162. 287 472
צורת בית המקדש 831
צורת העולם 1220
צח שפתים 110. p. 80
צחות 1753. p. 934
צחות הלשון 110. p. 80
צחקן מלומד ומתחדש 1848. p. 990
ציוני 1450
ציור המפה מונרו 117. p. 91

ק

קול אלהים 61. 800. p. 468 1523. p. 809
קול יהודה 725.
קול יהוה 148
קול יהוה בכח 480. 1550. p. 828
קול יונים 839
קול יעקב 1060
קול מבשר 166. 1150
קול הקורא 866
קול ששון 166. 984
קול תודה 934
קול תרועה 247
ס' קולות 316 p 191
ס' הקומה 1295. p. 703
קאנון 21
קב הישר 1861
קב ונקי 201. 1935
קבוצת כסף 2038
ס' קבלה 69
קדוש החודש 1594. p. 843
קהלת יעקב 418. 1058. 1116 p. 617. 1531
קוא בוך 121
קודש הלולים 1048. p. 594
קודש ישראל 418
קודש קדשים 563
קור— 1605.

Digitized by Google

ק

קצור מרדכי 784
קצור עקידת יצחק 2086
קצור פסקי הראש 363. p. 226
קצים 75
ס׳ הקצר 962. p. 559
קצת ביאורי המורה 1610
קרבן אהרון 179. 182
קרבן חגיגה 1549
סדר הקרבנות 1594. p. 845
קרבן שבת 417
קריה נאמנה 927
קרית ארבע 116. p. 89. 1191.
1440. 1557.
p. 824.
קרית חנה 226
קרית ספר 279. 521. p. 328.
1366. 1557.
p. 824
קרית ספר וקרית ארבע 1638
קרית עז 406

ק

קופת הרוכלים 424. 1177
קטורת המזבח 1493
קטקורת הסמים 1493
קינה 525. 729. 873.
p. 522
קיקיון דיונה 842
ס׳ הקירוב והישור 830. p. 488
קמחא דאבישונא 814
ס׳ הקנה 330.
קנה בינה 329. p. 200
קנה חכמה 748
ס׳ קנינים 1668
קסת יהונתן 846
קערת כסף 861. 2078
ס׳ קץ 1612. p. 879
קץ פלאות 1051
קצור אברבנל 1037
קצור ביאור 1560
קצור חובת הלבבות 1093
קצור ס׳ התרומות 1332
קצור יוסף 69. p. 49

ר

רובע ישראל 1073
רוח חן 334
רוממות אל 1523. p. 809
רזיאל 175. p. 111
רכב אליהו 863
ס׳ הרמון 1612. p. 879. 1660
p. 899
רמזי ההפטרות 316. p. 190
רנת דודים 255
רפואה 5. 124. 636. 1356
1594. p. 863
1993. p. 1068
1967. p. 1048
2157. p. 1127

ראומה 1694
ראש אמנה 1142. p. 637
ראש יוסף 862. 885. p. 530
888.
ראש מור דרור 1487
ראשי בשמים 1431.
ראשית בכורים 630. 742
ראשית דעת 1518
ראשית חכמה 110. p. 81. 254
949. & 2155
p. 1126
רבבות אפרים 347. p. 210
רב פנינים 1523. p. 809
רב פעלים 881. 1220

Digitized by Google

ר

ס' הרקח 316. p. 190
ס' הרקחה 708. p. 424
ס' הרקמה 836. p. 487

ר

רפואות גויה 777
רפואות הנפש 300
רפואות תעלה 975. p. 570
רצוף אהבה 1948

ש

שחקת בתבל 1319. p. 712
שי למורא 1922
שיח יצחק 1191. 1279
שיח השדה 297
שיעור קומה 316. p. 191
שיר ידידות 674
שיר יהשוע 787
שיר היחוד 716. 857. 1364. p. 737
שיר הכבוד 716
שיר המעלות 486
שיר על הנשמה 110. p. 81
שירה נעימה 1180
שירה על הרפאות 777
שירים וזמירות 740. p. 449. 1966. 2002
שירים אשר לשלמה 1953
שירי יהודה 745
שיירי כנסת הגדולה 603. p. 370
שכחת לקט 1729
ס' השכל 2069
שכל טוב 1645. p. 894. 2094
שלום אסתר 1239
שלום בית 1271
ס' השלחן 1539. 1903
שלחן ארבע 374. p. 233. 1612. p. 879
שלחן טהור 516
שלחן ערוך 962. p. 559. 1227. p. 676. 1515

שארות נפש 1918
שארית יהודה 718
שאריתיוסף 535. 880. 914. 925. 962. p. 559. 1319. p. 712
שארית יעקב 1115
שבועות 1594. p. 843. 2066
שבח הנשים 480
שבט יהודה 1971
שבט עברתו 1971
שבילי אמונה 1369
שבילי הלקט 1874
שבילי תהו 455
שבעה עינים 450
שבע רצון 125. 1712. p. 918
שבר יוסף 975. p. 568
שברי לוחות 249. p. 159
שבתא דריגלא 1867
שבתות יהוה 2144
שדה יהושע 789
שדה נפתלי 125
ס' השהם 1575
שובע שמחות 2001
שומר אמונים 2085
שושן סורות 1380. p. 750. 1612. p. 879
שושנת יעקב 1076
שושנת עמקים 1523. p. 810
שחוק שח מת 110. p. 85
שחיטה ובדיקה 1038. 1515. p. 802. 2000. p. 1073

Digitized by Google

ש

שער צדק 67
שער שם יהוה 2085
שער השמים 101. 110. p. 84
463. 874.
p. 525. 1213
1220. 1385.
שער שמעון 2169. p. 1132
שער התקופה 471. p. 289
שערי אורה 874. p. 525
שערי בינה 316. p. 191
שערי גן עדן 1650
שערי דמעה 129. 1518
שערי דורא 1184
שערי חיים 1039
שערי מדע 1273
שערי מוסר 24
שערי צדק 856. 968
שערי ציון 1221. 1728
שערי רחים 661. 1748
שערי שבועות 1267
שערי שמים 954
שערי תשובה 837. p. 489
ס' שערים 1184. p. 654
שפה ברורה 110. p. 80. 1463.
p. 785. 1728
שפע טל 1932
שפת אמת 180. 184. 1447
p. 773. 1549
שפת יתר 110. p. 80
שפתי דעת 347. p. 210
שפתי חכמים 1923
שפתי ישנים 1923
שפתי כהן 1485. 1926
שפתי צדק 180
שפתי רננות 180
שקל הקדש 522. p. 329. 967

שרבים

ש

שלחן הפנים 875. 963. p. 563.
1139. p. 626
שלטי גבורים 63. 1300. p. 706
שלל דוד 475. p. 291
ס' השלם 1019
שלמות הנפש 1627
שלש עשרה עקרים 1594. p. 866
שלשלת הקבלה 451. p. 280. 1651. b
p. 896
ס' שם 110. p. 79. 1660
שם טוב 301
שם טוב קטן 389
שמות דברים 249. p. 159
ס' שמות 2150
שמטה ויובל 1594. p. 844
ס' השמים 356. p. 220
ס' שמים ועולם 110. p. 84
שמן הטוב 185. 1954
שמן המאור 2212
שמן המור 175
שמן ששון 982
שמע הטבעי 39. p. 18
שמע שלמה 1948. p. 1036
ס' שמשוני 2208
שנות חיים 597
שני לוחות הברית 1298. p. 704
שני המאורות 582
שער אמת 1022. 1255
שער הגמול 1612. p. 880
שער יהודה 689
שער יהושע 789
שער הטעמים 193. p. 127
שער המרגע 495. p. 310
שער נדרים 1496
שער הנקוד 874. p. 524
שער עץ חיים 406

ש

שרשות גבלת 1960. 1955. p. 1039
שרשרות כסף 917
שש כנפים 2026
שתי ידות 1434
שתלים הנפרדים 1738
שרביט הזהב 1472
שורש יהודה 742
שורש יעקב 2054. p. 599
שורש ישי 1962.
שורשים 495. p. 306. 836. p. 478. 1444
שר שלום 2046.

ת

תולעת יעקב 697. 1374.
תומר דבורה 1642. p. 891
תוספות 363. p. 227
תוספות יום טוב 831.
תוספות מהרם 1493
תוספתא 546
תועליות רלבג 1348
תוצאות ארץ ישראל 1484
תוצאות חיים 254. p. 165. 602. 1434. p. 766. 1618
תורה אור 878. p. 527. 1389. 2079
תורת האדם 1612. p. 880
תורת אמת 165. 184
תורת האשם 686. 831. p. 485
תורת הבית 1945
תורת החטאת 1515. p. 802
תורת חכם 599. p. 368
תורת חסד 1273
תורת חיים 77
תורת יהוה 915. p. 543
תורת המלואים 686
תורת המנחה 686
תורת משה 1521. p. 806. 1523 p. 810
תורת משה אמת 1919
תאוה לעינים 1948
תבואת שור 344
תבואת שמש 888
תבנית היכל 1048
תבנית המשכן 1920
תבת הלוי 652
ס׳ התגין 135. 316. p. 191
תגמולי הנפש 220
תהלת לדוד 486. 493. 522. p. 329. 1032
תהלה לשם 677. p. 405
תהלי תהלים 643
תהלות יהוה 1273. p. 693
ס׳ תוכחת 1624. p. 885
תוכחות מוסר 451. p. 279. 2079
תוכחות ומריבות 873. p. 522
תוכחת מתעה 1247. p. 683
ס׳ תולדות 174. 198. 244. 1821
תולדות אדם 253. 1945. 2038.
תולדות אדם וחוה 1289
תולדות אלכסנדר 2075
תולדות יהודה 1359
תולדות יעקב 1016. 1092. 1124
תולדות יצחק 1138. 1146. 1264
תולדות ישר 1836
תולדות נח 1686

ת

תפלות ישרים 619
תפלת מנחה 1131
תקון יששכר 1333
תקון מרות נפש 1966
תקון מוצאי שבת 1165
תקון סופרים 1521.p.807.2025
תקון עולם 1995
תקון קריאת שמע 1227.p.676.1642 p.891
תקון שטרות 702.2058
תקוני זבח 1604
תקוני זהר 2175
תקוני הריף 1545
תקוני שבת 104.1227.p.676 1975
תקופת השנה 1955.p.1039
תקנות 461
תקפו כהן 1926
ס׳ תרומה 422
ס׳ התרומות 2087
תרומת הדשן 1131
תרשיש 110. p. 85. 454. 1624. p.885. 1695
תשבורת 41.85. 110. p.83
תשבי 249.p.159
ת׳שבץ 1394
תשובה 2216
על התשובה 1458.1594.pag. 841
תשובות 1142.p.637.1220 p.670
תשלומים 1434.p.766
תתן אמת ליעקב 1060

ת

תורת העולה 1515.p.803
תורת השלמים 686.1050 p.597
ס׳ התחבושת 1645.p.894
תחלת דברי שמואל 2132
תחכמוני 218
תחלות חכמת 1041.p.589.1227 p.676
תכונה 69. p. 45. 329. 1030. 1031. 1073. 1348 p.729
תכונת זכות 163. p.106
תלמוד תורה 841
ס׳ התמונה 1295.1687.p.908
תמים יהדון 1320
תנא דבי אליה 231.232.1434.p.766
תנחומות אל 1240.2038
תניא 699
תעלומות חכמה 976 p.566.1535
תענוג נפש 1645.p.894
תעניות 1594.p.843
תערובות 134
תפארת ישראל 700.p.420.1996 2015.2068
תפארת הקודש 1997
תפארת שמואל 200
תפוח 79.356.p.222
תפוח זהב 1561
תפוחי זהב 293.658.996.1577.
תפלה 1295.p.603.1612 p.880
תפלה למשה 1521.p.806.1607 1642.p.891.
תפלת היחוד 1687.p.909

FINIS.

Digitized by Google

CODICUM CABBALISTICORUM MANUSCRIPTORUM QUIBUS EST USUS

JOANNES PICUS

COMES MIRANDULANUS,

INDEX

A

JACOBO GAFFARELLO

D. Amelii perpetuo Commendatore exaratus.

Pariſiis ex Typographia Viduæ H. BLAGEART, via Carmelitana, in Monte S. Hilarii ad inſigne Speculi, *M DC LI.* in 8.
nunç denuo ręcuſus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Clariſſimo doctiſſimo que Viro Gabrieli Naudæo, Artigiæ in Lemovicibus Priori Meritiſſimo

JACOBUS GAFFARELLUS
S. P. D.

QUærenti tibi, doctiſſime Naudæe, quare ſylvas & ſolitudines tanto cum animi ardore petierim, reſpondere inprimis potuiſſem, ſeceſſum hunc montesque & ruris amœnitates præſcriptas mihi in partem remedii ab Æſculapiis veſtris Pariſienſibus fuiſſe. Verum quoniam iſtud tibi æque ac mihi notum eſt, ob diligentem operam, quam tunc in me ſublevando attuliſti: hoc potius reſpondendum duxi, quod morbo illo ſeſe ob fortunatiſſimam hanc aëris mutationem remittente, tantum mihi a graviſſimis moleſtiis otii ſuperfuit, ut Indicem hunc, quem tibi antea pollicitus fueram, exarare potuerim. Tibi, inquam, cui me plura debere vel ex Bibliographia tua conjicere eſt, ſeu de ſcriptoribus rerum Politicarum libello, vere aureo, quem olim ad me ſcriptum amantiſſime, meoque nomine dicatum, publici juris facere voluiſti. Quod vero ſerius, quam optabum, par pari reddiderim, iſtud, ſcio, tum litibus ferme continuis, cum & morbis, aliisque occupationibus moleſtiſſimis potius, quam voluntati, aut negligentiæ meæ condonabis, qui probe noſti, tempus ferme nullum mihi, poſt meum ex Italia reditum, ubi jucundiſſime ſimul verſati ſumus, ab ejusmodi avocamentis vacuum effluxiſſe. Verum ea eſt iſtius indicis novitas & præſtantia, ut neque te illius, paulo tardius accepti, me vero etiam multo minus poſt tot moras elaborati pœnitere debeat: Et ſane ejusmodi ſunt tres illi Codices MSS. quorum ſummam maxima cum dili-

Digitized by Google

diligentia collectam exhibet, ut, ſi Judæi exſcriptoris inſcitiam & malitiam in ſecundo Codice excipias, nihil ſit in illis penitus, quod quis merito non laudet. Verum hoc tibi novum aut mirum eſſe non debet, qui haud multo diſſimiles in Pſeudo-Gerſonicis Codd. MSS. editiones, expunctiones, eraſiones, aliasque ejusdem farinæ corrupelas & falſitates, quondam obſervaſti, adſcripta etiam de illis ad eruditiſſimos fratres Puteanos, maxima literarum atque Literatorum ornamenta, fideli relatione poſteritati, quaſi teſtimonio ſempiterne duraturo conſignare voluiſti. Neque mirum eſt, falſarios iſtos, qui Th. Kempenſi partum æterna ſæculorum memoria digniſſimum nefariis iſtis artibus ſurripere tentarunt, adeo poſtea moleſtos ſe huic tuo candori & tuendæ veritatis ſtudio incredibili exhibuiſſe, ut tuam ubique famam canino dente lacerarint. Sed magnorum Virorum eſt, cum recte fecerint, & poſteritatem omnem ſuis ingentibus beneficiis demeruerint, male a flagitioſis aut rerum ignaris audire; quemodmodum etiam accidiſſe videmus Viris illis maximis, quos in Apologia tua nunquam intermoritura tot a calumniis vindicaſti. Nempe vicerunt illi, vinces & tu puſillorum ac malevolorum obtrectationes, & inſulſas Pſeudo-Gerſeniſtarum criminationes, referesque glorioſum de Anti-Kempenſibus triumphum. Etenim ut in inſtruenda Bibliotheca, librorumque omnium utilitatibus dignoſcendis, neminem unquam tibi conceſſiſſe certum eſt; ita ad detegendas impoſtorum hominum fraudes, feliciorem ſagacioremque te ipſo, nullum unquam admirabitur Literaria Respublica. Vale interim, amiciſſime Naudæe, & me, ut cœpiſti, amare perge.

LECTORI

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

UT Codicis cujuſdam Mirandulani præſtantiam ad reſtituendum Cornel. Tacitum magnum ſæculi ſui ornamentum Lipſius feliciter convertit, ita ego tria volumina MSS. quibus ingeniorum phœnix, Picus Mirandulanus, olim utebatur, quæque Venetiis mihi fortuito oblata non mediocri pretio redimenda cenſui, ad abditorum Cabbalæ myſteriorum illuſtrationem iſtius indicis beneficio convertenda duxi. 7.

Quod autem volumina illa eadem ſint, quæ mox laudatus Comes Mirandulanus, immani pretio conquiſita a ſe fuiſſe toties teſtatus eſt, nemini ſane dubium eſſe poteſt, cum in primi voluminis margine, propria ipſe manu breves notas adſcripſerit, ex quibus poſtea percelebres illas condidit concluſiones Cabbaliſt. quas palam Romæ diſputandas propoſuerat; propriam vero ejus manum arguunt, tum characterum, quos ibidem efformavit, comparatio cum his, quibus ipſe varias exaravit epiſtolas, quibusdam in Italiæ Muſeis aſſervatas: tum eorum etiam relatio, quæ a Franc. Pico, ejus nepote, afferuntur, de modo, quo ipſius avunculus delineabat in ſcribendo characteres. *Laboratum*, inquit, *ſummopere eſt, in reparandis libris omnem divinatricem Aſtrologiam funditus evertentibus, quandoquidem ejusmodi characteribus ita delineati erant, (qui erat homini mos) ob ſcribendi dictandiq; velocitatem, ut cujusvis alterius lingua, quam Latinæ, ſpeciem præ ſe ferre viderentur, tot interliti lituris, ut non facile internoſceretur, quid pro diſpuncto, quid pro emendato haberi deberet.* Eodem autem pingendi modo exaratas eſſe notas illas marginales ita perſpicuum eſt, ut eas characteribus, quod ajunt, ignorabilibus, efformatas fuiſſe merito quis exſtimet. Accedit, quod primi voluminis interpres, quem Hebræum fuiſſe Picique mercenarium non arduum eſt conjectari, Picum ipſum, ad cujus manus volumen iſtud perventurum erat, plerumque alloquatur. Adde, Picum propria manu ſuum expunxiſſe nomen omnibus ex locis, in quibus Interpres ſive monitoris, ſive inſectatoris officio functus Picum adeo carpebat, ut quibusdam ſcommatibus, per primum iſtud volumen conſperſis, inquibus 8.

Digitized by Google

bus nomina *Pici* & *Margaritæ* cujusdam, quæ Picum deperibat, non ita ſunt deleta, quin ob diverſitatem atramenti legi adhuc facile poſſint, nimiam nunc objiceret ſciendi curioſitatem, nunc immoderatum honorum appetitum, nunc datæ fidei inobſervantiam, nunc fallacia verba mendacii, nunc & puſillanimitatem, nunc in Caſtro Sancti Angeli incarcerationem, nunc inverecundiam, ſæpiſſime vero formæ jactantiam, aliaque vitia, quæ ſane ut meras putidasque inſectationes rejicerem, niſi in ejus vita
9. per eundem Franciſcum, ejus nepotem, ſcripta verba hæc perlegiſſem: *prius enim*, inquit, *& gloriæ cupidus & amore vano ſuccenſus, muliebribusque illecebris commotus fuerat: Fœminarum quippe plurimæ ob venuſtatem corporis orisque gratiam in ejus amorem exarſerunt: ab quarum ſtudio non abhorrens parumper via vitæ poſthabita in delicias defluxerat.* Enimvero ut vera ſint, quæ nepos de patruo teſtatus eſt, nihilo tamen minus amarulentiæ plurimum in iſto amanuenſi fuiſſe tum verba ipſa me admonent, tum ſibi non ſolutæ mercedis exprobratio. Niſi forte dixerimus, Judæum hunc naturali quadam propenſione ad obtrectandum unicuique fuiſſe, utpote qui nedum Picum carpſerit, ſed Mithridatem quendam, cujus in epiſtolis meminit Picus, alioquin Hebræum iracundiæ livoris & homicidii inſimulaverit, nec a Gallioto & Antonio Maria Ioannis fratribus temperaverit. Quin & ſummum Pontif. Innocentium VIII. cum aperte tum ſuppoſito quodam nomine, & cum eo Cardinales minus honorifice appellaverit, & Sacroſanctæ religionis noſtræ adverſarium agnoſci ſe non piguerit. Ita ut mirum non ſit, ſi vitæ ſuæ conſuluiſſe aliquando neceſſarium exiſtimaverit. Sed quid ſi propria flagitia ſpurciſſimum hominem recenſere non puduit? dum pagina ſecundi Voluminis centeſima octuageſima quinta carere ſe בשר conqueritur. Verum præter has rationes alia mihi duo ſunt non minoris ponderis argumenta, quibus præfatos Codd. MSS. Mirandulani fuiſſe facile quivis ſibi perſuadere poteſt, quorum alterum eſt ipſorummet Codicum antiquitas, quam perbelle ſapiunt eorum cha-
10. racteres. Secundum vero & quidem maximum proprium eſt *Mirandulani* teſtimonium, quo Deum ipſum ingenue obteſtatus eſt, eosdem & habuiſſe, & perlegiſſe: eosdem, inquam, cum præter illas, quas propria manu diximus ipſum in eorundem margine ſcripſiſſe annotationes, eandem contineant Cabbaliſticam ſcientiam, quam quos comparaverat, continere juramento aſſeveraverat. Talem enim omnino reperies his in lucubrationibus. In illis namque decem præcipuos Hebræi docent articulos fidei, in quibus eos nobiſcum divinitus concordare mirantur, qui le-

Digitized by Google

legunt. Primus eſt de adorando Trinitatis myſterio. Secundus de Verbi incarnatione Tertius de Meſſiæ divinitate. Quartus de peccato Originali. Quintus de ejusdem per Chriſtum expiatione. Sextus de Hieruſalem cœleſti: Septimus de caſu dæmonum: Octavus de ordinibus Angelorum: Nonus de purgatoriis: Decimus denique de inferorum pœnis.

Hoc de primo ſcriptum reperio, in primi Codicis parte quinta, quæ eſt in *Deuteron.* Paraſcia ſeu Sectione prima: *Quia dominus eſt* אלהים, *h. e. dii, intentio eſt, ne truncentur plantæ: licet enim perſonæ dicantur in numero plurali, quidquid tamen eſt in una, in alia eſt, & omnes ſunt unum &c. omnes ſunt, omnes fuerunt, omnes erunt, non mutatur, non mutatus eſt, non mutabitur Benedictus ipſe. Et ſi dixeris, quid eſt inter hanc & illam? equidem omnes eſſe (reſpondeo) uno pondere, una aequalitate &c. licet ex parte noſtri videatur mutatio unius & variatio ab altera fieri.* De verbi vero Incarnatione & Meſſiæ divinitate adeo clara ſunt his in Codd. argumenta, ut clariora non ſint in dilucidioribus Chriſtianorum doctorum monumentis. Chriſtum enim, quem Deum de DEO, & lumen de lumine fateri coguntur obſtinatiores, argutioresque Cabbaliſtæ, jam dudum veniſſe aſſeritur in ejusdem voluminis Parte prima, paraſcia nona, contra pertinaciſſimum quendam Callirum, qui Davidem Meſſiam eſſe contendebat. Non enim ex Meſſia Davidem, ſed Meſſiam ex Davide ortum eſſe ſacra conclamant oracula. *Quæ cauſa fuit*, inquit Eleazar Katon, ſecundi Codicis Exſcriptor, ſeu Collector, libro quarto: *quare illo Scripturæ Sacræ textu, qui Regum omnium, ex ſtirpe David, oriundorum nomina complectitur litera* Gimel *characteriſtica numeri III. ubique lateat, nimirum ut per illius occultationis myſterium ventura intelligerent ſecula, Chriſtum Dominum tribus præcipuis adornatum fuiſſe Spiritus Sancti glorioſis dotibus & titulis, per Gimel latentem præſignatis: Spiritu ſcilicet ſapientiæ & intelligentiæ, ſpiritu conſilii & fortitudinis, ſpiritu ſcientiæ & timoris domini.* Hunc namque Redemtorem ſæculi tunc latentem dum e ſuis viſceribus naſciturum viſu prophetico cerneret Cithariſta ſanctiſſimus, exſultans & lætabundus jubilabat: *Spiritum novum innova in viſceribus meis*, & ; *propter David ſervum tuum ne avertas faciem Chriſti tui.* Hoc etiam minime prætereundum a nobis velut conniventibus eſſe puto; tot inter literarum occultationes, quæ eodem enumerantur libro quarto, nullam frequentius occultari, quam *Ghimel*, præſertim aliis in textibus, quibus ineffanda nobis panduntur adoran-

11.

12.

adorandæ Trinitatis myſteria : latebat ſiquidem rudi duraque cervice populum beata illa Trinitas, quam tamen ubique ſignabat, & tanquam a longe præmonſtrabat ſacra literula.

Quod autem ad peccatum attinet originale, ejusque per Chriſtum expiationem, numeroſiſſimam invenies ſylvam in præfati Voluminis primi paraſciot ſeu ſectionibus in Geneſin tertia & nona : in Exodum tertia, in Leviticum prima & octava, ubi de ceſſatione agitur ſacrificiorum omnium excepta hoſtia, תודה *tode* i. e. laudis. Jn Deuteronomium item paraſcia ſeptima.

De Hieruſalem cœleſti nihil frequentius reperitur, quam quæ de cœleſti illa patria & עולם הבא *oghlam habbo* ſeu venturo ſæculo ibidem afferuntur ab antiqua Cabbala, a qua tritum illud axioma ventilatur : *Nihil factum in terris, quod non habeat exemplar in cœlis*, quod ſit ut *mortalis*, inquiunt, *Hieruſalem immortalem ac plane cœleſtem indigitet, longe illa glorioſiorem beatioremque. Caduca corporibus ædificata eſt in ſolo, permanens vero altera æternumque duratura promittitur animabus in cœlo, quæ ex* בינה h. e. *Sapientia* (quam alio nomine Agnum Chriſtianorum Theologorum Apex appellat) *præfulgens, Solis vel Lunæ non indigebit luminibus :* lucerna enim ejus eſt agnus. Interim videſis licet primi Codicis Sectione
13. prima in Geneſin, paraſciam undecimam.

Caſus Dæmonum variasque Angelorum ordinationes docent præfati Codd. ad mentem fere Chriſtianorum in paraſciot i. e. ſectionibus in Geneſin prima & 4. in Exodum 2. 4. & 8 in Leviticum ſexta & in Numer. I.

De inferorum pœnis æternisque ſuppliciis, quibus per immundos ſpiritus, עברי אף יהוה vocant, h. e. *furoris Domini adminiſtros*, torquentur damnatorum animæ, pleraque quoque habent, quæ fides Chriſtiana non improbat, quæque in primi jam laudati voluminis paraſcia in Geneſin quarta, & in Leviticum octava expiſcari facile poterunt ; longum enim eſſet hic omnia tranſcribere atque referre.

Purgatoria duo habent unum, per גלגול *ghilgoul* ſeu revolutionem animarum varia per corpora ; ſecundum vero Chriſtianæ fidei valde conſonum, per ignem ſtatuunt, in quo purgari animas ad tempus, easque vivorum precibus juvari maxime aſſerunt, unde ipſis ea inolevit conſvetudo, veſpere Sabbati preces pro defunctis cantando effundere, earumque doloroſum ac plane gemebundum prolongare cantum, ut majori temporis duratione quam ארכה vocant, h. e. prorogationem ſeu medelam ſolari & reſpirare valeant in ardoribus animæ.

Quod

Digitized by Google

Quod vero doctrinam hanc, quam tot encorniis ad cœlum usque Picus evehit, ex ſuperioribus Codd. MSS. depromſerit, ſequentibus, quæ referuntur in Apologia, capite de Magia, patet: *Cabaliſtica*, inquit, *tempore Esdræ in plures libros fuiſſe redacta, qui dicuntur Libri Cabbalæ; quos ego libros ſumma impenſa mihi conquiſitos, neque enim eos Hebræi Latinis noſtris communicare volunt, cum diligenter perlegerim, inveniens ibi multa, imo pene* 14.
omnia conſona fidei noſtræ, viſum eſt mihi habere poſſe Chriſtianos, unde Judæos ſuis telis confodiant, cum ab iis auctoritas Cabbaliſtarum, quos habent in magno honore & reverentia, negari non poſſit. Et paulo inferius: *Nullum eſſe ſcilicet pene articulum, in quo nobiſcum Judæi per Cabbaliſtarum auctoritatem ſentire non cogantur.* Et in libro de Hominis dignitate ſub finem: *Hi ſunt*, inquit, *libri Scientiæ Cabbalæ. In his merito Esdras venam intellectus, i.e. de intelligibilibus Angelicisque formis exactam Metaphyſicam, & ſcientiæ flumen, i.e. de rebus naturalibus firmiſſimam philoſophiam eſſe clara inprimis voce pronunciavit. &c. Hi libri apud Hebræos hac tempestate tanta religione coluntur, ut neminem liceat, niſi annos 40. natum, illos attingere. Hos ego libros non mediocri impenſa mihi cum comparaſſem ſumma diligentia, indefeſſis laboribus cum perlegiſſem, vidi in illis (teſtis eſt Deus) religionem non tam Moſaicam quam Chriſtianam: ibi Trinitatis myſterium: ibi verbi Incarnatio, ibi Meſſiæ divinitates: ibi de peccato Originali, de illius per Chriſtum expiatione, de Cœleſti Hieruſalem, de caſu dæmonum, de ordinibus Angelorum, de Purgatoriis, de Inferorum pœnis; Eadem legi, quæ apud Paulum & Dionyſium, apud Hieronymum & Auguſtinum quotidie legimus. In his vero, quæ ſpectant ad philoſophiam, Pythagoram prorſus audias, & Platonem, quorum decreta ita ſunt fidei Chriſtianæ affinia, ut Auguſtinus noſter immenſas Deo gratias agat, quod ad ejus manus pervenerint libri Platonicorum: in plenum nulla eſt ferme de re nobis cum Hebræis controverſia, de qua ex libris* 15.
Cabbaliſtarum ita redargui, convincique non poſſint, ut ne angulus quidem reliquus ſit, in quem ſe condant. Illorum inde librorum tantam eſſe ſciebat utilitatem Sixtus IV. Summus Pontifex, ut in Latinum ſermonem eos ex Hebraico vertendos decreverit: ita enim ab ipſo Pico didicimus, eodem de hominis dignitate libello, ubi hæc ſcripta reliquit: *Hi libri Sixtus VI., Pontifex Maximus, qui hunc, ſub quo vivimus feliciter, Innocentium VIII. proxime anteceſſit, maxima cura ſtudioque curavit, ut in publicam fidei noſtræ utilitatem Latinis literis mandarentur, jamque cum ille deceſſit, tres ex illis pervenerant ad Latinos:* qui ni me fallat conjectura, iidem penitus ſunt cum tribus his noſtris, quorum Indicem hic exaravimus: nam cum ab amicis, in Curia Romana degentibus, copiam juſſu Pontificis Latine fa-

ctam recuperare non poſſet Picus, eos per præfatum Judæum ex Hebraicis fontibus, quos habebat, in Latinum ſermonem denuo transferri curavit. Sed quid inter tantos ? dices : ab Esdra namque non tantum tres, ſed ſeptuaginta duos exaratos fuiſſe firmiſſime credunt doctiores Hebræorum magiſtri. Verum enim vero licet ex tam ingenti numero ſexaginta novem Latium unquam non viderint, eorum tamen trium, de quibus nobis nunc ſermo, tanta eſt majeſtas, tanta utilitas, ut novis, quos parat, cibis tuus ſi reficiatur animus, fragmenta quædam ſupererunt, quæ colligenda dices, ne pereant. Non quod in iisdem omnia
16. te reperire poſſe ſana præſumam, cum pleraque ſuperflua eſſe ſciam, imo & vana, ſomniisque ita conſpurcata Judaicis, ut per Cribrum noſtrum Cabbaliſticum, quod propediem ſumus in lucem daturi, adamuſſim examinata, furfura inter referre non piguerit.

Quales autem fuerint eorundem Codd. inſtauratores, paucis hic tibi aperiendum exiſtimavi: pleniorem enim & uberiorem de illis meſſem colliges in mox commemorato Cribro. Primi itaque Codicis, cujus principium & finem, quæ ipſi deerant, ex Hebræo Codice MS. reſtituimus, & Latine fecimus, Illuſtrator fuit R. Levi de Recineto, Italus, Recanati vulgo denominatus. Is adeo fuit in Cabbaliſticis edoctus, adeoque ſubtilis, ut ſubtiliorem doctioremque vix Italia noverit. Vixit abhinc centum octoginta retro circiter annis, variaque opera poſteritati conſecravit, quorum celebriora Hebræis ſunt Theoremata Cabbaliſtica in librum Oraculorum R. Leba Senioris : notæ in orationem Cabbaliſticam R. Nechunjæ ben Kana, & in Aphoriſmos Rabbinoum Joſe & Eleaſaris Gadol ſeu Majoris. Explicationes & enodationes in libros magni nominis Hazoar & Habair. Eruditiſſimis quoque commentariis illuſtravit Tractatus Talmudicos *Berachoth* ſeu de Benedictionibus, *Nidda*, de menſtruatis, *&* *Sannedrin*, de Senioribus, pleroſque etiam Scripturæ S. libros, amboque Thargumim, Jonathani ſcilicet Chaldæi, & Aquilæ Pontici Proſelyti, quem *Onkelos* corrupta voce nominant.

Secundi Codicis, cui priores tres paginæ deſunt, quas inopia Hebraici Codicis reſtituere minime potuimus, Collector fuit R. Eliezer
17. Katon, ſeu junior, minorve; ſic appellatus ad differentiam Gadol Senioris, vel Majoris, mox laudati, natione Germanus, ex Vormacia, ut fertur, oriundus, profeſſione Medicus, ut ejus in Aben-Tſina & Galenum annotationes fidem faciunt. Fuit & in philoſophicis apprime doctus: nam præter librum de Animæ motibus, & Ente primo, alium edidit de

imagi-

imaginationibus mulierum & ægrotantium, in quo de urinarum uſu, quas בורית דם h. e. *ſaponem ſanguinis* nominat, multa refert, tum medica tum philoſophica non aſpernanda.

Tertii tandem Codicis illuſtrator appellatur *Schem Tob ben Joſeph Phalachera*, profeſſione etiam Medicus, Hiſpanus, auctor ſeu collector duorum illorum operum, magnæ apud Hebræos exiſtimationis, ſcilicet ספר העלות *ſepher hagbalot* i. e. *liber graduum*, & ספר ראשית חכמות i. e. *initium ſapientiæ*. Hoc unum his in collectoribus & explanatoribus dolendum eſſe cenſeo, quod non ſatis a textu ſua diſtinxerint gloſſemata. Tantis enim ea jacent obtenebrata nubibus, tantisque permixta confuſionibus, cum ipſo genuino nativoque textu, quem האילות h. e. *divinum* tota Cabbaliſtarum Synagoga male forſitan nominat, ut alter ab altero vix ab inſpicientibus diſtingui poſſit atque ſecerni. Addo ſecundum Codicem, qui eſt de ſcientia Animæ, non a proprio fuiſſe Interprete exaratum, ſed ab alio quodam, & quidem imperito transſcriptum, imo iis in locis, in quibus de ſecretioribus agitur argumentis Cabbaliſticis, quibus obſtinatiſſimi proprio quaſi gladio a Chriſtianis confodi facile poſſunt Recutiti, dolo malo ita corruptum, ut nemini profecto mirum eſſe debeat, ſi haut multo diſſimiles, ab hominibus noſtræ tempeſtatis fraudes committuntur, quando nunquam defuerunt, qui quod hæretici, Viterbienſes, Ciccarelli, & alii, Judaica perfidia hoc & præterito ſeculo commiſerunt, olim quoque perpetrare ſint veriti.

Codicum Cabbaliſticorum MSS. quibus eſt uſus JOANNES PICUS Comes Mirandulanus, Index. 19.

TRes in Tomos diſtingvuntur Codices Cabbaliſtici MSS. Pici Mirandulani juſſu ex Hebraico in Latinum ſermonem translati.

Primus verſatur circa priores Scripturæ S. libros, quos Pentateuchum appellant, quorum myſteria Cabbaliſtica pandit & explicat, Collectore R. Levi de Recineto, vulgo Recanati Italo. Incipit: *ex ſententia doctorum noſtrorum*, finit: *ædificans Jeruſalem Dominus diſperſiones Iſraël congregabit*.

Secundus eſt de ſcientia Animæ rationalis divina, mere ſpeculativa, inſtauratore R. Elieſer Katon, i. e. juniore, Germano. Incipit: *decimo ſeptimo*; finit: *Subjuncta ſint ſemper in ſæculum ſæculi facta*.

Tertius vero eſt de variis hominum Gradibus : exſcriptore R. Schem *Tov* ben Joſeph ben Phallachara Hiſpano. Incipit : *liber Graduum R. Schem Tov.* Finit : *Cor ponas in Sapientiam meam.*

PRIMUS CODEX.

In tot partitur ſectiones magnas, quot ſunt in Pentateucho libri, quarum ſingulæ ſubdividuntur in particulas minores, quas vocant Paraſciaot.

Sectio.

Ex quinque majoribus, quæ ſunt in Geneſin, in ſubſequentes habet Paraſciaot, in quarum

Prima, quæ eſt Bereſchith, tractatur

De myſtica litera ב Beth a qua principium lex habet.
De proceſſione perſonarum in divinis:
De triginta duabus viis ſapientiæ, & 50. portis Intelligentiæ.
De verbis Hebraicis, quæ *creare* ſonant.
De אהיה & אלהים, *Elohim* & *Ehjeh* i. e. Dii & Ero.
De decem Sephiroth.
De תהו ובהו *Tohou* & *Bohou* i. e. Vacuo & Inani.
De Linea viridi, quæ circuit univerſum.
De ſex extremitatibus, & brachiis mundi.
De decem indumentis.
21. De luce prima & poſtrema: de diebus in hebdomada: de Spiritu S.
De ſeptem cœlis, & ſeptem Terris: de aquis ſuperioribus: de firmamento & igne: de pullulatione Graminum & Animalium Terræ: de Lunæ diminutionibus: de Angelis eorumque ordinibus: de volatilibus cœli: de Leviathan: de Imagine Dei in homine: de requie Sabbathica: de Seminibus ſpontaneis campi: de vapore, qui aſcendebat de Terra, & irrigabat univerſam faciem Adamæ i. e. Terræ: de paradiſo Heden, ejusque tum arboribus, tum fluminibus: de præcepto: *ex arbore ſcientiæ boni & mali ne comedas:* & quænam fuerit hæc arbor, num nux? num vitis? num ficulnea? de nominibus ab Adamo rebus impoſitis.
De Sopore Adami, & formatione Evæ: de Matrimonio: de cœleſti Hieruſalem: de ſerpente: de modo, quo ſuperiora capiuntur ab inferioribus: de compaſſione Creatoris: de media nocte: de expulſione

Digitized by Google

ne hominis ab Heden: de Caſu Angelorum: de reſurrectione mortuorum: de generatione Cain ex dæmone: de invidia dæmonum in homines: de malitia Cain & morte Abel: quod Cain Linum obtulerit in ſacrificium, & Abel Lanam: de raptu Enoch & ejus libro prophetico: de cœleſti vehiculo: de filiis Deorum, & filiabus hominum: de cauſa lapſus Angelorum, in hæc verba: *Viderunt filii Deorum filias hominum, quia pulchræ eſſent, tulerunt ſibi in mulieres.* De operationibus Magicis: de brevitate dierum hominis: de Gigantibus. 22.

In Secunda: Hæ ſunt Generationes Noeh, tractatur

De Arca Noæ: de Iride: de vinea & vino: de magno Jobileo: de providentia DEI: de ſacrificio Noæ: de lateribus coctis & de Turre: de diviſione gentium: de Linguis.

In *Tertia*. Vade Tibi: 23.

De ſex immunditiis: de axiomate Cabbaliſtico, *quod evenit filiis, ſignificatum eſt in Patribus:* de quatuor mundi Monarchis majoribus: de proprietate לילה *laila noctis:* de decimis ex כל *col* omni: de viſione prophetica: de Aſtrologia Abrahæ & Fide ejus: de myſtico numero Præceptorum Domini: de modo orandi Deum: de abſciſſione Animarum.

In Quarta. *Apparuit ei Dominus.*

De viſione corporali Angelorum: de eorum indumentis, quæ *Camiſiani* vocant, & de Cabbaliſt. illo axiomate: *omne ſpiritale deſcendens deſuper non operatur, niſi per veſtimentum:* de quatuor culturis: de peccato Sodomæ: de Divina Sacrarum Proprietatum metamorphoſi: de cauſa transformationis Fœminæ Loth in ſtatuam Salis: de officiis Veſpertino & Antelucano: de vi & efficacia verborum prolatorum: de Angelo *Sandalphon*: de quatuor Spiritibus præfectis regioni umbræ mortis ſeu inferis: de Juramento: de characteribus ſigillatis: de tribus vigiliis noctis, & quid in ſingulis earum operetur: de Amore, Timore & Tremore. 24.

In Quinta. *Factæ ſunt vitæ Saræ.*

De Crypta, ſeu ſpelunca duplici Abrahami: de Matrimonii Sacramento: de donis Abrahæ Magicis.

In Sexta: Hæ ſunt generationes Iſaac.

De fato ſupremo rerum omnium: de pilis & piloſis hominibus: de pulmento: de venatione Jacob

Digitized by Google

In Septima: *Egreſſus eſt Jacob.*

De Scala per Inſomnium viſa: de Oſculo Sacro: de ferventi amore: de manuum in benedicendo elevatione.

25. In Octava: *Miſit Jacob Angelos.*

De oratione, & de cauſa impediente effectum ejus: de myſtica membrorum hominis analogia cum præceptis Domini: de ordinatione Principum & Magnatum: de morte myſtica.

In Nona: *Habitavit Jacob.*

De peccato venditionis Joſeph: de Meſſia, & ſacra ejus carne: de cauſa, quare Impii proſperantur: de his, qui non generant, & de maculatione mutonis: de 7. terris: de animabus novis & de עבור *igbour* i.e. metempſychoſi: de ſtatu cadaverum in ſepulchris: de Purgatoriis: de Levitis: de Primogenitis.

In Decima: *Factum eſt poſt annos.*

De nobilitate Angeli, qui præficitur terræ Ægypti: de Fructu *Zimbrat:*

26. In Vndecima: *Appropinquavit ad eum Judas.*

De duplici Viſione: de ſimilitudine Inferiorum cum Superioribus.

In Duodecima: *Et vixit Jacob.*

De iis, quæ prædicta fuerunt filiis Iſrael.

SECTIO II. quæ eſt in Exodum, XI. habet Paraſciaot in quarum

PRIMA hoc lemmate inſignita: *& hæc ſunt nomina* tractatur

De ſociatione probi cum improbo, ſeu de cognatione Moyſi & Jetro: de Angelo facierum זגנזאל *Zaganzel* i.e. verbis אהיה אשר אהיה *ehjeh aſcher ehjeh* i.e. *ero qui ero*: de humiliatione & proſtratione:

27. In ſecunda: *Apparui ad Abraham.*

De differentia Prophetiæ Moyſis, & reliquorum Prophetarum: de 10. *Sephiroth*, ſeu numerationibus, quas מראות *marot* vocant, i.e. ſpecula: de Triplici prophetia.

In Tertia: *Vade ad Pharaonem.*

De hora myſtica, qua exierunt Patres de Ægypto & a qua ſtella dominium habeat hora illa? de Paſchate, ac ejus myſterio: de Azymis: de phylacteriis, & de myſtica ש *ſcim* litera.

In

In Quarta: *Factum eſt, cum miſiſſet.*

De columnis mirabilibus, Ignea & Nubea: de Angelo שמעאל *ſciamaël* urbis Romæ præſide; de 72 Dei nominibus, quæ קשתות *queſciatot*, *arcus* ſeu *pontes* vocant: de manu & digitis Dei: de זה זאת *zeh zoth* i. e. hac & hoc: de cacodæmonibus ad plagam ſeptentrionalem habitantibus: de proprietate dictionis אמן *Amen*: de Manna: de temporis ſpatio, in quo manus elevantur in oraculo. 28.

In Quinta: *Et audivit Jetro.*

De lege ſcripta, & non ſcripta, quam vocant מפא על פה, *mipe ahl peh*, ſeu *de ore ados*: de פסל, *peſel* i. e. *imagine*, ſeu *ſimilitudine*, & de imaginibus a lege prohibitis: de inchoatione præceptorum Domini ab א *aleph* & terminatione per כ *caph*: de 7. Dei vocibus.

In Sexta: *Hæc ſunt judicia.*

De dignitate *Sanhedrin*, i. e. Judicum: de terris & totidem cœlis: de 5. præcipuis Suppliciorum generibus, Lapidatione, Combuſtione, ſeu ſtrangulatione, jugulatione & Crucifixione: de virtutibus confeſſionis: de modo averruncandi Faſcinationes: de non coquendo hœdo cum lacte Matris. De meritis, & demeritis.

In Septima: *Capiat mihi elevationem.* 29.

De myſterio longitudinis & latitudinis Tabularum Legis: de Cherubim מראה כבוד *mareh cavod* i. e. *aſpectus gloriæ* appellatis: de lignis myſticis, quibus conficiuntur tabernacula in die ſolemnitatis Tabernaculorum, de mira defunctorum reſurrectione: de virtutibus benedictionum, & quod Patrum, Sacerdotum, Procerum & Angelorum benedictio ditem faciat: de 10. cortinis Tabernaculi: de פרוכת *parochet* ſeu Velo Sanctuarii.

In Octava: *Et tu jube.*

De veſtibus Summi Pontificis: de divinatione per אורים ותומים *Ourim Vetumim* i. e. illuminationes & perfectiones, quas *ſacram* vocant *Pyronomanteiam*. De ſecreto 7. Magnorum dierum: de manſuetudine Sacerdotis in non jugulando hoſtiam: de ſanguine, adipe & renibus hoſtiæ: de Angelis ignitis atque lucentibus.

In Nona: *Cum numeraveris ſummam.* 30.

De fine, quem ſibi propoſuerant Iſrælitæ in conficiendo aureo Vitulo: de forma externa & interna tabularum Legis: de Scutis Hebræorum Taliſmani-

Digitized by Google

liſmanicis, in quibus ſculpebantur DEI nomina: de amuletis, quæ confici ſoleat ex 13. Divinis proprietatibus: de illuminatione per Spiritum S.

In Decima: *Congregavit Moſes.*

De myſterio לב *leb* i. e. cordis: & quare litera *beth* totam legem indigitet?

In Undecima: *Hæ ſunt numerationes Tabernaculi.*

De Nube glorioſa, quæ operabatur Tabernaculum.

SECTIO III. quæ eſt in Leviticum in X. Partitur Paraſciaot, quarum

PRIMA: *Et vocabit Moyſem* hæc tractantur:

31. De intentione Sacrificantis hoſtiam: de oblationibus & holocauſtis: & quid intendatur in eorum conſecrationibus? De reductione boum, Taurorum, Agnorum, Arietum, aliorumque quadrupedum ad caput unum: de particulari Turturum & Columbarum oblatione, & quare ex volatilibus illa duo tantum offerrentur? De connexione & concatenatione rerum omnium: de myſterio Omenti, Tabi, Fermenti, Mellis, Vini & Aquæ: & quare Omentum ſit licitum Deo & illicitum homini inferiori? Fermentum & Mel licitum homini & non Deo; Vinum vero & Aqua utrique? De Purificatione per ſanguinis effuſionem, & quare ſepties aſpergeretur ſanguis in Purificationibus?

In Secunda: *Jube Aaronis.*

De admiranda Spiritus S. attractione per Sacrificia ejusque deſcenſu mirifico: de מחשבה טהורה ומחשבה רעה *machſchevah thehoura oumachſcevah rahg*, h. e. *de imaginatione pura et mala*: De corona exſultationis: de בד ופשתם bad oupicſtam ſeu de Lino & Lana: de recto
32. vaſorum ſacrorum uſu, & de omnimoda Sacrificiorum deſcriptione: de Animalibus, in quorum corporibus fit *Ghilgoul* ſeu *tranſmigratio*, non ſacrificandis.

In Tertia: *Et Factum eſt in die octava.*

De relatione, quæ eſt inter אשה & אש *Eiſch* & Eiſcia i. e. Ignem & mulierem: de prohibitione carnium immundarum, & de decem ſpeciebus animalium mundorum: De variis in Beſtiarum corpora transmigrationibus: de myſtica ſignificatione Hebraici nominis חזיר *Sus*, & quare vocetur חזר h. e. *reſtitutus*. Quænam Gens repræſentetur per immundum illud Animal?

In

In Quarta: *Mulier cum ſper.*

De Sangvine Menſtruo, variiſque Purificationibus: de modo generandi maſculos:

In Quinta: *Hæc eſt Lex Leproſi.* 33.

De Lepra: de myſterio Hirci in deſertum emiſſi: de Angelo עזאזל *Azazeel.* De variis Spiritibus immundis, per aëris expanſionem vagantibus atque volantibus.

In Sexta: *Poſt mortem filiorum Aaron.* 35.

De perfecta animæ unione cum DEo per זאת i. e. hoc, hoc eſt. De ſortibus ſuper hæc verba: *projiciat Aaron ſuper ambos hircos ſortem.* De remiſſione peccatorum per Confeſſionem & Jejunium: de arte Magica Balaam: Et num Dæmones utantur cibo, potu, & coitu? de Turpitudinibus: de variis gradibus transmigrationum, quibus luxurioſorum hominum animæ purgantur in hoc ſæculo ob varium perpetratum ab ipſis prohibitum coitum, cum variis mulierum gradibus: de laudibus terræ Iſraëliticæ.

In Septima: *Sancti eſtote.*

De recto Senſuum uſu: de admirandis operationibus per verba & voces: de nomenclatura nominis *Sathanæ*, & de indumento ex diſſimilibus, puta lino & lana conſutis, quod *Saatbnez* appellant: de cortice magica Arboris Superioris: de Haruſpiciis ſuper hæc verba: nolite haruſpicari. De migratione iterum animarum in beſtiarum corpora.

In Octava: *Dic Sacerdotibus.*

De puritate Sacerdotum: de Secreto Heptateridos & Jobelæi: de ceſſatione ſacrificiorum omnium excepta hoſtia תודה *thoda* i. e. laudis: de divinis proprietatibus, & de judicio & clementia DEI: de Volumine a Deo deſcribendo: de 7. Inferorum Locis: de ſecretis umbraculorum: de divinatione per Inſomnia.

In Nona: *In Monte Sinai.*

De Duratione Mundi, & cur a ſecretioribus Cabbaliſtis mundus ipſe vocetur *Spatium 50. annorum.*

In Decima: *Si in præceptis meis.*

De die pluviæ: de vera in DEum converſione, & quare litera ה *he* addita ſit verbo אשובה *aſciovah* i. e. *convertam?* 36.

SECTIO IV. quæ librum explanat Numer. in decem etiam partitur Paraſciaot, quæ ſunt

PRIMA: *Et locutus eſt Dominus*; in qua tractatur

De Spiritibus præfectis rebus ſublunaribus, præſertim elementis: de loco myſtico caſtrametationis Tribuum filiorum Iſrael.

In Secunda: *Tolle ſummam Filiorum.*

De Confeſſione Peccatorum, de portis orationum & de pœnitentia: de aqua Zelotypiæ, aliisque amarificantibus aquis, ubi explicatur axioma: *Bibe aquas de puteo tuo:* de Nazaræis; de nominibus 12. & 72. li-
36. terarum.

In Tertia: *Cum accenderis Luminaria.*

De Lyra myſtica: de Tubis ſacris: & quare earum nomina Hebr. חצצרות *Chatzozerot* ſcribantur ſine litera ו *Vav*: de locutione Moyſis cum DEo: & quare ipſe fuerit in במראה *bamarrah* & non in במראה *bamarreh* i. e. viſione.

In Quarta: *Mitte tibi Viros.*

De Scelenomanteia ſeu divinatione per Lunam, ſuper hæc verba: *remora eſt umbra eorum deſuper eis.* In nocte namque *ſignaculi* (ſic noctem appellant eam, quæ eſt 21. Lunæ Septembris) ſi quis hora diei iſtius vigeſima prima ſe in umbra lucentis Lucinæ ſine capite viderit, ipſum hoc anno certiſſime moriturum credunt: de colore cœruleo: & quod omnes colores per inſomnia viſi proſperi ſint, præter cœruleum. De voce ſeu cantu Galli myſtico, & quod non dominentur Dæmones a gallicinio, & ultra. De Flamine ſuper alas veſtium. De אז מות & מזוזות *mezuzot* & *az mavet* ſeu de poſtibus & remotione Angeli mortis.

37. In Quinta: *Et ſeduxit Core.*

De interſtitiis Prophetarum: & quod Moyſes non diſpoſitus eſſet ad Prophetiam in quacunque hora diei: Quid ſit *cadere ſut faciem ſuam*, & quis modus orandi ad Septentrionem?

In ſexta: *Hæc eſt conſtitutio Legis.*

De myſterio Vaccæ Rufæ: de gentibus ſignatis colore rubeo, deque eorum Imperiis. De polluto cadaveris contactu: & quare corpus alienigenæ in vita ſit pollutum, & in morte purum? De intentione Moyſis in percuſſione petræ. Et qvare Spiritus S. vocetur פי כלה *pi cullo*, i. e. totus ipſe os vel *os ubique.* De ſerpente æneo in ſimilitudinem dipſantis effigiato.

In

Digitized by Google

In Septima: *Vidit Balac Filius Sipor.*

De differentia prophetiarum Balaam & Moyſis: de Aſini & aſinæ vocibus, & num bruta loqvantur? De infami cultu Priapi 38

In Octava: *Phineas Filius Eleazar.*

De בינה *bina* i. e. Intelligentia, quatenus eſt בן יה *Ben Ja* i. e. Filius Dei.

In Nona: *Principes Tribuum.*

De differentia, quæ eſt inter vovere & jurare. Et de de proprietatibus נדרים *nedarim* i. e. votorum.

In Decima: *Hæ ſunt profectiones.*

De civitatibus refugii.

SECTIO V. hæc Deuteron. interpretatur, & in decem ſimiliter dividitur Paraſciaot, quæ ſunt:

PRIMA: *Deprecatus ſum ad Dominum*, ubi agitur:

De myſterio adorandæ Trinitatis:

Secunda: *Et fiet pro eo, quod audietis*: in qua

De radice Fidei Hebræorum. De myſticis literis *aghim & daleth*, quæ ſcribuntur majori forma in fine vocabulorum שמע אחד *ſiemagh* & *echad.* Hoc eſt: *audi Iſraël.* De charitate perfecta. 39.

Tertia: *Vide*: *Ego do hodie*:

De *Coſmim*, *Hozim* & *Aſtagnimim* i. e. Aſtronomis, Aſtrologis, Mathematicis, aliisque ſidera inſpicientibus, & futura prædicentibus. De depilatione, quæ in emortuis corporibus fieri conceditur, in viventibus vero prohibetur. De pace domus, & de miris eleemoſynæ virtutibus.

Quarta: *Judices & Præfectos conſtitues.*

De juſto Judicio: De Lucis & Arboribus, in quibus inſani ſculpebantur characteres ab inſanis idolorum cultoribus. De Diis alienis, quibus ſervivit Salomon, ſuis illectus atque deceptus mulieribus. De Aruſpicina naturali pura & licita. Quare nec ſerebatur, nec colebatur ager, in quo offerenda mactabatur vitula. De juſta peccatorum remiſſione per Juſtorum hominum paſſiones, dolores & languores. 40.

Quinta: *Cum exieris ad bellum.*

De meritoria cadaveris ablatione a Cruce. De pietate procerum in emittendo Avium filios e nido, & de aliquibus Avium miris operibus. De Heterogeneis. De myſtica characteris ה a nomine נערה *naara* i. e. virgine, ablatione, cum de diffamata pollutaque loqvuntur inſpirati

Digitized by Google

Sancti Dei homines. De obſcœna & plane ridicula Priapi Ganymedis pictura. De puella, quam meretur Juvenis pietate ac timore Domini præditus. De tempore convenienti Carnali uxoratorum copulæ.

Sexta: *Cum intraverit ad Terram.*

De theſaurorum ſecretis. De 7. plagis ſeu maledictionibus corporis, quæ ſunt *phthiſis, Febris, Lepra, ignita plaga, gladius, Hectica, Icteritia.*

41. Septima: *Vos ſtatis hodie.*

De ſtatione animarum omnium coram Domino, in monte Sina, tempore, quo fuit lex Moyſi data. De Meſſiæ temporibus, ejusque adventu.

Octava: *Et abiit Moyſes.*

De ſenſu vetuſtiſſimorum Patrum ſententiæ, *expellit Virum ante Virum.* De Moyſe Sole, & Joſue Luna. De tribus, qui ſtant in teſtimonium.

Nona: *Audite cœli.*

De abdita verborum ſignificatione cantici Moyſis: *Audite cœli, quæ loquor.* Decimam vero particulam auctor, morte præventus, inexplicatam reliquit.

SECUNDUS CODEX MS.

42. IN XV. libros eſt diviſus, in quorum IV. prioribus omnia fere Platonis & Pythagoræ dogmata de Ente, de Ideis & de Numerorum myſteriis, concluſionibus adaptata Cabbaliſticis, in medio afferuntur & explicantur. In iis etiam agitur de ſacrorum characterum ſacris in Oraculis contentorum occultationibus miris. Occultationes vero vocant eclipſin ſeu defectum alicujus literæ de medio cujusdam textus Biblici, cujus quidem ordine, numero, vel figura, Spiritu S. ut volunt, ita diſponente, myſterium latens occultumque intelligentibus indicatur & aperitur

Quintus Liber, cujus titulus eſt ספר סמוכים *ſepher ſemouchim*, h.e. de ſubjunctis, tractat de rerum omnium connexione. De ſignorum triplicitatibus. De Elementorum ordinationibus. De Regnorum, magnarumque urbium vaſtationibus. De fatali vitæ hominum termino. De Cataclyſmo, & de Animalium in Arca Noæ variis motibus, victu, manſuetudine, loco, & appetitu.

Sextus, qui inſcribitur de Coronis, rationes affert Cabbaliſtico-Theologicas, quare quibusdam Scripturæ S. tum verbis tum nominibus, aliquæ literæ depingantur cum affixis in earum vertice lineolis, quas כותרות *cotarot* Coronas vocant. Literæ vero, quæ ejuſcemodi coronantur diadematibus & coronis, ſunt: א *Aleph*

א *Aleph* in nomine אלפי *Alphei* i. e. myriades:
ב *Beth* in nomine בראשית *Bereſchith* i. e. in principio.
ג *Ghimel* in verbo ותגנוף *Vatignoph* i. e. & furata eſt.
ד *Daleth* in nomine תולדות *tholedoth* i. e. Generationes. 43.
ה *He* in nomine והענים *Vehaagnim*, Haanitæ populi.
ו *Vau* in nomine ועשרון *Veaghſron* i. e. & decimatio.
ז *Zain* retorta in pronomine זה *Zeh* i. e. hic. Retortam vero vocant literam, quæ a recto depingendi modo tantillum declinat.
ח *Cheth* in verbo מרחפת, *merachepheth* i. e. *ferebatur*, & in nomine רוח i. e. Spiritus.
ט *Theth* in nomine טוב *tob* i. e. bonum.
י *Jodh*, retorta in nomine ביום *bejom* i. e. in die.
כ *Caph* in verbo ויכל *Vajicol* i. e. & non complevit: & in verbo ויברך *Vaibarech* i. e. *& benedixit.*
ל *Lamed*, retorta in verbo וילבישם *Vajalbiſchem* i. e. & induit eos.
מ *Mem* in nomine אלהים *Elohim* i. e. Deus, & in verbo הברהם *hibraham.* i. e. & creavit eos.
נ *Nun* retorta in נעשה אדם *naghaſſeh Adam*, faciamus hominem בצלמנו וכדמותנו *bezalmenou ouidmotenou* i. e. ad imaginem noſtram & ſimilitudinem noſtram.
ס *Samech* in verbo הסבב *haſſoveh* i. e. qui circuit.
ע *Aghim* in nomine ערומים *ihgrumim* i. e. nudi.
פ *Phe* in nomine פישון i. e. *Phiſſon*, fluvius.
צ *Tſade* in nomine מצרים *mitzraim* i. e. Ægyptus.
ק *Koph* in verbis קרא ויקדש *Kara vaikadeſc* i. e. vocavit & ſanctificavit.
ר *Reſch* in nomine אור *aor* i. e. lux.
ש *Scim* in verbo ולמשול i. e. *velimſciol* i. e. & ad imperandum. Et in nomine נשמת *neſciamat* i. e. ſpiraculum.
ת *Thau* in adjectivo חרות *charout*, i. e. ſculptum.

Per hanc ſiquidem abditiſſimam Theologiam probare intendunt Cabbaliſtæ, rerum omnium creationem factam fuiſſe in Filio, vel per Filium: Spiritus S. proceſſionem à Patre: Creationem animæ Chriſti, & Angelorum, eorumque ordinationes varias: Mutationes temporum mirabiliores, tum cæleſtes, cum humanas. Mundorum pluralitatem: bonorum operum ad conferendam gratiam neceſſitatem: converſiones hominum in beſtias, cum fabuloſas, tum reales: Chriſti Salvatoris divinitates & adventum: Influxus ſtellarum: Sacri Characteris ת *Thau* inſigniores virtutes, aliaque complura.

Digitized by Google

Septimus Liber, qui Paſſech διαστολὴ dicitur, ſimilis eſt quodammodo ſexto. Varia enim myſteria pandit ex vocibus Biblicis, in quibus Hebraicus accentus reperitur, qui *paſſech* appellatur, quique morem gerit retinaculi ſeu freni, quo attentus tenetur legentis animus ad ea, quæ latent ſub cortice verbi vel nominis, cui tale frenum injicitur, contra ſæpius Grammaticales regulas, ſenſuſque connexionem. Exempli cauſa dum
45. de domo Domini ſermo eſt, ſic regulariter ſcribendum eſſet בית יהוה *Beth Jehovah*, ſive rectius *Adonai* i. e. *domus Domini*, nulla diſtinctione adhibita inter primam & ſecundam dictionem.

Adhibetur tamen per prædictum retinaculum hoc modo בית יהוה, ut fiat, inquiunt, altiſſima attentaque mentis cogitatio circa differentiam, quæ eſt inter Domum Hominis & Domum Domini, quarum illa fulget perpetuo parietibus, hæc vero æternum indiget Sacerdotibus. Illa humilis licet tot perduret ſæculis, hæc autem, quæ tot tantisque fuerat ædificata ſumtibus, tot aucta Principibus, tot aureis adornata ſupellectilibus, tot Summi Dei & Prophetarum evecta ad cœlosſusque Laudibus, ſuis æternum jaceat proſtrata ruinis, tanto cum inimicorum applauſu, ut vel cœlis ipſis ſtupentibus venturis eſſent dicturi ſæculis: *exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.*

Octavus de Dominicis tractat Alphabetis, quibus etiam non minima ineſſe myſteria Cabbaliſtæ aſſerunt, Alphabeta vero Dominica vocant illos Scripturæ S. textus, in quibus omnes Hebraici alphabeti continentur & exprimuntur literæ, nulla deficiente, nullaque quieſcente, ut hoc in loco Exodi: צוה יהוה לקטו ממנו איש לפי אכלו זה הדבר אשר עמר לגלגלת מספר נפשותיכם איש לאשר באהלו תקחו׃ i. e. *hoc eſt verbum, quod jubet Dominus. Colligite ex eo unusquisque ſecundum quod ſufficit ſibi ad menſuram Ghomer pro quolibet capite, pro numero animarum*
46. *veſtrarum, unusquisque pro his, qui ſunt in Tabernaculo.* Duæ namque ſupra viginti, quæ ibidem exprimuntur literæ, cœleſtis, inquiunt, cibi myſterium a ſacratioribus Hieroſolymitani Templi Sacerdotibus (quia, nec plus nec minus in illo perpetuo numerabantur) revelatum oſtendunt, dum לחם פנים *lechem panim* i. e. panem facierum, a פנימים *panimim* h. e. *interiori*, ſcilicet facie, appellatum eſſe volunt, quod præter exteriorem etiam Panis ille mirabilis faciem haberet exteriori Diviniorem.

Nonus, qui ספר הקולות, *ſepher hakkolot*, inſcribitur, h. e. de vocibus, occultis ſcilicet & myſterio plenis, quæ ſacris reperiuntur in Canticis, myſticos explanat ſenſus, quos alio nomine שמוש תהלים, *Simous Tehillim* appellant Cabbaliſtæ, h. e. *Pſalmorum proprietates*, vireſque occultas, quibus maxima perpetrari poſſe contendunt.

Deci-

Decimus, qui eſt de Homine, tractat de primo illius Sepulchro, quod בטן *bethen* vocant h. e. maternum uterum, in quo Michaelem Archangelum formare fœtum atque ad Legem ipſum diſponere ſcribunt: ubi multa de Rectoribus, atque gubernantibus Angelis, quos Fides Chriſtiana CUSTODES nominat: De loco etiam, in quo incipienda eſt mortuorum reſurrectio, de Terreſtri Hieruſalem, *domus coemiteriorum* appellata: de corporibus & animabus glorioſis non indigentibus ubi, nec loco: de divino generandi creſcendi, atque multiplicandi præcepto: de Magis, Pythonicis, Strigibus, Fatidicisque mulieribus: de cereis Imagunculis ab ipſis magice confictis atque percuſſis: de dæmonibus, Incubis & Succubis, & de Cacodæmone *Chuſſaph*, qui loco Eliæ Prophetæ ſæpius apparere dicitur: de motu, miroque ſacrorum Animalium a Propheta Ezechiele viſorum, obambulatione, ac eorum aſpectibus: de admirandis Angelorum circumvolationibus in momento: de tremenda Eſau reprobatione: & quomodo in maternis viſceribus malus exſtiterit: de veris, falſisque per Aſtronomiam operationibus: de conjectandis per Metopoſcopiam & Chiromanteiam moribus: de מזל, *mazal* i. e. fato cujuscunque hominis: de Angelo Satanæ Iuſtos ſubſannante atque ipſos colaphiſante: de Camæris ſeu Spiritibus Minimis: de fatali Lunæ lucentis lumine: de משחיתים שדים חרבים, *Maſchitim*, *ſedim*, *charabim*, ſeu corruptoribus & deſtruentibus Angelis: de fabuloſa demum reſurrectione mortuorum: per characteres, verba, herbas, & Lapides. 47.

Undecimus, cujus titulus eſt *de ſecreto unitatis*, tractat de Summi Entis attributis: de membris Dei myſticis, & quare nullum ei tribuitur membrum eorum, quæ ſub diaphragmate ſunt: de ſimilitudine animæ cum Deo; & de ejus vera צלם, *tſelem* i.e. imagine & דמות *damouth* i. e. ſimilitudine.

Duodecimus appellatur ספר צדיקים *ſepher tſaddikim*, h. e. liber juſtorum, qui de ſumma tractat Beatorum felicitate, Summoque Bono. De remuneratione ſpiritali: & quare nulla promittantur in lege bona æterna, ſed omnia temporalia & materialia? de Deo ad mentem Græcorum Theologorum; & quare Deus non ſit סוף *ſoph* i. e. Finis, nec קצה *quatſa* i. e. extremum nec חק *cheq* i. e. medium, nec גבול *gheboul* i. e. terminus, nec עמידה *aghmida* i. e. ſtatio, nec ישיבה *ieſciba* i. e. ſeſſio, nec הלכה *halica* i. e. ambulatio, nec עליה *aghlia* i. e. aſcenſus, nec הירידה *haierida* i. e. deſcenſus, ſed ſola חפץ *chephetz* i. e. voluntas & ראשון *raiſſon* i. e. ratio. 48.

Decimus tertius, cui titulus eſt ספר עקלות *ſepher aghqulot* i. e. liber de

de obliquis ſeu tortuoſis, myſteria explicat eorum, quæ ſacris habentur in Bibliis de quorundam characterum inuſitata delineatione, quam עקלה *agbqulla* vocant h. e. tortuoſam e. c. quare, inquiunt, tortuoſa ſit litera נ *nun*, tribus hiſce vocibulis נעשה בצלמנו וכרמותנו *naghaſſe betſalmenou oubdemoutenu:* i. e. faciamus (hominem) ad imaginem noſtram, & ad ſimiltudinem noſtram? reſpondent, ſic a Spiritu S. factum, ut per tortuoſitatem literæ נ *nun* tortuoſitas animæ hominis, quam incurrit ob peccatum originis, quod *tortuoſum* vocant, propter peſtilentem tortuoſi Serpentis ſibilum, ſatis aperte monſtraretur, ejuſdemque ſignaretur ardentiſſima & amore plena peccati remiſſio, per eandem literulam, quæ cum characteriſtica ſit, notaque numeri 50. quem de remiſſione appellant, ejus tum figura, tum numerus præfatum explicarent myſterium.

Decimus quartus, qui eſt de הפוך *haphouc*, h. e. converſione (argumenti) de variis tractat Scripturæ Sacræ דרכים *derachim*, viis ſeu Modis, quibus varii illius ſenſus inter ſe convertuntur & explicantur: In eo e-
49. tiam non pauca enodantur myſteria de Creatione hominis: de inſulatione animæ in ipſum: de Chriſti Incarnatione ejusque adventu; & quare in naſcendo maſculus oriatur faciem habens deorſum, fœminæ vero ſeorſum?

Decimi quinti libri ejuſdem Codicis majorem partem Interpres inexplicatam reliquit.

VOLUMEN TERTIUM.

Huic titulus eſt ספר מעלות *ſepher maghaloth* h. e. liber Graduum, Patriarcharum ſcilicet, Prophetarum, Philoſophorum & Plebis, quo fit, ut quatuor in partes ſit diviſus, quarum prima, (quam *aureum appellat Canticum ſecundum* ad differentiam Cantici primi, quo primam auctor alterius libri, qui inſcribitur ראשית חכמה i. e. initium ſapientiæ, partem incepit) prolegomena continet eorum, quæ ſequentibus ſunt tractanda partibus.

SECUNDA Patriarcharum & Prophetarum dotes, gradus & ordinationes enumerat: ubi de intellectu, tum puro ſeu paſſivo, nudo aptoque ad recipiendum, quem in potentia vocant, tum de activo plura ſcitu digna explicat. De anima item illuminata, obcœcata, clara, tenebroſa, eſuriente, ſatura, ſitiente, ebria, beſtiali, Angelica, ingloria, glorioſa, humili, alta: de inſomniis Angelicis exſtaſi & prophetia; & quod nullus Propheta prophetaverit, niſi pro-
50. pter Meſſiam. De tranſitu item hominis in Deum, & de raptu ſeu furore Prophetico, Philoſophico, Poëtico: quidue de ipſis Ariſtoteles ſenſerit. De veris cum corporis tum animæ voluptatibus: & num impia de mortalitate animæ credulitas fuerit tempore Moyſis? de anima demum ad divinationem aliaque maxima nata: &, quod Spiritus propheticus non habitet, niſi ſupra ſapientem virum, fortem & divitem.

TERTIA Piloſophorum, præſertim Averrois, Ariſtotelis, Platonis, Avicennæ & Alpharabii dogmata, gradus & opiniones examinat, purgatisque illorum, fæcibus ad ſcientiam Sanctorum ipſa dogmata trahit, pieque accommodat.

QUARTA, & ultima pars, quæ eſt de Plebejis indoctisque hominibus, de peſſimis tractat vulgi erroribus, tandemque concludit, omnia fere mala ab idiotis indoctisq; mundo accidere.

FINIS.

VA1 15/7255

Digitized by Google

Digitized by Google

151
g
46–49

Digitized by Google

Digitized by Google